R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II ROMA
8
12 M
1

Digitized by Google

8-12-41

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Cum Privilegio Regis. PARISIIS. Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY Typographi Regii.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRONICON
GENERALE ORDINIS
MINIMORVM,

IN QVO

ACTA PER S. FRANCISCVM A PAVLA
ET SVCCESSORES GENERALES:

PONTIFICVM GRATIÆ, REGVM PRIVILEGIA
Capitulorum Generalium euentus, Conuentuum Origines, Primarij Fundatores & Benefactores, Viri ſanctitate, doctrinâ, dignitate Illuſtres, aliaque ad eiuſdem Ordinis exordium, incrementum & decus pertinentia ſummatim perſtringuntur.

Inſertæ ſunt tres priores eiuſdem S. FRANCISCI *Regulæ quæ necdùm prodierant.*

ACCEDIT REGISTRVM PONTIFICIVM, SEV BVLLARIVM
à Sixto IV. ad Vrbanum VIII. Pont. Opt. Max.

F. FRANCISCVS LANOVIVS *Pariſinus eiuſdem Ordinis profeſſor, eruit, concinnauit, & Latinè primùm edidit.*

LVTETIÆ PARISIORVM.
Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY Typographi Regij ordinarij, viâ Iacobæâ, ſub Ciconijs.

M. DC. XXXV.
CVM PRIVILEGIO CHRISTIANISSIMI REGIS

Ex Libris Bibliothec S. Maria in Cas Vallo

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO

DOMINO D.

ANDREÆ FREMYOT

EX BITVRIGVM ARCHIEPISCOPO PATRIARCHA, ET AQVITANORVM PRIMATE,

ABBATI S. STEPHANI DIVIONENSIS, FERRARIARVM, ET BERTOLII,

SACRI CONSISTORII COMITI:

INTER SANCTISSIMOS CLERI GALLICANI ANTISTITES

ÆTATE MAXIMO, GENERE CLARISSIMO,

PIETATE RELIGIOSISSIMO, GRAVITATE PRÆSTANTISSIMO,

F. FRANCISCVS LANOVIVS *ex Ordine Minimorum,*

S. & F. P. P.

NON debuit hoc Opus noſtrum alijs procedere auſpicijs, quàm quibus Ordo ipſe cuius res exequitur, & ab initio cœpit & ad perpetuæ celebritatis gratiam aſpirauit. Conſtiterunt autem prima ipſius Ordinis incunabula, vnius tantùm ſanctiſſimi Archiepiſcopi & religioſiſſimi Antiſtitis beneficio & fauore, quod omnia rerum noſtrarum commentaria in fronte præferunt, & nunquam ſolent homines noſtri abſque gratulatione meminiſſe. Non temerè igitur prima hæc ſcriptæ eiuſdem Ordinis hiſtoriæ monimenta ſub Tuo nomine ac patrocinio, Illuſtriſſime & Reue-

Digitized by Google

rendiſſime Domine, publici fauoris viam inibunt, vt & ipſa conſiſtant per tuam beneuolentiam, & perpetua eſſe poſſit tui erga nos animi per ſeram poſteritatem memoria. Quorum à Te alterum tàm facilè poterit exorari, quàm nos non difficulter alterum præſtare poterimus. Efflagitamus ſanè quod prærogare non deſinis, vt tantò ſit maior petendi fiducia quantò ſoles Tu promptior eſſe ad beneficium & gratiam. Et gratiam quidem efflagitamus quam ſolâ nominis tui obiectâ veneratione poſſimus promereri. Si enim opus hoc noſtrum & argumenti tenuitate poſtremum, & autoris indignitate abiectum, & ſcriptionis genere ac modo infimum, pateris circumfulgere autoritatis Tuæ ac Dignitatis radijs, habebit, quo abundè ſuum pudorem conſoletur & ad publicæ lucis fulgorem non conniueat. Satis erit ſi Te nobis patronum eſſe non dedigneris profiteri. Qui enim ſunt, qui Pontificiam in te maieſtatem non ſuſpiciant, autoritatem non reuereantur, ſanctitatem non admirentur? Collecta cernuntur in Te vno, quæ diſperſa in alijs, venerandam Eccleſiæ ac Religionis Imaginem creduntur efficere. Quod in humano corpore ſolet eſſe vultus ac facies, hoc Tu in Clero Gallicano eſſe conſpiceris, vt non tam ætatis priuilegium quàm cœli ſuffragium in eo liceat admirari quod cæteris præſides. Habes à naturâ corporis & ætatis prærogatiuam, habes à fortuna ſanguinis generoſitatem bonorumque affluentiam, habes à Deo Præſulatus honorem, eaque omnia quæ te vel circumſtant vel exornant decora. Sed quod præcellentius eſt, comparatis animi bonis naturam præuertiſti, generis nobilitatem geſtorum gloria & magnitudine ſuperaſti, Eccleſiaſticas dignitates omni virtutum apparatu perornaſti & cumulaſti. Iam nunc igitur ingenio plus vales quàm naturâ, longiúſque ac latiùs circumfertur factorum

tuorum

tuorum fama quàm nobiliſſimæ gentis propago diffundatur, & ſupra Cathedræ autoritatem morum tuorum ac virtutum excellentia dominatur. Hæc qui neſciunt, aut rerum famam ignorent, aut conſpectu tuo abſtenti ſint, aut publicam vocem non audiuerint neceſſe eſt. Perſonat enim Roma tuis laudibus quas omnes capere Gallia noſtra non potuit, & quæ olim Romanorum arma ſuâ vaſtitate fatigauit, minor fuit & anguſtior quàm vt ſola tuam gloriam contineret. Præfers tu ipſe, toto vultu & habitu oriſque decore, quod omnes, & Tui amore, & Dignitatis reuerentia, & virtutum admiratione, compleat. Nemo potuit te videre, qui non mirabundus inquiſiuerit, qualis & quantus eſſes, nec quieſcere priùs potuerit quàm delibata laudum tuarum parte aliqua, de reliquo immenſas eſſe intellexerit. Acceſſit denique quæ ignorare nihil ſinit vox publica vt tuum præconium perficeret. Quam ego ſi exprimere velim non potero, ſi tentem imitari, deficiam. Non fruſtrâ igitur tanti patrocinij gratiam vt ambiremus qui agnoſcit naturam ſuam (ait Tertullianus) & originis ſuæ morem profectus rerum noſtrarum perſuaſit. Supra fidem & ſenſum noſtrum eſt Autoritas Tua & tui nominis gloria, non eſt ſuprâ ſpem tui patrocinij dignatio. Non enim dubito quin fruſtrâ ſint quibus & mea & rerum noſtrarum, & ipſius ſcripti conditio de tua voluntate diffidentiam iniecerit. Scio quidem diabolicæ malignitatis verſutiâ factum hac noſtra tempeſtate, vt Eccleſiæ Patres filijs, filij parentibus, ad inſignem ætatis noſtræ contumeliam, venturæ execrationem, præteritæ verecundiam, committerentur. Indignum planè facinus, quod ad æternam Eccleſiaſticæ manſuetudinis ignominiam penè in parricidium conuerſum eſt. Sed omnium heu! cauſa inter paucos vertitur, & vnius alteriuſvè, aut ſi velis etiam plurium, cri-

men, omnibus in culpam non iure imputatur. Ecclesia partes nescit, nec vnquam partium autoribus vel fautoribus autoritatis suæ cautionem præstitit. Quod ad me priuatim attinet malim irati parentis dexterâ cadere, quàm vel fortuitò in ipsum parentem obuia si darentur arma sustuliſſe. Hunc Tibi meum animum sic probari, vt oderis omnem factionem, persuasum habeo, nec vanus ero, si me publica coram Te inuidia non laborare confidam. Scio etiam indignas res nostras non reipsa minus quàm nomine minimas, quæ tuum in conspectum tuoque sub nomine proferantur, sed hæc ipsa earum conditio in causâ est vt tanto maiori præsidio indigeant. Quod à te cur requirant, prima ratio est, quia expertæ sunt, altera, quia potes vnus omnium maximè, & non omnium minimè vis; tertia, quia gaudent amantque suam in totum Clerum obseruantiam delato Tibi obsequio suo publicè profiteri. Scio denique quàm multis soleant hæc scriptorum argumentorumque genera conuitijs traduci. Verùm nihil minus timeo quàm vt inanium fabularum confictorumque mirabilium temeritate opus hoc nostrum possit damnari. Nihil minus fecimus quàm nos feciſſe de titulo plerique iudicabunt. Si condemnabunt interim, non mihi factam putabo iniuriam, nullum enim potest iudicium re non inspectâ procedere. Sed de reliquis nostri scripti conditionibus iam non decet statuere. At verò in his omnibus nihil video quod Tuam in nos beneuolentiam valeat remorari. Nec dubito sanè quin exorari à Te pluribus non debeat. Ea enim tua est singularis humanitas, vt & vota præuenire & spem expectationemque supplicum soleat excedere. Quod non alia re magis quàm nostro ipsi didicimus experimento. Nam & Exoldunenses nostri sciunt, sciunt & Bituricenses alijque, quantâ eos liberalitate, vltrò

complexus

complexus & profequutus fueris. Quotidiè nos pietatem tuam in beatum inſtituti noſtri parentem & autorem videmus, coràm intuemur, & miramur. Nec deeſt Tibi beneficus in nos animus, quem aſſiduis penè officijs non deſinis excolere, dicam & effundere, dum enim præſtò eſt cui benefacias, nec moram ſcis, nec modum in benefaciendo. Ea non loquimur quæ publicam famam cum admiratione meruerunt, nec metimur tamen vtilitate noſtra tuam beneficentiam, ſed animi ſenſum profitemur quem gerimus, & quem æternùm non poſſumus non habere, niſi nos & anima ſimul & humanitas deficient. Nunquam erit igitur quin tuum in nos Amorem redamemus, Beneuolentiam exoſculemur, Beneficentiam complectamur, efferamus, prædicemus. Nunquam erit quin tuas laudes cum noſtra gratulatione circumferamus. In quo etſi debitum reddimus officij, non deerit tamen nobis apud Te gratia placendi qui beneficium non confers vt recipias. Deus te nobis incolumem cuſtodiat, ſeruétque longos annos. Scribebam in domo tua Pariſienſi S. Franciſci à Paula iuxta plateam regiam Calendis Maij an. M. DC. XXXV.

APPENDICVM ET INDICVM ARGVMENTA.

APPENDIX I.

De viris ſanctimonia morum Illuſtribus quorum memoria non potuit ad certum tempus occurrere.

APPENDIX II.

De Scriptoribus Ordinis, in quibus & Tertiarij ſeparatim recenſentur.

APPENDIX III.

Notitia Prouinciarum, vbi & Prouincialium Catalogi.

APPENDIX IV.

Diarium ex rebus Chronico expoſitis, ad amplioris ſpecimen & argumentum, collectum.

INDEX I. Autorum, antè Apparatum.
II. Topographicus, } poſt Chronicon.
III. Genealogicus, }
IV. Generalis, in fine totius Operis.

AD LECTOREM

AD LECTOREM

PRÆFATIO.

QVOD mihi fuerit consilium in hoc opere suscipiendo, etsi præfari me oportere cumprimis constituerim, non satis certo possum aut affirmare, aut eloqui. Dicerem facilius quæ me non permouerint ad eam cogitationem, quàm quæ in eam induxerint. Certè nulla me inanis gloriolæ cupiditas afflauit, quam vel ipse captare possem, aut nostris vellem conciliare. Nam & si animus cuiusquam captandæ fuisset (quod auertat Deus) non deerant illustriora & nobis familiaria magis argumenta in quibus excolendis meliùs fortè opera nostra & industria sese probauissent. Sin verò aliquod incessisset conciliandæ desiderium, peruincenda erat illa ignoratio quæ obsidet primam & præcipuam rerum nostrarum partem, totamque maiorum nostrorum historiam densa caligine offuscat. Quod minimè omnium fieri posse nunquam non existimaui. Et certè ne mihi dilabatur tam iusta querimoniæ occasio dum se offert, animumque meum eâ molestiâ liberem priùs quàm vltra progrediar; non satis possum mirari, qui animus iam olim Maioribus nostris fuerit qui omnem de rebus suis prouidentiam abiecisse videantur. Toti erant in opere, qui nullo se scripto aut suorum quemquam commendauerunt. Ne publica quidem negotia perscribebantur, & antè annos sexaginta nulla erant Prouinciarum Commentaria quibus Actorum in annuis Congregationibus fides fieret: antè B. Francisci P. N. obitum nulla extiterunt Acta Generalia; quæ verò deinceps litteris mandata sunt, quàm mutila, quàm deprauata prodierint non semel expostulauimus. Non sunt plures viginti annis ex quibus aliqui è nostris ad perquirenda Maiorum Acta operam suam posuerunt. Hos nobis imitandos proposuimus, & quoad licuit emendauimus quæ illi peccauerunt, aut illustrauimus quæ alioqui obscura videbantur. Quâ ex operâ didicimus quid possit nostrorum sedulitas proficere, si seriò ad eam inquisitionem sese conuerterint, vnde & nobis ratio constitit huius operis publicandi, vt scilicet nostrorum studia excitentur ad inuestigandas res Ordinis quarum facultas illis dabitur. Ex eo enim non temerè considimus futurum vt copiosa scribendis Annalibus materia colligatur. Quod non tàm opinione aut animi præsumptione quàm nostro & aliorum experimento comprobauimus. Nec id magis potest quàm huius Chronici nostri lectione dignosci, multa enim aut quæ edocti sumus, aut quæ per nos obseruauimus addititia reperientur, quæ

Consilium huius operis scribendi.

tum ad caſtiganda tum ad amplificanda quæ ſcripſeramus, profecerint, vt fruſtrâ iam de conquirendo in huius rei probationem exemplo laborauerimus. Poſſunt & illi ex noſtris intelligere, qui rogatu noſtro de rebus ſuarum Prouinciarum aut Conuentuum, ſeu etiam virorum noſtrorum aliquid commentati ſunt ſumma quidem fide, ſed non tanta & tam exacta diligentia quàm fieri poſſe ipſi non diffitentur. Et his quidem ſingulatim ab hoc principio gratias nos habere conueniret, déque illorum operâ teſtificari, niſi commodiùs id ipſo in Operis decurſu datâ occaſione præſtitiſſemus. Agnoſcent verò ipſi non vanum hoc eſſe aut inutile noſtrum conſilium, & ne votis noſtris fruſtremur exemplum ſuum ad hanc commonitionem noſtram cohortationémque adijcient.

Quare Chronicon tantùm ſcripſerimus.

II. Non eſt autem diuinandum Lectori cur Chronicon non Annales ſcripſerimus. Res ſcilicet noſtras non expandimus ſed tantummodò expendimus, non explicamus ſed ſubſtringimus, non ponderamus ſed producimus, non elaboramus ſed deſignamus, & in ſummam compendiumque contrahimus. Id enim ſolent Annales à Chronico differre quod non ſolùm temporis annorumq; rationi adhæreant ſed res quaſque ſuis momentis librent, latiúſque pertractent examinent & perornent. Id autem neceßitate magis feci quàm voluntate ac conſilio, ſed ſi me noſtri audiant Chronicon non recognoſcemus quin Annalium amplitudine diſtendatur.

Cur ſingularia non attigerimus.

III. Hinc autem factum, vt quæ poteramus ediſſerere de factis geſtiſq; ac diuinitùs editis per pleroſque noſtrorum, ea ne leuiter quidem attigerimus. Primùm, quia id operis æquabilitas depoſcebat. Secundùm, quia in pleriſque temporis ratio non eluebat. Tertiò denique quia reuerentiam hanc debebamus Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo D. Ludouico Donio d' Attichy Regienſi Epiſcopo & nobiliſſimo rerum noſtrarum ſcriptori, qui pro ſuo in Ordinem quem profeſſus eſt affectu, Opus quod cœpit imo & magna parte confecit, de Viris Illuſtribus Ordinis Minimorum, ſibi perficiendum reſeruauit. In eo autem ſingularia quæque quantùm datum eſt accurato illo ſuo elegantí & generoſo ſtilo proſequitur. Itaque cum nobis de alicuius laudatione verbum faciendum fuit, eam, vel breui tumulo complexi, vel ſubita & pernici oratione ac calamo executi, ſumus. In eo tantùm nos diligentia noſtra fefellit, quod cum priuatas aliquorum Cœnobiorum & non ſatis dignas res in Aduerſarijs diſtractas haberemus, eas etiam eodem ordine ac modo repoſuerimus. Quod vt factum nollem, ita velim excuſatum.

Cur aliqua non ritè facta ediderimus.

IV. Non perinde alia nobis videntur excuſanda quæ nimiùm delicatiè dolent. Nollent ſcilicet illi quæ ſibi non probantur aut minus ritè facta credunt in hominum notitiam perduci. Sed vis maior eſt veritatis quæ delitescere non poteſt, abſcondi non debet, publicari non erubeſcit. Et hoc mirum eſt opinor, vt probatus aliqui retro poſtea excidat? inquit Tertullianus, qui adoleſcentis Chriſtianiſmi cauſam in hoc articulo ita peragit vt non poßit eadem cauſa videri ad nos pertinere. Humanam hiſtoriam non diuinam ſcribimus, & qui, homines cum ſint, humani aliquid à ſe alienum putant, neſcio ſi dicendi homines de reliquo poſſint videri. Non ferunt delicati noſtri viciſſitudines quibus iactari res humanas indignantur. Sed hanc querelam vno

Tertulliani

Digitized by Google

Tertulliani verbo confundendam arbitror. Lege fidei manentes, quod ille habet, cetera iam disciplinæ & conuersationis admittunt nouitatem correctionis, operante scilicet & proficiente vsque in finem gratia Dei.

V. Sed quod alij quærunt quænam ad se aut alios posßit vtilitas redire ab hac scriptione nostra, modestiam equidem pulsat hominis qui metiri seipsum infirmitate sua nouit, euentu rerum vel aliorum animo non potest. Quantùm tamen est ad sensum animi quem gerit, maiorem aliis virorum religiosorum Ordinibus gloriam ex rerum quas exequitur paruitate redituram præsumpsit nisus hac Hieronymi sententia, Nisi & parua fuerint magna eminere non possunt; sed & sui Ordinis in homines beneficos gratitudinem, nec gratiâ, nec exemplo vacaturam credidit; tum etiam pleriſque viris magnis & sanctis necdum licet satis cognitis reuerentiam conciliari posse putauit; ac denique ad domesticum exemplum, & ad doctrinam & eruditionem aliquorum, ad aliorum cohortationem & exstimulationem nonnulla esse quæ posßint proficere sperauit. Si quid vltrâ est quod ipsi Lectorem posßit demereri aut suorum aliquem, mauult id alienum quàm suum agnoscere: quod plerunque scilicet Lectoris affectu potiùs quàm Autoris merito pretium scriptis quibusdam tribuatur.

Qui finis actus esse possit huius historiæ.

VI. De stilo, quod superest vt dicamus, expectandum videtur Lectoris iudicium. Non officium magis facit qui se damnat quàm qui laudat. Si tamen est consuetudini seruiendum, non temeritate violanda veritas est, aut celanda formidine. Est igitur stilus, quod scio, nec exquisitus nec elaboratus, sed sub calamo natus dum currit ipse non incubat, præcucurrit sæpiùs mentem quàm retardauit, abortiui potiùs quàm legitimi partus edicto tenetur: quod autem indico, nec bonus admodùm est nec planè malus, restrictus magis quàm diffusus, suspensus quandoque quia nimium præceps aut breuiùs concisus, deficit potiùs quam hæreat quàm lentè progrediatur, ornamentum nescit qui pompam aut fugit aut exuit; quod suspicor denique nonnullis probabitur, quibusdam quoque placebit, atque, quod iterùm scio, nemini, si non magis quam Autori, satisfaciet. Displicebit autem imprimis crebra & frequens Operarum illuuies, quæ multis locis & ijs potißimum quæ maximè noluissem, insedit. Cæterùm quam à me operam aliqui requirebant vt ea vocabula quæ ex proprio inter Regulares vsu & significatione in medium protulimus, aut excusaremus aut exponeremus, putaui superuacaneam. Quare pluribus Lectorem meum non morabor.

Qui stilus & scribendi modus.

SVMMA FACVLTATIS SVPERIORVM ORDINIS.

RR. admodùm PP. Simon Bachelier & Franciſcus à Longobardis Ordinis Minimorum ſucceſſiuè Generales facultatem mihi F. Franciſco de la Nouë fecerunt, ille quidem omnia in genere opera, hic cum alia multa tum iſtud in ſpecie, modò à duobus Theologis Ordinis ex commiſſione R. P. Prouincialis probarentur, conceſſerunt: & alterius quidem litteræ Matriti datæ Calend. Decemb. an. 1628. alterius Anconæ die 6. Iunij an. 1628.

Conſenſerunt autem in huius operis editionem R. P. Oliuarius Chaillou per litteras ſuas Lutetiæ Pariſiorum ſcriptas, die 3. Septembr. an. 1632. & R. P. Iacobus Marguerin Vicarius Prouincialis per ſuas ibidem die 9. Martij an. 1635. exaratas.

Approbatio Theologorum Ordinis.

NOs ſubſignati Ordinis Minimorum Theologi, *Chronicon generale Ordinis noſtri, à R. P. Franciſco de la Nouë*, concinnatum in ſpecimen maioris operis, iuſſu R. P. Oliuarij Chaillou Prouincialis noſtri, vidimus & probauimus, in quorum fidem præſentibus ſubſcripſimus in Conuentu noſtro Pariſienſi, die XXIX. menſis Auguſti an. 1632.

Fr. PETRVS GVERET, *Correctur Pariſienſis.*
Fr. PETRVS BLANCHOT.

Alia Approbatio Theologorum Ordinis.

NOs infraſcripti ſacræ Theologiæ Profeſſores Ordinis Minimorum, *Chronicon generale Ordinis noſtri, à Reuerendo Patre Franciſco de la Nouë Conuentus Pariſienſis eiuſdem Ordinis Correctore*, conſcriptum legimus, probauimus, & non ſolum publica luce, ſed & omnium commendatione dignum iudicauimus. In cuius rei fidem has præſentes litteras ſubſcripſimus, die IX. Martij an. D. 1635.

F. MARINVS MERSENNVS.
F. ANTONIVS DV FLOS.

Summa Priuilegij à Chriſtianiſſimo Rege conceſſi.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis authoritate ſancitum, atque patentibus litteris cautum eſt, ne quis in regno ſuo, aliiſque locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra decem proximos annos à die impreſſionis primæ inchoandos ac numerandos excudat, vendat, excudendum, vendendumque quouis modo, & ratione curet librum qui inſcribitur, *Chronicon generale Ordinis Minimorum, à P. Franciſco Lanouio eiuſdem Ordinis profeſſore*, concinnatum & elaboratum præter Sebaſtianum Cramoiſy Bibliopolam Iuratum Pariſienſem, & Typographum noſtrum ordinarium, aut illos quibus ipſemet conceſſerit. Prohibitum inſuper eadem authoritate Regis omnibus ſuis ſubditis, eundem librum extra Regni ſui limites imprimendum curare, vel quemquam vbicunque fuerit ad id agendum impellere, ac inſtigare ſine conſenſu dicti Sebaſtiani Cramoiſy, idque omne ſub confiſcatione librorum, aliiſve pœnis originali diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Pariſiis 12. Aprilis 1635.

De mandato Regis,

Signatum VICTON.

Hæc prima editio perfecta fuit die prima Iunij 1635.

OPERIS

OPERIS RECOGNITIO
IN QVA, ANIMADVERTENDA, CORRIGENDA, ADDENDA, ET REPONENDA.

ANTE omnia veniunt emendandi typographorum errores quos illi ſolent liberali manu nullo non loco inſpergere. Plures enotauimus ad calcem huius libri, non deſunt & alij qui nos effugerint, alij etiam, quos conſultò & datâ operâ prætermiſimus; nam & margines interiores non recognouimus quod fuiſſet perdifficile, in exterioribus nonnulla etiam exciderunt, ad vtrumque autem hoc malum præſtò ſunt Indices per quos ei ſuccurratur. In ipſo contextu pleraque irrepſerunt vitia, quæ Lectoris arbitrio ac iudicio malumus permittere quàm pluribus indignationem noſtram aduerſus Operas exaggerare, aut abſentiam noſtram excuſare. Velim tamen vt imprimis de illis eliminandis procurationem Lector ſuſcipiat.

An. 1416. *n.* 1. diuinitatis ſplendorem quo ad ſalutem B. P. N. hominibus affulſiſſe dixi, miraculorum gratiam & ſanctiſſimæ vitæ exemplum, quæ ſunt reluccntia quædam diuinitatis in homine, quâ reliqui excitantur ad ſuam ipſorum ſalutem procurandam, interpretor. Si Tertulliano dicere licuit in humana carne aliquid de diuina generoſitate radiare, quid non audeamus profiteri de gratiæ plenitudine quæ ſe in Sanctos refudit? Occurrit ex S. Hilarij Epitaphio dignum quod ad rem noſtram commemoretur diſtichon,

Iſtius aſpectum ſerpentes ferre nequibant,
Neſcio quæ in vultu ſpicula Sanctus habet.

n. 3. Quod de *Roberto Baldricurio* diximus ſtare non poteſt, vt ex iis certius fiet quæ in recognitione Conuentus Bracancurienſis in progreſſu ſcribemus

Ann. 1435. *n.* 2. *& ann.* 1455. *n.* 2. De Cœnobio Paulano ipſaque Vrbe quod reſtrictiùs loquuti ſumus hîc ex Commentariis quibuſdam R. P. Ægidij Camarti quæ nacti poſtmodùm ſumus commodè ſupplebimus. Igitur ille Paulam primum ſic deſcribit: Paula vt notum eſt, Ciuitas eſt in Conſentina diœceſi, ſita ad maris littus, adinferiorem Calabriam pertinet, paruique momenti erat ante annos centum & viginti, ita vt oppidum potius ſeu Caſale quam Ciuitas dici deberet: ideoque Marchioni de Fuſcaldo atque terræ illius Marchionibus parebat. Sita eſt in ſaxoſo colle in quem è mari, quod occidentale eſt, arduo aſcenſu iter eſt, quò cùm peruenisti planiciem exiguam quidem ſed maximè quietam & fœcundam offendis, quæ in proſpectu Ciuitatis ad mare poſita, aërem illi ſalubrem & proſpectum amœniſſimum præbet, cincta eſt muris vndiq;, turribus ac propugnaculis munita aduerſus hoſtium inſultus. Plano itinere, recto & latiſſimo ad Ciuitatem peruenitur, in cuius portæ faſtigio Imago eſt S. Franciſci de Paula ex marmore albo ſolidoque, ſtans inter quatuor columnas marmoreas tholo ſuo contectas, ad cuius pedes litteris aureis in marmore ſcriptum: HANC VRBEM SANCTVS FRANCISCVS CIVIS COELESTI PATROCINIO VALLABIT. Ciuitas enim S. Franciſcum de Paula præcipuum ſibi apud Deum interceſſorem & patronum delegit. Portam ingreſſis fons in ipſo proſpectu eſt nouo opere ſed egregio; inde verſus declituum vetus Paula in prærupto & ſaxoſo colle viſitur, cuius viæ anguſtæ, nullæ plateæ, domus anguſtæ

& in præcipiti ſitu vt loci natura poſtulat, nec quicquam ferè planum eſt. Portò in eminentiori illius parte ad ipſum collis faſtigium Excell. D. Marchionis domus eſt ſeu Caſtrum antiquo opere & firmo. E ciuitatis verò porta ad læuam progredientibus noua apparet ædificiorum domorumque ſtructura & quædam planities, quæ noua potius Paula dici debet, quæ licet aliquantum ſcabroſa ſit, non ita tamen ardua vt vetus Paula. Totum illud additamentum meritis S. Franciſci de Paula procuratum eſt, adeo vt omnimoda ſui parte maior & nobilior Ciuitas euaſerit. Habet tamen vetus Paula hoc priuilegium vt ad hanc vſque diem paterna domo S. Franciſci in qua natus eſt glorietur, eam omnibus qui in ſanctum virum deuotionis ſpiritu feruent inuiſere licet in prærupto ſaxo ad inferiorem ferè partem veteris Paulæ ſitam vniuerſis domibus ex gemina parte cohærentem. Mutauit faciem & in ſacellum ſeu ædiculam verſa eſt, paruam quidem, habet enim tantum in longitudine ac latitudine pedes non amplius decem & nouem, ſed egregiam & fornice lapideo ſatis excelſo contectam variiſque columnis ornatam, &c. Fratrum noſtrorum pietas domum hanc in ædem ſacram conuerti curauit, & ad hunc vſque diem diebus ſingulis Dominicis & feſtiuitatibus fratres deſtinantur qui Miſſæ ſacrificium eo in loco celebrent. Viſitur alius fons egregius omninò in alia inferioris Paulæ porta, &c. Hæc ex Camarto, quæ hoc Franciſci Franchini carmine libet exornare. Is enim Conſentiam deſcribens Paulæ ſic meminit

— *Non procul hac Tyrrheni ad gurgitis vndam*
PAVLA *pole gratum oppidulum gratumque Lyæo*
Prole virûm felix & felix prole Deorum.

Tum verò de loco quem ad Paulam incolunt noſtri pergit dicere Camartus: S. Franciſcus relictis parentibus clam Eremum petiit, tandémque duobus circiter paſſuum millibus à Paula remotior in locum aſperum & horridum ſe recepit, atque in eo prima Paulani Conuentus fundamenta iecit. Locus eſt ad ſeptemtrionalem Paulæ partem in edito collis vertice inter ſublimium montium præruptа, ad quem nunc licet acceſſus facilis ſit, eiuſque facies longè gratior & amœnior, cum tamen eo S. P. Franciſcus aduenit, inacceſſibilis penè erat, aſperus vndique ſyluiſque ac celſiſſimis arborum vmbris horrens, &c. Situm ille minutatim deſcribit, cuius poſtquàm graphicam delineationem dedit noſter Nicolaus Roillartus ære inciſam & inſculptam, fruſtra ingererem auribus quæ licet oculis vſurpare. Sed & eâdem diligentiâ vetus & nouum Cœnobij opus adamuſſim Camartus deſcribit, tum verò præcipuè, Cappellam quæ dicitur S. Franciſci, hoc eſt vetus illud oratorium quod à Franciſco noſtro exſtructum eſt, Eccleſiam, Chorum inferiorem & Clauſtrum', vnde facile eſt ipſius Camarti diligentiam æſtimare, ſed ea omnia exſcribere operoſius eſt, quàm ferant quæ nos premunt temporis anguſtiæ. Eſt autem vetus opus quod B. P. N. ætate perfectum eſt, nouum quod poſt Turcicam direptionem ab Iſabella Toletana conſtitutum eſt, id verò eſt hoc elogio dedicatum:

Domina Iſabella de Toledo D. Caſtrouill. Templum cum Cœnobio S. Franciſci de Paula vetuſtate & Turcarum inuaſione penè diruenda inſtauranit, inque meliorem formam reſtituit M. DC. LXI.

His addit Camartus ſpeluncæ in quam ſe B. P. N. recipiebat, aliorumque locorum deſcriptionem & miraculoſi fontis memoriam, digna certè omnia quæ poſteritati commendentur, ſed quæ nobis in turba & preſſu iam nunc elabuntur.

Ann. 1458. Libet ex Camarti excerptis quæ vidimus Corilianenſis Cœnobij deſcriptionem ex parte reponere. Sic ergo ille habet: Corilianum ſedem Epiſcopalem non habet, Ciuitatis tamen nomen & priuilegium obtinet, ſitum eſt in diœceſi Roſſanenſi, diſtat à Roſſano paſſuum 8000. ſitum eſt in faſtigio collis vnde latiſſimus in mare vniuerſamque planitiem proſpectus eſt. Aget Corilianenſis rerum omnium copia exuberat, frumenti enim & olei redundantia potius eſt quàm abundantia, vina verò generoſa ibi fiunt. Maria verò

in

Digitized by Google

in his partibus multo ſunt fœcundiora & piſculentiora quàm quæ ex aduerſa parte Italiæ ſunt, maximè verò ad Tarentinum ſinum à quo Corilianum haud longè abeſt: cœlo & aëre ſaluberrimo gaudet ob ſui ſublimitatem: Ibi nemora ſunt ingentia citroniorum, cedrorum & malorum aureorum, maximè verò in horto Principis, quem inter præcipuos totius Italiæ recenſere licet. Plures in ea Ciuitate Conuentus ſunt Ordinum Mendicantium, qui verò noſtri Ordinis eſt antiquitate ipſa longaque S. P. Franciſci de Paula in eo demoratione variiſque miraculis gloriatur. Haud longè ergo à Ciuitatis mœnibus in editiore colle inter orientalem meridionalemque partem planities eſt ſatis amœna latiſſimè ad mare quod orientalius eſt proſpectum exhibens. Ibi ſitus eſt Conuentus noſter Corilianenſis, cui à meridie adſunt celſiores montes in quibus ſylua quæ Sila dicitur, ab occidente valles ſubſunt, Ciuitas autem ipſa ad ſeptemtrionem ſedet. Illius initium ad S. Frãciſcum referre licet qui cùm Paulæ, Paterni, Spezani Conuentus erexiſſet, ad eum demùm locum deuenit. Agebatur Chriſtianus circiter 1476. (Tantum diſſentit Camartus ab Annalibus ſcriptis.) Ibi partim ſua ſponte partim ciuium hortatu moram diuturnam traxit, Conuentumque deſignauit, contemplationi certè atque exercitiis ſpiritualibus percommodum, erat enim tunc temporis maximè ſolitarius nondum tot ædificatis domibus quæ ſucceſſu temporis inter Conuentum & Ciuitatem erectæ ſunt, præterea difficilè iter ac veluti anfractuoſum horrorem ac deuotionem illi afferebat. Viuebat Bernardinus Beſiniani Princeps S. Marci Dux vir maximæ autoritatis & regiæ, Deo item deuotiſſimus & ſpeciali beneuolentiâ in ſanctum virum affectus. Is Hieronymi Principis genitoris ſui exempla ſequutus qui B. Franciſcum impensè diligebat, locum Monaſterio ædificando proprium principali liberalitate conceſſit. Ibi Eccleſiæ Conuentuſq; formam ſuis manibus delineauit, & antequam in Gallias proficiſceretur penè abſoluit expenſis & eleëmoſynis Principis Beſiniani. Extat certè inſtrumentum publicum XXVIII. Octob. an. 1506. cum abſoluta omni ex parte fabrica Petrus Antonius Sanſeuerinas Beſiniani Princeps ſuperioris Bernardini filius Conuentum dicitur exædificaſſe. Ita vir diligens & accuratus dum Ordinem perluſtraret Cœnobiorum Origines veſtigabat & eruebat, pergit porrò multa enarrare quæ ad progreſſum & laudationem Corilianenſis domus faciant, ſed quæ nos breuitatis cauſa prætermittimus.

Ann. 1464. *n.* 1. Ambiguas de tranſitu B. P. N. in Siciliam opiniones Camartus ad hunc modum ediſſerit, loquens de Conuentus Mylaitani erectione: Certè (inquit) illius erigendi causâ ſtupendum à Deo miraculum in perſona S. Franciſci editum eſt. Venerunt ad beatum virum dum in Calabria moraretur Siculi duo, quos ille in Ordine admiſerat, Franciſcus Maioranus & Antonius Bonus, ij pariter in Siciliam miſſi fuerant vt de Conuentu erigendo cum Siculis agerent, re aliquantulum diſpoſita multis precibus à ſancto viro obtinuere vt in Inſulam proficiſceretur, reliquit ille Paulam & ad iter ſe accinxit, maximè dicente ſibi Domino magnam in illis partibus ſegetem præparatam quæ operariis indigeret. Cum verò ad anguſtum Mammertini fretũ, vbi Scylla & Charybdis furores ſuos excitant, aduenisſet in oppidum cui Scillium vulgo *lo Seiglio* nomen eſt haud procul à turre Phari, ſiue in Catonam quod aliud oppidum eſt (neque enim autores inter ſe conueniunt) nautas traiicientes humiliter rogauit vt inopem ſe æris pro Dei amore nauigio exciperent; negant illi, quæ eſt huiuſmodi hominum inurbanitas, nec aliter aſſumere volunt quàm mercede ſoluta: ſedit in ripa, ſubſiſtenti verò viro ſancto atque oranti diuina virtus aſtitit ſuggeſſitque vt ſubiecto pallio, illicò ſic illud mare tot naufragiis infame intrepidus traiiceret, fide tutus expanſo pallio inſilit cum ſociis, & maxima vſus ſecuritate ac celeritate in aduerſum Siciliæ littus appulit ſtupentibus omnibus & vniuerſis ad inſtar numinis veri venerantibus. Qui verò fuerint ſocij illius & in quem Siciliæ locum appulerint variè autores diſſerunt, quo etiam in loco Siciliæ terram acceperit varia eſt traditio. Quidam enim contendunt ſanctum virum nunquam Meſſanam accedere voluiſſe: alij

aſſerunt firmiſſimè tenentes eam Eccleſiam S. Sepulchri, in qua nunc eſt Conuentus Meſſanenſis, deſignaſſe pro Ordinis ſui Cœnobio atque in illam intraſſe: Alij ad S. Agatham applicuiſſe, vel ad S. Mariam de la Grotta opinantur. Ita Camartus, qui deinceps obſeruat continuum illud miraculum domiti freti, & vt ita dicam, manſuefacti, quo in hodiernum beneficio per B. P. N. merita qui illac nauigant perfruuntur. At verò quæ in vtramque partem aut plures etiam agitantur circa diſſidentes illas ſcriptorum opiniones noſter Ioſephus à Meſſana inſignis eruditione ac pietate vir ſingulari opere vt audio conciliauit. Vtrùm tamen illud editum ſit non potui reſcire.

Ann. 1469. *n.* 1. Pauli Pontificis cubicularium ex Adorniorum familia Hieronymum de nomine dictum nonnulli arbitrantur: Genuenſes ipſi Ordinem noſtrum fuiſſe poſteà profeſſum affirmant magnaque morum ſanctimonia floruiſſe ſcribunt.

N. 3. Conuentus Maidæ in hunc annum conferendus, qua de re ad an. 1496. n. 3. Confirmant excerpta Camarti quæ vidimus.

Ann. 1485. qui dies S. Benedicto dicitur non eſt x. ſed XII. Calend. April. quare ſubeſt hallucinatio corrigenda.

Ann. 1493. Exordium Cœnobij apud Giemum, de quo an. 1498. n. 4.

Ann. 1494. *n.* 1. Recognoſcenda veniunt quæ de Genuenſi Conuentu ſcripſimus ex iis quæ nuper acceepimus diligentia & ſtudio noſtri Franciſci Mariæ de Agrifoliis. Imprimis autem obſeruat ille Montem-ſanum in quo ſitus eſt Conuentus etiam vulgò *Monte Caldetto* dici ex Iuſtiniano in hiſtor. Genuenſ. lib. 1. char. III. Dehinc etiam aduertit, Sacellum omnium pulcherrimum S. Hieronymo dicatum quod nuper V. Clar. D. Hieronymus Balbi procurauit. Acceſſit & alterum ſatis elegãs liberalitate Nobil. D. Simonis Ayroli, S. Ioanni Baptiſtæ nuncupatum. Tertio & de ſacris pignoribus quæ illic depoſita ſeruantur, præter ea quæ noſter Montoia enumerauit, vtpotè S. Innocentij Martyris, SS. Laurentij & Anteri in paſſione ſocij corpus marmoreo ſepulchro conditum, brachium S. Theodori Martyris, pedem S. Ioannis Martyris, & S. Ioannis Eleëmoſynarij aliquas particulas; hæc alia religioſè cuſtodiri tradit, nimirùm SS. Quirini, Maximi & Hyacinthi Martyrum integra corpora, & B. P. N. coſtam: quæ omnia pretioſis thecis contecta magnam habent venerationem. At verò præter coſtam B. P. N. quam diximus, ſunt & caputium eius atque perſpicilia, quorum ſalutarem attactum tam crebra & inſignia miracula comprobarunt, vt ex ſuis Commentariis edenda propediem Genuenſes noſtri ſpem faciant. Nuper autem & Nobiliſſ. Clariſſ. q; V. D. Ioannes Lucas Spinola, Ioannis Dominici Card. frater multa in Eccleſiæ eius ornamentum contulit; atque iam nunc lapidei gradus exſtruuntur quibus eniti facilius poſſint ad montis faſtigium qui Cœnobium noſtrum illic poſitum adeunt. Bibliotheca, quam antè non plures duodecim annos noſter Laurentius de Pereynis cœpit inſtruere, cumprimis elegans, copioſa, & rara eſt. Sed hæc decora ſingulatim perſequi præter inſtituti noſtri rationem fuerit.

Hoc eod. an. Dedicatio Giemenſis Eccleſiæ, de qua ad ann. 1498. n. 4.

Ann. 1496. *n.* 1. Bracancutienſis Cœnobij res non ſatis nobis cognitas cum adeſſemus coràm & veteres eiuſdem Cœnobij ſcripturas recognoſceremus, deprehendimus. Quantùm enim eſt ad fundatorem Conuentûs fruſtra Ioannem Baldricurium cum Roberto patre confudimus, aut potius diſtinguere non potuimus, aliorum autoritatem ſecuti. Sed Fundationis inſtrumentum, an. 1501. die 17. Octob. ſcriptum pro Margareta de Baudricour, nos docet, Ioannem, Roberti & Aleydis de Chambly filium fuiſſe ſororéſque duas habuiſſe Margaretam ipſam fundatricem & alteram Bonam, niſi fallor nominatam, ipſumque Ioannem Franciæ Mareſchallum & Burgundiæ Gubernatorem diſertè commemorat. Quam ad rem placet exſcribere litteras R. D. Andreæ cognomento d'Eſpinay Card. Lugdun. & Burdig. quæ ſimul & fidem facient de antiqua B. Virginis dictæ de Bracancour ædicula. Illæ igitur ſic habent.

ANDRIAS

Recognitio.

ANDREAS *miſeratione diuina tit. S. Martini in montibus S. R. E. Presbyter Card. Lugdun. & Burd. Eccleſiarum Archiepiſcopus ac Galliarum & Aquitaniæ Primas & Comes Lugdun. Vniuerſis & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus præſentes inſpecturis, Salutem in Domino ſempiternam. Æterna mercedis particeps efficitur qui bonorum operum ſe conſtituit promotorem ; cupientes igitur vt perpetua Cappellania ruralis Eremiterium nuncupata B. Mariæ Virginis de Bracancour, ſita prope locum ſeu caſtrum Blaſij, Lingonenſis diœceſ. in ſuis ſtructuris reparationibus & ædificijs reparetur, reſtauretur & manutineatur, libris quoque, calicibus, &c. decenter muniatur, ad id Chriſti fidelium eleëmoſynæ quamplurimum ſunt neceſſariæ & opportunæ, ideoque pro parte Ven. Viri D. Iacobi Guillermi Presbyteri dictæ diœceſ. Nob. Vir. D. Ioannis de Baudricour Chriſtianiſſimi Principis D. Caroli Francorum Regis & pro eo in Burgundia Gubernatoris fuerunt humiliter & deuotè requiſiti quatenus neceſſitati ipſius Cappellaniæ ſubuenire dignaremur. Nos igitur Andreas Card. prefatus piæ voluntati ipſius Iacobi annuere volentes de Omnipotentis Dei miſericordia ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis qui dictam Cappellaniam ſeu Eremiterium, in Conceptionis & Purificationis B. Mariæ V. ſecundarum feriarum Reſurrectionis D. N. Ieſu Chriſti & Sanctæ Pentecoſtes & Aſſumptionis eiuſd. B. Mariæ V. feſtiuitatibus, ſolemnitatibus & diebus, à primis Veſperis vſque ad ſecundas Veſperas incluſiuè deuotè viſitauerint annuatim & ad reparationem, &c. totiens quotiens id fecerint diebus & horis ſupradictis centum dies de iniunctis eis pœnitentiis, vel quæ ſibi merito iniungi deberent in Domino miſericorditer relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum, &c. Datum Turonis ſub an. à Natiuitate Domini* 1489. *indict.* VII. *die verò* 19. *menſis Nouemb. Pontif. S. D. N. Innocentij Papæ VIII. an.* 6. Ex his porrò liquet inſuper eo tum tempore nondum noſtris ceſſiſſe illud Oratorium, cum tamen an. 1493. illic Corrector fuerit inſtiturus vt obſeruauimus. Veniſſe autem porrò in eum Conuentum ad Eccleſiæ dedicationem B P.N. ipſius Cœnobij Commentaria manifeſtant. Quantâ denique pietate animique deuotione hunc locum colerent Fundatores ex pluribus documentis apparet, nam & à Georgio Amboſio Card. & Leg. ab an. 1502. Indulgentias impetrauerunt pro Viſitantibus Sepulchrum Domini, cuius ibi ædicula extat ad Ieroſolymitanæ formam, tum etiam Crucem quæ ad viam qua venitur à Caſtro in Cœnobium proſtat, quas Ioannes Amboſius Lingonenſis Epiſcopus eodem anno recognouit & amplificauit. Quin & ann. 1508. alias à Iulio II. Pont. ac denique an. 1513. alias iterum à Franciſco de Claromonte & Renato de Prie Cardd. Legatis ad eundem effectũ exorauerunt. Sed & hæc & alia eius domus antiqua monumẽta perſcrutari & proferre nõ vacat.

Ann. 1497. Ab hoc anno S. Suſannæ Cappella in Giemenſi Cœnobio dedicata eſt, qua de re ad an. 1498. n. 4.

Ann. 1501. Litteræ B.P.N. pro Conuentu Romano ad hunc ann. ſcriptæ ex pag. 406. requirendæ. Item aliæ pro Abbatia S. Pauli iuxta muros Belloua-cenſes ex pag. 490.

Ann. 1507. Dedicatio Eccleſiæ Montis gaugerici, de qua pag. 92.

Eod. an. n. 2 Quod de Magalonenſi Epiſcopo diximus probabilius videtur de Maleacenſi dicendum, atque is tum fuit fortè Dionyſius ille de quo in Conuentu Caſtri-Eraldi meminimus.

Ann. 1511. *n.* 5. Paulum à Paterno Dauid Romæus Thomam perpetuo vocat errore manifeſto.

Ann. 1512. Exordium Cœnobij apud Hiſpalim à quibuſdam in h. annum confertur ex pag. 233.

Ann. 1517. Dedicatio Hiſpalenſis Eccleſiæ, ex pag. 233.

Ann. 1522. Dedicatio Eccleſiæ apud Caſtrum-Eraldi, ex pag. 46.

Ann. 1523. S. Oliuæ ſodalitium apud Panormum noſtris delatum, anno ſequenti de corpore S. Oliuæ effodiendo actum, &c. ex pag. 183.

Ann. 1526. Dedicatio Eccleſiæ Bomerienſis, ex pag. 123.

Ann. 1527. Burdigalæ donatum noſtris Monialium Auguſtinianarum Cœnobium ab antiquo deſertum, ex pag. 415.

Recognitio.

Ann. 1535. De noſtro *Didaco à Sylua* extant plura in Aphoriſmis Inquiſitorum quos edidit Antonius de Souſa, nam & Bracharenſis Epiſcopus & Hiſpaniarum Primas effectus dicitur. Cõtrouertitur autem cuius Ordinis fuerit, noſtri contendunt ex Ordine Minorum in noſtrum tranſiiſſe atque ab eo Inquiſitorem Generalem aſſumptum demùm ad Epiſcopalem & Archiepiſcopalem dignitatem aſcendiſſe, in quo habent ſuffragantes ſibi Bullas Pontificias aliaque firma ſatis argumenta, nonnulli de tranſitu ad noſtros reticent, alij non alium quàm Ordinis Minorum profeſſorem faciunt. Nos ſimpliciter quæ de illo nobis innotuerant ſcripſimus, nec iam vacat eam controuerſiam diſcutere quam in noſtri Ordinis gratiam laudatus à nobis non ſemel R. P. Franciſcus Maria de Agrifoliis pertractauit & ad nos tranſmiſit. Quin & R. P. Antonius de Souſa in ſui Operis recognitione priorem ſententiam ſe retractaturum ſpopondit.

An. 1540. n. 1. Docent nos Camarti excerpta & Hiſtoria Alphonſi II. Regis, eo loco vbi obtruncati ſunt à Turcis Hydrunti martyres ædiculam fuiſſe ædificatam nomine S. Mariæ ad martyres, ad quam poſtea Cœnobium noſtrum adſtructum fuit, ad an. vt ille habet 1542. quod tempus biennio Annales ſcripti anticipant. Narrat autem memorabilem imprimis euentum, ex quo maior Hydruntinis martyribus reuerentia conciliata eſt. Is ad hunc modum habet. Die x. Octob. an. 1616. quatuor horis antè lucem matutinam apparuit militibus qui tunc excubias noctis in Arce Hydrunti faciebant lumen immenſum intra Eccleſiam noſtri Conuentus valuis ipſius apertis multaq; luce coruſcis; ſtupentibus militibus ob rei nouitatem viſa fuit hominum maxima multitudo in veſtibus albis, quorum quilibet manu candelam accenſam geſtabat toto corpore velut refulgente. Porrò exierunt ab Eccleſia vniuerſi bini inſtar proceſſionis & deſcenderunt per aliquot gradus ſcalæ lapideæ quæ ibi extat, ſteteruntque in circuitu lapidis & crucis quæ ibidem fixa eſt, vnde poſt aliquantulam moram in vallem per gradus ordinatè deſcendentes venêre ad proximam Cappellam atque in eam introiuere & rurſum eodem ordine reuerſi noſtri Conuentus Eccleſiam ingreſſi ſunt. Vix de mane inclaruerat & ecce ex parte Illuſtriſſimi D. Caſtellani venêre milites ad Conuentum vt peterent à fratribus quænam fuiſſet nocturna illorum ſolemnitas & vnde tanta hominum luminumque multitudo, fratres verò huius rei ſe penitus ignaros confeſſi ſunt. Nouem deinde à prima viſione diebus elapſis, iterum eadem viſio, non ipſis ſolis Arcis cuſtodibus, ſed & aliis qui per Ciuitatis mœnia militares quoque excubias faciebant apparuit, viſaque fuit Eccleſiæ nauis in qua martyrum oſſa requieſcunt immenſa luce refulgere. Contigit verò eo ipſo tempore ex Epyro Chriſtianos aliquot qui à Turcis captiui tenebantur, è vinculis effugere, aſcenſaq; naui Chriſtianorum proſpero vento Hydruntum quod ſexaginta tantum milliaribus à Cephalonia diſtat appulêre, à quibus Hydruntini didicerunt illa ipſa nocte qua lux Martyrum apparuit, Turcas cum viginti ſex triremibus è portu ſoluiſſe, vt aduerſus Hydruntum irruerent, cumque ad conſpectum ferè ciuitatis aceeſſiſſent tanto & tam valido impetu agitatas triremes vt ex illis quatuordecim ſubruerentur, reliquas incerto mari delatas huc illucque diſperſas coadunari denique minimè potuiſſe. Qua re cognita Vicarij Generalis mandato ſupplicationes indictæ totius Cleri & Populi ad Eccleſiã S. Mariæ ad martyres, &c.

An. 1571. Conuentus Fori-Iulij dimittitur, an. 1529. n. 2. *Eod. an.* excidit n. 2. & quæ ſub eo ſcripſeramus quæ poſtmodum reſtituere non licuit.

An. 1578. n. 7. Carolus Sauſſeyus Annalium Eccleſ. Aurelian lib. 14. de Franciſco Falcone Epiſc. Aurelian. In Conuentu Minimorum Pariſienſium (h. Nigeonenſium) B. Franciſco de Paula deuotus Sacellum miro curauit opere exædificandum.

An. 1584. Obitus P. Matthæi Bordier, ex pag. 310.

An. 1586. Conuentus Caſalis noui ad hunc annum referendus, ex pag. 301.

Ann. 1588. *n.* 2. Chronicon Fublinenſe quod promiſeramus & antè annos tres perſcriptum in ſchedis ſeruabamus ob temporis breuitatem non eſt editum

Digitized by Google

tum. Quare nonnulla ex eo hic neceſſario veniunt reponenda. Imprimis verò locum ſic deſcribebamus. Fublinum vt vocamus, aut verius Feublaniæ vt in Actis Capituli Meldenſis legimus, ignoti ferè nominis viculus eſt in Lugdunenſi quarta diœceſ. Meldenſ. ſeu in ea Galliæ parte quam nos Briam nominamus, Veteres Brigeium, aut Brigenſem ſaltum dixerunt. Situs illi eſt in monte Meldenſis agri, ad Matronæ flexum ſeu circumductum, quâ pronus ille ac decliuis in ripam præterlabentis fluuij ſpectat, æquali ſpatio, trium milliariorum aut circa, diſtans à Meldarum metropoli, Veteribus Iatinum dicta, & Monticellis ſeu Monte aqueo, regio ad ruſticationem ſeceſſu longè nobiliſſimo, huic ad Orientem illi Occidentem inter atque Septentrionem obuerſus: montem ipſum àmeridie nonnihil extantem habet, illincq; quâ declinat versùs Orientem Brodolium S. Fiacrij Monaſterio & nomine celebrem pagum altero non procul milliario proſpicit. Ad Occidentem, vbi mons in planitiem molliter inflectitur, eminet ipſi vico gentilitium & auitum nobilis Poſſemiorum familiæ prædium, querceto imprimis ſpectabile, ſatiuis deinde cum arboribus tum oleribus abundans & fertile, pratis etiam atque vineis florens & amœnum, vt compoſita ex æquo videatur neceſſitati iucunditas. Ager eſt in vniuerſum iugerum ſeu aripennium quatuordecim aut quindecim, cui circumducta eſt recto & longo tractu maceria lapidei & cæmentitij operis, quæ locum præſtat non modo tutum atque ſecurum, ſed proſpectu etiam magnificum, &c. De pretioſis etiam lipſanis quæ ibidem aſſeruantur hæc interſeruimus: Sub idem tempus (an. 1602.) plurima & grandia oſſa B. Celiniæ Virginis Meldenſis, quam S. Genouefa ſacro velamine induerat, & à proco per miraculum liberauerat (vt habent eius Acta apud Surium die 111. Ianuar.) hodieque à ſuis Ciuibus annuo feſto & 1x. lectionum Officio colitur quod Eccleſiæ Meldenſis Tabulæ x11. Kal. Nouemb. referunt, & SS. Martyrum Tranquillinæ, Chriſtinæ & Remediæ, quæ de numero perhibentur vndecim millium Virginum Colonienſium in Fublinenſem Eccleſiam ſolemni pompa & ritu perlata ſunt, &c. Sed & Meldenſis Epiſcopi gratioſas in comprobationem fundationis Poſſemianæ litteras non fruſtra excerpendas & hic ſubiiciendas putauimus illæ ſic habent:

Ioannes de Veteri Ponte *diuino nutu ac Sedis Apoſtolicæ autoritate Meldenſis Epiſcopus: Omnibus & ſingulis in Chriſto fidelibus, Salutem in Domino. Nota ſatis ac penè in vniuerſos Chriſtianæ ditionis fines diffuſa Fratrum Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula pietas & religio, non paucos Chriſtianæ fidei alumnos compulerat, ad propagandam magis ac magis diuinæ Bonitatis gloriam, quorundam eiuſdem Congregationis Cœnobiorum extructione: cùm hæc eadem Minimorum pietas, apud Dominum Petrum de Pouſſemie ſummis virtutibus prafulgentem, in noſtra Meldenſi Eccleſia Canonicum & Cantorem, quemque ob ſingularem illius vitæ & morum integritatem, ſed & non mediocrem rerum Eccleſiaſticarum peritiam nobis in coadiutorem, magnum Vicarium vulgò nuncupatum, Epiſcopalis officij adſciuimus & delegimus, tanti fuit ponderis & momenti, vt is Spiritu ſancto afflatus ſuburbanam domum ruſticamque villam ſuam in pago Feublinenſi ſitam, eiſdem Fratribus paucis ab hinc annis gratuito dono contulerit: vbique Monaſterium tum ad fundendas Omnipotenti Deo laudes, tum ad quorundam eiuſdem Ordinis Fratrum & Correctorii habitationem & alimentum, propriis ſumptibus propriaque diligentia in iuſtam fabricam duci curauerit. Quod quidem egregium pietatis facinus ſimul cum emolumentis permaximis quæ à concionibus eorundem Fratrum, confeſſionum auditione, aliiſque conſimilibus pietatis officiis erga quàm plurimos collatis quotidie manant, cùm primùm multorum relatione ad nos peruenisſet, nihil quicquam conditori Deo iucundius fore arbitrati ſumus, quàm ſi ſublatis in cœlum manibus ipſi immortales gratias rependeremus, quippe qui hac noſtra adeò arumnoſa tempeſtate gnauos operarios qui nobiſcum in vinea Domini laborarent, ab ea vitiorum radices euellerent & nocituras hæreſum ſtirpes eliderent de nouo miſerit. Verùm ipſis Fratribus Minimis eiuſdem Feublinenſis Conuentus fundationem quantùm ad nos pertinet comprobari humiliter poſtulantibus, ita quod ipſi ac eorum pro tempore ſucceſſores priuilegijs ac immunitatibus à Sede Apoſtolica Ordini ſuo indultis hac in noſtra diœceſi licitè & omnimodè imposterum potiri valeant. Nos ille-*

rum votis tanquam legitimis æquo animo respondimus, ac nunc denuò respondemus, vt qui eiusdem fundationis fideiussionem à prefato Domino de Pousſemie factam non modò gratam & perjucundam, sed etiam ratam fixamque habemus. Poterunt etiam ipsi Fratres in omnibus huiusce nostræ diœcesis Ecclesiis, Parochiis, ac locis congruis, sicut optimos decet Religiosos, concionari, confessiones audire, rem sacram peragere, aliaque Charitatis officia exercere, iuxta facultatem à Sede Apostolica sibi concessam, & quibus cæteri sui Ordinis Fratres ad communem sanctæ matris Ecclesiæ vtilitatem ac animarum salutem alibi funguntur: ipsis Fratribus proinde in omnibus & contra omnes auxilium ac opem latari. In quorum omnium fidem chirographum nostrum propria manu hisce apposuimus, nec non officij nostri sigillo muniri curauimus anno Dominicæ Incarnationis milleſimo sexcenteſimo quarto decimo septimo die mensis Maij. Sic signatum I. De Veteri Ponte Episcopus Meldensis.

Atque hæc de multis pauca libasse quantum per tempus licet, satis erit.

Eod.an.in fine quæ diximus, de Francisco de las Cueuas emendanda, ex app. 2.

*An.*1591. Obitus Sororis Annæ le Lieur & P. Hieronymi Frizõ, ex p. 338. & 423.

Ann. 1597. Couentus Nosiaci dimittitur, ex pag. 302.

Ann. 1601. Obitus P. Petri à Mena, ex pag. 361.

Ann. 1602. Dedicatio Ecclesiæ Mantuanæ, ex pag. 344.

Ann. 1603. Rhegij-Iulij direptio & euersio Ecclesiæ, &c. ex pag. 348.

Ann. 1605. Dedicatio Fublinensis Ecclesiæ, ex pag. 328. Conuentus Viuarij conferendus in hoc ann. ex pag 386.

Ann. 1606. Conuentus Ornati in hunc annum reuocandus, ex pag. 414.

Ann. 1609. Eleuatio corporis S. Primiani, ex pag. 357. Eleuatio corporis P. Gasparis Boni, ex pag. 394.

Ann. 1610. Eleuatio P. Alphonsi Villamaioris, ex pag. 349. Retrahendus in hunc an. Landunensis Conuentus, ex pag. 423.

Ann. eod. 1610. *n.* 5. *lege* Gallis non perinde factum atque Italis. Nam etsi præter Parisiense Cœnobium aliud non haberent quod in rebus suis computarent, huius vnius magnificentia, &c. Quamuis enim opus ad hæc vltimam manum non accepit & per loci angustias hortis. *Ibidem* in Epitaphio Dianæ Franciæ pro III. Nonas *lege* III. Idus, quod & in marmore corrigendum.

Ann. 1612. Conuentus Manæ, ex pag. 381.

Ann. 1613. Dedicatio Ecclesiæ Nanceianæ, ex an. 1590. n. 1.

Ann. 1615. Dedicatio Ecclesiæ Auallonensis, ex pag. 414. Erectio Prouinciæ Cataloniæ, ex pag. 446.

Ann. 1616. Obitus Ludouici Frizon, ex pag. 423.

Anno 1617. Dedicatio Ecclesiæ Massilienſis, ex pag 356.

Anno 1618. Dedicatio Ecclesiæ Castrotheodoricensis, ex pag. 404.

Anno 1620. Dedicatio Ecclesiæ Suessionensis, ex pag. 307.

Anno 1624. Dedicatio Ecclesiæ Vitriacensis, ex pag. 442.

Eod. an. n. 15. Reponenda ex Chronico Fublinensi quod citauimus ea quæ de nostro Stephano & Antonio scripseramus. Sunt verò istiusmodi: Obnoxia malis obstinatisque corporũ affectibus tempestas multos è nostris afflixit, quod non parùm ab hoc initio (Correctoriatûs) animum meum excruciauit, sed ad viuum penetrauit & transfodit consecuta mors charissimorum mihi pignorum P. Stephani Hug Biterrẽsis & P. Antonij de Foligni Parisini, quos cum aliquando sub disciplina meâ (Philosophiam nimirum ac Theologiam prælegens) habuissem, penitiùs noueram. Erat ille, acri, viuo, præsentique ingenio, placidis tamen moribus & ad omnem honestatem compositis, vigebat in eo iudicium cum memoriâ, sed habitu corporis erat infirmo & malè affecto. Hic non adeo subtili aut viuaci ingenio, morum tamen suauitate præcellebat & quadam mentis teneritudine qua vehementer afficiebatur ad res pias atque diuinas, meliori erat memoria quàm iudicio, sed habitudine corporis firma & benè valenti. Ambo sub idem tempus Ordinem ingressi, tyrocinij tempus simul exegerant, exactoq; professus ille XXV. Ianuar. hic XXI. Mart. eod. an. 1619. eodem loco, Nigeone. Ambo pari passu ad omnem virtutem & litterarum stu-

dia

Digitized by Google

dia progreſſi, nunquam ab inuicem aut loco aut tempore aut affectu diuulſi, ſacris omnibus communiter initiati, nouiſſimè ad Octauam Pentecoſtes in Preſbyteros vncti conſecratiq; fuerant. Prior autem in morbũ incidit Stephanus, ambo tamen haud longo interiecto ſpatio cõſumpti ſunt. Hugius certè dyſenteria miſerabiliter excarnificatus poſt acerrima & diuturna tormenta mirabili æquanimitate tolerata ad diem XVII. menſ Octob. extinctus eſt. Follignius, qui ægrotanti & decumbenti Stephano aliiſque mira corporis & animi promptitudine adfuerat, febre primùm leuiter attactus, mox autem pleuritide correptus, inſanabili ægritudinis genere ad diem XXIII. Nouemb. ſimiliter extinctus eſt. Sed quæ illi pietatis argumenta dederint, quæ documenta reliquerint intaminatæ vitæ, quæ pignora monimentaq; proximæ nec vltra differendæ beatitudinis expreſſerint, non poſſunt niſi iuſto volumine percenſeri. Abrũpo victus dolore, victus magnitudine rerũ quas mente tacitus recolo. Verè verè beatum par, cuius æternùm, quod voueo, quod facio, meminiſſe non pigebit. Hæc ibi.

An. 1625. *n.* 8. Libet hic quoque ab Fublinenſi Chronico Tumulum Rangolij noſtri adducere ſed continuo tractu perſcriptũ. R. P. Claudius Rangolius Creſpeienſis Valeſius Hebraïcè, Græcè, & Latinè doctus, Incomparabilis Eloquentiæ Scripſit in Reges Commentariorum libros duos. Diffusâ in labijs dicendi gratia, animos ad virtutem mulcebat, trahebat, perducebat. Perſuaſus ipſe Sanctorum rebus geſtis & exemplis (quæ illi lectio penè continua) animauerat ſe ad communem vitæ curſum ſuperandum. Diuinarum rerum cogitatione liquefiebat, & in multas aliquando lachrymas totus ſoluebatur. Feruenti zelo ad cultum Dei promouendum accenſus vitiorum mentionem exhorrebat. Corporis & animi puritatem imprimis amauit & coluit, paupertatem ex hoc atque abſtinentiam, reliquas virtutes cum his ſeriò complexus. Solitudo & receſſus in magna parte voluptatis fuit, in otio tamen nunquam fuit. Dum ad perfectionis metam intenſo curſu properat, & corpus duriter macerat, mors in maturam virtutis meſſem falcem iniicit, ſed heu! in virum fato immaturum. O quæ intercepta immortalitati & nobis Opera! Fublinum in agro Meldenſi hinc nobis luctum fecit, &c.

An. 1627. Dedicatio Eccleſiæ Niuernenſis, ex pag. 417.

An. 1628. Dedicatio Eccleſiæ Carnotenſis, ex pag. 479.

An. 1629. Dedicatio Eccleſiæ Peronenſis, ex pag. 420.

An. 1630. Dedicatio Eccleſiæ Rhemenſis, ex pag. 279. Eleuatio ſepulchri B. Franciſci P. N. ex pag. 25.

AD APPENDICEM SECVNDAM.

ANTONIVS DE LA GRANGE, *leg.* ANDREAS, *& adde*, Alia pia opuſcula edidit ſuppreſſo nomine.

HILARION DE COSTE, de quo etiam require in Catalogo Prouincialium Franciæ, *pp.* 3.

LVDOVICVS DONY, &c. *adde*. Nouiſſimè magno labore concinnauit: *Officia propria Sanctorum Regienſis Eccleſiæ*, Aquis-Sextiis, *typis* Ioannis Roize, &c. an. 1635. edita.

AD APPENDICEM TERTIAM.

In Prouincia V. ſeu Genuenſi, *lege*.

1587. BENEDICTVS DE AMICIS, de quo alibi.

1590. THEODORVS A BELVEDERIO, qui Thomas in Actis.

1593. DIONYSIVS CALDORA, cuius loco Vicarius Ioãnes Baptiſta Poſſentus.

1596. IOANNES BAPTISTA POSSENTVS, qui ſuprà.

1599. MARCELLVS ORLANDVS, qui relictus Lombardiæ, electo in Genuenſem Gabriele Cicala.

1602. THOMAS SEMINVS, de quo alibi.

1605. FRANCISCVS A GENVA.

1608. IOANNES PAVLVS A FORNARIIS.

1611. GABRIEL CICALA. Et hæc habuimus reponenda ex Catalogo quem nouiſſimè ad nos dedit noſter Franciſcus Maria de Agrifoliis, reliqua non diſſentiunt.

CAPITVLA GENERALIA.

I. *Romanum.*
II. *Turonenſe.*
III. *Toloſanum.*
IV. *Romanum* II.
V. *Pariſienſe*, ſeu *Nigeonenſe.*
VI. *Romanum* III.
VII. *Malacitanum.*
VIII. *Gratianopolitanum.*
IX. *Genuenſe.*
X. *Paulanum.*
XI. *Bononienſe.*
XII. *Valentinum.*
XIII. *Bononienſe II.*
XIV. *Foro-iulienſe.*
XV. *Valentinum II.*
XVI. *Genuenſe II.*
XVII. *Foro-iulienſe II.*
XVIII. *Genuenſe III.*
XIX. *Valentinum III.*
XX. *Foro-iulienſe III.*
XXI. *Romanum IV.*
XXII. *Valentinum IV.*
XXIII. *Genuenſe IV.*
XXIV. *Auinionenſe.*
XXV. *Barcinonenſe.*
XXVI. *Genuenſe V.*
XXVII. *Romanum V.*
XXVIII. *Valentinum V.*
XXIX. *Genuenſe VI.*
XXX. *Auinioneníe II.*
XXXI. *Barcinonenſe II.*
XXXII. *Genuenſe VII.*
XXXIII. *Maſilienſe.*
XXXIV. *Romanum VI.*
XXXV. *Romanum VII.*
XXXVI. *Genuenſe VIII.*
XXXVII. *Barcinonenſe III.*
XXXVIII. *Maſilienſe II. proximè celebrandum.*

GENERALES.

I. *S.P.N. Franciſcus quoad vixit.*
II. *Franciſcus Binet.*
III. *Germanus Lionet.*
IV. *Franciſcus Binet.*
V. *Franciſcus Cerdonis.*
VI. *Franciſcus Binet.*
VII. *Martialis de Vicinis.*
VIII. *Ioannes Suteris.*
IX. *Deſiderius de la Mote.*
X. *Franciſcus Bellemere.*
XI. *Gaſpar Ricciullus à Foſſo.*
XII. *Bernardus Faber.*
XIII. *Gaſpar Ricciullus, qui ſuprà.*
XIV. *Marcellus Palmerius.*
XV. *Simon Guichardus.*
XVI. *Ioannes Malras.*
XVII. *Hugo de la Chaux.*
XVIII. *Hieronymus Arnonus.*
XIX. *Ioannes de Beauregard.*
XX. *Ioannes Iudas.*
XXI. *Ioannes à Flumine-frigido.*
XXII. *Marcellus Palmerius.*
XXIII. *Gaſpar Paſſarellus.*
XXIV. *Valentinus à Maſſa.*
XXV. *Ioſephus le Tellier.*
XXVI. *Alphonſus Villamaior.*
XXVII. *Stephanus Carnealius à Francica.*
XXVIII. *Gregorius Carbonellus à Paula.*
XXIX. *Iſidorus Samblaſius.*
XXX. *Petrus de Mena.*
XXXI. *Hieronymus Durand.*
XXXII. *Petrus Hebert.*
XXXIII. *Stephanus Angier.*
33. *Matthias Choco.*
XXXIV. *Didacus Arias de Valcarcel.*
XXXV. *Franciſcus à Mayda.*
XXXVI. *Ægidius Camart.*
36. *Simon Bachelier.*
XXXVII. *Franciſcus à Longobardis.*

COLLEGÆ

Digitized by Google

COLLEGÆ GENERALIVM.

B. P. Franciſcus Collegas videtur pro voluntate aſſumpſiſſe, Vicario autem Generali quem inſtituit quos dederit, diximus an. 1507.

II.

Iacobus de Morano.
Matthæus Michel.
Franciſcus Cerdonis.

III.

Matthæus Michel.
Claudius Denifon.
Ioannes Thalamonis.

IV.

Deſiderius Bertrandi.
Georgius Tonſſe.
Matthæus Michel.

V.

Deſiderius Barbier.
Nicolaus Bethune.
Franciſcus de Crotene.

VI.

Dominicus Malherbe.
Iſaacius Caignet.
Deſiderius de Mota.

VII.

Franciſcus de Maida.
Ioannes Boulen.
Alphonſus de Aquila.

VIII.

Marcellus Palmerius.
Hugo de la Varenne.
Hieronymus de Santella.

IX.

Gaſpar Ricciullus de Foſſo.
Petrus Cadilonus.
Didacus d'Alburquerque.

X.

Paulus à Conſentia.
Saluius du Puch.
Ioannes de Vallepeigna.

XI.

Antonius à Martina.
Simon Guichardus.
Ioannes de Vallepeigna.

XII.

Ioannes à Monte-forti.
Saluius à Puteo.
Franciſcus Iaſarta.

XIII.

Hieronymus Sammarcus.
Nicolaus de la Fontaine.
Didacus d'Alburquerque.

XIV.

Placidus Talaïa.
Hugo de la Chaux.
Petrus Mignonius.

XV.

Dominicus de Tauromena.
Bernardus Gauuit.
Iulianus Hurtado.

XVI.

Nicolaus à Motula.
Matthurinus Aubert.
Ioannes Martinez.

XVII.

Petrus de Briatico.
Ioannes de Beauregard.
Ioannes de Pharias.

XVIII.

Stephanus Veſpulus à Maſſa.
Nicolaus du Cloud.
Petrus de Melgar.

XIX.

Ioannes à Cortali.
Robertus Iahan.
Ioannes Martinez.

XX.

Benedictus à Nucibus.
Ioannes Certain.
Iacobus de Ledeſma.

XXI.

Nulli ſunt electi.

XXII.

Virgilius de Caſtrofranco.
Joſephus le Tellier.
Franciſcus de Hennares.

XXIII.

Vincentius de Pedemonte.
Nicolaus Ficquet.
Antonius de Bezerra.

XXIV.

Benedictus de Benedictis à Nucibus.
Petrus Faurbeur.
Gregorius de Valbuena.

XXV.

Stephanus à Francica.
Vincentius le Blanc.
Gabriel Eſpagnol.

Digitized by Google

XXVI.

Franciſcus Longus à S. Blaſio.
Iacobus Billant.
Franciſcus Conche.

XXVII.

Michaël Carafa.
Simon Bidaire.
Hippolythus Serranus.

XXVIII.

Ioannes Baptiſta à Piſa.
Pontius Iambart.
Rodericus Ximenes.

XXIX.

Dominicus à Marchia.
Gaſpar Dinet.
Hippolythus Serrano.

XXX.

Horatius de Reatis.
Rolandus Guillebour.
Franciſcus de Tamayo.

XXXI.

Franciſcus Longus à Cerliano.
Petrus Hebert.
Emanuel de los Cobos.

XXXII.

Dionyſius Certeſius.
Adrianus Thierry.
Melchior de Spinoſa.

XXXIII.

Eugenius Campeclaro.
Bartholomæus Prouſt.
Marcus à S. Hieronymo.

XXXIV.

Gregorius Carbonellus à Paula.
Vincentius le Blanc.
Hieronymus Guaſca.

XXXV.

Sylueſter à Macherata.
Franciſcus de la Riuiere.
Andreas de Valbuena.

XXXVI.

Benedictus Caponetus à Catanâ.
Simon Bachelier.
Didacus de Ayala.

XXXVII.

Ignatius Verdolinus à Neapoli.
Ioannes Kermarec.
Ioannes Piña de Celis.

ZELOSI.

I. *Iacobus l'Eſperuier.*
II. *Franciſcus Binet.*
III. *Dionyſius Barbier.*
IV. *Franciſcus Binet.*
V. *Ioannes Bardonis.*
VI. *Franciſcus Binetus.*
VII. *Deſiderius de Mota.*
VIII. *Guillelmus Figuli.*
IX. *Deſiderius de la Motte, qui ſup.*
X. *Hugo de Calce, qui & antè.*
XI. Idem *de Calce.*
XII. *Saluius à Puteo.*
XIII. *Gaſpar Ricciullus à Foſſe.*
XIV. *Hugo de Calce, qui ſuprà.*
XV. *Hugo de Calce.*
XVI. *Matburinus Aubert.*
XVII. *Matburinus Aubert*, idem.
XVIII. *Ioannes Iudas.*
XIX. *Ioannes de Beauregard.*
XX. *Ioannes Iudas.*
XXI. *Ioannes de Flumine-frigido.*
XXII. *Ioannes Iudas, qui ſuprà.*
XXIII. *Gaſpar Paſſarellus. Rolandus Guillebour. Alphonſus à Caſtello.*
XXIV. *Ioannes Rapitel.*
XXV. *Benedictus de Benedictis à Nucibus.*
XXVI. *Iulius à Paula.*
XXVII. *Stephanus Cornualius à Francica.*
XXVIII. *Benedictus de Amicis.*
XXIX. *Iſidorus Samblaſius.*
XXX. *Stephanus Angier.*
XXXI. *Franciſcus Humblot.*
XXXII. *Hieronymus Durand.*
XXXIII. *Franciſcus Fortunatus.*
XXXIV. *Ioannes Piña de Celis.*
XXXV. *Adeodatus Lomellinus.*
XXXVI. *Simon Bachelier.*

CONVENTVS.

Digitized by Google

CONVENTVS.

A

Abbatis-villæ.
Æsij.
Aiamontis, Collegium.
Alaquazij.
Albæ-terræ.
Albalatæ.
Agrigenti.
Albinganni.
Alcalæ Ganzulorum.
Alcami.
Aletij.
Alexandriæ.
Algaliolæ.
Almontij.
Almoradij.
Almunezarij.
Alneti.
Amantiæ.
Ambaciæ.
Ambiani.
Anconæ.
Andegaui.
Anderlaci.
S. Annæ.
Anoiæ.
Anticariæ.
Antuerpiæ.
Aquarum-Sextiarum.
Arahalij.
Arboſij.
Archidonæ.
Arelatis.
S. Arpini.
Aſtapæ.
Aſtygis.
Atriæ.
Auallonis.
Auerſæ.
Auinionis.
Aureliæ.
Azalcaçarij.

B

Balneoli.
Barcinonis.
Barij.
Barri.
Baſſingij.
Belli-regardi.
Bellouaci,
Belnæ.
Belvederij.
Bergomi.
Bernaldæ.
Beſidiani.
Biatiæ.
Biterrarum.
Bitonti.
Bituricarum.
Blauiæ.
Bleſarum.
Bomeriarum.
Bonæ-domus.
Bonifacij.
Bononiæ.
Bracancuriæ.
Briatici.
Briennæ.
Briuatis.
Bruxiæ.
Brunduſij.
Bruxellæ.
Burdigalæ.
Burelli.
Burgetti.
Burgorum.

C

Cabræ.
Cabilonis.
Cæſarauguſtæ.
Cæſaroduni Turonum.
Cæſennæ.
Calaris.
Calatæ-Heronis.
Caleſij.
Calniaci.
Calopicciati.
Calui-montis.
Camarenæ.
Campaniæ.
Campiniaci.
Camporum.
Capuæ.
Capurzij.
Carcaſſonæ.
Carnoti.
Caſalis noui.
Caſcanti.
Caſertæ.
Caſtallæ.
Caſtaniæ.
Caſtellanæ.
Caſtellariarum.
Caſtilionis.
Caſtri-Almurini Stabienſis.
Caſtri-Eraldi.
Caſtri-Ioannis.
Caſtri-noui.
Caſtri-Theodoriei.
Caſtri-Veterani.
Caſtri-villarij.
Catanæ.
Catanzari.
Catonæ.
Cauæ.

Digitized by Google

Conuentus.

Centurij.
Cirellæ.
Ciminæ.
Ciri.
Ciuitatis.
Claiettæ.
Clarimontis.
Codicori.
Cœnomani.
Comi.
Compendij.
Compluti.
Condri.
Conilij.
Conſentiæ.
Cordubæ.
Coriliani.
Cremonæ.
Crotonis.
Cryptaliæ.
Cuperſani.

D

Decem-pagorum.
Decetiæ.
Dertuſæ.
Dieppæ.
Diuionis.
Dolæ.
Draguignani.
Drepani.
Duaci.
Duni.
Duni-regij.

E

Buli.
Engoliſmæ.
Exolduni.

F

Ani.
Ferrariæ.
Firmi.
Fiſtrici.
Florentiæ II.
Fluminis-frigidi.
Fontis-ſancti.
Fontium.
Fori-Iulij.
Fori-Liuij.
Fori-Seguſianorum.
Foſcaldi.
Freſnedæ.
Fublini.

G

Aleſij.
Galliani.
Gallipolis.
Gefunij.
Genuæ.
Genuæ II. ſeu Maratij.
Gerardimontij.
Gerundæ.
Giemi.
Granatæ.
Granullarij.
Gratianopolis.
Guaſti.
Gubernoli.
Guelus.
Guichiæ.
Guiſiæ.
Gypſi.

H

Heracij.
Hiſpalis.
Hiſpalis Colleg.
Hydrunti.

I

Lliturgis.
Inſulæ.
Inſulæ Venuſinæ.

L

Auduni.
Leodij.
Leonæ S. Pauli.
Leontij.
Leuantij.
Libonati.
Linguæ-groſſæ.
Longobardi.
Loxæ.
Luciferi-fani.
Lugduni.
Lunæ-villæ.
Lutetiæ.

M

Aidæ.
Maioricæ.
Malacæ.
Manæ.
Mancetæ.
Mantuæ.
Maratæ.
Marchæ-villæ.
Marcopolis.
Marſalæ.
Martæ.
Martinæ.
Maſſæ.
Maſſiliæ.
Matiſconis.
Matriti.
Mediolani.
Melitelli.
Meſſanæ.
Meſſaniæ.
Metarum, *ſeu* Metis.
Methymnæ Sidoniorum.
Minoriſſæ.
Molini.
Monachij.
Monopolis.
Montis-alti.
Montis-fortis.
Montis-Gaugerij.
Montis-Leonis.
Montis-Merulæ.
Montis-Sorellij.
Montium in Hannonia.
Moronis.
Mortuaci.
Motrilij.
Muchiameli.
Muri.
Muſſipontis.

Mutinę.

Digitized by Google

Conuentus.

Mutinæ.
Mylarum.

N
Anceij.
Nauncris.
Narbonæ.
Nardi.
Neapolis.
Neapolis II.
Neapolis III.
Neapolis IV.
Neruij.
Niciæ.
Nicoliæ.
Nicoteiæ.
Nigeonis.
Niuerni.
Noaleij.
Nolæ.
Nomentj.
Nosiaci.
Noti.
Nuceriæ.

O
Ctauiani.
Oliueræ.
Ondaræ
Oppidi.
Orbitelli.
Ornaci.
Ostuni.

P
Anormi S. Oiuæ.
Panormi II.
Papiæ.
Parmæ.
Patecij.
Paterni.
Paulæ.
Pedacij.
Peronę.
Perpiniaci.
Perusij.
Pirnitzij.
Pisę.
Pisauri.
Pistorij.
Pizzi.
Placentiæ.
Planiaci.
Plessiaci Turonensis.
Pontis-Æsię.
Pontonis D. Gonzali.
Populationis Caçallę.
Populationis Ducis Gandiæ
Porreriarum.
Portus S. Mariæ.
Pragę.
Pictauij.

R
Andatij.
Reginę.
Rechelij.
Rhedonum.
Rhegij-Iulij.
Rhemorum.
Ricomagi.
Ripaltæ.
Roannæ.
Roiæ.
Romæ, SS. Trinitatis.
Romæ II. S. Andreę.
Romæ III. Collegium.
Romani.
Romontij.
Rosciani.
Rothomagi.
Rupellæ.
Rupti.
Ruscinonis.

S
Aldañæ.
Salerni.
Salmanticę.
Sammathani.
Sam-nieli.
San-Axaldi.
San-Chamondi.
Sanctæ-Luciæ.
S. Andreæ.
San-Georgij.
San-Spiritus.
Sant-Agathæ.
Sant-Angeli.
Sauonæ.
S. Blasij.
Scaletæ.
Segobię.
Semellij.
Seminarę.
Semurij.
Sergianę.
Sermonetę.
Serrę, *seu* Serrarum.
Seruarię, *seu* Ceruarię.
Siculiani.
Silignaci.
Sinopolis.
Sparnaci.
Spetię.
Spinę.
Spinalij.
Stalricij.
Stauaieri.
Stenaci.
S. Stephani.
Suessionum Augustę.
Sulmonis.
Sulpherini.
Surgeriarum.
Surici.
Syracusarum.

T
Arenti.
Taurini.
Tauromenij.
Teatis.
Thermarum.
Tinellæ.
Toleti.
Tolonij.
Tolosæ.
Tornaci.
Tornodori.

Digitized by Google

Conuentus.

Tropeæ.
Tullini.
Turris-Ximeniæ.

V

VAlentiæ.
Valetæ.
Valleſiæ.
Vallis-Oleti.
Vbedę.
Venaſci.
Venetiarum.
Verę.
Veronę.
Veſuntionis.
Vezelizę.
Vicennarum.
Vici.
Victoriaci.
Viennę.
Villalonis.
Virduni.
Viterbij.
Viuarij.
Vizinij.
Vlyſſiponis.
Vriç.
Vrſanę.
Vtrerę.
VVarnouij.
VVerlemani.
Vulſinij.

X

XAbeę.
Xaccę.
Xerę.
Ximenæ.

ILLVSTRIVM VIRORVM Catalogum ſeparatim ab hoc initio dare atque hîc continuò ſubiicere animus erat, ſed per anguſtias paginarum, in quarum vacuo ſpatio inſerendus ſeruabatur, non licuit: ſubeſt ad finem Index generalis qui ſatis eſſe poſſit ad Lectoris deſiderium explendum, ſi quod bona fide præſtitimus bona etiam mente velit accipere. Interim tamen vacantis pagellæ quod reliquum eſt duobus verbis implebimus, quæ nobis in Recognitione adornanda exciderunt.

IN CHRONICO.

Semel atque iterum Canonicas eſſe quæ ad Romarici-montem celebre Monaſterium incolant inſinuauimus, ſecus quidem quàm res ſit & ipſi nos non ignorabamus, excidit tamen præcipiti calamo & non ſatis intento animo, quare iam nunc ex occaſione monemus Benedictinas Moniales eſſe.

IN APPARATV.

Hæſimus quandoque ad paradoxon noſtri Trimarchij, qui Alexiorum familiam ſeu de Aleſſo, ex qua B. P.N. oriundum facit, ex ea fortè ſententiâ quæ duplicem Alexiorum gentem inducit & aſtruit vt obiter in Chronico meminimus, cum Auſtriacâ regiâ & Imperiali, cognatione iunctam non dubitat affirmare, ampliorem etiam ea de re diſquiſitionem pollicitus, dum interim ſuam ſententiam diſertè profitetur, eo libro quem de Meteoris conſcripſit, vt pluribus noſter Franciſcus Maria de Agrifolis per litteras ſignificauit. Et quidem cum eam proſapiã quæ à Brigitta ſanctiſſimi viri ſorore ducitur recenſeremus, placuerat de inaudita in hodiernũ opinione reticere, quam multis non probari haud obſcurè intelligebam & ſentiebam. Demùm tamen mutato conſilio, vt earum rerum curioſis ſatisfacerẽ quibus nihil adeò eſt aut videtur in eo genere abhorreas & paradoxum quod non aliqua veritatis ſpecie diluceſcat, viſum eſt non inutiliter poſſe aliquam eius opinionis mentionem, quando ita fert occaſio pagellæ vacantis, haberi. Sunt igitur duo illius fundamenta. Primum, quòd Nobiles apud Meſſanam Equites Alexij, ſeu de Alexio, nomine, originem trahant ab antiqua & nobiliſſima gente Frangipania, quæ apud Romanos celebris eſt & longo ſtemmate à Conſularibus familiis deduci perhibetur, quæ & Auſtriacam hodiernam proximo affinitatis gradu contingit vt multis Arnoldus VVyon ſatis operosè demonſtrauit, adeoq; & ipſi Alexij Meſſanenſes cognatione ad Auſtriacos pertineant. Alterũ, quòd B. Franciſcus Paulanus ab eadem Meſſanenſiũ Alexiorũ familia progenitus ſit ac merito talis habeatur. Et ſanè ſi ea fundamenta ſatis firmiter aliquãdo conſiſtere poſſint, quod ſe Trimarchius effecturũ ſpopondit, & tenetur omninò vt qui ſe opinionis eius autorem ſponte fecerit, non video quid poſſit de reliquo impedire quo minus eruditiores etiam in eam ſententiam concedant. Sed quantùm ad me eſt, quantum video & ſapio, hoc opus hic labor eſt, vt vtrumque illud fundamentum conſtituatur.

INDICVLVS

Digitized by Google

INDICVLVS AVTHORVM.

A

Abrahamus Ortelius.
Acta Caroli Magni.
Actius Syncerus Sannazarius.
Adrianus Card.
Adrianus Morlierius.
Ægidius Camartus.
Ægidius Gonçalez d'Avila.
Ægidius Gondisalvus.
Æneas Sylvius.
Aggenus Vrbicus.
Albericus Rosatensis.
Albertus Leander.
Albizius Antonius.
Alonsus Lopezius, &c.
Alonsus Morgadus.
Alonsus Vega.
Alphonsus Ciaconus.
Alphonsus Matamorus.
Alphonsus Villegas.
Ambrosius Granionius.
Ambrosius Morales.
Andreas Chaumeus.
Andreas Duchesnius.
Andreas Eudæmon-Ioannes.
Andreas Saussaius.
Andreas Valladerus.
Andreas Victorellus.
Angelus Casius.
Angelus Caninius.
Antistes Iustinianus.
Antonius Albizius.
Antonius à S. Michaële.
Antonius de Sousa.
Antonius Fabricius.
Antonius Massa.
Antonius Possevinus.
Antonius Riccius.
Antonius Sanderus.
Antonius Stephanus.
Antonius Vasquerius.
Antonius Verderius.
Apollinaris Sidonius.
Argentræus Bertrandus.
Argoteus Gonsalvus.
Arnoldus Ferronus.
Arnoldus Raisius.
Audebertus Germanus.
Aubertus Miræus.
S. Augustinus.
Augustinus Barbosa.
Augustinus Vichmans.
Auienus Festus.
Ausonius.
Azorius Ioannes.

B

Abia Ludouicus.
Balthazar Cordierus.
Barbosa Augustinus.
Barius Gabriel.
Baronius Cæsar.
Bartholomæus Chassanæus.
Belcarius Franciscus.
Belli-forestus Franciscus.
Bencius Franciscus.
Benedictus Gonnus.
S. Bernardus.
Bertachinus.
Bertrandi Nicolaus.
Bertrandus Argentræus.
Beyerlinck Laurentius.
Biuarius Franciscus.
Bobinus Iacobus.
Bonacina Martinus.
Bonifacius Ioannes.
Borromæus Carolus.
Bosius Thomas.
Bosquetus Georgius.
Blanchotus Petrus.
de Blarroniuo Petrus.
Braunius Georgius.
Brito Guillelmus.
Britonnellus Guido.
Brullius, seu Breulius Iacobus.
Burgundus Nicolaus.
Buzelinus Ioannes.

C

Caietanus Offauius.
Camartus Ægidius.
Camerarius David.
Camusatus Nicolaus.
Caninius Angelus.
Capaccius Iulius Cæsar.
Carafa Carolus.
Carolus Augustus Saluzius.
Carolus Borromæus.
Carolus Carafa.
Carolus Gambartus.
Carolus Saussæus.
Carolus Scribanius.
Catelius Guillelmus.
Casiodorus.
Cæsar Baronius.
Cæsar Nostradamus.
Cæsius Angelus.
Chassanæus Bartholomæus.
Chauinæus Andreas.
Cherubinus Laertius.
Chifletius Iacobus.
Chopinus Renatus.
Ciaconus Alphonsus.
Cicero.
Claudianus.
Claudius Rangolius.

Index

Claudius Robertus.
Claudius Rubiſius.
Coluenerius Henricus.
Confettius Ioannes Baptiſta.
Coquilleus Guido.
Cordierus Balthazar.
Cornelius Graſius.
Cornelius à Lapide.
Coſtæus Hilarion.
Couarruuias Sebaſtianus.

D

Darnalius Ioannes.
Dauid Camerarius.
Dauid Romanus.
Deſiderius Eraſmus.
Didacus Murillus.
Dionyſius Halicarnaſſæus.
Duæus Petrus.
Dominicus Granina.
Donius Ludouicus.
Duardus Nonius.
Dubrauius Ioannes.
Duchenius Andreas.

E

Duardus Richſtonus.
Elias Vinetus.
Emanuel de la Cerda.
Emanuel Pimenta.
Emanuel Rodericus.
Eraſmus Deſiderius.
Eſcolanus Gaſpar.
Eſpinoius Philippus.
Eudæmon-Ioannes Andreas.
S. Eulogius.

F

Faber Iacobus.
Fabricius Antonius.
Fauſtus Sabæus.
Fazellus Thomas.
Ferdinandus Meltius.
Ferdinandus Vghelius.
Feronius Arnoldus.
Ferrarius Philippus.
Feſtus Auienus.
Flodoardus.
Florianus à Campo.
Florus.
Fortunatus Venantius.
Franciſcus à Caſtro.
Franciſcus Belcarius.
Franciſcus Belliſorefius.
Franciſcus Bencius.
Franciſcus Binarius.
Franciſcus Franchinus.
Franciſcus Gemma.
Franciſcus Gonzaga.
Franciſcus Goracaus.
Franciſcus Humblotus.
Franciſcus Olmarius.
Franciſcus Petrarcha.
Franciſcus Poiraus.
Franciſcus Sanſouinus.
Franciſcus Tarapha.
Franciſcus Villonius.
Freita.
S. Fulbertus Carnotenſis.

G

Gabriel Barius.
Gabriel Lurbaus.
Gambartus Carolus.
Gaſpar Eſcolanus.
Gaſpar Paſſarellus.
Gemma Franciſcus.
Georgius Boſquetus.
Georgius Braunius.
Georgius Marcus Antonius.
Gerardus Mercator.
Germanus Audebertus.
Gibbonus Ioannes.
Goſſridus Vindocinenſis.
Gondiſaluus Ægidius.
Gonotus Benedictus.
Gonſaluus Argoteus.
Gonzaga Franciſcus.
Gonzalus de Illeſcas.
Goracæus Franciſcus.
Granionius Ambroſius.
Graſius Cornelius.
Grauina Dominicus.
Gregorius Turonenſis.
Griſius Petrus.
Gualterius Iacobus.
Gudiel Hieronymus.
Guido Coquilleus.
Guido Papa.
Guillelmus Brito.
Guillelmus Catelius.
Guillelmus Tyrius.
Guyſius Nicolaus.

H

Halicarnaſſæus Dionyſius.
Henricus Coluenerius.
Henricus Henriquez.
Henricus Spondanus.
Hieronymus à Quintana.
Hieronymus Gudiel.
Hieronymus Marafiotius.
Hieronymus Paulus.
Hieronymus Plazus.
Hieronymus Romanus.
Hieronymus Sorbus.
Hieronymus Trimarchi.
Hilarion Coſtæus.
Hoſpitalius Michael.
Humblotus Franciſcus.

I

Iacobus Auguſtus Thuanus.
Iacobus Bobinus.
Iacobus Brullius.
Iacobus Chiffletius.
Iacobus Faber.
Iacobus Gualterius.
Iacobus Middendorpius.
Iacobus Sadoletus.
Iacobus Sauertius.
Iacobus Simoneta.
Iacobus Vaſſeurius.
Illeſcas Gonſalus.
Ioachimus Perionius.
Ioannes Antonius Petramellarius.

Authorum.

Ioannes à S. Franciſco.
Ioannes Azorius.
Ioannes B. Confettius.
Ioannes Bonifacius.
Ioannes Buxelius.
Ioannes Damalius.
Ioannes Dubranius.
Ioannes Gibbonus.
Ioannes Mariana.
Ioannes Marieta.
Ioannes Molanus Corcagienſis.
Ioannes Reyrolius.
Ioannes Stous.
Ioannes Thierry.
Ioannes Vaſæus.
Ioannes VVaesbergius.
Iornandes ſ. Iornandus.
Ioſephus Iudæus.
Iouius *Paulus.*
Iſnardus *Stephanus.*
Iuletus *Nicolaus.*
Iulius Cæſar Capaccius.
Iulius Cæſar Scaliger.
Iulius Nigronus.
Iuſtinianus Antiſtes.

L.

Lærtius Cherubinus.
Laurentius Beyerlinck.
Laurentius de Peremis.
Laurentius Surius.
Laurentius Zamorra.
Layman *Paulus.*
Leander Albertus.
Leonardus Leſſius.
Leſſius *Leonardus.*
Liuius *Titus.*
Longueterre.
Lopezius *Alonſus.*
Louuerus *Petrus.*
Lucanus.
Lucas Monteia.
Lucius Marineus.
Ludouicus de Babia.
Ludouicus de la Riuiere.
Ludouicus Donius.
Ludouicus Miranda.
Ludouicus Tribaldus.
Lurbæus *Gabriel.*
Lycophron.

M

Macrinus *Salmonius.*
Magnus *Petrus.*
Marañotius *Hieronymus.*
Marcus Antonius Georgius.
Mariana *Ioannes.*
Marieta *Ioannes.*
Marineus Siculus, *Lucius.*
Marinus Merſennus.
Marius Podianus.
Martinus ab Alzpicueta Nauarrus.
Martinus Bonacina.
Martinus Meurisius.
Martyrologium Anglicanum.
Martyrologium Romanum.
Marzilla *Vincentius.*
Maſſa *Antonius.*
Maſſonus *Papirius.*
Matamorus *Alphonſus.*
Maurolycus *Siluester.*
Meltius Ferdinandus.
Mena *Petrus.*
Mercator *Gerardus.*
Merſennus *Marinus.*
Merula *Paulus.*
Meurisius *Martinus.*
Michael Hoſpitalius.
Michael Maneus.
Middendorpius *Iacobus.*
Miranda *Ludouicus.*
Miræus *Aubertus.*
Molanus *Ioannes.*
Morales *Ambroſius.*
Morgadus *Alonſus.*
Morigia *Paulus.*
Morlierius *Adrianus.*
Montoia *Lucas.*
Murillus *Didacus.*

N.

Nauagierus.
Nauarrus *Martinus.*
Nauens Michael.
Nicolaus Bertrandi.
Nicolaus Burgundus.
Nicolaus Camuſatus.
Nicolaus Guyſius.
Nicolaus Iuletus.
Nicolaus Roillartus.
Nicolaus Sanderus.
Nigronus *Iulius.*
Nonius *Duardus.*
Noſtradamus *Cæſar.*

O.

Octauius Caietanus.
Oliuarius Franciſcus.
Opmeerus *Petrus.*
Ortelius *Abrahamus.*
Ouidius.

P

Pampinellus *Vincentius.*
Papirius Maſſonus.
Paramus.
Pariſius *Santorius.*
Paſquierus *Stephanus.*
Paſſatellus *Gaſpar.*
S. Paulinus.
Paulus Iouius.
Paulus Layman.
Paulus Merula.
Paulus Morigia.
Paulus Regius.
Paulus Thomas.
Paulus VVarnefridus.
Poliderus Virgilius.
de Pereinis *Laurentius.*
Perionius *Ioachimus.*
Petramellarius *Ioannes Antonius.*
Petrarcha *Franciſcus.*
Petrus Blanchotus.
Petrus de Blarrorino.
Petrus de Mena.

Index Authorum.

Petrus Dimeus.
Petrus Grifius.
Petrus Iacobus Triſtanus.
Petrus Lonuetus.
Petrus Magnus.
Petrus *Opmeerus.*
Petrus Ribadeneira.
Petrus Valderama.
Philibertus Pingonius.
Philippus Eſpinoius.
Philippus Ferrarius.
Platus *Hieronymus.*
Plinius.
Pierius Valerianus.
Pimenta *Emanuel.*
Pingonius *Philibertus.*
Podianus *Marius.*
Poirus Franciſcus.
Polianus.
Polybius.
Poſſeuinus *Antonius.*
Proſper Stellartius.
Prudentius.
Ptolomæus.

Q.

Quintana *Hieronymus.*

R.

Raiſſius *Arnoldus.*
Rangolius *Claudius.*
Raphael Volaterranus.
Raynaudus *Theophilus.*
Regius *Paulus.*
Renatus Chopinus.
Reyrolius Ioannes.
Ribadeneira *Petrus.*
Ricciullus *Antonius.*
Richſtonus *Eduardus.*
Robertus *Claudius.*
Rodericus *Emanuel.*
Rodolphus Toſsinianus.
Rodriguez *Emanuel.*
Roillartus *Nicolaus.*
Romæus *Dauid.*
Romanus *Hieronymus.*
Roüillardus *Sebaſtianus.*
Rubiſius *Claudius.*

S.

Sabeus Fauſtus.
Sadoletus *Iacobus.*
Salezius *Carolus Auguſtus.*
Salmonius Macrinus.
Sammarthani fratres.
Sammarthanus *Scæuola.*
Sanderus *Antonius.*
Sanderus *Nicolaus.*
Sannazarius Actius Syncerus.
Sanſouinus *Franciſcus.*
Santorius Pariſius.
Sauſſaius *Andreas.*
Sauſſeyus *Carolus.*
Scæuola Sammarthanus.
Scaliger, *Iulius Cæſar.*
Scipio Sanius.
Scribanius *Carolus.*
Sebaſtianus Cœurrouius.
Sebaſtianus Roüillardus.
Seuertius *Iacobus.*
Seuerus Sulpitius.
Sidonius Apollinaris.
Silueſter Maurolycus.
Silius Italicus.
Simoneta *Iacobus.*
Sorbus *Hieronymus.*
Spondanus *Henricus.*
Stephanus *Antonius.*
Stephanus geographus.
Stephanus Paſquerius.
Stellartius *Proſper.*
Stephanus Iſuardus.
Stous *Ioannes.*
Strabo.
Supplementum Bergomatis.
Surius *Laurentius.*
Syluius *Æneas.*

T.

Tapia *Carolus.*
Tarapha *Franciſcus.*
Teſtamentum S. Remigij.
Theodoricus *Ioannes.*
Theoduiphus Aurelianenſis.
Theophilus Raynaudus.
Thomas Bozius.
Thomas Fazellus.
Thomas *Paulus.*
Thuanus *Iacobus Auguſtus.*
Titus Liuius.
Tolſinianus *Rodolphus.*
Tribaldus *Ludouicus.*
Trimarchius *Hieronymus.*
Triſtanus *Petrus Iacobus.*

V

Vacquerius *Antonius.*
Valderama *Petrus.*
Valerianus Pierius.
Valladierus *Andreas.*
Vaſæus *Ioannes.*
Vaſſeurius *Iacobus.*
Vega *Alonſus.*
Venantius Fortunatus.
Verdierus Antonius.
Vghellus *Ferdinandus.*
Victorellus *Andreas.*
Victonius *Franciſcus.*
Villegas *Alphonſus.*
Vincentius Marzilla.
Vincentius Pampinella.
Vinetus *Elias.*
Virgilius.
Virgilius *Poliderus.*
Volaterranus *Raphael.*
Vrbicus *Aggeus.*
VVaefbergius *Ioannes.*
VVichmans *Auguſtinus.*

Z

Zoſimus.

APPARATVS

APPARATVS

AD CHRONICON GENERALE ORDINIS MINIMORVM.

ORDO Minimorum (cuius res præcipuas quantùm per earum ignorationem licet ad temporis rationem exigendas ſuſcipimus) eſt, Societas & gradus perſonarum vitam religioſam profitentium ſub ſpeciali Regula quam S. Franciſcus Paulanus Deo inſpirante condidit, & probante vniuerſa Eccleſia in mundum introduxit. Quo breui lemmate ſingula quidem conſtant quibus haberi poſſit Notitia eũ in vſum neceſſaria qui ſolet à proœmiis, Apparatibus, ac prolegomenis expectari. Præſtat tamen ea aliquantò copioſiùs ediſſerere, vt Lectori ſatis fiat, reiq; totius inſpectio ab hac diſquiſitione ſit planior. Et vberrimam quidem huius argumenti tractationem animo deſignaueramus, deponendum tamen fuit conſilium quod incurrens ægritudo diſturbauit, temporis anguſtiæ præcipitauerunt, & alterius operis idea, non vacua quidem illa vel inanis futura, ſed ſui nominis ac tituli, qui eſt *de Singularibus Ordinis Minimorum*, rem & dignitatem impletura, diſſipauit. Huius autem quod facimus compendij exordium ſumemus à nomine Minimorũ, quod Ordini noſtro peculiare ac proprium eſt, & inde ad reliqua progrediemur.

De nomine Minimorũ, & aliis noſtrorum denominationibus.

II. Non obſcura certè huius nominis origo quam eminentiſſima diuinarum Scripturarum autoritas non ſinit eſſe incognitam, quæ iam olim ipſa Minimi nomen in Beniamino, Gedeone, Dauide, conſecrauit, ac demùm in pauperibus Euangelicis & Paulo Apoſtolo confirmauit, abſoluit, perfecit. In quo quidem argumento ingens ſe nobis ad dicendum campus aperiret niſi nobis ipſis eius aditum præcluſiſſemus, noſque in compendij coarctauiſſemus anguſtias. Non poſſum tamen S. Auguſtini de Minimis Euangelicis interpretationem reticere, vt quæ religioſi formam inſtituti non obſcurè inſinuet. Igitur ille ſerm. xxxv. de Verbis Domini: *Quando vni ex Minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Minimi ergo qui ſunt Chriſti. Hi illi ſunt, qui omnia ſua dimiſerunt & ſecuti ſunt eum, & quicquid habuerunt pauperibus diſtribuerunt, vt Deo ſine ſeculari compede expediti ferrentur, & ab oneribus mundi liberatos, velut pennatos ſurſum humeros tollerent. Hi ſunt Minimi. Quare Minimi? Quia humiles, quia non elati, non ſuperbi. Appende Minimos iſtos & grane pondus inuenies.* Perhonorificum igitur & ſanctum ſua origine nomen Sodalibus ſuis ac filiis optauit B. Franciſcus Paulanus, aut certè Pontifex vltrò detulit noſtroque Sodalitio proprium eſſe voluit ac decreuit. Certè quod nonnulli ſcripſerunt, hoc ſibi ſuiſque nomen ſumpſiſſe B. Franciſcum P. N. cum alterutro conſtare non poteſt. Quod enim ſibi optauiſſe dixi, expoſciſſe intelligo à Summo Pontifice vt eo nomine donaretur. Alterutrum autem horum autoritate nititur Apoſtolicorum diplomatum quæ non exſcribimus quando ea in Bullario ex integro prodeunt. In quibus ſi quid videatur contrarium & repugnans non ægrè admodùm conciliari poteſt. Verùm id præter inſtitutum noſtrum in præſens non agimus. Crediderim ego Paulanum noſtrum Pontifici ſuggeſſiſſe nomen quod ille tanquam autor imponeret, vt factum eſt. Vani autem ſunt aut ſtupidi qui Minimorum nomen ideò à Minoribus deductum & inflexum volunt, quòd à Minorum Ordine

Digitized by Google

noſter ſit propagatus, aut illis certè propagatus videatur, vt non nemo ſcripſerit hoc nomen à Minoribus vſurpatũ in vim cuiuſdam Reformationis vt loquitur, quo nihil eſt abſurdius, vt nihil iam opus ſit inſolens commentum à nobis refutari. Et quidem non vnus aut alter in eo errore ſunt vt credant Ordinem noſtrum Minoritani propaginem eſſe, in quo tamen illi ſicut & in pleriſque aliis ſupinitatem aut ignorantiam ſuam ludibrio expoſuerunt. Qui autem ex Chaſſanæo videntur ſibi colligere, hoc ſibi nomen Minores Auguſtodunenſes aliquando ſumpſiſſe nihilominus hallucinantur. Et certè Minimorum nomen in Eccleſia Dei nulli antè noſtrum Inſtituto datum eſt, nec auditũ vnquam id ab vlla ſocietate vſurpatum: Mutuatum verò poſteâ eſſe ab aliquibus vix eſt qui poſſit neſcire. S. Ignatius ſocietatem ſuam minimam dici voluit. Apud nos ſunt & Minimi Pœnitentes, quod alicubi meminimus. Romæ ſunt etiã Clerici Minimi quos Card. Montaltus ad S. Laurentiũ in Lucina introduxit, quod illi hac inſcriptione ad interiorem eiuſdẽ templi ianuam poſteritati cõmendarunt:

Alexander Peretius Cardinalis Montaltus S.R.E. Vicecancellarius Religioni Cler. Reg. Minimorum Sixti V. P.M. proauunculi ſui auctoritate inſtitutæ, Eccleſiam S. Laurentij in Lucina à Paulo V. Pont. Max. ſingulari fauore obtinuit demumque amplam ſumma liberalitate attribuit.

Sed in hæc amplius excurrere temporis breuitas non patitur. Ad noſtros redimus, ex quibus nonnulli ſunt, qui Volaterrano & Genebrardo autoribus non ſimplex Minimorum nomen, ſed cum addito Ieſu Mariæ Ordini factum contendant, quod aliis non probatur, quibus adiunctum illud videtur vnius tantum alicuius contubernij fuiſſe, vtputâ Pleſſiacenſis, ſicut hodiéque Romani noſtri qui montem Pincium inhabitant ſolent cognominari à S. Trinitate, qui ædis ſuæ titulus eſt. Et hoc ſanè alterum magis facit ad mentem meam quantùm ex hiſtoria colligo; illud verò, cum & autoritate non careat & maximè pium atque accommodatum ad pietatis maiora incentiua videatur, merito duxerim retinendũ. At verò quæ in eius nominis, Minimorum inquam, commendationem, neceſſitatem, cauſas, vſum, aliaque huiuſmodi dicere nos conueniret alium in locũ quod ſumus præfati reſeruamus. Porrò quod in præſens omitti non poteſt alia pleraq; nomina ex occaſione quibuſdam in locis hominibus noſtris obtigerunt. Nam & per totam Hiſpaniam Victoriani ſeu à Victoria, ob inſignem Malacitanæ victoriæ & expulſionis Maurorum euentum, audiunt. Per Germaniam verò ex quo nuper in illam redierunt Paulani nominantur, quod extraneis quibuſdam Latinè ſcribentibus placuit, qui & diſtinctiùs Franciſco-Paulanos vocauerunt. In Gallia deniq; ab initio dicti ſunt Boni-homines (cùm tamen hoc nomen non vnius alterius Ordinis olim propriũ fuerit) quod ſanè cognomentũ etiamnùm viget apud imperitam plebem, magna tamen ex parte obſoleuit apud politiores & rerũ noſtrarũ conſcios. Omitto ſpecialiora quædam cognomenta, quæ anguſtioribus terminis circumſcripta ſunt, vtputa quòd Tholoſæ Rocheri, Genuæ Fratres Principis Auriæ, noſtri à popularibus vocati ſint. Atque de nominibus his non plura iam nunc commentabimur. Conſequens autem eſt vt de Ordine ipſo nonnihil ſubiungamus.

III. Eſt igitur Ordo Minimorum Societas & gradus perſonarum vitam religioſam profitentium ſub Regula, vt diximus, Franciſco-Paulana, &c. Quod ſocietatem & gradum dicimus, in eo vim & energiam Ordinis ſignificamus, & quidem per duplicem relationem, ipſius nimirùm Ordinis ad ſeipſum, ſiue, vt ita loquar, ad partes eſſentiales atque internas, & ad alios Ordines in Eccleſia Dei, ſiue ad partes accidentales atque externas. In quæ longa nobis diſquiſitio ſe offerret, ſi ea ſingulatim examinare daretur. Verùm pro noſtro inſtituto pauca delibamus & tantùm neceſſaria. Societas tripliciter triplex Ordinem Minimorum inſtituit, in quo forma quædã, ſi audeo dicere, Cœleſtis Hierarchiæ relucet. Regulæ enim tres ſunt ipſius Ordinis, prima eſt Fratrum, ſecunda Sororum, tertia promiſcui ſexus Sæculariũ, ſiue in ſæculo degentium. Sub vnaquaque autem tres perſonarum gradus diſtinguuntur. Fratrum ſcilicet, alij ſunt Clerici, alij Laici, tertij denique Oblati. Sororum ſimilis per omnia

Digitized by Google

nia diſtinctio. Tertiariorum porrò ſunt & Clerici quidam, alij Laici ſeu Laicæ, & hi ſeu hæ innnupti vel nupti, innuptæ vel nuptæ, quibus ſingulis ſua ſunt accommodata documenta, quibus ad hæc vitæ genera inſtituuntur. At quonam in ſtatu iam ſit ipſe Ordo, quæ rerum illius conditio ſit, quæ facta ſingulorum graduum progreſſio Chronicum noſtrum, quoad fas erit per noſtram ignorationem, edocebit. Sed & alia ſuggeret quæ ad ipſius Ordinis integram perfectamque inſtitutionem faciunt. Enimuerò non vna quæſtio ſe offert circa Ordinis ipſius exortum, neceſſitatem, laudes, & huius generis reliqua quæ ab aliis ſolent ſumma contentione diſquiri. Sed nos nonnihil breuiter de noſtro perſtrinxiſſe iuuabit. Et ſanè quam video ab aliis anxiè pertractari quæſtionem, an ſuus ſit prænunciatus, & prophetatus (ſi dicere licet) Ordo, quæ de illo iam olim vaticinia extiterint, non poſſum non habere vanæ gloriationis ſuſpectam, aut certè ſordidam in ore proprio. Noſter Ioannes Morales textu 4. fol. 46. vt me docent noſtrorum quæ legimus excerpta, refert, S. Franciſco Aſſiſiati, cum in Capitulo Generali ſuorum Fratrum de Minimorum nomine aſſumendo deliberaret, Chriſtum Dominum apparuiſſe brachiis complectentem puerulum noſtro habitu indutum, & duobus verbis eam deliberationem diſſoluiſſe cùm in eum puerulum intendens dixiſſet, Huic ſeruatur. Quod vt nolim negare aut paruifacere, ſi, quod neſcio, autoritatem habet ab indubitato ſcriptore, ita nolim pro vero affirmare ipſius tantùm teſtimonio. Quod etiam licet profiteri, de altera ipſius S. Franciſci Aſſiſiatis prædictione quam & longa traditio firmauit & plurium è noſtris fides minùs dubiam reddidit. Ea ſic habet: Cùm S. Franciſcus vitæ quadrageſimalis inſtituendæ magno ſtudio teneretur, atque apud ſuos ageret vt eam vellent accipere ac deinceps ducere, illis auerſantibus durum nimis vitæ genus, ipſe diuina reuelatione alterum Franciſcum eam inſtituturum edoctus à cœpto deſtitit & fratribus reuelationem patefecit. Sunt autem apud noſtros pluribus locis antiquæ picturæ quæ id præferant, ſunt de noſtris aliqui & graues quidem viri qui ſe apud S. Antoninum legiſſe affirment, ſed dùm alia mihi teſtimonia deerunt, non plus illis tribuam quàm iis fieri ſoleat qui propria in cauſa loquuntur. Ita enim ſum comparatus, vt non facilè iis aſſentiar quæ cùm videre poſſim, nondùm vt viderem contigit. Accommodatior eſſe videtur quæ ſolet ex cap. VII. Apocalypſis deduci expoſitio de altero Angelo aſcendente ab ortu ſolis qui voce magnâ nocuos quatuor Angelos compreſſit, quoad ſeruos Dei conſpicuâ notâ inſigniret. Sunt enim multa quæ conueniant ad temporis rationem, quod aliquando copiosè ac luculenter examinauimus. Nihilo tamen magis his quàm aliis aſſentior, ſolumque in his accommodationibus inuentum ſoleo magnificere. Alioqui certum eſt à litterali ſenſu tantum abeſſe quàm nemo poteſt qui verus ſit & genuinus ex proprio ingenio aſſerere. Reuelationes priuatis perſonis factas dum Eccleſiæ approbatio deficiet omnium inaniſſimas ſemper exiſtimaui. Quare ad vltimum hoc tantùm velim affirmare, Ipſo euentu diuinæ prædeſtinationis ac voluntatis decretum magis quàm alio quoquam argumento conſtare, teneri, conſiſtere. Alteram de neceſſitate quæſtionem, quam deploratus ſcilicet Eccleſiæ ſtatus induxerit, vt plerique ſolent multis verbis exaggerare, non minùs ego vanam aut inutilem quàm priorem illam iudico. Certè ſi huius verſandæ mihi conſilium eſſet, nactus omnino eſſem dicendi argumentum quale non alteri cuiquam copioſiùs aut prolixiùs extitit. Sed eo demùm res recidit, vt omnis neceſſitas in Dei voluntatem referatur, cuius equidem perſcrutandæ mortalium nemini facultas eſſe poteſt. Aſcribam tamen ex Bellarmino concione 6. Concionum XII. Franciſci noſtri cum Luthero antitheſim vnde poſſit lux aliqua, pro deſiderio eorum qui delectantur his rebus, affulgere. Sic igitur ille habet:

Hoc noſtro ſeculo, illo ferè tempore quo Martinus Lutherus ſua zizania ſeminare cœpit, floruit in Italia alius quidam Franciſcus (nimirùm de S. Franciſco Aſſiſinate iam iam locutus fuerat) autor & parens hominum illorum religioſorum, qui in Gallia Boni-homines, in Italia Minimi dicuntur; qui tam multis & eximiis ſignis enituit, vt nullus ſit ex ve-

scribus cum quo meritò comparari non possit, & nonnullus adhuc hodiè superesse credibile est, qui ea signa vel ipsi viderunt, vel ab ipsis audierunt qui viderunt. Itaque eodem ferè tempore (perpendite quaeso rem istam) homines duo contrarij inter se exstiterunt, Lutherus in Germania, Franciscus in Italia. Lutherus cucullam quam habebat abiecit; Franciscus induit quam non habebat. Lutherus docuit nihil valere ieiunium & ciborum delectum esse superstitiosum; Franciscus Ordinem instituit, in quo qui viuere volunt frequenter ieiunare & perpetuò à carnibus & lacticiniis se abstinere debent. Lutherus cœlibatum, obedientiam & voluntariam paupertatem tanquam res inanes & hominum commenta detestatus est; Franciscus res easdem tanquam vtilissima Christi consilia incredibili deuotione complexus est. Lutherus quotquot potuit ex Monasteriis ad seculum vocauit; Franciscus quotquot potuit à seculo pertraxit ad Monasteria. Lutherus Leonem X. Antichristum videri & haberi voluit; Franciscus eidem Leoni, cum nondum esset Pontifex, Pontificatum praedixit, eiq; vt vero Christi Vicario Ordinem suum debita humilitate ac deuotione subiecit, &c. Hæc ille.

Demùm verò de laudibus dicere, quas conferre ad Ordinis ipsius commendationem non admodùm difficile esset, omnium videretur vanissimum. Fuerat quidem in animo eas excerpere quæ per Summos Pontifices ascriptæ sunt quòd essent præter cæteras ab omni suspicione liberæ, sed quando Pontificium Registrum subest (præterquàm tamen animo fuerat constitutum) maluimus eas Lectoris studio permittere, ac de reliquo aliquos autores qui cum elogio meminerint rerum nostrarum percensêre. In quibus primas dabimus Theologis, quorum illi qui de Theologia morali copiosius pertractarunt nostri Ordinis mentionem non omiserunt, vtputa Martinus Alzpicueta Nauarrus, Emanuel Rodriguez, Ioannes Azorius, Ludouicus Miranda, Hieronymus Sorbus, Alonsus Vega, Leonardus Lessius, Henricus Enriquez, Reginaldus, Fagundez, Laurentius de Pereynis, Hieronymus Trimarchi, & qui non alij? qui de rebus etiam monasticis scripserunt, vt Hieronymus Platus, Laurentius Zamora, Hieronymus Romanus, Petrus Valderama, &c. sunt & illis affines Iuris vtriusque consulti Nauarrus antehac laudatus, Martinus Bonacina, Antonius Ricciullus, Augustinus Barbosa, Carolus Tapia, Vincentius Marzilla, Ioannes Baptista Confettius, Renatus Choppinus, & alij ferè innumeri. Theologos autem & Iureconsultos potissimùm exercuit quæstio de comparatione nostræ Religionis cum Carthusiana quantùm ad maiorem arctitudinem, &c. quam nouissimè Antonius ille Ricciullus & noster Laurentius de Pereynis omnium aptissimè ac verissimè dissoluerunt. Sed hæc ad institutum nostrum non pertinent. Post hos sunt & historici primùm qui generatim scripserunt, vt sunt Chronographi, quos inter Raphaël Volaterranus, Gilbertus Genebrardus, Iacobus Gualterius, Aubertus Myræus, Petrus Opmeerus, & alij plerique: Annalistæ, Cæsar Baronius, Henricus Spondanus, & alij: Variarum denique historiarum scriptores, vt sunt Polydorus Virgilius, Ioannes Mariana, Alphonsus Ciaconus, Thomas Bozius, Gonzalus de Illescas, Ludouicus de Babia, Claudius Robertus, Gaspar Escolanus, Iacobus Brulius, Antonius de Yepez, Franciscus Belforestus, Iustinianus Antistes, Philippus Cominæus, & antiquiores ac recentiores sine numero quos tædiosum est recensere: non sunt tamen omittendi omnes illi qui de SS. scripserunt, Surius, Grasius, Lippeloo, Regius, Romæus, Ribadeneira, Villegas, Antonius Nauarrus & alij multi; tum verò maximè qui monasticas historias scripserunt, Paulus Morigia, Petrus Grisius, Syluester Maurolycus, Dominicus Grauina, Franciscus Binetus, & huius generis penè infiniti; sed & qui miscellanea ediderunt quos inter nouissimè Laurentius Beyerlink enituit; ac denique nostri, Lucas Montoya, Ludouicus Donius, Frãciscus Victonius, Gaspar Passarellus, Petrus de Mena, Hilarion Costæus, Ioannes Chappot, Claudius du Viuier, Ioãnes Reyrolius, Hieronymus Trimarchi, Laurentius de Pereynis & alij de quibus iã in antecessum, sed hęc aurorũ me penè cõficit enumeratio. Sunt verò quæ meritò in aliquibus horũ castigentur, vt quæ ad suũ sensum magis quàm ad rei veritatem scripserint; sed lõgior ea disquisitio quàm ferat huius nostræ scriptionis modus. Quod igitur supereſt breui de Regulis ac Autore ipsius Ordinis aliquantula substringimus.

IV. Spe-

Digitized by

IV. Specialem esse Regulam, seu Regulas Ordinis Minimorum, tàm certum quàm quod maximè. Atque hæc potissima ratio ipsius Ordinis ab omnibus aliis distinguendi ac discernendi, quod nemini dubium esse potest. Qui tamen quatuor tantum Regulas approbatas esse contendunt contrarium ex consequenti docere debent. Sed Iulius Nigronus hoc argumentum retudit, docuitque quo sensu dicantur esse quatuor Regulæ approbatæ, atque nihilo minus aliæ non minus approbatæ in Ecclesiâ Dei habeãtur. Paulus Layman, Lessium, Mirandam & alios secutus in ea est sententia, solosque Carthusianos & Iesuitas excipit qui propria statuta & Constitutiones habeãt, at verò alij Societatis scriptores non sola statuta & Constitutiones, sed Regulas propriè dictas sibi vendicant. Et quoad nos est, Regulas habemus & propriè dictas & autoritate Apostolica confirmatas, & in nullo ab alia quapiam aut aliis quibuscunque dependentes, quod non potest meliùs quàm Apostolici diplomatis & Regulæ ipsius lectione cognosci prout publicè prostat. Nec id quidem plures extranei ignorarunt Nigronus, Stellartius, San. Faustanus & alij. De laudibus earũ Regularum plura nostri commentati sunt, hoc modò elogium quod in Ecclesiastico Officio approbato concinitur satis erit, cùm de B. Francisco P.N. sermo est: Etsi mundanarum litterarum ignarus esset, (vt ibi est) diuino tamen afflatus spiritu Regulam dedit quæ totius Religionis perfectionem complectitur. At verò id quàm mihi facile esset per singula demonstrare, tàm importunum est in his angustiis pertractare. Non possum tamen quin singulare illi quadragesimalis inediæ votum cõmemorem. De quo quidem, si nos Deus audierit, Commentarium integrum in libro nostro de Singularibus Minimorum dabimus, hoc interim contenti submonuisse, Nauarrum qui sibi esse incertum an Minimi obseruent vitam quadragesimalem ausus est scribere tom. 1. Consil. lib. 3. de Regul. Cons. 51. iussum esse à Paulo V. Pont. emendari, & meritò vt qui dubiam rem faciat in grauissima materia quam vel ignorare non debuit, vel si nesciuit non potuit in dubium vertere. Sed & Emanuel la Cerda Ordinis Eremitarum S. Aug. qui negauit votum illud quadragesimalis vitæ quod emittimus esse de substantia & essentia Religionis, à sancta Hispaniarum Inquisitione correctioni & castigationi subiectus est, facto mandato vt hæc verba expurgentur & expungantur. Alibi meminimus nostri Vincentij Consentini qui libellum edidit de Carnium abstinentia, in quo hanc Apostolicæ vitæ formam ab origine inuestigat. Sed in hæc non præstat longius excurrere, verbum de Autore ipsarum Regularum superest faciendum.

V. Fuit autem Regularum autor & Ordinis institutor B. Franciscus Paulanus, cuius res cùm ab incunabulis ad vltimum spiritum in Chronico nostro breuiter perstrinxerimus, non potest iam nunc amplior eius notitia desiderari. Venirent ij refellendi, qui aliquid secus quàm res sit de illo scripserunt, vt qui Siculum dixerunt, qui Robertum cognominarunt, qui ætatem centum viginti annorum illi attribuerunt, & huius generis alia plura fuerunt commentati, si tanti referret ad rem nostram, sed hæc possunt nullo negotio ex iis coargui quæ vitæ eius castigata narratio veritati asseruit ac vendicauit. Sed & immensas eius laudes quod olim propositum fuerat in hoc breuiculum non coniiciemus. Quas igitur ab Archiepiscopo suo Pyrrho viuens adhuc retulit, & ab hoc nostro Apparatu repetendas alicubi dicimus, iam nunc ad ipsius Pyrrhi litteras, cùm ex integro subsint, remittimus. Iuuat nihilominus Paradigmata & Similitudines vitæ eius cum præcipuis Christi Domini actionibus & virtutibus Romano ære incisas & publicatas à nostro Nicolao Roillarto exscribere: Sunt igitur

I. Sicut Christus Dominus vaticinio Prophetarum: sic S. P. Franciscus de Paula, S. Francisci Assisiatis præsagio venturus & Minimorum cum vita quadragesimali Ordinem instituturus prænunciatur.

II. S. P. Francisci de Paula domus paterna ipsa nocte conceptionis suæ columnæ igneæ fulgoribus veluti facibus vndique splendescere visa est, ad instar sacratæ ædis Lauretanæ.

III. S. P. Franciſco de Paula in paruulo oppidulo nato hymnodia perſonuit Angelica ſicut Chriſto nato.

IV. S. P. Franciſcus de Paula pueri Ieſu exemplum ſecutus parentibus ſuis humiliter & promptè eſt obſequutus.

V. S.P.Franciſcus de Paula (exemplo Chriſti in templo præſentati) in Eccleſia S. Mariæ de Angelis in Ciuitate S.Marci parentum voto Deo præſentatur vndecim annos natus.

VI. S. Franciſcus de Paula factus annorum duodecim (ſicut Chriſtus cùm aſcendit Ieroſolymam) vnà cum parentibus B.Mariæ de Angelis aliàs de Portiuncula,& S. Franciſci Aſſiſiatis Eccleſias deuotè inuiſit.

VII. Chriſti imitator S.P.Franciſcus de Paula ductus eſt à Spiritu ſancto in deſertum decimo tertio ſuæ ætatis anno, in quo poſtmodum totam quadrageſimam abſque cibo & potu tranſegit crebris Satanæ inſidiis impetitus.

VIII. S. P. Franciſco de Paula de Satana triumphanti, ſicut Chriſto miniſtrant Angeli in deſerto eique habitum eremiticum porrigunt.

IX. S.P. Franciſcus de Paula decimo nono ætatis ſuæ annô è deſerti latebris egrediens venit in Ciuitatem pœnitentiam annuncians, & ſuis ſanctis ſermonibus ad inſtar Chriſti peccatores conuertit.

X. S. P. Franciſcus de Paula Chriſtum imitatus duodecim ſui inſtituti ſectatores præcipuos elegit de mundo & ſecum in montem adduxit.

XI. S.P.Franciſcus de Paula legem Euangelicam in monte (ad inſtar Chriſti) annunciauit fratribus ſuis, eiſque Regulam totius perfectionis ſummam complectentem diuino afflatus ſpiritu dedit.

XII. S.P.Franciſcus de Paula exemplo Chriſti miſit diſcipulos ſuos binos in diuerſas Orbis partes ad arctioris pœnitentiæ inſtitutum annunciandum.

XIII. S. P. Franciſcus de Paula (ſicut Chriſtus Dominus) ſæpiùs docuit turbas, & ſpecialiter trecentis hominibus Euangelium prædicauit & expoſuit ſcientia à Deo ſibi infuſa.

XIV. Sicut Chriſtum omnis turba quærebat tangere, quia virtus de illo exibat : ſic multi infirmi quærebant S. P. Franciſcum de Paula tangere, quia ex eius tactu (per Ieſum tamen) ſanitatem conſequebantur.

XV. S. P. Franciſcus de Paula ad inſtar Chriſti ſedens in medio Doctorum Theologorum illos in admirationem rapuit, ſtupebant enim ſuper prudentia & reſponſis eius.

XVI. S. P. Franciſci de Paula in monte altiſſimæ contemplationis conſtituti facies viſa eſt magno ſplendore coruſcare, ipſéq; tunc (ſicut Chriſtus in transfiguratione) amictus eſt lumine ſicut veſtimento.

XVII. Vt Ieſus tranſiens per medium turbarum ibat nec videbatur ab eis; ſic S.P.Franciſcus de Paula aliquoties quæſitus dum palàm oraret non potuit videri nec reperiri.

XVIII. S.P.Franciſcus de Paula ſpiritu prophetiæ illuſtratus dum tranſiret per viam agricolæ ſemen terræ mandanti famem futuram prædixit, aliiſque Vrbis Hydruntinæ direptionem (ſicut Chriſtus Dominus Ieroſolymorum ſubuerſionem) annunciauit.

XIX. S. P. Franciſcus de Paula adhuc viuens nocte intempeſta (ſicut Chriſtus Apoſtolis nocte laborantibus) cuidam febricitanti ſplendidus apparuit, illumque à febre liberauit.

XX. S. P. Franciſcus de Paula Chriſtum imitatus pueros ſibi à parentibus oblatos benedixit, & quæ filio Ducissæ ſibi oblato & Regi futuro uentura erant prædixit.

XXI. Sicut Chriſtus Dominus ſicco veſtigio per vndas maris ambulauit : ſic S. P. Franciſcus de Paula ipſius Chriſti virtute ſola chlamyde vndis ſuperiecta fretum Siculum cum duobus ſociis pertranſiit.

XXII. S. P. Franciſcus de Paula virtutis Chriſti particeps comminatur mari, & ſigno Crucis facto obediunt ei naues quas in ſummo periculo poſitas ad tranquillum portum adduxit.

S.P.Fran-

Digitized by Goog

XXIII. S. P. Franciſcus de Paula adoleſcentulum triduo iam mortuum ad vitam reuocat virtute Chriſti, eiuſque exemplo reddit illum matri ſuæ habitu religioſo indutum.

XXIV. S. P. Franciſcus de Paula (ſicut Chriſtus) paſcit turbas in deſerto ciboſque multiplicat, & vno pane & laguncula vini trecentos homines reficit & ſatiat, ſine cibi & potus diminutione.

XXV. S. P. Franciſcus de Paula ſæpiſſimè dæmonia à multis eiecit, necnon legionem dæmonum ab homine exire compulit, ad inſtar Chriſti.

XXVI. S. P. Franciſcus de Paula ſurgens ab oratione proceſſit obuiam inimicis ſuis (exemplo Chriſti) & eorum rabiem dulci & charitatiuo confregit eloquio.

XXVII. S. P. Franciſcus de Paula dixit puero (ſicut Dominus Petro) vade ad mare & eum piſcem qui primus aſcenderit tolle, qui iuſſis obediens piſcem magnum S. Patri attulit.

XXVIII. Sicut turbæ cùm audiſſent quia veniret Ieſus Ieroſolymam, proceſſerunt obuiam ei: Ita S. P. Franciſco de Paula multæ Ciuitates obuiam factæ ſunt, ſuſcipientes eum veluti Legatum Apoſtolicum.

XXIX. S. P. Franciſcus de Paula, ad imitationem Chriſti, diuerſa opprobria patientiſſimè tulit, maximè à quodam prædicatore, quem S. Pater ardentes carbones ſine læſione nudis premens manibus ab errore abduxit.

XXX. S. P. Franciſcus de Paula Chriſti edoctus exemplo ſeuerè arguit quoſdam Reges, maximè verò Neapolitanum, quem aurei ducati effractione ex quo miraculosè ſanguis profluxit de ſubditorum oppreſſione conuicit.

XXXI. S. P. Franciſcus de Paula paralyticum ſibi oblatum (ad inſtar Chriſti) ſanauit his verbis: Tibi dico ſurge & vade in domum tuam.

XXXII. S. P. Franciſcus de Paula ſicut Chriſtus luto cæci nati, ita puellæ cæcæ natæ oculos ſimplicis herbæ contactu aperuit.

XXXIII. Chriſtus ſocrum Simonis à magnis febribus curauit: S. P. Franciſcus de Paula febricitantis mulieris capiti lapidem ad ſui Conuentus fabricam deportandum imponens febrim ab ea fugauit.

XXXIV. S. P. Franciſcus de Paula, Chriſti exemplum ſecutus, ſciens diem & horam mortis ſuæ, fratres ſuos congregatos ad mutuam charitatem adhortans eos ſanctis ſuis ſermonibus eſt conſolatus.

XXXV. S. P. Franciſcus de Paula, exemplo Chriſti pedes duodecim diſcipulorum ſuorum pridie quàm moreretur ſumma cum humilitate abluit.

XXXVI. S. P. Franciſcus de Paula pridie mortis ſuæ, in die Cœnæ Domini, vnà cum fratribus ſuis ſacram Communionem reuerenter ſuſcipit, Chriſti Domini ſequens exemplum & mandatum.

XXXVII. S. P. Franciſcus de Paula Chriſti Domini crucem baiulantis ſequens veſtigia, pœnitentiæ & mortificationis crucem à pueritia vſque ad obitum perſeueranter tulit.

XXXVIII. S. P. Franciſcus de Paula in agonia quaſi in Cruce cum Chriſto conſtitutus, ipſamet ſacra die Paraſceues, eadem Saluatoris ſui proferens verba, emiſit ſpiritum.

XXXIX. Sicut Chriſti Domini, ſic S. P. Franciſci corpus exanime in ſepulchro nouo in petra exciſo honorificè conditum fuit, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.

XL. S. P. Franciſci de Paulâ anima Angelicis choris ſociata cœleſtem patriam ingreſſa nonnullis ex ſuis fratribus, & aliis ſibi deuotis ingenti circumfuſa lumine poſt mortem in figurâ gloriosâ ſæpè apparuit.

Hæc vir pius in animi ſui & deuotionis monimentum exquirebat & vulgabat, quæ non omnes tamen probauerunt aut certè videri volunt non probare, cùm nihil tamen ſit quod vt pietatem non redoleat, ita non poſſit bonum ſenſum efficere. Nolim etiam mihi excidere, præclarum, illuſtre, luculentum elogium quod Martyrologio ſuo Gallicano iam nunc ſub prælo deſudanti

Apparatus.

Vir Clariſſ. & Gallicarum Eccleſiaſticarumque rerum eximia cognitione nemini comparandus, D. Andreas Sauſſaius, inſeruit. Eſt verò huiuſmodi

Quarto Nonas Aprilis.

Turonis felix ad æterna tranſitio S. Franciſci de Paula Confeſſoris, qui Ordinis Fratrum Minimorum Patriarcha, Eccleſiam ſtupenda vitæ ſanctimonia, miraque apud Deum gratia magnificè illuſtrando, ſobole etiam quam reliquit copioſa fœcundauit, ope multiplici ſuffulſit, beneficiis locupletauit perpetuis. Cuius felici præſentia dum vixit Gallia honorata, exemplisque irradiata præclaris, poſtquam mortalis eſſe deſijt, venerabile corpus, ceu firmum ſuæ incolumitatis præſidium, ſuo ſinu diu lætabunda recondidit. At vipereo ſubinde hæreticorum dente dilacerata, qui verenda Sanctorum ſepulchra, innata Dei hoſtibus rabie, euertere, oſſaque Sanctorum à ſe refoſſa feralibus flammis exurere calamitoſis his nouiſſimis temporibus, auſu ſtupendo aggreſſi ſunt: pretioſiſſimo hoc pignore orbata ac exuta eſt. Verumtamen quæ adeo luctuoſo caſu, ſacratiſſimis tanti tutelaris exuuiis nudata fuit: eius tamen non deſtituta credenda eſt (quod impij illi tetro ſuo facinore fategebant) perpetuis præſidiis. Paſſa eſt enim in hac clade iacturam, iniuriam Dei amico non intulit: ſed in eius deſpectu ignominiam ſuſtinuit, grauémque ex ea admodùm perpeſſa eſt dolorem. Confidit igitur, quod ſicut ſanctiſſimo cadaueri illata vis, beati ſpiritus cum Chriſto regnantis felicitatem nec concuſſit, nec minuit, ſed magis auxit gloriam: adeo vt qui dum inter mortales verſabatur, teſtimonio eximiæ ſanctitatis approbatus, in Confeſſorum inſignium deinde albo meruit cenſeri: nunc poſtquam ad ſuperos abiit, atque inter cœlites cooptatus beatus Deo fruitur; nouo miroque honoris accremento, ludibria incendiaque in Domini contemptum, & ſanctè exactæ vitæ odium, in oſſibus paſſus, Martyrum choro dignus qui conſociaretur effectus eſt: ſic duplicata iam ex tam felici detrimento gloria, venerationiſque etiam apud nos aucto affectu, opem quoque vberiorem rependet, atque ampliorem præſtabit aſſiduæ apud Deum clientelæ ac patrocinij ſuffragationem.

Fruſtrâ in plura excurrerem, cùm ipſe B. P. Franciſcus omni laude maior in pangendis ſuis encomijs autorum penè omnium ingenia fatigauerit. Non debet tamen nos præterire quæ in eum laudatio ab nobiliſſima proſapiâ redundat.

VI. Habuit igitur B. P. Franciſcus vnicam ſororem Brigittam nomine, à qua gentis Alexiorum (nobis d'Aleſſo) familia progenita eſt, & hæc Regum noſtrorum beneficio contractiſque affinitatibus illuſtris per Galliam potiſſimùm enituit & inclaruit. Primam eius familiæ originem à Brigitta ſorore inſignia pleraque documenta palàm faciunt, quæ ex parte collegit noſter Franciſcus Riparianus, tum per Galliam Vicarius & Viſitator Generalis in Iudicio quod an. 1621. die quarta Iunij promulgauit, tum etiam noſter Ioannes Chappot in Defenſione quam edidit an. 1628. Cùm nihilominus tamen, qui Brigittam eo gradu removendam non dubitauerant aſſerere, in ſententia perſiſterent, R. P. Simon Bachelier Generalis re cognitâ & ordine iuris examinata, eius opinionis autores damnauit & Iudicium ſuum in nobiliſſimæ gentis gratiam ab an. 1627. publicauit, quod demùm Sacra Cardinalium Congregatio an. 1629. ad XVII. Februarij diem, recognouit, probauit, confirmauit, vt nullus iam ſit relictus ad contradicendum locus, aut deinceps hiſcere quiſquam poſſit aut refragari. Quod igitur ſupereſt, Genealogiam quantum per nos fuit accuratè deſcriptam abſque ampliori elogio proferimus.

Genealogia

Apparatus.

Genealogia nepotum S. Franciſci Paulani.

I *Acobus Martotilla* ciuis Paulanus, ex *Vienna à Caſtro-fuſcaldi* aſpirante diuina gratia poſt votum causâ obtinendæ prolis nuncupatum ſuſtulit :

1. *S. Franciſcum* ex gentis more cognominatum *à Paula*, Ordinis Minimorum inſtitutorem.
2. *Brigittam* filiam, quâ ſuſceptâ ex communi conſenſu continentiæ votum parentes emiſerunt.

I. *Brigitta Martotilla* cognomento *à Paula* nupſit *Antonio ab Alexio* (noſtris *d'Aleſſo* euphoniæ gratia ex vſu patriæ linguæ dici ſolet) à quo ſuſtulit:

1. *Nicolaum*, Ordinis Minimorum poſteâ profeſſorem, de quo in append. 1. *d'Aleſſo.*
2. *Petrum*, eiuſdem Ordinis profeſſorem ſub ſanctiſſimi auunculi diſciplinâ.
3. *Andream*, de quo infra, II.
4. *Angelam*, *Bernardo Maldeto* elocatam à quo filiam ſuſcepit.
5. *Paulum*, qui tres liberos ex Chriſtiano matrimonio progenuit. Sed de huius atque *Angelæ* ſororis proſapia deinceps non conſtat.

II. *Andreas d'Aleſſo Antonij* ex *Birgitta* tertius filius, in Galliam à B.P.N. ſuoque auunculo aduocatus, pluribus palatinis officijs à Regibus ſucceſſiuè ornatus, nupſit tandem *Iacobæ Malendrin* Bleſis oriundæ, eorum autem liberi fuêre.

1. *Ioannes*, de quo infra III.
2. *Marinus* Abbas Foreſti-monaſterij, Prior B. Mariæ à Lætitia, & ad S. Martini apud Turones Canonicus. *d'Aleſſo.*
3. *Franciſcus*, poſtmodùm Ordinem Minimorum complexus, & is à natiuitate mutus diſtortiſq; pedibus & manibus, à B. Franciſco proauunculo curatus eſt.
4. *Anna*, Monialis ad S. Claram Giemi.

III. *Ioannes d'Aleſſo, Andreæ* ex *Iacoba Malendrin* primogenitus, Toparcha *de Lezeau* & *d'Eraigny*, Regi à Conſiliis, & Rationum Magiſter, duxit *Mariam de la Sauſſaye*, *Ioannis Moruillerij* Aurelianenſis Epiſcopi & Franciæ Procancellarij neptem, quo ex felici conſortio prodiêre :

1. *Michaëla*, de qua IV.
2. *Anna*, de qua V.
3. *Franciſcus*, de quo VI. *d'Aleſſo.*
4. *Andreas*, de quo VII.
5. *Magdalena*, de qua VIII.
6. *Maria*, quæ nupta quidem ſed improlis deceſſit.

IV.

Michaëla d'Aleſſo, *Ioannis* ex *Maria Sauſſaya* primogenita, nupſit *Nicolao le Clerc* Toparchæ de Courſelles Regio apud Turonenſes Proprætori, quorum coniugium multiplici prole ac progenie Dominus benedixit. Hi autem fuerunt eorum liberi.

1. *Claudius*, Toparcha de Courcelles Senator Pariſienſis, & B. Mariæ à Lætitia Prior. *le Clerc.*
2. *Maria*, quæ iuncta primùm *Ioanni Griffon* Toparchæ de Chaillot Regi à Conſiliis & Secretis, ſecundò copulata eſt matrimonio cum *Nicolao Gaynot* Senatori prætoriano.
3. *Michaëla*, de qua infrà.
4. *Ioannes*, de quo iam nunc.

IV. 3. *Michaëla le Clerc*, *Nicolai* & *Michaëlæ d'Aleſſo* F. nupſit *Claudio Villon* Regi à Conſiliis & Secretis, eorumque hi qui ſequuntur liberi : *Villon.*

1. *Franciſcus*, Ordinis noſtri profeſſor, de quo non ſemel dicendũ habebimus.
2. *Pomponius*, ſupplicum ad Reginam libellorum Magiſter.
3. *Nicolaus*, Regi à ſacris largitionibus & ad S. Martini Turonenſis Canonicus, atque ab eiuſdem Eccleſiæ Eleëmoſynis.
4. *Timoleon*, Regi à Conſiliis & Secretis.

5. *Maria*, Monialis apud Bellum-montem iuxta Cæſarodunum Turonum.
6. *Franciſca*, Monialis Carmelitana.
7. *Maria*, quæ obiit.

IV. 4. *Ioannes le Clerc*, Toparcha de Boiſrideau Regiæ menſæ Præpoſitus, *Nicolai & Michaëla d'Aleſſo* F. vxorem duxit *Mariam de Vauſſay*, & ab his progeniti.

le Clerc.
1. *Claudius*, Eques.
2. *Ioannes.*
3. *Maria*, Monialis apud Bellum-montem.
4. *Anna*, *Philippo Dreux* regio apud Cainonem Præpotori elocata.
5. *Ludouica.*

V.

Anna d'Aleſſo, *Ioannis* ex *Maria Sauſſaya* ſecundogenita nupſit *Olinario le Febure*, Toparchæ *d'Ormeſſon*, *d'Eaubonne & de Lezeau*, à ſanctioribus Regis Conſiliis & in ſupremo Rationalium conſeſſu Præſidi, quibus obtigêre tres filij:

1. *Olinarius*
2. *Andreas* } de quorum progenie iam nunc agimus.
3. *Nicolaus*

V. 1. *Olinarius le Febure*, *Olinarij* & *Annæ d'Aleſſo* primogenitus, Toparcha *d'Eaubonne*, à ſecretioribus Regi Conſiliis & Rationalium Præſes, vxorem accepit *Mariam Hennequin*, quo ex conſortio progeniti:

1. *Andreas*, Toparcha *d'Eaubonne*, Senator Pariſienſis.
2. *Ioanna*, Monialis Ordinis S. Claræ Minorum.
3. *Ioannes*, Toparcha *de Boisbouſſon*, Rationum regiarum Magiſter, qui duxit *Catharinam de Verthamon.*
4. *Maria*, Monialis S. Claræ Ordinis Minorum.

le Febure.
5. *Margareta*, Monialis Ordinis Dominicarum apud Poiſſiacum.

V. 2. *Andreas le Febure Olinarij* & *Annæ d'Aleſſo* ſecundo genitus, Toparcha *d'Ormeſſon*, ſacri Conſiſtorij Comes, conſortem optauit *Annam le Preuoſt*, quorum thorum ingenua prole Dominus nobilitauit, ſunt eorum igitur liberi:

de Coulanges.
1. *Maria*, quæ nupſit *Philippo de Coulanges* Toparchæ *de Montaleau*, Rationum regiarum Magiſtro, à quo & cognominem filium ſuſcepit.
2. *Magdalena*, Monialis Ordinis Annunciatarum cognomento Cœleſtium.
3. *Andreas*, Toparcha *d'Amboile*, Senator Pariſienſis & Palatinus Recuperator.
4. *Anna*, Monialis Ord. Annunciat. qui ſuprà.
5. *Nicolaus*, Ordinis Minimorum profeſſor.
6. *Olinarius.*
7. *Iſabella*, Monialis Ord. Annunc. qui ſuprà.
8. *Franciſcus*, qui obiit.
9. *Simon.*

V. 3. *Nicolaus le Febure*, Toparcha *de Lezeau*, libellorum ſupplicum Magiſter, vxorem duxit *Mariam Hinſelin*, & ab his progeniti:

1. *Petrus.* 2. *Nicolaus.* 3. *Claudius.* 4. *Ioannes.* 5. *Andreas.*

VI.

Franciſcus d'Aleſſo Ioannis & Mariæ Sauſſayæ tertio genitus Toparcha *d'Eraigny*, & Rationum regiarum Magiſter, coniugem habuit *Mariam de Vigny*. Eos autem multiplici prole Dominus donauit, fuerunt igitur ab eis progeniti:

1. *Franciſcus*, Ordinis Minimorum profeſſor, qui an. 1599. Cal. Ian. Pariſiis obiit & in pace quieuit.
2. *Olinarius.*
3. *Magdalena.*
4. *Ioannes.*
5. *Barnabas.*
6. *Carolus*, Ordinis Carthuſianorum.

d'Aleſſo.
7. *Maria*, Monialis ad S. Mariam Sueſſion.
8. *Ioanna*, Monialis apud Variuillam.
9. *Anna*, Monialis ad S. Mariam Sueſſion.

10. *Elizabetha.*

Digitized by Google

10. *Elizabetha.* 11. *Dionysia.* 12. *Genouefa.* 13. *Franciſca.*

VI. 2. *Olinarius d'Aleſſo, Franciſci & Mariæ de Vigny* ſecundogenitus, Toparcha *d'Eraigny*, Rationum regiarum Corrector, ſibi matrimonio iunxit *Annam du Buiſſon*, quæ nuper apud Pariſienſes noſtros condita eſt, ab ea verò relicti Oliuario tres liberi:

1. *Franciſca.* 2. *Franciſcus.* 3. *Claudius.*

VI. 3. *Magdalena d'Aleſſo Franciſci & Mariæ de Vigny* tertiogenita nupſit *Ioanni le Preſtre* Rationum regiarum Auditori, ab eis autem progeniti:

1. *Ioannes.* 2. *Maria.* *le Preſtre.*

3. *Magdalena*, Monialis S. Claræ Ordinis Minorum, & nunc ad S. Marcellum Pariſ. Abbatiſſa.

4. *Franciſca.* 5. *Franciſcus.* 6. *Olinarius*, qui obijt.

Ioannes le Preſtre, Ioannis & Magdalenæ d'Aleſſo primogenitus, Rationum Regiarum Auditor, nupſit *Mariæ de Creil*, à qua illi

1. *Ioannes-Franciſcus.* 2. *Nicolaus*, qui obiit.

Maria le Preſtre eorumdem ſecundogenita elocata eſt *Franciſco Brillet* Topatchæ *de Limeul*, & ab his progeniti:

1. *Maria.* 2. *Ioanna.* 3. *Claudius.* 4. *Franciſcus.* 5. *Stephanus.* 6. *Catharina.* *Brillet.*

7. *Annæus.* 8. *Claudia.* 9. *Catharina.* 10. *Suſanna.*

VI. 10. *Elizabetha d'Aleſſo Franciſci & Mariæ de Vigny* decimogenita nupſit, *Ægidio le Beau* Toparchæ *de Monteſligeon*, Regi à Conſiliis & Secretis, atque ab his progeniti:

1. *Franciſca.*

2. *Magdalena*, Monialis Ordinis Viſitationis B. Mariæ. *le Beau.*

3. *Ægidius.*

4. *Elizabetha*, Monialis Vrſulana.

5. *Claudius.* 6. *Franciſcus.*

Franciſca le Beau Ægidij & Elizabethæ d'Aleſſo primogenita, nupſit *Iacobo Gobinæo* Præſidialis Fori apud Carnutes Senatori eiſque obtigerunt tres filij:

1. *Franciſcus.* 2. *Ægidius.* 3. *Ioannes.* *Gobinæus.*

VII.

Andreas d'Aleſſo Ioannis & Mariæ Sanſſaye quartogenitus, Toparcha *du Meſnil*, à Secretioribus Regis Conſiliis ſummus Aquarum ac Syluarum per Franciam Præfectus, duxit *Mariam de Longueil*, à qua illi fuerunt quinque liberi:

1. *Iacobus*, ex Secretario Regis Chartuſianus apud Gallionem, vbi & obiit. *d'Aleſſo.*

2. *Iacobus*, Canonicus Regularis ad S. Victorem Pariſ.

3. *Nicolaus*, Eques, Vrbi & Arci Moretanæ Præpoſitus & Militum Ductor.

4. *Anna.*

5. *Elizabetha*, Monialis & Canonica Auguſtiniana ad S. Stephanum Sueſſion. nunc Remenſ.

VII. 4. *Anna d'Aleſſo Andreæ & Mariæ Longolis* quartogenita nupſit *Petro de la Lane* Regi à Conſiliis & Secretis, à quibus progeniti:

1. *Petrus*, Eques. *de la Lane.*

2. *Magdalena.*

3. *Nicolaus*, Abbas de Bonnefontaine.

4. *Margareta.*

5. *Claudius*, ad S. Victorem Pariſ. Regularis Canonicus.

6. *Maria*, Monialis & Auguſtiniana Canonica ad S. Stephanum Remenſ.

7. *Natalis.* 8. *Anna.*

Magdalena de la Lane Petri & Annæ d'Aleſſo ſecundogenita nupſit *Ioanni le Beſſu*, Toparchæ *de Courteuoye*, in Curia Vectigalium fiſci patrono, ſiue vt loquuntur generali Aduocato, à quibus progeniti:

1. *Magdalena.* 2. *Ioannes.* 3. *Euſtachius.* 4. *Renatus.* *le Beſſu.*

Margarita de la Lane eorumdem quartogenita nupſit *Claudio du Blaiſel* Equiti, Toparchæ *de Molinet*, cohortis Equitum leuioris armaturæ Ductori, quorum ex connubio prodiit: *Magdalena-Ioanna.* *du Blaiſel.*

VIII.

Magdalena d'Aleſſo Ioannis & Mariæ Sauſſaya quintogenita nupſit *Petro Chaillou* Regiæ Conciliis & Secretis, quo ex connubio prodiêre:

1. *Olinarius*, ex Canonico maioris Eccleſiæ Pariſ. Ordinis Minimorum profeſſor, & primus Cœnobij in Vrbe Fundator, de quo alibi copioſiùs.

Chaillou. 2. *Ioannes.* 3. *Catharina.* 4. *Elizabetha.* } de quorum progenie iam nunc dicimus.

VIII. 2. *Ioannes Chaillou Petri & Magdalenæ d'Aleſſo* ſecundogenitus Toparcha *de Thoiſy & de Nogent les Vierges*, Rationum regiarum Magiſter, cui conſors obtigit *Maria Lucretia de l'Eſtrat*, ab eis autem progeniti:

1. *Elizabetha*, quæ obiit.
2. *Franciſcus*, Rationum regiarum Magiſter.
3. *Claudius*, Senator Pariſienſis & Palatinus recuperator.
4. *Iacobus*, Rationum Regiarum Auditor.
5. *Nicolaus*, qui obiit.
6. *Ioannes.*

VIII. 3. *Catharina Chaillou Petri & Magdalenæ d'Aleſſo* tertiogenita primis nuptiis elocata eſt *Antonio de Coſte* Equiti, cognominis loci Toparchæ, à quo illi vnicus filius,

de Coſte. *Olinarius*, qui Ordinem Minimorum profeſſus dictus eſt *Hilarion*, de quo nobis ſæpiùs dicendum erit in progreſſu.

Secundis autem nuptiis *Federico Verſoris* Senatori Pariſienſi copulata eſt, eiſque nouem liberi fuêre:

Verſoris. 1. *Catharina.*
2. *Elizabetha*, quæ obiit.
3. *Franciſcus-Federicus*, qui duxit *Angelicam Fauerole.*
4. *Petrus*, qui obiit nouitius in Societate Ieſu.
5. *Margarita*, quæ obiit.
6. *Dionyſia*, Monialis Vrſulana.
7. *Maria*, quæ obiit. 8. *Antonius*, qui obiit. 9. *Ludouicus.*

Catharina Verſoris Federici & Catharinæ Chaillou primogenita nupſit *Antonio Vanel*

Vanel. Regi à Conſiliis & Secretis, quibus hi quatuor liberi:

1. *Franciſcus.* 2. *Antonius.* 3. *Catharina.* 4. *Claudius.*

VIII. 4. *Elizabetha Chaillou Petri & Magdalenæ d'Aleſſo* quartogenita nupſit *Antonio de Saint-Yon* Toparchæ *de Rubelles*, ſupplicum libellorum Magiſtro, ab eis autem progeniti:

de Saint-Yon. 1. *Elizabetha*, Monialis in Monaſterio Calenſi agri Pariſ.
2. *Catharina*, Monialis Ordinis Viſitationis B. M.
3. *Maria*, Monialis eiuſd. Ordinis.
4. *Margarita*, Monialis in Calenſi Monaſt.

du Bouchet. 5. *Germana*, quæ nupſit *Henrico du Bouchet* Toparchæ *de Bournonville & de l'Eſpine* Senatori Pariſienſi, à quo illi *Antonius* filius matri commoriuus.

6. *Olina*, quæ obiit. 7. *Antonius*, qui obiit. 8. *Antonius*, qui obiit.

Hactenus de illuſtri gente dictum ſit, quæ vt primam ſuæ gloriæ originem trahit à beato proauunculo, ita & in illius memoriam, decus & ſplendorem natalium dignitatum & operum ſuorum grata viciſſitudine reflectit.

VII. Poſt omnia operæpretium fuiſſet vt ſingularia nonnulla, ex quibus & laus & notitia Ordinis amplius conſtitiſſet, ſtilo proſequeremur, qualia ſunt, fauores B. Virginis in Ordinem eius cultus & patrocinium, S. Michaëlis tutela & protectio, ſpeciales obſeruantiæ Ordinis pleræque, deuotiones quas vocant ſupra Regulæ præſcriptum inductæ vt tredecennalium feriarum praxis & obſeruatio ad B. P. Franciſci opem promerendam & alia eius generis de quibus non pauca ſe offerebant dicenda, ſed præterquam ea ſingulari libro exequi conſtitutum eſt, cogor volens nolens abrumpere & tempori ſeruire, vt ad tempus ingrediamur.

CHRONICON

CHRONICON
GENERALE ORDINIS MINIMORVM.

QVOD BONVM, FAVSTVM, FORTVNATVM, AC SALVTARE SIT.

ANNO PERIODI CHRISTIANÆ M. CCCC. XVI.

1416. VO propter Schiſma inter *Ioannem* XXIII. *Gregorium* XII. & *Benedictum* XIII. *Conſtantiæ* in *Germaniâ* Occumenicum Concilium habebatur: ſummum apud Chriſtianos Imperium obtinebat, in Oriente *Manuël* II. *Andronici* III. F. *Palæologus*, in Occidente *Sigiſmundus* Rex Hungariæ *Caroli* IV. F. Regnabat in *Galliâ Carolus* VI. *Beneamatus Caroli* V. *Sapientis*, F. Rerum in *Caſtellâ* potiebatur *Ioannes* II. Princeps Catholicus: in *Angliâ Henricus* V. *Neapoli Ioanna* II. contra *Ludouicum* II. Andegauum: in Arragonia *Ferdinandus* I. *Honeſtus*, atque mox *Alphonſus* V. cognomento *Magnanimus* qui patri ad diem II. Aprilis decedenti ſucceſſit: Quo *Amedeus* Comes *Sabaudiæ* XVI. titulo Ducis ornatus eſt. Quo vitæ ſanctimoniâ & religione florebant, *Vincentius Ferrarius*, *Laurentius Iuſtinianus*, *Bernardinus Senenſis*, *Ioannes à Capiſtrano*, *Thomas à Kempis*, *Lupus ab Olmeto*, *Coleta* & *Columba* virgines: Quo in litteris eminebant *Petrus de Aliaco*, *Ioannes Gerſonius*, *Ioannes Capreolus*, *Alphonſus Toſtatus*, *Ioannes Dominicus*; *Franciſcus Zabarella*, *Pogius Florentinus*, *Leonardus Aretinus*, *Laurentius Valla*, *Petrus Ancharanus*, *Nicolaus Panormitanus* & alij: ORDO MINIMORVM in ſuo germine cœpit exoriri, cùm ſcilicet in lucem editus eſt ſuus ille Inſtitutor, Gratiæ filius, Miraculorum parens, qui per totum quod ſupereſt Sæculi huius curriculum & aliquantum alterius ineuntis ſpatium, diuinitatis ſplendore ad ſalutem hominibus affulſit. 1416. S. P. N. Franciſci

2. Dies illi natalitius XXVII. menſis Martij, primus ineuntis menſis octaui ſeu *Pharmuthi* apud Ægyptios, creatione *Stephani* Papæ II. ad annum Chriſti 752. in Eccleſiâ Catholicâ celebris, inauguratione *Heraclij* qui *Phocæ* in Imperio ſucceſſit apud Græcos memorabilis, apud Latinos verò inauguratione *Alberti* Ducis Auſtriæ *Rudolphi* quondam Imperatoris F. qui abdicato & mox interfecto *Adolpho Naſſauio* Germanicum Imperium capeſſiuit, ſed nulla re clarior aut felicior quàm ſanctiſſimi hominis natiuitate, vnde infinita poſtmodùm bona profluxerunt. Dies natalis.

3. Nomen *Franciſcus* fuit, quod quidem à fonte baptiſmali per ſuſceptores Nomen.

Digitized by Google

1416. tulit, sed pro parentum voto, qui à se sterilitatem apud Deum deprecaturi S. *Franciscum Assisiatem* interposuerant, oblatâ imprimis conditione nominis sui puero qui nasceretur imponendi. Accepta conditio, & gratiâ naturam superante sterilibus & deploratis indulta fœcunditas, masculâ primùm prole quam dicimus susceptâ, cùm necdum à voto annus exiisset. Huic igitur *Francisci* nomen inditum est, tàm indubitatâ deinceps appellatione, quàm certa nominis origo & explorata est. Quæ igitur causa esse potuerit vt *Robertus* à Comineo diligente alioquin historico diceretur, planè non intelligo. Maximè idonea ratio semper mihi visa est Scriptoris incuria in his rebus quæ Aulicorum animos non facilè attingunt. Nam quæ *Montoia* noster comminiscitur ægrè fidem inuenerint apud peritos rerum Gallicarum, sed condonandum homini externo in alienis peregrinanti. Vero propius videretur quod nonnulli afferunt, natalem eius *S. Roberto* festiuum fuisse atque adeò nomen secum extulisse quod pro vulgi opinione illi adhæserit, si cuiusquam eius nominis memoria in illum diem incideret, quod hactenus non deprehendi vt in Tabulas Ecclesiasticas diligenter inquisiuerim. Mihi certè alterutrum horum non difficulter se approbat, aut à *Roberto Baldricurio* qui eum ab vltima Italiâ ad *Ludouicum* XI. Francorum Regem perduxerat, aut à *Roberto* quodam *Ordinis Prædicatorum* sanctitate percelebri, qui eodem tempore in aula *Ludouici* Regis versabatur & cuius acta singulari libro Iacobus Faber Stapulensis edidit, *Roberti* nomen ad eum per errorem fuisse traductum. *Baudricour*

Patria. 4. Cognomen pro more gentis, qui etiamnum viget, à loco natiuitatis illi fuit. A PAVLA igitur siue PAVLANVS Franciscus noster dictus est, quia in oppido eius nominis natus, Græci παυλάτλιν dicerent. *Paula* enim est illis Παυλὸς ab *Oenotorys* condita vt ex Stephano obseruant *Ortelius* & *Ferrarius*: est autem sita in agro *Bruttiorum* ad meridiem quâ mare *inferum* seu *Tyrrhenum* spectat; à quo non procul est quingentis passibus, vtrinque à *Blanda* & *Amantia* sexdecim milliaribus distans, totidemque à *Consentia* Ducatus citerioris Calabriæ metropoli, adeoque ipsius *Paulæ*, quæ in illius diœcesi. Vino celebratur & serico quibus abundat. Ciuitatis iure donata est à *Philippo* II. Rege Hispaniarum, sub dominio Marchionum *Foscaldorum*. Alia longè, à *Polâ* Istriæ vrbe maritimâ quam Colchi feruntur condidisse, aliquando *Iulia pietas*, fortè & *Aspyron*, à quibusdam etiam sed perperàm, *Olchinium*, dicta, quæ hodie antiquum *Polæ* nomen retinet. *Paola.* *Belueder.* *L'Amanthia.* *Consenza.* *Pola.*

Merula legit *Foscardorum.*

Parentes. 5. Parentes afflictæ per tempus fortunæ, à nobili tamen stirpe originem duxisse perhibentur, cuius rei documenta diligentiores rerum nostrarum scriptores protulerunt. Pater *Iacobus Martotilla* seu *Martolilla* ciuis Paulanus, quem nonnulli gentilitio nomine *de Alexio* seu de *Alesso* dictum volunt, agnominatum autem *Bartolillum* quasi *Bartholomæi* filium, vt dignosci posset ab alijs alterius *Alexiorum* familiæ quæ *Paulæ* vigebat. Sed præter quàm hæc & quæ consequenter commentantur, contra fidem veterum quæ apud nos sunt monimentorum pugnant, non magnam habent probabilitatis speciem, & multas in totam stirpem, duplici illâ familiæ *Alexiorum* distinctione, tenebras offundunt. Non igitur deformatum à *Bartolillo Martotillum*, sed verè & sincerè ita nominatum agnoscimus. Mater *Vienna à Castro-foscaldo*, non magnum nomine nobilitatis indicium facit, à quo tamen sunt qui sibi videntur satis firmum argumentum consecuti vt eam in Marchionum *Foscaldorum* familiam vindicent, sed quantùm ego iudico, inanis est illa argumentatio, nec multò firmior quàm si Franciscum nostrum, quòd ei à Paula cognomen sit, in familiam Dominorum ipsius vrbis assererent. Est enim *Castrum-foscaldum* (fortè *fossæ-calidæ*) non procul à *Paulâ* viculus ditionis Marchionum *Foscaldorum* à quo vt *Vienna* originem, ita & nomen habuit, etiam fortè à maioribus acceptum & deductum, quod non esse infrequens vel apud nos conspicimus. At verò quod laudi esse vnum maximè debet, illud in vtroque parente potissimum enituit, pietas nimirùm & vitæ sanctimonia. Coniugati siquidem non dissimilem Ascetis vitam duxerunt cum se quadragesimali abstinentiâ in perpetuũ macerarent, *Martelilla.* *D'Alexio.* *D'Alesso.* *Di Castro-foscaldo.*

Digitized by Google

1420. rent, & interulis lineis non vterentur longè prius quàm de prole ſuſcipienda votum emitterent. *Iacobus* pater coniugij vinculo ſolutus in diſciplinam filij ſe recepit, Oblatum, vt traditio eſt, profeſſus, tantoque ad pœnitentiam ardore ſuccenſus eſt optimus ſenex, vt agente Spiritu Sancto ad exemplum municipum ſuorum per plateas flagris & verberibus infirmum corpus dilaniaret. Vtrique commune fuit, quod poſt editum filium, atque deinceps filiam nomine *Birgittam*, ex voto continentiam ſanctiſſimè coluerint. Non defuerunt tamen qui *Birgittam* illo conſanguinitatis gradu à S. P. N. *Franciſco* ſubmouendam arbitrati ſint, ſed quæ hinc orta diſceptatio ſuperiorum Iudicio quod in Apparatu meminimus, ſublata eſt, & ex fide veterum & authenticorum monumentorum *Birgitta* in vnicam S.P.N. *Franciſci* ſororem vindicata. 1416.

6. Miracula plura interceſſerunt, quorum demonſtratione ſancti viri natiuitas diuinitus commendata eſt. Feſtiui de cœlo ignes è culmine paternæ domus toti ciuitati illuxerunt, de quorum præſagio multa noſtri non temerè commentati ſunt. At verò deinceps domus illa cultui diuino conſecrata quotidianis & iugibus ſacrificiis ab aliquo noſtrûm ſolet frequentari, quod Paſſarellus tradit. Creatum puero periculum ex maligno ad oculum tubere mater deprehenderat, ſed per eius votum noxa continuò depulſa eſt, hæſit tamen tenue illius veſtigium ad miraculi memoriam. Primum è miraculis fuit, inducta ſterilibus fœcunditas. Ita nimirùm decebat vt ſanctiſſimi hominis natiuitatem miraculo præuentam, cœli feſtiuitas proſequeretur, & diuina manus quaſi appoſito ſignaculo abſolueret, quod ipſe per reliquum vitæ tempus in ſuo corpore circumferret. Miracula in natiu. edita.

An. M. CCCC. XX.

1. *Ontoia* puerum annos quatuor vix dum natum ad pietatem & litteras quarum per ætatem capax erat, erudiri cœpiſſe tradit, multaque in ſpecie de pueri exercitationibus annotat, tum maximè de reuerentiâ & cultu erga Beatam Virginem ſingularia quædam obſeruat, ſed hæc ampliùs à nobis commemorari Chronici breuitas non patitur. In genere, quod nobis ex Officio Eccleſiaſtico conſtat, adeoque ex ipſius Eccleſiæ auctoritate, poteſt non inutiliter ad faciendam reliquarum exercitationum coniecturam afferri. Dicitur ergo *Franciſcus* noſter à puerilibus annis in Dei timore educatus, futuræ ſanctitudinis ſpecimen præbuiſſe aſſiduis vigiliis & ieiuniis corpuſculum macerando, & pueritiam præclaris moribus pertranſiiſſe, cum Dei templa aſſiduis orationibus frequentaret diuinumque verbum magno affectu audiret. In quibus puerum noſtrum Samueli atque Tobiæ diſertis & expreſſis verbis comparat, quorum ille perhibetur à puero profeciſſe atque creuiſſe & placuiſſe tàm Deo quàm hominibus, hic verò adhuc puerulus omnia bonorum operum genera ſecundùm legem Dei obſeruaſſe. Verùm hæc nonniſi per legitimam hiſtoriam poſſunt explicari. 1410. Prima edu. catio.

An. M. CCCC. XXVIII.

1. *Vienna Franciſci* mater, poſtquam nulla Chirurgorum remedia proceſſerant aduerſus noxam quam pueri oculo inſidentem diximus, & propè erat vt per illam lumine priuaretur, Annam Samuelis parentem imitata vouerat, puerum ſi conualuiſſet ſacra Franciſcanorum veſte dum per ætatem liceret indutum iri, & per annum in proximiori Ordinis Conuentu operam ſuam religioſis miniſteriis & rebus diuinis impenſurum. Auditæ matris preces explendi per tempus voti neceſſitatem induxerant. Duodenni igitur puer in ſomnis admonetur ab ipſo vt ex veſte videbatur *S. Franciſco* ſibi apparente, ne parentis voluntatem ſineret eſſe irritam, tempeſtiuum eſſe vt votiuâ veſte induceretur & Ordinis monaſterio in annum addiceretur. Dictum factum. Beatus puer in craſtinum parentes conuenit & exorat ne moram faciant, para- 1418. Votum pro puero, qui veſte re ig. induitur.

Digitized by Google

1428. tum se ad omnem eorum, ac Dei proinde voluntatem offert; nec diutius cunctandum verbis efficacibus persuadeat. In proximo est *Marcopolis* seu *Ciuitas S. Marci*, Liuio & veteribus aliis *Argentanum* dicta, in quam ab excisâ vrbe *Temesa*, quæ sexto tantùm milliari distabat Episcopalis Sedes translata est olim *Consentina* metropoli subditâ, nunc autem exempta, nihil præter hodiernum nomen cum *Calactâ* oppido Siculo ad oram occidentalem, commune habet. Eius certè nullam à *Mirao* qui Notitiam Episcopatuum nuper recensuit, mentionem fieri prorsus miror, à *Merulâ*, *Senerenensi* Archiepiscopatui ascribitur, (hoc est *S. Severinæ*, vt vulgus antiquo nomine corrupto loquitur) quod perperàm tamen eum feciſſe certiori autoritate astruitur. In ea vrbe Magistratus ciuicus, iam ab anno 1320. *Minorum* Ordini Conuentum magnis sumptibus constituerat sub nomine *S. Francisci*, quem ad annum 1517. *Conuentuales*, quos vocant, sin coluerunt, tunc primum subintroductis *Obseruantibus*, vt tradit *Franciscus Gonzaga* in Historiâ Seraphicâ. Illuc *Franciscus* noster, à parentibus deducitur, & mox sacrâ veste induitur, puerorum more qui olim monachis in disciplinam tradebantur, & qui nunc à parentibus in aliquot tempus certo cuidam instituto addicuntur, quod in Italiâ frequens, non prorsùs à nostris ignoratur. Quis igitur aut *Hieronymum Romanum* aut *Ludouicum Mirandam*, aut *Didacum Murillum*, aut alios eius instituti professores quibus beatum puerum exacto quem debebat anno, nullâ professione emissâ recessisse, mirum esse videtur, ipse non miretur? Neque enim aut illius consuetudinis ignari esse possunt aut duodennem puerum dubitant emittendæ professioni non fuisse maturum. Quæ autem in eo Conuentu constitutus innocentiæ documenta, quæ sanctitatis exempla, quæ religiosæ conuersationis argumenta ediderit, ita vt prouectiores ætate pudefieret mirabilis in puero sanctarum virtutum exercitatio, nostri ex parte in Historiis suis deliberauerunt. Sed nos Chronici modum non excedimus, fuit tamen operæpretium vt caducam opinionem verbo in transitu impelleremus. Nec vacabit harum rerum curioso Lectori nostros qui ex professo hunc controuersiæ (si qua tamen est aut quæ est certè dum verbo abest inuidia) nodum longiori disceptatione soluerunt, relegere.

1429. *San-Marco.* *San-Marco.*

1320. 1517. Lib 6. de republ. Christiana c. 31.

An. M. CCCC. XXIX.

1429. Secessus in solitudinẽ. EXeunte igitur anno, à quo beatus puer sacram vestem susceperat, significat parentibus eos per se voto exolutos, viderent si quid prætereâ esset in quo probare obsequium suum atque reuerentiam vellent, animo quidem sibi constitutum non esse illud vitæ institutum amplecti quod per occasionem voti degustasset, non odio quidem illius aut tædio, sed internâ vocatione aliud suggerente cui parendum esset. Adsunt igiiur parentes ad tempus constitutum, & puerum sacrâ & votiuâ veste exutum recipiunt, qui vt in beneficio habuit voti præstationem, ita de gratiis post omnia referendis sollicitus fuit. Quâ de causâ parentes ad suscipiendam peregrinationem *Assisium* inducit, vt in æde sacra *Beatæ Mariæ* (quæ vocatur) *Angelorum* dum accepti beneficij gratias rependit alterius promerendi dignus habeatur. Et reuerâ fit admodùm credibile beatum adolescentem eo loco vbi primum *S. Franciscus* gratiæ spiritum hauserat, ad ea quæ mox aggressus est & deinceps fauente numine perfecit, diuinitus fuisse animatum. Vt enim in patriam rediit ab illa peregrinatione, subduxit se parentibus & in solitudinem *Montis-Casini* penetrauit, quod nonnulli tradunt, cùm alij velint illum in speluncam agri cuiusdam paterni se recepisse, cùm per iter *Spoletum*, *Romam*, *Montem-Casinum* accessisset. Vt vt sit, certum est *relictis parentibus clàm eremum petiisse*, atque in eâ ad annum ætatis decimum nonum perseueraſſe, quod in Processu Canonizationis in hæc verba enunciatur: *Vix tertium decimum attigerat ætatis annum cùm ducente Spiritu sancto secessit in Eremum. Ibi prima diuinæ militiæ stipendia fecit: & ad nonum decimum vsque tyrocinij rudimenta posuit.* Neque verò cuiquam dubium

Digitized by Google

1435. bium esse potest qualis in illo secessu *Francisci* vita fuerit. Angelicæ propiorem fuisse quàm humanæ, adeoque talis vt cogitari aliquatenus, verbis exprimi nullatenus possit; quis non sibi facilè persuadeat, tum maximè si animo reputet quæ illum causa à solitudine abstraxerit, quæ deinceps ad hominum salutem peregerit? Solitudo illi Paradisus, in quem retulit innocentiam quæ olim ab eo exulauerat, à quo retulit innocentiam quæ extra Paradisum permaneret. Et causa quidem relinquendæ solitudinis miracula fuere, acta verò deinceps vniuersa nihil minus à miraculis. 1435.

An. M. CCCC. XXXV.

1. PErueneratigitur in annum ætatis vndeuicesimum beatus Eremi incola, & iam tum de latibulo, virtutum gratia & miraculorum gloria coruscabat, adeò vt concurrentibus vndequaque hominibus nihil iam in solitudine minus esse posse videretur quàm solitarius. Tempus erat vt qui agente Spiritu Sancto in solitudinem perrexerat, eodem satagente & voluntatem suam mirabilibus signis exprimente in hominum societatem consortiumque reduceretur. Tempus erat vt qui post tyrocinij rudimenta fortiter per plures annos pugnauerat & obstinatos ferocesque aduersarios gloriosè deuicerat, non iam in militum numero haberetur, sed ducendis exercitibus Imperator allegeretur. Tempus erat vt qui tanto tempore sibi vacauerat quòd diuinis muneribus superflueret, de sua in alios plenitudine refunderet. Egressus igitur solitudine, adiunctis sibi aliquot sociis prima Religionis fundamenta iecit eo loco in quo etiamnùm solent à nostris religiosa gratulatione venerari. 1435. Prima Ordinis institutio.

2. Domicilium scilicet in fundo paterno intra fines agri *Paulani* sibi illisque constituit sub nomine *Eremitarum sancti Francisci*, oratorio nondum extructo, vt mihi videor ex litteris *Pyrrhi Consentini* Archiepiscopi colligere, quod amplius ad an. 1455. disquiremus. In hunc tamen annum omnes rerum nostrarum scriptores *Prima Ordinis initia* referunt, cùm in Apostolicâ Cathedrâ sederet, *Eugenius* IIII. Imperaret apud Græcos *Ioannes Palæologus Manuelis* II. F. apud Latinos is quem diximus *Sigismundus*, Regnaret in Galliâ *Carolus* VII. Neapoli *Alphonsus Magnanimus* contra *Renatum Andegauum*. Et reuerâ cùm iam certam sedem fixerit Beatus adolescens, & in sodalitium eiusdem propositi sectatores acceperit, non video in aliud tempus incipientis Religionis originem posse reijci. Quin autem illa quæ constituit initia valdè tenuia fuerint, ij demùm possunt ignorare qui rebus quantumcunque magnis alia esse addubitant. Non tamen angusta in tantùm fuerunt aut abiecta, vt deducendæ nouem post annos coloniæ & *Paterni* constituendæ non sufficerint. Conuentus Paulæ.

3. Intra quod tempus duodecim illos socios & tanti operis adiutores qui sæpius à Scriptoribus nostris memorantur, ad eum accessisse & in societatem cooptatos, aut certè ex illis plerosque non temerè affirmauerim. Sunt autem illi. 1. *Balthazar à Paula*. 2. *Bernardinus à Cropolatu*. 3. *Paulus à Paterno*. 4. *Franciscus à Matorana*. 5. *Antonius à Longobardo*. 6. *Andreas à Missanio*. 7. *Archangelus à Longobardo*. 8. *Nicolaus à sancto Lucido*. 9. *Angelus à Saracina*. 10. *Nicolaus à Nucito*. 11. *Ioannes à sancto Lucido*. 12. *Florentinus à Paula* quibus non multò post adiunctus est etiam *Ioannes à Genua*, de illis autem dicemus in progressu sigillatim, si (quod speramus) occasio tulerit. Quale porrò illorum institutum fuerit qui ad annos quinquaginta septem scriptâ Regulâ non sunt vsi, conijci potest ex nomine, & institutoris sanctitate. Hanc *Pyrrhus* Archiepiscopus litteris suis abundè commendat. Eremitarum verò institutum, non obscurè significat sanctissimum hominem non tam solitudinem deseruisse quàm ad homines traduxisse, ac suos proinde discipulos ad contemplatiuam vitam & solitariam instituisse. Insuper verò & *sancti Francisci* vitam vt imitarentur admonuit ex nomine. Neque enim vt quibusdam visum fuit *Eremitæ fratris Francisci*, dicti sunt quasi illo autore gloriarentur, sed *sancti Francisci*, vt haberent quem sibi proponerent in exemplum vitæ & religiosæ conuersationis. Id inprimis per- Primi socij B. P. N. Ad annum 1493.

1435. ſuadet ipſius inſtitutoris humilitas, tum etiam gratitudo erga Seraphicum Patrem cui primum apud *Paulam* ſacellum ex parte ſacrum eſſe voluit, ac denique conſecutus error in eius nomine, qui contingere non potuiſſet ſi de illo diſcipuli vocati fuiſſent, quî enim effugiſſet quod neceſſariò in nominandis ſectatoribus recurrebat? Igitur agrum *Paulanum*, ab hoc anno ſancti illi & verè magni Patres ſub nomine *Eremitarum ſancti Franciſci*, duce & autore altero *Franciſco* incolere cœperunt & prima Conuentus *Paulani* fundamenta conſtituerunt. Illa verò quot quantiſque miraculis initiata & conſecrata ſint in dies penè ſingulos, non eſt huius compendij enarrare. Angelorum quotidiana miniſteria, montes è medio ſublati, moles deciduæ ab aëre ſuſpenſæ, calx inde effoſſa vbi certò nulla, ignis obiecto corpore reſtinctus, fontes è fundo ſigiculoſo educti, curationes modis omnibus & abſque numero peractæ, omnia denique miraculorum genera, quæ cum verbo tum opere Thaumaturgus noſter præſtabat, ibi viſa, ibi conſpecta, ibi palpata ſunt. 1444.

An. M. CCCC. XLIV.

1444. Conuentus Paterni. INTER multos quos miraculorum fama de ſuis ſedibus ad *Franciſcum* noſtrum exciuerat, fuit *Paulus Rendeacius* nobilis adoleſcens *Paterno* vrbe propinquâ oriundus; qui præter vulgi conſuetudinem non tam mirabilia quæ in oculos incurrebant, quàm internam gratiam & animi ſanctitatem, à qua origo illis erat, attendit, eaque vehementer adeò permotus eſt & mirificè captus, vt non quieuerit donec in beati viri ſocietatem & contubernium acceptus idem vitæ inſtitutum profiteretur. In eo ipſe ad omnem ſanctitatem breui profecit & miraculis etiam aliquando enituit; cúmque in dies accederent qui eodem animi propoſito ducebantur, & populorum etiam deſideria perferrentur cupientium vt ſibi eadem quæ Paulanis gratia obtingeret, *Rendeacius* ciuium ſuorum charitate accenſus facilè perſuaſit vt primi ſanctæ propaginis palmites ad *Paternenſes* ſuos deducerentur. Eſt autem *Paternum* non illa *Cappadocia prima* ciuitas quæ in *Calchedonenſi* Concilio memoratur, non illud *Rogerij* Comitis aduerſus *Sarracenos* propugnaculum in *Sicilia*, quod & *Paternio*, & hodiè *Paterno* popularibus dicitur, ſed vrbs ad *Sinum Tarentinum Cariato* proxima, olim Epiſcopali ſede inclyta (nam & Sigonius lib. 2. de Regno Italiæ *Paternenſis* in *Italiâ* Epiſcopi meminit) nunc ſub diœceſi *Conſentinâ* in agro *Bruttiorum* (quanquam ſunt qui *Lucanis* attribuant) Iuriſdictio Prætoria in quinque pagos attinentes. Sunt qui Strabonis Stephani & Lycophronis *Crimiſſam Paternum* interpretentur, alij tamen probabiliùs *Cirram* eſſe contendunt. *Paulus* noſter in comitatu Sancti Patris *Paternum* venit, effuſis in occurſum ciuibus, tanquam qui cœlo dilapſi eſſent, excepti ſunt & ciuitate donati, nec mora, intra paucos dies ſubitarij operis tugurium in quo ſe recipèrent excitatum: dehinc ſuccedente tempore firmioris operis domicilium exædificatum, quod non tot lapidibus in iuſtam magnitudinem aſſurrexit, quot per beatum Patrem miraculis ornatum & dedicatum eſt, in quo ciuium *Paternenſium* charitas ſperatâ mercede & præmio non eſt defraudata, ſed multis ſupra quàm ſpes eſſet beneficiis exaggerata. Illuſtre iſtud, quod cum obſiſtente diabolo ingens lapis ad ſuperius limen maioris portæ templi ponendus loco moueri non poſſet, imperante ſancto patre, ipſo Dæmonio adiuuante, ſtatim loco ſublatus, & ad limen collocatus eſt; nec diſſimile quod ſequitur, obſtruebatur via ad Conuentum craſsâ & procerâ arbore, quam cum vir beatus loco cedere iuſſiſſet, in duas mox partes diſciſſa, & vtraque ad decẽ pedes medios abſcedente liberum iter fecit & reliquit. At quæ in hominum commodum operatus eſt, infinita ſunt, cùm dæmonia corporibus expulerit, cæcis viſum reſtituerit, naufragos periculo liberauerit, mortuos reuocauerit ad vitam, & inſanabili cuique morborum generi præſens & ſalutare remedium attulerit. Nec impar magiſtro diſcipulus, qui miraculorum quoque gloria coruſcauit, ſed hæc in progreſſu recurrent. Eccleſia *B. Virgini Annunciatæ*, dicata eſt & magna populi

Rendeacii. *Paterno.* *Cariati.*

1444. puli deuotione frequentata. Nec interim omittendum quod ex Proceſſu *Altiliæ* inſtituto per teſtem 3. conſtat. Tum ſcilicet cùm ædis ipſius ſacræ lapis primarius poſitus eſt tertiò ad populum habitam concionem à B. P. N. quod ſæpè per alias occaſiones fecit, vt in homine inerudito cœleſtem ſapientiam & à Deo ſubminiſtratam plerique mirati & confeſſi ſint. Nec defuerunt alia per eum diem miracula quibus prima hæc initia dedicauit, omninoque certum eſt nullo *Franciſcum* noſtrum loco tot tantiſque quàm quoad illic ſterit virtutum ac ſignorum operationibus effulſiſſe, quod Proceſſus Canonizationis relegentibus aut noſtrorum libros qui acta eius ſingularia deſcripſerunt perſcrutantibus apparet. Quàm verò deinceps ſanctiſſimis hominibus efloruerit domus iſta, ſuo tempore dicendum eſt, dum ſingulorum mentio recurret. 1447.

An. M. CCCC. XLVII.

1. P*Aterno Paulam* & *Paulâ Paternum* Sanctiſſimus vir vltro citroque commeabat, & quidem *Paterni* quoad *Spetianum* venit, contra quàm noſtri credunt & ſcripſerunt, non hæſit, nam hoc anno ad diem XIIII. menſis Aprilis *Paulâ* litteras dedit ad nobilem Equitem & præcipuum amicum D. *Simonem de la Limena*, quibus in aleatorem eius agnatum inuehitur, & miſerandam conſecuti ex alia per eum homicidij hiſtoriam recitat, ob quod ad triremes damnatus fuerit, quale nihil vnquam ſuis obuenturum prædicit, &c. Quis autem fuerit ille *de la Limena* non potui hactenus deprehendere. Certè inter nobiles familias regni Neapolitani recenſetur *Di Lamagna*, pro qua neſcio ſi Hiſpanus ſcriptor *de la Limena* nobis non obtruſerit. Eius nominis locum nullum in citeriori aut vlteriori Calabria reperio vnde id nomen factum eſſe potuerit. Poſt omnia regium apud Panormitanos Senatorem nomine *Antonium Limena* in Tabulis Siculis, quas noſter Santorius Pariſius edidit reperio. Videri poſſet *Simon* Dux fuiſſe *Montis-alti* cum eò litteræ dirigantur, & incolæ illic paſſim fortunis inopes, moribus agreſtes, ruditer habitantes deſcribantur. Mons-altus, *Vffugum* eſt veterum, itinere trium millium à *Reginâ* diſtans, in montibus qui ad Septentrionem vergunt. Indicant pleræque ad eum litteræ nobiliſſimum & opulentiſſimum fuiſſe, ſed nihil præterea poſſumus affirmare, niſi cum tempore diluceſcat.

1447. Epiſtol. ad D. Limenanum.

De la Limena.

Extãt apud Montoiam, ſub finem Chronic.

Mont-alti.

Regina.

2. In hoc tempus non temerè memorabilem Sancti viri prædictionem retulerimus, quà nimirùm cùm *Paula* moraretur Græcis eò aduentantibus Conſtantinopolitanam cladem niſi à ſchiſmate reſipiſcerent denunciaſſe fertur. Nam proximè conſecuta eſt Orientalis Imperij vaſtitas, *Conſtantinopoli* à *Mahomete* II. *Turcarum* Imperatore expugnatâ, & *Conſtantino Dragoſe Palæologo* Imperatore occiſo die 29. Maij feria poſt Pentecoſten tertia, anno ſalutis 1453. conditæ verò per *Conſtantinum Magnum* aut conſecratæ potius vrbis an. 1122.

Prophetia de Græcorum Imper. euertendo.

1453.

An. M. CCCC. LIII.

Spetian.

S*Petianum* duplex inuenio vtrumque in Diœceſi *Conſentinâ*, maius vnum, alterum minus, & vtrumque Iuriſdictio eſt prætoria & maioris quidem vni tantum pago, minoris verò vndecim præpoſita. In altero illorum familia per Beatum Patrem conſtituta, minus ſit an maius neſcio, certè à noſtris deſcribitur quinque leucis à mari, à *Paterno* tribus abeſſe, nec amplius ſcio, nam quæ de proximo flumine *Iouino Montoia* profert nullo duce Geographo potui confirmare. Sed ad rem, *Paterno Spetianum Franciſcus* noſter ab incolis vocatus, qui nunquam ſe feliciores fore iudicabant quàm ſi hominis ſanctiſſimi habitatione bearentur. Et reuerâ nihil minus apud Spetianenſes egit quàm apud *Paternenſes & Paulanos*, vbique beneficus ſimul atque magnificus, ſemper Thaumaturgus. *Paterno* autem *Spetianum* veniſſe fidem facere poſſunt litteræ illius datæ die 5. Februarij anno ſuperiore hoc eſt 1452. ad prædictum D. *Limenanum*, quibus gratias illi refert de copioſis eleëmoſynis quas non ſolùm

1453. Conuentus Spetiani.

Spetianum eſt *Celico* proximum. *Celicum* autem *Iouinus* fluuius alluit, apud Mataſionũ lib. 4 Chro. & Antiq. Calab. c. 11.

Omninò conſtat *Spetianum magnum* eſſe, ex Proceſſ. Canoniz.

Digitized by Google

1453. Apud Monetam vbi supra. *Paulana* sed *Paternensi* etiam domui tribuerat, eiusque prolixam liberalitatem multis verbis commendat. Ecclesia *Sanctissimæ Trinitatis* titulo decorata est, cui mysterio Beatus Pater, quod Christianum imprimis decet, supra modum addictus erat, quod cum pluribus argumentis constare possit, quorum pars in progressu occurret, hoc inter reliqua est euidentissimum, quòd tertiæ regulæ professores in singulos dies ad recitandam sanctissimæ Trinitatis, vt vocamus, antiphonam obligatos esse voluerit. Nec præsens deerat causa deleti nuper in Oriente Christiani nominis, expugnata per Turcas *Constantinopoli*, qui cum fidem nostram perditam velint, nihil æquè ac sanctissimæ Trinitatis mysterium oderunt, abominantur, proscindunt. Et nos quid agimus qui ad tale tantumque mysterium frigemus, cum Turcis peiores hæreticos ab eo tempore patiamur? 1455.

An. M. CCCC. LV.

1455. Epistolæ ad D. Limenanum. 1. S*Petiano Paulam* regressus vir sanctissimus plures hoc anno litteras ad prædictum D. *de la Limena* dedit, si tamen illæ dignæ sint quæ in autoritatem admittantur, nam vt semel dicam quod sentio, admodum suspectam illarum fidem habeo, nec desunt argumenta quæ hanc suspicionem efficiant, nec satis scio si singula ad rationem temporum examinata nihil quod ei repugnet contineant. Et vt verbo præbeam argumentum, D. *de la Limena* à *Pipino* Rege originem ducere, atque ab eo esse oriundum, ac in posteris fore qui latè per orbem vniuersum dominetur, quod litteræ istæ prædicant, quantum à vero abesse videbitur diligenter inquirenti?

Oratorium Paulanum. 2. Quod tamen illarum vnâ summissæ ad fabricam Conuentus *Paulani* pecuniæ meminit, in memoriam reuocat quod antea de Oratorio *Paulano* dicebamus non videri nobis ante hoc tempus exstructum fuisse. Litteræ R. D. *Pyrrhi Consentini* Archiepiscopi an. 1471. datæ, cùm Oratorij de sua licentia dudum exstructi mentionem fecerunt, quasi tempus præscribentes ab annis 20. sanctum virum eremiticam vitam duxisse & tunc ducere disertè affirmant.

1451. Quod si verum est, necessariò consequitur antè annum 1451. non esse factum suo instituto initium, ac proinde circa hoc tempus aut paulò antè, ipsum Oratorium exædificatum fuisse. Constat tamen ab anno 1435. ad prædictum annum 1471. annos decurrere triginta sex à quibus Ordinem cœpisse indubitata traditio est, quod si ad annum 1429. retrocedimus, cum primùm Franciscus noster incoluit Eremum, anni erunt quadraginta duo. Itaque alterutrum dici necesse est, aut illum annorum numerum quem litteræ præferunt esse castigandum, aut prædictum D. Archiepiscopum eius tantùm temporis meminisse quo per se institutum fuerat comprobatum. Enimuerò cùm ob hanc causam Oratorij illius mentionem reticuerimus, non tamen nos debet omninò præterire. Significat *Pyrrhus Consentinus* Archiepiscopus litteris, quas modò laudabamus, Oratorium illud sub nomine *S. Francisci* erectum & dicatum fuisse, paulò tamen aliter habet epigraphe, anno 1595. restaurato per D. Marchionem *Foscaldum* Oratorio, inscripta. Verba illius sunt 1595.

Parvum olim sacellum à sancto Francisco Paulano
Angelorum Reginæ ac sancto Francisco Assisiati dicatum, &c.

Ex parte igitur *sancti Francisci* nomen tulit, vt tamen eo tantùm nomine à *Pyrrho* indicaretur, causa fuit (nisi fallor) quod ab eo solùm ipsi Eremitæ denominarentur, vt antea disputabamus. Ab hac etiam inscriptione liquet qui fructus fuerit peregrinationis quam *Assisium* instituerat.

Miracula in Oratorio Paulæ. 3. Accessit ad id, memorabile factum, quod cum prima fundamenta delineasset extruendi oratorij, eaque pro modulo facultatum stricta & angusta constituisset, adfuit humanâ quidem specie, sed reverâ Diuus ipse *Franciscus*, vt à multis creditum est, qui dirui hæc quæ cœperant imperauit, longeque ampliora & angustiora parari, non defuturum operi necessarium subsidium, si modò in Deum confideret. Verbo nec fiducia nec fides defuit, nam ex tempore præsto

1455. re præſto fuit Nobilis Eques Conſentinus *Iacobus de Tarſia* Baro *Belmonty*, qui 1458.
multa in impenſas contulit nec prolixiorem largitatem deſideratam iri ſpo-
Belmonte. Fredo lat. frigidus. pondit. *Belmontium* (vt id obiter indicem) à *Fredo* (quod eſt fluuij & Oppidi nomen) milliа quatuor abeſt, *Fredus* à *Paulâ* octauo lapide, territorium amœniſſimum hortorũ pulchritudine Medicis Citris limonibus & id genus alij nitet.
Tarſia. *Tarſia* verò ſenis à *Biſiniano* milliaribus inter montes Oppidũ antiquũ, frequens opulentum. At ipſe *Iacobus* non inutilẽ ſibi hanc liberalitatẽ cum tempore expertus eſt, à fœdiſſimo apoſtemate quod Medici deplorauerant, liberatus, eademque gratia ad omnes & ſingulos qui ſanctum virum conueniebant, vt inſanabile ægritudinis genus videretur, pertinuit. Sed hæc præter inſtitutum noſtrum, at non æquè quod noſtri referunt de triplici corona pontificiâ in caput eius de cœlo dimiſsâ cum maioris altaris fundamenta ponerẽt, verius tamen hæc ad iuſtæ magnitudinis hiſtoriam pertinent.

An. M. CCCC. LVIII.

1. HActenus intra fines *Conſentinæ* Diœceſis prima Ordinis initia conſtite- 1458.
runt, nunc longiùs digredirur Beatus vir & ad Diœceſim *Roſſanenſem*, Conuentus Coriolani.
tranſt. Abeſt autem *Roſſanum*, Oppidum, quod veteribus *Roſcianum* & *Ruſcianum*, dicitur, triginta quinque milliaribus à *Conſentia*, tribus tantum à littore *ſinus Tarentini* diſtat, æqualique ſpatio inter *Beſidianum* & *Thurium* poſitum eſt,
Roſſano. Coſenza. Golfo di Taranto. Biſignano. Archiepiſcopali ſede inclytum, quæ vaſtato *Thurio* illuc tranſlata eſt, Græcos ritus & linguam ad patrum noſtrorum tempus retinuit. In eâ Diœceſi *Coriolanum* eſt, ſiue *Corlianum* ſex milliaribus ab ipſo *Roſciano* verſus Occidentem ad
Corigliano. oram eiuſdem litteris *Tarentinis* ſummotum, Oppidum eſt agri amœni & præclari, argenti fodinis opulenti & *Corlianeto* amne irrigui, ſub ditione *Biſmiani* Principis, cuius magnificentiſſimum Palatium in proximo *D. Mauri* Oppido non paruum toti regioni ſplendorem affert. Eò venit rogatu prædicti Principis & Capituli *Coriolanenſis* Eccleſiæ Sanctus Pater, totamque regionem innumeris vt ſolebat miraculis illuſtrauit: inſigne illud quod ſalubres aquas à ſummo monte in Conuentum atque inde in vrbem eâ viâ quam baculo deſignauerat aduerſo quàm tenebant curſu deduxerit, peculiaria huic loco alia in pogreſſu indicabimus. Illud non prætereundum quod V. N. *Loyſius* (nobis *Ludouicus* eſt) *Romeus* in Proceſſu *Conſentino* teſt. 102. profitetur. Agrum ille ad inædificandas ædes, ſeu veriùs agri partem in qua ſubſtructa eſt Eccleſia liberaliter contulerat, dum verò de illius fundamentis ducendis agitur, circumſpiciens B. P. præter omnium opinionem locum elegit in quo etiamnùm poſita eſt, quod cùm alij non probarent, mox apparuit non temerè id factum ab homine cui coram erant, vt ita dicam, quæ latebant alios, effoſſis enim fundamentis quæ deſignauerat, longa maceria & ad eam ſepulchrum peruetus
Romeus. erecta ſunt, ex quo diuini vim conſilij & arcani eos qui aderant mirari ſubiit. Nec alienum fortè ſi *Romeum* prædictum, Fundatorem, vt qui gratis fundi partem illam remiſerit prædicauerimus. Eccleſia *Sanctiſſimæ Trinitatis* titulo gaudet, cui ſe ſpeciali affectu Sanctus Pater deuouerat. Plurima ſunt quæ hunc locum commendant, ſed commodè à nobis reponenda.

An. M. CCCC. LX.

1. COriolano *Paulam* redierat Beatus vir, ineunte primùm vere, ſi fides ha- 1460.
benda litteris quas hoc ipſo tempore ad *D. Limenanum* dedit, *Paulâ* ve- Conuerſio Ioannis à Rocca.
rò *Spetianum* inuiſit, vbi cùm moram traheret, contigit mirabilis illa P. *Ioannis*
De Rocca. *Roccâ* conuerſio, quam Hiſtorici noſtri memorant, & nos verbo attingemus. In comitatu nobilis fœminæ quam inſano amore (erat enim ſacris addictus) ſequebatur propter *Spetianum* faciebat iter, explendæ libidinis, ſi qua daretur, occaſionem captans, quod Sanctus Pater diuinitatis inſtinctu præſentiens duos è ſuis in occurſum dimittit, qui blandis verbis in proximum monaſterium alli-

1460. cerent & mox ingreſſum inferiori cellâ ad clauſtrum includerent. Dictum factum, fruſtra veſano homine in fanaticas & indignas voces erumpente: vt autem per tempus quieuerat & quaſi obdormiſcens caput in manus reclinauerat, ad eum vir beatus ingreditur, & heus tu bone, ait, quin excutis quod auri cui incumbis dolet? Neſcit ille ſi vigilans dormiat, excuſsâ tamen manu villis obſitus & aſpectu horrendus vermis decidit, móxque ex aure altera perſimilis: atque vnâ cum illis omnis ſenſus & titillatio carnis abacta eſt, itaque mirabundus ac ſibi reſtitutus ad genua beati viri procidit, & poſt multa tandem exorat vt facto alterius longè propoſiti & mutati in ſolidum animi periculo ſuorum aliquando ſocietati adiungere velit. Inſtitit, obtinuit, & magno ſanctitatis nomine clarus euaſit. *Rocca* porrò ſiue rupes, quo loco *Ioannes* noſter oriundus, oppidum & portus eſt *Salentinorum*, in ora boreali *Calabriæ*, inter *Brunduſium* & *Hidruntum*, *Aletinorum* nauale decem milliaribus ab ipſo *Aletio*, veteribus *Lupia* & *Lypia*, atque plurali etiam numero *Lypiæ*. 1462. *La Rocca.*

Concentus Crotonis. 2. At verò Beatus Pater priuſquam *Coriolano* excederet *Crotonem* à Magnifico Senatu inuitatus, eò venire ad hunc annum diſtulit, cúmque alijs rebus diſtineretur R. P. *Paulum Rendacenum* qui ad hæc *Paterno* non diſceſſerat vice ſua *Crotonem* ire mandat. Suſtinuit ille mittentis dignitatem, & animo verè ſancto, atque miraculis etiam, *Franciſci* deſiderium mitigauit. Nam vt in re tenui maiorum argumentum demus, cùm ille nucem græcam ſiue amygdalinam terræ mandauiſſet, producto in eam crucis ſigno, ſuccreuit amygdalus, quæ nouis in annum folijs & quidem ſingulis ſignum crucis mirabiliter referebat. Gratioſus igitur *Crotoniatis Paulus* rem diligenter promouit, & ad dien 1111. Maij cum magnifico Senatu tranſegit, qui attributâ primùm domo, proixam cum tempore liberalitatem exhibuit. Eccleſia ſanctiſſimis nominibus *Jeſu & Mariæ* dicata nomen toti loco fecit. *Monteia*, Nauarrum Equitem, Arc & regio apud *Crotonem* præſidio præfectum è nobili Piñerorum familiâ, Illuſtriſſimi D. F. *Petri Mauriquei* Cæſarauguſtani Archiepiſcopi auum, in fundatorem allectum tradit, ſed tempus ille non deſignat, non longum tamen eſſe oportet ſi Arci à *Carolo* V. exſtructæ Nauarrus ille præfuit, cœpit enim an. 1543. & quidem *Petrus Mauriquetus* haud ita pridem *Cæſaraugustæ* ſedebat. Porrò *Croton* vrbs olim celebratiſſima etiamnùm Epiſcopali ſede & Marchionatus titulo nclyta eſt. Sedes Epiſcopalis *Senerinenſi* metropoli à Ferrario aſcribitur, *Regienſi* à Miræo quod puto certius ſi Codicem Prouincialem ſincerum exhibuit. Sita eſt *Croton* in ora vlterioris *Calabriæ* ad *Lacinium* promontorium centum quinquaginta ſtadiis ab eo recedens, optima illic cœli conſtitutio & aeris mira ſalubritas, quæ olim in Prouerbium abierat *Crotone ſalubrius*. Perperam nuperi quidam Geographi cum *Cortona* vrbe *Hetruriæ* confuderunt. Piñerus. *Mauriquus.* *Saragoſſa.* *Cotrone.*

An. M. CCCC. LXII.

1462. Epiſt. ad D. Limenanũ. 1. *Petiano* litteras ad D. *Limenanum* datas legimus hoc anno, ſcribendarum lachrymabilis cauſa, ſi tamen vera eſt. Reſciuerat ab ipſo nobili viro ſuis quendam qui ſe pœnitentiæ ſubduxerat (ſemper enim ſuos his litteris *fratres de pœnitentia* nuncupat) repentino mortis genere extinctum, id ſuis litteris deplorat, & ſcandalum amolitur.

An. M. CCCC. LXIV.

1464. Traiectio in Siciliam. Avditis apud Siculos miraculis quæ per *Franciſcum* in dies Deus operabatur, factus ad eum frequens malè affectorum concurſus qui ob eam cauſam in Italiam traiiciebant, quorum cùm multi eſſent qui nihil ſibi fore vtilius, nihil patriæ felicius accidere poſſe crederent, quàm ſi beatum virum coram intuerentur, apud ſe haberent, & præſente fruerentur, importunis tandem precibus vt quandoque vel ad tempus *Siciliam* peteret impetrarunt. Ex improuiſo autem *Catanam* venit, vt poſſet nauigium conſcendere ſi quod è *La Catena.*

portu

Digitized by Google

1464. portu in aduerſam oram ſoluerat ; eſt enim *Catona* portus è regione *Meſſanæ* 1464.
ſeptimo lapide à *Rhegio-Iulio*, conſtat taberna diuerſoria ad ruinas veteris Turris, atque inde facilis & frequens in Siciliam traiectus, vbi ſcilicet *Fretum Mamertinum*, nunc *Pharum Meſſanenſem* vocant, ſenis paſſuum millibus non ampliùs protenditur. Nec vana fides ſoluentis quamprimùm nauigij, ſed ſpes irrita conſcendendi, rogatus enim naulum, cui ſoluendo per extremam pau-
Coloſa. pertatem non eſſet, nauitarum riſu tum maximè *Petri Coloſi* nauarchæ (vt habet proceſſus Soretanus) exceptus eſt & dimiſſus. At verò ille animo in Deum erecto, de illius voluntate probè conſcius, vtpotè qui eâ ſolâ duceretur nec rei cuiuſquam alterius cupidine, humanis deſtitutus præſidijs ad diuina confugit. Igitur mirabili prorſus conſilio & certo diuinitatis inſtinctu detritum & breue pallium quo amiciebatur ſoluit, in mare miſit, nec minori quàm nauem fiduciâ conſcendit, & vt ſocij pariter conſcenderent animos fecit. Stupendum facinus, ſed inſpirante Deo ſuſceptum, qui nauarchum egit, curſum direxit & in conſpectu attonitæ multitudinis & ſtupefactæ, tum quæ in littus
Mylazzo. circumfuſa proſpiciebat, tum quæ ingrata naui aduehebatur, *Mylarum* portui reddidit. O quæ vis & poteſtas fidei!

Nil etenim veritus Scyllam, nil ille Charybdim
Veſte ſubinicctâ per mare fecit iter.

quod olim *Muretus* canebat, & vt res eſt, ingratos homines, feros fluctus, infame monſtris & naufragijs fretum, ſtipis indigens homuncio, lacero panno ſuperauit. Et quidem quantùm ad rem nihil certius, & non æquè perſpectum & exploratum eſt quod de ſocijs diximus. Sunt enim qui vnum eumque miræ ſimplicitatis & innocentiæ fratrem laicum nomine *Ioannem à S. Lucido*, ſunt qui cum eo alterum, Sancto Patri itineris comites faciant: hunc verò alij R. P. *Paulum à Paterno*, alij R. P. *Franciſcum à Maioranâ* fuiſſe affirmant, nec deſunt qui ab vtriſque diſſentiant. Ad veritatem propius eſſe videtur ſi duos in illius comitatu fuiſſe agnoſcamus, nimirùm cum *F. Ioanne à Sancto Lucido* ex duobus quos diximus alterum. Proceſſus tamen ille *Soretanus* vnius tantùm ſocij meminit, teſt. 15. cum præcedenti tamen teſt. 2. duos diſertè præferat, vt omnino certi quicquam in his circumſtantiis nihil eſſe poſſe videatur. De tempore quidem non tanta varietas, omnes de anno conueniunt quo traiecit, qui tamen exeunte ſoluiſſe dicunt & initia interim Conuentus apud *Mylas* ad diem xi. Februarij eiuſdem anni referunt, manifeſta contradictione te-

Quibuſdam videtur vnus ex illis fuiſſe R. P. *Andreas à Petrafitta.*

nentur. Litteræ *Paulâ* die prima Iulij itidemque Decembris ad D. *Limenanum* ſcriptæ, ſub anni finem traieciſſe indicant, quod argumentum ſi in probationem admittatur, in alterum annum conſtitutæ *Mylo* familiæ principia reijcienda ſunt. *Mylo* autem ad tres annos continentes moram feciſſe ſanctiſſimum hominem conſtans traditio eſt, itaque illius reditus ad annum 1467. 1467.
annotatur, ex quo epiſtolæ quam habemus ad *D. Limenanum Paulâ*, ſub die vii. Martij an. 1465. datæ ſubſcriptio venit corrigenda, niſi falſi conuictam habere ſatius eſt, quod magis conuenit, vt multæ & grauiſſimæ rationes mihi perſuadent. Sed ad *Franciſcum* noſtrum recurramus. Frementc, plaudente, exclamante vniuerſo qui obuiam venerat populo (penè autem omnis ciuitas effuſa erat) exceptus eſt, pallium recepit & induit, ne habitâ quidem aquæ guttâ imbutum aut leuiter madefactum, miracula exinde miraculis continuò & ſine intermiſſione ſucceſſerunt, extra natale ſolum & foris quàm domi mirabilior, habebat ſcilicet ad manum gratiam, quâ Deo benè volente pro ſuo arbitrio vtebatur. 1465.

2. Breui ergo Senatus & populi deuotione datus ad habitandum locus & magnis in dies incrementis opus proceſſit, Eccleſiam ipſe Sanctiſſimis nominibus *Ieſu & Mariæ* dedicauit, cumque multis miraculis inclaruiſſet & fama nominis eius latius longiuſque percrebreſceret, latenter ſe ſubduxit, & ſuperato freto *in Calabriam* recepit. Locus autem ille ſuburbanus eſt atque in ea frequentia medius, ob vicinum mare dulcioris aquæ indigens, quæ tamen per B. Patris meritum & inſigne ab eo miraculum non defuit. Deſignato enim loco puteum

Conuentus Mylarum.

Digitized by Google

1464. fodi iuſſit, aquas dulces fore præter omnium ſpem & fidem aſſeuerans, quod facto conſtitit, non perpetes futuras denunciauit, ſed cùm primùm ciſterna eſſet ad aquas pluuias comparata in priſtinam ſalſuginem reuerſuras prædixit, quod vt dictum ita factum eſt. Ad limen Eccleſiæ ingentes lapides duos ſuſtulit ſolus ipſe, cùm ne loco quidem à viginti robuſtis hominibus moueri poſſent, viſuntur etiamnùm cum ſtupore & veneratione in miraculi memoriam, plerique qui illuc veniunt deuotionis cauſa ſtudent aſſulas decerpere, ſed fruſtra, tantopere illi ad omnem vim obdurauerunt. Conflari in campanam adulterinas monetas quæ toto regno infinitâ penè copiâ collectæ fuerant *Ferdinandus* Rex imperauerat, eam campanam *Franciſco* noſtro poſteâ donauit, in hoc Cœnobio noſtro reponendam, quam imminente tempeſtate loci huius incolæ pulſare feſtinant, certi, quod experientia docet, atque hactenus docuit, omnem noxam eo pulſu abigi, cuius beneficij gratiam B. *Franciſco* habent qui primus id inſtituit. Singularia hæc ſunt quæ *Montoſa* autore didicimus. Sed, quod penè exciderat *Myle*, ſeu ſingulariter *Myle*, Silio Italico

Subſidium infidum fugientibus æquora ——.

Oppidum eſt *Siciliæ* maritimum cui nomen fecit intercurrens fluuius *Mylas*, apud *Cherſoneſum* promontorium à *Zancle* conditum in ora occidentali contra *Italiam*, inter *Pelorum* promontorium ad Boream & *Tyndaridem* vrbem exciſam ad Auſtrum. Sub eccleſiaſtica iuriſdictione Archiepiſcopi *Meſſanenſis*, ſed de *Meſſana* nos alibi.

Milazzo. Capo di Milazzo. Capo della Terre. Del faro. Lo Tindaro. Meſſina.

An. M. CCCC. LXVIII.

1468. Fames in Calabria. REgreſſus è *Sicilia* cùm *Paterno* iter faceret futuram in hunc annum per Calabriam magnam annonę caritatem prædixit, & reuera pro eius verbo dira & qualis ante hominum memoriam audita non fuerat fames obtinuit, populares ipſe ſuos, verbis & exemplo atque omni aliâ quâ potuit ope iuuit, fouit, conſolatus eſt.

An. M. CCCC. LXIX.

1469. Inquiſitio de B. viri miraculis. 1. CVm iam per totum orbem fama miraculorum *Franciſci* noſtri vagaretur, & ad aures *Pauli* II. ante annos quatuor in Summum Pontificem electi peruenisſet. *Cubicularium quendam ſuum ad bonæ memoriæ Pyrrhum Archiepiſcopum Conſentinum miſit* (verba ſunt Bullæ à *Leone* X. editæ) *mandauitque vt ipſe ſuper miraculis huiuſmodi ſe diligenter informaret, ac deinde ipſum de veritate certiorem efficeret. Qui quidem Archiepiſcopus Pontificis mandato parere deſiderans, ac neminem habens qui talia melius quàm ipſemet Cubicularius explorare fideliuſque referre poſſet, eidem ſuaſit vt is cum ſocio quem ei adiunxit ad dictum Beatum ſe conferret, ac de illius vita, miraculis & fama huiuſmodi plenam informationem caperet. Cubicularius Archiepiſcopi fretus conſilio, hominem adiit. Et cùm inter ſalutandum dicti beati viri manum oſculari vellet, ille omninò renuit, eumque rogauit vt ſibi potius manum deoſculandam porrigeret, aſſerens id multo iuſtius & conuenientius fore, eò quod ipſe Cubicularius 33. annos iam Presbyter eſſet. Quod Cubicularius memoria repetens, vbi id verum eſſe cognouit miratus eſt hominis ſpiritum, & cum eo ad colloquium in cameram conceſſit. Vbi cùm primus ſermo de tam ardua difficilique vita fuiſſet, vt eam niſi robuſto ac valido tolerabilem fore Cubicularius aſſeueraret: Beatus Pater audito illius verbo, igni appropinquans, ardentes prunas abſque læſione manibus arripiens dixit: Qui perfecto corde Domino ſeruiunt omnia creata illis obtemperant. Exterritus ille eo miraculo veniam petiit. Cumque eius pedes humiliter oſculari vellet, ipſeque vir beatus id recuſaſſet, eius tunc veſtem manu apprehenſam deuotè oſculatus & ab eo recedens ad Pontificem rediit eique miracula quæ viderat enarrauit.* Et quidem res in hunc modum ſe habuit, quam operæ pretium putaui *Leonis* Pontificis verbis repræſentare. Cubicularius autem ille patria Genuenſis ex illuſtri *Adornorum* familia fuiſſe traditur.

2. Die

Digitized by

1469. 2. Die Auguſti 13. congratulatorias & prophéticas ad D. *Limenanum* litteras *Paulá* dedit Beatus Pater, in quibus quæ dicatur Eccleſia noſtra Sanctæ *Mariæ de Perſano* ex iis quæ de Conuentu Caſtri Almurini Stabienſis dicemus intelligetur, ſubeſſe tamen falſitatem aliquam parum abeſt quin tempus indicet, aliàs amplius videbimus. 1471. Epiſt. B. P.

3. Etſi noſtrum quidam Conuentum *Maidenſem* (*Maida* eſt quæ veteribus *Melanium*) in hunc annum coniiciunt, eos tamen ſequutus ſum qui volunt nonniſi ad annum 1496. pertinere, quanquam non improbabilis coniectura, de quâ tum dicimus in priorem ſententiam nos faciat propẽdere. Quid enim? potuit illuc B. P. aliquando diuertiſſe; quod ex *Sorctano* Proceſſu aſſeritur, & non hoc potius quàm illo anno initium accepiſſe Maidenſis domus? Sed quando plurium apud nos ſententia vicit, age, ad eum annum differamus. *Maida.* *Not de Cõuentu Maidæ.* 1496.

An. M. CCCC. LXXI.

1. HActenus *Conſentini, Roſcianenſis, Rhegienſis,* & *Meſſanenſis* Archiepiſcoporum conceſſione diuerſis in locis Eremitarum noſtrorum inſtitutum cœperat propagari, cùm ipſi in Ordinariorum (vt loquimur) fide & clientelâ permanerent: ſed cùm ex eo intelligeret Sanctus vir, fieri poſſe, vt quæ Deo promouente mirabiliter conſtituerat, facilè diſſoluerentur, niſi ſub vno tantùm capite vniuerſa colligerentur, conſilium cepit ſe Ordinémque ſuum in Sedis Apoſtolicæ tutelam & patrocinium conferendi. Quod vt ritè & ordine fieret à *Conſentino* Archiepiſcopo, quo ſuffragante & iuuante Ordo initium aut certè incrementum ceperat, ſolui ſe & Ordinis à ſe inſtituti profeſſores ordinariâ iuriſdictione petijt & impetrauit, bullatis litteris per manus *Philippi Figady de Buxento* Cancellarij, & ipſius Archiepiſcopi propriæ manus ſubſcriptione roboratis, in Caſtro Eccleſiæ apud *Sanlucidum*, die vltima Nouembris indictione quarta, &c. incipiunt *Decet nos ex officio.* Quibus quidem litteris, *Franciſci* noſtri ſanctitatem luculenter commendat & miracula quæ in dies operabatur magnificè prædicat vt in Apparatu meminimus, ſed præterea concedendæ illius gratiæ cauſas vehementer exaggerat. *Nos*, inquit, *qui ex vera ſcientia & experientia tam longo & continuo tempore te cognoſcimus, operaque tua, & nobis manifeſta ſunt, & te religioſum & ſanctum hominem ac Deo gratum & acceptum fore & eſſe demonſtrant: conſiderantes quòd bona opera, pia, charitatiua, ac Deo grata & multis ſalutifera inibi* (Paulæ) *& vbique per te tuamque Congregationem feruentius ac quietius & deuotius operari poterunt, ſi priuilegijs muniamini, ac fauoribus & gratijs proſequamini, veſtris iuſtis & ſanctis deſideryjs & ſupplicationibus annuentes & inclinati*, &c. poſt ſingularia deinde priuilegia per ſpeciales clauſulas explicata generatim concludit: *huiuſmodi Oratorium ſiue Eccleſiam ac alia quæcunque loca oratoria & Eccleſias per vos in poſterum acquirenda cum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis, eremitiſque & perſonis, rebuſque omnibus ad vos veſtraque loca quomodolibet ſpectantibus & pertinentibus, perſonisque huiuſmodi inibi degentibus ab omni iuriſdictione, ſubiectione & ſuperioritate matrum Eccleſiarum ac noſtra, noſtreque Conſentinæ Eccleſiæ, caterarumque perſonarum, ex certa noſtra ſcientia, motu proprio, & plenitudine noſtræ dignitatis, quantum cum Deo poſſumus in perpetuum eximimus & totaliter liberamus, ac ſub protectione, ſubmiſſione, iuriſdictione & ſuperioritate Sedis Apoſtolicæ totaliter, ſpecialiter, & ſingulariter & expreſſè remittimus & relaxamus*, &c. Ita nimirùm ex veteri more ſolebant monaſteria ab ipſis Epiſcopis libera præſtari, quod cum infinitis planè exemplis poſſit demonſtrari, vnum nobis pro omnibus eſſe debet S. *Landerici* Pariſienſis Epiſcopi priuilegium celeberrimo *S. Dionyſij* in *Francia* monaſterio factum circa annum Chriſti 662. Kalendis Iulijs. Id in cortice tiliæ exaratum in Cartophylacio Dionyſiano religioſiſſimè aſſeruatur. Facere autem per ſe hanc nobis gratiam Optimus Pontifex *Pyrrhus* voluit, quod cùm nuper *Paulus* II. Pontifex Opt. Max. è viuis apoplexia ſublatus eſſet, per quem certò ſciebat Ordinem ampliſſimis priuilegiis donatum iri, vt cui conditor eius ſanctitatis & miraculorum fama vel comperta potius veritate chariſſimus & in 1471. Exemptio ab Archiep. Cõſentino, *Sanlucido.* *Buxentum*, nunc *Piſciota* paruũ Caſtrum in *Lucania* iuxta littus, non longè à portu *Telino.*

Digitized by Google

1472. multo pretio eſſet, damnum quod eius morte nouella planta cepiſſe videba- 1473.
tur, quoad fieri poſſet, recuperaretur, & omnis dilationum cauſa quam poſ-
ſet nouus Pontifex obtendere præſcinderetur. Tantum debemus optimo
Antiſtiti.

An. M. CCCC. LXXII.

1472. Recurſus ad S. P. pro exẽptione.

I. *Paulo* II. viam vniuerſæ carnis ingreſſo ſucceſſit *Sixtus* IV. ex Cardinali S. Petri ad vincula electus, anteâ *F. Franciſcus Rouerius* dictus & Ordinem Minorum profeſſus. Ad eum Sanctus Pater litteras dat, & factam à *Pyrrho* Archiepiſcopo Conſentino gratiam ex originalibus litteris per R. P. *Balthazarem à Paulâ* ſacerdotem exhiberi curat. Quod ille diligenter & ſollicitè impleuit, ſed re in conſilium & deliberationem adductâ, in annum proximum dilata eſt.

An. M. CCCC. LXXIII.

1473. Confirmatio exemptionis.

I. POſt longas moras & conſultationes, tandem *Sixtus* ipſe Pontifex probantibus Cardinalibus totius rei cognitionem ad R. D. *Godofredum* Sancti Marci Epiſcopum, in Diœceſi quidem *Conſentina*, ſed vt diximus, exemptum bullatis litteris ad diem XIX. Iunij, ſiue XII. Kalend. Iulij remittit, ex tunc eadem priuilegia faciens, ſi prædicti D. Epiſcopi approbatio & confirmatio ad litteras Archiepiſcopi accederet, ac olim per prædeceſſores ſuos omnibus & ſingulis Eremitis, ac in ſpecie *B. Petro de Piſis*, ac toti eius Congregationi facta fuiſſent. Habita igitur diligenti inquiſitione & omnibus quæ ad rem facerent attentè ponderatis, vi acceptæ commiſſionis prædictus R. S. Marci Epiſcopus actis à Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. *Conſentino* Apoſtolicæ firmitatis robur adiecit, & pro tenore litterarum Apoſtolicarum in omnia Eremitarum iura ſpeciatim Congregationis *B. Petri de Piſis* noſtros inſuper tranſcripſit, eiſque in poſterum fruituros quæcunque illa eſſent prædicta autoritate Apoſtolica conſtituit. Cuius quidem litteræ ad nos non peruenerunt, ſed in Codicillis plumbatis, quibus ipſe Sixtus IV. per ſe omnia recognouit & probauit, & ampliora multò largitus eſt, diſertè & expreſsè memorantur. Verùm qui fuerit *Petrus* ille *Piſanus* conuenit intelligere, vt illuſtrior ex hoc Apoſtolicæ ſedis gratia ſi poteſt perſpiciatur. Morigia, de origine omnium Religionum libro ſingulari c. 42. *Petrum* hunc nomine *Gambam-curtam* quæ nobilis apud Piſanos familia, in montem Vrbinatis agri rerum fluxarum & temporalium tædio captum ſeceſſiſſe, atque ibi Eccleſiam Sanctiſſimæ Trinitatis nomini dicatam erexiſſe, multoſque qui ad eum conueniebant in ſocietatem ſub nomine *Eremitarum S. Hieronymi* accepiſſe narrat, & in annum 1380. refert, quod ex illo repetit *Petrus Griſius* lib. de Clericis & Regularibus ſect. 14. Sed de illorum priuilegiis nihil lego antè annum 1437. in Bulla *Eugenij* IV. ad fratrem *Bartholum de Caſena* & vniuerſos Eremitas, de ſocietate quondam fratris *Petri de Piſis*, quæ longè anguſtiora & ſtrictiora ſunt quàm quæ noſtris à *Pyrrho* conceſſa erant: eadem rurſus confirmat & in quibus ambigua erant explicat *Sixtus* IV. an. 1476. cuius litteræ aliorum priuilegiorum ab ipſo *Eugenio* IV. & mox à *Nicolao* V. impetratorum meminerunt, ſed ea non aliter cognouimus. At verò *Pius V.* cùm vſquedùm illi nullam profeſſionem emiſiſſent, an. 1569. die 18. menſis Martij R. P. *Ioannem Baptiſtam de Monſelice* Generalem & alios huius Congregationis Eremitas in manibus ſuis *Romæ* apud *ſanctum Honufrium* profeſſos, multis priuilegiis poſteà decorauit & in Mendicantium Ordinum iura & gratias aſſeruit, edita conſtitutione an. 1571. die 30. Martij. Denique *Clemens* VIII. duos eius Congregationis Nouitiatus erexit *Bernardino Veronenſi* Generale an. 1600. ſub die 4. Septemb. Et hæc ſunt quæ de huius Congregationis prærogatiuis inueſtigare potuimus, quas video procul ab illis eſſe quibus Ordo noſter donatus eſt. Quantum verò eſt ad eius Con-

Petrus Piſanus. Morigia.

1380. Griſius.

1437.

1476.

1569.

1571.

1600.

gregationis

Digitized by Google

1474. gregationis autorem; Beati titulo primùm à *Pio* V. auctum inuenio, cùm ad *Sixtum* IV. solo fratris nomine diceretur, quare Beatorum numero ascriptum per *Pij* V. à *Sixto* IV. Decessores necesse est, sed nihil amplius noui. 1473.

An. M. CCCC. LXXIV.

1. CVm igitur *Godofredus S. Marci* Episcopus officium præstitisset, reliquum erat vt ipsius Pontificis Romani autoritate cuncta retractarentur, satis enim videbat, nihil admodùm se profeciſſe, Beatus vir, si vnius Archiepiscopi *Consentini* litteræ probarentur & eius tantùm iurisdictione non aliorum per vniuersum Orbem solutus Ordo intelligeretur. *Sixtus* ergò Pontifex, instante beato viro acta per *Godofredum* retractat, examinat, & seriò recognoscit, túmque maturâ deliberatione habitâ, plumbatis litteris omnia & singula quæ *Pyrrhus* primùm indulsisset, tùm *Godefredus* recognouisset, rata & firma permanere decreuerit, ac demùm de benignitate Apostolica gratias omnes Mendicantibus Ordinibus erogatas communicauit, atque omni quorumcumque Ordinariorum iurisdictione liberos & immunes sub immediatâ & speciali Sedis Apostolicæ protectione, tutelâ & fide recepit; interminata etiam Dei Omnipotentis indignatione his qui in contrarium attentare aliquid aut moliri præsumerent, sub Datum Romæ apud sanctum Petrum an. 1474. sexto Kalend Iunij, hoc est die Maij XXVII. incip. *Sedes Apostolica aquæ in omnibus distributrix, &c.* 1474. Exemplum vniuersalis.

An. M. CCCC. LXXIX.

1. PRophetícas quasdam litteras *Paulâ* die Martij 14. ad D. *Limenanum* datas *Monteis* describit, quas ego nolim pro veris habere aut in autoritatem admittere, viderint qui magnam illis fidem arrogant, monuisse volui, vt quando ex eis tempus aliquod constituimus, id non planè pro indubitato venditare credamur. 1479. Epist. B. P.

An. M. CCCC. LXXX.

Rhodi nobis Rhode.

1. RE apud *Rhodum* post duos menses quàm à *Mesite Bassâ* iussu *Mahometis* Turcarum Imperatoris obsideri cœperat, infecta, ne per hanc ignominiam Turcici nominis gloria videri posset imminuta, *Mahometes Achamatum* siue *Achmetem Bassam* collecto exercitu *Italiam* adoriri imperat. Ille vt in mandatis habebat *Aulone* Macedoniæ oppido soluit, & *Hydruntem Salentinorum* vrbem à promontorio *Leuca* quatuor milliaribus subductam, & ad quam breuissima (sexaginta nempè milliariorum) ex Græcia transmissio est aggreditur & obsidet, ac post dies septemdecim expugnat, inuadit, diripit, pueris & mulieribus in acerbissimam seruitutem abductis ac reliquis ciuibus ad quatuordecim millia in Valle quæ *Martyrum* dicitur, trucidatis, cæsis & in proximo colle qui *Martyrum* quoque dictus est, plusquam septingentis hominibus, Archiepiscopo homine sene & supra modum reuerendo per inauditam eatenus crudelitatem serra lignea dissecto. Inde in *Apuliam* transgressus obuia quæque populatur, vastat, ferro flammáque absumit, vt vniuersa penè *Italia* in discrimen adducta videretur. Immanissimam autem hanc stragem & horrenda facinora prius multò quàm acciderent Beatus Pater Deo reuelante cognouerat, & litteris etiam ad Regem datis denunciauerat, (is erat *Ferdinandus* I. siue *Ferrandinus, Alphonsi* V. Arragonij ex pellice filius) sed illis per deridiculum acceptis nihil profecit ad ruinam auertendam: quod igitur reliquum erat homo charitatis erga patriam officio præclarè functus, vt Deum de cætero placare posset atque imminentem plagam depellere sollicitus fuit, & popularibus interim suis vt tulit occasio admonitis, sibi cauerent & periculo præuerterent, totum se orationi dedit cúmque truculentus hostis instaret cubiculo 1480. Ptrd. Hydruntinæ cladis.

Otranto.

1480. clauſus & continuâ inediâ maceratus non priùs deſtitit aut inde exceſſit quàm diuinæ in populum miſericordiæ pignus accepiſſet. Vt enim ab oratione digreſſus eſt ſuos exhortatus animum ſumerent, breui fore vt Deo benè fauente dirus hoſtis & victoriâ inſolens à ſuis ceruicibus depelleretur, certò affirmauit, hac interim animaduerſione quâ eorum peccata caſtigari Deus permiſerat ad gratiam illius conciliandam vterentur admonuit. Verbo ſanctiſſimi hominis fides non defuit, vt modò indicabimus. 1480.

Perſecutio Regis Neapoli.

2. At verò dum hæc geruntur, ciues *Caſtri-Almurini Stabienſis* de parrochiali Eccleſia *ſanctæ Mariæ de Puzano* quæ ad mare amœniſſimo loco conſtituta frequenti populorum deuotione colebatur, ſanctiſſimo homini donanda communi conſilio deliberant, iámque illuc è ſuis aliquos deſtinauerat, cùm res ad Regem per adulatores delata mẽdacibus verbis in crimen adducta eſt, quaſi vir innocentiſſimus, qui ad hæc intra Regni fines multa monaſteria non impetratâ Regis facultate conſtituerat, & iam tum propiùs ad Regiam vrbem non vereretur accedere (*Stabiæ* enim octodecim milliaribus à *Neapoli* poſitæ ſunt) contemptæ Maieſtatis regiæ & perturbatæ reip. reus teneretur. Itaque Rex edicto cauet, ne maiores in regno progreſſus facere audeat, aut ſuorum colonias quemcunque in locum deducere, *Stabienſem*, vt quamprimum reduceret, quod niſi primo quoque tempore præſtaret toto Regno cogeretur abſcedere. Vt verò hæc mandata ad ſanctum virum perlata ſunt, haud magis animum eius commouerunt quàm poſteà *Ludouici* XI. Chriſtianiſſimi Regis preces & vota, nimirùm intelligebat vir ſanctus ſolam in causâ calumniam eſſe & conflatam ſibi per malas artes inuidiam, vt hæc imperata fierent. Sed illam animi conſtantiam Regis contemptum adulatores interpretati, & iniuriam Maieſtati Regiæ illatam cauſati quòd ſuos è veſtigio *ſtabÿs* non deduxiſſet, non Regem modò, ſed filios etiam quibus poſſunt verbis & artibus ad vltionem exſtimulant. Incitatior minor natu *Ioannes* Cardinalis, *de Arragoniâ* nuncupatus, (non *de Hungariâ* vt è noſtris multi ſcripſerunt, Cominæus tamen *de Genuâ* indigetat) ex Protonatorio Apoſtolico in Diaconum Cardinalem tituli ſ. *Adriani* antè tres annos à *Sixto* IV. creatus, *Caſtrum-Almurinum* pergit, & noſtros vi deturbat & expellit: loci autem amœnitate captus, ſibi magnificas ædes in ipſo c[illegible]e, quem noſtri incolebant, cœpit exſtruere. Sed vir beatus receptis quos ille expulerat fore prædixit ſuorum Deus in tempore meminiſſet, nec diuturna eſſe poſſe quæ per vim occupata eſſent. Et certè pro verbo ſancti viri ad annos non plures quinque *Ioannes* ille *Arragonius* ſuperſtes fuit, Romæ enim *Innocentio* VIII. Pontifice, & ipſe iam ſub *Sixto* IV. preſbyter Cardinalis tit. *S. Sabinæ*, anno 1485. defunctus eſt. Dum hæc per filium geruntur, Rex indignum ratus ſi filio remiſſior in facta ſibi iniuriâ perſequendâ videretur, Stipatorum præfectum collectâ ſuorum manu qui virum ſanctum comprehenderet & coram viuum mortuumvè ſiſteret, ablegat. Ille nihil cunctatus mandata ſtudiosè & ardenter exequitur; cúmque in locum veniſſet vbi erat vir ſanctus, nullas non latebras perueſtigat, erat tamen ipſe in conſpectu de geniculis ante maius altare orans, & in illo tumultu & perturbatione hilaris & quietus, diuino tamen munere oculos vltro citroque coram diſcurrentium effugerat, & verò nullo non tempore effugiſſet, ſi, Deo ita prouidente, fabri lignarij indicio, qui hominum furorem ridebat, non innotuiſſet, quem vt vidit Excubitorum ductor, miraculo attonitus, & ad beati viri genua prouolutus, admiſſi veniam precatus eſt, & re infectâ quod viderat renunciaturus abſceſſit. Hîc interim meminiſſe non pigebit per eos qui primùm de rebus noſtris ſcripſerunt, pleraque in eam narrationem irrepſiſſe quæ à veritate abhorrerent, quæ facilè poſſunt ex poſteriorum diligentiâ emendari.

An. nimirùm 1477. 4. Id. Decembris.

1485.

An. M. CCCC. LXXXI.

1481. Hydruntina expeditio.

1. EXcubiarum magiſter ad Regem retulerat, quæ cùm ipſe coram intuitus, tùm fama in populo ſparſerat de miraculis & ſanctitate beati viri, eáque

1481. eáque animum Regis nonnihil mitigauerant, cùm duæ res inciderunt quæ in perfectam gratiam inducta præteritorum obliuione reduxerunt. Prima fuit *Hydruntina* expeditio ad quam ſuſcipiendam non paruum momentum *Franciſci* prædictiones & exhortationes attulerunt. Et quidem cùm in procinctu eſſet *Ioannes Nicolaus*, (poſt hæc autem *Franciſcus* in beati viri memoriam, vt ipſe litteris ad *Leonem* X. Pont. ſignificat) cognomento vt quibuſdam placet *Arenius*, vt verò alijs videtur *Colius*, Arenæ Comes (quæ nunc Marchionatus titulo inſignita eſt) & ex *Mahometis* morte quæ ad diem 3. Maij in *Bythinia* acciderat, ipſiuſque *Achomati* perturbatione, qui perculſus eo nuncio *Hydruntem* ſe receperat, nonnulla ſpes affulgeret Turcarum ab Italiâ depellendorum, vt ne tamen id aggrederetur multa magnáque deterrerent, animum illi fecit atque fiduciam *Franciſcus*, qui certam de cœlo victoriam repromiſit, & omnes rei gerendæ circumſtantias patefecit: Copijs igitur collectis, quibus ſummo imperio præerat priuſquam ſe accingeret itineri conuenire Prophetam, eúmque ſibi benedicere voluit: ille non proſpera tantùm apprecatus eſt, ſed certam victoriam pollicitus, túmque productis aliquot candelis cereis viritim diſtribuit, affirmans fore vt qui ſecum detuliſſent in nullum vitæ periculum incurrerent. Comes omen & gratiam accepit, & qui cum eo erant plurimi, fuere tamen qui reïcerent, imò & riderent, ſed his non fuit impune iuxta verbum ſanctiſſimi hominis; vt enim ad vrbem acceſſerunt prima tormentorum diſploſione ſublati ſunt, reliquis obſeruantibus & mirantibus quanta verbis beati viri reuerentia deberetur. Itaque Turcæ Italiâ pulſi, *Hydrus* recepta & recuperata, Victores, qui ſancto viro fuerunt obſequuti, redierunt. Tantum ad patriæ ſalutem poterat *Franciſcus*, erant & inter ſodales viri ſanctiſſimi qui nihil minus efficiebant. 1481.

2. Memorabile inter cætera factum R. P. *Ioannis Genuenſis*. In ea obſidione vir nobilis & militum ductor plumbea glande ad brachium traiectus, Chirurgorum ſententia, vitæ periculo tenebatur quod defugere non poſſet, niſi abſciſſo brachio: id cùm proximè eſſet vt præſtarent, adfuit *Ioannes* noſter, qui miſeratus vicem viri generoſi, nobilis & pij, accepto in manus brachio ſignum crucis produxit, tam præſenti virtute vt ne videretur quidem leuiter violatum fuiſſe; igitur in caſtra rediret ac fortiter ageret imperauit: ille omni procul cunctatione beato viro gratulatus equum aſcendit & nullo deinceps periculo abſterreri potuit quin Chriſtiani nominis hoſtes omni contentione perſequeretur. Miraculum P. Ioannis à Genuâ.

3. Altera cauſa conciliati *Franciſco Ferdinandi* Regis, fuerunt litteræ Chriſtianiſſimi Francorum Regis *Ludouici* XI. quibus apud *Ferdinandum* agebat vt *Franciſcus*, quem ſanctitate vitæ & miraculorum gloria conſpicuum in deſiderio habebat, in Galliam mitteretur. Suppudebat igitur *Ferdinandum* vt is â ſe malè habitus intelligeretur, quem ardentibus votis externi Reges appeterent, rerum etiam ſuarum intererat ne apud *Ludouicum* malè audiret, idque vnum maximè verebatur ne ſibi tantum Regem iratum haberet, deinde potuit videri non inanis aut friuola fama, quæ tam longe latéque per orbem Chriſtianum diffundebatur. Litteras autem *Ludouici* Regis hoc anno vel certe ſub alterius initium datas, perſuadent imprimis *Ludouici* vota & deſideria, ex quo in morbum illum exitialem & pernicioſum incidit hoc ipſo anno ad *Cainonem* in *Turonibus*: tum moræ & procraſtinationes à *Franciſco* iniectæ, ac demùm conſtans traditio *Franciſcum* per integros viginti ſex annos Gallias incoluiſſe. Deceſſit autem an. 1507. menſe Aprili, vnde conſequens eſt ann. 1482. in Gallias veniſſe, priuſquam verò venire diſponeret non parum temporis interceſſit, nec prius venit quàm interpoſita ſummi Pontificis autoritate compelleretur. Accedit ad noſtrum calculum noſtratis hiſtoriæ fides & autoritas, ſi diligenter perpendatur, certè non potuit eſſe expreſſior temporis nota, quàm eſt apud. *Franciſcum Belcarium* lib. 4. rerum Gallicar. eo ipſo anno 1482. Vt primùm igitur *Ludouicus* ad *Ferdinandum* ſcripſit, nihil prætermiſit ille quo tanti Regis voluntati obſequeretur, primo quoque tempore beato viro ſignificat quod eius eſſet B. V. in Galliam vocatur.

Chron.

1481. in Gallia desiderium, hortatur ne potentissimi Regis vota per se irrita esse patia- 1482.
tur, monet viam fieri ad Ordinis sui propagationem in florentissimo Regno, fauentem denique ac beneuolum se de cætero futurum pollicetur, vellet modò suis ac *Ludouici* precibus acquiescere. Verùm vir beatus nulla re propositâ potuit adduci vt se mandatis accommodaret, non Regum vota & preces auersatus, quorum dignationem beneficium reputabat, non amore natalis soli qui se olim peregrè Deo ita volente profecturum suis prædixerat, sed exceptione reuerentiæ quâ sedi Apostolicæ tenebatur; negabat enim liberum sibi esse familiam deserere quam illius beneficio regendam acceperat. Hac autem exceptione *Ludouici* nostri vota in alterum annum prorogata sunt. Nonnulli tamen è nostris profectionem ex Italiâ in hunc annum non improbabiliter coniciunt, in re incerta non multum refert si sub anni huius exitum aut altero ineunte profectum affirmemus.

An. M. CCCC. LXXXII.

1482. Profectio in Galliam. 1. *Ludouicus* XI. tantò maiori desiderio sancti hominis in Gallias perducendi exarsit, quantò ampliùs ille vt defugeret nitebatur. Quandò igitur per *Ferdinandum* nihil profecerat, confugit ad *Sixtum* Pontificem & legato extra ordinem misso exorat vt interposita sacrosanctâ autoritate *Franciscus* in Gallias amandaretur. Itaque *Francisco* imperat Pontifex ne Regis vota diutius frustretur, præsto esse regium Oratorem in cuius comitatu Gallias petat, ne differat cum eo iter suum instituere, séque Pontificis mandatis obsequentem per omnia præstare. Dictum factum, Legato se adiungit & *Paterno* relictâ *Romam* venit, nequidem per itineris occasionem *Paulam* digressus, *Coriolanum*, *Salernum*, *Stabias*, *Neapolim* aliáque loca per viam attigit, quæ omnia incredibili miraculorum splendore irradiauit, ita vt quaquauersùm populi voces & vota exaudirentur, per agros, per vrbes admiratione omnia implerentur. *Coriolanum Birgitta* soror venit, & in pignus molarem dentem quem ipse sibi nullo dolore nullâ vi reuulserat accepit. *Salerni* locum sui Ordinis monasterio mente futuri præsaga designauit *Stabijs* Ecclesiam quâ sui fuerant electi restituendam iri prædixit, atque id, vt curarent mandauit.

Paternò. Paula. Coriglianò. Salerno. Castel-a-mare. Napoli.

Aduentus Neapolim. 2. *Neapolim* vsque à Principe *Tarentino* qui se Legato Regis adiunxerat deductus est, accedenti obuiam processit *Ferdinandus* Rex, tanta per eum magnificentiâ, tanta omnium ordinum acclamatione ac plausu exceptus, vt iam vnus de numero cœlitum haberi non obscurè videretur. Fidem superant quæ ibi dixit, fecit, peregit: post omnia *Ferdinandus* Rex locum exstruendo monasterio factâ eligendi optione obtulit, electus qui procul esset à turba & tumultu, in ciuitatis regione ignobili ac penè desertâ, quod cùm Rex miraretur, vir sanctus fore prædixit, vt aliquando in ciuitate nullus frequentior aut celebrior haberetur, quod euentus iam olim probauit.

Aduentus Romam, &c. 3. *Neapoli Romam* peruenit effusa in occursum tanta populi multitudine vt obruendus videretur, inaudierat scilicet non modò quæ olim, sed quæ nuper ad *Ostia Tyberina* patrauisset, per viam in montem *Pincium* prospiciens per suos incolendum aliquando prænunciauit. Pontifici supra modum gratiosus in priuatum colloquium semel, iterùm, atque tertiò admissus est, protractum ad multas horas colloquium beato viro semper sedente in conspectu Pontificis, quod summo gratiæ loco habitum est, multa quæ Pontifex vltrò deferebat recusauit, retentâ solùm facultate benedicendi per cæremonias ecclesiasticas quæ in populum deuotionis causâ erogaret. Multi ex tunc prædixisse volunt Pontificatũ *Iuliano Rouereo* Põtificis ex fratre filio, Cardinali tit. S. Petri ad vincula, qui tum præsenserat suã per eum Regulam esse confirmandã, vt qui aliquando Pontifex futurus esset, vt reuerâ fuit nomine *Iulius* II. in beatum virum deinceps liberalis ac beneuolus. Id nonnulli in Gallia præsente Rege *Ludouico* XII. cum nimirùm ille ab *Alexandro* VI. profugisset contigisse volunt, fortè & cum primum in Galliam venit, in qua nescio h adhuc *Iulianus* Cardinalis

Ostia.

De Rouere

Digitized by Google

1482. Cardinalis non hærebat qui an. 1480. Legatus à Pontifice *Lutetiam Parisiorum* 1482.
Genua. die 4. Septemb. intrauerat. *Româ Genuam* per iter venit, vbi *Ioannu* Principis *Auriæ* liberalitatem expertus cùm digrederetur vicinum vrbi montem à suis inhabitandum præmonstrauit.

Marseille. 4. *Massiliam* inde appulit, sed aditus in portum ob grassantem miserabiliter Appulsus in Gallia.
pestem negatus est, retro igitur Telonem Martium præteruecti, in *Bormiensem* portum verterunt, in quem applicare non minus exitiosum fuit quàm
Toulon. *Massiliæ*, aut *Teloni*, minus tamen operosum aditum recludere, principio qui-
Vormes. dem ne admitterentur ciues obstiterant, sed interposita Legati autoritate, imprimis verò audita *Francisci* qui aduehebatur sanctitate, maxima gratulatione susceptus sunt: nec inanis *Bormiensium* pietas, nam *Francisci* aduentu contagiosa lues pulsa & fugata est, salubritate in hodiernum diem perseuerante, nam si quando periculum instat opposito *Francisci* nomine, quod ciues inuocant, procul depellitur, & verò gratitudinis suæ monimentum, egregij operis & magnæ molis templum S. Francisco Paulano dicatum, ciues posuerunt.
Frejus. Transgressus illinc *Forum-Iulij*, parùm abfuit quin desertam pestilentia ciuitatem inuenerint, tantam illa vastitatem induxerat, sed sanctissimi hominis præsentiâ sæuiens pernicies restincta est, cuius beneficij memoriam grato animo *Foro-Iulienses* per tempus prosequuti sunt, vt in progressu, vbi de Conuentu *Foro-Iulensi*, memorabimus.

5. Emensus ex hoc nobiles florentissimi Regni prouincias miraculis vbique Aduentus ad Regem.
ad hominum salutem editis, qui facto concursu ex vicis, pagis, vrbibus in vias effundebantur, Turonensis agri fines attigerat, cùm Rex accepto nuncio visus est se præ gaudio & animi lætitia non posse continere. Et reuera vt se po-
Morean. terat continere, qui iam antè nunciato eius appulsu *Massiliam*, *Ioanni Moreæ* decem millia scutata iusserat numerari, fratri insuper eius, Episcopatum pollicitus, vt ipse nobilis vir deponit in processu Turonensi? Datis igitur man-
Amboise. datis *Carolum* filium Galliæ Delphinum qui in Arce *Ambacensi* educabatur obuiam ire sancto viro imperat, igitur pro voluntate Patris in occursum viri beati progreditur, eoque loco excipit vbi nunc ad *Ligerim* ripam Ecclesiæ nostræ maius altare conspicitur, petita de geniculis eiusdem benedictione, *Am-*
Tours. *bacià Cæsarodunum Turonum* progredienti Rex ipse ab Arce *Plessiaca* frequenti nobilium comitatu ad medium iter accurrit, & in collum beati viri procumbens tantam gaudij significationem dedit, vt illi melior in vita dies non illu-
Chasteau du Plessis. xisse videretur. Ita exceptus, arcem *Plessiacam* quoad Rex vixit, constructo in area inferiori ad *sancti Matthæi* oratorium domicilio incoluit. Quæ mihi dubitatio incesserat de tempore aduentus B. V. nuper mihi ex antiquorum monimentorum quæ apud nos sunt rescribente R. F. *Antonio Iardino* strenuo rerum nostrarum inuestigatore soluta est, designata etiam die qua in Arcem Plessiacam à Rege acceptus est, XXIIII. scilicet mens. Aprilis hoc eodem anno. Quæ verò per viam, siue mari siue terrâ iter faciens in specie miracula, quæ virtutis argumenta ediderit, quæ deinceps cum *Ludouico* Rege egerit, quæ oblata illi tentamenta, quæ structæ per aulicos & adulatores insidiæ, qui vitæ tenor & mirabilis concentus fuerit, historicorum est edisserere, nostrum modò quæ ad temporis rationem faciunt indicare.

6. Silentio tamen præteriisse nolim cum *Burgundiam* pertransiret in acce- Conuentus Bracancurensis.
ptum retulisse Conuentum *Bracancurienſem*, quem ad Castrum *Blesiense* in dioe-
Bracancourt. *Blaise.* *Langres.* *Baudricourt.* *D'Arc. Orleans.* cesi *Lingonensi* ædificandum offerebat Orator regius, qui sanctimoniæ & virtutis *Francisci* conscius operæ pretium existimabat eius propaginem in ditiones suas deducere. Is autem fuit *Robertus Baldricurius*, quem Annales nostri referunt *Ioannam Arcensem* puellam posteà *Aurelianensem* dictam ad *Carolum* VII. Regem, iam abanno 1429. perducendam curauisse, qui ex hoc *Franciæ* Marescallus, ac demùm *Burgundiæ* prorex fidem Regis *Caroli* VIII. nomine à Burgundis accepit an. 1494. 28. Aug. Nostri tamen Conuentus *Bracancurienses* fundatorem *Ioannem* vocant, idque constanter archetypa fundationis exemplaria præferunt, vt frustra dubitari posse videatur, & quidem fundatio

1482. annis deinceps duobus, hoc eſt an. 1496. conſignata eſt. *Baldricurium* porrò pagus eſt in Decanatu *Barri* ſuper *Albam*, diœceſis, vt diximus, *Lingonenſis*. Videſis *Robertum* in *Diuione*. In proceſſu Turonis ad effectum B. Patris in Sanctorum catalogum referendi habito conſtanter ad Regem perductus dicitur inde ab Italia à *Guynotto Buſierio* regiæ domus præfecto ſeu magiſtro, ſecus quàm noſtri de *Baldricurio* ſcribunt, certum tamen eſt quod de Conuentu ad *Blaſiam* diximus. 1483. *Bar ſur Aube.* *De Buſiere.*

Litteræ B. Viri ad Principem Bend. 7. At verò Franciſcus noſter cùm primùm in arce *Pleſſiacâ*, remittente Aulicorum tumultu quietiùs agere cœpit, litteras ad D. Principem *Beſidiarum* dedit ſub die 6. Iunij, quibus eam virumque ſuum in Procuratorem Conuentus Corilianenſis, ac totius etiam Ordinis conſtituit, vt impetratâ per ſe Indulgentiâ cùm Procuratoribus, tum Tertiariis Ordinis, fruerentur. Sed litteræ Apoſtolicæ quibus illa fiebat ad nos non peruenerunt, extant verò quæ à ſancto Patre ſcriptæ ſunt apud *Montoram* in Generali Ordinis Chronico. Sed quod hoc anno die 19. Martij *Franciſcum Pandurum* Hiſpanum nomen Ordini dediſſe vult & ſcribit, pace tanti viri dixerim, ſtare non poteſt, cùm *Carolus* VIII. an. tantum 1483. menſe Auguſti regnum capeſſiuerit, ipſe verò *Pandurus* in comitatu fuerit Legati Hiſpaniarum ad Carolum miſſi. Optimè igitur Montoia, quod audio, in operis recognitione ad an. 1486. reiecit. *Biſignano.*

An. M. CCCC. LXXXIII.

1483. Cõſuetudo cum Ludouico XI. 1. *Ludouicus* Rex quotidiana Franciſci conſuetudine ac ſalutaribus monitis, quibus fidem explorata multis experimentis virtus & ſanctimonia conciliauerant, ad meliorem mentem compoſitus, nondum tamen vitæ deſiderium aut mortis metum depoſuerat, ſed per eius vitæ ſanctitatem & preces fieri poſſe crediderat vt ſibi præter hominum opinionem vita prorogaretur, quod non temerè ad hunc annum obſeruat *Belcarius* in Commentariis rerum Gallicarum. Tantum verò abeſt, quod videri poſſet viro minus religioſo, vt *Ludouicum* ea ſpe *Franciſcus* lactauerit, vt primo aduentu non diuturniorem vitam, ſed meliorem expectandam imperterrito animo ſignificauerit, deinceps verò tempus etiam atque diem indixerit quo neceſſitas fatalis incumbebat, factum inde eſt vt *Ludouicus* inſtante morte magnam animi conſtantiam prætulerit & rebus Regni ſapientiſſimè prouiderit; inter cætera *Franciſco Caroli* filij ſalutem commendans & ſaluberrima filio mandata faciens quibus ſe poſſet in officio continere. Poſt hæc animo benè compoſito & in Deum per *Franciſci* exhortationes erecto ille Principum terror, Orbis arbiter, Regum vindex, pridie Kalendas Septemb. naturæ conceſſit.

Sic habetur in proceſſ. Turon.

Officium pro mortuo Rege. 2. Dum alij funus apparant, *Franciſcus* in cellam ſe proripit & in orationem effuſus pro ſalute Principis apud Deum agit, multiſque votis ac lachrymis vt eius miſereri dignetur contendit, inter hæc conuerſus ad *Ioannem Tedurium*, *à Rocca* dictum (idem enim eſſe qui *Tedurius* & *de Rocca* dicitur certis argumentis conſtat de cuius conuerſione ad an. 1460. meminimus) accede ait & hunc pileolum meum ad Regem defer, capiti impone, & confide, ſtatim ad vitam reuocabitur. Ad verbum beati viri exhorruit, nec vt id faceret potuit induci, quare ad eum vir ſanctus, Scito, inquit, quia per tuam diffidentiam ſtetit quo minus vita Regi condonata ſit, id quando Galliæ inuidiſti, age in Italiam reuertere. Quod quidem vt vir ſanctus periculum facturus obedientiæ dixerit, non eſt tamen dubium quin hæc & ſi quæ ſint maiora per obedientiam miracula præſtari poſſint, etſi, credo, vir ſanctus optimè præuiderat non ex eo vitam Regi reſtituendam eſſe, ſed diſcipuli inobedientiam deprehendi poſſe. Hanc tamen culpam Ioannes in Italiam reuerſus lachrymis diluere non deſtitit. *Tedurio.*

1460.

An.

1485. 1485.

An. M. CCCC. LXXXV.

1. DVm Rege nondum pubere administratio Regni in partes distrahitur, *Franciscus* in arce *Plessiaca* procul ab omni tumultu orationi instat & pro Rege ac regno sollicitus, vt omnia prosperè feliciterque cedant, deprecatur. Interim verò dum videt Rege absente neque certam sibi, neque commodam in Arce sedem esse posse, vt sibi alterius loci gratia & donatio fieret, à *Carolo* Rege expostulat, fauente *Anna* Regis sorore, *Petri Borbonij* II. consorte, penes quos rerum summa erat dum Rex adolesceret, diplomate Parisiis dato die 19. mensis Martij, locus, quem pro tempore incolebat cum Oratorio *S. Matthæi* attributus, dum de alio prouideretur. Donatio Conuentus in Arce Plessiaca.

2. Interea & apud Pontificem agit vt priuilegia per Decessorem facta confirmentur. *Sixtus* enim IV. Pontifex Opt. Max. anno superiore occubuerat die 13. Aug. & in successorem electus fuerat *Ioannes Baptista Cybo* Genuensis, Cardinalis *Sancti Laurentij in Lucinâ*, dictus *Innocentius* eius nominis VIII. Ille *Sixti* litteras recognouit, recensuit, & Apostolico diplomate comprobauit decimo Kalend. April. quo die *S. Benedicti* primi in Occidente Monachorum institutoris celebritas recurrit. Extant *Innocentij* litteræ in monumentis Ordinis, incip. *Pastoralis officium.* Cõfirmatio exẽptionis & priuileg.

Camilianus Regina Conferza. Bisignano. Turs.

3. Hoc ipso anno *Philippus Camilianus* inde à *Reginâ* citerioris *Calabriæ* oppido, medio itinere inter *Consentiam* & *Besidianum*, *Casarodunum* vsque ad B. virum venit animo religiosæ vitæ sub eius disciplina profitendæ. Occurrit autem Beato viro cùm fortè Rex adesset qui *Ambasiâ Turones* diuerterat, quem præueniens & de nomine vocans: Scio inquit *Reginâ* te venire & quo animo accesseris, verùm Deus aliter constituit, prospero itinere in patriam regredieris, reuertenti obuiam fiet nobilis fœmina, quæ tibi in matrimonio collocabitur, ex ea prolem suscipies &c. indicio temporis & prolis facto. Rex mirabundus nomen rogat, & in expeditione Neapolitana eius rei memor inquisitione facta verbis euentum per omnia respondisse comperit. Prædictio memoratâ.

An. M. CCCC. LXXXVI.

1. DIci vix potest quàm multi ad beatum virum, sanctitatis eius famâ permoti, dum à Regis obsequio vacauit, conuenirent, ex iis plerique ad id vitæ institutum animati sunt, non omnes tamen in sodalitium accepti, sed præsentes quique & in quibus diuinæ vocationis beneficium eluceret. Imprimis autem fuit *Ferdinandus Pandurus* nobilis Hispanus patriâ *Illiturgitanus*, qui, missio in Gallias ad *Carolum* VIII. Oratori *Petro de Lucentia Olbia*, comes adiunctus fuerat, vt quem proximo affinitatis gradu contingeret. Vterque cùm occasione belli Britannici *Carolus* apud Turones ageret, beati viri familiaritatem expetiuerat, ille omnem vitæ rationem miratus quiescere non potuit quoad in *Francisci* contubernium Deo vocante concessit, quod die 19. Martij factum *Montoia* tradit: hic vitæ sanctimonia & quotidianis miraculis captus, eùm aliud non posset suis in *Hispaniam* traducendis & constituendis, si quando Deus daret omnem operam, fauorem, liberalitatem spopondit. Eiusdem gentis hominem *Bernardum Buylium Iserdâ* oriundum, & Ordinis sancti Benedicti monachum professum in celebri Abbatiâ *Montis Serrati* propè *Barcinonem*, Legati Hispaniarum nomine in *Gallias* missum, qui *Parisijs* ad sanctum virum dissimulato consilio perrexerit, & cum eo egerit de instituto illius suscipiendo Hispanorum Annales referunt. Quod autem ad *Carolum* VIII. Legatum venisse dicunt, & professum tamen anno 1481. affirmãt, procul est à veritate, nec vnâ tantum contradictione implicatur, vt potest ex ijs quæ diximus primo quoque aspectu intelligi. Et certè in reliquis quæ ipsi tradunt tanta est & tam magna temporum confusio, vt non videam qua ratione possint in concordiam reuocari. Galli plures sancto viro se adiunxerunt, sed quo singuli tempore

1486. Hispani Ordinem amplectuntur.

Pandura. Anduiar. Lucena Olit.

Buyl Lerida.

Digitized by Google

1486. prorſus incertum eſt, inter primos fuerunt *Ioannes Abundantius*, *Germanus Lionetus*, *Damianus Eſperuierus*, *Dionyſius Barbierus*, & alij quorum in progreſſu mentio ſæpius incidet. Nam qui ad hunc annum referunt ingreſſum R. P. *Franciſci Bineti*, vel ipſo teſte in Actis ſuæ conuerſionis, erroris euincuntur. 1487.

An. M. CCCC. LXXXVII.

1487. Conuentus Neapolis I. 1. MOntoiæ non poſſum aſſentiri cùm ſcribit factum Conuentui Neapolitano initium iam inde ab anno 1478. Id enim repugnat multis modis hiſtoriæ veritati, tum his maximè quæ ipſe nobiſcum de perſecutione *Ferdinandi* Regis in *Franciſcum*, & de *Franciſci* aduentu *Neapolim*, ac Conuentus deſignatione conſtituit, vt reliqua omittamus. Egiſſe autem *Ferdinandum* Regem apud *Sixtum* IV. Pontificem vt Carthuſianis Monaſterij S. Martini poteſtas fieret diſtrahendorum prædiorum quæ Conuentui noſtro neceſſaria eſſent, optimè conuenit cum illa voluntatis eius in *Franciſcum* teſtificatione dum ille Neapoli Romam tranſiret. Quin autem in longum protracta fuerit deducendæ familiæ occaſio negari non poteſt, cùm id multa perſuadeant, quare quam minima immutatione pro anno 1478. ſubſtituendum putaui 1487. donec de his amplius doceamur. In fundo igitur, quem Rex à Carthuſianis permittente Pontifice comparauerat, cœpit monaſterium erigi ſub inuocatione *S. Ludouici*, in Vrbis parte vaſta & inculta, ſed quæ pro verbo ſancti viri ex quo *Caſtellum nouum* ædificatum eſt, multis palatiis & illuſtribus ædificiis inclaruit, ac maximè Proregis, cuius magnificis & ſumptuoſis ædibus proximum eſt monaſterium noſtrum. De quo erit cùm dicemus copioſiùs.

Miſſio in Hiſpaniam. 2. Hiſpani rerum noſtrarum Scriptores inediti, quos laudat *Monteia*, non parum laborant, vt certum aliquod Miſſionis noſtrorum in Hiſpaniam tempus conſtituant, cùm alij ad hunc annum referant, alij in an. 1492. reiiciant, quod facilè poteſt diſtinctione componi. Neque enim dubium cuiquam eſſe poteſt ex cõmuni & conſtantiſſima traditione, obſeſsâ hoc anno Malacâ, cùm ancipiti marte Chriſtiani, & Mauri in hoc tempus concertaſſent, & res noſtrorum inclinare viderentur, vt iam de ſoluenda obſidione conſilium iniretur, adfuiſſe duos è noſtris (eos nonnulli fuiſſe coniiciunt R.P. *Bernardinum à Crepolatu*, & *Damianum Eſperuierum*) à B Patre ſummiſſos, vt eius nomine certum de Victoria nuncium *Ferdinando* Regi (is erat eius nominis V. cognomento *Catholico*) darent, & pellendos totâ Hiſpaniâ Mauros recepto Granatenſi regno ante quatuor aut quinque annos edicerent. Verbis præſto adfuit euentus & parta in alterum non amplius diem victoria, Mauris partim fugâ dilapſis partim in *Ferdinandi* Regis fidem & manum ſeſe vltrò dedentibus. Memorabilis & præter fidem mirabilis ſucceſſus, noſtris fecit nomen *à Victoria*, & multam apud Ferdinandum gratiam conciliauit, acceptâ ex tunc monaſterij apud *Malacam* conſtituendi, Regis fide, qui magna in eam rem pollicitus eſt, diſtulit effectum neceſſitas cùm Granatenſis belli conficiendi, tum aliorum è noſtris aduocandorum, qui maioribus initiis ſufficerent. Bellum autem Granatenſe finem accepit an. 1492. receptâ *Illiberi*, ſeu *Granatâ* Regni capite, quæ in ius Hiſpani Regis conceſſit, extinctâ in vniuerſum Maurorum dominatione, in quem annum duobus qui primum miſſi fuerant plures alij occurrerunt, in quibus *Bernardus* ille *Boylius* cum Vicarij generalis nomine & poteſtate, *Fernandus Pandurus*, *Germanus Lionetus*, *Ioannes Abundantius*, & alij, qui *Toleto Illiturgim* tranſeuntes *Martialem de Vicinis*, qui nouitius illis acceſſerat, ad ſacræ militiæ Sacramentum ſolemni ritu receperunt. Quod in maiori Eccleſiâ Toletanâ præſente Clero & populo peractum eſt. *Illiturgi* duos qui præceſſerant conuenerunt, qui vſquedum modò in Regis comitatu permanſerant, modò Nobilis viri D. *Petri de Lucentia Olbia* hoſpitio vſi fuerant, in quod & iſti liberaliter ſuſcepti ad colligendum victoriæ fructum cum aliis triumphantem Regem adierunt. Hiſpani quòd duas illas miſſiones in vnam confundant, non ſatis commodè hunc nodum expediunt, ſed prorſus ita res habet, atque in hunc

A Crepolatu in L'Eſperuier.

1488. hunc modum optimè conuenit. Et quidem reuocatum ex tunc *Bernardinum de Cropolato* multa perſuadent. 1488.

An. M. CCCC. LXXXVIII.

1. CVm ante tres annos inſtante ipſo *Carolo* Rege *Innocentius* Pontifex Deceſſoris ſui litteras, quibus multa Ordini priuilegia largitus fuerat accuratè recognouiſſet, eaque peramanter laudauiſſet, atque confirmaſſet, vnum poterat ex hoc deſiderari vt apud eos in autoritatem inducerentur qui poſſent iure vel iniuria contradicere, *Carolo* igitur litteris in Arce *Pleſſiaca* datis, *Granille.* *Granillio* Archithalaſſo, *Grimaldis*, *Sellaquenantis* & nobilibus aliis coràm aſtantibus, *Grimald.* *Sellaquenat.* ad diem decimum octauum menſis Aprilis omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Curatis, & in vniuerſum ſingulis cuiuſcumque gradus perſonis Eccleſiaſticis mandat, vt omnes & ſingulos Ordinis profeſſores priuilegiis à ſede Apoſtolica emanatis vti & gaudere ſecũdùm eorum tenorem, quauis procul cõtradictione habita patiantur, omnibus verò Balliuis, Seneſcallis, Præpoſitis, Gubernatoribus, Iudicibus, & reliquis ſæcularibus perſonis in dignitate conſtitutis, vt omnem ad id fauorem & neceſſarium auxilium quocumque impedimento poſtpoſito præbere non differant: ne verò cuiquam poſſet obtenſæ, vt ſolet, ignorantiæ ſubſidium patrocinari, vt omnia & ſingula Pontificia diplomata quo meliori poterit & videbitur modo publicentur edicit. Et verò *Franciſcus* hac gratia & amplioribus etiam dignus erat, qui ex quo in Galliam conceſſit res domeſticas & publicas non diſſimili ac patrias charitate coimplexus eſt, & certè qui externa & procul à ſe poſita proſequebatur, non poterat quæ coram & in conſpectu habebat obliuioni tradere. Confirmatio Priuilegij à Rege.

2. Bellum inter Gallos & Britones (quos antiqui Aremoricos, ac deinde minores Britannos vocauerunt) leui de cauſa exarſerat, eóque per tempus progreſſum fuerat, vt poſt aliquot hinc inde velitationes iuſto certamini committendum eſſet. Rex in eo Gallici nominis gloriam periclitari ratus, euentum *Franciſco* ſingulariter commendat; ille Regem bono animo eſſe iuber, coſque qui multitudine ac locorum opportunitate vincebantur, animis & viribus ſuperiores fore, ac præſentem proinde victoriam denunciat. Vtraque Prælium ad S Albinum, & victoria B. V. precibus, &c.

Sainct Aubin. acies ad *Sanctum Albinum* conſtiterat, noſtri victoriæ fiduciâ certamen petunt & adoriuntur, prima congreſſione Britones franguntur, ac demum fuſi fugatique ad internecionem penè delentur. Ita fides *Franciſci* verbo conſtitit. Rex audito in *Andibus* apud quos erat nuncio, acceptam *Franciſco* victoriam retulit. Neque verò facta ſingularia defuerunt, quæ certum à beato viro præſidium demonſtrarent Illud imprimis memorabile. Merebatur in exercitu Regis, *De Vic.* Neapolitanus miles *Gregorius Vicus*, ſed accepta à B. Viro cerea candela benedicta, vt ſibi videbatur ſecurus, nec immeritò, cùm enim diſploſis maioribus tormentis, qui eum circumſtabant diſiecti eſſent & penè conciſi, ipſe ignitum globum aduerſa fronte ne labefactatus quidem quàm minimùm excipit, imò quaſi in adamantem frons obduruiſſet quàm longiſſimè globum retorquet, ac rei nouitate omnium in ſe admirationem deflectit. Ille non inſcius quæ miraculo cauſa fuerit, ſeruatorem ſuum adit, cui quoad debebat gratulatus, vt in ſocietatem illius admitteretur exorat, admiſſus, vt qui præter cæteros Deum vitæ autorem haberet; egit, vixit, perſeuerauit. Sed & præcipuum victoriæ fructum *Franciſcus* noſter collegit, qui mandato à Rege accepto conciliandi inter eum, & *Annam Britanniæ* hæredem matrimonij tanto vtilior interuentor acceſſit, quantò vtrique parti gratior nulla ſuſpicione aut præiudicio diſplicere potuit. Quod demùm an. 1491. conſecutum eſt.

Digitized by Google

1489. 1489.

An. M. CCCC. LXXXIX.

Conuentus Ambaciæ. 1. REbus igitur ad pacem in Galliâ compositis, vt in partem publici gaudij *Franciscus* veniret æquum erat, consecutus id *Caroli* Regis beneficio, qui ad radices Arcis *Ambacianæ* quâ proximus *Ligeri* est, aggere nimirùm ad iter tantùm interiecto, locum exstruendo Conuentui comparandum prouidit: opus hoc anno inchoatum sensim processit, prædia quæ satis essent cum tempore fisco redimente acquisita, compositis denique omnibus & annuo censu constituto, ad ann. 1493. nostri possessionem adierunt. Quod cùm apparatur, *Franciscum* Conuentus situm locúmque recogniturus hoc ipso anno *Ambaciam* venerat, vbi eum R. D. *Laurentius Alamandus* Episcopus Gratianopolitanus conuenit, salutem nepotibus experiturus, qui graui & periculoso morbo detinebantur, quam miraculo statim consecuti sunt. Ita nimirùm solebat vir sanctus monasteriorum suorum initia miraculis stabilire.

Chasteau-d'Amboise. Loire.

1493.

Amboise. Alamandi.

Conuentus ad Arcem Plessiacam. 2. *Robertus* Ecclesiasticæ Galliarum Historiæ diligens inuestigator in Archiepiscopis Turonensibus n. 92. *Conuentus Plessiaci* fundationem in hunc annum consignat, sedente apud Turones Illustrissimo & Reuerendissimo D. *Roberto Lenoncurio*, qui postea ex Catalaunensi Episcopo Cardinalis creatus est à *Paulo* III. tit. S. Anastasiæ, an. 1538. non 1542. vt habet idem Robertus in Catalaunensibus n 86. Et reuera mihi fit admodùm probabile, iam tum *Carolum* Regem eius Conuentus ædificandi, quem hodie nostri incolunt, extra septum regium prouidentiam suscepisse, cùm tamen ante annum 1491. in eum non migrauerint, translatis etiam ornamentis & omni Ecclesiastico apparatu, quo in ipsa Arce vsi fuerant ex concessione Regis VI. die mens. Martij, hoc eodem anno perscripta, iam tamen à mense Octobri an. 1490. donatio loci peracta legitur. Et locus quidem est ad monticulos, vnde illi nomen, extra saltum regium versùs meridiem, agri fœcundi, nitentis, amœni. Ecclesia non qualis à *Montosa* describitur ampla & magna, sed qualis Eremitam decebat, angusta, firmi tamen operis & sectis lapidibus etiam elegantis & pulchri, sub inuocatione sanctissimorum nominum *Iesu & Mariæ* dicata est Incrementa per tempus plura accepit. Nam & *Ludouica Sabaudæ* Franciſci Regis mater an. 1531. tertia parte auctiorem fecit, Alâ vt vocant in longitudinẽ ductâ eiusdem cum reliquâ basilicâ magnitudinis & operis Quod pientiss. fœmina populo gratificatura, quem Ecclesia capere non poterat dum frequens ad sepulchrum B. Viri concurrebat, & acceptorum à Deo beneficiorum gratias habitura suscepit ac perfecit. R. D. *Hieronymus Asagus* Nicienſis Episcopus sacella ibidem extructa, & capellam intra Claustri septa eo loco quem sibi B. Pater dum in viuis esset in cellulam habuerat exædificatam die XI. mensis Iunij an. 1532. elargitâ quadraginta dierum indulgentiâ his qui deuotè altaria illa singula vel omnia visitarent, consecrauit. Eam verò cappellam an. demum 1534. *Iacoba Malendrin* (ita scilicet scribendum Acta publica docent) *Andreæ Alexy* consors, vt in memoriam beati patrui sacris frequentaretur, collatâ pecuniâ dotauit. Nuper autem procurante R. P. *Andrea Chauineo*, Prouinciale in spectabilem & magnificam amplitudinem Ecclesia perducta est. Cuius rei causam atque insimul operis rationem melius exponere non possumus, quàm confecto ad posterorum fidem instrumento, quod sic habet:

Asag.

1534.

Chauineau.

Ad laudem Dei Omnipotentis, cuius domus decorem diligere Religio est:
Ad honorem B. P. N. Francisci de Paula, cuius sepulchrũ exornare & cineres colere Pietas est:
Ad totius Ordinis nostri Minimorum consolationem, ad populi deuotionem augendam, cuius ædificationi studere Charitas est: &
Ad perpetuam memoriam.
Nos F. Andreas Chauineau huiusce Prouinciæ Turonensis humilis Corrector Prouincialis, cum V. P. Francisco Crosnier huiusce Plessiacensis Conuentus Correctore cæterisque V. V. PP. tam Collegii nostris quàm Capitularibus infrascriptis, Testamur die XXI. *Aprilis an. D.* 1630. *Ecclesiæ huiusce dicti Conuentus ampliandæ & exornandæ opus susceptum fuisse,*

tam

1489. *tum vt populi ad ſepulchrum B. P. N. concurrentis fieret capacior, tum vt Religioſis ſalubrior, & omnibus hilarior foret. Quoniam autem in eo opere Eccleſia prædicta ſolum quatuor pedibus ſit elatius, vt aquæ aliquando ad tantam profunditatem Eccleſiam inundantibus via præcludatur, prædictum ſacrum ſepulchrum ne terrâ defoſſum lateret eodem prorſus ſpatio, & loco quo antea quieſcebat ſupra nouam baſim elevatum, & decentius poſitum fuiſſe: Inſuper cùm in angulo cappellæ S. P. N. extra chorum quondam in Eccleſia poſitum iaceret (pro qua è regione commodior & ornatior noua nunc extructa eſt extra parietes Eccleſiæ) & à partibus verticali & laterali ſiniſtra, quibus à parietibus cappella operiebatur rude & incultum repertum fuiſſet, nec ornamentum repandi labij & cælatura, quanquam mediocru, haberet in operculo ſicut ab alijs partibus habebat, vt omni ex parte proportione ſibi reſponderet, & vna ornatum manu videretur, ex* XIV. *Februarij, ex dictis partibus incultis tantum de lapide demptum fuiſſe, quantum ſpatij operculo ornando neceſſum viſum eſt, quod in alijs partibus quondam factum eſt: cuius demptionis particulas collectas & piè aſſeruatas fidem facimus, vt illis per nos aut ſucceſſores noſtros, quibus videbitur ad honorem ampliandum & deuotionem erga B. P. N. augendam diſtributis par religio, & fides habeatur, quam illius ſacro ſepulchro deberi crebra miracula & gratiæ ad illud obtentæ teſtantur. Hoc inſtrumentum confectum eſt die* XXVI. *Februarij an. D.* 1631. *in hoc dicto Conuentu Pleſſiacenſi.* Et ſignatum, &c. 1489. 1631.

At verò ſepulchrum terra ſublatum eſt die v. Iulij an. 1630. magno ſacrorum apparatu ſolemni precatione feſtiuiſque noſtrorum gaudiis, quod exquiſito cancellorum opere multo marmore ac ære cyprio decorandum (quod & factum eſt) ita videtur doluiſſe bonorum omnium aduerſario, vt magno fragore tonitru in culmina nocte in proximum ſequente deiecerit, ruinaſque quas potuit diuerſis locis dederit, ſed Deo melius aliquid prouidente, furoris eius argumentum in maiorem B. Viri honorem, gloriámque verſum eſt. Non fruſtra dixerim eodem R. P. *Andrea Chauineau* agente ſplendidi ac magnifici operis Noſocomium ab anno 1624. fuiſſe conſtitutum & exædificatum, quo in opere alteroque illo binas charitatis partes meritò expleuiſſe dicendus eſt, eoque nomine ſeræ poſteritati ſeriò commendandus. Nec illud præterire nos debet amplificandæ Eccleſiæ natum conſilium ex frequentiâ miraculorum quæ nuper vltrà ſolitum percrebuerant, & tantam populorum turbam multitudinémque ciebant, vt capiendis locus non eſſet ac noſtri penè cogerentur omnia plebis arbitrio permittere. Qui certè miraculorum fulgor non vicinos tantum perſtrinxit, aut apud Turones ſe continuit, ſed longè latéque permanauit. Nam & Illuſtriſſima & Excellentiſſ. Princeps D. *Ludouica Bórbonia, Henrici* II. *Aurelianenſis* Ducis Longouillani conſors, & Nobiliſſ. atque Gen. Princeps D. *Ludouicus Rohannius*, ob ſuſceptam prolem per id tempus vota reddituri venerunt. Quin & Illuſtriſſ. & Potentiſſ. *Carolina Margaretâ Mommerenciaca Henrici Borbonij Condæi*, è regia ſtirpe principis primarij paulò poſt eâ de causâ etiam venit, quæ in deuotæ mentis pignus obtulit ex ſolido argento B. P. N. in ſublime rapti effigiem, cuius ad pedes cryſtallina theca, in altum quoque ſublata, in qua B. Viri cingulum conditum eſt, in arca verò quæ coram ipſa imagine proſtat, de geniculis hinc Henricus, illinc Margarita, filium ille, hæc filiam offerens cernuntur. Subeſt hoc teſtraſtichon cum ſua inſcriptione

De Bourbon. D'Orleans-Longueville. De Rohan. De Montmorency.

An 1625.

An. 1626.

Qui prece felices noſti concedere partus
Accipe dilecta vota paterna manu.
Hinc aris Franciſce tuis innixa propago
Aſſiduam cælo regia poſcit opem.

HENRICVS BORBONIVS PRINCEPS, ET PAR PRIMVS FRANCIÆ, ET MARGARITA-CAROLA DE MONTMORENCY CONIVGALI VOTO POSVERVNT.

At verò deinceps loci ſanctitas, quæ iam olim vigebat magis ac magis efflorſuit.

1490. *An.* M. CCCC. XC. 1490.

Conuentus Tholosæ.

1. REuerendissimus D. *Laurentius Alamandius* Gratianopolitanus Episcopus, apud *Robertum* quinquagesimus septimus, è nobilissimâ gente, quæ eidem sedi *Sebondum* Decessorem, & cognominem *Laurentium* successorem dedit, Arelatensi verò *Ludouicum* posteâ Cardinalem, ac denique Cadurcensi *Antonios* duos, aliisque sedibus alios, cùm in magna reuerentia Beati Viri sanctitatem haberet, atque salutarem sibi suisque illius opem per miracula non semel expertus fuisset, grati & memoris in eum animi pignus aliquod extare voluit, quod non poterat Beato Viro, qui propagandi Ordinis sui studio tenebatur, esse acceptius, quàm si suorum familiam in aliquam Regni partem deduceret. Cùm igitur *Alamandius* S. Saturnini apud Tolosates Abbas esset, atque in proximo extra portam *Arnaldi Bernardi*, vt vocant, *S. Rochi* Oratorium sui iuris haberet, illud in nostros transtulit, eoque loco monasterium constitui, & opere magnificum, & situ iucundum, & prædiis amplum pro sua liberalitate prouidit. Nostri pietatem omnium Ordinum erga *S. Rochum*, sedulò excoluerunt, vnde postea Rochetorum nomen illis adhæsit, & apud plebem inualuit. Ecclesia tamen vt mos erat, primùm *Iesu & Mariæ*, tum *S. Rocho* dedicata est. Præerat tunc temporis Ecclesiæ Tolosanæ R. D. *Petrus de Leone*, qui altero post anno ad XXI. Februarij, obijt post sedem annorum sexdecim. Atque ab eo anno *Petrus de Rosergio*, & *Hector de Borbonio*, de sede diu contenderunt. *Tolosa* verò Volcarum Tectosagum colonia est Geographis, ciuitas Narbonensis primæ, posteâ Viennensis secundæ antiquis & Ecclesiasticis scriptoribus, ad *Garumnam* fluuium, *Occitanæ Regionis* caput, sedes olim regia Gothis dominantibus, nunc Archiepiscopalis, Conuentu iuridico, seu vt loquimur, Parlamento, quod totius Galliæ secundum est & valdè amplum, atque Academiâ florentissimâ, cùm per Professores, tum per studiosos, celebris & inclyta, vbi altitudo solis XLVI. *grad.* 25. *minut.* ratio vmbræ meridianæ 58. ad 60. quam denique Ausonius omnium optimè his versibus delineat, lib. de Vrbibus, carm. XI.

De Leon.

Tolosa.

Non vnquam altricem nostri reticebo Tolosam,
Cœtilibus muris, quam circuit Ambitus ingens,
Pérque latus pulchro prælabitur amne Garumna,
Innumeris cultam populis, confinia propter
Ninguida Pyrenes, & pinea Cebennarum
Inter Aquitanas gentes & nomen Iberum.

Æthic. Cosmogr. Ambaciæ.

Hæc pro fide vetustiorum monumentorum scripseramus cùm certiora docti toto decennio posteriorem Tolosanæ stationis originem perspeximus, quo demùm tempore accuratiora reponemus. 2. Hoc etiam anno quod certius est, *Ambacia* opus procedit quod anno superiore inchoatum, & iam nunc quidem Ecclesia nominibus *Iesu & Mariæ* donata, (vt è nostris multi perhibent, aut verius, vt habet Bulla *Leonis* X. an. 1513. prid. Non. Maij, *B. Mariæ, & omnibus Sanctis* nuncupata) construitur, summum altare eo ipso loco positum, vbi *Carolus* Rex pro tẽpore Delfinus ad genua hominis Dei procidit. Est autem *Ambacia* quæ nunc *Amboisia* vulgò dicitur, agri Turonensis vrbs amœnitate præcipua, & arce regia insignis à *Cæsaroduno Turonum* ad Occidentem VIII. leucis distita, decem à *Blesis* ad Orientem, ditionis olim Comitum Andegauensium, posthæc autem Regum nostrorum iuri cessit, quibus & gratissimum cum tempore domicilium præbuit. Est Diœcesis Turonensis, præclaro ponte Ligerim iungit, in quem non procul *Amasissa* influit.

Amboise.

P. Binet conuersio.

3. Sub id verò tempus, magnus ille nec pro merito laudandus vnquam satis *R. P. Franciscus Binetus* ex Prinre *Maioris-monasterij* (quod nostri *Marmoutier* deflexa voce à vulgari loquendi modo perperàm vocauerunt) in nostrorum Eremitarum societatem transijt. De tempore fidem faciunt Acta Conuersionis eius ab eodem scripta, quæ *R. P. Ludouicus Donius* nunc Reiensis Episcopus in historia

Marmoutier.

Digitized by Google

1490. hiſtoria Ordinis, quam gallicè ſcripſit, edidit, eam tamen Montoia neſcio qua fide ad annum 1486. retulit. Acta verò ipſa mirabile diuinæ vocationis exemplum præbent, atque ipſius *Bineti* fortem animum magnámque conſtantiam produnt, ſi tamen vera ſunt & non ſuppoſititia quod quidam è noſtris obſtinatè contendunt, indicato etiam ſuppoſitionis & falſi autore, in re dubia nolim cuiquam parti præiudicare. Certe quin aliqua hodiernis moribus non benè conueniant & nonnulla etiam ſecum pugnare videantur negare non poſſumus. Porrò *Maius-monaſterium* illud eſt quod ad ripam *Ligeris* ex aduerſo *Caſarodani* S. Martinus conſtituit, & in quo ſanctiſſimè vixit, quod tandem Benedictini Ordinis effectum toto iam Orbe celebratiſſimum euaſit. Hunc verò multi ſunt qui aut præceſſerunt aut ſubſecuti ſunt non longo temporis interuallo, viri verè magni & quales ab Ordinis initio per Dei prouidentiam poterant deſiderari, è quibus duodecim hi ſunt præcipui, *Franciſcus* ipſe *Binetus*, *Germanus Lionetus*, *Ioannes Abundantius*, *Dionyſius Barbierius*, *Franciſcus Cerdonius*, *Martialis de Vicinis*, *Matthæus Michaël*, *Iacobus Eſperuierius*, *Ludouicus Iuſtellus*, *Leonardus Barbierius*, *Michael Comes*, *Nicolaus Bethunius*. Atque hi non minus virtute rerúmque geſtarum gloria præcellentes quàm totidem Itali quos ſuæ gentis homines tantoperè commendarunt. 1491.

An. M. CCCC. XCI.

1491. Conuentus ad arcem Pleſſiacam.

1. POſtquam nouem annos in arce *Pleſſiaca* Beatus vir permanſerat, Regis beneficio eductus eſt, & ſeceſſit in locum tranquilliorem, non procul tamen à Regia, vt anteâ diximus, neque enim ſanctum virum abſiſtere longiùs ſuſtinebat. Et quidem *locus tam ſecretus & ſemotus eſt vt eremi ſolitudinem* (quod de Maiori-monaſterio prædicat Sulpitius) *non deſideres*, in opulentæ licet vrbis viciniâ, quæ ſcilicet vtrique monaſterio interpoſita ornat ſolitudinem non labefactat. *Turonum* illa metropolis *Caſarodunum* veteribus dicta, vrbs eſt ad *Ligerim* fluuium opibus, & ædificiorum præſtantiâ nobilis, mercatura & lanificio locuples, Archiepiſcopali ſolio ſublimis, cui omnes ferè Epiſcopi Britannorum, Cænomanorum, & Andium addicti ſunt, in Archiepiſcopis *S. Martinus* excelluit à quo & *Martinopolis* aliquando appellata, quam vt paucis abſoluam nemo elegantius deſcripſit, quàm Guillelmus Brito lib. 3. Philippid. *Turo.*

——*Vrbs eſt*
Quam geminum nitida flumen circumfluit vndâ, *La Loire, Le Cher.*
Hinc Liger, hinc Carus, medio ſedet inter vtrumque
Ciura ſitu; ſpecioſa ſolo, iucunda fluentis,
Fertilis arboribus, vberrima fruge, ſuperba
Ciue, potens Clero, populo numeroſa, referta
Diuitijs, lucis & vitibus vndique lucens.
Quam ſacroſancti præſentia corporis ornat
Præſulis eximij Martini, gloria cuius
Omnibus Eccleſiis ſummum decus accumulauit.

Braunius eam deſcripſit lib. 5. Theatri ciuitatum Orbis Tabulâ 20.

An. M. CCCC. XCII.

1492. B. V. regiæ proli nomē imponit.

1. FOederis inter *Carolum* Regem, & *Annam Britannicam* initi fœnus in annum prouenit generoſo partu. Natus himirùm ex felici connubio filius, cui ad felicitatem vna defuit diuturnitas. Salutari lauacro regeneratus eſt in Oratorio arcis *Pleſſiacæ*, pompâ ſolemni & regiâ, quam *Cæremoniale Francicum* à *Godoffredo* editum pleniùs repræſentat, ſuſceptoribus *Ludouico* Duce Aurelianenſi, *Petro Borbonio*, & Reginâ Siciliæ: puero tamen impoſitum nomen à *Franciſco* noſtro, quem Rex ipſe de manu tenebat, rebúſque ſuis ac conſiliis penè omnibus adhibebat. Nomen *Carolus Orlandus* fuit, incertâ quod

Digitized by Google

1492. sciam origine. Ad annos non plures tribus superstes fuit, sepultus ad S. Martinum apud Turones, vbi monumentum regiâ magnificentiâ dignum illi constitutum est. Sed ad nostros qui iam olim in *Hispania* hærent veniamus. 1493.

Conuentus Malacæ. 2. Tempus erat, quando regnum Granatense in potestatem *Ferdinandi* Regis venerat, & Mauri sub iugum missi totâ Hispaniâ exigebantur, vt in aliquam victoriæ partem nostri succederent. Ineunte Ianuario *Ferdinandus* Rex arcem Granatæ, atque mox vrbem ingressus fuerat, compositisque totius Regni rebus Iunio ineunte discesserat, & *Cæsaraugustam* Regni *Aragonum* primariam vrbem venerat, magnis illum itineribus eò loci assecutus est, R. P. *Bernardus Buylius* cui à B. Patre facta potestas Ordinis sui apud Hispanos introducendi, atque stabiliendi. Rex memor nunciatæ sibi ante aliquos annos victoriæ & familiaris olim hominis conspectu & colloquio gauisus, nihil differt exequi quæ promiserat. Et primùm quidem, Eremitorium *sanctæ Mariæ de Victoria*, sexto lapide à *Malacâ*, iussu Regis, in perpetuum prophanæ gentis expulsæ monimentum & memoriam, exstructum, ac nostris qui ad Regem primi venerant discedentibus, viro religioso & eremiticam vitam profesto F. *Bartholomæo Colomæ* traditum, in nostrorum ius edicto suo reuocat perpetuóque possidendum donat, atque insuper facultatem facit Regio priuilegio ac patentibus litteris, Ordinis quocunque locorum inducendi, proferendi, stabiliendi, *Cæsaraugustæ* datam die XXII. mensis Septembris, ac Regis Reginæque nominibus obsignatam, perscribente *Michaële Perezio Almazano* Secretario, vt apud Montoiam videre est qui ad longum exscripsit.

An. M. CCCC. XCIII.

1493. Regula Pont. offertur. 1. *Innocentius* VIII. Pontif. Opt. Max. è viuis anno superiore sublatus ad diem 25. mensis Iulij, eligendo successori locum fecit. Is fuit *Rodericus Borgia*, Hispanus Valentinus, Cardinalis Portuensis, & S. R. E. Vicecancellarius, qui ad diem XI. Augusti electus nomen assumpsit *Alexandri* VI. Ad eum *Carolus* Rex gratulationis causa Oratores extra ordinem missurus erat, cùm igitur beneuolo ac fauente Rege Beatus vir vteretur, & Regularia instituta, quibus Ordo contineretur & staret, condidisset, quæ per Sedem Apostolicam approbari & confirmari conueniebat, à Rege obtinuit, vt nomen suum apud Pontificem interponeret, eaque in autoritatem admitti postularet, ac per suos Legatos rem diligenter procurari & confici mandaret. Litteras ipse ad Pontificem dedit, quibus cùm Regis preces accessissent, breui consecutus est quod petebat. Vocatis enim ad examen quæ constituerat, iisque ritè & ordine ponderatis, non grata modò & accepta Pontifici fuerunt, sed multis etiam laudibus cumulata, &, quod caput est, Eremitarum societas & congregatio in Ordinem erecta, cui præclarum & mirabile *Minimorum* nomen diuino planè consilio inditum est. Diploma Pontificium annum præfert 1492. in omnibus quæ ad hæc prodierunt monumentis, sed dies quartus Kalendas Martij, qui appositus est, demonstrat Pontificem Gallicanam eius temporis computationem sequutum fuisse, & pro gentis nostræ veteri more annos à Paschate ad Pascha iniisse, cùm apud omnes tempus electionis eius quod prædiximus pro indubitato habeatur, quare vt ad communem temporis numerandi rationem reduceremus necesse fuit in hunc annum remittere.

Blendę Regulæ consilium. 2. Verùm qui hactenus eius diplomatis copiam ediderunt in publicum, optima nos parte fraudauerunt, Regulâ nimirùm à B. Patre perscriptâ quæ verbotenus in illo continebatur, id consilio à quibusdam factum sit necnè ignoro, certum mihi est à nonnullis, & nominatim à *Montoia* fuisse desideratam, & merito, est enim præclarum antiquitatis monumentum, est pretiosum primæ illius institutionis pignus, est exquisitum & graue spiritus quo S. Pater agebatur argumentum, est mirificum & vtile ad rerum nostrarum historiam & ad posteriorum institutorum cognitionem documentum. Quare cùm in manus meas peruenerit beneficio primùm *R. P. Paschasij Huani*, tum *R. P. Hilarionis Costæi*,

Digitized by Google

1493. *Coſtei*, ex originalibus litteris, quæ in Archiuio Turonenſi ad arcem Beſſiacam aſſeruantur, deſcriptum, nolui multorum expectationem fruſtrare, aut prouenturam ex eo vtilitatem ſubtrahere. Accedit quod operæ pretium habiturum me putaui ſi ex integro deſcriberem & repræſentarem quod per partes fuerat diſtrahendum & alienis verbis proferendum vt quæ in rem noſtram ſunt ſingularibus obſeruationibus complecterer. Itaque condonabit æquus lector ſi præſcriptam mihi breuitatem & conuenientem operi modum videar excedere. 1493.

3. Non poſſum tamen quin prius quàm vlterius progrediar, de nonnullis quæ video in dubium reuocari ſummonefaciam.

Primum eſt iam tum *Correctorũ* nomen in vſu fuiſſe non *Prioris*, vt viſum eſt nonnullis qui de rebus noſtris ſcripſerunt, atque inſuper eandem regiminis formam, quæ hodie viget fuiſſe introductam. Notanda nonnulla.

Secundum eſt ab Ordinis initio vitam quadrageſimalem religioſè obſeruatam fuiſſe, nec procul à voto abfuiſſe, quæ tanta atque videbimus diſtrictione imperatur, contra quam aliqui ſibi perſuaſerunt qui cuiuſque arbitrio & voluntati relictam videri voluut.

Tertium eſt ab hoc initio cantum ſimplicem fuiſſe vſurpatum, ex quo veniunt redarguendi qui ſcripſerunt notis olim vſos fuiſſe noſtros Eremitas, atque ab hoc tempore deinceps hiſtoriam proferunt quæ dictis fidem videatur aſtruere, nolim tamen negare quin abuſus aliquis irrepſerit, qui vt deinceps vitaretur maior in ſubſequentibus Regulis cautio adhibita eſt, & eatenus verum crediderim quod narrant de fratre quodam coram *Ludouico* XII. Rege voci ſuæ nimiò indulgente vnde data ſit occaſio cantus illius introducendi.

Quartum eſt & Ordini Protectorem è Cardinalium ſacro Collegio tum quoque fuiſſe allectum. Hinc verò non obſcurè colligimus quo tempore datus fuerit in Protectorem *Bernardinus* ille *Carnaialus*, cum primùm ſcilicet in Cardinalem creatus eſt, quod factum non multò poſt quàm Regula hæc prima in autoritatem à Pontifice admiſſa eſt, nec longior mora interceſſit quàm quæ perferendæ ad B. Patrem Pontificiæ confirmationi & perendo ex hoc Protectori ſufficerit. Creatus eſt enim hoc eodem anno 12. Calendas Octobris ex Carthaginenſi in Hiſpania Epiſcopo & Regis ſui apud Pontificem Oratore, tituli primùm SS. Marcellini & Petri atque poſt ſanctæ Crucis in Ieruſalem de quo in *Protectore Religioſo* dicemus copioſiùs. *Carnaial* Protector 1. *Carthagena & Badaioz.*

Quintum eſt peculiarem fuiſſe Ordini votiuæ paupertatis obſeruantiam. Sed hæc verbo ſubindicaſſe abundè eſt, præſtat verbis ſuis loquentem B. Patrem auſcultare ac præloquentem Pontificem, vt ſequitur.

---

4. ALEXANDER EPISCOP. SERVVS SERVORVM DEI. AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

De Paula reſeruat ad ſuum Eremitorij.

Meritis religioſæ vitæ, quam dilecti filij Franciſcus de Paula *& eius ſocij Eremitæ Eremitorij* ſancti Franciſci de Paula, Cuſentinæ *diœceſis, ad obſequendum Altiſſimo elegerunt, inducimur, & exemplo boni operis excitamur, vt ea quæ pro eorum directione votiua ab eodem* Franciſco *proinde ordinata ſunt, vt firmius illibata permaneant Apoſtolicæ ſedis cui immediatè ſubiecti ſunt munimine roboremus.* Præfatio.

Sanè pro parte eorundem Eremitarum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod præfatus Franciſcus *habens ad hoc, vt aſſerebat, à bonæ memoriæ* Pyrrho *Archiepiſcopo Cuſentino ſpecialem per illius litteras facultatem, per fœlicis recordationis* Sixtum IV. & Innocentium VIII. *Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ſucceſsiuè confirmatam, & ad quæcunque loca* Supplicatio pro confirmandâ Regulâ.

1493. *quæ eidem congregationi donari contingeret ampliatam, prout dicti Archiepiſcopi authenticis & dictorum Prædeceſſorum Apoſtolicis litteris amplius continetur, illarum vigore pro ſalubri directione Eremitarum ſocietatis eiuſdem nonnulla diuini cultus augmentum, & animarum eorundem ſaluem in beneplacitis diuinæ voluntatis, & vitæ Eremiticæ huiuſmodi perſeuerantiam, & eorum proſperitatis votiuæ ſucceſſus, concernentia, ſacris Canonibus non contraria in tredecim Capitulis contenta ſtatuit & ordinauit, quæ voluit & mandauit per eiuſdem ſocietatis Eremitas perpetuis futuris temporibus obſeruari. Quare pro parte* Franciſci *& Eremitarum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eiuſdem* Franciſci *ſtatutis & ordinationibus huiuſmodi pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur noſtræ confirmationis adijcere, aliáſque eis ſuper eorundem ſic ſtatutorum & ordinatorum obſeruantia opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.* 1493.

Approbatio & confirmatio dictæ regulæ.

Nos igitur qui amatores huiuſmodi Eremiticæ vitæ quæ ſolitudine contenta verſatur in abditis, & numquam minus ſola eſt quàm cùm ſola eſſe reputatur, quia cæleſtis patriæ contemplatio illam ſociat & comitatur, & dum ſæcularis vitæ commercio caret cæleſtis alimoniæ pabulo refocillatur & gaudet, libenter in ſuo laudabili propoſito confouemus, & tanquam tutiſſimo calle incedentes & pauperes ſpiritu, quos Dominus noſter Ieſus Chriſtus beatos eſſe dixit, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum, pia & paterna charitate proſequimur, & eis quantùm cum Deo poſſumus fauorem beneuolum impartimur, huiuſmodi nec non & chariſſimi in Chriſto filij Caroli Francorum *Regis Illuſtriſſimi, qui vt aſſeritur ad eoſdem Eremitas ſpecialem gerit deuotionis affectum, & quandam domum cum Oratorio & opportunis officinis extra & propè ciuitatem* Turonenſem *conſtrui & ædificari fecit, ac eis piè donauit, nobis ſuper hoc pro eiſdem Eremitis cum inſtantiâ humiliter ſupplicantis ſupplicationibus inclinati, eiuſdem Franciſci ſtatuta & ordinationes huiuſmodi, ac omnia & ſingula in dictis Capitulis contenta, quæ diligenter inſpici, ac præſentibus de verbo ad verbum annotari fecimus, authoritate Apoſtolica præſentium tenore approbamus & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplemúſque omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſitan interuenerint in eiſdem, & pro potiori cautela ea omnia quæ per eundem* Franciſcum *ſtatuta, & ordinata prohibita, & permiſſa fuerunt de nouo dicta authoritate ſtatuimus, & ordinamus, & prohibemus, & permittimus, ac volumus iuxta eorum ſeriem & continentiam perpetuis futuris temporibus per eiuſdem ſocietatis Eremitas, qui nunc ſunt & perpetuis futuris temporibus erunt pro eorum regularibus inſtitutis, eoſque Eremitas* Ordinis Minimorum *fratrum Eremitarum fratris* Franciſci de Paula *in poſterum nuncupari, inuiolabiliter obſeruari. Tenor verò Ordinationum & ſtatutorum prædictorum, per dictum* Franciſcum *editorum, & per nos vt præfertur confirmatorum & innouatorum, de verbo ad verbum ſequitur & talis eſt.* Caroli VIII.

5. REGVLA

1493. 1493.

5. REGVLA ET VITA FRATRVM ORDINIS MINIMORVM PAVPERVM EREMITARVM fratris Franciſci de Paulâ.

De obſeruantia Præceptorum Dei.

CAPITVLVM PRIMVM.

De mandatis & quatuor votis.

ANTE omnia non vos fugiat, Fratres chariſſimi, diuina præcepta & ſcienda, & ſummâ cum diligentiâ obſeruanda, vt Deum toto corde, & tota mente, tota anima, totiſque viribus amantes, proximúmque ſicut voſmetipſos diligentes, æternæ vitæ fructum poſſitis percipere. Nam ad hoc congregati ſumus, vt Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti obſeruemus, vt ſit nobis vnum cor, vna anima in Domino Deo, viuendo ſub voto paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ. Igitur vitam & Regulam iſtam obſeruantes, nunquam de illa exire intendamus, quia nemo ponens manum ad aratrum, & aſpiciens retrò aptus eſt Regno Dei.

Not. de obſeruatione Euangelij.

Act. 4. 32.

Luc. 9. 62.

CAPITVLVM SECVNDVM.

De obedientia Rom. pont. præſtanda.

FRater *Franciſcus de Paulâ* promittit obedientiam & reuerentiam S.D.N. *Alexandro* Papæ VI. & eius ſucceſſoribus canonicè intrantibus & Eccleſiæ Romanæ, & alij fratres profeſſi, & etiam in probatione exiſtentes tempore ſuæ probationis teneantur fratri *Franciſco*, & eius ſucceſſoribus obedire, petuntque Superiores à D. N. Papa vnum de S.R.E. Cardinalibus qui ſit gubernator, protector, & rector iſtius Religionis, cuius conſilio & mandato ſemper informetur & regatur.

Protector.

CAPITVLVM TERTIVM.

De Officio diuino Clericorum & aliorum.

CLerici diuinum Officium, & Horas Canonicas ſecundùm conſuetudinem Romanæ Curiæ, excepto Pſalterio, horis debitis, & ſtatutis, & cum cantu ſimplici perſoluant. Laici verò, ſeu Conuerſi & Oblati, dicant viginti quatuor *Pater noſter*, & totidem *Aue Maria* pro Matutino, pro Laudibus quinque, pro Veſperis duodecim, pro qualibet reliquarum aliarum horarum, ſeptem, & orent pro Defunctis. Neſcientes autem litteras, litteras diſcere non audeant, niſi Generalis Correctoris conſilio habito, qui eos tantùm ſinat diſcere quorum ingenia apta iudicabit eſſe doctrinæ, nec contraire præſumant, ſed potius omni curâ & diligentiâ vnuſquiſque Generalem Patrem, ſuúmque Rectorem re & verbo reuereatur, & purè promptéque ob D. N. Ieſum Chriſtum eius mandatis obediat, quoniam in Euangelio ſcriptum eſt, Qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit. Fratres autem idonei & à Generali Capitulo, vel Prouinciali examinati & approbati

Not. de Pſalterio.

Luc. 10. 16.

1493. poterunt prædicare & euangelizare verbum Dei cum breuitate ſermonis nununciando populo vitia & virtutes,pœnam & gloriam. 1493.

CAPITVLVM QVARTVM.

De indumentis & eorum materia,forma, &c.

INdumenta noſtra ſint de panno groſſo,ex lana pecorina nigra & ſine tinctura contexto : & de prædicto panno habitum vnum ad minus quilibet frater habeat longum vſque ad talos, vnà cum caputio vſque ad femora, ex vtraque parte longo ante ſcilicet & retro cum cingulo laneo coloris habitus,Caputium prædictum ex vtraque parte ſuper habitum cingente. Et hic ſit habitus noſter, quem niſi commutetur, & alius accipiatur,nulli profeſſo, ſiue dormiendo,ſiue vigilando vnquam dimittere licebit, ſub habitu autem prædicto poterunt fratres tunicam vnam, aut plures ſecundùm loca & tempora, & frigidas regiones, ſecundum diſcretionem Correctoris, qui vnicuique ſecundum ſuam neceſſitatem prouidere habebit, portare : deſuper verò chlamidem habeant, qua tamen ad beneplacitum vti poterunt, cui cuculla parua ad caput tegendum apta retrò ſemper adhæreat. Calceamentis, ſiue ſotularibus integris nulli noſtrûm vti liceat, ſine euidenti neceſſitate, Calopodiisautem ſiue Zocholis ligneis, aut etiam ſotularibus Apoſtolicis, vti poterunt ad beneplacitum. Poterit etiam Superior prout ſecundum Deum ſibi videbitur cum fratribus itinerando diſpenſare.

CAPITVLVM QVINTVM.

De victu & iis quæ ad - imperti- ſecur.

CIbi noſtri durante vita noſtra ſint quadrageſimales, tam in locis & Conuentibus, quàm etiam extra, nec alicui carnes, nec oua, caſeum, aut lacticinia alia, modo aliquo ſeu tempore, demptis infirmis & hoc de conſilio medici, comedere licitum ſit. Contrafacientes ſimiliter & conſentientes non reuelantes per tres menſes carceribus mancipentur, ieiunéntque quarta & ſexta feria in pane & aqua, inſuper ipſo facto deprehenſus perpetuo inhabilis ad omne officium exiſtat, niſi per Capitulum Generale conſiderata eius qualitate rehabilitetur. Fratribus autem infirmis modo prouidebitur infraſcripto, videlicet cùm cœperint ægrotare, Correctores locorum, ad quos tantum ſpectat, vadant ad illos, quos interrogent ſi voluerint corporalem medicinam, qui ſi requiſiti conſenſerint, vel ſi viderint eos ita ægrotare quod pro recuperanda ſanitate opus ſit eis medico corporali, etiam illis non conſentientibus, dictis caſibus Corrector illis medicum ſecundum loci facultatem adducat, & ſecundum eius conſilium (in domo tamen ſeparata & pro infirmis ſpecialiter deputata) faciat illos cum diligentia gubernari. Fratres autem infirmi qui voluerint ſe à carnibus & lacticiniis abſtinere, ad illa non compellantur : niſi ex corporalis medici conſilio & ordinatione, cui Correctores in compellendo dictos infirmos, tam in eſu carnium, ſeu ouorum & lacticiniorum,

quàm

Digitized by Goog

1493. quàm in reliquis eius consiliis & ordinationibus obedire, morem gerere teneantur: aliter de cibis nostris quadragesimalibus cum omni diligentia & charitate illis subueniatur. Caueant autem omnes fratres ne quærendo carnes, oua aut lacticinia pro infirmis se intromittant: sed tantum Corrector loci per Procuratorem, aut Oblatos faciat infirmis prouidere, qui etiamsi sint totaliter loco dediti in ipsa Infirmaria resideant, & de infirmis in illa curam & sollicitudinem gerant. Poterunt etiam alij fratres de licentia Correctoris visitare charitatiuè infirmos. Caueant etiam fratres ne carnes aut lacticinia aliqua pro infirmis ordinata per monasterium transeant, sed ad Infirmariam carnes, oua, & alia infirmis necessaria reportentur. Qui diutino ac naturali langore laborant, supportentur cum charitate in laboribus & vigiliis, non tamen segnitiei quæ illos sæpè molestat omninò credatur, sed sicut Correctori secundùm Deum videbitur, vitam etiam communem infringere non contendant, sed cũ patientia quadragesimalibus cibis contententur, viuo cum tremore recordentur quomodo tanto tempore suorum sudoribus fratrum nutriuntur, nisi aliter corporalis medicus ordinauerit, cuius ordinationes, tam à Correctoribus, quam à languentibus prædictis erunt sequendæ, & eo casu gubernentur in Infirmaria. Ipsi etiam infirmi cum vires pristinas habuerint redeant ad fœliciorem consuetudinem suam, nec cibi teneat voluptas, quos necessitas leuauit infirmos, ne contingat detestanda peruersitas, vbi quantum possunt fiunt diuites laborioſi, fiant pauperes delicati. In Infirmariam autem nemo præter Infirmarios, eo tempore quo in illa quisquam fuerit, neque vllo tempore in alienas cellas absque Patris licentia intrare præsumat, nulláque causâ illas aperire audeat, sed cùm opus fuerit intrare, moderatè prius fores pulsentur, illisque qui intus sunt respondentibus, aut aperientibus, submissis pauciſque verbis necessaria dicantur: Et cùm necesse fuerit introire obtentâ à Patre licentiâ dum simul in cellâ fuerint, fores teneantur apertæ. 1493.

CAPITVLVM SEXTVM.

Luc. 14. 33. DIcit Dominus in Euangelio, qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus: ideò fratres nihil sibi appropriant, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed sint tanquam peregrini & aduenæ in hoc sæculo Domino famulantes. Nam paupertas spiritus est abdicatio sollicitudinum sæculi & priuatio curæ vitæ præsentis transeuntis, iter ad Deum sine impedimento, alienatio iustitiæ temporalis, fidelis obseruatio mandatorum Dei, fundamentum pacis & munditiæ. Pauper enim frater est dominus mundi, & quoniam iactauit in Deum curam suam, possidet per fidem omnes gentes in seruos. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis quæ vos charissimos fratres meos hæredes & reges regni cœlorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimauit: hæc sit portio nostra quæ perducit in terram viuentium. Quare loca nostra quæ inhabitamus nolumus esse curiosa, sed

De rerum ex propriatione.

Ex Cassiano & Climaco.

Digitized by Google

1493. tam Domus quam Eccleſiæ ſint paruæ, & humiles, & tales quod in omnibus reluceat ſancta paupertas. Inſuper nullus inter nos quidquam ſuum dicere audeat, ſed omnia ſint de Eccleſia, & vnicuique à Patre diſtribuatur prout opus eſt, cuiuſlibet ætate & qualitate conſiderata. Itaque cùm quis filijs ſuis aut aliqua neceſſitate ad ſe pertinentibus in ſocietate noſtra conſtitutis quicquam contulerit neceſſarium, ſeu aliquid aliud inter neceſſaria deputandum non occultè accipiatur, ſed poteſtati Superioris, vt in rem Eccleſiæ redactum cui fuerit neceſſarium tribuatur. Nulli itaque noſtrum quidquam liceat habere quod Superior non dederit, aut permiſerit, quibus nec corpora ſua, nec voluntates ſuas in ſua licet habere poteſtate. Conſequens inde eſt vt ſingulis fratribus noſtris pecunias accipere perpetuo interdicatur, nec etiam alicui quouis modo ſuper ſe portare licitum exiſtat: poterunt tamen Superiores pro neceſſitatibus infirmorum, ac fratribus induendis per amicos ſpirituales, aut locorum procuratores de ſcientia Conuentus pecunias vndecunque prouenientes, ſiue quauis causâ recipi facere, & per eoſdem in capsâ quatuor clauaturis clausà reponere, & de ſcientiâ Conuentus reponi facere: quarum vna clauis ſit penes Superiorem, alteram teneat ad hoc ſpecialiter electus & alteram Sacriſta, altera ſit apud domeſticum ſecularem vel Oblatum, & omnes ſint præſentes quando aperitur arca. Correctori igitur cunctæ eleemoſynæ afferantur, & ſicut dictum eſt, expendantur, nullique abſque eius licentia & conſenſu liceat quidquam etiamſi minimum ſit alicui accommodare, aut extra domum largiri. 1493.

CAPITVLVM SEPTIMVM.

De ieiuniis & oratione.

QVoniam teſtante Scriptura multa ex ieiunio naſcuntur bona, ideò quilibet carnem ſuam domare ſollicitus ſit ieiuniis & abſtinentia eſcæ & potus, quantum valetudo permittit. Et primum omnes Vigiliæ quas mandat Eccleſia ſanctáque Quadrageſima, à Dominica Quinquageſimæ incipientes à nobis inuiolabiliter obſeruentur. Inſuper à feſto Omnium Sanctorum excluſiuè vſque ad feſtum Natiuitatis Domini, cæteriſque temporibus quarta & ſexta feria ſolliciti ſimus ieiunare: aliis autem temporibus & ſolemnitatibus deuotis poſſint qui volunt de licentia Correctorum ieiunare: quod ſi eorum conſpecta qualitate Corrector nolit eis permittere, ſufficit eis bona voluntas. Tempore verò peregrinationis aut alicuius manifeſtæ neceſſitatis non teneantur fratres ieiunio corporali. Poterit etiam Corrector ſuper his ieiuniis cum fratribus ſecundùm Deum diſpenſare. Cùm autem aliquis non poterit ieiunare, non tamen, extra ſolitam horam prandij, aliquid alimentorum ſumat, niſi cùm ægrotat aut de licentia Correctoris. Quoniam autem oratio bona eſt cum ieiunio, Fratres maximè hoſtiam laudis immolantes, quantum vires ſuppetunt deuotioni & orationi vacare non obmittant, iungentes verbis ſenſum, ſenſui affectum, affectui exultationem, exultationi maturitatem, maturitati humilitatem,

1493. militatem, humilitati libertatem, ac præter Horas Canonicas, quando eis vacat, Pſalmis, Hymnis, & aliis peculiaribus orationibus inſiſtant, locis, horis, & temporibus conſtitutis, quas quanto crebriores, tanto ſanctiores habere debebunt. Laici verò & qui neſciunt litteras de manè audita Miſſa, exercitiis à Patre iniunctis, vna hora aut duabus inuigilent, ſumptóque prandio, totidem & pluribus ſi oportuerit, reminiſcentes Scripturæ dicentis, Qui non laborat, non manducet. 1493.

CAPITVLVM OCTAVVM.

De Silentio & modo loquendi.

CVm de omni verbo otioſo in nouiſſimo die diſtrictiſſimo Iudici ſimus rationem reddituri, idcircò à verbis quæ ſine fructu ſunt vnuſquiſque ſemper & vbique refrænet linguam ſuam, dictóque Completorio omnes ſileant vſque ad Primam, ſempérque in Eccleſia, Clauſtro, Refectorio, in Dormitorio, atque Coquina ſilentium obſeruetur. Si quid tamen in dicto tempore prætaxatis locis neceſſariò dicendum contigerit, verbis paucis demiſsè dicatur: potiſſimúmque Nouitij ſilentium ſeruent primo ingreſſionis ſuæ anno, cum nemine Seculari aut Religioſo, qui de familiâ noſtrâ non ſit, ſine Patris autoritate & ſocio deputato audiente loquentes. Nullus etiam Profeſſus quidquam ſingulare, abſque Patris conſenſu facere audeat, cùm diabolus ſæpenumerò ſub ſpecie boni ea homini perſuadeat, quibus aut infirmetur, aut amens efficiatur: quod ſi fecerit, à Patre mutetur, eo quòd non ſanctitati, ſed ſtultitiæ, aut ſuperbiæ id aſcribendum eſt: nec præſumat quis quauis occaſione vel cauſâ alterum defendere fratrem, etiamſi quacunque ſanguinitatis propinquitate iungantur, quoniam exinde grauiſſima ſcandalorum occaſio ſolet exoriri. Nullus etiam quouis modo occaſione, vel cauſa cum Superiore ſuo contendere verbis, ſeu pertinaciter ſuper quacunque re etiam iuſta ſe defendere præſumat, ſed breuiter & humiliter ad interrogata reſpondere, eorumque præceptum, correctionem & iuſſionem, dummodò non ſit contra Deum, & animam ſuam & Regulam noſtram, cum manſuetudine, cum charitate perfecta ſuſcipere, ac celeriter & ſine mora perficere ſtudeat. Caueant etiam Fratres ne Nouitiorum occaſione, ſeu alia quauis cauſa matres ſuas, aut ſorores, nec quaſcunque Clauſtrum, Refectorium, Coquinam, Dormitorium, Infirmariam, nec etiam hortum intrare, aut ipſos infirmos viſitare permittant, quacunque eſſent affinitate cuicunque coniunctæ: contrafacientes pœnæ reſeruatorum caſuum ſubiaceant, perpetuóque ab omni officio noſtræ Religionis inhabiles exiſtant.

CAPITVLVM NONVM.

De modo reficiendi & modeſtia, &c.

CVm non in ſolo pane viuat homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei, dum corpora reficiuntur ſpirituali lectione continuè anima paſcatur: quod ſi commodè fieri non poterit, ſaltem

1493. in refectionis principio medioque & fine modicum quid legatur: ne- 1493.
moque primo comedat, quàm ſigno Correctòr annuat, & antequam diſcumbant Fratres omnibus in ordine ſuo è regione poſitis fiat benedictio, in qua lecturus tantùm benedictionem petens, dicat, Iube domne benedicere: refectiſque corporibus, omnibus, vt in benedictione poſitis, Deo debitæ gratiæ agantur. In refectoriis autem noſtris Seculares nullo modo cum fratribus manducent, neque fratres cùm commodè noſtris in locis comedere poſſint in Secularium domibus recumbant, dicente Hieronymo ad Paulinum de inſtitutione Cleri- Hieronym.
De ſuſcipiendis hoſpitibus. corum, Secularium, ac maximè potentium conuiuia deuita: Hoſpites tamen hilari corde & vultu placido ſuſcipiantur, eorumque curam gerat is, & non alter cui Pater mandauerit, non homini, ſed Deo exiſtimans ſe ſeruire, quia dicit Dominus, Qui vos recipit, me recipit, & alibi, Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: qua etiam ſententia conuincimur pauperes fratres inter nos deſpici non debere, ſed in nobis magis inuicem Deum honorare. Illi igitur qui aliquid eſſe videbantur in ſeculo non habeant faſtidio fratres ſuos, qui ad iſtam ſanctam ſocietatem ex paupertate venerunt, magis autem ſtudeant non de parentum diuitum dignitate, ſed de pauperum fratrum ſocietate gloriari, non extollantur ſi communi vitæ, aut Eccleſiæ aliquid de ſuis facultatibus contulerint, ne de ſuis diuitiis magis ſuperbiant, quàm ſi eis in ſeculo fruerentur: rurſus etiam qui nihil habebant in ſeculo non ea quærant in monaſterio quæ nec foris habere potuerunt, ſed tamen eorum infirmitati quod opus eſt tribuatur, etiamſi paupertas eorum quando foris erant nec ipſa neceſſaria poterat inuenire, non tamen ideò putent ſe eſſe felices quia inuenerunt victum & tegumentum quale foris inuenire non potuerunt, nec cervicem erigant quia aſſocientur eis ad quos foris accedere non audebant, ſed ſurſum cor habeant & terrena vana non quærant priſtinam paupertatem antè oculos ſemper habentes, ne ſi de religioſo habitu ſe ſuperbientes erigant, illo indignos eſſe omnino ſe demonſtrent.

CAPITVLVM DECIMVM.

De Confeſſione, communione, reconciliatione. QVoniam peccatum quod per pœnitentiam non diluitur mox ſuo pondere ad aliud trahit, vnuſquiſque ſemel ſingulis hebdomadis ad minus confiteatur, vtque peccatis melius reſiſtat prima die Dominica vniuſcuiuſque menſis, atque in præcipuis ſolemnitatibus ſumat Euchariſtiam. Vt etiam humilitas acquiratur, emendationiſque cauſa præſtetur errantibus, diebus ſingulis delinquentes defectus ſuos publicos, & breuibus, & claris verbis in refectorio inter manducandum dicant, ſe nullo velamine excuſantes, pro quibus correctionem iniunctam ſummopere ſtudeant adimplere. Inſuper, ſingulis hebdomadis, feria ſecunda, quarta & ſexta, in Capitulo culpas ſuas generaliter ſi antea particulariter dictæ fuerunt in medium proferant, veniam mutuo deprecantes, & ſi quis conuitio, vel maledicto, vel alicuius criminis

Digitized by Google

1493. criminis obiectu aliquem læſerit meminerit ſatisfactione curare quod fecit, & ille qui læſus eſt ſine deceptione dimittere: ſi autem inuicem læſerint inuicem relaxare habebunt per aliorum orationes & monitiones. Melior eſt autem qui quamuis ira ſæpè tentetur, tamen impetrare feſtinat, vt ſibi dimittat cui ſe feciſſe cognoſcit iniuriam, quàm qui tardiùs iraſcitur, & ad petendum veniam tardiùs inclinatur. Qui autem nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit ſine cauſa eſt in monaſterio, etiamſi inde non proiiciatur. Proinde vobis à verbis durioribus parcite, quæ ſi emiſſa fuerint de ore veſtro non vos pigeat ex ore veſtro proferre medicamenta vnde facta ſunt vulnera: ſicque vobis inuicem parcatis, vt nec poſtmodum illatæ iniuriæ memores ſitis, memoria enim malitiæ iniuriæ eſt complementum furoris, cuſtodia peccati, odium iuſtitiæ, ſagitta rubiginoſa, venenum animæ, diſſipatio virtutum, vermis mentis, confuſio orationis, laceratio petitionum quæ fiunt Deo, alienatio charitatis, clauus fixus in anima, iniquitas nunquam dormiens, peccatum nunquam deficiens, & mors quotidiana, iſtud namque vitium eſt tenebroſum & triſte ſuper omnia alia vitia. Faciatis igitur ceſſare iram vt occidatis malitiæ memoriam, quia viuente patre generatur filius, ſed qui poſſidet charitatem repellet à ſe ſuam aduerſariam vindictam, qui verbo retinet inimicitiam auget ſibi laborem inutilem. 1493.

Not de memoria iniuria.

CAPITVLVM VNDECIMVM.

De egreſſu e Conuentu & nemine iudicando, &c.

FRatres locum exituri, vt eos Deus à peccatis tueatur quæ per ſenſus corporis animam occidunt, Eccleſiam ſi videbitur reuiſitent ſe Deo commendantes, & à Patre benedictionem humiliter petentes, id idem poſt reditum faciant, vt ſi extra domum deliquerint, per orationem & benedictionem ſibi remittatur, nullique extra clauſuram Conuentus abſque eiuſdem Patris licentia, abſque ſocio & benedictione exire præſumant, & quando vadunt extra Conuentum ſimul ambulent, cùm venerunt quò vadunt, ſimul ſtent, & quos vident homines mollibus veſtimentis, aut coloratis indutos, vti cibis & potibus delicatis non deſpiciant, neque iudicent, ſed magis vnuſquiſque iudicet & deſpiciat ſemetipſum; in via ſiue in domibus non litigent, neque contendant verbis, ſeu alio quouis modo, ſimul aut cum aliis perſonis, ſed cum humilitate inuicem ſe honorent, in charitate, & ſint modeſti, manſueti & humiles, honeſtè & caſtè omnibus loquentes, nec habeant ſuſpecta conſortia, vel conſilia mulierum, nec fiant compatres earum, & ne ingrediantur monaſteria Monacharum, abſque Sedis Apoſtolicæ expreſſa licentia, niſi ad loca communia ad quæ ingrediuntur Sæculares, causâ ſcilicet prædicationis, vel eleëmoſynæ petendæ, nec cùm per mundum incedunt aliquorum litteras portent, niſi eis à Superiore de ipſis litteris portandis ſpecialiter & expreſsè intimatum fuerit, ne hac occaſione inter fratres, vel de fratribus ſcandalum oriatur.

Digitized by Google

1493. 1493.

CAPITVLVM DVODECIMVM.

De pœnis in delinquentes.

AD bonorum autem confirmationem, & gyrouagorum & inſtabilium errorem, volumus & ſtatuimus, quòd quicunque ab aliquo noſtrorum locorum abſque Patris licentia diſceſſerit, alijs in locis per tres menſes in carcere detineatur. Similiter fiat illis qui Prouinciam exeunt: ſimili pœnâ plectantur inobedientes, ſuperbi, rebelles & contumaces iuſſa Patrum & Superiorum ſuorum contemnentes, proprietarij, pecuniam aut quod ſuperior non dederit abſcondentes, ipſam etiam pecuniam tangentes aut ſuper ſe portantes, inſuper ſanctam infringentes caſtitatem, quod Deus auertat, in hoc caſu poterit Superior iniungere ieiunium in pane & aqua bina vice in hebdomada & diſciplinam ſecundum exigentiam delicti. Volumus etiam quod ſi ipſe Generalis fecerit contra vitam noſtram quadrageſimalem & alios inciderit caſus, ipſo facto quod fuerit deprehenſus, à duobus diſcretis eius ſociis ab officio ſuſpendatur vſque ad Capitulum Generale, in quo legitimè puniatur: ſimiliter etiam puniantur Prouinciales & Correctores locorum.

Nec de vitæ quadrageſimalis obſeruantia, &c.

CAPITVLVM DECIMVMTERTIVM.

De Superioribus & modo regiminis.

VNiuerſi Fratres vnum de iſtius congregationis fratribus teneantur ſemper habere in generalem Correctorem triennalem & ſummum totius Religionis. Ad Capitulum autem Generale quod ſingulis trienniis fiet, omnes Prouinciales & Diſcreti Diſcretorum Prouinciarum teneantur conuenire, qui omnia habebunt agere ad manutenendum Religionem: de tribus autem in tribus annis fiat noua electio Generalis Correctoris, viríque duo diſcreti illi dentur in ſocios, cum quibus inviſitatione ſua negotia ardua Religionis maturè tractet. Volumus etiã vt fiat electio Prouincialis de tribus annis in tribus annis in qualibet Prouinciâ. Volumus etiam quod triennio peracto tam Generalis quàm Prouinciales ſint ſubditi & ſine officio. Correctores autem omni anno mutentur. Nullus autem præficiatur in Ordine niſi ſciat ducere vitam communem. Poterit autem Corrector eligi in Prouincialem, & Prouincialis in Generalem Correctorem. Nolumus etiam quod fratres noſtri Laici ſeu Conuerſi vocem habeant in electione, nec etiam in depoſitione Superiorum tam Correctorum quàm Prouincialium & Generalium, nec etiam in tales quoquomodo eligi poterunt, tamen quando Generalis Corrector viſitat aliquem quem cognouerit prudentem, poteſt appellare & de factis monaſterij interrogare. Ipſi autem Laici magnam barbam portantes, aliis ſacra myſteria celebrantibus deuotè ſeruiant, laboribúſque & exercitiis ſibi à Patre iniunctis ſe occupent, & de ſpiritualibus negotiis niſi in quantum Correctori videbitur intromittere ſe non habeant. In Generali autem Capitulo poterunt fieri ſtatuta & Ordinationes à fide Catholica & ſanctorum Canonum inſtitu-

tionibus

Digitized by Google

1493. *Nat.* de ſtatutis condendis & eorum obligatione.

tionibus Reguláque noſtra huiuſmodi non deuiantia, pro huiuſmodi Regulæ & vitæ obſeruantia, authoritate Apoſtolica, ſimul & pluries, ac toties quoties opus fuerit poterunt corrigi, & emendari, & diminui, & alia fieri quæ volumus obſeruari. 1493.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, communitionis, ſuppletionis, ſtatuti, ordinationis, prohibitionis permiſſionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1492. quarto Kalendas Martij, Pontificatus noſtri anno primo. Ex Gallica computatione.

Hæc illa ſunt quæ primùm à ſanctiſſimo homine inſtituta, & deinceps per vices expolita totius Religionis (vt *Leo* X. Pontifex profitetur) perfectionem complexa ſunt, vt progrediente opere manifeſtum faciemus.

6. Quibus dum intendit B. Pater, noſtri in *Hiſpaniâ* non impigrè Ordini propagando allaborant. Et quidem cùm *Malacam* Regiis litteris ſubnixi vt *S. Mariæ de Victoria* Oratorio potirentur, veniſſent, interceſſit *Bartholomæus Coloma*, qui poſſeſſionem regia donatione adeptus ius ſuum tuebatur. Quare *Baylius* noſter iterum Regem adit, *Cæſaraugustâ Barcinonem* digreſſum, cuius opera cùm opportuna Regi accidiſſet, impetrauit quæ volebat. Ad diem enim viceſimum quintum menſis Maij litteras dedit ad Baccalaureum *Ioannem Alphonſum Serranum*, Regium apud Malacitanos Correctorem, ſuo & Reginæ nomine firmatas, *Ferdinando Almarezio* perſcribente, quas ex integro recitat *Montoia*, quibus factam noſtris donationem valere iubet, atque *Bartholomæo Coloma* prouidet, mandátque vt *Ferdinandus Pandurus* in poſſeſſionem omni procul cõtentione mittatur, dum *Baylius* regio quod acceperat imperio defunctus reuertatur. *Baylius* in Galliam Legati nomine ac poteſtate miſſus, vt oppigneratos *Ruſſilionis & Cerdaniæ* comitatus recuperaret, traditur: Magnum ſcilicet momentum in noſtri *Franciſci* apud Regem autoritate & fide poſitum videbatur, & quidem eo autore fuiſſe reſtituros Hiſpani gloriantur, quaſi ex eo certius illis ius quæſitum videri poſſit. Libentiùs tamen aſſentior Hiſtoricis noſtratibus qui *Olivarium Maillardum* eius rei inſtigatorem conſtanter faciunt. Quid per ſe *Baylius* ea in re præſtiterit ipſi viderint, ne quidem de nomine Annalium noſtrorum ſcriptoribus innotuit. Ad *Malacitanum* itaque monaſterium regredimur. *Baylius* è Galliâ reuerſus, perfectâ legatione, rebuſque pro Regis ſui voluntate compoſitis, *Malacam* petit *Cæſaraugustâ*, poſtquam eorũ quæ geſſiſſet rationem Regi reddidit. Datæ illi commendatitiæ litteræ ad omnes Ciuitatis *Malacæ* Ordines, diem xxx. menſis Septembris *Ioanne Parrano* Regi & Reginæ ſubſcribente, quibus iubentur noui Ordinis incunabula omni ope ac fauore ſubleuare, complecti & proſequi. Rex & Regina multa pretioſaque ipſi contulerunt, plura longè & maiora erogaturi ſi noſtri pro ſuo in paupertatem amore non recuſauiſſent. Hodiéque apud *Almoriam* agrum *Camara* dictum & ab optimis Principibus donatum poſſident. Auſterioris vitæ & penè ſtupendæ exempla, populum vt adiutrices operi manus daret, impulerunt, maiores verò cùm plebeios tùm patricios Ordines, vt amplioribus incremẽtis ſua liberalitate opus procederet. Ita factum vt magnificum & ampliſsimum cum tempore monaſterium prodierit, & quidem tale vt nullum in totâ *Hiſpania* maius aut illuſtrius Ordini conſtitutum ſit, ſi *Montoiæ*, qui coram vidit & luſtrauit, credimus. Situm eſt quâ *Granatâ Malacam* iter eſt, id autem eſt à Septentrione in Meridiem, ſexto vt diximus à *Malacâ* lapidis iactu, à Meridie proſpectus illi eſt in proximum mare gratiſsimus & iucundiſsimus, interpoſita vrbs copioſa & elegans non parùm ad venuſtatem facit, Septentrionem versùs mons eſt quem ſenſim ſubit & à quo opportunè tegitur. Eccleſia firmi & ma-

Conuentus Malacæ prog.

Malaga. Coloma.

Bayl. Saragoſſa. Barcelona.

De la Serra. Almarez.

Pandaro.

Bayl.

Roſſillon & Cerdaigne.

Maillard.

De la Parra

Almeria. De la Camara.

Granada. Malaga.

Digitized by Google

1493. gnifici operis magna populi deuotione frequentatur, celebris illic memoria *B. Maria à Victoriâ*, cuius nomini dedicata est, præsenti ad hæc illius ope à ciuibus expertâ, quare & in monumentum multa de tholo trophæa vexilláque cùm ab hostibus reportata, tum pietatis ergò posita visuntur, & hoc est ciuitati militare signum *B. Maria de victoria, & sanctus Franciscus Paulanus*, vtrinque depicti. Effertur solemni supplicatione imago ipsius B. Virginis quã nostri habent, ad pluuiam cum deest promerendam; quòd vix vmquam frustrá fuit, festúmque illi agitur ad VII. Septemb. Priuata pleráque sacella suos habent fundatores è nobilibus & primariis familiis, de quibus iam nunc reticendum non est, vt beneficia tamen eorum serius processerint. Maius igitur altare suis sumptibus constituerunt Nobiliss. DD. *Sanctius de Roxas & Cordoua*, & consors eius, *Margareta de Lemus* Toparchæ *Casæ-palmæ*, &c. progenitores Ducum & Marchionum *Infantagi Pastrana Dunkerquij*, &c. aliorumque, hodie ius patronatus ad Illust & Nob. D. *Franciscum de Cordoüa* Equitem *Alcantara*, maiorem apud *Malacenses* signiferum Dominum *Casæ-palmæ* successionis ordine deuolutum est. Duo vtrinque sacella, eius autem quod ad dextram est fundator fuit N. V. D. *Franciscus Fernandez de Coalla Comaresie* Arcis Præfectus, alterius ad læuam V. Cl. D. *Genesius de Nuncibay Faxardo* Toparcha *Vizmilianæ* quorum hæredes non interrupta nominis & progeniei serie iura susceperũt. Huic autem alteri proximum est aliud egregiè adornatum quod sibi optauit Nobiliss. & Generos. D. *Ioannes Mauricus de Lara Petri* Architalassi F. & in sepulchrum suæ gentis ac familiæ transmisit. Atrium ad sacristiam in suam suorúmque sepulturam delegit Nob. & Vener. D. *Gomezius Suarez de Figueroa* Ecclesiæ Antiquariensis Archidiaconus & *Ioannis Maurici* quem modo dicebamus gentilis ac proximo sanguine iunctus ex *Anna Maurica* matre fœmina pernobili & pientissima, cuius in præsens patrocinium gentilitio iure sustinet Melitensis Eques D. *Ludouicus Laso de la Vega* familiaris antehac *Alberti* Archiducis, & Belgarũ Principis. Atriũ aliud ad refectorium in conditorium gentis suæ accepit Nob. D. *Ferdinandus Duarte de Barrientos*, cuius in hodiernum diem Marchiones eiusdem nominis patronos agunt. Intra claustrum quinque alia minora sacella, quorum hi sunt fundatores & patroni, I. *V. Cl. D. Nuñus de Miracle* Malacensis Canonicus & Doctor Complutensis II. Nob. D. *Petrus Mendez de Sotomaior* III. N. & Gon. D. *Ferdinandus d'Auila* IIII. N. D. *Petrus Venegas de Chinchilla*, V. denique Nob. & Cl. D. *Bartholomæus Ximenez de la Pastora*. Extra Ecclesiam alia sunt oratoria, quæ illi Eremitoria vocant, vnum *Sanctissimæ Cruci*, alterum *B. Virgini, Lauretanæ*, tertium *B. Rocho* sacrum est, quod postremum, eius nominis vnicum, apud *Malacenses*, magna populi & omnium Ordinum frequentiâ colitur. Ad mare oblato paruum domicilium est excipiendæ piscationi. B. Virginis Lauretanæ sacra ædicula, fundatorem habet N. & C. Vir. D. *Antonium de Rueda*. Sed singula persequi, priuati & peculiaris operis est. Nonnihil tamen de vrbe ipsa cursim indicare non erit à proposito alienum. *Malaca* ad *Ibericum* mare sita, in *Hispania Betica* regno *Granatensi*, eiusdem nominis fluuio alluitur, cui vrbs nomen fecerit an ipse vrbi satis incertum est. Æquali spatio inter *Granatam* & *Calpen*, leucarum scilicet nouemdecim, quot etiam ab *Hispali* dissita. Episcopalis in eâ sedes à Gothis olim instituta & Mauris expulsis restituta, *Hispalensem* olim (quod habet *Miræus* in Notitiâ) nunc *Granatensem* Archiepiscopum agnoscit. Ciuium frequentiâ, rerum omnium copiâ, portus commoditate, magno exterorum appulsu celebratissima est, totique Hispaniæ inuictum aduersus Africam propugnaculum omni armorum & commeatus genere instructum præbet. De qua hoc est Ludouici Tribaldi elogium

Malaca delicias Pelagi Bromyque referta.

Eam Braunius lib. I. Theatri Ciuitatum Orbis Tabula II. exhibuit.

1493.

Hispani *Alferez* vocant.

Hispani *Alcayde* dicunt.

De Roxas y Cordoua.

De Lemus.

Fernandez de Coalla.

De Comares.

De Nuncibay Faxardo.

Mauriques de Lara.

Suarez de Figueroa.

Laso de la Vega.

Duarte de Barrientes.

De Miracle.

Mendez de Sotomaior.

D'Auila.

Venegas de Chinchilla.

Ximenez de la Pastora.

De Rueda.

Malaga.

Conuentus Nigeonia.

7. Et in hunc quidem modum procurante R. P. *Bernardo Buylio* res nostræ in *Hispaniâ* processerunt nihilóque segnius in *Galliâ*. Ipse enim B. Patre satagente Nobilis Eques D. *Ioannes Morbierus* sacri cubiculi admissionalium vnus, dominus *Villarii-Morbieri* Turrem quam vocabant *Nigeonensem* incerta nominis origine,

Morbier. Villari-morbier.

Digitized by Google

1493. gine, ad *Sequanam* fluuium, duobus ab vrbe Principe *Lutetiâ* milliaribus po- 1493.
situm, solemni rescripto ad diem 26. Augusti hoc ipso anno 1493. donauit vt
in eius ruinis cœnobium exstrueretur, eamque donationem *Carolus* Rex da-
tis, ad *Monticulos* apud *Cæsarodunum*, proximo Septemb. mense litteris proba-
uit, iure insuper morticinij remisso quod in fiscum referri oporteret. Cùm in-
terim *Anna* Regina, quæ de loci angustiâ inaudierat, pro suæ in Ordinem &
B. virum incredibili & singulari amore, attinentia prædia studeret compara-
re, vt reuerâ septum *Nigeonense* dictum quod fuit Nobilis viri *Ioannis Cerisy* eius-
Ceris. dem Reginæ domo ad antigraphum præpositi, postquam vir clariss. *Theobaldus*
Baillet. *Bailletus* in suprema Parisiorum Curia Præses ad diem XIII. Septemb. men-
suras iniisset, pactis conuentis apud *Ambaciam* ineunte Nouembri comparа-
Quentin. uit. Interuenit & pro sua parte R. D. *Ioannes Quintinus* Parisiensis Ecclesiæ
vt vocant Pœnitentiarius & Doctor Theologus, qui olim B. Patri & eius Or-
dini nouitatis odio vt videri volebat, & fieri solet, cum alia fere semper causa
subsit, aduersatus, cùm pro rebus Academiæ Parisiensis vnâ cum Clar. Vir.
Standon. *Ioanne Standonio* Doctore Theologo *Ambaciam* ad Regem veniisset, atque inde
per præsentem occasionem periculum facturus de B. viro *Cæsarodunum* con-
tendisset cum itineris comite *Standonio*, & maiora quàm fama ferebat præsens
ipse vidisset atque comperisset, pro verbo sancti viri tanta deinceps charitate
Ordinem complexus est vt eius propugnator & vindex de cætero fuerit, nec
ab eius incremento & rebus procurandis vnquam cessauerit. Quà de re nostri
copiosè scripserunt. Is inquam *Ioannes Quintinus* accepto principali rescripto
in confirmationem Donationis *Morbicranæ* præhabita Præpositi Parisiensis
authoritate ad diem IIII. mensis Nouembris, sequenti die à *Ioanne Potino* no-
strorum nomine in possessionem missus est. Nec multò post à Capitulo Pari-
Raolin. siensis Ecclesiæ facultatem ad monasterij constructionem obtinuit à *Raolino*
Actuario subscriptam, vacante nimirùm sede, cum *Gerardus* II. cognomine
Gebaillc. *Gebaillius* seu *Combarius* centesimus Parisiensis, ex Suessionensi septuagesimo
Combar. sexto, Episcopus, ab anno 1490. electus ad 1494. quo mortuus est XVIII. Ka-
lend. Augusti possessionem non adierit. Iactis ex hoc fundamentis, magnæ
molis & mirifici operis Cœnobium cum tempore assurexit, de quo per partes
plura vt opportunum fuerit, reponemus. Traditio est, primarium lapidem ab
Anna Regina Britanniæ hærede in fundamenta missum, atque B. Patrem ali-
quando ad illud veniisse, quod tertio ab hinc anno viderimus, magnæ quidem
illi curæ fuisse vt incrementum caperet, quòd primarium in Conuentibus Or-
dinis fore ibique Religionem maximè florere debere præuideret, indicant lit-
teræ ad *Quintinum Cæsarodunо* datæ die 19. Octobr. an. 1500. quæ ad hunc
quem diximus modum loquuntur. At verò situs Cœnobio secundum *Sequa-
nam* vt diximus extra *Portam* nomine *Nouam* ad quam Regia est, quam *Luparam*
dicunt. Ab Oriente vrbem habet, ab occidente saltum regium, cui à *Bononia* no-
men, ab Austro ipsum flumen & latè patentem agrum respicit. A Septentrio-
ne monti adhæret, qui gradatim explanatus & firmum ædificij situm & miræ
amœnitatis ambulacra per hortum subministrat.

8. Tum verò temporis apud Regem gratiosus erat *Franciscus* dictus *Guido* XV. Conuentus Castellarij.
De Laual. *Lauallius*, eius loci Comes *Montisfortis* atque *Caseriæ*, Vicecomes *Rhedonensis*
Dominus *Vitrei*, *Gauræ*, *Monstrolij*, *Bellay*, *Acquigny*, *Salnesij* & *Guiercheæ*, magnus
Franciæ Oeconomus, qui ab anno 1461. *Catharinam Alençoniam Ioannis* II. Du-
D'Alençon. *D'Armagnac.* cis *Alençonij* & *Mariæ Armeniacæ* filiam natu maiorem & vnicam (vt de se ipsa
profitetur) filiam, sororem, & amitam Ducum *Alençoniorum* in vxorem duxerat,
qui perspecto Regis in beatum virum animo maiorem se apud Regem gratiam
promeriturum cogitauit si eius liberalitatem imitatus nonnihil de suo in Or-
dinem conferret, quo etiam facto magnam & feruentem (vt habent eius lit-
teræ) deuotionem quam ad beatum virum & eius Ordinem habebat voluit
Sammar. *Chastelliers.* *Persaigne.* profiteri. Erat igitur in eius ditione ac dominatu *Salnesij* Oratorium *B. Mariæ
Virgini* sub titulo de *Castellarijs* in sylua *Persaniæ*, cuius nominis proxima est Ab-
batia Ordinis Cisterciensis à *Guillelmo Pontinio* ab an. 1145. fundata & illustris

1493. cùm sepulturâ *Petri & Ioannis* Alençoniorum, tùm scriptis *Adami* Abbatis. Et quidem sylua *Persaniæ* in finibus est Diœcesis Cœnomanensis, qua pertingit ad *Sagiensem*, intra fluuium *Sartam*, cui impositum *Alençonium*, & *Huinnem* alterum fluuium, qui ad *Feritatem Bernardi* ponte iungitur, vterque autem in *Meduanam* influit. Oratorium ergo illud angustum quidem & perexiguum B. viro ab aliquot annis *Lauallius* donauerat, sed cùm illuc veniſſet (vt constans est apud incolas traditio) vt amplior locus attribueretur exorauit, quod in præsens *Lauallius* effecit solemni rescripto apud *Lauallem* dato sub die XXIV. Aprilis, præsentibus Domino *Niuellio*, Abbate *Claromontano*, & aliis, eóque sexdecim iugera dicto Oratorio attinentia ad Conuentus constructionem assignat, iusque percipiendi ex ipsa sylua ligni quantùm ad necessaria domus & vsum ignis satis esset concedit. Eum porrò locum nostros aliquando incoluisse docent rudera disiectæ domus per ciuilia bella, in quam se restitui & ad omnia quæ illorum erant iura vindicari ab Illustrissimo *Francisco Borbonio* Principe *Conto*, ad quem *Salnesij* ditio Baronatus titulo amplificata deuenerat probante Rege ab anno 1605. impetrauerunt, litteris apud *Lutetiam Parisiorum* datis die XVIII. mensis Decembris, quod ne fieret nonnullæ quæ incurrerunt lites à maleuolis suscitatæ hactenus impediuerunt, sed nunc demùm discussis contentionum procellis in proximo est vt Senatus decreto ablata pro æquitate recuperentur. Interim verò semper illic egit Eremita, qui eius loci gratiam à Prouincialibus Turoniæ accipit, satagitque vt cum alij aliis de triennio in triennium succedunt nouis litteris gratia prorogetur. Cæterum *Guido* noster haud diu superfuit anno 1500. die mensis Maij XV. viam vniuersæ carnis ingressus, quem aliquot inde annis *Catharina* consors subsecuta est, nimirùm Iulij mensis die XVII. an. 1505. *Cenomanensi* porrò Ecclesiæ tunc præerat Illustrissimus D. *Philippus à Luxemburgo*, qui post annos quatuor ab *Alexandro* VI. creatus est Cardinalis SS. *Marcellini & Petri*.

1494. *Mans. Setz. Sante. Hoine. Perté Bernard. Majenne.*

Du Mans. De Luxembourg.

Votum pro prole.

9. Incidit etiam in hunc annum memoranda II. viri prædictio, cùm scilicet ad eum accessit prolis obtinendæ gratiâ, ad quam preces eius visæ iam olim efficaces fuerant, Illustrissima Princeps *Ludouica à Sabaudia*, *Caroli Aurelianensis*, Comitis Engolismensis consors, fore enim illi prænunciauit vt antè annum fulgentissimum puerum ederet Regem cum tempore futurum, eumque omnium qui præcessissent fœlicissimum, nisi fœdere cum Christiani nominis hoste contracto neruos incideret prosperitatis suæ. Princeps fœmina si ita fieret promisit *Francisci* nomen in beneficij memoriam puero impositum iri, se tantum familiæ tuendæ desiderio teneri, si quid præterea Deus elargiretur se non ingratam fore cùm erga Deum, tum erga suum prophetam. Verbo sancti viri euentus præsto fuit, nam anno sequenti die XII. mensis Septembris, *Cogniaci* in Engolismensi agro enixa est puerum supra communem sortem robustum, procerum, formosum. Nomen ei ex voto fuit *Franciscus*, quod in regium solium primus intulit, reliquam deinceps fortunam qualem B. Pater prædixerat expertus, vterque in hominem Dei non vulgarem postea beneuolentiam & beneficentiam explicuit, quod vt occurrerit indicabimus.

Engolisme.

Cogniac.

An. M. CCCC. XCIIII.

1494. Priuileg. Reg.

1. AVgebatur in dies Regis *Caroli* & Reginæ consortis in Ordinem beneficentia, igitur hoc anno ad diem 26. Martij, Rege *Molini Boiorum* agente, patentibus litteris probatæ Pontificiæ largitiones, & collata vniuerso *Minimorum* cœtui vectigalium cuiuscunque generis immunitas amplissima, omniumque munerum cùm patrimonialium, tum personalium vacatio, receptis omnibus & singulis eius Ordinis professoribus in Regum fidem atque clientelam ipso Rege Protectorem se atque præcipuum Fundatorem Ordinis profitente, quod vt videri voluit, ita re & opere præstitit. Huius priuilegij *Renatus Choppinus* l. 3. de sacra politia Titu. 6. postquàm *Sixti* IV. diploma in nostrorum fauorem iam olim editum recitauit, in hæc verba meminit: *Bulla-*

145

Digitized by Google

1494. *tas hasce tabulas probauit Gallia Rex Carolus VIII. pio Rescripto, Minimorum simul collegia in suam recepit tutelam augustamque protectionem: quibus & permisit fundorum comparationem, extructionem Cœnobiorum, adiecto plenissimæ immunitatis iure, muneramque vacatione, seu personalium, siu patrimonialium.* 1495.

2. At verò *Franciscus* noster quo plus Ordinem suum Deo beneuolente progredi audiebat, eò magis vt dilataretur & in varias Orbis plagas sese diffunderet annitebatur. Memor igitur quàm propensum in se, suosque animum Princeps *Auria* in transitu demonstrasset (vt nostri tradunt) duos è suis, natione quidem Gallos, sed quorum nomina ignorantur, *Genuam* ablegauit, per occasionem cuiusdam *Nicolai* ferculatij (nisi fallor) anteambulonis in nobili familia *Centurionum*. Eius familiæ princeps & *Nicolai* herus *Barnabas* nostros hospitio liberaliter excipit, sed cum mouente in Italiam *Carolo* Rege suspectus reip. hominum Gallorum aduentus fuisset, in custodiam frustra renitente *Barnaba* pertracti sunt, cognitâ posthæc simplicium hominum, ac minimè malorum innocentiâ *Barnabæ* restituti sunt, ac deinceps in patrocinio Principis *Auriæ* permanserunt, tanta eius liberalitate, atque beneuolentia vsi, vt nostri apud Genuates per annos amplius triginta, nonnisi nomine *Fratrum Principis Auriæ* noscerentur: demùm in proximo Vrbi monte, nec amplius ducentis quinquaginta passibus dissito (nostri *Montem-sanum* vocant) domicilium sibi constituerunt, quod denique comparatis à nobili *Lomellinorum* familiâ prædiis in tantam amplitudinem excreuit, vt nullibi nostris in Italiâ Cœnobiis, siue operum magnificentiâ, siue loci pulchritudine, siue rerum copiâ cedat. Nunc vt accepi producto pomœrio mons ille ad reliquam vrbem accessit. Ecclesia titulo *Iesu Mariæ* pro veteri nostrorum more & instituto donata est, cui cùm nihil desit ad absolutam perfectionem sacris præterea pignoribus multis & pretiosis gaudet, atque conspicua passim habet insignia liberalitatis & beneficentiæ ciuium Genuensium, imprimis verò *Antonij Beccariæ*, & *Ioannis Augustini Balbi*, qui duo sacella exquisiti operis construxerunt. Verùm hæc ad speciale Chronicon pertinent. Principis *Auriæ* benignitatem imitatus *Paulus Fregosius* Ciuis, Dux, & Archiepiscopus Genuensis, Cardinalis tit. primùm S. Anastasiæ, tum S. Sixti paterna charitate nascentem apud suos Ordinem fouit, complexus est, extulit, quoad in viuis esse desijt an. 1498. sepultus Romæ ad SS. Apostolos: nec minora præstitit qui proximè successit *Ioannes Maria Sforzia*, & deinceps *Innocentius Cibo* SS. Cosmæ & Damiani Diaconus Cardinalis à *Leone* X. auunculo creatus, sub quo maiora incrementa res nostræ cœperunt. Longè fallitur Isnardus qui ex Capitulo Barcinon. II. huic Cœnobio Fundatores accersit, in quo se multiplici errori implicauit. De illis nos suo & loco & tempore dicemus. Hoc tamen debui monuisse. Porrò *Genua* quæ & *Ianua*, vrbs est potens, nobilis, opulenta, & vulgò superba ob ædificiorum magnificentiam & splendorem dicta, Liguriæ caput, Emporium orbe toto celeberrimum, Respublica libera, olim sub Mediolanensi Archiepiscopatu, sed ab *Innocentio* II. soluta & in Metropolim erecta, littori maris Mediterranei imposita, fronte meridiem & *Cirnum* insulam spectans, amplissimè circa littus consurgens & portum præbens maximè tutum & capax, vnde illud est in Epitaphio *Ioannis Vicecomitis*, Archiepiscopi Mediolanensis CIII.

Eiusdem familiæ Alexander Cæsarius, Genuensis, Archiep. 1592. ac Vicelegat. Ferrariæ 1598.

Ianua ab antiquo quondam que condita Iano
Dicitur, & vasti narratur Ianua mundi.

gradu longit. XXX. 10. latit. XLIII. 20. Eius iconem habet Braunius lib. 1. Theatr. tabul. 44.

Conuentus Genuæ.

An. M. CCCC. XCV.

1. HIc annus maximo & præstantissimo *Caroli* Regis beneficio insignis est. Romam enim exeunte altero anno ingressus, cùm interim à Pontifice Constantinopolitanus Imperator fuisset renunciatus, non prius discessit quàm in vrbe Principe de loco nostris prouidisset. Ita pientissimus & magnificen- 1495. Conuentus Romæ.

1495. tissimus Princeps nullis bellorum motibus nulla locorum intercapedine potuit impediri, quin data occasione suum in *Franciscum*, & institutum ab eo Ordinem affectum depromeret. Locus autem is ipse fuit, quem B. Pater Romam veniens prophetico spiritu designauerat, & quem nostri hodie incolunt, in regione Vrbis nouâ & monte *Pincio*, seu *Colle hortulorum* inter portam *Flumentanam*, quæ & *Flaminia* à via in cuius capite est, & *Pia*, & *Populi* dicta est, & *Collatinam*, quæ posteâ *Pinciana* cœpit appellari à Palatio *Pincij* Senatoris, ad Occidentem ipsius Vrbis, ex opposito montis *Quirinalis* & *Tarpeij*. Prospectus illinc in vniuersam Vrbem iucundissimus, aër nulla vrbis parte salubrior, ager fertilis, vernans & amœnus, omnia quaquauersùm ad voluptatem & hilaritatem composita. Multorum ibi iugerum prædia fisco redimente in ius Regis vindicata, continuò nostris attributa sunt, & donatio solemni rescripto mandata, postmodùm à Beato Patre firmata est, cum expressâ conditione, vt ne cuiquam eius monasterij inhabitandi facultas sit, qui natus in ipso Galliæ gremio sub Regis ditione non fuerit. Tumultuarium pro tempore domicilium extructum est, iacta dein fundamenta ingentis illius operis atque magnifici, quod hodie conspicitur toti Vrbi eminere. Forma vni illi ædificio gallica, laquearia singularum contignationum secto lapide fornicata & concamerata eiusdem operis parietibus innixa. Præ cæteris augustum & mirabile templum, quadratis lapidibus *Narbonâ Romam* aduectis exædificatum, patentibus in omnem partem gallicâ magnificentiâ fenestris, quibus inductæ speculares è vitro picturæ è Gallia summissæ, turres à fronte ipsius templi duæ, veteri gallico more, operis iucundi & elegantis, facies quoque ipsa columnis, epistyliis, & ornatu reliquo conspicua, introrsùs oracula sunt, seu sacella nobilibus familiis addicta, & insignibus monumentis, aliisque ornamentis quampluribus illustria: summus chorus pulchrè compositus reliquæ fabricæ nobilitatem operis elegantiâ exuperat. Supra multorum priuatorum beneficentiam insignis est liberalitas Illustrissimi D. *Guillelmi Briçonnets* Cardinalis, *Maclouiensis* dicti, apud *Carolum* Regem & *Ludouicum* XII. in regno successorem gratiosi, tum Illustrissimi D. *Georgij Armeniaci* Cardinalis, & Aucnionensis Collegati, quem habemus copiosius laudandum aliisque de nominibus, qui publica quæ diximus opera curauerunt & promouerunt. Sed & inter eos qui sibi priuata sacella optauerũt, eminent, *Burghesij*, è quorum gente *Paulus* V. Pont. Opt. Max. quorum mentio in progressu non intercidet, *Columnæ* Romani primæ in Vrbe nobilitatis, *Pij* Principes Carporum, qui Rodulphum contribulem suum S. R. E. Card. à nobis amplius commendandum in suo sacrario depositum habent, *Bubali* Romani præcipuæ nobilitatis, & gloriæ, è quorum prosapia Eminentiss. S. R. E. Card. *Fabricius Verospius*, hodiè inter purpuratos illos Patres magnis virtutibus inclarescit, à quo spes etiam est decessorum maiorumque liberalitatem insigni cumulandam incremento, id enim ipse non semel significauit, *Crassi* Bononienses, è quibus, Card. *Carolus*, nobis non illaudatus abibit, *Altouiti* Florentini, quorum principi Ioanni Baptistæ hoc epitaphium positum est

Briçonnet. De S. Malo.

D'Armagnac.

Burghes. Colona. Pio. Bufalo.

Verospi.

Crassi. Altouiti.

D. O. M.

IOANNES BAPTISTA ALTOVITVS VINDI F. SACELLVM HOC ORNAVIT, PATERNI MATERNIQVE CORPORIS RELIQVIAS HIC CONDIDIT SE, VXOREMQVE, AC SVOS EODEM TVMVLO COMPONI VOLVIT. H. M. H. S.

1. hoc monumentum hæres sequitur.

Simoneta Mediolanenses, quibus in Iacobi Card. memoriam, & obseruantiæ in illum pignus hîc honos seruatus est. Neque verò in præsens videtur reticenda *Remegasij* mentio, quam nostri & exteri celebrant, vt qui post ingentem bellicæ virtutis gloriam cuius etiamnùm recordatione tremit & pauet infida Turcarum natio, apud nostros ad sempiternam quietem compositus est, hac tantùm relicta sui nominis memoria

Simoneta.

D. O. M.

Digitized by Google

D. O. M.

Romegas. MATHVRINO ROMEGASIO VASCONI MILITI ORDINIS HIEROSOL. CVIVS OB VIRTVTEM SÆPE SPECTATAM NOMEN IPSVM TERREBAT HOSTES, POST PLVRIMA MAXIMAQVE MVNERA SVMMA CVM LAVDE OBITA, MVLTAS NAVES HOSTIVM CAPTAS, MVLTAS DEPRESSAS, MVLTAS NOBILES VICTORIAS FORTITVDINE ET CONSILIO PARTAS, ROMÆ OBIIT PRIDIE NON. NOVEMB. M. D. LXXXI. 1581.

Clauſtrum exquiſitis picturis, quæ geſta per B.P.N. repræſentant, adornatum eſt. Eæ non ſemel in æs inſciſæ paſſim circumferuntur. Totum denique opus hoc noſtri elogio quo ſuam in omnes gratitudinem profiteri voluerunt conſecrauêre.

S. TRINITATI, REGVM GALLIÆ MVNIFICENTIA, ET PIORVM ELEEMOSYNIS ADIVTA SODALITAS MINIMORVM EXTRVXIT, AC D. D. ANNO DOMINI M. D. LXX. 1570.

tunc demum ſcilicet vltimam manum acceperat. Sed cùm penè innumera ſint, quæ de ſingulis dici poſſunt ſingularis Chronici gratiam promerentur, nobis verbo & in genere ſatis eſt hæc indicaſſe, alia nonnulla vt tempus dederit ſubtexemus. *Monteia* memorabili fundationi diem facit Februarij menſis ſeptimum, ſed quæ illius ineundi ratio fuerit non exponit, & hactenus nobis incomperta manſit. Eccleſia autem quod penè exciderat *ſanctiſſimæ Trinitati* dicata conuenientem Principi Vrbi titulum præfert, à quo toti monti *Pincio* apud Italos nomen factum, qui hodie non aliter audit, quàm *S. Trinità di Monti.* De *Roma* porrò dicere, quid aliud eſſet, quàm ſoli faculam accendere? Non pigebit tamen Principis Vrbis laudem Scaligeri carmine celebraſſe, cum plures quas habemus ſubinde memorandas vnâ eademque operâ cum optimo Poëtâ videri poſſimus conſecraſſe. Age igitur & nos Romam conuenienti octoſticho ſaluremus & interpellemus.

La Trinità di monti.

Vos ſeptem gemini cæleſtia pignora montes,
Voſque triumphali mœnia ſtructa manu.
Teſtor, adeſte, audite ſacri commercia cantus:
Et latios animos in mea vota date.
Vobis, dicturus meritis illuſtribus Vrbes,
Has ego primitias primáque ſacra fero.
Quin te vnam laudans omnes comprenderit, orbem
Non vrbem qui te nouerit ille canet.

Prælium ad Forum nouum.

2. *Carolus* Rex cùm rebus in Italia feliciter geſtis *Galliam* repeteret, Italorum factione, qui vires ſuas iniquo conſilio in vnum contraxerant, ad *Forum nouum* interceptus ac penè oppreſſus eſt. Sed Dei beneficio qui de ſingulis victor ingreſſus fuerat de vniuerſis triumphans regreſſus eſt, eius autem gratiæ à Deo promerendæ præcipuus autor *Franciſcus* noſter, qui apud *Turones* licet poſitus, diuina tamen reuelatione periculum in quo Rex conſtitutus eſſet, intellexit, ſuiſque denunciauit, quos & orationi ſecum inſtare voluit & iuſſit, nec prius digredi paſſus eſt, quàm fractis fugatiſque hoſtibus Regem victorem euaſiſſe perſenſit, & gratiarum actione ſuas ſuorumque preces concluſit. Et verò tam præclari atque diximus beneficij memoria ne tantum, tamque pium Regem noxa vlla contingeret apud Deum poterat efficere.

D'Armagnac. Nemours. Dela Haye. Chaſtellerault. Poitou. Vienne.

Conuentus Caſtri Etaldi.

3. In *Gallia*, nihilominus benè res noſtræ procedunt. *Ioannes* enim *Armeniacus* Dux *Nemoroſi*, *Iacobi* F. *Bernardi* N. & *Yolanda de Haga*, *Ludouici* F. eius conſors, Principes Optimi de noſtris *Caſtrum-Heraldi*, ſeu vt alij ſcribunt, *Airardi* Vrbem Ducatus titulo nobilem in *Pictonum* finibus ad *Vigennam* fluuium, vbi

1495. lapideo ponte publici & magnifici operis iungitur transferendis consilium capiunt. Cuius quidem causam esse profitentur magnum feruentémq; amorem, dilectionem,& affectum, quo tenebantur iam olim & in præsens afficiuntur ad bonam,strictam,& honestissimam religiosam vitam,quam continuò tenent & ducunt *F. Franciscus de Paula*,eiusque Religiosi dicti fratres *Minimi Minimorum*, &c. vt verbotenus habent fundationis acta,quorum nobis gratiam fecit R.P. *Paschasius Huanus*, qui & in aliis plurimùm nobis gratificatus est.Cùm igitur illi multa prædia comparauissent à priuatis, ea solemni rescripto nostris contulerunt,paciscente procuratorio nomine à B.Patre accepto, & publica Ordinis fide interposita R.P. *Bernardino de Hydrunto*, ipsisque Principibus omne dictorum prædiorum onus, mancipium, nexumque in se suosque hæredes recipientibus, & de iudicij euentu præstando fidem suam obligantibus. Monasterium autem quod iam cœperat (vt eadem Acta meminerunt, atque vt aliunde audio ab anno superiore menséque Februario) & adiunctam Ecclesiam *Sanctæ Mariæ Iesu*, seu à *Iesu* nomine donandam sua pactione constituunt. Opus certè fundatorum magnificentia & liberalitate dignum fuit, vt post ruinas ab hæreticis editas etiamnùm ex ruderibus apparet, tum verò præsertim Ecclesiæ, quod firmum fuit,splendidum & excelsum, quale ab hæreticorum strage vindicatum ex parte ad hunc diem conspicitur. Acta Fundationis hoc anno ad diem x. mensis Iunij in Curia quam vocant Sigilli ad Contractus, Pictauiensis iurisdictionis apud *Castrum-Heraldi* instituta publicè confecta & perscripta sunt,subscribentibus *Angelo & Fazeliero* Notariis. Et ita quidem se habent prædicti Conuentus origines secus quàm à nostris hactenus traditum est, vt ad ann. 1500. subindicabimus. An. 1513. R.D. *Carolus du Haultbois*, seu de Alto-bosco, vt legitur apud Robertum Tornacensis Episcopus, & S. Amandi in Papulo Abbas, ad diem Iunij mensis xv. apud nostros (non apud Franciscanos quod habet Robertus) sepultus est. Oriundus scilicet erat *Castro-Eraldi*, erga nostros multis de causis benouolus fuit atque beneficus, in Actis ad me transmissis dicitur Consiliarius Regis, & Præses Generalium in facto Iustitiæ Parisijs, quod est apud Robertum, Præses Curiæ vectigalium. Ecclesiam denique R. D. *Dionysius* .... Malacensis Episcopus (in quorum indiculo nulla eius mentio est) sacris ritibus initiauit & consecrauit, Dominica v. Octobr. an. 1522. sub titulo quem prædiximus *sanctæ Mariæ & Iesu*, cùm prius nostri eius consecrandæ facultatem à Pictauiensis Episcopatus Administratore accepissent.

1495.

D'Oultreau.

Du Haultbois.

Die xxvi. Octob.

Conuentus Illiturgis.

4. In Hispaniâ, nostrorum apud *Malacam* sodalitio constituto, rebusque firmatis, regressus est *Illiturgim* ad D. Petrum de *Lucentia Olbia*, R. P. *Germanus Lionetus*, cum aliis sex,vt pro eius voto initium Ordini apud *Illiturgitanos*, seu *Anduxarenses* faceret. Ad eam rem omnia iam instructa erant, primo igitur tempore in Oratorium, seu (vt vocant Hispani) Eremitorium *S. Helenæ* nuncupatum inducuntur, quod cessit illis donatione inter viuos ipsius D. *Petri Olbiani, & Mariæ Alfonsæ* coniugis. Occupatæ possessionis diem Martij mensis xxvi. notat *Monteia*. Ex tenuibus primordiis magna cum tempore domus excitata est, quæ nec ædificiorum dignitate, nec fratrum frequentiâ multis est inferior in Prouincia Granatensi. Est autem *Illiturgis*, quæ nunc *Andujar* vulgò dicitur, ciuitas ad *Batim* fluuium in *Vandalia*, inter *Cordubam* ad Occidentem, & *Vbedam* ad Orientem duodecim leucis distans. *Gonsaluus Argotenus à Molina*, lib.1.de Nobilitate Vandalitiæ, seu Andaluziæ, *Illiturgim* ciuitatis iure donatam ab *Henrico* IV. affirmat: R.P. *Ioannes Marieta*, talem perhibet ab initio, ac sede Episcopali à primis temporibus Christianis insignem fuisse tradit, primumque in ea sedisse sanctum *Euphrasium* Martyrem vnum è septem discipulis *S. Iacobi*, sed de hac Episcopali sede altum apud alios silentium; certè Notitia Episcopatuum nusquam illius meminit, quod magis mihi probatur. De illa vnico versu cecinit Tribaldus

Lucena Obi.
Lionet.
Andaiar.
Alfonso.
Andujar.
Andaluzia.
Guadalquiuir.
Cordoua.
Vbeda.
Noticia de l'Andaluzia.
Marieta.

Messibus Illurgis flauet, sed splendet olinâ.

Conuentus Illic Monialium.

5. Enimuerò longius progressa Nobilissimi Equitis *Petri Olbiani* liberalitas in causâ

Digitized by Google

1495. causâ fuit introductorum primùm in Ordine monialium. Id vt factum sit, Hispani, apud quos gesta res est, non explicant: non dubito autem quin B. Patris consensus interuenerit, eámque causam fuisse suspicor cur in hunc vsque annum *Iliturgitana* fundatio prorogata sit. Eadem autem illis fuit quæ fratribus Regula, mutatis quæ necessariò tantum illis conuenire non poterant, quoad quarta demùm Regula prodiit ad ann. 1506. quæ tripliciter diuisa non specialem modo Fratribus & Tertiariis, sed Sororibus quoque viuendi modum indicit & præscribit, vt procedente opere manifestum fiet. Vt vt sit, certum illud est ex fide Hispanorum scriptorum, ad diem xi. Iunij, quo B. *Barnabæ* Apostoli memoria celebris & festiua est, prædictum Nobilem virum domo sua cessisse nostri Ordinis sanctimonialibus, quæ, præeuntibus *Maria* & *Francisca* eiusdem Domini Fundatoris ex *Helena* filia neptibus, sacram vestem à R. P. *Germano Lionete* susceperunt, & directioni R. P. *Ioannis à Bosco* commissæ sunt, qui in eo munere non parùm pietatem suam, atque industriam probauit primus deinceps Hispaniarum Prouincialis electus. Nobilium itaque puellarum deuotioni debemus institutarum in Ordine Monialium primordia, quæ supra naturam, sexum, ætatem, genus vitæ illud quod absterrendis robustis quibusque hominibus satis esse videbatur, sub externorum hominum disciplina complexæ & professæ sunt, ac aliis deinceps exemplum dederunt, nullum esse tam arduum vitæ genus, aut seuerum, cui ferendo non sit par quæuis ætas, quæuis infirmitas, quam Dei gratia præuenerit. Illarum Ecclesia *sanctæ Helenæ* etiam dicata est, atque in ea conditorium est nobilissimæ in Vandalitia familiæ *Valençuelarum*, in quam *Petri* nostri posteritas inserta, & demùm confusa est. Petro denique Latinè nomen feci ex cognominibus apud Hispalenses & Nauarros terris, seu regionibus quod omnium potuit videri verisimillimum. *Lucentum* tamen sicut & *Lucentiam* pro vulgari *Lucena* lego. 1495.

De Valençuela.

6. Dum hæc aliáque in diuersis Vniuersi partibus geruntur, totius Ordinis cura B. Patrem sollicitum tenebat: illo igitur instante *Alexander* Pontifex Decessorum priuilegia, & gratias confirmat & approbat literis quæ sequuntur, & quas ex integro damus, quia nondum editæ à Collectoribus Priuilegiorum nostrorum possent desiderari. Confirmatio Priuileg. Apostolic.

Dilectis filiis Correctori Generali, & Prouincialibus vniuersi Ordinis fratrum Minimorum professoribus.

ALEXANDER PAPA VI.

Dilecti filij, Salutem & Apostolicam benedictionem.

VEstris deuotis supplicationibus inclinati omnia & singula Priuilegia; Indulgentias & immunitates, exemptiones, gratias & indulta quæcunque, vobis ac vestro Ordini ac domibus, etiam antè vestri Ordinis factam erectionem, dum Eremiticam vitam ducebatis, per felicis recordationis Sixtum IV. *&* Innocentium VIII. *& alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, & nos quomodocunque concessa, quæ omnia volumus hîc pro expressis & specificatis haberi, autoritate Apostolica approbamus, & robur perpetuæ firmitatis, aliàs iuxta concessionũ earumdem continentiam & tenorẽ, obtinere debere decernimus. Et quia dicti prædecessores nostri singula priuilegia; exemptiones, immunitates, Indulgentias & Indulta quæcunque Prædicatorum, Minorũ, Eremitarum S. Augustini, ac Carmelitarum, nec non aliis Mendicantium Ordinibus, & illorum professoribus ac domibus, & eorum Ecclesias visitantibus, & cuilibet eorum Ordinum quomodocumque con-*

1495. *ceſſa, & ad veſtrum Ordinem extenderunt. Nos pariter eorum extenſionem confirmamus, & ſi quæ alia indulta priuilegia & gratiæ poſt dictam illorum ad vos extenſionem à dictis prædeceſſoribus, vel nobis eiſdem Ordinibus Mendicantium, vel alicui eorum conceſſa ſint, eadem ad vos & veſtrum Ordinem ac illius domos extendimus & ampliamus, ac vobis autoritate Apoſtolica tenore præſentium ſuffragari volumus in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi à prædictis prædeceſſoribus, & nobis etiam pro vobis & veſtro Ordine, & illius profeſſoribus, & domibus, & earum Eccleſijs pari modo emanaſſent. Nonobſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis quæ in litteris conceſſionum huiuſmodi prædeceſſores præfati voluerunt, noſque etiam volumus non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus etiam quod præſentium tranſumpto, vel tranſumptis corã aliquo Ordinario loci ſub ſuo ſigillo, & per manũ alicuius Notarij publici ſubſcriptis tanta ac plena & indubitata adhibeatur fides quanta præſentibus adhiberetur & adhiberi debet ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die prima Octobris 1495. Pontificatus noſtri anno quarto.* 1496.

An. M. CCCC. XCVI.

1496.

Conuentus Bracãcuria.

1. BAldricurius ille, quem antea laudabamus, vt qui B. Patrem ex *Italia in Gallias* perduxerit, voti adhuc tenebatur de monaſterio in ditionum ſuarum terris conſtituendo, cùm vltra differri non eſt paſſus, quod ad hæc magno deſiderio expetiuerat. Ipſe igitur & *Anna à Bello-ioco* coniux in *Blaſienſe* caſtrum gentilitium diœceſis *Lingonenſis* ipſum B. Patrem, vt traditio eſt, pertraxerunt, cui optione facta de loco qua illic veller parte eligendo, eum quem noſtri etiamnùm incolunt *Brancacuria* dictum delegit, ex quo cœperunt fundamenta poni eius Conuentus, qui ab hæreticis poſteâ deiectus hodie à ruinis illis excitatus conſpicitur. Eccleſia ſub inuocatione *Sanctiſſimæ Trinitatis, B. Mariæ Virginis, Sancti Ioannis Baptiſtæ, ſanctarũ Annæ & Mariæ Magdalenæ*, vt habet archetypus titulus conſecrata eſt. Conuentus tamen titulũ factum *Ieſu Mariæ*, eodem inſtrumento didicimus, fuit autem conſecrata die XVI. menſis Octobris hoc eodem anno à R. D. *Ioanne Gebennenſi* Epiſcopo Ebronenſi & Lingonenſi Propontifice. Licet autem B. P. N. Franciſco paciſcente initus ſit fundationis cõtractus, eo ipſo die quo inaugarata per ſacros ritus Eccleſia, noſtros tamen anteâ inhabitaſſe fidem faciunt alia documenta: nam ab anno 1493. Correctorem illic inſtitutum R. P. *Gerardum Pillot* leginus; iamque quartum Correctorem ſediſſe R. P. *Hugonem de Chatelins* cùm ad hunc annum ea quæ diximus peracta ſunt. Locus à *Maſſono* in hunc modum deſcribitur: *Blaſia centeſimo paſſu à* Bracancuria *oritur è fonte, qui manat è duobus altis montibus, quorum vni* Reginaldiæ *nomen vino & vitibus fertili, alteri* Perticæ *grano admodum affluenti, per Conuentum Beatiſſimæ Virginis Mariæ* (ita nimirùm antiquo illic Oratorio nomen erat quod etiamnùm retinet) *à Ioanne Baldricurio conſtitutum Ludouici VNdecimi temporibus, fluit*, Blaſiæ *nobilis caſtri foſſas implet, atque vbi attigit* Bleſociũq; in Matronam *flumen labitur mediâ leucâ a* Laſicuria, *& quatuordecim tantum milliaria longitudinis habet. Id cœnobium primum locum tenet in Ordine ſancti Franciſci de Paula, qui ad Regem veniens apud Blaſiam exceptus eſt à Ioanne militari viro, qui illum ex Italia in Galliam mandato Regio adduxerat.* De illius verò fundatione *Choppinus* ad tit. 6. l. 3. de ſacra politia hæc annotat: *An.* 1496. *Iohan.* de Baudricourt *Mareſcallus Franciæ & Anna* de Beaujeu *coniux fundarunt monaſteriolum* 13. *Minimorum in loco dicto de* Bracencour *parochiæ de* Blaiſe *ad fundatores ſpectantis in diœceſi Lingonenſi. Sed mortuorum fundatorum filia hæres Margareta* de Baudricourt,

De Beaurieu.

Bracancur.

De Genest.

Maſſonus in deſcript. Galliæ per flumina.

Blaiſe.

Baudricur. S. Belin. Brancur. pro Blaiſe.

Digitized by Google

1456. court & *Dominus* de S. Belin *maritus, certis redditibus aſsignatis eam fundationem prorſus executi ſunt.* Quod ſcilicet ipſe Baldricurius poſt tres annos Bleſis moriens teſtamento cauerat. At lib. 2. Monaſticon idem ipſe Choppinus *Margaritam* illam *Ioannis* ſororem non filiam fuiſſe affirmat, Margaretæ autem ipſius filiam *Catharinam Ioannis Amboſij* conſortem in fundatricem allectam tradit, *Amboſioſque* Dominos præſtando cenſui quem illæ indixerant ſupremi Senatus decreto factos eſſe obnoxios ſcribit. Pro tempore autem eiuſdem gentis *Amboſia Ioannes* nomine VII. numero LXXXVI. *Lingonenſem* ſedem obtinebat, vir cui omnia ad ſummam laudem obtigerant, prædicti *Ioannis* alterius, D. *Bucienſis* & in *Normaniâ* Proregis, cui *Catharina* noſtra *de ſancti Belin* nupſerat; frater, quorum filius, & ipſe *Ioannes* nomine, patruo *Ioanni* in *Lingonenſi* ſede poſt ſponteneam demiſſionem ſucceſſit ad alterum an. 1497. atque hi non parùm nouæ & pauperculæ domus incunabula fouerunt & promouerunt. Eius tamen diœceſis Mendicantes non facile fuit comprimere, qui noſtros ab omni mendicatione prohibere volebant, rati quod aliis conferretur ſibi detrahi (quod vtinam hodieque non obtineret, in tantum Dei prouidentiæ diffidunt homines) ſuorum cauſam *Franciſcus* modeſtè defendit, & de arbitris conuenit Clar. Viris *Ioanne Standonio* & *Ioanne Quintino* Doctoribus Theologis qui alios aliis amicè conciliauerunt. 1496.

Amboiſe. De Lagres. De Bucy.

Standonk. Quentin.

Pariſ.

2. Eâ igitur de cauſa *Pariſios* veniſſe traditur, & quidem quorundam ciuium fides eſt exceptum olim in domo ſua per Maiores, adeoque ſalutarem illis fuiſſe præſentiam eius, vt nullis deinceps qui domum inhabitauerint malè ceſſerit: quod ſi ita eſt non poteſt dubium videri quòd *Nigronem* diuerterit. Certè ad hunc annum *Annæ* Reginæ donatio annotatur, cùm ſcilicet reduce Rege beneficium pro reditu reddidiſſe voluit, & vrgente forſitan Beato Patre, qui eius loci perficiendi deſiderio poſtquam vidit & miratus eſt, tenebatur. Litteras tamen die 25. Martij ad D. *Ioannem Quintinum Turonibus* hoc anno datas legimus, quibus ſuam operam erga Regem prædicto claro viro & benefactori ſpondet, aliaque ſcribit quæ magnam præterea ſapientiam redolent, quare nonniſi procedente aut exacto vere *Bracancuriam* veniſſe videri poteſt, atque indè *Pariſios* & *Nigronem* iter intendiſſe. Quid dico? imò iam æſtate exoleta, & vigente Autumno venit, qui præſens fuit Eccleſiæ quam diximus conſecrationi, ſed quam ſerò tandem didicimus & poſtquàm hæc ſcripſeramus.

Nigron.

Bracancurt.

Pariſios venit B. P.

3. Dum verò in Gallia *Franciſcus* Ordinis ſui propagationi allaborat, pro ſua parte in eam curam & prouidentiam incumbunt alij: hoc igitur anno R. P. *Franciſcus Maioranus* ſanctitatis gloria præcellens, cum à diſceſſu B. Patris è Calabria nullum in ea Italiæ parte progreſſum noſtri feciſſent, memor pietatis ciuium *Maidenſium* qui B. Patrem omni ſtudio ad familiam apud ſe deducendam inuitauerant, data occaſione hortatur vt priſtinæ deuotionis ſuæ meminiſſe velint, illi nihilo quàm antea parati & beneuoli hunc nouum hoſpitem excipiunt, cui, & vocatis ad ſe ſodalibus domicilium liberaliter donant, & locum ædificando Conuentui faciunt, qui paulatim in eam amplitudinem quam hodie videmus exiuit, ciuium eleemoſynis & liberalitate. Titulus Eccleſiæ factus pro illius ætatis more *Teſta Mariæ. Maioranus* longam illic moram traxit & ſua ſanctitate multũ toti regioni ſplendorem contulit. *Proceſſus* tamen *Sorrentanus* teſt. 17. indicat B. P. N. in monaſterio apud Maidam aliquando egiſſe. De quo cùm eſſe dubium nullum poſſit, aut hæc prima initia non benè coaluiſſe, aut certiorem illorum traditionem eſſe qui anno 1469. aſſignant contra quam alij & nos illorum fidem ſecuti ſcripſerimus dicendum eſt. *Maida* porrò quæ veteribus *Melaniam*, oppidum eſt frequens, decimo lapide à *Semblaſio* iuxta collem modicum ſub *Apennini* radicibus, ad *Metaurum* fluuium, diœceſis *Neocaſtrenſis*, ab ipſo *Neocaſtro* paſſuum millibus octo in meridiem diſitum. 1469.

Conuentus Maidæ.

Maida Semblaſio.

Digitized by Google

1497. *An.* M. CCCC. XCVII. 1498.

Missio in Germaniã. ADornata in hunc annum, petente *Maximiliano* Imperatore, nostrorum missio in Germaniam, tam feliciter progressa est, R. P. *Dionysio Barbiero* viro magnanimo & rerum agendarum perito præeunte, vt intra breue tempus tria monasteria receperint, & optimis disciplinis atque vitæ commodis abundè instruxerint, alterum *sanctissimæ Trinitati*, alterum *sancto Andreæ*, tertium denique *sanctæ Annæ* dicatum fuit: de locis incerta sunt quæ nostri hactenus tradiderunt, ad finem operis nonnihil fortè ad veritatem propius proponemus. Annos aliquot illa Germaniæ Prouincia stetit, sed Lutheranorum factione Cœnobia nostra euersa, incensa, diruta, & nostri quoque ad internecionem cæsi, quod suo tempore memorabimus, ex quo præter inane nomen ad
1623. annum 1623. nihil remansit, sed tunc demùm, vt dicemus, recuperata est & restituta florentissima Ordinis Prouincia, & hoc tantum hactenus accepimus. *Barbier.*

An. M. CCCC. XCVIII.

1498. Caroli VIII Regis obitus. 1. HVnc annum Optimi & generosissimi Principis *Caroli* Regis repentinus ad mortem casus funestauit. Correptus enim apoplexiâ 7. Id. April. eodem die præfocatus interijt. Galli suas in eo delitias extinctas non immeritò planxerunt, *Franciscus* insuper sibi Ordinique suo beneficum parentem desiderauit. Fabulantur Hispani *Carolum* Regem, quin & *Ludouicum* XI. *Caroli* patrem, in B. viri disciplinam concessisse, quin & tertium quem vocamus Ordinem professos fuisse, aliaque huius generis quæ optimis Principibus ne in mentem quidem venisse mihi persuadeo. Certè *Carolus* Rex Beato viro supra modum familiaris, ad eum pietatis causa sæpius commeauit, consilia sedulò expetijt, monita studiosè suscepit, & omni ope ac studio vt eius Ordo incrementum acciperet procurauit. Testes esse possunt eiusdem Regis litteræ tertiâ Februarij die, in ipso *Ambacensi* castro ad Sanctioris Concilij relationem datæ, quibus vectigalium & portoriorum exactoribus damnatis omnimoda immunitas tributorum quorumcunque Ordini asseritur, & aduersus litigatores illos ius nostrum vindicatur. Sed & alia longè præstantiora pignora iam antè protulimus.

Etiam Galli nostri *Carolum* Regem Tertiarium fuisse volunt, nec vana omnino fides, sed certis argumentis probanda.

Reditum in Italiam expetit B.P. 2. Mortuo Rege Italiam repetere B. Paterdeliberauit, id factũ sit eius, Principis, an patriæ desiderio nescimus. *Carolo* improli cognatione proximus Dux Aurelianensis *Ludouicus* eo nomine XII. & Pater patriæ dictus in Regnũ successerat, sibi per eum facultatem fieri vt in Italiam regrederetur *Franciscus* contendit & impetrat. Nec mora, profectionem ipse adornat, quod vt videht Regni proceres, subtrahi regno columen suum, decus & ornamentum queruntur, plerique Regem conueniunt, rem pro sua indignitate exaggerant, nec nisi per summam ignorationem tantum virum dimitti potuisse prædicant, quæ vt Rex audiuit, facultatem irritat, imperat reuocetur, retineatur & ad se deducatur. Vt autem in conspectu Regis fuit, factum ipse excusat omnémque in futurum beneuolentiam, fauorem, liberalitatem pollicetur. Et reuerâ nihilo minus aut apud eum charus *Francisco* fuit, aut ipse in *Franciscum* beneficus quàm sui anteâ Decessores. Ad eius cellam cum aliquando accessisset concentum Angelicum fertur audiuisse, ex quo B. virum in maxima veneratione deinceps habuit.

Confirmatio Priu. à Ludou. XII. 3. Hocipso anno ad diẽ XVIII. Aug. *Ludouicus* Rex *Stampis* litteras *Caroli* Regis super Ordinis approbatione, institutione & immunitate (quales anteâ dicebamus) recognouit, & solemni Rescripto confirmauit, atque in suã fidem ac protectionem domos Ordinis singulas & personas de nouo recepit, seque recipere edixit, tanto affectu, vt qui Pater Patriæ dicebatur talis maximè in nostros
1485. videretur. Confirmauit & litteras Decessoris sui *Caroli* VIII. ab an. 1485. die

vero

1498. verò XXIII. menſis Aprilis perſcriptas, quibus omnimodam munerum vacatio- 1498.
De Franc. De Bourbon. nem & immunitatem noſtris fecerat, aliaque fuerat largitus, codicillis eodem loco exaratis, ſub die XVIII. Ianuarij, hoc ipſo vt habent anno, ſed qui Romano more in alterum prottahendus ſit.

4. *Anna Francica Caroli* Regis nuper defuncti ſoror, quæ, vt diximus, *Petro Bor-* Conuentus
bonio nupſerat & Rege pupillo rem publicã adminiſtrauerat, voti rea ob prolem Gienſi.
precibus Beati viri ſuſceptam Cœnobiũ Ordinis ædificat in terra ditionis ſuæ, in oppido nimirũ Giemenſi, quod veteres *Genabum*, vt nonnullis placet, dixe-
Gien. runt, nos *Giemum & Gianum* vulgò nominamus, perperàm verò Acta Capituli I. Romani *Ianum* indigetant, *Monteia* etiam abſurdiùs *Genuam* appellat, *Genabum* autem affirmari necnè debeat eruditi digladiantur, planiùs igitur, *Giemum*, oppidum eſt ad Ligerim, XVIII. ab *Aurelia* gallicis leucis in Ortum, ſupra *Iargolium* XVI. annuis mercimoniis & nundinis frequens ac vetuſtate nobile, in diœceſi *Altiſſiodorenſi*. In eo igitur oppido noſtri ſedem fixerunt ab hoc anno, Excellentiſſimæ quam diximus Principis beneficio, quæ locum non modò amplum, amœnum, fœcundum donauit, ſed annuos præterea cenſus impendit, nec noſtros induxit niſi perfecto prius opere quod anno ſuperiore ac menſe Septembri abſolutum eſt, cùm ab an. 1493. cœpiſſet. Eccleſia *ſanctiſſimæ Trinitatis, & ſanctæ Helenæ* titulo conſecrata eſt, cuius, & Monaſterij opus fuit egregium & Fundatricis pietate ac magnificentia non indignum, ſed ab hæreticis, vt ſuo tempore dicemus, dirutum & ſolo æquatum eſt. Ab eo tempore ac poſt editam ab hæreticis ſtragem in eiuſdem Conuentus Fundatorem cooptatus eſt Nob. & Cl. V. D. *Petrus Fortetus* Prætor Genabenſis qui ab hæreſi, qua, Deo
Fortet. ita permittente, inuolutus fuerat, reſipiſcens, noſtros omni ope iuuit, non dedignatus lapides & cœmentum ſuis ipſe manibus latomis miniſtrare aliaque peragere quibus & animi ſui pietatem & impenſum in noſtros affectum profiteretur. Vulgo Minimorum pater appellabatur & reuera non opera tantum ſua, ſed opibus quoque longiſſimè noſtris gratificatus eſt. Eapropter cum gratulatione Fundatorum numero aſcriptus eſt in Actis Barcinonenſibus ann.
De Cugnac. 1602. Acceſſit & Nobiliſſ. & Generoſ. D. *Franciſci de Cugnac* Dynaſtæ *Dampetræ* vtriuſque militiæ Equitis Torquati, liberalitas, qui ob collatos quoſdam in annum reditus & ipſe Fundatoribus annumeratus eſt in Actis Ge-
A Cropolatu. Quintin. Baillet. nuenſibus an. 1605. Correctorem illic egiſſe R. P. *Bernardinum à Cropolatu* viuente B. Patre illius ad D. *Quintinum* litteræ quæ *Nigeoni* in Lipſanothecio aſſeruantur demonſtrant. Pro tempore autem quo primum inhabitarunt noſtri, Eccleſiæ Altiſſiodorenſi præſidebat R. in Chriſto D. *Ioannes Bailletus* Pariſienſis, *Theobaldi* in Senatu Præſidis de quo ante meminimus (niſi fallor) frater, aut certè gentilis, qui magna noſtros charitate complexus eſt. Non ſatis tamen hæc quæ diximus cohærent cum eo quod ex vetuſtis monimentis conſtat, Eccleſiam nimirùm ab anno 1494. & die XXVIII. Octob. per eundem R. 1494.
D. *Ioannem Altiſſiodori* Epiſcopum conſecratam fuiſſe, ac tandem & ſacellum B. *Suſannæ* per eum ipſum an. 1497. & die XV. Octobr. in Clauſtro huius Cœ- 1497.
nobij fuiſſe dedicatum, cuius quidem ad hæc nullum extat veſtigium poſtquam factioſi Caluiniſtæ omnia demoliti ſunt. Fortè ab an. 1493. introductos 1491.
è noſtris aliquos qui opus curarent, perficerent, & hæc quæ diximus præſtarent, donationem tamen ante hunc aut ſuperiorem exeuntem annum confectam & præſcriptam non fuiſſe, conueniet.

5. At verò B. Pater qui nullum propagandi Ordinis finem faciebat, iam ab Conuentus
anno ſuperiore in Procuratorem ſuum inſtituerat R. P. *Germanum Roſam* litte- Ambiani.
Roſa. ris *Ambacia* datis die Ianuarij XXVIII. quibus poteſtatem dabat in acceptum referendi quæcunque loca quæ Monaſterio condendo tribuerentur. Venit igitur ille *Ambianum* vrbem *Picardiæ* primariam, vbi apud priuatos aliquamdiu di-
Sandricur. uerſatus, tandem nobili Equiti Domino *Sandricurio* innotuit, qui vt erat Regi gratioſus, dum in aula verſaretur Beati Viri ſanctitatem præſens viderat atque cognouerat, & *Germani* quoque noſtri pietatem, dum hoſpitio exceptus apud ſe moraretur deprehenderat. Qua de cauſa nihil non egit vt noſtri *Ambianum*

Digitized by Google

1498. inducerentur. Deciderat in ruinam nobilis familiæ (vt vocamus) Hoſpitium à qua *Spaniacenſe* dictum eſt, non Hiſpanicum, vt *Monstoia* ſibi perſuadet, quaſi à ſua gente quæ domum aliquando apud *Ambianos* habuerit. Illud igitur Nobilis Eques ille *Ludouicus ab Heduuilla* Dominus *Sandricuriæ*, atque eius conſors D. *Franciſca à ſancto Simone* ducentis decem libris numeratæ pecuniæ à nobili viro *Petro ad Cultellos* redemerunt, & condendo Minimorum Conuentui deſtinarunt, omni in noſtros iure tranſcripto, quibus & morticinij gratiam à *Ludouico* Rege *Bleſis* agente, cum ipſe *Sandricurius* coram eſſet, impetrarunt. Multa ex hoc in ædificationem Eccleſiæ ac reliquæ fabricæ contulerunt, ac demùm Nobilis ipſa D. *Franciſca Sanſimonia* (in quo animum erga noſtros ſuum teſtificari voluit) ad caput Eccleſiæ & à parte, vt loquimur, Euangelij ſepulta eſt. Et *Sandricurÿs* quidem tanquam Fundatoribus ſuffragia perpetua in Capitulo Prouinciali Franciæ an. 1577. conceſſa & decreta ſunt, vt iam ſint fruſtra, qui hoc illis ius abrogare ſategerũt. Regebat pro tempore *Ambianenſem* Eccleſiam R.D. *Petrus Verſeus* eius ſedis LXIV. Epiſcopus natus *Polignieti* in Comitatu *Burgundiæ*, qui ignotos homines, ſed religioſos, humaniter & liberaliter ſuſcepit. At verò ciues *Ambianenſes* ne domus illa in noſtrorum ius cederet interceſſerunt, quod incommodaturum ciuitati dicerent, ſed *Ludouici* Regis litteris *Compendy* datis ſoluta interceſſio eſt, nam cùm illi iuſſi eſſent alium locum prouidere, Conuentum exſtruere, ac noſtros indemnes præſtare, dum interim eo in loco perſtarent, efficere non potuerunt. Eccleſia *B. Mariæ Annunciatæ* titulo inſignis eſt, de qua iterum dicemus magis copiosè. At ſingulos progreſſus & incrementa perſequi quæ diligenter & exactè in ſua tempora conſignata beneficio R.P. *Antony Furmanery* accepimus, opus eſt ſpecialis Chronici, digna tamen eſt eius diligentia & ſedulitas, per quam certè profecimus, quæ poſteritati commendetur. Porrò *Ambianum* (quibuſdam antiquorum *Samarobrina*, ſeu *Samarobriua* creditur) caput eſt Picardiæ ad *Phudrim*, ſeu *Samaram*, aut denique *Samonam* fluuium, cum *Lutetia Pariſiorum*, & *Rothomago* trigonum efficiens leucarum 28. Epiſcopali ſede inclyta iam inde à temporibus Diocletiani. Epiſcoporum Indicem pertexuit *Robertus* in Gallià Chriſtianâ.

1499. *D'Eſpagny.*

De Hedouille.

S. Simeon. Ann. comment.

Verſe.

Amien.

Lutet.

An. M. CCCC. XCIX.

1499. Conuentus Gratianopol.

1. REuerendiſſimus D. *Laurentius Alamandus* quatuor ab hinc annis (vt habet *Iſnardus*) fundum in planitie, vt vocant, *Gratianopolitana*, in quo Cœnobium Ordinis conderetur, publico reſcripto donauerat, tantus inerat generoſo pectori erga Ordinem amor, vt ne poſtquàm noſtros *Toloſæ* inſtituiſſet ſatisfeciſſe ſibi videretur, niſi apud ſe haberet quos tantoperè diligebat, fruſtra gentilibus vt rei familiaris diſſipatori aduerſantibus & obmurmurantibus, fruſtra dæmonibus in contrarium adnitentibus, quod ſingulari exemplo perſpectum eſt, fruſtra denique in tenacem ſancti propoſiti virum omnibus qui repugnare poterant conſpirantibus opus ad hunc annum proceſſit, noſtri in poſſeſſionem miſsi, & Eccleſia ſolemni ritu per ipſum D. Epiſcopum ſub tit. *Ieſu Mariæ & S. Blaſij*, cuius grande & magnificum pignus illic depoſitum fuit, conſecrata eſt. Succeſſores Epiſcopi multa deinceps charitate ac beneficentia noſtros complexi in ſpeciales Ordinis Fundatores accepti ſunt in Generali Capitulo Auinionenſi an. 1578. *Gratianopolis* verò quæ primùm *Accuſium*, ſeu *Accuſianorum* Colonia, dehinc *Cinaro*, ſeu *Cularo* dicta eſt, caput eſt *Delphinatus*, poſita ad confluentem *Draconis* in *Iſaram*, quo *Allobroges* à *Vocontijs* dirimuntur, iam inde à quarto Sæculo in Epiſcopalem ſedem erecta ſub Archiepiſcopatu *Viennenſi*, ab ipſa *Viennâ* XV. leucis quot à *Lugduno* diſtans, ad ſeptentrionem *Iſara* ponte ſtratus omnium pulcherrimo. Haud procul Carthuſiani montes à quibus monaſtico inſtituto inter Chriſtianos celeberrimo nomen. Planitiẽ nos incolimus quæ ab vrbe molliter protenditur ad pedem *Caludi-montis*. De vtroque Cœnobio Nicolaus Bertrandi qui an. 1515. *Acta Tholoſanorũ* edidit in epiſtola ad noſtrum *Alamandum* ſic eum affatur: *Quis non mirabitur ac percelebrabit*

Gremble.

Drach. Iſere

Chalemont.

Digitized by Google

1499. *celebrabit illa duo magnificentiſsima Minimorum Cœnobia ſub Dino Franciſco de Paula militantium, quæ proprio extrui ære feciſti? Alterum quidem in eximia Gratianopolis vrbe, cui Præſul optimuſque Paſtor dominaris. Alterum verò in hac glorioſiſsima Tholoſatum vrbe, vndecunque multos deuotiſsimos variis ex terræ plagis accitos injiciens religioſos, vt qui ſtrenuo ac prænalido militari genere pollebas, ſpiritualibus etiam militibus valeres, qui noctu dieque, fletu lachrymis & orationibus certantes, Amalechitas hoſtes inuiſibiles viriliter expugnent atque propellant.* 1500.

Abbeville. Pethbeu. 2. Inſtituta & in hunc annum miſſio noſtrorum *Abbatiſuillam* Comitatus *Pontiuenſis* vrbem primariam, in diœceſi Ambianenſi, Bailliuatus titulo inſignitam quam *Samona* defluens *Ambiano*, alluit, *Maſſonus* etiam ſuper *Atſium* ſitam, ſed (quod ſciam) falsò perhibet. Miſſus autem Reuerendus Pater *Ioannes à Charitate* adiuncto ſocio Patre *Godefrido Ledtino*, qui principali Reſcripto ad Maiorem & Scabinos ſuffulti (tantùm Rex noſtris fauebat) eodem ſe quo ciues iure haberi depoſcebant. Sed cum abſente *Pontiui* Seneſcallo decerni quidquam poſſe Maior & Scabini negauiſſent, atque dum id in mora eſſet, omnem ſe beneuolentiam præſtituros reſpondiſſent, vt reuera etiam præſtiterunt, noſtri tamen magnum in acceleratione momentum ineſſe rati ad prædictum D. Seneſcallum reſcribunt. Is autem erat Nobiliſſimus Eques D. *Andreas Ramburius*, qui memor olim ſibi prædixiſſe B. Patrem cùm aliquando coram Rege adeſſet, multis vt fit nobilibus circunſtantibus, foro vt breui Ordinis fundator exiſteret, non modo ciuicum Concilium haberi mandauit etiam per ſuam abſentiam, ſed locum prætereà dictum *Curtum* ſiue *Cortem Portæ Comitiſſæ*, quem à pluribus priuatis redemerat, liberaliter obtulit & noſtrorum habitationi deſtinauit. Pro voluntate igitur dicti D. Seneſcalli habitum Concilium ad diem 3. Iulij, *Ioanne Iornario* Pro-Seneſcallo *Nicolao Vaſſurio* Maiore, *Ioanne Candelio* Cognitore Regio, *Petro Bloteſiereo & Philippo Gridaneo* moderantibus, qui omnium Collegiorum Corporum ac Statuum rogata ſententia, placere vt noſtri ciuitate donarentur & fundatore *Ramburio* prædictum locum incolerent ac perpetuo iure poſſiderent, edixerunt. Prior & Conuentus *S. Petri* Ordinis Cluniacenſis in eadem vrbe, vt ſub quorum ditione is locus eſſet, in eandem rem libentiſſimè conſenſerunt, ſuaſque litteras in fidem exarauerunt. *Ramburius* ex hoc Eccleſiam atque Conuentum à fundamentis ædificari prouidit, eo quem diximus loco, annuos cenſus perexiles tamen ac tenues attribuit, fundatoris nomine in ſe atque nobiliſſimam conſortem *Ioannam Hallewinam-Piennam* recepto, quod ad poſteros cum indeficiente in noſtros charitate tranſmiſerunt. Inter quos æterna memoria dignus qui hoc anno 1633. & die Ianuarij menſis XIII. fortiter & Chriſtianè obiit *Carolus Ramburius, Ioannis & Claudiæ Borbonie* F. grauis armaturæ militibus quinquaginta præpoſitus, Vrbi & Arci Dulleniæ præfectus, Caſtrorum regiorum in Picardia magiſter, vtriuſque ſacræ militiæ Eques torquatus, ac in militiam quidem ſancti Spiritus à *Ludouico* XIII. anno 1620. cooptatus. Cui ſucceſſit *Ioannes* F. totius nunc familiæ princeps & caput, militari gloria clarus & tanti Patris digniſsima proles. Eccleſia *B. Virginis Aſſumptæ* titulo nobilitata eſt, ſed de eius conſecratione dicemus in progreſſu. Eteam quidem prædictus N.D. *Carolus* altera ferè parte auctiorem fieri curauit, ducta vt vocant ala plurium fornicum, quâ Eccleſia in longum protenditur. Atque in hunc modum habent ſe Conuentus Abbauillenſis origines, quas à R.P. *Simone Martino*, quem tempeſtiuè laudandum habemus, ex authenticis eiuſdem Cœnobij inſtrumentis didicimus.

Halewin-Pienne.

Ramburc. De Bourbon. Dullens.

Conuentus Abbatiſuillæ.

De la Charité Ledtin.

Pontiou.

De Ramburc.

Porte-Comteſſe. Lelourneur. Le Vaſſeur. Candel. Bloteſiere. Gridane. De Ramburc.

An. M. D.

Chaſtelberault. 1. DEductam hoc anno noſtrorum familiam Caſtrum Airardi qui ſcribunt longè falluntur, nec minus qui factum id *Annæ Francicæ* Giemenſis fundatricis noſtræ, aut etiam *Ludouicæ à Sabaudiâ* Engoliſmenſis Duciſſæ, vel denique ciuitatis (vt è noſtris plerique ſcripſerunt) beneficio arbitrantur, quod ex iis refelli poteſt quæ ex originalibus litteris ad ann. 1495. annotauimus. Fa-

1500. De Conſtructu Caſtri Eraldi.

Digitized by Google

1500. uit prolixè (quod nefas eſt à nobis prætermitti) recentibus initiis R. D. *Petrus Amboſius* Pictauienſis Epiſcopus LXXXIX. *Petri* Domini Callidi-montis, & *Annæ Buelliæ* filius, *Ioannis Lingonenſis* 86. quem anno 1496. laudabamus, frater: ab eo autem *Ioannes Trimullius* eius affinis S.R.E. Cardinalis non imparia Deceſſore præſtitit. 1501. *D'Amboiſe. Chaumont. De Buell. La Trimoüille. Blur.*

Cõfirmatio Priuileg. Apoſt. 2. *Ludouicus* Rex cum *Bleſis* anno exeunte agerer, Pontificias Bullas, quibus Priuilegia Ordini facta, parentibus litteris publicari decreuit, eiſdémque conceſſam à ſe atque Deceſſoribus immunitatem confirmauit & amplificauit. Et quod annotari dignum eſt, litteras Apoſtolicas de verbo ad verbum in parentibus ſuis deſcribendas curauit, & præeunte præcone publicari atque promulgari conceſsit, reddita etiam ratione quod *Ordinis Fundator, Protector & Cuſtos* eſſet, Deceſſorúmque exemplo *ſingularem fiduciam, magnum amorem & feruentem deuotionem* (verba ſunt eius) ad dictum Ordinem haberet, atque *auſteritatem regularem & bonam vitam* eius Ordinis profeſſorum magni æſtimaret.

An. M. D. I.

1501. Regula II. 1. QVantùm in dies Ordinem ſuum Beatus Pater proferri videbat, tantùm vt optimis inſtitutis contineretur animo & mente cogitabat. Cùm igitur fauente ac beneuolo Rege vteretur, & priora quæ diximus regularia inſtituta reformaſſet, atque in meliorem formam redegiſſet, vt à Pontifice comprobarentur per Regem impetrauit. Ea verò quia nondùm edita fuerunt & à noſtris ea deſiderata olim atque etiamnùm à ſtudioſis deſiderari video, fierique poſſe intelligo, vt magna inde vtilitas proueniat (vt præter conuenientem Chronico breuitatem id eſſe videatur) cum aliis communicabo. Sunt igitur huiuſmodi:

ALEXANDER EPISC. SERVVS SERVORVM DEI.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Præfatio & narratio progreſſus Ordinis & Priuilegiorum eidem conceſſorũ. *A Dea, quæ circa decorem ſacræ Religionis ac ſtatum perſonarum ſub illius ſuaui iugo in voluntaria paupertate degentium ſalubriter dirigendum tendere noſcuntur, paterna ſolicitudine proſpicientes, his quæ ad hoc tam ex Apoſtolicæ Sedis conceſsione, quam prouida Miniſtrorum eiuſdem Religionis ordinatione emanarunt, libenter cùm à nobis petitur Apoſtolici adijcimus muniminis firmitatem, & alia ſuper hoc ordinamus, prout ad Religionis ipſius conſeruationem & animarum ſalutem in Domino cognoſcimus ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem pro parte dilecti filij Franciſci de Paula Ordinis Fratrum Minimorum Miniſtri generalis tunc Eremitæ Cuſentinæ diœceſis, felicis recordationis Sixto Papæ Quarto prædeceſſori noſtro, expoſito quod olim antea bonæ memoriæ Pyrrhus Archiepiſcopus Cuſentinus tunc in humanis agens eidem Franciſco vt quoddam Oratorium ſiue Eccleſiam ſub vocabulo* S. Franciſci *in tenimento de Paula dictæ diœceſis ædificare poſſet licentiam conceſſerat, ipſeque Franciſcus Oratorium huiuſmodi proprijs manibus & expenſis cum Dormitorio pro ipſius ac ſociorum ſuorum vſu & habitatione pro magna parte ædificauerat, & nonnullos ſocios vitam Eremiticam ducentes receperat, ipſeque Archiepiſcopus præfatum Oratorium ſiue Eccleſiam vnà cum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis præfato* Franciſco *ſuæque Congregationi in perpetuum donauerat, & nonnulla alia ſuæ & ſociorum prædictorum deuotioni & ſaluti conuenientia ſalutifera & opportuna conceſſerat,*

1501. *ceſſerat, fecerat & ordinauerat, quodque Oratorium ipſum adhuc pro ſuffi-* 1501.
cienti habitatione Franciſci *& Eremitarum prædictorum perfectum omnino non erat, illudque pijs Chriſti, fidelium eleemoſynis cum neceſſarijs officinis continuo ædificabant, ampliſicabant & exornabant: Præfatus* Sixtus *prædeceſſor, tunc Epiſcopo* S. Marci, *eius proprio nomine non expreſſo, ſuis dedit litteris in mandatis vt ſi & poſtquam vocatis qui forent vocandi de præmiſſis ſibi legitime conſtaret, conceſſionem & litteras dicti Archiepiſcopi & in eis contenta cum ſuppletione defectuum approbaret & confirmaret, ipſeque* Prædeceſſor *in euentum approbationis & confirmationis ac ſuppletionis huiuſmodi eiſdem Eremitis & omnibus & ſingulis priuilegijs, indulgentijs & gratijs quibus frater Petrus de Piſis cæterique Eremitæ potiebantur & gaudebant vti & gaudere poſſent conceßit per quaſdam primo, & deinde cum tunc Epiſcopus* ſancti Marci *præfatus ad executionem prædictarum litterarum legitimè procedens licentiam, donationem, conceßionem, ordinationem & litteras Archiepiſcopi huiuſmodi & in eis contenta cum ſuppletione defectuum approbauiſſet & confirmauiſſet, approbatione, confirmatione & ſuppletione huiuſmodi eidem* Sixto *prædeceſſori, quodque præfatus Archiepiſcopus inter alia per eum tunc eiſdem Eremitis conceſſa prædictum Oratorium ſiue Eccleſiam* ſancti Franciſci *& alia quæcunque loca & Eccleſias per eos in poſterum recipienda cum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis, Eremitiſque & perſonis inibi pro tempore degentibus ac rebus omnibus ad eos locaque ipſa quomodolibet pertinentibus & ſpectantibus ab omni iuriſdictione, ſubiectione & ſuperioritate Matrum Eccleſiarum ac ſua ſuaque Eccleſiæ* Cuſentinæ *cæterarumque perſonarum in perpetuum exemerat & liberauerat, ac ſub protectione, ſubmiſſione & iuriſdictione ſedis Apoſtolicæ remiſerat & relaxauerat, pro parte* Franciſci *& Eremitarum prædictorum expoſitis: quia à nonnullis aſſerebatur litteras prædictas & confirmationem, approbationem & defectuum ſuppletionem cæteraque alia & ſingula per præfatum Epiſcopum* ſancti Marci *illarum vigore facta & inde ſecuta quæcunque iuribus non ſubſiſtere, pro eo quod quamplura ſpeciali nota digna ſub generalitate verborum in eiſdem litteris expreſſa duntaxat fuerant, Idem prædeceſſor per alias ſuas, donationem, conceſſionem, ordinationem, conſtitutionem, remiſſionem, relaxationem, indulta, gratias & litteras prefati Archiepiſcopi, omniaque & ſingula in eis contenta tam circa deputationem præfati* Franciſci *in Superiorem, Patrem, Rectorem & Priorem dictæ Congregationis, & aliorum Superiorum & officialium electionem, ſtatutorum dictionem, conceſſionem iuriſdictionis in Officiales res & bona dictæ Congregationis in ſpiritualibus & temporalibus, correctionem rebellium, inobedientium & deliquentium, & illorum abſolutionem, necnon conceſſionem altaris portatilis, miniſtrationem ſacramentorum eccleſiaſticorum, confeſſiones audiendas, diſpenſationes & commutationes votorum, nec non receptionem nouorũ Eremitarum & nonnulla alia ſalutiferum ſtatũ dictæ congregationis concernentia, quæ tunc expreſſa fuerunt, ſuaſque & dicti Archiepiſcopi litteras, nec non approbationem, confirmationem & ſuppletionem defectuum præfati Epiſcopi* S. Marci, *proceſſuſque deſuper habitos & inde ſecuta quæcunque quæ pro expreſſis haberi voluit, rata & grata habens, illa omnia laudauit, approbauit, confirmauit & communiuit cum ſi-*

1501. *mili defectuum ſuppletione, decreuit quoque priores litteras ac proceſſus huiuſmodi & inde ſecuta quæcunque valere ac roboris firmitatem obtinere, perinde ac ſi in eiſdem litteris omnia per dictum Archiepiſcopum conceſſa ſpecialiter ac ſingulariter narrata & expreſſa fuiſſent: & inſuper* Franciſcum *& Eremitas prædictos ac eorum quemlibet Eremitoriumque ſiue Eccleſiam* ſancti Franciſci de Paula *huiuſmodi ac omnia & ſingula Eremitoria, Eccleſias & loca per eos in quibuſcunque ciuitatibus & diœceſibus ac vbilibet eatenus recepta & in poſterum recipienda cum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis, Eremitaſque & perſonas in illis pro tempore degentes ac res & bona quæcunque mobilia & immobilia ad eos ac Eremitas & perſonas ac eorum quemlibet ac loca Eremitoria & Eccleſias huiuſmodi quomodolibet communiter vel diuiſim ſpectantia & pertinentia ab omni iuriſdictione, dominio & poteſtate, viſitatione, correctione & ſuperioritate præfati ac pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi* Cuſentini *& aliorum Epiſcoporum, Superiorum, Ordinariorum, Iudicum & ſuperiorum quorumcunque, etiam illorum in quorum iuriſdictione, ciuitatibus & diœceſibus Eremitoria loca Eccleſiæ ipſi & Eremitæ ac perſonæ, res & bona huiuſmodi conſiſterent & conſiſtere poterant, quomodolibet in futurum autoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia prorſus exemit & eo ipſo liberauit, ac ſub Beati Petri & ſedis memoratæ ac Romanæ Eccleſiæ & ſua protectione ſuſcepit, ac exempta & immunia eſſe voluit, ſibique & ſucceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus canonicè intrantibus ac dictæ ſedi immediatè ſubiecit, ita quod Archiepiſcopi, Epiſcopi, Ordinarij Iudices ſupradicti ratione delicti, ſeu contractus, aut rei de qua ageretur, vbicunque committeretur delictum, vel iniretur contractus, vel res ipſa conſiſteret, nullam in eos, Eremitoria loca & Eccleſias Eremitaſque, ac perſonas huiuſmodi, ac res & bona prædicta iuriſdictionem, poteſtatem, aut dominium poſſent quoquomodo exercere, ſed dūtaxat corā dicta Sede vel eius Legatis ipſi Eremitæ & aliæ perſonæ in locis, Eccleſiis & Eremitoriis huiuſmodi pro tēpore degentes tenerentur de iuſtitia reſpondere: & inſuper eis omnibus & ſingulis perſonis, locis, Eremitoriis & Eccleſiis, vt omnibus & ſingulis priuilegiis in illis ac aliis ſuis, ac ipſius* Cuſentini *Archiepiſcopi litteris ſæpè dictis ac per eos habitis proceſsibus prædictis contentis eis ac Eremitoriis, Eccleſiis & locis huiuſmodi conceſsis & concedendis in quacunque ciuitate & diœceſi, & vbicunque, & in quocunque loco autoritate Apoſtolica vti & gaudere, eaque omnia & ſingula in ſuis huiuſmodi, & aliis præfati Archiepiſcopi prænominatis litteris & proceſsibus deſuper habitis contenta, cuiuſuis Superioris ſuper his aut aliquo præmiſſorum licentia minimè requiſita, & quibuſcunque etiam contradictionibus, exceptionibus & impedimentis remotis, autoritate prædicta liberè & licitè exercere poſſent & valerent conceſsit & indulſit. Poſtea verò piæ memoriæ* Innocentius Papa Octauus *etiam prædeceſſor noſter per alias ſuas in quibus litteræ* Sixti *prædeceſſoris huiuſmodi de verbo ad verbum inſertæ fuerant, eaſdem litteras ac omnia & ſingula in eis contenta recenſens, laudem, approbationem, confirmationem, communitionem, ſuppletionem, decretum, exemptionem, liberationem, ſuſceptionem, voluntatem, conceſsionem, & indulta huiuſmodi ac prout illa concernebant omnia & ſingula in eiſdem litteris contenta & narrata autoritate Apoſtolica confirmauit & approbauit,* 1501.

eum

Digitized by Google

1501. *cum ſimili defectuum ſuppletione. Poſtmodùm verò pro parte dictorum Eremitarum nobis expoſito quod præfatus* Franciſcus *habens ad hoc ab eodem* Pyrrho *Archiepiſcopo ſpecialem facultatem per eoſdem* Sixtum & Innocentium *prædeceſſores ſucceſſiuè confirmatam, & ad quæcunque loca quæ eidem Congregationi donari contingeret ampliatam, illius vigore pro ſalubri directione Eremitarum congregationis eiuſdem nonnulla diuini cultus augmentum & animarum ſalutem & vitæ Eremiticæ huiuſmodi perſeuerantiam, & eorum proſperitatis votiuæ ſucceſſus concernentia ſacris Canonibus non contraria ſub Regulâ Ordinis Fratrum* Minimorum *pauperum Eremitarum dicti fratris* Franciſci de Paula, *in tredecim Capitulis contenta ſtatuerat & ordinauerat, quæ voluerat & mandauerat per Eremitas eiuſdem ſocietatis perpetuis futuris temporibus obſeruari: nos tunc ſupplicante etiam claræ memoriæ* Carolo *Francorum Rege qui ad dictum Ordinem ſingularem gerebat deuotionem, per alias noſtras litteras ſtatuta & ordinationes huiuſmodi ac omnia & ſingula in dictis capitulis contenta, quæ tunc diligenter inſpici, & de verbo ad verbum inſeri fecimus etiam cum ſuppletione defectuum approbauimus & confirmauimus. Poſtea verò per reliquas noſtras in forma Breuis litteras omnia & ſingula priuilegia, indulgentias, immunitates, exemptiones, gratias & indulta quæcunque ipſis Eremitis & eorum Ordini ac domibus etiam antè erectionem huiuſmodi Ordinis dum Eremiticam vitam ducerent per eoſdem* Sixtum & Innocentium, *ac alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & nos quomodocunque conceſſa quæ omnia pro expreſſis haberi volumus auctoritate Apoſtolica approbauimus, & perpetuæ robore firmitatis obſeruari decreuimus. Et quia dicti prædeceſſores ſingula priuilegia, exemptiones, immunitates, indulgentias, & indulta quæcunque* Prædicatorum, Minorum, Eremitarum Sancti Auguſtini, *ac* Carmelitarum, *nec non aliis Mendicantium Ordinibus & illorum profeſſoribus ac domibus, & eorum Eccleſias viſitantibus, & cuilibet eorundem Ordinum quomodocunque conceſſa ad Ordinem* Minimorum *huiuſmodi extenderant, Nos pariter eorum extenſionem confirmauimus, & ſi quæ alia indulta, priuilegia & gratiæ poſt datam extenſionem eiuſmodi à dictis prædeceſſoribus, vel à nobis, eiſdem Ordinibus Mendicantium, vel alicui eorum conceſſa eſſent, ad eoſdem Eremitas, ac illorum* Ordinem *& domos extendimus & ampliauimus, ac ipſis ſuffragari voluimus in omnibus ac per omnia perinde ac ſi pro eis emanaſſent prout in ſingulis litteris & capitulis prædictis plenius continetur.* 1501.

Carolus VIII.

Not. *decem ſuper priuilegiorum.*

Cùm autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte Franciſci *& Eremitarum prædictorum petitio continebat, ipſe* Franciſcus *vnà cum aliis nonnullis Eremitis Congregationis eiuſdem tredecim capitula Statutorum & Ordinationum prædictarum in decem capitula reduxerit, & illorum aliqua pro ſalubri directione fratrum* Minimorum *eiuſdem Ordinis olim ſocietatis dictorum Eremitarum mutauerit, aliqua etiam addiderit quæ voluit & mandauit per eoſdem fratres deinceps perpetuis futuris temporibus obſeruari, ipſi etiam cupiant Regulam pro perſonis vtriuſque ſexus pœnitentiam ſecundum ipſius fratris* Franciſci *ſalubria monita facere volentibus ſecundum modum viuendi eis per ipſum Fratrem* Franciſcum *in ſeptem capitulis redactum da-*

Suppletio pro ſecunda Regula & priuilegijs.

Addita Regula pro tertiarijs.

1501. *cum ad fratres Minimorum & eorum* Ordinem *extendi pariter & ampliari,* 1501.
pro parte Franciſci & aliorum fratrum dicti Ordinis *prædictorum nobis ſit humiliter ſupplicatum vt ſingulis, tam* Pyrrhi *Archiepiſcopi, quàm Epiſcopi* S. Marci, & Sixti, & Innocentij, *prædeceſſorum prædictorum, ac noſtris litteris prædictis, & in eis contentis, necnon reductioni, mutationi, alterationi ac Regulæ, ſeu modo viuendi prædictis robur Apoſtolicæ firmitatis adijcere, & Regulam huiuſmodi in Ordinem Minimorum de nouo erigere, nec non Regulam ſeu modum viuendi fratrum tertij* Ordinis *huiuſmodi ad eoſdem fratres extendere & ampliare, ac aliàs in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.*

Cõfirmatio & approbatio præd. Regularum & Priuilegiorum.

Nos igitur qui amatores Regularis vitæ libenter confouemus & pia ac paterna pietate proſequimur, & eis quantum cum Deo poſſumus fauorem benuolum impartimur, huiuſmodi nec non Chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ludouici Francorum Regis Illuſtris, qui vt aſſeritur ad eoſdem fratres Minimorum, *& eorum Ordinem ſpecialem gerit deuotionis affectum nobis ſuper hoc pro eiſdem cum inſtantia ſupplicantis ſupplicationibus inclinati,* Pyrrhi *Archiepiſcopi ac* Sixti & Innocentij *prædeceſſorum prædictorum, ac noſtras litteras prædictas, necnon omnia & ſingula in eis contenta, alia etiam priuilegia, immunitates, exemptiones, & indulta quæcunque eiſdem fratribus Minimorum ac eorum* Ordini *& domibus à Sede Apoſtolica vel Legatis eiuſdem, ſeu alias quocunque modo facta & conceſſa quatenus in vſu exiſtunt, necnon reductionem, mutationem, alterationem, dictorum decem Capitulorum ac Regulam, ſeu modum viuendi fratrum tertij Ordinis huiuſmodi, nec non omnia & ſingula in decem Capitulis ac Regula, ſeu modo viuendi huiuſmodi contenta quæ diligenter inſpici ac præſentibus de verbo ad verbum annotari fecimus autoritate Apoſtolica tenore præſentium approbauimus & confirmauimus, ac præſentis ſcripti patrocinio communiuimus, ſupplemuſque omnes & ſingulos defectus, tàm iuris quàm facti, ſi qui forſan intreuenerint in eiſdem, & pro potiori cautela ſocietatem pauperum Eremitarum huiuſmodi in* Ordinem *fratrum* Minimorum *dicti* Franciſci de Paula *erigimus, ac ſingulas litteras & in eis contenta, ac priuilegia, conceſſiones, immunitates, exemptiones, & indulta quæcunque eiſdem fratribus ac eorum* Ordini *& domibus à Sede Apoſtolica prædicta, vel Legatis eiuſdem, ſeu aliàs quomodocunque facta & conceſſa, quæ hîc, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quatenus ſunt in vſu & obſeruantia, innouantes & de nouo concedentes, ea omnia quæ circa ſtatuta & ordinationes confirmata per eundem Franciſcum reducta, immutata, & alterata fuerunt, de nouo eadem autoritate reducimus, immutamus & alteramus, Regulamque ſeu modum viuendi fratrum tertij Ordinis huiuſmodi ad eoſdem fratres Minimorum extendimus ac volumus illam & illum nec non contenta in dictis decem capitulis iuxta eorum continentiam & tenorem perpetuis futuris temporibus per eiuſdem Ordinis Minimorum fratres qui nunc ſunt & pro tempore erunt pro eorum regularibus inſtitutis inuiolabiliter obſeruari. Tenores verò dictorum decem Capitulorum, necnon Regulæ ſeu modi viuendi fratrum tertij Ordinis huiuſmodi de verbo ad verbum ſequuntur & ſunt tales:*

Ludouicus XII.

INCIPIT

Digitized by Google

1501. INCIPIT REGVLA ET VITA FRATRVM MINIMORVM FRATRIS FRANCISCI DE PAVLA. 1501.

CAPITVLVM PRIMVM.

De obſeruantia diuinorum præceptorum.

FRatres Minimorum Minimi qui vitam & regulam ſanctiſſimi Euangelij D. N. Ieſu-Chriſti imitantur, viuentes ſub voto Paupertatis, Caſtitatis, Obedientiæ, & vitæ Quadrageſimalis, promittunt obedientiam & reuerentiam Sanctiſſimo Chriſti Vicario *Alexandro* Papæ *Sexto*, & eiuſdem ſucceſſoribus canonicè electis & Eccleſiæ Romanæ: Fratrique Franciſco de Paula, & eius pro tempore ſucceſſoribus. Studeant omnes huius Religionis fratres humiliter obedire, nunquam ab huius vitæ & Regulæ profeſſione receſſuri, quam qui ſecuti fuerint pax ſuper illos & benedictio Dei. Suſcipientes verò hanc vitam ac ſub hac Regula profitentes primùm diuina præcepta cum reliquis eorum ſaluti congruentibus ſcire & ſedulò obſeruare intendant, Deum ante omnia & ſuper omnia toto corde totiſque viribus amantes, & proximum ſicut ſemetipſos, deinde vniuerſalia Eccleſiæ præcepta cuſtodire curent, neque his contenti ſint, ſed vt feruidi ad reliqua Euangelij conſilia aſcendere libenter & auidè contendant, recordenturque cùm hæc omnia fecerint ſe eſſe inutiles ſeruos, & meminerint quod nemo ponens manum ad aratrum, & aſpiciens retrò aptus eſt regno Dei. *Luc. 9. 62.*

CAPITVLVM SECVNDVM.

De diuino Officio & Sacrificio.

Not. de Calendario. LAudibus diuinis Fratres Clerici alacriter inſtantes Horarum Canonicarum Officium ſecundum ritum Curiæ Romanæ, Calendario tamen correcto, vt ſint vnius moris in domo Domini per totum Ordinem, concorditer obſeruandum, voce quadrata & ſine nota perſoluant. De feſtis ſolemnibus terræ aut loci Miſſa conuentualis, ſi dicenda videbitur dumtaxat fiet cum commemoratione feſti de quo celebratur officium, Dedicationis autem Eccleſiarum Ordinis, tam præteritæ, quàm futuræ feſtum per vniuerſum Ordinem Dominica prima poſt Octauam Viſitationis Virginis Mariæ vnanimiter ſolemnizando. In Dominicis, in ſolemnibus diebus, in feſtis terræ vel loci in quo fratres habitant in præſentia funeris, & in aliis ſi videbitur, poterit Miſſa in Choro legi voce quadrata & hoc ſine nota, in modum Canonicarum Horarum. In his autem Miſſis poterunt vnus vel duo, & ad plus tres fratres ſeruientes indui. Miſſæ autem particulares obligatoriæ, ſeu quæuis alia ſuffragia perpetua non acceptentur in Ordine, ſed tantum in ge-

Digitized by Google

1501. nerali, aut ſaltem aliquo limitato tempore. Præterea fratres non Cle- 1501.
rici dicant triginta *Pater noſter*, cum totidem *Aue Maria* pro Matutinis, pro Laudibus decem, pro Veſperis duodecim & pro qualibet reliquarum horarum ſeptem, in fine cuiuſlibet dictarum horarum dicentes *Gloria Patri*, & *Sicut erat*, &c. orentque pro defunctis dicendo quinquies *Pater noſter*, & totidem *Aue Maria*, pro matutinali officio & ter pro qualibet reliquarum horarum in principio & fine dicti numeri dicendo, *Requiem æternam*, &c. Infraſcriptis diebus ſinguli fratres non Sacerdotes, & etiam Oblati, quos legitima cauſa non excuſat, ſacroſanCommunio generalis. ctum Chriſti corpus deuotâ mente ſuſcipiant, in prima videlicet Dominica Aduentus, in Natiuitate Saluatoris noſtri, in Epiphania, in Purificatione Virginis, in prima Dominica Quadrageſimæ, in Cœna Domini, Aſcenſione, Pentecoſte, Corporis Chriſti ſolemnitate, in feſto Dedicationis Eccleſiarum Ordinis, in Aſſumptione & Natiuitate Virginis Mariæ, in feſto Angelorum in fine Septembris, in ſolemnitate Omnium Sanctorum: vt autem illud deificum Sacramentum fratres amantiſſimi vobis non cedat in iudicium, ſingulis hebdomadis ſemel ad minus confeſſione ſacramentali conſcientias veſtras expiare, & cum dies Communionis aduenerit, in Capitulo ſigno præuio, niſi cauſa vos excuſet, aliqua reconciliatione, curetis.

Not. de feſt. S. Michaelis & Angelorum.

CAPITVLVM TERTIVM.

De differentia habitus Profeſſorum & Nouitiorum, & diſtinctione Oblatorum & Tertiariorum.

INdumenta tam prælatorum quàm ſubditorum ſine differentia ſint de panno ex lanâ pecorinâ nigrâ & ſine tinctura, ſit autem habitus vt tibiæ tegantur vſque ad talum longus, caputium verò vſque ad femora antè & retro protenſum, cingulo laneo coloris habitus nodis quinque nodato, quatuor videlicet pendentibus cingatur: & hic ſit habitus profeſſorum, quem niſi cauſa neceſſitatis, mutationis, reparationis, vel mundationis nunquam dimittere licebit: ſub quo vnam vel plures tunicas de humili & vili panno, lanicas etiam camiſeas canapóque & lana ſimul contextas vt neceſſitas exegerit deferre poterunt: chlamide nuſquam rugata vel criſpata vſque ad ſuram protenſa cum cuculla ad caput tegendum apta, retro conſuta intus vel extra vt libuerit vti valeant: Zocolis verò ligneis ſeu ſotularibus Apoſtolicis, aut etiam ſoleis ex ſparto vel funibus iuxta Prouinciarum varietates intus vel extra vti poterunt, de integris autem calceis Corrector cum fratribus ſecundum Deum maximè itinerando diſpenſare poterit, extra tamen vniformitas ſeruetur. Humiles ac paruas tonſuras, capillis reliquis ne defluant frequenter attonſis, ſanctuario miniſtrantes ferant. Caligis vſque ad genua & parumper ſupra longis ac etiam femoralibus laneis vti poterunt. His omnibus conformes erunt nouitij reſeruato caputio quod vſque ad cingulum dumtaxat, ita [illegible]d cingi non valeat

protendetur

1501. protendetur vt intelligant tam de sæculo, quam qui de quacunque alia Religione ad hanc religionem canonicè transeunt, seu veniunt, se non ligari, sed probari, quos omnes per annum probari volumus, cingulum verò cum tribus nodis & chlamidem sine cucullâ deferant. Oblati autem Ordinis habitum prædicti coloris vsque ad medium tibiarum longum, siue crurium, cum cordone quatuor nodos habente deferant, caputium ad modum antiquorum cum corneta quadam satis stricta, quæ sit talis longitudinis quod à capite vsque ad renes protensa sub cingulo possit cingi, ac cùm super scapulam portatur cum eodem ne cadat retineri, quo vti poterunt nisi in aliqua patria vsus talis indecens videretur, non tamen ipsum penitus induant, sed cùm caput tegitur cauda per humeros extendatur: & si mantello vtantur, illud sine cuculla portent, sitque prædicti coloris, & pro capite ac brachiis emittendis dumtaxat apertum, ad modum habitus vel minus longum quo vti poterunt ad beneplacitum. Pro officio verò matutinali dicant viginti *Pater noster*, & totidem *Aue Maria*, pro Laudibus septem, pro Vesperis decem, pro reliquis horis quinque, & pro defunctis dicant vigesies *Pater noster*, & totidem *Aue Maria*, in principio & in fine dicti numeri dicendo *Requiem æternam*, & *Lux perpetua*, &c. singulis feriis sextis, & à festo Beatæ Catharinæ exclusiuè, vsque ad Natiuitatem Domini cum ieiuniis Ecclesiæ ieiunent, stabilitatem & permanentiam perpetuam promittentes; societatem istam exire, nec alium gradum ascendere præsumant, sed voce carentes subque votis obedientiæ, paupertatis, castitatis, & quadragesimalis vitæ, pœnitentiam agentes, fratribus humiliter obsequantur. Poterunt nihilominus pecuniam tangere, soli ambulare, sed non ad monasteria monacharum, sicut nec cæteri fratres absque Sedis Apostolicæ expressa licentia, præterquam ad loca communiora accedere. Huiusmodi Oblati valebunt antè vel post professionem in prouisores seu procuratores eligi, intusque similiter & fratres in probatione existentes vnum vel plura minora officia iuxta Capituli localis ordinationem exercere poterunt: considerata verò debilitate tam illis quàm fratribus de consensu Correctoris & Capituli localis licebit asinare. Hi Oblati calciamentis integris, caligis longis & camisijs canabinis vti poterunt de licentia Correctoris & Seniorum consilio. Extra verò loca in quibus pro tempore residebunt nihil quantumcunque minimum sit cuiquam dare aut accommodare, nec litteras quorumcunque portare aut etiam mittere, sicut nec alij fratres absque licentiâ Superioris præsumant, & vt omnia ritè & honestè erga fratres fiant, quatuor Oblati ad minus in quolibet Conuentu si possibile sit habeantur. Tertiarij autem Ordinis vtriusque sexus cordone seu cingulo tribus dumtaxat nodis nodato vtantur, habitum portantes diuinumque officium facientes prout in eorum Regula continetur, qui etiam cum Procuratoribus secularibus Religionis gratijs & indulgentijs Ordinis gaudebunt: de quibus etiam Tertiarijs fratres non plus se intromittant, quàm in eorum Regula exprimitur.

1501.

Non dicuntur quæ alias hyrchi dicitur.

Officium Oblatorum.

Nota de Tertiarijs.

Digitized by Google

1501. 1501.

CAPITVLVM QVARTVM.

De recipiendis ad Ordinem, & quando fratres humilitati, orationi, & taciturnitati insistere habebunt.

REcipiendi ad Ordinẽ istum à seculi vanitate fugientes penes Generalem & Prouinciales Correctores, aut quibus per eos fuerit commissum autoritas resideat, qui per se vel alios idoneos fratres de omnibus ad legitimũ Religionis ingressum necessariis interrogent, si in fide Catholica inueniantur firmi, nullo errore infecti, non vxorati, nullis ratiociniis & debitis obligati, & 18. annũ ad minus attigerint, & qui præuiâ maturâ deliberatione in Clericos vel Laicos recipiantur, & in isto statu in quo recepti fuerint perpetuo permaneant: si verò testimonium bonum à fratribus & instructore Nouitiorum habuerint ad professionem post annum admittantur: omnesque fratres sint benigni & exemplares non alios sed seipsos iudicantes, orationi cum eis vacat incumbentes, multiloquium fugientes, si enim de bonis verbis propter silentij grauitatem aliquoties est tacendum, eo magis ab illicitis ob culpam euitandam erit abstinendum, cum in nouissimo die de omni verbo, nedum iniquo, sed etiam otioso strictissima sit reddenda ratio, idcircò exhortor atque moneo vt præcipuè in Ecclesia, Dormitorio atque Claustro silentium obseruetur, similiter à Completorio vsque ad Primam, & etiam in Refectorio tempore refectionis.

Cõditiones recipiendorum.

CAPITVLVM QVINTVM.

De Superioribus Ordinis, & de reuerentia & obedientia ipsis exhibenda.

CVm virorum Deo consecratorum ab eo qui tentationis bella non subegerit curam suscipere non expediat; cúmque ad subditorum regimen debitum inter animi dotes necessaria sit experientia, qua dictante certiùs operetur artifex expertus artifice non experto, ea propter nullus in Ordine isto præficiatur, nec in electione & depositione superiorum vocem habeat, nisi per triennium professus laudabiliter vixerit, nec post dictum triennium demptis Sacerdotibus primitus hoc in Ordine professis, si tamen vigesimum quintum annum attigissent, nisi consensu Capituli Prouincialis interueniente. Ordinis autem istius superiores quoscunque Correctores nuncupandos censemus, vt seipsos prius corrigentes fratrum suorum defectus cum charitate & compassione delere & emendationem potius quàm punitionem prætendentes Communitati in victu & vestitu se conformare debeant: nullumque ex fratribus suis *Minimis* & ipsi *Minimi* quacunque gratia autoritateve præemineant præstantia contendere aut concutere præsumant. Fratres verò subditi Correctorem velut Patrem spiritualem offendere timeant, nec dum arguuntur, cum eo super quacunque re, nisi sit contra

Digitized by Google

1501. tra Deum,animam ſuam,Regulã iſtam,ſuperba ceruice contendere aut ei arroganter reſpondere audeant, ſed re & verbo vt filij beneuoli eos venerentur, & ad quæcunque interrogata promptè reſpondentes obedientiam ſibi iniunctam cum manſuetudine & charitate perficere non negligant: proinde patrem Generalem & Correctores Prouinciales cùm ad eos declinauerint,præcipua reuerentia recipientes debito honore proſequantur, nihilominus tamen ſi Correctores contra hanc Regulam aliquid facerent liceat cuilibet profeſſo eos benignè & charitatiuè admonere. 1501.

CAPITVLVM SEXTVM.

De Prædicatoribus ac Secularium confeſſoribus, cæteriſque officialibus.

IN Prædicatores & Confeſſores Secularium aſſumendi,ſint timorati ac boni teſtimonij, & in Capitulo Generali ac Prouinciali circumſpectè & attentè examinati, & qui idonei inuenti fuerint Correctoris Generalis aut Prouincialis benedictione approbentur & confirmentur, & à dictis officijs per eoſdem ſuſpendantur vel priuentur vſque ad proximum Capitulum Prouinciale aut Generale, qui tunc ibi confirmabuntur, aut de alijs prouidebitur, qui quidem ſic ordinati officia prædicta in nomine Domini cum timore exercere poterunt. In Lectores ordinarios deputati à curioſitate caueant,vtilitati magis quàm ſubtilitati intendendo, gradum etiam magiſterij aſſumere fratribus nunquam liceat. Demùm quando aliqui fratres ſic ægrotauerint quod communitatem ſequi non valeant,ad Infirmariam conducantur,ſi videbitur, & Infirmarius de Oblatis per Correctorem & Seniores ordinetur, qui quidem Oblatus de medici,ſi affuerit,aut in eius abſentia de aliquarum expertarum & timoratarum perſonarum conſilio primitus de cibis quadrageſimalibus charitatiuè & diligenter infirmo ſubueniat: ſi autem infirmitas inualuerit,de prædictorum conſilio, vt priùs tactum eſt de cibarijs quibuſcunque pro ſanitate recuperanda opportunis foueantur, illis iuxta loci facultatem ſubueniendo: qui quidem infirmi cùm conualeſcere cognoſcentur,ſic quod conſuetis cibis ali poſſint ad priſtinam felicémque reuertantur,aut reducantur conſuetudinem. Similiter qui diutino ſeu naturali languore laborant, ſupportentur, vt infra exprimitur,gaudentes de tempore ſibi ad pœnitentiam faciendam commodato. Infirmaria autem centum pedum interuallo ad minus ſi poſſibile ſit, à Conuentu ſeparetur, & nullo modo in interioribus officinis eſſe permittatur: carnes verò ſeu oua,butyrum,caſeus, ſeu quæuis lacticinia, aut ex eis confecta per Conuentum nullatenus portentur, niſi eſſent candelæ aut vnguenta cauſa neceſſitatis ex pinguedine compoſita, ſed Corrector per Oblatos aut Procuratores de talibus ſecundum medici conſilium prouideri faciat, eo quòd huiuſmodi pinguia fratribus ſanis intus & extra prohibentur. Fratres autem infirmi qui ſe à paſchalibus cibis abſtinere voluerint, niſi eſſent ſenſu læſi aut mẽte capti,ad illa

1501. violenter non cõpellantur, niſi de cõſilio medici ac licentia ſeu mãdato Correctoris: ipſi verò Oblati infirmis deputati in ipſa Infirmaria cum infirmis reſideant, nec liceat cæteris fratribus Infirmariam intrare tempore quo infirmi in illa fuerint, niſi de licentia Correctoris, aut etiam niſi loco Oblatorum, aut cum ipſis Oblatis de Correctoris & Seniorum conſilio ad ſeruiendum ipſis infirmis deputati eſſent. Poſtremò hoſpites hilari corde & vultu placido recolligantur ac de cibis quadrageſimalibus, & non aliis, illis ſubueniatur. Fratres verò qui bini & bini incedere debent quamdiu cum obedientia extra Conuentum vadunt vnus eorum vice Correctoris fungatur, & in egreſſu & regreſſu benedictionem Correctoris non omittant. Et quia mulierum familiaritas plurimum obeſſe noſcitur, idcirco mulieres quaſcunque hoſpitio recipi ſtrictiſſimè prohibemus: poterunt tamen fundatrices & earum natæ atque hæredes & de ſtirpe regia progenitæ cum earum comitiua ſepta locorum noſtrorum intrare & communiora Conuentus loca viſitare, ſimiliter etiam Duciſſæ, Baroniſſæ, & Comitiſſæ, ſeu alio nomine nuncupatæ, cum à longè deuotionis cauſa ad noſtra diuerterint loca, cum omni honeſtate & decenti ſocietate cum Dei benedictione bis aut ter in anno intrare ac eadem viſitare permittantur: diebus tamen & horis ad id per Correctorem & Capitulum pro tempore ſtatutis, & dummodo dictæ mulieres ibi non pernoctent. 1501.

De hoſpitibus recipiendis.

Nor. de ingreſſu Fundatricum & aliarum.

CAPITVLVM SEPTIMVM.

De paupertate fratrum & rerum expropriatione.

QVI non renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Eapropter fratres fugitiua & velut vmbra præteruntia reſpuentes nihil quantumcũque minimum ſit ſibi approprient: ſi igitur cuicunque fratrum vndecunque aliquid donari contigerit, per Correctorem de ſcientia Conuentus, cui neceſſe fuerit charitatiuè diſtribuatur: in omnibus tamen tam veſtimentis, quàm ædificiis humilitatis nutrix paupertas ſemper innoteſcat. Et quoniam nummus eſt animarum viſcus multis in perditionem cedens, idcircò pecuniarum nedum proprietatem, ſed & contactum, vt peccandi tollatur occaſio, ſtrictiſſimè interdicimus, itaque eas tangere aut ſupra ſe quouis modo ſcienter portare nulli fratrum vnquam licebit. Verumtamen ob fidelium deuotionem, diuini cultus augmentationem, fratrumque ſubuentionem, cippum, ſiue truncum ne fratrum mendicitas fidelibus ſit oneroſa, vagationis quæſtuoſæ, potius quàm pietatis materia illis impendatur habere toleramus, permittentes quod ſi qui deuotionis cauſâ pietatiſvè obtentu eleëmoſynas annuales, ſeu perpetuas pro Eccleſiæ fratrumque neceſſitatibus piè releuandis legare voluerint, modo infra ſcripto gaudere valeant. Ita tamen quod fratres à perfectione & puritate paupertatis promiſſæ non diſcedant, in proximiori ciuitate, aut villa ſeu caſtro vbi fratres locum & ſitum habere contigerit, Rectores, Præſides, Scabini, Luca 14.

De eleëmoſynis recipiendis.

Digitized by Google

1501. Scabini, Conſules, Electi, Iurati, aut Domini de Conſilio, ſeu quouis alio nomine nuncupantur bonorum annualium, ſi quæ fuerint veluti tutores & procuratores locorum, ac dictas eleëmoſynas annuales piè Deo largientium & donantium curam habeant: vnum vel plures recollectores huiuſmodi eleëmoſynarum fratribus per manus Oblatorum aut amicorum ſpiritualium per eoſdem fratres conuentualiter electorum iuxta legantium intentionem diſtribuendarum deputaturi: idcirco ſi à paupertatis profeſſoribus abdicatis rerum dominijs dictæ eleëmoſynæ annuales & perpetuæ in toto vel in parte auferantur, fratres vt filij veræ pacis cum hominibus nullo pacto in Iudicio vel extra contendant, ſed huiuſmodi Rectoribus, Præſidibus, Scabinis & Dominis prædictis ſolicitudinem relinquant. A contentionibus igitur liberi non ſint modicæ fidei, ſed in Domino oſtiatim mendicando ſpem reponant. Prætereà non intendimus per hoc quin fratres dictos Dominos de conſilio, ſeu politiæ gubernatores, aut in recollectores eleëmoſynarum perpetuarum deputatos benignè monere poſſint, quod eleëmoſynas legatas pro conſcientiarum ſuarum exoneratione & animarum ipſorum legantium ſalute dignentur iuxta piam legantium intentionem fideliter impendere. 1501.

CAPITVLVM OCTAVVM.

De diſpenſatione eleëmoſynarum pecunialium.

QVia fratres chariſſimi Regula noſtra ſpecialiter prohibet vt fratres noſtri nihil ſibi approprient, ſed ſint tanquam peregrini & aduenæ in hoc ſeculo Domino famulantes, & quod nullus inter vos ſuum quidquam dicere audeat, ſed omnia ſint de Eccleſia & vnicuique à Patre diſtribuatur prout opus eſt, cuiuſlibet ætate & qualitate conſiderata, & pecunias accipere aut quouis modo ſuper ſe portare ipſa Regula noſtra perpetuò interdicit, ac ſuperiores pro neceſſitatibus infirmorum, ac fratribus induendis per amicos ſpirituales, aut locorum procuratores de ſcientia Conuentus pecunias vndecunque prouenientes, ſiue quauis de cauſa accipi facere, & per eoſdem in capſa quatuor clauaturis clauſa reponere, & de ſcientia Conuentus exponere ipſa Regula noſtra continet, prout in ſexto capitulo dictæ Regulæ noſtræ autoritate Apoſtolica confirmatæ pleniùs continetur. Quoniam panem quotidianum pro corporis neceſſitate non voluptate petendum Chriſtus paternaliter docuit, pro neceſſitate ipſorum fratrum, & ne per repoſitionem eleëmoſynarum huiuſmodi in terra nos theſaurizare videamur, ſed theſaurum in cœlo quod fur neque ærugo demoliuntur, pia largitione acquiramus, capitulum ipſum in aliquo commutari pro ſalubriori vita & paupertatis obſeruatione non indecens eſt, eapropter neceſſariæ, tam Eccleſiæ, quàm ædificiorum reparationi, quàm fratrum debitæ ſubuentioni de legatis, procuratis, mendicatis & largitis, prout opus eſt ſtatui noſtro communiter viuendo conuenit, condiuidantur: prius ta-

Not. omnia de Eccleſia.

Digitized by Google

1501. men ſinguli fratres notitiam eleëmoſynarum habeant, vt fideliter orare valeant ad Dominum pro pia intentione donantium. Porrò dictæ eleëmoſynæ per duos fratres capitulariter electos, Oblatorum, aut amicorum ſpiritualium miniſterio, in Eccleſiæ, ac fratrum vſum iuxta ordinationem Correctorum & Capituli prouidè conuertentur. Si verò fratribus de tegumentis & vitæ neceſſariis aliiſque vt præfertur rationabiliter prouiſis, ex eleëmoſynis annualibus, ſeu perpetuis aliquid ſuperfuerit, per prædictos Rectores & huiuſmodi Officiales de conſenſu Capituli localis piè & charitatiuè in pias cauſas diſtribuatur. Correctoribus verò tempore ſui Correctoriatus non liceat extra Conuentum exire propter communitatem, prædicare, aut Secularium confeſſiones audire, niſi iuſta de cauſa, & hoc de conſenſu Capituli. 1501.

Nót. de beneficiorum cognitione.

De eleemoſynarum diſtributione.

CAPITVLVM NONVM.

De Ieiunio.

CVm ieiunium corporale vitia comprimere, virtutes acquirere, dæmones effugare noſcatur, ideò Fratres ſanctam Quadrageſimam à Quinquageſima incipientes iuxta communem ordinationem Eccleſiæ vſque ad Domini noſtri Reſurrectionem cæteraque ieiunia obſeruantes, à Feſto Omnium Sanctorum excluſiuè, vſque ad Natiuitatem Domini cum quartis & ſextis ferijs per anni circulum ieiunare ſolliciti ſint, Octauis Paſchæ & Natiuitatis Chriſti, feſtiſque infra ſcriptis, videlicet Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ, Apoſtolorum Petri & Pauli diebuſque Communionum, ſi quarta feria occurrerint, excluſis: poterunt nihilominus Correctores ſuper prædictis ieiuniis ſecundùm Deum diſpenſare. In itinere autem fratres non aſtringantur ieiunio corporali. Et vt efficaciùs omnis crapulæ tollatur occaſio, aliquid comeſtibile aut potabile in cellis ſuis tam prælatis quam ſubditis, niſi aquam aut quid medicinale, & hoc de licentia Correctoris tenere, nec vltra horam prandij ſolitam, demptis infirmis & viatoribus, abſque ſuperioris licentia comedere minimè conſulimus: qui tamen diutino & naturali languore laborant in ieiuniis & laboribus, & vigiliis charitatiuè & fraternaliter ſupportentur. Cæterùm fratres in domibus Secularium cùm commodè ad Conuentum ſuum redire potuerint recumbere non debeant, tria tantummodò loca refectioni congrua, videlicet Refectorium pro ſanis, Foreſtariam pro hoſpitibus, & Infirmariam pro infirmis deputantes: neceſſitate tamen interueniente Corrector cum ſenioribus de quodam loco fratribus ob Religionis onera fatigatis ſecundùm Deum diſpenſare poterit.

Nót. de fratribus tiros, ruſticos, aut alias faciſtantibus.

CAPITVLVM

1501. 1501.

CAPITVLVM DECIMVM.

De Capitulis & electionibus Prælatorum.

SInguli fratres vnum è ſocietatis fratribus triennalem Patrem & Correctorem, ſeruumque omnium fratrum, poſt prædictum *Franciſcum* in Generalē habere teneantur. De triennio autem in trienniū fiat electio Generalis & Prouincialiū, quibus tres fratres timorati & capitulariter electi in ſocios & diſcretos deputentur, cū quibus Ordinis negotia maturè tractent. Ipſe autem Generalis Corrector gregem ſibi commiſſum diligenter viſitet, quem ſi commodè viſitare non poterit, vnus vel plures Vice-Correctores, quia ſic eos nuncupari volumus, vnicuique Prouinciæ ſi videbitur tribus ſociis deputātis ab eodem de ſociorum ſuorum conſilio eligantur. Si etiam ex cauſa legitima Corrector Prouincialis totam Prouinciam viſitare non poſſet, per Vice-Correctorem vt prius ſuccurratur. Dicti autem Viſitatores, ſeu Vice-Correctores nulla autoritate, ſeu præeminentia niſi miſſi, in actu viſitationum fungantur. Præterea in quolibet Capitulo Generali prænominati Correctores fidelitatem Ordini promittant; eandem promiſſionem coram Capitulo Conuentus faciant locales Correctores cum ſuis tribus ſociis, & etiam cæteri qui in ſuis electionibus præſentes non fuerint & hoc in primo die ſui officij. Correctores verò Generales & Prouinciales officio ſuo triennali peracto ſint triennio ad minus ſubditi: Correctores verò locales ſingulis annis in Capitulo Prouinciali mutentur, & per annum ad minus ſubdantur. Poterunt nihilominus Viſitatores & Correctores locales aſſumi in Prouinciales, & Prouincialis in Generalem Correctorem. Inſuper omnes tam prælati quàm ſubditi in Capitulis Generalibus aut aliis, vel extra à quibuſcunque ſtatutis, vel ordinationibus nouis contra hanc Regulam & fortalitium, ac etiam aliis ab his quæ vel quas prædictus Franciſcus de Paula ordinauerit, & in futurum ſua durante vita autoritate Apoſtolica ordinare, iam ordinata augere aut diminuere poterit, ſummopere caueant, nec aliquas litteras contra hanc Regulam impetrare præſumant. Præterea petatur à Domino Papa vnus de Venerabili Collegio Cardinalium qui ſit benignus amator & fautor huius Religionis. Et vt hæc Regula meliùs obſeruetur, quolibet menſe diebus capitularibus coram fratribus in menſa Refectorij legatur & vulgari lingua exponatur vel vt melius videbitur.

Not. de Viſitatoribus.

Protector.

Not. de Regula exponenda.

Digitized by Google

1501. 1502.

INCIPIT REGVLA SEV MODVS VIVENDI Tertiariorum vtriusque sexus Fratris Francisci de Paulâ.

De salutifera præceptorum diuinorum obseruatione.

CAPITVLVM PRIMVM.

SI vis ad vitam ingredi serua mandata, inquit Christus: quamobrem vniuersis vtriusque sexus fidelibus sub hac vita & Regula Deo militare cupientibus diuina præcepta summoperè sunt obseruanda si frui voluerint vita æterna. Vos igitur qui hanc Regulam intratis vnum Deum in Trinitate adorantes, & super omnia diligentes illi fideliter seruite & cor vestrum in eo fixè reponite, nomen eius sanctissimum honorate, nec in vanum illud assumite, in mercantiis & contractibus, & in cunctis dictis & factis vosipsos, proles vestras, seruos & ancillas ab omni iuramento coërcere curate, & dum fratres aut sorores nostræ congregationis iurare audieritis, in charitate & mansuetudine corripite, quia dicit Dominus, Sit sermo vester, est, est, non, non, à maledicto & omni conuitio abstinete, non enim recedet malum ab eo qui assuescit iuramento. Diem dominicum & Ecclesiæ festa sanctificate, & in illis vos bonis operibus & piis exercitiis, meditando, orando, legẽdo, Missas, diuinũ Officium, Sermones audiendo dedicare Deo pro tẽpore satagite. Patrem & matrẽ tam corporalem, quàm spiritualẽ, Correctorẽ, Correctricẽ, & superiores ac omnes Ecclesiasticos veluti ministros, & dispensatores mysteriorum Dei colite & honorate. Homicidium fugite & eum qui vobis subiicitur in bonis operibus instruite; odium, rancorem, indignationem, appetitum vindictæ declinate, benedicite maledicentibus, & orate pro persequentibus vos. Furtum, rapinam, vsurarios & illicitos contractus & omnem auaritiam respuite, si quid de alieno habetis restituite, quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. *Matth. 19. 17.* *Iacob. 5. 12.*

De diuino Officio & seruitio defunctorum.

CAPITVLVM SECVNDVM.

PRimum quærite regnum Dei & iustitiam eius, ait Christus. Sacrificantes igitur Deo sacrificium laudis pro vniuersis beneficiis orationes deuotas quotidie immolate; pro matutino videlicet decem *Pater noster*, & totidem *Aue Maria*, pro Laudibus quinque, pro Prima, Tertia, Sexta & Nona, pro qualibet illarum Horarum tria *Pater noster*, & totidem *Aue Maria*, pro Vesperis septem, & pro Completorio nouem: & quoniam sancta & salubris est cogitatio pro defunctis orare vt à peccatis absoluantur, quinquies *Pater noster*, & totidem *Aue Maria*, pro defunctis quotidie persoluite. In morte fratris omnes fratres, sororis, omnes *Matth. 6. 33.*

Digitized by Google

1501. omnes ſorores illius villæ vel oppidi vbicunque ſepeliri contigerit, quos legitima cauſa non excuſat conuenire habeant, & infra octo dies ſequentes quinquaginta *Pater noſter*, & tot *Aue Maria*, pro decedente perſoluere non omittant: idem faciant pro fratribus noſtris decedentibus in proximiori loco vbi fratrum vel ſororum congregatio habetur: in die commemorationis animarum idem fiat pro omnibus defunctis: infra ſanctam Quadrageſimam centum *Pater noſter*, & tot *Aue Maria*: infra Aduentum & qualibet Octauarum ſequentium videlicet Paſchæ, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, Aſſumptionis Virginis Mariæ, S. Michaëlis, Natiuitatis Domini triginta *Pater noſter*, & totidem *Aue Maria*, perſoluere pro fratribus & ſororibus, & omnibus defunctis ſummoperè curent. In laudem Virginis Mariæ in exercitio ſuæ Coronæ quæ ſexaginta tria *Aue Maria*, & ſeptem *Pater noſter* continet, maximè diebus feſtiuis pro gratiis diuerſis impetrandis crebrò ſe occupent. Ad honorem Trinitatis & Beatæ Mariæ Virginis hi qui legere noſcunt dicant Antiphonam de Trinitate, videlicet *Benedicta ſit ſancta Trinitas*, &c. cum Verſu *Benedicamus Patrem*, &c. Reſponſorio *Laudemus*, &c. & Oratione *Omnipotens ſempiterne Deus*, &c. 1501.

Corona B. Virginis Mariæ.

De Confeßione & Communione facienda.

CAPITVLVM TERTIVM.

QVia Ieſus Nazarenus totus floridus cuius deliciæ ſunt eſſe cum filijs hominum in virtutum floribus delectatur, idcirco decori conſcientiæ per Confeſſionem Sacramentalem Confeſſoribus, per Correctores Prouinciales deputatis faciendam ſatisfacere filij chariſſimi non negligatis quater ad minus in anno, videlicet in Natalis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, ac B. Virginis Mariæ Aſſumptionis feſtiuitatibus, ſaltem ſemel in anno communionem de manu Curati deuotè & reuerenter ſuſcepturi, alijs verò temporibus ab eorum Ordinis miniſtro ſi voluerint, ſaluo ſemper iure decimarum & oblationum ſecundùm morem Parochialis Eccleſiæ Curatis & Paſtoribus, aut eorum Vicarijs fideliter perſoluendarum. Miſſas verò quotidie audire ſit vobis pro ſalubri conſilio, vt Paſſionis Chriſti quæ in Miſſa recolitur armis muniti, fortes ſitis & firmi in obſeruantia mandatorum Dei. Miſſas audiendo oretis vt mors Chriſti ſit vita veſtra, dolor eius ſit doloris veſtri mitigatio, labor verò requies ſempiterna.

Miſſæ audiendo quotidiana.

De vanitate mundi fugienda.

CAPITVLVM QVARTVM.

1. Ioan. 2. 15. NOlite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt, ait diſcipulus amoris verus amator Chriſti Ioannes, nam qui amicus eſt huius mundi inimicus Dei conſtituitur. Quapropter qui hanc vitam

Digitized by Google

1501. Arma non deferenda, &c.

áccipere deſiderant, officia mundialia & publica exequi minimè præſumant, arma inuaſiua niſi ſint pro Eccleſiæ tuitione & fidei defenſione non deferant, nuptialia conuiuia, niſi ſint conſanguineorum, fugiant, vanitates, honores, rumores, pompam & gloriam labentis huius ſeculi & perituras opes reſpuant, ludos publicos, prohibitos, & ſcandaloſos, ac quoſcunque licitos niſi lucrum erogetur pauperibus, declinent, vt immarceſſibilis gloriæ palmam & regnum decoris de manu Domini percipiant, gloria enim mundi fallax & diuitiæ fugaces. Felix qui plus de bona quàm de longa vita cogitat. Felix qui plus de pura conſcientia, quàm de arca plena curat. 1508.

Not. de ludo vel ludi tempore.

De Ieiuniis, abſtinentia, & operibus miſericordiæ.

CAPITVLVM QVINTVM.

MOrtificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, ait Apoſtolus, quia ſi ſecundùm carnem vixeritis, moriemini, ſi verò ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: quapropter qui Deo ſub hac vita militare voluerint carnem ſuam domantes à feſto ſanctæ Catharinæ vſque ad Natiuitatem Domini, & ab Aſcenſione vſque ad Pentecoſten dictis ſingulis feſtis excluſis, & per nouem dies ante dies communionum, ac ſingulis feriis quartis à carnibus abſtineant, ſintque ſolliciti ieiunare à feſto Beatæ Luciæ vſque ad Natiuitatem Domini, & ſingulis ſextis feriis, niſi in Natiuitate occurrat: in dictis autem feriis ſextis ob memoriam paſſionis dicant quinquies *Pater noſter*, & totidem *Aue Maria*. A dictis ieiuniis excludãtur in puerperio iacentes, lactentes, ſenes & debiles, & in graui labore deſudantes, licentia à ſuis ſuperioribus priùs poſtulata aut Confeſſoribus, qui quidem Confeſſores dicta ieiunia in aliqua pietatis opera vel in certas orationes ſecundùm qualitatem perſonæ commutare poterunt. Erga pauperes orphanos & viduas potentes & diuites miſericordiæ opera adimplere ſatagant ieiuniiſque Eccleſiæ ſe conformare ſtudeant. Col. 3. 9.

Not. de ieiunio antè communionem. ſed intelligit de generali & præcepta de qua ſuperius.

De veſtimentis, cordone & profeſſione.

CAPITVLVM SEXTVM.

Colores prohibiti.

COrporis veſtimenta & tegumenta ſecundùm ſtatum vniuſcuiuſque ſint honeſta curioſitate vitioſa, colore crocco, viridi aut rubeo ſemotis, cordonem noſtrum duobus nodis nodatum à Correctoribus locorum noſtrorum, & non aliis pro cingulo ſuſcipiant, & in eorum manibus præſentem Regulam, ſeu modum viuendi tam Clerici quàm Laici etiam coniugati obſeruare promittant, inſuper promittentes emendationem vitæ & correctionem morum, & ſe huic ſtatui & Regulæ conformare, mandata Dei obſeruare & Officium diuinum ſeruitium defunctorum ad expreſſum, niſi infirmitas, vel alia cauſa legi-

Profeſſio.

tima

Digitized by Google

1501. tima extiterit adimplere satagant. Poterunt autem vniuersi vtriusque sexus in hac vita à puerilibus annis se exercere & cordonem de manu Correctorum localium susceptum deferre, ac in decimo octauo anno & non antea professionem iuxta Regulam & modum viuendi prædictum emittere. Si verò, quod Deus auertat, diuinatores vel diuinatrices essent, aut aliquam magicam aut prohibitam artem, aut sortilegia quæcunque, aut quomodocunque, aut vsuras publicas, vel prohibitos contractus exercerent, aut ludos theatrales, choreas, tabernas & ludos publicos frequentarent, aut vitam dissolutam & scandalosam ducerent, vel blasphematores & assiduè iuratores essent, ter canonicè moneantur, qui trina monitione præuia si se non correxerint & emendauerint, dicto cordone & singulis gratiis & priuilegiis à locorum Correctoribus de fratrum consilio seniorum priuentur. Nouerint nihilominus per huiusmodi priuationem à votis præsentis Regulæ & vita Deo promissa minimè fore absolutos & liberos, sed se cordone & gratiis sentiant & iudicent indignos: verumtamen poterunt ad pœnitentiam recipi & ablata eis restitui si eorum contritio exegerit. 1501.

Nota de obligatione huius Regulæ.

De Correctoribus annualibus, ac de pace fraterna & in bono perseuerantia.

CAPITVLVM SEPTIMVM.

CVilibet istius fraternitatis congregationi Correctorem vel Correctricem, Correctores Prouinciales deputent illos vel illas cùm opus fuerit mutando, qui quidem Correctores Prouinciales cùm ad loca nostra declinauerint fratres ac sorores fraternitatis in die opportuno conuocare poterunt & eis sermonem per se vel per alium facere ad obseruantiam mandatorum Dei & perseuerantiam in bono exhortando. Correctores autem & Correctrices huius congregationis lites inter fratres & sorores ortas studiosè conabuntur extinguere & ad pacem reducere, charitatem mutuam seruantes fratres & sorores se nuncupare non vereantur, & in tribulatione & aduersitate, seu infirmitate se mutuo visitent & confortent. Hæc sunt filij chariſſimi quæ obseruare curabitis, pœnitentiam igitur assumptam & bona opera nolite deserere, quia si fideles fueritis in operãdo, Deus fidelis erit in remunerando. Et ne obliuio aut ignorantia sint causa delinquendi, semel in mense ad minus hæc Regula vulgariter & intelligibiliter vobis legatur, nisi causa legitima quis impediretur, non enim priuabit Dominus eos bonis qui ambulant in via mandatorum suorum, & qui eis sub hac Regula militant, sed gratiam & gloriam dabit eis.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, communitionis, suppletionis, erectionis, innouationis, concessionis, reductionis, immutationis, alterationis, extensionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Pe- Cl. Bul.

Digitized by Google

1501. *trum anno Incarnationis Domini* 1501. *Calendis Maij Pontificatus noſtri anno* 9. 1501.

De fide Regularum. 2. Et harum quidem litterarum archetypum exemplar apud Turonenſes noſtros religioſe cõſeruatur, eorum ad quos pertinuit ſubſcriptione firmatum & Apoſtolici plumbei ſigilli de funiculo rubei & fului colorum pendentis appoſitione (quod etiam ita habet in reliquis) obſignatum & munitum.

Priuilegia q. videntur excidiſſe. 3. Porrò ex eis apparet, nonnulla è noſtris Priuilegiis ab ipſo Alexandro conceſſis, & alia quædam excidiſſe aut nondum edita latere ; intereſt autem toti Ordini vt ſicubi deliteſcunt proferantur, non quod nouum ex eis ius nobis poſſit accedere, cùm pluribus quàm deſiderari poſſit Bullis abundemus, ſed quia id ad decorem & ſplendorem Ordinis non parùm collaturum ſit, & deceat inſuper vt ſingula quæ nobis facta ſunt Priuilegia in cognitionem noſtrorum perueniant, quod vbi nobis licuit præſtitimus. Et quidem litteræ quas ad an. 1495. deſcripſimus illæ ipſæ videri poſſunt quæ hîc commemorantur.

Obſeruanda ex Regulis. 4. Quod autem ad rem præſentem pertinet ex eiſdem litteris manifeſtum eſt quo primum tempore quadrageſimalis vita votiua eſſe cœperit, quo *Correctorij* nomen alijs omnibus abrogatis Superioribus adhæſerit, quo *Tertiarij* autoritate Apoſtolica inſtituti, quo pleraque (vt verbo abſoluam) in vſum & obſeruationem inducta, hoc autem eſt, ille ipſe annus milleſimus quingenteſimus primus quo Regula illa in autoritatem admiſſa eſt.

Tertiariorum origo & commendatio. 5. Monet autem hic locus vt aliquid obiter interſeram de prima Tertiariorum origine. Nulla in hoc tempus Regula vſos eſſe qui eum Ordinem profitebantur certo certius eſt. Eandem tamen formam viuendi tenuiſſe quam Regula præſcribit non temerè poſſumus affirmare. Quando autem cœperint in Congregationem accipi conſtare nullatenus poteſt, ſit tamen admodum probabile non diu poſtquàm è ſolitudine progreſſus eſt B. P. cùm ſcilicet ad eum omnium hominum ordines confluerent, aliquos ad illud vitæ genus fuiſſe inſtitutos quod alij deinceps amplexi fuerint. Certè illo adhuc ſuperſtite viguit ille viuendi modus cùm in Italiâ tùm in Galliâ. Dicebantur ab initio fratres de Pœnitentia quod poteſt conſtare pluribus & authenticis quæ hîc dedimus teſtimoniis, ſed actum agendum ve non ago, ſicut nec diſputo de illius nominis ratione, haud dubium quin à Tertiarijs Ordinis Minorum mutuatum ſit ac pro mente ſanctiſſimi Inſtitutoris fuerit impoſitum, qui omnes ad pœnitentiam inducere propoſuerat. Sed vt ad originem de qua cœperamus proloqui reuertamur, ſuperſtite inquam B.P. hoc inſtitutum viguit. Atque vt ex multis pauca delibemus, eius rei Proceſſus Altiliæ inſtitutus fidem facit vno atque altero inſigni documento. In eo enim legimus Sororem quandam, *Pernam* nomine, Correctricem egiſſe ſedecim Religioſarum (verba ſunt ipſius Proceſſus) tertij Ordinis, & vnam quidem ex illis cui *Ioanna Caſerta* nomen fuit, dæmoniaco ſpiritu vexatam fuiſſe, qui tamen profiteretur ſe illi obeſſe non poſſe, ac niſi eſſet cingulus ſeu *il cordone* illius laceratis veſtibus induti qui in Gallia reſidebat ſe dedecoraturum vniuerſam iſtam Religionem. Docet præterea illa narratio Sacerdotem prædictarum Sororum congregationi præfuiſſe cui nomen eſſet D. *Angelus de Serra*, & poſt multa quibus infeſti dæmonis in eos alioſque machinationes exponuntur, ſic demùm narratio tota concluditur: *Et dicta Sorer Ioanna à dæmone liberata profecit in virtutibus & pranunciauit diem obitus ſui per ſeptem hebdomadas, & vidit dictum D. Angelum Tertiarium Minimorum glorioſum in gloria finitimum propinquum B. Franciſco.* Alterum & hoc legimus quod faciat ad illius inſtituti non paruam commendationem: *F. Bernardinus Prouencianus de dicto oppido (Altiliæ) Tertiarius Ordinis dicti Franciſci, dixit quod cum veniret è ciuitate Conſentiæ in itinere parum mali obortum fuit in naſo. & deinde inflatum eſt ei caput æſtimatiuè vltra quatuor palmas, qua ex agritudine quatuor dies nec vidit, nec audiuit, nec intellexit, nec comedit, nec bibit, præterquam filo palea aliquoties bibebat manu alterius, nam quoad eum in altero videbatur eſſe ſæculo, capilli omnes è capite decidebant adeò quod vnuſquiſque ad eum viſendum tanquam monſtrum concurrebat, & cum Sacer-*

Caſerta.

De Serra.

Prouenian

dos

Digitized by Google

1501. *dos cum Eucharistia accessisset non potuit ipsum communicare quando ei non adinuenit,* 1502.
nec oculi etiam videbantur, vnde eius vxor denouit eum B. Francisco vt gereret habitum Tertiarij ipsius B. Francisci qua ex re infra duarum horarum spatium oculos aperuit & cœpit loqui & petere cibum & sanatus fuit. Hæc iisdem verbis referre placuit quibus in ipso processu enunciantur, vt styli simplicitate gratior accidat narratio. Sunt autem pleraque notatu digna quæ per se æquus Lector non difficulter colliget.

6. A die autem 15. mensis Ianuarij ad D. *Petrum de Lucena Olit* gratulatorias ob duos illos Conuentus *Illiturgitanos*, quos diximus B. P. scripserat, quibus & se apud Pontificem acturum promiserat, vt illi ipsi Conuentus indulgentiis (quas vocamus) donarentur, sed quid factum sit nondùm resciuimus, non dubito tamen quin à Pontifice vniuersa quæ petiuerat retulerit: litteras autem ex integro recitat noster Montoia vbi de Conuentu *Illiturgitano*. Epist. gratulat. ad Fundator. Vid. an. 1606. & 1617.

An. M. D. II.

1. NOn satis certus esse possum quæ *Francisco* nostro recognoscendæ Regulæ causa fuerit cum vix penè confirmata fuisset. Certè cùm videam tam parùm inter nouissimam illam, & de qua modò dicemus tertiam dissentire, inducor vt credam non id factum fuisse alio animo quàm vt Pontificis confirmationi consilium & assensus sacri Cardinalium Collegij accederet, quòd, vt probabile est, ad maiorem firmitatem faciendam suggesserat *Bernardinus Carualalus* primus Ordinis Protector qui & de ea vt videbimus, ad sacrum Senatum retulit. Qua quidem occasione *Franciscus* priorem Regulam in nonnullis emendauit & de nouo recognouit atque recensuit. Quicquid autem sit, certũ est cùm vix in diem annus exiisset Tertiam Regulam à Pontifice abdicatis prioribus confirmatam fuisse, quam ne possit desiderari, & ob alias rationes quas prædiximus quæ in hac non secus atque in aliis locum habent ex integro describemus. 1502. Regula III.

ALEXANDER EPISC. SERVVS SERVORVM DEI.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Prefatio.

AD fructus vberes quos dilectus filius Frater Franciscus de Paula *dominicæ vineæ vigilans agricola, & quasi alter Franciscus ardentissimus Redemptoris nostri imitator, velut arbor bona in agro militantis Ecclesiæ modernis temporibus plantata, dextera Domini auxiliante & Apostolica Sede benedicente produxit hactenus, suorumque Confratrum Ordinis fratrum Minimorum professorum, quorum Regulam à Domino firmatam esse piè credendum est, deuotis operibus & salutaribus institutis quotidiana experientia indicante prouenturi sperantur, considerationis nostræ oculos extendentes, Apostolici fauoris præsidium eis libenter impartimur, & in ijs quæ firmamentum Regulæ & modi viuendi ac animarum salutem personarum eiusdem Ordinis concernunt nos fauorabiles exhibemus, & quæ propterea prouidè facta comperimus vt illibata persistant libenter cùm à nobis petitur Apostolico munimine roboramus & alia circa hoc statuimus & ordinamus prout in Domino conspicimus salubriter expedire.*

Supplicatio pro hac Regula.

Sanè pro parte Francisci de Paula *& fratrum prædictorum nobis nuper exhibita petitio continebat quod cum olim Regula fratrum eiusdem Ordinis per dictum Franciscum in tredecim capitula concepta fuisset & distincta, ipse Franciscus vnà cum nonnullis fratribus suis congregationis eiusdem expe-*

1502. *rientia edocti cupientes futuris periculis quæ succedente tempore in eodem Or-* 1502.
dine futura formidabant obuiare, tredecim capitula prædicta in decem tan-
tummodò reduxerunt, aliqua etiam profalubri ipsorum & aliorum directione
immutauerunt ac etiam addiderunt, quibus sic reductis mutatis, ampliatis, &
quæ superflua erant resecatis ipse Franciscus *decem capitula prædicta voluit*
& mandauit per singulos eiusdem Ordinis fratres pro sua salubri Regula dein-
ceps perpetuis futuris temporibus pro posse obseruari Regulamque Fratrum
Minimorum, *vt prius appellari: ipsi etiam salutarem cupiant promiscui*
sexus Tertij vè Ordinis viuendi modum, seu Regulam in septem tantum
capitulis statutam & ordinatam per nos benedici, approbari & confirmari, ac
sub præfato Minimorum Ordine comprehendi: quorum omnium tenores per
dilectum filium Bernardinum *tituli sanctæ Crucis in Ierusalem Presbyte-*
rum Cardinalem ac Venerabilem fratrem nostrum Felinum *Episcopum Lu-*
censem Referendarium nostrum domesticum diligenter visos de verbo ad
verbum præsentibus annotari fecimus: Quare pro parte tam prafati Fran-
cisci, quàm dilectorum filiorum vniuersorum fratrum congregationis eiusdem
Francisci de Paula, quorum Ordo ab Apostolica Sede confirmatus ac diuer-
sis priuilegiis decoratus extitit, nobis fuit humiliter supplicatum vt Regulæ
fratrum Minimorum huiusmodi cum prædicta sua immutatione & innoua-
tione, Regulæque seu modo viuendi Tertiariorum suorum vtriusque sexus
pro illorum subsistentia firmiori robur confirmationis & approbationis adi-
cere, institutionémque Ordinum huiusmodi ac singula Priuilegia, Indulgen-
tias, gratias, & indulta eidem Ordini ac illius personis sub quacunque forma
& expressione verborum concessa ad fratres & sorores tertij Ordinis huius-
modi extendere, ac aliàs in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apo-
stolica dignaremur.

Non deprimitur, ut sup. ad Innocentium.

Approbatio & confirmatio.

Nos igitur qui in nostro & Venerabilium fratrum nostrorum consistorio super
hoc per Bernardinum *Cardinalem, ac* Felinum *Episcopum præfatos, sa-*
crorum Theologiæ ac Iurium Doctores eximios affirmantes capitula, Regulas
& ordinationes huiusmodi diligenter examinasse & sacris Canonibus non
contrauenire fideliter coram nobis & vniuerso fratrum nostrorum Cardina-
lium collegio relationem habuimus, attendentes quod hi qui morum puritate,
vitæ sanctimonia & obseruantiæ austeritate spreto seculo & pompis eius ad
Religionis iugum reuera suaue quamuis in apparentia durissimum sponte per-
petuaque seruitute se mancipant, & cum verbo euangelico testante qui mi-
nimos se existimant magni futuri sint in regno cælorum, ac cupientes Re-
gulam ipsam Minimorum, tanquam non confessionem, sed lumen ad reuelatio-
nem gentium in Ecclesia Dei parituram per personas eiusdem Ordinis, si-
militer & modum viuendi seu Regulam Tertiariorum vtriusque sexus à
suis professoribus pro posse obseruari: nec non Franciscum *prædictum ac sin-*
gulos fratres congregationis huiusmodi, & eorum quemlibet à quibuscunque
excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis
censuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si
quibus quomodolibet innodati existant ad effectum præsentium dumtaxat
consequendum horum serie absoluentes & absolutos fore censentes, huiusmodi
supplicationibus inclinati Regulam & statuta huiusmodi sic reducta mutata

extensa

1502. *extenſa & ampliata cum omnibus & ſingulis in eis contentis & inde ſe-* 1502.
cuta quæcunque, prædictumque Tertiariorum viuendi modum ſeu Regu-
lam huiuſmodi ſimul cum priore, autoritate Apoſtolica tenore præſentium de
Venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio approbamus
& confirmamus, ſupplentes omnes & ſingulos defectus, tam iuris quàm facti,
ſi qui forſan intreuenerint in eiſdem, pro potiori etiam cautela dictos fratres
Minimos ab alia priori Regula intredecim videlicet capitulis ſancita, redu-
ctione, ſeu immutatione huiuſmodi prædicta penitus eximimus & liberamus,
eoſque ſub noua Regula per præſentes approbata reponimus, & nihilominus
inſtitutionem Ordinis huiuſmodi ac omnia & ſingula priuilegia, indulgen-
tias, litteras, & indulta eidem Ordini & illius perſonis ſub quacunque forma
& expreſſione verborum conceſſa ad fratres & ſorores tertij Ordinis eiuſmo-
di autoritate eiſdem & tenore extendimus pariter & ampliamus, decerni-
muſque & volumus Regulas ipſas iuxta earum continentiam & tenorē, ab
earum profeſſoribus, qui nunc ſunt & pro tempore erunt reſpectiuè, perpetuis
futuris temporibus teneri & obſeruari, decernentes irritum & inane ſi ſecus
ſuper his à quoquam quauis autoritate ſcienter vel ignoranter contigerit at-
tentari. Et vt hæc ſpiritualis & humilis ac quadrageſimalis vita quam
Not. de Quadrageſimali vita. *Deo largiente aſſumpſerunt ſtabiliùs perſeueret, nec pro illius mitigatione in*
poſterum ad Sedem Apoſtolicam recurrere habeant, volumus & ordinamus
quod ſi qui deuotionis cauſa pietatiſvè obtentu eleëmoſynas annuas ſeu per-
petuas, vt in Regula continetur, pro Eccleſiæ pauperumque fratrum neceſ-
ſitatibus releuandis piè legare voluerint, liceat ipſis fratribus eleëmoſynas
ipſas perpetuas, vel temporales, vtenſilia quoque & oblationes quaſcunque,
cuiuſcunque ſpeciei exiſtant, quarum tamen dominium & proprietatem pro
nobis & Eccleſia Romana ſuſcipimus, nudo vſu dumtaxat ipſis fratribus re-
licto, per procuratores ſuos & noſtros ad hoc prouida cura paternaque beneuo-
lentia deputandos noſtro & dictæ Romanæ Eccleſiæ nomine ad ſe recipere:
qui procuratores dictas eleëmoſynas fratribus ipſis per ſe vel per alios iuxta
piam legantium, ſeu largientium deuotionem ac intentionem conſtitutionémque
noſtram huiuſmodi fideliter habeant diſtribuere aut diſtribui facere. Ipſum
Not. emenda mitur. *autem Fratrem* Franciſcum de Paula, *non tam religioſiſſimi huius Ordinis*
primarium Patrem & Inſtitutorem, quàm priſcorum Patrum fidelem imita-
torem diligentémque laudabilium ſuarum inſtitutionum ſequacem ac inno-
uatorem, in Patrem, Superiorem, Generalem Correctorem, quoad vixerit,
eſſe & haberi volumus & decernimus: quodque liceat fratribus prædictis ha-
bere altare portatile cum debita reuerentia & honore ſuper quo celebrare poſ-
ſint in locis ad hoc congruentibus & honeſtis ſine iuris alieni præiudicio, &
cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit circa diurnam
lucem: & quoad vixerint ſingulis Quadrageſimæ, & aliis cuiuſlibet anni
ſtationum temporibus aliquam eorum Eccleſiam, aut aliam in quibus eos
pro tempore cum obedientiæ merito fore contigerit, & inibi ante illius altare
manus quinquies Orationem Dominicam & toties Salutationem Angelicam,
deuotè dicendo omnes & ſingulas Indulgentias conſequantur, & conſequi
poſſint quas conſequuntur viſitantes Eccleſias Stationum Vrbis & extra il-
lius muros temporibus huiuſmodi, quaſque conſequerentur & conſequi poſſent

Digitized by Google

1502. *ſi dictas Eccleſias ſtationum Vrbis eiſdem temporibus perſonaliter viſitarent:* 1502.
quodque ſi hactenus aliqua alia Regula ſeu modus viuendi in eorum Ordine
auctoritate Apoſtolica approbata ſeu approbatus fuerit, ille ac deſuper con-
fectæ in quantum Regulam ſeu modum viuendi huiuſmodi litteræ concer-
nunt dumtaxat, nullius ſint roboris vel momenti: omnibus etiam & ſingulis
priuilegiis, indulgentiis, conceſsionibus gratiis & indultis Quatuor Mendi-
cantium Ordinibus & Eremitis fratris Petri de Piſis, *eidem Ordini noſtro*
ac illius locis & perſonis per nos & prædeceſſores noſtros ac Sedem Apoſtoli-
cam huiuſmodi conceſsis & forſan innouatis, confirmatis & ampliatis aliàs
in ſuo robore permanſuris, quibus omnibus dictos fratres vbique locorum
iuxta prædictas conceſsiones Apoſtolicas eis pro illorum priuilegiorum exten-
ſione factas, vti & gaudere volumus, & de nouo concedimus & permitti-
mus: omnia etiam prædicta illis qui ſunt de tertio ordine præfatæ Regulæ pro-
miſcui ſexus in ijs quæ ipſis Tertiarijs adaptari & conuenire poſſunt conce-
dimus, quorum Regulam per ſeptem capitula inferiùs poſt alia decem capi-
tula fratrum ipſorum Minimorum exprimenda diſtrictam ſimili modo auto-
ritate Apoſtolica ex præfato fratrum conſilio approbamus. Tenores verò prę-
dictarum Regularum ſucceſsiuè ſequuntur, & ſunt tales:

In Crucifixi nomine

INCIPIT VITA ET REGVLA FRATRVM MINIMORVM FRATRIS FRANCISCI DE PAVLA.

CAPITVLVM PRIMVM.

De ſalutifera moralium præceptorum obſeruantia.

SInguli fratres Minimi ſanctiſſimi Euangelij ſemitam vitam, ac Regulam imitantes, & ſub votis Paupertatis, Caſtitatis, ac Obedientiæ Quadrageſimaliſque vitæ, vt infra ſcribitur modificatæ deuote viuẽtes, obedientiã quoque ac reuerentiã S. D. N. Summo Pontifici *Alexandro* Papæ VI. eiuſque ſucceſſoribus canonicè electis ac Eccleſiæ Romanæ promittentes, fratri *Franciſco de Paula*, ipſiuſque pro tempore ſucceſſoribus humiliter obediant, nunquam ab huius vitæ Regulæque profeſſione receſſuri. Hanc itaque vitam ſuſcipientes & ſub huiuſmodi Regula profitentes omnia moralia Decalogi præcepta cum reliquis omnibus eorum ſaluti neceſſariis ſcire, ac Deum ſuper omnia toto corde totiſque viribus, & proximos vti ſemetipſos diligendo, vigilanter obſeruare, vniuerſalia deinde ſanctæ matris Eccleſiæ præcepta ſedulo cuſtodire, curent: neque his contenti eſſe velint, quin potius vt feruidi ad reliqua dicti ſacri Euangelij conſilia ſcandere & libenter & auidè contendant. Demùm cum Domini gratiâ perfecerint hæc omnia, ſeruos inutiles ſe eſſe arbitrentur, pauidi quoque recordentur in caſſum bonum fieri ſi ante vitæ terminum deſeratur.

CAPITVLVM

Digitized by Google

1502. 1502.

CAPITVLVM SECVNDVM.

De Officio laudibuſque diuinis.

LAudibus diuinis fratres Clerici cum tremore alacriter inſtantes Horarum Canonicarum officium, iuxta Romanæ Eccleſiæ ritum, vniuerſum per Ordinem, Calendario prius correcto, vt ſint vnius moris in domo concorditer obſeruandum, voce quadrata & ſine nota perſoluant. De ſolemnibus verò terræ locivè feſtis celebrabitur Miſſa Conuentualis cum commemoratione feſti in Calendario annotati, vel etiam vice verſa feſtorum qualitate conſiderata. Omnium autem Ordinis Eccleſiarum tam erectarum quàm erigendarum dedicationis anniuerſarium per ordinem vniuerſum Dominica prima poſt Octauam Viſitationis Virginis glorioſæ vnanimiter ſolemnizando fiat. In Dominicis verò diebus ac in feſtis ſolemnibus, & ſi viſum fuerit etiam in alijs, nec non in præſentia funeris poterit Miſſa in Choro perlegi vocéque quadrata decenter cantari, & hoc pariter ſine nota ad modum Canonicarum Horarum, in ipſis etiam Miſſis vnus vel duo, aut ad ſummũ tres fratres ſeruiẽtes indui poterũt. Particulares autẽ Miſſæ & alia quæuis perpetua & continuè obligatoria ſuffragia non acceptentur in Ordine, ſed aut tantum in genere aut ſaltem aliquo limitato tempore. Præterea fratres non Clerici ſeu Conuerſi dicant triginta *Pater noſter*, totidémque *Aue Maria* pro Matutinis, pro Laudibus decem, pro Veſperis duodecim, & pro reliquis ſingulis horis ſeptem, in fine cuiuſlibet dictarum horarum dicentes *Gloria Patri*, & *Sicut erat*, &c. orentque pro defunctis dicendo quinquies *Pater noſter*, & totidem *Aue Maria*, pro matutinali officio, térque pro Laudibus, & ter pro Veſperis defunctorum in fine cuiuſlibet horæ dicentes *Requiem æternam*, &c. *Lux perpetua*, &c. Infraſcriptis inſuper feſtis tam ipſi quàm quiuis alij fratres nõ Sacerdotes & ſimiliter & Oblati legitima cauſa nò excuſati ſacroſanctam Euchariſtiam cum deuotione ſumant, in prima videlicet Dominica Aduentus, in celeberrima Natalis D. N. Ieſu Chriſti feſtiuitate, in Epiphania, in Purificatione Virginis Mariæ, in prima Dominica Quadrageſimæ, in ſolemni Cœnæ die, in præclara Aſcenſionis celebritate, in Pentecoſte, in ſacro Euchariſtiæ feſto, vel ſi die tali forent occupati, tunc in Dominica ſequenti, in anniuerſario Dedicationum Eccleſiarum Ordinis, in Aſſumptione & Natiuitate Virginis Mariæ, in feſto Angelorum de menſe Septembri, atque in Omnium Sanctorum feſtiuitate: vt autem viuificum illud Sacramentum cuiquam non vergat in iudicium, omnes ſingulis hebdomadis ſemel ad minus Sacramentali Confeſſione conſcientias ſuas expiare, necnon in quolibet communionum die niſi rationabiliter excuſati in Capitulo ſigno præuio benignè ſe ſibi inuicem reconciliare ſolliciti ſint.

Intell. de Communione generali.

Digitized by Google

1502. 1502.

CAPITVLVM TERTIVM.

De Profeſſorum & Nouitiorum, ac Oblatorum etiam habitis diſtinctione.

OMnia tam Prælatorum, quàm ſubditorum indumenta abſque vlla differentia ſint de humili & abiecto panno ex laná pecorinâ nigrâ, & ſine tinctură contexto, ſit autem eorum habitus ad talos vſque vel circâ longus, ipſorum verò caputium antè & retrò vſque ad femora protendatur, cingulóque laneo coloris habitus nodis quinque prænodato, quatuor videlicet pendentibus, ſtringente reliquo, cingatur, & hic ſit Profeſſorum habitus, quem niſi cauſa neceſſitatis, mutationis, reparationis, aut mundationis, nulli vnquam dimittere licebit: ſub huiuſmodi etiam habitu vnam vel plures de inculto panno tunicas, & laneas canaboque ſimul & lana textas cainiſias, vt exegerit neceſſitas portare licitè poterunt: chlamyde nuſquam rugata vel criſpata ad ſuram vſque protenſa, vnâ cum cucullo poſterius conſuto ad caput tegendum apto intus & extra vti ad libitum valebunt. Zocolis autem ligneis Apoſtoliciſvè calceamentis, aut etiam ſoleis ex ſparto vel funibus factis iuxta Prouinciarum varietates, intus ac extra, vti ad nutum poterunt: de integris verò calceis Corrector cum fratribus ſingulis poterit ſecundùm Deum maximè itinerando diſpenſare. Humiles inſuper ac paruas tonſuras, capillis reliquis, vt in aliis fratribus & Oblatis ne defluant frequenter attonſis, ſanctuario miniſtrantes gerant. Ipſi præterea caligis ſuper genua parumper protenſis, femoralibus quoque laneis vti licitè poterunt. Iſtis pariter in veſtitu conformes erunt Nouitij, caputio, quod ad eorum vſque cingulum dumtaxat, ita quod cingi non valeat protendetur, ſolummodò reſeruato, quatenus hoc ſaltem ſigno tam qui de ſeculo, quàm qui de quacunque alia Religione ad iſtam venerint, ſe non iam ligari, ſed probari intelligant, quos quidem omnes per annum probari volumus: iſti omnes cingulum tribus nodis nodatum & chlamydem ſine cucullo ſimpliciter ferant. Ordinis autem Oblati habitum coloris præfati ad medium vſque tibiarum, ſiue crurum longum vna cum cordone nodos quatuor habente deferentes capucium ad modum Antiquorum ſimul cum cornea portent, quo quidem caputio paſſim licitè vti poterunt, vbi autem vſus talis multum indecens videretur decenti byrrho vtantur: horum etiam mantellus ſine cucullo ſupradicti ſit coloris & pro capite ac brachiis emittendis dumtaxat apertus, ad modum quoque habitus eorum, vel paulò minus longus. Huiuſmodi verò Oblati pro Officio Matutinali dicant viginti *Pater noſter*, totidémque *Aue Maria*, pro Laudibus ſeptem, pro Veſperis decem, & pro ſingulis reliquis horis quinque: pro defunctis quoque dicant viceſies *Pater noſter*, cum totidem *Aue Maria*, in quouis dicti numeri principio, & in fine dicendo *Requiem æternam*, &c. *Et lux perpetua*, &c. ſingulis etiam ſextis feriis & à beatæ Catharinæ Virginis feſto excluſiuè, vſque ad præclaram Natalis feſtiuitatem

Nor. de Oblatis.

1502. tem cum omnibus & ſingulis Eccleſiæ ſanctæ ieiuniis vti cæteri ieiunent: ſtabilitatem quoque & permanentiam hoc in Ordine promittentes, ſocietatem iſtam exire ad alterumque gradum ſcandere minimè præſumant, quin imo voce carentes ſub votis Paupertatis, Caſtitatis, ac Obedientiæ Quadrageſimaliſque vitæ, vt ſubinfertur, modificatæ, dignos pœnitentiæ fructus agentes humiliter fratribus obſequantur. Poterunt nihilominus huiuſmodi Oblati pecunias tangere & vnici ambulare, ad monaſteria tamen Monialium ſicut nec cæteri fratres abſque Sedis Apoſtolicæ expreſsâ licentiâ, præterquàm ad loca communiora prædicationis, aut eleëmoſynæ petendæ cauſa accedere minimè valebunt. Ipſi etiam antè vel poſt eorum profeſſionem in Prouiſores ſeu Procuratores eligi, intuſque ſicut fratres in probatione exiſtentes vnum vel plura officia minora iuxta Capituli localis ordinationem exercere poterunt: conſideratâ verò ipſorum debilitate, tam illis quàm reliquis ſingulis de conſenſu Correctoris licebit aſinare. Hi pariter Oblati de Correctoris licentia calceamentis integris canabiniſque camiſijs vti licitè poterunt: ipſi quoque cum omnibus Religionis fundatoribus, ac etiam fundatricibus & eorum quibuſvis vtriuſque ſexus liberis vnà cum cunctis tutoribus & procuratoribus, & tertiarijs, quibuſlibet Ordinis gratiis, beneficiis, & ſuffragijs participent & fruãtur. 1502.

CAPITVLVM QVARTVM.

Quomodo fratres ad Ordinem recipi debeant, & quod humilitati, orationi, ac taciturnitati inſiſtere habeant.

A Seculi vanitate fugientes ad hunc Ordinem recipiendi penes Generalem, & Prouinciales Correctores, aut quibus fuerit commiſſum autoritas reſideat, qui quidem præfati per ſe vel per alios idoneos fratres de quibuſvis ad Religionis ingreſſum neceſſarijs interrogent, qui ſi iam decimum octauum annum attigerint matura deliberatione præuia in Clericos vel Laicos, aut etiam in Oblatos recipiantur, ſi etiam poſtmodùm ipſi bonum à fratribus & eorum inſtructore teſtimonium habuerint, ad profeſſionem poſt annum admittantur, in eodem ſtatu in quo profeſſionem emiſerint de cætero permanſuri. Moneantur inſuper fratres vt ſint benigni, modeſti ac exemplares non alios ſed ſeipſos iudicantes, orationi etiam cùm eis vacabit incumbentes, ac multiloquium fugientes, ſi enim de bonis verbis ob ſilentij grauitatem ſit aliquoties tacendum, eo magis ab illicitis propter noxam euitandam erit eis abſtinendũ præſertim cùm in nouiſſimo die de omni verbo nedum iniquo, ſed & otioſo ſtrictiſſima ſit reddenda ratio, idcirco prædicti fratres præcipuè in Eccleſia, Clauſtro ac Dormitorio, ſimiliter & à Completorio vſque ad Primam, necnon & in Refectorio cibationis tempore ſilentium ſeruare ſtudeant.

1502. 1502.

CAPITVLVM QVINTVM.

De Superioribus Ordinis ac de obedientia & reuerentia eis humiliter exhibendis.

CVm Regi cœlesti militantium ei qui tentationis bella non subegerit curam susci-pere non expediat, cumque pariter ad debitum subditorum regimen inter animi dotes valdè necessaria sit experientia, qua dictante sæpè certius operetur expertus artifex artifice non experto, eapropter nullus in Ordine isto præfici, aut in Superiorum electione vel depositione vocem habere nisi per triennium iam professus laudabiliter vixerit, nec etiam post dictum triennium demptis solis presbyteris in hoc tantum Ordine professis & vicesimum quintum iam annum attingentibus, nisi Capituli Prouincialis aut Generalis interueniente consensu quouis pacto poterit. Ordinis autem huius Superiores quoscunque Correctores nuncupandos esse censemus, vt se primitus corrigentes, ac super fratrum suorum defectibus piâ compassione dolentes & emendationem potius quàm punitionem prætendentes seipsos communitati, tam in victu quàm vestitu pro posse conforment. Nullum autem è fratribus suis minimis, & ipsi minimi quauis gratia autoritatevè præfulgeant, nec dignitate concutere aliquatenus præsumant. Fratres verò subditi Correctorem vti spiritualem ipsorum Patrem semper offendere timeant, & dum ab eo arguentur super quacunque re, nisi illa sit contra Deum, animam suam, vel Regulam istam, benignè ac patienter ferant, superba quoque cum eodem ceruice contendere, aut ipsi arroganter respondere non habeant: quin potius re & verbo vti filij beneuoli eundem reuereri studentes, illique ad interrogata humiliter respondentes, obedientiam sibi iniunctam cum mansuetudine & charitate perficere curent, proinde Generalem Patrem Correctorésque suos Prouinciales dum ad ipsos diuerterint præcipua suscipientes reuerentia honore debito prosequantur.

Stabilitur Correctorij nomen quod deinceps permansit.

CAPITVLVM SEXTVM.

De Prædicatoribus & Confessoribus, cæterisque huiusmodi Officialibus.

ORdinis istius fratres in prædicatores sæcularium vè Confessores assumendi, sint timorati bonique testimonij, & in Capitulo Generali aut Prouinciali prius circumspectè & attentè examinati: cùm autem ad Officia huiusmodi idonei fuerint inuenti Generalis, Prouincialis, aut Correctorum benedictione approbentur & confirmentur: à dictis quoque Officijs quoties expedire videbitur per eosdem suspendantur vel priuentur, atque alij eorum vice vsque ad tunc temporis proximum Generale Prouincialevè Capitulum per eosmet instituantur, qui tunc inibi confirmabuntur aut de alijs ibidem prouidebitur, qui quidem

Digitized by Google

1502. dem ſic ordinati officia huiuſmodi cum Dei timore poterunt exercere. 1502.
In Lectores etiam ordinarios deputati vtilitati magis quàm ſubtilitati intendentes à curioſitate cauere ſtudeant, magiſterij verò gradum nulli vnquam fratrum aſſumere præſumant. Demùm quando permittente Deo ſic ægrotarent nonnulli quod communitatem ſequi minimè valerent, ad Infirmariam ſi videbitur benignè deducantur, modóque ſubinferto inibi gubernentur. Primum quidem Oblatus per Correctorem cum Senioribus deputatus aut deputandus pro Infirmario Correctoris & Medici, ſi affuerit, conſilio dictos infirmos probando de quadrageſimalibus cibis charitatiuè diligẽtérque eiſdẽ primitus ſubueniat: ſi autẽ eorum infirmitas inualeſcere videatur, prędictorum conſilio de quibuſuis cibarijs pro ſanitate recuperanda opportunè illis iuxta loci facultatem ſubueniendo charitatiuè tractentur: ac vbi conualeſcere cognoſcentur, ſic quod cibis conſuetis ſuſtentari queant prouida deliberatione præuia ad priſtinam ſuam reuertantur conſuetudinem. Nulli aliter quàm hac ſtabili ſancitum eſt lege carnibus, ouis, caſeo, butyro, lacte aut lacticinijs ex eiſve congeſtis quouis tempore veſci, nec illa exceptis candelis, aut vnguentis neceſſitatis cauſa ex pinguedine compoſitis intro deferre nullo modo licebit. Qui verò diutino ſeu naturali languore laborant modo poſtea deſcripto ſupportentur: ipſi etiam de tempore adhuc ſibi ad pœnitentiam peragendam commodato gaudeant & gratulentur. Prædicta autem Infirmaria à Conuentu ſi poſſibile ſit ad minus centum pedum interuallo ſeparetur, nullóque pacto cum interioribus officinis ſtare permittatur. Cæterum Correctores ſuper prædictis per Oblatos ſeu Procuratores opportunè fratribus ipſis infirmis prouidere faciant, huiuſmodi enim pinguia fratribus ſanis intus & extra prohibentur. Cæteri autem fratres prædictam infirmariam tempore quo in illa fuerint infirmi, niſi de Correctoris licentia vel Oblatorum vice aut etiam vna cum ipſis Oblatis de prouida Correctoris & Seniorum deliberatione ad ipſis infirmis famulandum deputati forent intrare minimè habeant. Poſtremò Hoſpites hilari corde ſerenóque vultu pię recollecti de cibis Quadrageſimalibus, & non alijs per eum cui Pater mandauerit, & non per alium benignè tractentur. Quamdiu etiam fratres bini & bini incedere curantes extra Conuentum cum obedientia proficiſcuntur, vnus illorum Correctoris vice fungatur: ipſi verò in eorum egreſſu & regreſſu Correctoris benedictionem inclinati petere non omittant. Et quia mulierum frequentatio plurimùm obeſſe dignoſcitur, idcirco ſingulis fratribus mulieres quaſcunque hoſpitio colligere ſtrictiſſimè prohibemus, fundatrices tamen & quæuis aliæ de ſtirpe regia progenitæ cum illarum comitiua communiora locorum ſepta viſitare cupientes, ſimiliter & Duciſſæ paritérque Comitiſſæ, ac etiam Baroniſſæ, & huiuſmodi Dominæ deuotionis cauſa fratrum locis applicantes, illorumque ſepta communiora viſere deſiderantes, eadem reuerenter intrare ac deuotè viſitare permittimus.

De hoſpitibus recipiẽdis.

1502. 1502.

CAPITVLVM SEPTIMVM.

De fratrum paupertate rerumque cunctarum expropriatione.

QVi non renunciauerit omnibus quæ poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus, dicit Dominus. Quapropter ſinguli fratres præſentia omnia veluti caduca reſpuentes, nihil quantumcunque etiam minimum ſit ſibi approprient. Si igitur cuiquam ipſorum vndecunque quid donari contigerit, charitatiuè per Correctorem de Conuentus ſcientia cui neceſſarium fuerit tribuatur. In cunctis etiam tam veſtimentis ſcilicet quàm ædificijs, paupertas venerabilis humilitatis nutrix ſemper eniteat. Et quoniam nummus animarum eſt viſcus in multorum perditionem cedens, idcirco pecuniarum nedum proprietatem, ſed & contactum, vt peccandi tollatur occaſio cunctis fratribus, ſtrictiſſimè interdicimus: illas itaque tangere aut ſupra ſe quouis modo ſcienter portare nullus vnquam ipſorum audebit. Verumtamen ob fidelium deuotionem, diuini cultus augmentationem ipſorumque fratrum ſubuentionem ne ſit illorum mendicitas fidelibus oneroſa, quæſtuoſæ vagationis, quam viſceroſæ pietatis eis impendatur materia, cippum, ſiue truncum in qualibet ipſorum Eccleſia eoſdem habere toleramus, permittentes, quod ſi qui deuotionis cauſa pietatiſvè obtentu annuas, ſeu perpetuas eleëmoſynas pro Eccleſiæ pauperumque fratrum neceſſitatibus ſubleuandis piè legare voluerint, à promiſſa paupertatis perfectione puritatéque non diſcedendo fratres ipſi modo ſubſcripto ipſis vtantur. Ciuitatis videlicet aut villæ, ſiue etiam caſtri illius, vbi dictos fratres locum ſeu ſitum primitus ob pacis vinculum donationis inſtrumento ſancitum & confirmatum paſſim habere contigerit, Rectores, Scabini, Præſides, Conſules, Electi, Iurati, vel Domini de Conſilio, ſeu etiam cæteri officiales huiuſmodi quouis nomine nuncupati bonorum annualium, ſi quæ fuerint, veluti locorum dictaſque eleëmoſynas Dei obtentu piè largientium & donantium Tutores curam habeant, vnum vel plures recollectores huiuſmodi eleëmoſynarum, fratribus ipſis, Oblatorum vel amicorum ſpiritualium per eoſdem Conuentualiter electorum, & ſi opus fuerit deponendorum miniſterio, iuxta piam dictorum legantium intentionem fideliter diſtribuendarum, ſolerter deputaturi. Verumtamen ſi à præfatis paupertatis profeſſoribus abdicatis rerum dominijs dictæ eleëmoſynæ annuæ, ſeu perpetuæ in toto vel in parte auferrentur, ipſi vt veri pacis filij ob illas nullo pacto cum hominibus in Iudicio, vel extra contendentes, præfatis Rectoribus, Præſidibus, Scabinis, ac Conſulibus prorſus huiuſmodi curam relinquant. A contentionibus igitur liberi, non ſint modicæ fidei, magis autem in Domino oſtiatim mendicando ſpem confidenter reponant, per hoc tamen non intendimus quin ſæpè dicti fratres Dominos de Conſilio, Politiæve gubernatores, aut huiuſmodi reliquos in dictarum eleëmoſynarum annuarum, ſeu perpetuarum recollectores deputatos

Amici & tutores ſpirituales.

1502. deputatos benignè monere queant, quatenus ipſi eleëmoſynas ſibi perpetuo legatas, pro conſcientiarum ſuarum exoneratione, dictorum legantium animarum ſalute iuxta piam ipſorum legantium intentionem, ſibi fideliter dignentur impendere. 1502.

CAPITVLVM OCTAVVM.

De eleëmoſynarum pecunialium diſpenſatione.

QVia panem quotidianum pro corporis neceſſitate non voluptate conſtat eſſe petendum, idcirco tam Eccleſiæ ac ædificiorum reparationi, quàm & debitæ fratrum omnium ſubuentioni iuxta ſuam paupertatem communiter viuendo de quibuſvis legatis piè, vti Ordinis humilitas exigit, ſubueniatur. Primum tamen ſingulæ eleëmoſynæ ſcripto redigantur, ipſarumque omnium fratres notitiam habeant vt ipſi pro pia donantium intentione fidelius orare valeant. Dictæ autem eleëmoſynæ Oblatorum vel amicorum ſpiritualium miniſterio in Eccleſiæ ac fratrum vſus iuxta maturam Correctoris & Capituli deliberationem prouidè conuertantur. Si autem dictis fratribus de ipſorum tegumentis vitæque neceſſarijs, ac cæteris præinſertis rationabiliter prouiſis ex annuis ſeu perpetuis eleëmoſynis, quid ſuperfuerit, per ſupra dictos Rectores, cæteroſque huiuſmodi Officiales de Capituli localis ſcientia id charitatiuè in pias cauſas erogetur. Nullis etiam fratribus Eccleſia ſimul cum ipſis competenter, vt præfertur, prouiſis annuas ſeu perpetuas eleëmoſynas procurare, ſeu iam legatas procurataſvè augere vllatenus liceat, & ſi forſitan huiuſmodi vltro eis exhibitæ forent, volumus vt illarum cenſus per ſupradictos Rectores & huiuſmodi Officiales pias in cauſas, vt prius diſtribuatur. Prædictis inſuper Correctoribus ſui Correctoriatus tempore prædicandi Sæculariumque confeſſiones audiendi, ſiue quidquid peragendi cauſa vt commiſſum ſibi gregem à luporum morſibus vigilantius cuſtodiant extra Conuentum niſi iuſta ratione ac de Capituli ſcientia rarò exire liceat.

Superfluorum erogatio.

CAPITVLVM NONVM.

De corporali ieiunio.

QVoniam ieiunium corporale vitia comprimere, virtutes acquirere dæmonéſque fugare cognoſcitur, eapropter fratribus incolumibus carnes, & quæuis alia ſementinam à carnibus ipſis originem trahentia ex eiſdem confecta intus ac extra & in omni quæ ſub cœlo eſt regione omninò & irrefragabiliter interdicimus: ſuas itaque animas dignis pœnitentiæ fructibus affligentes ſacro-ſanctam Quadrageſimam à Quinquageſima iuxta antiquam Eccleſiæ ordinationem inchoando vſque ad glorioſiſſimam Reſurrectionis ſolemnitatem, cæteraque omnia & ſingula dictæ ſanctæ Eccleſiæ ieiunia pro viribus obſeruando ie-

Not dromi ſub cœlo regitur.

Digitized by Google

1502. iunantes, ab Omnium Sanctorum festo excluſiuè, vſque ad præclariſ- 1502.
ſimam Natalis feſtiuitatem vna cum quartis & ſextis feriis per totum anni circulum clariſſimis feſtorum Domini Sabaoth Natiuitatis, necnon & Aſſumptionis Glorioſæ Virginis Mariæ Octauis, & S. Ioannis Baptiſtæ Natiuitatis, Petri & Pauli, ac Ioannis, Apoſtolorum, Hieronymi quoque, Pauli Eremitæ, ac Antonij Patrum priorum feſtis, ſinguliſque Communionum diebus quartis ferijs occurrentibus decenter excluſis, ieiunare ſollicitiſint. Dicti tamen Correctores ſuper prædictis ieiuniis cum fratribus ſæpè dictis ſecundùm Deum diſpenſare poterunt: peregrinationis etiam tempore ieiunio corporali nolumus fratres obligari. Inſuper vt efficaciùs potiuſque crapulæ tollatur occaſio, fratribus ipſis in ſuis cellis comeſtibile aut potabile quicquam, niſi fortè aquam vel quid medicinale & hoc de Correctoris permiſſione tenere, aut vltra ſolitam prandij horam, demptis infirmis, abſque Superioris licentia comedere non indulgemus. Qui verò diutino ac naturali languore laborant in ieiunijs, laboribus ac vigilijs fraternaliter in charitate ſupportentur. Fratres inſuper cum opportunè & commodè ad ſuum Conuentum redire poterunt in ſeculariũ domibus dormiendi reficiendiue cauſa recumbere non habeant. Demum tria tantum loca refectioni decentia & apta, videlicet Refectorium pro ſanis, Foreſteriam pro hoſpitibus, & Infirmariam, prout decet pro Infirmis deputamus: ſuperueniente tamen neceſſitate Corrector cum Senioribus de quodam congruo & decenti loco pro benigna fratrum ob religionis negotia fatigatorum refocillatione ſecundùm Deum diſponere & diſpenſare poterit.

Not. *deuotionem erga SS. Patres.*

CAPITVLVM DECIMVM ET VLTIMVM.

De Capitulis Generalibus & Prouincialibus, atque de Prælatorum electionibus.

HVius denique Ordinis Minimorum fratres ex omnibus ipſorum vnum honeſtum, prudentem, ſobrium atque benignum, cunctorumque famulum & ſeruum in Generalem Patrem Correctorem habere teneantur, qui in generali Aſcenſionis congregatione de triennio in triennium canonicè mutandus, eligendus ac innouandus vniuerſi ritus regularis huiuſmodi vltra omnes zelatorem fore ſeſe debere non ignoret: in præaſſignata verò congregatione quatuor ſi viſum fuerit, vel etiam plures aut pauciores Vice-Correctores Vigiles ſocij ſcilicet diſcreti tantum triennales Correctoris Generalis autoritate potituri, vt illi partito in alios onere leuius ſit prouidè deputentur, qui quidem prouincias eorum Vigilijs in melius redactis veluti pleni oculis ante & retro vigilanter viſitent, in conſeruatione quoque pœnitentiæ præmiſſæ fratres ſollicitè conſolident & roborent in contumaces ac tranſgreſſores quoſque gladium acutum ponentes os ſuum. Correctores verò Prouinciales ſolum triennales prouincias ſuas prouida cura circum-

Generalis vltra omnes obſeruantiæ zelator.

cant

1502. eant vinumque cum oleo adhibentes ac virgam cum manna proferentes quod iuſtum eſt iudicent, & vnicuique quod æquum eſt reddant. Correctores verò locales tantum annuales exercitatos habentes ſenſus, quorum conuerſatio ſit probata in conuocationibus Prouincialibus menſis Septembris penultima annuatim aſſignandi, irrumpant iniquitates in virtute, in cunctos vitæ huius ſubuerſores iuſtæ vltionis frameam ſuſcitantes, & non deerit illorum operi merces iuſta, necnon & Correctoribus ſingulis tres fratres timorati & boni teſtimonij, vitæ quoque huius zeloſi æmulatores, fideles, inconſortes circumſpectè deputentur, quorum prouido ſuffulti conſilio commiſſa ſibi Ordinis negotia grauiter diſcernant & efficaciter tractent. Simplices autem viceſgerentes ſeu delegati ac viſitatores peractis eorum viſitationibus ſeu legationibus nulla penitus autoritate præeminentiavè fungantur. Præterea in quolibet Capitulo Generali poterit electio fieri alicuius fratris timorati, aut etiam plurium, ſicut ob nationum varietates videbitur expedire, qui niſi legitima obuiauerit cauſa noſtro in loco Romano reſidens, vel reſidentes pro quibuſuis Ordinis tunc occurrentibus diligenter inuigilet, ſeu inuigilent. Ipſi etiam cum Correctoribus prædictis eorum collegis in eodem Capitulo fidelitatem Ordini promittant, eandem penitus promiſſionem coram Capitulo Conuentus, tum Correctores locales, cum tribus ſuis ſociis, quam etiam cæteri quiuis Superiores cum eorum Collegis qui in ſuis electionibus præſentes non fuerint primo officij ipſorum die faciant. Singuli autem Correctores niſi ad altiora petantur officia tanto ſint ad minus tempore ſubiecti, quanto prius extiterint ipſi Superiores ac prælati. Iſti autem aut quicunque alij nullas contra hanc Regulam litteras impetrare, aut etiam in poſterum vlla ſtatuta facere ſeu innouare quouis modo præſumant. Hæc eſt fratres chariſſimi lex regularis mitis & ſancta vobis clementer exhibita ad quam fortius obſeruandam petatur à Domino Papa vnus de ſacro Reuerendiſſimorum Dominorum Collegio, qui huius humilis Religionis zeloſus protector, benignus amator, peruigilque cuſtos exiſtat, nihil quod huius ſacræ vitæ regulæque puritatem eneruet pœnitentiævè robur euertat vllatenus admittens. Quicunque præſtante Domino vitam ac Regulam iſtam fideliter & perſeueranter in finem vſque ſeruauerint frumenti, vini, ac olei benedictione ſtabili ſolidentur in præſenti, in futuro quoque ſeculo gloria fruantur perenni. Amen.

1502.

Procurator Generalis.

Fidelitas à Superioribus promittatur.

Digitized by Google

1502. 1502.

Iesus Christus Maria.

INCIPIT REGVLA PROMISCVI SEXVS, SEV TERTII ORDINIS FRATRIS FRANCISCI DE PAVLA.

De salutifera præceptorum diuinorum obseruatione.

CAPITVLVM PRIMVM.

SI vis ad vitam ingredi, ait Christus, serua mandata, ab vniuersis id- Matth. 19.
circo promiscui sexus fidelibus sub hac vita & regula cœlesti Regi 17.
militare atque ad æternam vitam intrare cupientibus primitus sunt obseruanda præcepta diuina. Eapropter vos Christi fideles huiusmodi regulam & vitam suscipientes, vnum in Trinitate Deum summopere venerantes, ac super omnia toto corde totisque viribus diligentes, illi quoque fideliter seruientes cor vestrum in Christo fixè reponatis, sanctissimum pariter eius nomen honorantes, ne illud in vanum assumatis, quin potius in singulis mercantiis & contractibus vestris, cunctisque dictis & factis vosipsos ac proles vestras, seruosque & ancillas ab omni prorsus iuramento arcere procuretis, & dum vestræ congregationis huiusmodi fratres, aut sorores iurantes audieritis, eosdem in charitate omni cum mansuetudine corripere festinetis, Iesu Nazareno dicente, Sit sermo vester, est, est, non, non, haud enim recedet ab eo malum qui iuramento assuescit. A maledicto etiam & omni periurio vigilanter ab- Leuit. 5.
stinentes sacrum diem Dominicum vnà cum cæteris huiusmodi cunctis Ecclesiæ sanctæ festis deuotè sanctificantes salubribus operibus & pijs exercitijs in eisdem meditando, orando, ac legendo, necnon & Missas Officiumque diuinum, ac Sermones audiendo vosipsos Deo dicare pro tempore satagatis. Patrem insuper ac matrem tam spirituales, quàm corporales, Correctorem simul ac Correctricem, cæterosque superiores & omnes Ecclesiasticos veluti Christi ministros Deique mysteriorum dispensatores, colentes, ac honorantes homicidium penitus fugiatis, illos etiam qui vobis subiiciuntur in bonis operibus instruentes odium simul & rancorem, necnon indignationem appetitumque vindictæ similiter declinetis. Vobis tamen maledicentibus benedicentes, & pro persequentibus vos orantes, furtum, rapinam, vsuram, illicitosque contractus, ac omnem auaritiam posse tenus respuatis. Et quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si quid forsan de alieno quod absit habueritis ad ipsum quantocyùs restituere curetis.

3

CAPITVLVM

1502. 1502.

De diuino Officio decedentiumque ſeruitio.

CAPITVLVM SECVNDVM.

Matth.633. PRimum quærite regnum Dei & iuſtitiam eius, ait Chriſtus. Laudis igitur ſacrificium pro immenſis vobis collatis beneficiis Domino ſapienter immolantes vos Clerici in ſacris Ordinibus conſtituti diuinum Officium ſecundùm conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ, aliæ verò vtriuſque ſexus perſonæ pro matutinali officio decem dumtaxat *Pater noſter*, totidémque *Aue Maria*, & pro Laudibus quinque, pro qualibet quoque aliarum horarum ſigillatim tria tantum, pro Veſperis quoque decem, necnon & pro Completorio nouem perſoluere ſtudeatis. Et quoniam Chariſſimi ſancta ſalubriſque cogitatio eſt pro defunctis orare vt à peccatis ſoluantur, quinquies *Pater noſter*, cum totidem *Aue Maria*, pro ipſis ſemel quotidie perſoluatis. In morte etiam cuiuſvis huius ſocietatis fratris, vel ſororis, omnes huiuſmodi congregationis fratres ac ſorores villæ illius, vel oppidi, vbi decedentem ipſum ſepeliri contigerit, quos legitima cauſa non excuſabit conuenire curantes, Clerici in ſacris conſtituti, ſi Sacerdotes ſint vnam Miſſam, Diaconi verò & Subdiaconi Vigilias nouem Lectionum, aliæ verò perſonæ quinquaginta *Pater noſter*, cum totidem *Aue Maria*, pro decedente prædicto infra octo dies perſoluere non omittant: pro ſingulis etiam Ordinis fratribus pariter decedentibus in proximiori loco vbi fratrum ipſorum, ſeu ſororum congregatio habebitur idem penitus faciant. In die quoque commemorationis omnium Defunctorum ſemel pro cunctis fidelibus, infra ſanctam etiam Quadrageſimam ſemel, & ſimiliter infra Domini Aduentum pro cunctis Ordinis fratribus ac ſororibus ſingulíſque fidelibus defunctis alia pariter quinquaginta ſedulò perſoluere curent. Demum in laudem Virginis Mariæ in exercitio Coronæ ſuæ ſexaginta & tria *Aue Maria*, cum ſeptem *Pater noſter* continentis, maximè diebus feſtiuis pro gratiis & indulgentiis plurimis impetrandis crebriùs ſe occupare ſtudeant. Ad honorem etiam ſanctiſſimæ Trinitatis, qui vel quæ legere ſcient, Antiphonam de Beata Trinitate, videlicet *Benedicta ſit ſancta Trinitas*, cum Verſu *Benedicamus Patrem*, &c. & Reſponſorio *Laudemus*, &c. vnà cum Oratione *Omnipotens ſempiterne*, &c. reuerentiùs dicant.

De ſalubribus Confeſſione & Communione.

CAPITVLVM TERTIVM.

QVia dilectus & amœnus totuſque floridus Chriſtus, cuius deliciæ ſunt eſſe cum filijs hominum, in virtutum floribus delectatur, eapropter Chariſſimi Confeſſione Sacramentali confeſſoribus vobis per Prouinciales Correctores Ordinis deputatis facienda, conſcientias

Digitized by Google

1502. veſtras piare decoraréque non omittatis quater in anno ad minus, videlicet in Cœna Domini, ſeu Reſurrectione ipſius, in eiuſdem Natali, ac etiam Pentecoſte, necnon & in glorioſiſſima Virginis Aſſumptione ſacroſanctam Communionem ſuſcepturi, decimarum omnium parochialibus perſoluendarum iure ſemper ſaluo. Miſſas inſuper deuotè vt ſalutiferis Chriſti Paſſionis quæ in Miſſa recolitur armis decenter muniti in obſeruantia mandatorum Dei fortes exiſtatis ac firmi vos audire condelectet, quibus quidem aſſiſtendo precari ſedulo conſulimus, vt Chriſti mors pretioſa veſtra fiat vita, eiuſdemque dolor veſtra medicina, ipſius tandem labor requies æterna. 1502.

Oratio frequentanda à Tertiariis.

De fugienda mundi vanitate.

CAPITVLVM QVARTVM.

NOlite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt, inquit amoris diſcipulus, magis, magiſque inter cæteros à Chriſto dilectus Ioannes, qui enim huius voluerit eſſe amicus, Dei conſtituetur inimicus: hanc idcirco vitam ſuſcipere cupientes, mundialia omnia publica & inhoneſta officia non exequentes, arma quæuis inuaſiua, niſi fortè pro ſalubri Eccleſiæ tuitione, fideiuè aut iuſtitiæ defenſione deferre non habeant: Nuptialia inſuper & quæuis cætera niſi conſanguineorum conuiuia fugientes, omnes mundi vanitates, honores, atque rumores labantiſque ſeculi pompam & gloriam, ac perituras opes ſedulò reſpuere ſatagant. Publicos etiam atque prohibitos, ſeu ſcandaloſos & illicitos ludos, quatenus immarceſſibilem æternæ gloriæ palmam regnumque decoris de manu Domini tandem percipere valeant ſummoperè declinent, mundi etenim gloria fallax, diuitiæque fugaces; felix namque qui plus de virtuoſa, quàm de longæua vita, de munda quoque conſcientia, quàm de arca plena cogitat. 1 Ioan. 2. 15.

De ieiuniis & abſtinentiis, ac de pietatis operibus.

CAPITVLVM QVINTVM.

MOrtificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, ait Apoſtolus, ſi enim ſecundùm carnem vixeritis moriemini, ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: hac ex re quicunque Deo ſub huiuſmodi Regula militare voluerint, ſuam ob ipſum domantes carnem à glorioſiſſimo B. Luciæ feſto vſque ad præclariſſimam Chriſti Ieſu Natiuitatem, tribus etiam diebus ante ſingulos communionum dies ſinguliſque quartis ferijs à carnibus abſtinentes, à dicto B. Luciæ feſto excluſiuè, vſque ad præfatam Chriſti Natiuitatem ſinguliſque ſextis feriis ieiunare ſolliciti ſint, quinquies *Pater noſter*, cum totidem *Aue Maria*, ob deuotam Chriſti Paſſionis memoriam in eiſdem ſextis feriis dicere procurantes. A dictis etiam ieiuniis & abſtinentiis omnes in puer- Col 3. 4.

perio

Digitized by Google

1504. perio iacentes,prægnantes atque lactentes itinerantéſque;ac ſenes ſimul & debiles in graui quoque labore deſudantes, poſtulata priùs ſuis à Confeſſoribus licentia pie excludi volumus. Dicti verò Confeſſores ipſa prædictorum ieiunia in aliqua pietatis opera certaſvè deuotiones, aut orationes iuxta perſonarũ qualitates, ſeu complexiones licitè commutare poterunt. Erga etiam pauperes,orphanos atque viduas, potentes ſimul ac diuites pia miſericordiæ opera ſedulo complentes ſacris Eccleſiæ ieiuniis, ſe quam benignè conforment. Si qui verò ipſorum deuotionis gratia ſanctam Quadrageſimalem vitam ob Chriſti amorem perpetuò ducere voluerint illam cum Dei benedictione humiliter ducant & teneant: nulli autem ad id agendum perſuadeantur, quin potius ſemetipſis in ſpiritu libertatis plenè ac integrè omnes dimittantur. 1504.

Conſilium de vita quadrageſimali.

De veſtimentis ac profeßione.

CAPITVLVM SEXTVM.

FOrinſeca ſingulorum congregationis huiuſmodi fratrum ac ſororum veſtimenta ſeu tegumenta iuxta cuiuſque ſtatum ſint,Ordinis veſtibus ſimilia, vel ferè ſimilla, aut alterius decentis coloris, honeſta, cordonẽ ſimiliter duobus tantùm nodis nodatũ ab Ordinis Correctoribus, & non ab aliis prè cingulo ſuſcipere, in eorum manibus pro tempore profeſſionem emittere habeant huiuſmodi, omnes etiam ac ſingulæ vtriuſque ſexus perſonæ ſeſe à teneris annis ob Dominum hac in Regula exercere, atque in decimo quinto ætatis eorum anno, & non antea profeſſionem emittere licitè decentérque valeant. Si verò, quod abſit,dæmone forſan procurante ipſorum aliqui ſeu aliquæ nonnullas inhoneſtas, ſeu prohibitas artes exercerent, aut aſſidui blaſphematores eſſent,ter priùs canonicè moneantur,qui ſi trina vt decet monitione facta ſeſe minimè correxerint,à Correctoribus præfatis de Seniorum conſilio cordone prædicto ſingulíſque Ordinis gratiis, ac priuilegiis priuentur. Nouerint nihilominus præfati ſe priuatione huiuſmodi ab huius Regulæ pro:niſſione minimè abſolutos & liberos fore, quin potius ipſi cordone ſingulíſque Ordinis gratiis, ac priuilegiis præfatis indignos ſeſe ſentiant & iudicent: digna tamen eorum contritione exigente ac humilitate poſcente, ablatis ab eis primitus quibuſuis, eiſdem gratioſè reſtitutis ad ſalutarem pœnitentiam, atque intra ſanctam huiuſmodi confraternitatem benignè recipi poterunt.

Actus profeſſ.

De fraternitatis huius Correctoribus ac Correctricibus annualibus, necnon & de pace fraterna, atque in bono perſeuerantia.

CAPITVLVM SEPTIMVM ET VLTIMVM.

PRouinciales Ordinis Correctores cuilibet fraternitatis huius congregationi Correctorem vel Correctricem, per eoſdem quoties

Digitized by Google

1502. expedierit mutari poſſibilem prouidè deputent & ordinent, qui quidem Correctores Prouinciales cùm ad noſtri Ordinis, vel huius congregationis loca declinauerint, omnes huius ſocietatis fratres & ſoroores, ſimul in die opportuno conuocare, ac per ſe vel per alium, ſeu alios ad ſanctiſſimam Dei mandatorum obſeruantiam, & in bono perſeuerantiam illos exhortando eiſdem ſermonem facere poterunt. Huius autem congregationis Correctores & Correctrices ortas inter eorum fratres vel ſorores lites quaſcunque poſſetenus extinguere, ad pacem quoque eoſdem reducere, ſtudioſe conabuntur, mutuam inſuper charitatem ſeruantes, ſéque fratres, ac ſorores inuicem nuncupare minimè verentes in cunctis eorum tribulationibus, ſeu aduerſitatibus, necnon infirmitatibus in Domino mutuò ſe confortent. Hæc ſunt in Chriſto Chariſſimi quæ veluti ſalubria ad æternam quoque vitam recto calle ducentia iuxta fragilitatis humanæ modum vos perſeueranter obſeruare hortamur, fideles namque ſi fueritis in operando, fidelis erit Dominus in remunerando. Et ne forſan obliuio aut etiam ignorantia vobis ſint delinquendi cauſa, cùm opportunitas aderit ſemel in quolibet menſe vulgariter ac intelligibiliter hæc vobis Regula legatur: non enim priuabit Dominus bonis eos qui veraciter in eius mandatorum tramite ambulantes huiuſmodi ſub Regula eidem fideliter militauerint, ſed gratiam & gloriam proculdubio dabit illis. Immortales Crucifixo gratiarum actiones. 1502.

Clauſula confirmationis & approbationis.

Cæterum quia difficile eſſet præſentes litteras ad quæcunque loca in quibus illæ forent neceſſariæ transferre, volumus & autoritate prædicta decernimus quod eorumdem tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis & ſigillo alicuius Epiſcopi vel Archiepiſcopi, aut alterius Prælati munitis, prorſus in Iudicio & extra fides plenaria adhibeatur, & illis ſtetur in omnibus & per omnia ſicut originalibus litteris adhiberetur & eis ſtaretur ſi forēt exhibitæ vel oſtenſæ: & inſuper ex nunc irritū decernimus & inane ſi ſecus ſuper his à quocunque quauis autoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, ſuppletionis, exemptionis, liberationis, repoſitionis, extenſionis, ampliationis, ordinationis, ſuſceptionis, conceſsionis, permißionis, voluntatis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1502. XIII. *Calend. Iunij, Pontificatus noſtri anno* 10.

Regula propoſitum.

2. Sanctiſſima hæc ſunt inſtituta quibus tantiſper Ordo ſterit, dum ad an. 1506. *Iulio* II. Summo Pontifice & ipſa per ſe & adiuncto *Correctorio* longè perfectiora euaſerunt, non pœnitebit interim annotaſſe in his omnibus vnam *Crucifixi Ieſu* imitationem noſtris propoſitam fuiſſe, quod elucet primùm ex præſcripto titulo, tùm ex poſtrema concluſione in gratiarum actionem Crucifixo: & quidem titulum illum noſtros olim profeſſionibus ſuis præfixiſſe aliquando ex Commentario Conuentus Nigoonenſis obſeruabam, nam ad annum 1508. die 8. Februarij quidam F. *Ioannes Genuenſis* ſub hac epigraphe *In Crucifixi* *Genuenſis.*

Digitized by Google

1502. *Crucifixi Ieſu nomine* profeſſus legitur, & aliquot inde annis cognominis alter F. *Laurentius* vota ſua *In nomine Crucifixi Ieſu Euangeliſtæ* inter manus R.P. *Germani Lioneti* reddidiſſe inuenitur. Ex quo mihi videor non temerè coniicere, hunc ipſum titulum quartæ etiam Regulæ ab initio adhæſiſſe, quem neſcio ſi reſtitui, ad Patrum noſtrorum pietatem demonſtrandam & excitanda eorum qui hodie ſunt ac deinceps erunt ſtudia, non præſtaret. Reliqua quæ plurima ſunt obſeruatione digna ſtudioſus Lector habitâ omnium inter ſe collatione poteſt colligere, ne igitur præter inſtitutum excurramus, eius nobis operæ gratiam factam eſſe præſumimus. 1502.

Lionet.

3. At verò cùm ineunte anno illa Romam mitterentur, Rex Optimus aliam per ſe gratiam ſolita benignitate prærogauit, rata eſſe iubens ac firma omnia & ſingula quæ nobis per Apoſtolicam Sedem indulta conceſſáque priuilegia eſſent, mandans propterea vniuerſis cùm Eccleſiaſticis, tum Secularibus perſonis vt plenam nobis poteſtatem facerent eiſdem vtendi ac fruendi quod tum ipſe, tum Deceſſor iam ante mandauerat. Litteræ huius anni apud *Pontem-Leuium* die VIII. Ianuarij datæ leguntur. Priuileg. à Rege Gall.

Pont Leuy.

4. Deinceps in acceptum Beatus Pater retulit Conuentum *Montis-Gangerij* perſcripto nimirùm ad diem XIII. menſis Februarij publico donationis inſtrumento quod ipſe manu propria ſub alterum diem cum ſuis obſirmauit. Dignum certè illud quod ad poſteritatis memoriam perueniat; ſic igitur habet. Conuentus Montis-Gangerij.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, Nos F. Franciſcus de Paula humillimus & indignus Generalis & Inſtitutor Ordinis Fratrum Minimorum, totuſque Conuentus eiuſdem Ordinis Salutem in Domino. Quia pium eſt & rationi congruum ad ea libenter intendere per quæ cultus diuinus, Eccleſiarum ſtatus ac Chriſti fidelium deuotio per noſtra operationis miniſterium coadiuuante Altiſſimo vtiliter & ſalubriter valeant augmentari. Notum propterea facimus quod die & anno infraſcriptis nobis in Capitulo noſtro loco & hora ſolitis poſt ſonum campanæ capitularis, vt moris eſt, congregatis & capitulantibus Capitulum noſtrum facientibus, pro parte nobilis Viri D. Franciſci Baraton *militis Domini loci & terræ & domini* de Montgaugier *nobis præſentata extiterunt littera de facto continentes, quod ipſe* Franciſcus *pia conſideratione ſponteque & ſingulari deuotione ductus, pro ipſius & omnium conſanguineorum & parentum defunctorum ac viuentium poſterorumque animarum remedio & ſalute deliberauerit & intendit ædificare Eccleſiam, & fundare vnum Conuentum dicti noſtri Ordinis, pro ſuſtentatione tredecim virorum religioſorum Minimorum pro tempore inibi viuentium, Eccleſiamque ornamentis & aliis cultui diuino in eadem neceſſariis & pro prima vice Conuentum vtenſilibus & alijs ad id requiſitis furnire, hortum & domos circumuicinales clandere & alia expedire prout tenore dictarum litterarum ſeriosius conſtare poterit: Nos verò prahibita inter nos deliberatione ſupplicationi dicti* D. Franciſci *ſuper hoc nobis facta ſauorabiliter annuentes & attendentes bonum propoſitum tam dicti militis quàm nobilis etiam* D. Anthonettæ ſanctæ Mauræ *eius ſponſæ, in præmiſſis deuotè perſeuerantes, præmiſſa hæc cedentia in euidentem Eccleſiæ vtilitatem & diuini cultus augmentum acpiam eorundem* Franciſci & Anthonettæ *nobilium laudantes, antedictam voluntatem & oblationem dictorum nobilium in Domino piè commendamus eiſque conſentimus, tenore præſentium acceptamus, necnon contractum ſupra dictum iuxta eorundem deuotionem furnire & diuinum ſeruitium inibi celebrari & fieri facere ſecundùm vſum & ordinarium dicti noſtri Ordinis, aliaque ſpiritualia exercere fieri ac exerceri ſolita in alijs eiuſdem Ordinis Conuentibus promittimus. In quorum dictorum præmiſſorum fidem & teſtimonium præſentes litteras fieri ac ſignari capitulariter, ſigillique noſtri quo in talibus vtimur, prout noſtro incumbit officio, appenſione muniri fecimus. Datum in Capitulo noſtro apud locum noſtrum Ieſu Mariæ in Pleſſiaco parci die XIX. menſ. Februarij an. D. 1502.* Et ſignatum, &c.

Situs Cœnobij eſt ad montem ipſum in valle aſpera & ſolitaria non procul ab itinere *Cæſaroduno* in *Pictones*, illinc ſex leucis ſupra *Angerim*, ſeu vt nunc loquimur, *Indrum* fluuium, quatuor à *porta Pilarum* infra *Crauſiam* vel *Creuſiam* (quod hodie vulgatius eſt) in ipſa diœceſi Turonenſi, oppidum autem *Montigangerij* primùm Dominij, mox Baronatus, ac demùm Marchionatus titulo donatum eſt, olim in ditione nobiliſſimæ familiæ *à Sancta-Maura*, (cuius nominis

Indre. Port de Pil. Creuſe. Sainte-Maure.

Digitized by Google

1502. oppidum proximum eſt) nunc ad *Guaſtios* peruenit. Illic igitur Conuentum noſtris conſtituit & à fundamentis conſtruxit Nobilis Vir *Franciſcus Baratonius*, (cuius ab antiquo nominis & gentis nonnullis *Surgerianis-Maingotijs* fœdere coniunctos in hiſtoria *Caſtillonæa Andreæ Duchenij* lego: alios etiam regiæ *Andegauenſium* familiæ in *hiſtoria Francica Sammarthanorum fratrum*) conſentiente *Antonia à Sancta-Maura* vxore, à cuius iure *Mentu-gangerij*, ſeu vt *Choppinus* legit *Geguerij*, dominium (niſi fallor) prouenisbat, quod mihi videor ex hiſtoria Mommorentiana *Duchenij* ſatis firmiter colligere, noſtrâ tamen haud multum intereſt. Fundatio certè multis nominibus digna quæ commendetur. Ipſi enim fundatores B. Franciſcum Paulanum adhuc in terris agentem chariſſimum patrem ſuum profeſſi, gratitudinis erga Deum bonorum quibus abundabant, & paſſionis Chriſti Seruatoris memores, aliiſque quamplurimis Chriſtianæ pietatis rationibus & momentis inductos ſe ad hoc præſtandum ſignificant, cenſúmque & vini atque frumenti demenſum in ſingulos annos aſsignant, ad eam rem oppignerata *Sanoneriarum* ditione pluribuſque aliis cenſibus quos extra ſortem hæreditatis primogenito aut alijs in vicem eius ſubſtitutis qui onus velint ſuſcipere, addicunt. Allectus poſtmodùm an. 1626. in ſecundarium Fundatorem Nobiliſſ. & Generoſ. D. *Michaël Guaſtius* & lectiſsima eius conſors D. *Antonia Mommorenciaca* quòd collato annuo ære noſtrorum penuriam leuauerant. Eccleſia patronum agnoſcit (vt *Monteſa* & *Iſnardus* conſentiunt) *ſanctum Iacobum*, cauſam verò eius nominis nullam ſcio aut video. Pro tempore autem Turonenſis Eccleſiæ adminiſtrationem nondum dimiſerat *Robertus* ille *Lenoncurius* quem antea laudabamus. Ab eius Vicarijs & in Epiſcopali officio adiutoribus facta facultate ab hoc anno & Februarij menſis die xx. non ſolùm domus conſtituta eſt, ſed poſt annos quinque luſtralibus aquis ſolemniter initiata & ædis ſacræ conſecratio peracta eſt à R. D. & P. *Olimario Pretioſo* ex Ordine Minorum Sidoniæ Epiſcopo & Andegauenſi ſuffraganeo pro illuſtriſsimo D. *Franciſco Rohannio* quem & nos aliàs laudauimus.

1502. *Du Guaſt. Baratan. Surgeres Maingot. Mangot. ou Mengot. Sainte-Maure.* *Sanonieres.* *Du Guaſt. Mommorency.* *Le Pretieux.* *De Rohan.*

Conuentus Portus S. Mariæ.

5. Hiſpani nihilominus in res ſuas intenti familiam in *Mneſtheum portum* qui hodie *ſanctæ Mariæ* dicitur deducunt, ab anni, vt habet *Monteſa* initio, nempè ad diem 11. Februarij quo B. Virginis Purificatio feſtiua eſt. Erat in planitie ad ciuitatem quâ iter eſt *Xeram limitaneam* Eremitorium *ſancti Rochi* nomine ſacrum, in quod noſtri beneficio Illuſtriſsimi *Ioannis Cerdani* Comitis *Medioli* (eſt enim *Mediolum* quod nunc *Medina Cœli*, vulgatius tamen & Latinè *Methymna Cœli* dicitur) & nobiliſſimæ conſortis *Mentiæ Manuelia* inducti ſunt. Superbum autem illud monaſterij opus, quod hodie conſpicitur, duobus ab hinc annis cœpit & breui perfectum eſt. Tanta fuit Illuſtriſsimorum Principum pietas & liberalitas, qui vt proximo ſanguine regiam ſtirpem contingebant (vtraque enim familia originem ab ea ducit) ſic & in noſtros ſuam magnificentiam largiter & luculenter explicarunt. Obſtitit tamen præclaris initiis nonnihil Archiepiſcopi Hiſpalenſis (qui *Didaco Hurtado de Mendoza* S. R. E. Cardinali tit. S. Sabinæ qui hoc anno deceſſerat apud *Matritum* prid. Id. Octobris ſucceſſit) contentio. Is noſtros Apoſtolico priuilegio, quod ab *Sixto* IV. & *Innocentio* VIII. habebant, vt iniuſſu ſcilicet Ordinariorum quouis loco poſſent monaſteria & Conuentus erigere, prohibere volebat, & rogatus vt Eccleſiam ſacris ritibus initiaret abnuerat, aliaque in noſtros intentauerat, ſed cum noſtrorum partes *Iulius* II. Pontifex ſuſcepiſſet & dignitatem Sedis Apoſtolicæ in priuilegijs concedendis edito diplomate ad an. 1506. tutatus fuiſſet, omnis diſceptatio conticuit. Eccleſia *ſanctæ Mariæ de Victoria* nomini conſecrata eſt. Geſtæ rei gloriã alij RR. PP. *Bernardo Buylio* & *Ferdinando Pandure*, alij R. P. *Ioanni Abundantio* iam ſecundùm Prouinciali tribuunt, opus autem R. P. *Ioannes à Boſco* architecturæ peritia inſignis curauit & ad culmen perduxit. *Mneſtheus* autem *portus* oppidum eſt frequens & celebre ad oſtium *Lethes* fluminis (quod hodie *Guadelete* vocatur) in ora contra *Gades* à quibus quatuor leucis abeſt, inter *Xeram* ad Ortum & *Fanum Luciferi* ad Occaſum vrbes proximas, infra *Mediolum* quod diximus, in cuius temporali ditione eſt, cùm ad Hiſpalenſem metropolim in ſacris pertineat.

Vid Nobilitatē Vandalitiam.

1506.

Puerto de S. Maria. Xerez de la Frontera. De la Cerda. Medina Celi. Manuel. *Hurtado de Mendoza.* *Guadalete. Caliz. Xerez de la Frontera. S. Lucar de Barrameda.*

An.

Digitized by Google

1503. 1503.

An. M. D. III.

1. EX quo in *Siciliam* B. Pater traiecerat, & apud *Mylas* conſtiterat, vna illâ domo noſtri ſe continuerant, vt autem longiùs progrederentur, & *Meſſanam* cogitarent, animum illis fecit Beatus Pater litteris ad R. P. *Petrum à Meſſana Caſtroduno* datis, qui, pro fiducia quam accepit ab eius conſilij autore ſanctiſſimo, rem aggreſſus parem ſpei ſucceſſum habuit. Exceptus enim incenſis ciuium ſuorum ſtudiis, primarios quoſque benignos, liberales, fauentes expertus eſt, qui locum amœnum, amplum & vno tantum lapide à ciuitate poſitum ad Septentrionem (ni fallor) eamque partem quâ iter eſt à porta Regia per eiuſdem nominis pontem, ad *Torrentem*, quem vocant, *gratiæ*, contulerunt, cuius quidem in poſſeſſionem noſtri venerunt ad diem VIII. menſis Iunij, atque ibi cum tempore Cœnobium operis magnifici & ſplendidi cum Eccleſia ſatis amplâ tit. *Ieſu Marie* conſtructum eſt, ciuium imprimis largitate & munificentia, tùm ex hoc Potentiſſimi Hiſpaniarum Regis *Philippi* II. beneficio, qui cenſus opulentos attribuit. Apud *Maurolycum* tamen Conuentui illi noſtro, nomen inditum *ſanctî Sepulchri* lego, quare ne in his quæ dixi aberrauerim non parùm vereor. Eſt autem *Meſſana* vrbs *Siciliæ* florentiſſima, ſitu opulentiâ, & tutâ nauium ſtatione celeberrima, in ora Occidentali contra *Italiam*, ad exitioſum nauibus monſtrum *Charybdim* poſita, duodecim milliaribus à *Peloro* promontorio ſubducta, quot à *Rhegio* per interiacens fretum ſeparatur, iam olim Archiepiſcopali Sede inclyta, cuius iconem Braunius in Theatro Ciuitatum Orbis lib. 1. Tab. XLIX. exhibuit.

Conuentus Meſſanæ.

Meſſana.

2. Iam nunc opportunè videtur recognoſcenda *Toloſani* Cœnobij noſtri origo, quam antè hos tredecim annos ex Annalibus iam ſcriptis referebamus. Conſtat enim ex Catelio in Commentarijs rerum *Languedocij* (vt cum vulgo loquar) quæ nouiſsimè prodierunt non antè hunc annum noſtros in poſſeſſionem ædis *S. Rochi* ad muros Toloſæ, inducente Nobiliſſ. & Generoſiſſ. *Franciſco à Rupecanardi* Seneſcallo miſſos eſſe. Diem ille aſsignat Maij XII. ſed ex ipſis quæ apud noſtros extant monumentis XVIII. dicenda eſt. Reliqua conſentiunt, niſi quod noſtri amplius addunt factum id Rege mandante, qui litteris ad ſupplicationem B. P. N. datis *Lugduni* ab XI. Aprilis hoc eodem anno (qui ex veteri ſtylo 1502. antè Paſcha ſcribitur) ædem illam noſtris donauerat & negotium dederat Seneſcallo de noſtris in poſſeſſionem inducendis, quod quidem executus eſt præſentibus & aſſentientibus R. D. *Laurentio Alamandio* Epiſcopo Gratianopolitano, &c. *Lamelote Alamandio* Sacriſta S. Saturnini, *Ioanne à Prato* Fiſci patrono *Petro Timbaudi* Cognitore regio, *Bernardo Gaillac* Doctore, *Helia Reyoter* Licentiato, Capitolinis ſeu Conſulibus Capitularijs, quibus id ex Concilio Vrbico fuerat demandatum, cum primùm *Alamandius* fundator facultatem condendi Cœnobij factam à R. D. *Stephano Sacaliero* Illuſtriſſ. & R. D. *Hectoris à Borbonio* Archiepiſcopi generali vt loquuntur Vicario, & conſenſum Capituli S. *Saturnini* exhibuiſſet. Ex hoc fortè (quod obiter dictum ſit) corrigendus venit Catelius qui *Hectorem* Archiepiſcopum an. 1502. obiiſſe tradit, aut certè iam olim prærogatâ noſtris eam facultatem credendũ eſt, nec alia etiam deſunt rei huius conciliandæ argumenta. Certè quin credã noſtros multò antè in vrbem veniſſe, ſed hoſpites tantùm illic permanſiſſe, adeoque non ex toto eſſe obliterandam eorũ traditionẽ qui de illorum aduentu antè decennium & quod excurrit, memorant non facilè à meipſo poſſum obtinere, quæ cauſa fuit vt quod antè ſcripſimus haud omninò videretur expungendum. Redeamus ad noſtros, venerant à B. P. N. cum litteris regiis R R. PP. *Iudoco Vente & Raoleto Quero*, quibus & alijs qui aderant tradita eſt *S. Rochi* ædes poſsidenda, ſed & ad eundem diem *Alamandius* Fundator adiacentia prædia donauit atque de inædificando Cœnobio fidem ſuam ſolemni ac legitima pactione obligauit, quod continuò liberaliſsimè præſtitit. At verò Catelius hanc *B. Rocho* ædem ab ann. 1392. conſtitutam *in certio S. Quintini*, ex Actis Vr-

Languedoc.

De Rochebonart.

L'Alemãt. Du Prat Timbaudi. Gaillac. Reyoter. Sacalier.

De Bourbõ.

Vente. Quero.

1503. bicis obſeruat ſedente *Petro à S. Martiale* qui Sudarium Chriſti Domini ex Abbatia *Cadany* diœceſis *Sarlatenſis* delatum à *Bertrando du Molin* Abbate, qui ab Anglis ſibi & Eccleſiæ ſuæ timebat, magnificentiſſimè ſuſcepit, & in illa *S. Rochi* æde nouiter conſtructa populo viſendum exhibuit. Sed & S. Saturnini Necrologium, eodem Catelio annotante, de Fundatore *Alemandio* hoc elogium habet: *R. Dominus* Laurentius Alemandus *Epiſcopus & Princeps Gratianopolitanus ac Abbas ſacri Collegij S. Saturnini, Monaſterium fratrum Minimorum iuxta pomeria huius vrbis conſtruxit, vir victu & cultu abſtinentiſſimus anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo.* Noſter denique R. P. *Petrus d'Aguts*, cuius in nos beneuolẽtiæ multum debemus cui & multis nominibus Ordo noſter vniuerſus non parum obſtrictus eſt, cùm nos de ſingulis commonefaceret, hæc inter cætera de ſitu reſcribebat. *Conuentus Toloſanus eſt extra muros & portam Arnaldi Bernardi paulo vltra ſuburbia & Leproſorum infirmariam, ad ipſius vrbis ſeptentrionalem aſpectum, iuxta viam regiam, quam habet ad Ortum, ſicut vrbem ad Auſtrum, Garumnam verò fluuium interiecta plantie ſatis amœnâ ad Occaſum, demùm ad Aquilonem interminabilis pene aſpectu campos habet fertiliſſimos.* Nec indignum notatu quòd præterea obſeruat, Regi ad vrbem primùm accedenti cunctos Ordines in eum locum obuiam procedere, ſed & Ludis poëticis (quos Florales vocant habẽntque celeberrimos) qui nomen dederint quotannis in feſto ſanctiſſimæ Trinitatis vota ſua in æde noſtrâ reddere. Porrò & ipſam Eccleſiam ille deſcribit fornicibus affabrè factis ſublimem, tribus ad læuam peramplis ſacellis ſuccinctam, ſacrifque pignoribus locupletem, imprimis verò inſigni oſſe *S. Sebaſtiani* Martyris quod argenteâ thecâ incluſum ſeruatur, tum ferro vnius ex ſagittis quibus beatiſſ. Martyr transfixus eſt, oſſe quinetiam inſigni vnius ex SS. Martyribus Legionis Thebææ, ac demùm pilleolo & ligneâ paterâ B. P. N. *Franciſci*, & ex hac quidem ſolent aquam haurire malè affecti, quibus id ad ſalutem vertit. Septo gaudet peramplo & amœniſſimo. Sed hæc ad ea quæ iam tantò antè diximus ſatis ſint.

1503. *De Martial. Catelus. De Sarlat. De Molin.* *D. Aguts.*

Ambianẽſis Epiſc. gratia.

3. Nec vana ſanè accidit gratia rebus noſtris, dum vbique noſtri, ſtabiliendis quæ cœperant, ſtudioſam & diligentem operam impendunt, digna imprimis quæ memoretur, *Ambianenſium & Abbauillenſium* noſtrorum apud Reuerendiſſimum & Per Illuſtrem D. *Franciſcum Halleuuynium Piennium* Ambianenſem Epiſcopum gratia (quid enim aliud dixero?) quam ille litteris ampliſſimis atque gratiſſimis in hunc modum teſtificatus eſt.

De Halewyn de Pienne.

FRANCISCVS DE HALLEVVYN MISERATIONE DIVINA ET S. SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA EPISCOPVS AMBIANENSIS.

Vniuerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis. Salutem in Domino.

PAſtoralis cura, quæ nobis licet immeritis committitur, intima cordis noſtri plurimum excitat, vt veris agricolis vineam Domini excolentibus ſubſidium clementia refocillationiſque beneuole impartiamur, maximè qui verbo & exemplo pabula ſalutis gregi nobis diuinitus commiſſo, ne deſinat in via, ſubminiſtrant, & ſuorum reatuum grauitate & ſarcina depreſſi ſeminium dimittantur. Et quia regularis & exemplaris vita, necnon vberrimi fructus quos Ordo & nouella plantula fratrum Ordinis Minimorum fratris Franciſci de Paula à Summis Pontificibus Romanis in horto militantis Eccleſiæ inſerta & approbata variis in Orbis mundani climatibus pullulare & palmites ſuos diffundere incipit, præſertim in noſtra ciuitate & Diœceſi Ambianenſi, quam quidem plantulam & Religionem ſummo cordis affectu dilatari, ampliari & excoli, atque in ſuis priuilegiis, gratiis, & Apoſtolicis immunitatibus conſeruari & foueri cupimus, vt in fructum centeſimum in horreum Domini deueniat reponendum: eò maximè quia à tenerrimis annis dicto Ordini & ſuis profeſſoribus plurimùm viſcera noſtra diffuſa fuere, & multò feruentius nunc dictum Ordinem & ipſius profeſſores veluti in noſtra paſtorali cura coadiutores cœlitus illapſos proſequi, dilatari, ampliari, & manu teneri cupiamus. Quapropter vt dicti Ordinis fratres in quodam ſuo monaſterio in noſtra ciuitate Ambianenſi inchoato, necnon & in alio

Digitized by Google

1503. *in aliis monaſteriis in noſtra Diœceſi inchoatis, & pro tempore inchoandis & erigendis iuxta ſanctæ Sedis Apoſtolicæ conceſſionem & permiſſionem inhabitare valeant, veluti vnius moris fratres in domo Domini preces & hoſtias Altiſſimo offerendo Diuinum Officium iuxta ſui Ordinis & Regulæ ritum perſoluere, verbumque diuinum populo nobis commiſſo per noſtras ciuitates & diœceſim Ambianenſem annunciare, eleëmoſynaſque à Chriſti fidelibus expetere & ſuſcipere valeant, necnon & confeſſiones ſubditorum noſtrorum in forma iuris audire beneficiumque abſolutionis impendere, & ſalutarem pœnitentiam imponere, mortuorumque cadauera ad ſepulturam in ſuis Eccleſiis recipere, iuxta decretalem Domini Clementis Papæ V. quæ incipit Dudum, quemadmodum & ceteri Mendicantes noſtræ ciuitatis & diœceſis faciunt & facere conſueuerunt, ſaluo tamen in hoc iure noſtro & quolibet alieno; & inſuper vt omnibus & ſingulis priuilegiis, gratiis, indulgentiis, franchiſiis, libertatibuſque, exceptionibus, immunitatibus & exemptionibus dicto Ordini fratribuſque eiuſdem Ordinis à Sede Apoſtolica indultis, vti & gaudere poſſint de noſtra conſcientia & motu proprio admittimus, concedimus, volumus, & indulgemus præſentium tenore perpetuis & futuris temporibus, quantum cum Deo poſſumus & volumus. Datum Aurelianis die* XXI. *menſis Nouembris anno* 1503. Et ſignatum *Per Dominum Antiſtitem, de Berquin.* 1504.

Et eas quidem deſcripſiſſe multis de cauſis gratum erit, cùm vt cæteri quas habent (neque enim dubito quin aliorum Conuentuum origines non minori gratia conſtiterint) proferre dignentur, tùm vt noſtrum in ſanctiſſimos illos Antiſtites animum debita gratitudine profiteamur. At verò *Franciſcus Halewuynius* non verbis modò, ſed & opere in noſtros liberalis fuit, Ambianenſis enim clauſtri noſtri partem impenſis ſuis ædificari procurauit, aliaque officia præſtitit, quorum vt tempus erit mentionem non reticebimus. *Franciſcum* porrò *Philippus Eſpineius* fratrem *Iodoci Halewuyni Pienny* facit, Morlierius *Ludouici* in Picardia Proregis filium, & quidem fratrem *Ioannæ* Abbauillenſis fundatricis noſtræ quæ *Ramburis* nupſerat, fuiſſe conſtat ex litteris ipſius *Franciſci* quas ad an. 1516. producemus. At de Iodoco relegenda Hiſtoria Caſtillionæa Andreæ Duchenij lib. IIII. c. XII. & de familia Halleuuynia Schonbergicæ coniuncta eadem hiſtoria lib. XI. c. XV. & Hiſtoria Francica Sammarthanorum fratrum tom. I. l. XII. c. XI. Vide B. Patris litteras procuratorias nepoti ſuo factas ad an. 1509.

In Diſquiſitione Nobilitatis Flandricæ.

An. M. D. IV.

1504. Dedicatio Eccleſiæ Abbauillenſis.

I. NOn eſt longius abeundum vt maiorem fidem his quæ antè à nobis dicta ſunt de gratia Optimi Antiſtitis Franciſci Halleuuynij faciamus. Cum enim Abbauillenſis monaſterij noſtri Eccleſia vltimam manum accepiſſet, conſecrata eſt, nec melius poteſt res geſta explicari, quàm litteris in fidem conſcriptis quæ ſequuntur:

NICOLAVS DEI ET SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA EPISCOPVS EBRONENSIS.

NOtum facimus vniuerſis quod anno Domini 1504. *Dominica in feſto ſanctæ Pentecoſtes 26. menſis Maij, de permiſſu & auctoritate Reuerendi in Chriſto Patris ac Domini D. Franciſci de Haleuuyn eadem gratia adminiſtratoris Eccleſiæ & Epiſcopatus Ambianenſis Clauſtrum & Cœmeterium Conuentus Fratrum Minimorum de Abbatiſſa Ambianenſis, Diœceſis benediximus, & deinde luna immediatè ſequente 27. die eiuſdem menſis Maij Eccleſiam dicti Conuentus* Fratrum Minimorum *in honorem Dei Omnipotentis & Aſſumptionis gloriоſiſſimæ Virginis Mariæ eius Genitricis & omnium Sanctorum & Sanctarum totius Curiæ cæleſtis dedicauimus & conſecrauimus, ſolemnitatibus adhibitis in talibus conſuetis. Datum & actum apud dictum locum Abbatiſſa ſub ſigillo Vicariatus Officij dicti Reuerendi Patris anno & die prædictis.* Et ſignatum *Idimar.*

At verò prædicti Ebronenſis Epiſcopi litteras Franciſcus ipſe recognouit & probauit in hæc verba:

Digitized by Google

1504. 1504.

FRANCISCVS DE HALLEVVYN MISERATIONE DIVINA ET S. SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA ADMINIstrator Episcopatus & Diœcesis Ambianensis.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis. Salutem.

NOtum sit quod ex cura & ex ordinatione & mandato nostris Ecclesia Fratrum Ordinis Minorum de Abbatisuilla nostræ Diœcesis fuerit dedicata & consecrata, videlicet maius altare in honorem Assumptionis sacratissimæ Virginis Mariæ, & Saluatoris nostri Iesu Christi matris, & duo altaria in eadem existentia vnum in honorem Beati Ioannis Baptistæ, & aliud in honorem & reuerentiam Beatæ Annæ matris Virginis Mariæ, per Venerabilem fratrem Nicolaum de Cultura Episcopum Ebronensem & Suffraganeum nostrum, necnon & Claustrum dictorum Religiosorum benedictum, prout ex litteratum dicti Suffraganei nostri inspectione, quibus hæ præsentes nostræ sunt sub sigillo nostro annexæ luculentius claret & innotescit. Quam quidem dedicationem & consecrationem, necnon dicti Claustri benedictionem à malignis tueri cupientes nos laudamus, ratificamus & approbamus præsentium tenore, necnon & omnia alia per præfatum Suffraganeum nostrum quibus modis fuere facta & acta. Et insuper vt ad Ecclesiam prædictam remittendam singulis annis, die quo dicta dedicationis celebritas exequetur, Christi fidelium deuotio ardentius inflammetur, Nos, quantum cum Deo possumus, singulis annis, perpetuis & futuris temporibus, omnibus Christi fidelibus dictam Ecclesiam, dictæ dedicationis die, necnon singulis festiuitatibus Virginis Gloriosæ & diebus Dominicis, visitantibus, de iniunctis sibi pœnitentiis quadraginta dies relaxamus. Mandantes insuper omnibus & singulis Curatis aut eorum vicesgerentibus, necnon omnibus aliis nobis subditis, vt gregi & populo nobis & sibi commisso, dictæ consecrationis diem & indulgentiarum nostrarum largitionem in pronis suis, aut alibi denuncient. Et vt firmior fides præsentibus adhibeatur sigilli nostri appositione muniri fecimus. Datum Magneliaci Belnacensis Diœcesis, die prima mensis Augusti anno Domini 1504. Et signatum *Per D. Antistitem, De Berquin.*

De La Cæture.

Magneley.

Ita religiosissimus Antistes digno quod æternùm recolatur exemplo & suam pietatem simul atque autoritatem efferebat, gratiamque gratiâ libens & volens exaggerabat. Quis autem fuerit ille *Nicolaus de Cultura* suffraganeus *Ambianensis* non aliter cognouimus, Ordinis Minorum professorem fuisse tradit Morlierius l. de rebus *Ambianensibus*, at verò *Ebronensis* Episcopatus sub Patriarchatu Hierosolymitano an. 1167. erectus est, vt tradit Guillelmus Tyrius, cuius sedis Episcopum *Iacobum Clara-vallis* qui anno 1481. obiit, cognoscit Robertus pro Ebroicensi qui legitur apud Chifflerium in *Vesontione*, atque nos apud eundem *Robertum* obseruamus *Ioannem Gebennensem* eiusdem Sedis nomine donatum, Vicarium fuisse *Ioannis Amboisij* 86. *Lingonensis* Episcopi (quem antea laudauimus) hoc eodem tempore, vnde mihi insolubilis nodus occurrit, nam quod nonnulli *Ebroicensem* aut *Eboracensem* legunt, aut legere volunt maiorem parit difficultatem. Viderint igitur doctiores per quos vt edoceat vehementer desidero.

De La Cæture. *D'Ebron.* *De Clairvaux.* *De Geneue.* *D'Amboise.* *De Langres.* *D'Eureux.* *D'Yorck.*

Disq. de obitu P. à Roccâ.

2. Perperam in hunc annum retulit Montoia R. P. *Ioannis à Rocca* obitum qui in Generali Capitulo Romæ primum celebrato Prouinciæ Italiæ seu Calabriæ, Discretus, hoc est vt nunc loquimur, Commissus pluribus votis in Generalem desideratus est. In actis quidem impressis cognomen eius, cùm Italis Patribus accensetur non legitur, solúmque *F. Ioannes discretus Calabr.* dicitur, at in Actis MSS. Conuentus Nigeonensis & Ambianensis disertè cognomen *à Roccâ* exprimitur, quod proinde restituendum non dubito, & certè non videtur probabile tot vota quot ad Generalatum adeptus est in absentem fuisse collata. Sed quid moramur errorem euincere, cùm in Capitulo Tolosano is ipse *de Roccâ* Prouincialem *Neapolis* ageret ad annum scilicet 1514. & Capitulo Romæ 11. celebrato an. 1517. subscripserit?

De Rocca.

3. At verò in hunc annum funus incidit quod pro debita in beneficos Principes

Digitized by Google

1504. cipes gratitudine atque B. Patris ſenſu & animo habemus memorandum. Apud *Turones* nempè *Federicus* Rex Neapolitanus *Ferdinandi* illius *Nothi* frater, & alterius *Ferdinandi* ex fratre nepotis hæres atque ſucceſſor, qui à *Ludouico* XII. Francorum Rege, & *Conſaluo Ferrandio Cordubenſi* Hiſpano Duce impetitus, ante aliquot annos in Galliam ad ipſum *Ludouicum* confugerat, fato functus eſt die Nouemb. IX. & apud Prophetam ſuum poſt diẽ V. quod teſtamento cauerat depoſitus, à quo iam olim *Aragonicam* ſtirpem in ſe ſuiſque exciſam iri, prout factum eſt, audiuerat. Nec maior funeri honos, quàm in tam ſanctum hoſpitem incidiſſe, qui depoſitum ita accepit, vt ſeruando reſtituendoque ſi opus foret fidem ſuam obligauerit. Quanquam ſyus non defuit qualis Regem decebat funeri apparatus. Feretro enim decumbebat regiâ magnificentiâ indutus, aurea in capite corona, interiores veſtes ſericeæ auro textæ, linteus amictus collo circumductus, alba, quæ dicitur Camiſia decenter compoſita, quæ ductili auro prætexta ſymbolo ipſius Regis (libro videlicet quem flammæ allambebant cum hac perigraphe *Recedant vetera*) inſignis erat, ſtringebatur cingulo aureo, quod *cingulum Eccleſiæ* ſolet dici, ſuperpoſita dalmatica ex ſerico coccineo texturæ leuioris (noſtri ſatinum vocant) atque huic tunicella quæ vocatur *de diacono* ex panno aureo villoſo ſericei ſubtegminis violacei cum limbo duos digitos lato per totam fuſo, aureis reſticulis fibulata, ſiniſtræ impoſitus manipulus eiuſdem operis fimbriis ex auro propendentibus, ſtola etiam de diacono nuncupata ab humero decuſſatim compacta, collare ſimiliter ex panno aureo, duplex in dextra annulus aureus pretioſa gemma grauis, alter in ſiniſtra non minoris pretij eiuſdémque formæ, pomum aureum cruce à ſummo prominente, quod Mundus appellatur, impactum etiam dextræ, ſiniſtræ ſceptrum, vtrumque ex argento inaurato, enſis militaris ſuccinctus aurata cruce, ſcapuloque item aurato, præfulgens, calcaria in pedibus ex auro, ſuper ſandaliis ex ſerico albo auro acu intexto, inſertæ decentes ſandaliis ſoleæ, à collo aurea catena gemmata, capiti puluinar ex aureo panno ſuppoſitum, à ſiniſtra ſtabat vas argenteum inauratum cum operculo ſuo (cuppam noſtri vocant) in quo Regis cor miſſum conditumque fuerat, adpoſiti crines *Iſabellæ* Reginæ *Federici* viduæ in faſciculum conuoluti, quos ipſa ſibi abſciderat & in defuncti corpus, ipſo die obitus, de ſuo & aliorum quorum intereſſe poterat iure proteſtata, coram idoneis teſtibus, iniecerat. Hoc apparatu elatum corpus, eodem & illatum in ſepulchrum; qua de cauſa Franciſco repræſentandum traditum eſt. Sed alius vt diximus Regi animus, qui pauperculi ſecundum homines Eremitæ patrocinium alia de cauſa quæſiuerat. Hæc tamen ex priuatis monimentis noſtris in lucem nos eruiſſe Lectorem non pœnitebit.

1504. Memorabile funus Regium

Standonk. 4. Præmortuus *Federico* Venerabilis Magiſter *Ioannes Standonius*, quem dicebamus aliquando primordiis Ordinis aduerſatum cum V. C. *Ioanne Quintino* animum poſtea mutauiſſe. Et reuera *Standonius* qui ab extrema pauperie per indefeſſam diligentiam ad magnum doctrinæ atque pietatis nomen peruenerat, non tantùm reformandis antiquis Ordinibus pro ſuo zelo incubuit, quantùm huic nouo vt aſſurgeret fauit & opitulatus eſt. Adeò certè illius inſtitutum ei cordi fuit, vt tandem illud ipſe complexus ſit, & quoad potuit imitatus, perpetuâ ſe carnium inediâ macerans quibus vix per lethalem etiam morbum vt vteretur adduci potuit, & eodem ferè ac noſtri cultu indutus, rerumque omnium expropriationem profeſſus, in eo vitæ propoſito ad extremum ſpiritum perſeuerauit. Nec ipſe modò genus illud vitæ coluit, ſed per Pauperes Scholaſticos quos tum in Academia *Pariſienſi*, tum in *Belgicis* pluribus inſtituit, retineri voluit, noſtri à Cappis quibus induuntur *Cappetas*, & à loco *Pauperes Montis-acuti*, Belgæ ab autore *Standonios* vocant, quos in hodiernum diem videmus caputio atque chlamyde, hoc eſt cappâ ad noſtrorum modum conformatis eiuſdemque omninò coloris vti, & carnium eſu interdicto in ſumma paupertate ſtudiorum curſum peragere. At verò *Standonius* ne per eam quidem vitæ auſteritatem vllum prædicandi verbi Dei, aut procurandæ

Obitus V. M. Ioannis Standonij.

Les Cappetes de Montaigu. Standons.

Mons acutus, Collegiũ eſt eius nominis ad 5 Genouefam.

1504. ſalutis proximi finem fecit, in quibus eùm mirabiliter excelleret per aulicos & vitæ ſolutioris homines conciliatâ inuidiâ multa paſſus eſt, quæ imperterritus tamen ſuſtinuit, & quidem cùm anno ſuperiore ſacrilegum quendam hæreticum (cuius nomen in præſens reticeo) vltimo ſupplicio adiudicatum, quòd ſacram Euchariſtiam è manibus Sacerdotis violenter abripuiſſet, nefariè dilaceraſſet & pedibus conculcaſſet, vehementius ad errorem agnoſcendum & abiurandum inducere conaretur, maligna febre contracta, diutiſſimè cum ea colluctatus, ſed tandem deiectus, ſanctiſſimè obiit, & poſt multos labores pro Deo exhauſtos ab ærumnis ſolutus in meliorem vitam migrauit ad diem XI. menſis Februarij quo apud Pariſios feſtiua S. Seuerini feſtiuitas recurrit. Sepultus apud ſuos abſque vllâ funeris pompâ quòd teſtamento decreuerat, hæc tantùm verba tumulo inſcribi mandauit *Meminerit is paupertatu veſtri Standonk*. De vita porrò atque obitu piiſſimi viri multa refert quæ relegantur digniſſima Petrus Griſius *de Clericis Regularibus Sectione* XVI. atque inter cætera quod Archiepiſcopatum Remenſem alteri contendenti vltrò dimiſerit & à morte ſtatum animæ ſuæ reuelauerit, ſéque purgatorij pœnis ad Pentecoſten detineri nunciauerit, quòd obtentu maioris vtilitatis aliquibus interdum nimis condeſcendiſſet & placere laboraſſet. Heu quis non miretur atque horreſcat? 1505.

An. M. D. V.

1505. Obitus B. Ioannæ à Francii. 1. NObiliſſima & pientiſſima Princeps *Ioanna Francica Ludouici* XI. filia *Caroli* VIII. ſoror *Ludouici* XII. conſors, ſed poſt adeptum regnum abdicata, Biturigum Duciſſa, quam *Franciſcus* noſter, cùm parentis commendatione ac propriæ virtutis merito haberet chariſſimam & digno proſequeretur honore, qua potuit in omnibus ope iuuit & conſolatus eſt, atque ad religioſam vitam ex quo à Rege dimiſſa fuerat eâ interim in tertium Ordinem allectâ (quod amplius qui Acta eius recenſuerunt, memorant) vehementer cohortatus eſt, *Anarici Biturigum* poſt inſtitutum *B. Virginis Annunciatæ* Ordinem ſanctiſſimo fine quieuit prid. Non. Febru. adeò nunc propè eſt vt in numerum Sanctorum referatur. De qua & inſtituto per illam Ordine plures magni nominis autores ſcripſerunt, & è noſtris quidem Coſtæus illius Elogium in hiſtoria ſua Catholicâ poſtremi ſæculi edidit, Donius verò eius vitam ſingulari libro pleniùs deſcripſit qui ex occaſione ſignificant quæ illi cum B. Patre ſpiritualis neceſſitudo fuerit. *De Fromo aliàs Valeſia de Valois.* *Bourges.*

Prædictio prophetica B. P. N. 2. Quod igitur Scriptores noſtri eundem B. P. *Aſcanio Sfortiæ* Cardinali qui apud Bituriges captiuus detinebatur, prædixiſſe ferunt, fore vt breui ſolueretur, tum cùm res eius maximè deſperatæ viderentur, factum coniicio cum *Anaricum* ille ad *B. Ioannam* veniſſet, ipſéque Cardinalis *Lugduno Bituriges* in locum *Ludouici* fratris perduceretur, & alter in alterius locum ſuccederet ad annum 1500. ſcilicet 1500. Quod euentu omnino conſtitit, *Aſcanius* enim Cardinalis totius Regni libertate mox donatus, aliquanto poſt tempore in comitatu Cardinalis *Amboſij* (mortuo nimirùm *Alexandro Pontifice*) *Romam* profectus eſt, vbi à *Iulio* II. ſucceſſore detentus hoc demùm anno mortuus eſt ad VI. Kal. Iunij ſepultus ad S. Mariam de Populo. *Sforia.*

Altera prædictio B. P. 1505. 3. *Iulius Alexandro* non proximè ſucceſſerat, ſed *Pio* III. paucorum dierum Pontifice interpoſito, electus IV. Idus Nouembris iam ab anno 1503. Is antea *Iulianus* dictus è gente *Roueréâ Sixti* IV. nepos, ex Epiſcopo primùm Carpentoratenſi & Preſbytero Cardinali tit. *S. Petri ad Vincula*, tum maiore Pœnitentiario atque Epiſcopo demùm Cardinali *Oſtienſi & Veliterno*, ad eam dignitatem conſcenderat, quam illi multis ante annis *Franciſcus* noſter prænunciauerat, addens inſuper eum fore Ordini ſuo ſupra cæteros Pontifices beneuolum & benignum, certamque ſibi ſpem eſſe cùm in illud faſtigium eſſet ſublieuatus, humilitatis ſuæ preces & vota non dedignaturum. Omen vterque accepit, quod effectus poſteâ non defraudauit. Et Pontifex quidem illius vaticinij memor *De Roueré.*

Digitized by Google

1505. mor & animo repetens vitæ ſanctimoniam, quam oculis ipſe hauſerat & perſpexerat maximis Ordinem beneficiis adauxit & amplificauit. 1505.

4. Certè ad hunc annum 1111. Idus Iulij, dum maiora parat quæ tempore conſecuta ſunt, edito diplomate facultatem facit Regulæ retractandæ ac recognoſcendæ, pœnaléſque leges condendi quibus obnoxij ſint qui ab inſtitutis regularibus deflexerint, & illæ quidem poſtmodùm *Correctory* nomine prodierunt, Priuilegia Ordini facta, tùm etiam communicata, probat & confirmat, atque vt poſteriorum fides fieri poſſit cautionem adhibet, demùm de benignitate Apoſtolica pleraque ſupererogat præter ſupplicis expectationem vt eorum vni illi gratiam debeamus, vtputâ quòd domeſtici noſtri, extranei habitum noſtrum deferentes, ſepulturam apud nos eligentes, iiſdem quibus nos ipſi gratiis perfruantur, noſtri in Preſbyteros anno ætatis xxii. poſſint ordinari, qui ſe Ordinis negotiis immiſcuerint perſonas moleſtauerint, &c. eo ipſo excommunicati habeantur, & alia quæ litteræ ipſius continent quas damus cum ad hæc quod ſciam editæ non fuerint.

IVLIVS EPISCOP. SERVVS SERVORVM DEI.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

EX debito paſtoralis Officij nobis meritis licet inſufficientibus ex alto commiſſi, ad ea libenter intendimus per quæ perſonarum quarumlibet ſub ſuaui Religionis iugo Altiſſimo famulantium commoditatibus ſecuritati & quieti valeat ſalubriter prouideri, & ijs quæ à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus conceſſa fuiſſe dicuntur, vt firma perpetuò & illibata perſiſtant libenter cùm à nobis petitur approbationis robur adijcimus, ac aliàs ſtatuimus, diſponimus & ordinamus prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilecti filij Franciſci de Paula Inſtitutoris & Generalis Correctoris Ordinis Minimorum nobis nuper exhibita petitio continebat; Quòd licet per felicis recordationis Alexandrum Papam VI. prædeceſſorem noſtrum Regula ac viuendi norma fratrum Minimorum data & per eum ac Sedem Apoſtolicam confirmata fuerat, tamen ipſe Franciſcus cupit pro dictæ Regulæ conſeruatione, & vt illa melius & facilius ab illius profeſſoribus nunc & pro tempore in dicto Ordine degentibus ſeruari poſſit, aliqua ſtatuta & ordinationes ſalubria facere, quæ fratres dictum Ordinem profeſſi ſeruare & ſecundùm quæ contra illa venientes ſeu facientes, licet aliàs peccatum ſecundùm præcepta Eccleſiæ committere non videantur pœna corporali ſeu temporali per eorum Superiores in eiſdem ſtatutis contenta puniri valeant. Et quamuis per piæ memoriæ Sixtum IV. & Innocentium VIII. Romanos Pontifices, & dictum Alexandrum prædeceſſores noſtros eiſdem fratribus Minimorum, quod omnibus & ſingulis priuilegijs, gratijs, indultis, immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus, quibus fratres Minores & cæteri quatuor Ordines Mendicantium, ac perſonæ illorum vtebantur & gaudebant, ſeu vti & gaudere poterant in futurum, vti & gaudere valerent conceſſum fuerit, nihilominus eo quod dicti fratres Minimorum priuilegia & indulta huiuſmodi originalia non habeant ac de illis fidem facere non poſſint, ac etiam quia illa per nos confirmata non fuerint aliqui partim ſcrupuloſa conſcientia & partim inuidia moti fratres Minimorum huiuſmodi eiſdem priuilegijs & gratijs gaudere non debere aſſerunt, quo fit vt dicti fratres Mini-

1505. morum eiſdem priuilegijs & indultis vti poſſe non ſperant niſi eis per nos de- 1505.
ſuper opportunè prouideatur. Quare pro parte dicti Franciſci nobis fuit humiliter ſupplicatum vt ſibi quæcunque ſtatuta & ordinationes ſalubria in perpetuum valitura, quæ fratres Minimorum huiuſmodi ſeruare & ſecundum quæ contra illa venientes vel facientes licet aliàs peccatum iuxta dicta præcepta Eccleſiæ committere non videantur, nihilominus pœna corporali vel temporali per eorum Superiores mulctari poßint, condendi & faciendi licentiam & facultatem concedere: ac omnibus & ſingulis priuilegijs, gratijs, conceſsionibus, indultis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, quibus prædicti quatuor Mendicantium Ordines & illorum perſonæ vtuntur, potiuntur & gaudent, ſeu vti, potiri & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum atque eidem Ordini Minimorum & illius perſonis huiuſmodi vt præmittitur conceſsis, pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur noſtræ approbationis adijcere ac aliàs in præmiſsis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eundem Franciſcum à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati eidem Franciſco quæcunque ſtatuta & ordinationes ſalubria, & honeſta, ſacris Canonibus non contraria, quæ dicti fratres Minimorum ſeruare, & ſecundùm quæ contra illa venientes vel facientes, licet aliàs peccatum iuxta præcepta huiuſmodi committere non videantur, pœna corporali ſeu temporali per ſuos Superiores mulctari poſsint, condendi & faciendi plenam & liberam autoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam concedimus, ac etiam facultatem, ac omnia & ſingula priuilegia, gratias, conceſsiones, indulta, immunitates, libertates & exemptiones prædicta, quibus præfati quatuor Ordines Mendicantium & illorum perſonæ vt præfertur, in genere vtuntur, potiuntur & gaudent, ſeu vti, potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum eiſdem fratribus Minimorum & illorum perſonis, vt præfertur conceſſa, ita vt illis Ordo Minimorum & illius perſonæ prædictæ vtantur, potiantur, & gaudeant, ac vti, potiri & gaudere liberè & licitè valeant, approbamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, dictiſque fratribus Minimorum vt de dicto priuilegijs & indultis fidem facere poßint, quod Sumpta ex Camera Apoſtolica pro ſingulis priuilegijs, conceſsionibus, gratijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus & indultis dictis quatuor Mendicantium Ordinibus per quoſcunque Romanos| Pontifices & Sedem eandem conceſsis & in poſterum concedendis habere, & illa ac litteras Apoſtolicas eas & quomodolibet concernentia & præſentes litteras per ipſius Cameræ Auditorem, & quoſcunque alios Iudices ordinarios ritè tranſumptari & authenticari facere, liberè & licitè valeant, & poſtquam tranſumptata & authenticata fuerint illis & præſentibus litteris ac alijs ſuper huiuſmodi priuilegijs, conceſsionibus, gratijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, & indultis prædictis ad inſtantiam quatuor Ordinum Mendicantium, aut perſonarum eorundem vel aliquorum ex eis iam ritè factis & tranſumptatis ea prorſus fides adhibeatur vbicunque fuerint exhibita vel oſtenſa, ac ſi dicta præſentes & alia litteræ exhiberentur

1505. *tur ac priuilegia, conceſsiones, gratiæ, immunitates, libertates, & indulta prædicta præfato Ordini Minimorum & illius fratribus & perſonis conceſſa, & in eis Ordo Minimorum & illius fratres & perſonæ huiuſmodi ſpecialiter & nominatim expreſsi fuiſſent & pro eis emanaſſent, ac de cætero famuli domorum dicti Ordinis Minimorum, & cæteri eiuſdem Ordinis Minimorum habitum portantes, ac in articulo mortis in dictis domibus ſepulturam eligentes, omnibus & ſingulis priuilegiis dicto Ordini Minimorum conceſsis gaudere liberè & licitè valeant eadem autoritate Apoſtolica indulgemus: quodque de cætero perpetuis futuris temporibus fratres dicti Ordinis Minimorum, in vicesimo ſecundo ſuæ ætatis anno nunc & pro tempore conſtituti ad Presbyteratus Ordinem aliàs tamen ritè ſe promoueri facere liberè poſsint: ac omnes & ſingulæ perſonæ cuiuſcunque ſtatus nobilitatis & conditionis fuerint, qui in cauſis eorundem fratrum Minimorum ſe immiſcuerint, aut in ipſos fratres Minimorum manus iniecerint violentas, vel eos moleſtauerint, aut inquietauerint, ſeu eorum bona abſtulerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant, vt alijs fratribus Mendicantibus eſt conceſſum: omniaque priuilegia, indulta, gratiæ, facultates & indulgentiæ vni aut pluribus domibus dicti Ordinis Minimorum in genere per eundem Sixtum prædeceſſorem conceſſa & in poſterum forſan concedenda omnibus & ſingulis alijs domibus & fratribus dicti Ordinis Minimorum conceſſa ſint & eſſe intelligantur: ac Generales illius necnon Prouinciales & Vicarij eiuſdem Ordinis Minimorum corporalia & alia ornamenta Eccleſiaſtica ſuorum locorum & domorum præter Calices & Patenas benedicere valeant, præfata autoritate Apoſtolica earumdem tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus. Nonobſtantibus præmiſsis, ac defectu ætatis huiuſmodi quem ipſi fratres in dicto vicesimo ſecundo anno conſtituti ad dictum Presbyteratus Ordinem ſuſcipiendum patiuntur modò & patientur, ac Viennenſis Concilij ac alijs Apoſtolicis & Prouincialibus & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus, conſtitutionibus & ordinationibus, necnon prædicti Ordinis Minimorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate aliàs roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, communitionis, indulti, ſtatuti & ordinationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ* 1505. *quarto Idus Iunij Pont. noſtri anno* 2. 1505.

5. Quæ in hoc tempus acciderit bonorum Ordini legatorum direptio nulla poſſum, nec potui hactenus inueſtigatione aſſequi, certum tamen illatam noſtris haud modicam iniuriam, vt qui ex Regula nulla ſe bona repetere profiterentur, coacti tamen fuerint eâ de causâ Apoſtolici Legati autoritatem appellare, litteraſque obtinere quibus ad reſtitutionem direptores compellerentur, eaſque (quod caput eſt) executioni mandare. Id non poteſt melius explicari quam ipſarum litterarum lectione, quas propterea exhibemus, cùm alioqui futuræ ſint moleſtæ ſi ptolixitas æſtimetur, ſed cùm ea de re nihil præterea nobis innotuerit, libertatem hoc facto damus, in ipſam rem amplius inquirendi, quod niſi fallor non erit inutile, atque vt fiat per peritiores non parum deſideramus: Litteræ ſic habent

Edictum de bonis recuperandis.

1505. 1505.

Officialis Turonenſis Iudex & executor ſubdelegatus à Reuerendiſſimo in Chriſto Patre & Domino Domino Roberto miſeratione diuina Turonenſi Archiepiſcopo Iudice & executore delegato, cum illa clauſula, quatenus vos vel duo aut vnus veſtrum per vos vel alium, ſeu alios, Et per Reuerendiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum Dominum Georgium de Ambaſia *eadem miſeratione in Regno Francia, & nonnullis alijs Prouincijs & Dominijs ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, Legatum adinfraſcripta dato ſpecialiter & deputato, Vniuerſis & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Succentoribus, Theſaurarijs, Scholaſticis, Cuſtodibus, tam cathedralium quàm Collegiatarum Canonicis, Parrochialiumque Eccleſiarum Rectoribus ac Monaſteriorum quorumcumque miniſtris Generalibus, Prouincialibus, Vicarijs, Prioribus, Guardianis, Commendatoribus, Præceptoribus, ac ipſorum domorum fratribus, Conuentibus, quorumcumque ordinum exemptorum, & non exemptorum, Plebanis, Vicepleb anis, Archipreſbyteris, Capellanis, & Beneficiatis perpetuis, Curatis & non Curatis, ceteriſque perſonis Eccleſiaſticis, in quibuſcumque dignitatibus vel officijs conſtitutis ac Presbyteris, Notarijs, Clericis, & Tabellionibus publicis quibuſcumque in Turonenſi, Pariſienſi, Ambianenſi, Ciuitatibus & Diœceſibus, & alijs vbilibet conſtitutis, ad quos noſtræ præſentes litteræ peruenerint ſalutem in Domino & noſtris huiuſmodi, imò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Litteras Apoſtolicas præfati Reuerendiſſimi Domini Legati eius ſigillo oblongo, in Capſa ferrea, cera rubea, alba vndequaque circumdato cum filis canapeis rubei coloris more ſuæ legationis impendente ſigillatas, ſanas ſiquidem & integras, non cancellatas, non vitiatas, non abraſas, non abolitas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, vt in eis prima apparebat facie, nobis pro parte dilectorum nobis in Chriſto inſtitutoris & Generalis Correctoris Fratrum Minimorum Fratris Franciſci de Paula nuncupatorum in eiſdem litteris Apoſtolicis principaliter nominatorum coram præfato Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Turonenſis Secretario, & teſtibus infraſcriptis præſentatas, Nos cum ea qua decuit reuerentia noueritis recepiſſe, huiuſmodi ſub tenore.*

Georgius de Ambaſia *miſeratione diuina Tituli ſanctæ Sixti, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, Rothomagenſis nuncupatus in Regno Franciæ, Delphinatu Prouincia Prouinciæ Ciuitate Auinionenſi & comitatu Venaiſini, ac nonnullis alijs Prouincijs & Dominijs Apoſtolicæ Sedis Legatus, Reuerendis & venerabilibus in Chriſto patribus Archiepiſcopo Turonenſi, & Epiſcopo Ruthenenſi, ac Abbati Monaſterij S. Saturnini Tholoſani, Salutem in Domino. Apoſtolicæ Sedis, cuius legationis munere fungimur, veſtigijs inhærentes circa curam Eccleſiarum & domorum Regularium omnium curis aſſiduis angimur, vt earum occurramus diſpendijs & profectibus diuina cooperante Clementia ſalubriter intendamus, ſanè pro parte dilectorum nobis in Chriſto inſtitutoris & generalis Correctoris Fratrum Minimorum Fratris Franciſci de Paula nuncupatorum conqueſtione percepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliique Eccleſiarum Prælati & Clerici, ac Eccleſiaſtica perſonæ, tam Religioſæ, quàm ſeculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, milites & Laici, Communia Ciuitatum, Vniuerſitatum, oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum; aliæque ſingulares perſonæ Ciuitatum & Diœceſium, ac aliarum partium diuerſarum occuparunt & occupari fecerunt, Caſtra, villas & alia loca, terras, domos, poſſeſſiones, iura, & iuriſdictiones, necnon fructus, redditus, & prouentus, & nonnulla alia bona mobilia & immobilia, ſpiritualia & temporalia, ad de Pleſſiaco prope Turones, quæ caput dicti Ordinis exiſtit; ac alias domos eiuſdem ordinis in regno Franciæ conſiſtentes, membraque earumdem ſpectantia, quæ ex ſpecialibus Apoſtolicæ Sedis, vel eius Legatorum priuilegijs & indultis tenent & poſſident, detinuerunt, & ea detinent indebitè occupata, ſeu detinentibus præſtant, auxilium, conſilium, vel fauorem, nonnulli etiam Ciuitatum, Diœceſium, & partium prædictarum qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, prædicto Generali, ac aliarum domorum & membrorum huius ſynodi particularibus Correctoribus ſuper dictis Caſtris, Villis, & locis alijs, terris, domibus, poſſeſſionibus, iuriſdictionibus, fructibus, cenſibus, redditibus, & prouentibus eorumdem, & quibuſcumque alijs bonis mobilibus & immobilibus, ſpiritualibus & temporalibus, ac alijs rebus ad domos & membra huiuſmodi ſpectantibus multiplices moleſtias & iniurias inferunt & iacturas: Quare cum eiſdem Correctoribus valdè reddatur difficile pro ſingulis querelis ad ſedem prædictam habere recurſum, prouidere ipſis ſuper hoc paterno diligentia curaremus. Nos igi-*

tur

1505. *tur aduerſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores præ-* 1505.
dictos illo volentes Correctoribus eiſdem remedio ſubuenire per quod illorum compeſcatur temeritas, & alijs aditus committendi ſimilia precludatur, Circumſpectioni veſtræ auctoritate Apoſtolica qua per litteras Sanctiſſimi in Chriſto Patris & domini noſtri domini Iulij diuina prouidentia Papæ ſecundi, nobis ſuper hoc conceſſas fungimur, per hæc ſcripta mandamus, Quatenus vos vel duo aut vnus veſtrum per vos vel alium, ſeu alios, etiamſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis, Conſeruatores & Iudices præfatis Correctoribus efficacis defenſionis præſidio, eadem auctoritate aſſiſtente, non permittatis eoſdem ſuper ijs & quibuſcumque bonis ad domos & membra huiuſmodi ſpectantibus, à prædictis, vel quibuſuis alijs perſonis indebitè moleſtari, vel eis grauamina ſeu damna aut iniurias irrogari, facturi auctoritate prædicta dictis Correctoribus, cum ab eis vel procuratoribus ſuis aut eorum aliquo fueritis requiſiti de prædictis, & alijs perſonis quibuſlibet ſuper reſtitutione Caſtrorum, Villarum, terrarum, & aliorum locorum, iuriſdictionum, reddituum quoque & prouentuum, ac aliorum quorumcumque bonorum, mobilium & immobilium, necnon de quibuſlibet moleſtijs, iniurijs, atque damnis præſentibus & futuris in illis videlicet quæ iudicialem requirunt indaginem, ſummariè & de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij. In alijs verò prout qualitas eorum exegerit iuſtitiæ complementum occupatores, ſeu detentores, præſumptores, vel moleſtatores & iniuratores huiuſmodi, necnon contradictores quoſlibet & rebelles cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque & quotieſcumque expedierit per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis: Non obſtantibus tam felicis recordationis Bonifacij Papæ octaui, quibus cauet ne aliquis extra ſuam Ciuitatem vel Diœceſim niſi in certis exceptis caſibus, & illis vltra vnam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices, ſeu conſeruatores à ſe deputati prædicta extra Ciuitatem vel Diœceſim in quibus deputati fuerint contra quoſcumque procedere, aut alij vel aliis vices ſuas committere ſeu aliquos vltra vnam dietam, à fine Diœceſum earundem trahere præſumant, dummodo vltra duas dietas aliquis authoritate præſentium non trahatur, ſeu quod de alijs, quàm manifeſtis iniurijs & violentijs, ac alijs quæ iudicialem requirunt indaginem pœnis in eos ſi ſecus egerint, & in id procurantes adictis conſeruatores ſe nullatenus intromittant, quàm alijs quibuſcumque conſtitutionibus à Romanis Pontificibus, tam de Iudicibus delegatis & conſeruatoribus, quàm perſonis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut alijs prædictis quæ veſtra poſſent in hac parte iuriſdictioni aut poteſtati, eiuſque libero exercitio quomodolibet obuiare, ſeu ſi aliquibus communiter vel diuiſim à prædicta ſit ſede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi vel interdici, ſeu extra vel vltra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, ac eorum perſonis, litteris, ordinibus & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia dicta ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcumque tenoris exiſtat per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam veſtra iuriſdictioni explicatio in hac valeat quomodolibet impeditur, & de qua cuiuſque tato tenore de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Caterum volumus & auctoritate ſupradicta decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento prapeditus, quodque à data præſentium ſic vobis & vnicuique veſtrum in premiſſis omnibus & ſingulis cæptis & non cæptis, præſentibus & futuris perpetuata poteſtas & iuriſdictio attributa, vt in eo vigore atque firmitate poſſitis in premiſſis omnibus cæptis & non cæptis, præſentibus & futuris & propradictis procedere, ac ſi prædicta omnia & ſingula coram vobis cæpta fuiſſent & iuriſdictio veſtra, & cuiuſlibet veſtrum in prædictis omnibus & ſingulis per citationem, vel modum alium legitimum perpetuata extitiſſet conſtitutione prædicta ſuper conſeruatoribus, & alia qualibet in contrario edita, nonobſtantibus; in quorum fidem præſentes litteras fieri & noſtri ſigilli iuſſimus & fecimus appenſione muniri. Datum Turonis anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinto, pridie nonas Iulij, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Iulij diuina prouidentia Papæ ſecundi anno ſecundo. ſic ſignatum P. Chabrion. Poſt quarum quidem Apoſtolicarum litterarum præſentationem & receptionem nobis & per nos vt præfertur factam, fuimus pro parte dictorum inſtituteris & generalis Correctoris Minimorum dicti Fratris Franciſci de Paula debita cum inſtantia re-

Digitized by Google

1505. *ſiti, quatenus ad executionem dictarum litterarum Apoſtolicarum & contentorum in eiſdem* 1505.
procedere curaremus iuxta traditam ſeu directam per eas à Sede Apoſtolica nobis formam. Nos igitur Officialis Iudex & executor ſubdelegatus, præfatus attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam & rationi conſonam, volenteſque mandatum Apoſtolicum eidem Reuerendiſſimo Domino Turonenſi Archiepiſcopo in hac parte directum, & per eundem Reuerendiſſimum quoad ipſum exequutioni demandandum nobis Commiſſum reuerenter exequi vt tenemur, quam executionem huiuſmodi litterarum Apoſtolicarum & contentorum in eiſdem, tanquam verus & legitimus obedientiæ filius in nos aſſumpſimus. Quapropter ad executionem huiuſmodi procedere volentes, attenta dictarum litterarum Apoſtolicarum forma & tenore, auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa & qua fungimur in hac parte, vos omnes & ſingulos ſupradictos quibus præſens noſter proceſſus dirigitur, & veſtrum quemlibet inſolidum tenore preſentium requirimus & monemus primò, ſecundò, tertiò, & peremptoriè, communiter & diuiſim, ac vobis & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ ſub excommunicationis ſententiæ pœna, quam Canonica monitione præmiſſa in vos omnes & ſingulos ſupradictos ferimus in his ſcriptis, ſi ea quæ vobis in hac parte committimus & mandamus, neglexeritis aut diſtuleritis contumaciter adimplere, diſtrictè præcipiendo, mandantes quatenus infra ſex dierum ſpatium præſentationem, ſeu notificationem præſentium ac requiſitionem vobis, aut alteri veſtrum pro parte dictorum Correctoris Fratrum Minimorum dicti de Paula ſuper hoc factam immediatè ſequentium, ita tamen quod alter veſtrum ſuper hoc requiſitus alterum non expectet, nec vnus pro alioſe excuſet, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies vobis vniuerſis & ſingulis ſupradictis pro tertio & peremptorio termino ac monitione Canonica aſſignamus, omnes & ſingulos vtriuſque ſexus perſonaſque exemptas & non exemptas cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis aut conditionis, vel præeminentiæ exiſtant, res & bona in prainſertis Apoſtolicis litteris deſcripta & deſignata detinentes, vſurpantes, occupantes, & habentes in animarum ſuarum periculum, ac Correctoris Generalis Fratrum Minimorum dicti de Paula præfatorum præiudicium non modicum & detrimentum, ſibi appropriantes, necnon ſcientes, habentes, detinentes, occupantes, vſurpantes, & non reuelantes, auctoritate noſtra, imò verius Apoſtolica palam & publicè in Eccleſiis & alijs locis dum populi multitudo inibi ad diuina audiendum congregata fuerit, de quibus fueritis ſeu alter veſtrum fuerit pro parte dictorum Fratrum Minimorum de Paula requiſiti, vbi, quando & quoties expedierit fuerit requiratis & peremptoriè moneatis, quos nos etiam eos & eorum quemlibet requirimus & monemus primò, ſecundò, tertiò, & peremptoriè communiter & diuiſim, & nihilominus eis & eorum cuilibet in ſolidum in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis infraſcriptis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra quindecim dierum ſpatium, poſt requiſitionem & monitionem huiuſmodi per vos, vel alterum veſtrum ſic factam & poſtquam præmiſſa ad eorum peruenerit notitiam immediatè ſequentes, quorum quindecim dierum, quinque pro primo, quinque pro ſecundo, & reliquos quinque dies eis & eorum cuilibet pro tertio & peremptorio termino ac monitione Canonica aſſignetis, prout etiam nos eiſdem aſſignamus, omnia & ſingula mobilia & immobilia bona ac res ſupradictas in Apoſtolicis litteris prafatis ſpecificata & declarata prafatis Inſtitutori & Correctori Generali, ac Fratribus Minimorum Franciſci de Paula conquerentibus reddant, reſtituant, & reuelent, ac de cæteris plenam & debitam ſatisfactionem impendant. Et ſi præmiſſa infra dictum quindecim dierum terminum realiter, & cum effectu non adimpleuerint, ac monitioni noſtræ huiuſmodi non paruerint, iterum auctoritate Apoſtolica qua ſupra requiratis ac moneatis, prout nos etiam tenore præſentium requirimus & monemus ipſos, & eorum quemlibet, quatenus infra alium octo dierum terminum prafatos quindecim dies immediatè ſequentem, quem pro omnium peremptorio termino ac monitione Canonica eis & eorum cuilibet prafigatis & aſſignetis, prout nos litterarum præſentium tenore & ſerie prafigimus & aſſignamus, omnia & ſingula infraſcripta effectualiter adimpleant. Quod ſi forte præmiſſa omnia & ſingula, prout mandatur non adimpleuerint, aut diſtulerint contumaciter adimplere, mandatiſque & monitionibus noſtris huiuſmodi, imò verius Apoſtolicis non paruerint, cum effectu in cæteros, & eorum quemliber auctoritate Apoſtolica qua in hac parte fungimur excommunicationis ſententiam proferatis, quam nos etiam lapſis prius dictis terminis ferimus in his ſcriptis, ipſoſque & eorum quemliber ſcientes & non reuelantes palàm & publicè in Eccleſijs veſtris, Monaſterijs, Capellis & locis, de quibus expediens fuerit, excommunicatos denunciamus ac

denunciari

Digitized by Google

1505. *denunciari & publicari volumus & mandamus, etiam tandiu & quousque donec ad satisfactionem de præmissis eisdem Correctori Generali, Fratribus Minimis, & de Paula conquerentibus deuenerint & fecerint condignam, denuncietis, & absolutionis beneficium meruerint à nobis super hoc Canonicè obtinere. Absolutionem verò omnium & singulorum qui prefatas nostras sententias, aut earum aliquam incurrerint, seu eorum quilibet quomodolibet incurrerit nobis vel superiori nostro tantummodò reseruamus. Prefatas quoque Apostolicas litteras & hunc præsentem nostrum processum, ac omnia & singula huiusmodi negotium tangentia volumus penes dictos Institutorem Generalem, Correctorem, Fratres Minimos dicti Francisci de Paula conquerentes, vel eorum procuratorem remanere, & non per vos aut aliquem vestrum, seu quemcumque alium ipsis inuitis quomodolibet detineri. Mandamus tamen copiam fieri de præmissis eam petentibus & haberi debentibus, competentibus quidem sumptibus & expensis, non intendëtes, tamen prout nec intendimus per hũc nostrũ processum nostris in aliquo præiudicare Collegis quin possint & valeant ad earumdem Apostolicarum litterarũ exequutionem, seruato tamen hoc nostro processu quando id expedire viderint ac de hoc fuerint requisiti procedere. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes litteras, seu præsentia publicum instrumentum processum nostrum huiusmodi in se continentem, siue continens exinde fieri, & per Notarium publicum infrascriptum, subscribi & publicari mandauimus sigillique maioris Curiæ nostræ ac signeti nostri proprij iussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum in Auditorio eiusdem Curiæ nostræ Turonensis, nobis inibi ad iura reddenda pro tribunali sedentibus, sub anno Domini millesimo quingentesimo quinto, indictione octaua, mensis verò Septembris die vigesima quinta Pontificatus Sanctissimi & Christo Patris & Domini nostri Domini Iulij diuina prouidentia Papæ secundi anno secundo. Præsentibus ibidem venerabilibus viris, &c.* 1505.

6. Accensenda quidem rebus nostris etsi adhæc in irritum cesserit Præpotentis & Nobil. V. D. *Ioannis de Chambes*, donatio, qui ex patris testamento D. *Ioannis de Chambes* Baronis de *Montsoreau*, &c. regiæ domus apud *Carolum* VII. Procuratoris, *Rupellæ* Gubernatoris & *Aquis-mortuis* Præfecti, *Ludouico* XI. à cubiculo, &c. atque pro matris voluntate lectiss. & pientiss. fœminæ D. *Ioannæ Chabot* apud Reginas *Mariam* & *Carolinam* honorariæ, Ecclesiam, quam *S. Crucis* nomine apud *Montem-Sorellij* constituerat, & attinens fundum ad inædificandum Cœnobium dedit annuosque census, quibus tredecim è nostris sumptus suos facere possent attribuit. Quod in acceptum B.P.N. retulit litteris mutuò subscriptis & exaratis ad XXIIII. mensis Maij, hoc eodem anno. Est autem *Mons-Sorellij* oppidum ad *Ligerim Salmurio* proximum, cuius nominis Insula coram prostat in ipso decurrente, &c. Cur autem ea donatione nostri vsque nunc abstenti sunt causa planè nobis incerta est, fit autem admodùm probabile huiusmodi plures donationes nostris factas fuisse, vt propterea repetitionis actionem intentare coacti sint. Quid si & hæc ipsa donatio in controuersiam vocata est? Nihil certè est quod affirmem.

De Chambes. Montsoreau. La Rochelle. Aiguesmortes. Chabot. Donat. pro ædific. Cœnobij.

Loire. Saumur.

7. Perlata & ad D. Legatum Apostolicum quæ nuper inter *Abbauillenses* nostros & eiusdem vrbis Canonicos ac Rectorem S. Ægidij exorta fuerat controuersia super defunctorum inhumatione, cùm interim, etiam Sedem Apostolicam nostri appellassent. Ne per moram tamen longiùs serperet iniuria, causæ cognitionem D. Legatus Abbati *S. Acheoli* ad muros *Ambianenses* per litteras quas describimus committit, vt ex quibus optimè potest totius rei cognitio haberi. Sed enim in progressu ea de re dicendum est amplius.

Controuersia super inhumatione.

S. Achioli.

Georgius de Ambasia *miseratione diuina Tituli sanctæ Sixti, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter. Cardinalis Rothomagensis nuncupatus, in Regno Francia, Delphinatu, Prouincia Prouincie, Ciuitate Auenionensi, & Comitatu Venaissini, ac nonnullis aliis Prouincijs & dominijs Apostolicæ Sedis Legatus:* Venerabili Patri Abbati Monasterij S. Achioli *prope & extra muros Ambianenses, Salutem in Domino. Humilibus supplicum votis libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis: Exhibita siquidem nobis pro parte dilectorum nobis in Christo Correctoris & Fratrum Minimorum congregationis Fratris Francisci de Paula oppidi de Abbatisilla Ambianensis Diœcesis petitio continebat. Quod licet ipsi tam ex iuris communis dispositione, quàm per priuilegia per Romanos Pontifices eis hactenus concessa, corpora illorum qui in eorum Ecclesijs sepulturam elegerunt, in eis sepe-*

1505. Iuer. *liri & inhumari poſsint & valeant, tamen à paucis diebus citra, poſtquam quondam Simon Iuer parrochianus Eccleſia parrochialis ſancti Georgij dicti oppidi Abbatisvilla in patronatu Eccleſiæ ſancti Vulfrani, etiam dicti oppidi exiſtentis, teſtamentum, ſeu eius vltimam voluntatem condiderat, & ſuam ſepulturam in Eccleſia dictorum Fratrum Minimorum elegerat, & propterea eius corpus in dicta eorum Eccleſia inhumari, & ſepeliri debuiſſet, Canonici ſancti Vulfrani & Rector ſancti Georgij Eccleſiarum prædictarum, quibus dicti Fratres Minimi Canonicam portionem eiſdem Rectori & Canonicis reſpectiuè contingentem dare & perſoluere, ſeu de eis debitè ſatisfacere obtuliſſent, Corpus dicti Teſtatoris, poſtquam debitum naturæ perſoluit, neſcitur quo ſpiritu ducti, contra ipſius voluntatem vi & violenter rapuerunt, & ad dictam Eccleſiam ſancti Vulfrani tranſportauerunt, & inibi ſepeliri fecerunt in non modicum ipſorum Minimorum, & eiuſdem Teſtatoris heredum detrimentum, ignominiam & iacturam, ac præfatorum priuilegiorum, & auctoritatis Sedis Apoſtolicæ eneruationem & diminutionem. Quare pro parte Correctoris & Fratrum Minimorum prædictorum ſentientium ex hoc indebitè ſe grauari, fuit ad Sedem Apoſtolicam & noſtram audientiam appellatum, & deinde nobis ſupplicatum vt appellationis & appellationum huiuſmodi, ac poſt & contra eas attentatorum & innouatorum quorumcunque nullitatiſque & nullitatum, ac quam & quas Corrector & Fratres Minimi præfati contra dictos Rectorem & Canonicos, ac ſua intereſſe putantes ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis, & eorum occaſione mouere volunt & intendunt, negotiique principalis huiuſmodi cauſas alicui probo viro in partibus illis committere, aliaſque ſibi in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, paternitati veſtræ auctoritate Apoſtolica, qua per litteras Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Iulij diuina prouidentia Papæ ſecundi nobis ſuper hoc conceſſas fungimur, committimus & mandamus, quatenus vocatis Rectore & Canonicis præfatis & aliis qui fuerint euocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod iuſtum fuerit decernatis, facientes quod decreueritis per Cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſeruari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellatis veritati teſtimonium perhibere, non obſtantibus ſi Capitulo & Rectori præfatis, vel quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari, aut extra vel vltra certa loca ad iudicium trahi non poſsint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. In quorum fidem præſentes litteras fieri noſtrique ſigilli iuſſimus appenſione muniri. Datum Bleſis Carnotenſis Diœceſis anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinto, Idibus Octobris, Pontificatus præfati Domini Iulij Papæ ſecundi anno ſecundo.* 1505.

Conceſſa per Legatos approbantur.

8. Ex his porrò quæ *Georgius* ille *Amboſius* vltrò detulit cognoſci poteſt quàm impensè rebus noſtris ſtuderet: vt enim ex æquitate id fieret, ſemper tamen in magna reuerentia B. Patrem habuit, & reuera non poterat non eſſe apud eum gratioſus quem Rex habebat in delicijs & pretio, & qui ſanctitate præfulgens bonorum omnium in ſe ſtudia votaque pertrahebat. Ex hoc ſimilibuſque factis colligi poteſt quæ cauſa fuerit *Iulio* Pontifici, vt acta per ſuos Sediſque Apoſtolicæ Legatos in fauorem Ordinis in pleriſque quibus eum ornauit Priuilegiis rata eſſe haberique ſpeciali clauſulâ mandauerit. *D. Amboiſ.*

Priuileg. à Iulio II.

9. Sed qui tanta potiebatur autoritate vt aduerſarios in ordinem cogeret, nihil minus valuit vt amicis gratificaretur. Erant tres Ordinis ſingulares benefactores, quibuſcum onus incumberet vt Miſſas quaſdam in ſpecie, atque in perpetuum celebrari procurarent, ipſique eodem eſſent animo vt pro ſe celebrarentur, quod quo minus fieri poſſet, videretur obſtare irrefragabilis Regulæ definitio, ne quid aut in eam peccaretur aut illorum deuotioni obſiſteret, Ill. vir ad Pontificem confugit Apoſtolicumque oraculum conſuluit. Quod editum rem ita temperauit vt ſeruato quem Regula præſcribebat modo ad ſuffragiorum exſolutionem nihil prædictorum, aut aliorum quorumcunque deuotioni & intentioni detractum poſſet videri, ſic nimirum volente, probante, decernente Pontifice. Quam ad rem datum diploma ſub die XXIII. menſis Decembris, incipit *Exponi nobis nuper feciſtis quod licet in Regula veſtra, &c.* Cur autem eadem gratia noſtri non ſint deinceps vſi cùm eadem difficultas incidit ignorare me fateor.

10. Ad

Digitized by Google

1505. *Abundant. Andeur.* 10. Ad hunc annum cùm R. P. *Ioannes Abundantius* Prouincialis in Hiſpania officio iàm ſecundùm functus eſſet, ad quod inter primos fuerat electus: Moniales verò noſtri Ordinis apud *Illiturgim* inſtitutæ ſub Obedientia Correctoris in eadem vrbe permanſiſſent, B. Pater certo ſed ignoto nobis conſilio prædictum Patrem directioni & informationi Monialium præfecit, ſuumque apud eas Vicarium inſtituit, benedicens autem huic nouæ plantulæ ſingulis Monialibus roſarium dono miſit, quo munere ſolebat Ordinis benefactores & amicos piaſque perſonas afficere. Vt enim in Proceſſu apud *Turones* habito ad eius Canonizationem refertur, innumera huiuſmodi Roſaria diſtribuebat quę magna virtute ad quamplura miracula pollebant. Erant autem illa ex viſco querno quod tornatum vtrinque crucis figuram radijs in modum ſtellæ circumfulgentem exhibet, atque hoc eſt quod de illis Roſariis Hiſpani Scriptores, quaſi mirabile prædicant quod nihil eſt minus. Id enim à natura habent, ſed virtus illa quam benedictione B. viri conſecuta ſunt verè eſt mirabilis cum res ſupra naturam potenter efficiat. Hoc autem facto B. P. Monialium inſtitutionem non ſolum approbaſſe, verùm & ſingulari prouidentia curauiſſe credendus eſt, quarum quidem inſtitutio cùm amplius profeciſſet, ſpecialem illis Regulam attribuit, de qua in progreſſu nonnihil dicendum eſt.

1505. Monialium inſtitutio à B. P. approbata.

An. M. D. VI.

1506. Nigronenſis Eccleſ. progreſſus.

Quintin. 1. IMpigrè *Nigronenſes* noſtri, præeunte in omnibus Clariſſimo Viro *Ioanne Quintino*, quem B. Pater procuratoris nomine rebus Ordinis ſui præfecerat, opus quod cœperant perurgebant. Itaque ampla illa ſplendida & excelſa quæ hodie viſitur Eccleſia in iuſtam magnitudinem perducta fuerat Choro & Nauis parte abſolutâ, cum eius ſacris ritibus initiandæ oblata neceſſitas eſt. Impetrata igitur ab Epiſcopi Pariſienſis Vicario facultate; ſub die VII. Februarij, tantiſper dum per Epiſcopum aliquem liceret, protracta res eſt & in menſem procraſtinata. Tum verò commodè incidit vt Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus D. *Franciſcus Rohannius*, *Petri* illius Mareſcalli *Gienſis* cognominati, rebus in expeditione Neapolitana geſtis clariſſimi, filius, Archiepiſcopus Lugdunenſis apud *Robertum* CIV. & *Andegauenſis* Adminiſtrator LXIX. qui magna in noſtros charitate ſemper fuit, vltrò ſe ad ſacros quos conueniebat ritus obeundos paratum offerret, quod ad diem VII. menſis Martij perfecit, Eccleſiâ quidem benedictâ & luſtrali aquâ ſanctificatâ, quinque verò altaribus quæ tum erant inuncti. Et maius quidem ad caput Chori B. Mariæ Virgini ſub titulo *Noſtræ Dominæ Omnium gratiarum*, ſeu *totius gratiæ* (quod nomen ad totam Eccleſiam pertinuit) dedicatum eſt. Ponè illud ſecundum in honorem *ſanctiſſimæ Trinitatis* erectum, Tertium ad ambonem Eccleſiæ, ſeu Odeïum Nauí & Choro interpoſitum quâ ſpectat in Nauim versùs Clauſtrum Sanctis *Ioanni Baptiſtæ & Ioanni Euangeliſtæ*, Quartum ad eundem ambonem ex altera parte *Omnibus Sanctis*, Quintum denique in primo & ſupremo Nauis ſacello quod quarto illi contiguum eſt, *B. Virgini Annunciatæ*, conſecrata ſunt. Erat pro tempore dicti Conuentus Corrector P. *Nicolaus de Vicinis*, qui iterum ad Michaëlitia ſequentis anni electus Capitulo Generali quod primum Romæ celebratum eſt interfuit. At verò Archiepiſcopus noſter non ſuam tantum operam his ac reliquis quibus noſtros iuuare poterat impendit, ſed illos pluribus quoque beneficiis affecit. Spectantur enim eius inſignia in ſummo Clauſtri fornice ad ianuam Capituli quod vocamus, atque in ipſo Capitulo, in mediâ feneſtrâ, ipſe de geniculis orans ad Imaginem Iudicij vniuerſalis in vitro pictam præfulgentibus è ſummo gentilitiis inſignibus ad perpetuam memoriam conſpicitur.

De Rohan. De Gié.

De Viſitat.

2. Cùm autem propè eſſet vt Ordo nouiter inſtitutus optimo & prouido parente deſtitueretur, amplioribus gratiis in futurum confirmatus, & Deo ita volente ſtabili in poſterum fundamento conſtitutus eſt. *Iulium* enim Pontifex pro ſua in Beatum virum beneuolentiâ & mirificâ in Ordinem ab illo inſtitu-

Priuileg. à Iulio II.

1506. tum beneficentriâ iuxta facultatem quam ab altero anno fecerat, nunc demùm prouidit, vt nihil desiderari posset, quo decus, incrementum, ac firmitas Ordini deinceps accessura viderentur. Et quidem cùm iam ante aliqua Ordini indulsisset quæ in magnis beneficiis poterant haberi, post omnia certè illius prouidentiam tam sollicitè & ardenter complexus est, vt possit mirum videri tot vno momento collata beneficia quot non est credibile per plures annos potuisse impetrari. *Regulam* imprimis quæ post hac in perpetuum obtineret (vt reuera obtinuit & etiamnum obtinet, tempori, si Deus nos audit, inuidiam factura) absolutâ quæ desiderari poterat perfectione, Pontificis in præsens decreto, Autoris tandem morte atque vltimo spiritu sancitam confirmauit. Eam nos *Quartam*, quia illo post alias ordine successit & confirmata est, appellamus. Est autem tripliciter diuisa seu in tres Regulas distincta, nam alia est *Fratrum* alia *Sororum* (quæ tum primum edita est) Tertia *vtriusque sexus fidelium*. Quibus omnibus adiunctum est *Correctorium*, quasi sepes legis aut iterata lex, ex quo non parùm splendoris, firmitatis, politiæ in Regulas deriuatum est Decretoria in probationem Regularum Bulla incipit: *Inter cæteros regularis obseruantiæ professores, quibus velut rutilantibus gemmis militans decoratur Ecclesia, &c.* eius verò quâ Correctorium in autoritatem asseritur, initium est: *Pastoralis Officij nobis, licet insufficientibus meritis, ex alto commissa cura, mentem nostram continuè pulsat, &c.* Vtraque apud Sanctum Petrum data quinto Kalendas Augusti an. 1506. hoc est eodem die & anno. Neutram ex integro describimus, vt neque *Regulæ* aut *Correctorium*, cùm sæpius recusa in manibus habeantur. Et Regulam quidem Fratrum R. P. Prosper Stellartius Augustinianus professor, cum reliquis aliorum Ordinum publicauit, noster *Monteia* etiam Hipanicè redditam Chronico suo inseruit, & notationibus illustrauit. Quare multas satis habeo causas, cur illa iterum non proferam, ne id quidem in aliis facturus, si vnquam vllâ sui parte in lucem veniissent. Porrò, diligentiæ *RR. PP. Francisci Bineti* & *Ludouici Iustelli* debemus tantæ rei procurationem, qui *Romam* propterea venerunt, nihilque prætermiserunt quo posset negotium procedere. Multùm etiam debemus *Illustrissimo Bernardino* Cardinali *Carnaialio* & *Octauiano Arcimboldo* Referendario, qui pro sua parte omnem operam posuerunt & impenderunt. Fuit autem (vt hoc obiter interponam) *Octauianus*, egregius Iurisconsultus, Protonotarius Apostolicus, vtriusque signaturæ Referendarius, & *Mediolanensis* Archiepiscopus designatus, post duos eiusdem gentis & nominis Archiepiscopos, vt habent Acta *S. Caroli* Card. *Borromæi*. Quantum verò est ad rem, trium posteriorum Regularum vnum idémque fundamentum est præcipuum, nempè quartum illud vitæ quadragesimalis votum ad tria illa quæ Religioni essentialia perhibentur, vnde fit vt forma nostræ professionis confirmationem Regulæ non modò ad *Iulium* II. sed etiam ad *Alexandrum* VI. referat, licet abrogatis prioribus vna illa quarta quam *Iulius* probauit, obtineat, atque vt obtineret in primo Generali Capitulo rogatis omnium sententiis admissa sit. At non perinde *Correctorium* placuit, sed plerisque rogantibus, ne quid temerè actum videri posset, eius rei deliberatio in aliquod tempus prorogata est, quod tempestiuè significabimus. Nonnulla quidem à prioribus Regulis quasi rescissa in Correctorium reiecta erant, sed pleraque etiam nouiter constituta quæ per tempus recognosci æquum erat: aliqua insuper ex eisdem temperata, non pauciora maiori seueritate constricta Quartæ demùm Regulæ necessitatem induxerant: aliqua denique quorum minor vtilitas prætermissa, cùm illorum tamen obseruatio quasi traditione accepta in vsu permanserit, decebat enim Regulam esse breuem, claram, & necessariis contentam: quæ possunt singula studioso Lectori constare si vnam alteri atque omnes inter se Regulas conferat. Postremùm & in Quartâ ipsâ Regulâ, cum tempore, nonnulla aut mitigata, aut immutata, aut abrogata per publicas Tridentini Concilij sanctiones, aut per Pontificum decreta, sed ea vel leuioris momenti, vel nobis cum aliis communia, cuiusmodi sunt professio ante annum decimum octauum, ingressus mulierum in monasteria præter Reginas & fundatrices, Suffragiorum perpetuitas,

Quarta Regula.

Correctorium.

Binet. inscen.

Digitized by Google

1506. tuitas, & ſi quæ ſunt huius generis, quæ vt commodum erit indicabimus, tum verò maximè ſpecialis Calendarij vſus & obſeruatio, quæ in ſingulis Regulis edicitur, quæque noui Miſſalis atque Breuiarij per *Pium* V. editione abrogata eſt, ſimul atque, vſitata Officij diuini recitatio, ſed præterquàm commune id nobis cum reliquis, qui ducenteſimum annum non exceſſerant, haud tanta ex hoc prouenit mutatio, quanta poſſet videri, neſcientibus, quo tum Calendario ac feſtiuitatum Indice vterentur, quibus vt ſatisfaciamus atque aliis etiam qui eius poſſent deſiderio teneri, ſolâ dierum notâ & feſtorum indicio contenti, illud deſcribemus, quale olim *Nigroni* per noſtros editum, vt primùm Beatus Pater in Sanctos eſt relatus, nanciſci potuimus. 1506.

CALENDARIVM ROMANVM
PRO SPECIALI VSV MINIMORVM.

IANVARIVS.

I. *Circumciſionis Domini*, duplex maius. Et Baſilij Epiſc. & Confeſſ. & Marinæ Virginis & martyris.
II. *Octaua S. Stephani*, ſemiduplex.
III. *Octaua S. Ioannis Euangeliſtæ*, ſemiduplex.
IV. *Octaua Sanctorum Innocentium*, ſemiduplex.
V. Vigilia.
VI. *Epiphaniæ D. N. Ieſu-Chriſti*, duplex maius.
VII.
VIII.
IX.
X. Pauli primi Eremitæ confeſſoris.
XI. Iginij Papæ & martyris.
XII.
XIII. *Octaua Epiphaniæ D. N. Ieſu-Chriſti*, ſemiduplex.
XIV. Felicis in Pincis preſbyt. & martyris.
XV. Mauri Abbatis & confeſſoris, Ordinis S. Benedicti.
XVI. Marcelli Papæ & martyris.
XVII. *Antonij Abbatis & confeſſ.* ſemiduplex & ſolemne generaliter.
XVIII. Priſcæ virginis & martyris.
XIX. Marij, Marthæ, Audifacis & Abachum martyrum.
XX. *Fabiani & Sebaſtiani martyrum*, non transfertur.
XXI. *Agnetis Virginis & Martyris*, ſemiduplex.
XXII. *Vincentij & Anaſtaſij Martyrum*, non transfertur.
XXIII. Emerentianæ Virginis & martyris.
XXIV.
XXV. *Conuerſionis S. Pauli Apoſtoli*, duplex maius.
XXVI.
XXVII. Ioannis Chryſoſtomi Epiſcopi & confeſſoris.
XXVIII. *Agnetis* ſecundò, non transfertur.
XXIX. Conſtantij Epiſcopi & Martyris.
XXX. Geminiani Epiſcopi & confeſſoris.
XXXI. Cyri & Ioannis martyrum.

Digitized by Google

1506. 1506.

FEBRVARIVS.

I. Ignatij Epiſcopi & martyris, & Brigidæ Virginis tantùm.
II. *Purificationis Virginis Mariæ*, duplex maius.
III. *Blaſij Epiſcopi & Martyris*, non transfertur.
IV. Gilberti confeſſoris.
V. *Agathæ Virginis & martyris*, ſemiduplex.
VI. Dorotheæ Virginis & Martyris.
VII.
VIII.
IX. *Apoloniæ Virginis & martyris*, non transfertur.
X. Scholaſticæ Virginis, ſororis S. Benedicti Abbatis, & Guillelmi confeſſoris, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.
XI.
XII.
XIII.
XIV. Valentini Preſbyteri & martyris.
XV. Fauſtini & Iouitæ martyrum.
XVI. Iulianæ Virginis & martyris.
XVII.
XVIII.
XIX.
XX.
XXI.
XXII. *Cathedra S. Petri Apoſtoli*, duplex minus.
XXIII. Vigilia.
XXIV. *Matthiæ Apoſtoli*, duplex minus.
XXV.
XXVI.
XXVII.
XXVIII.

MARTIVS.

Digitized by Google

MARTIVS.

I. Albini Epiſcopi & Confeſſoris.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII. *Thomæ de Aquino Confeſſoris*, non transfertur. Et Perpetuæ ac Felicitatis martyrum.
VIII.
IX. Quadraginta Martyrum.
X.
XI.
XII. *Gregorij Papæ & Confeſſoris*, duplex minus.
XIII.
XIV.
XV. Longini Martyris.
XVI.
XVII. Patricij Epiſcopi & Confeſſoris.
XVIII. Anſelmi Epiſcopi & Confeſſoris.
XIX. *Ioſeph Confeſſoris patris nutricij Domini*, duplex minus.
XX.
XXI. *Benedicti Abbatis & Confeſſoris*, ſemiduplex.
XXII.
XXIII.
XXIV.
XXV. *Annunciationis Virginis Marie*, duplex maius.
XXVI.
XXVII.
XXVIII.
XXIX.
XXX.
XXXI.

Digitized by Google

APRILIS.

I.
II. *Franciſci de Paula Fundatoris Ordinis Minimorum*, duplex maius, & Mariæ Ægyptiacæ nec virginis nec martyris.
III.
IV.
V. Vincentij confeſſoris, Ordinis Prædicatorum.
VI.
VII.
VIII.
IX. *Octava Franciſci de Paula*, duplex minus.
X.
XI.
XII.
XIII.
XIIII. Tiburtij, Valeriani & Maximi Martyrum.
XV.
XVI. Iſidori martyris.
XVII. Aniceti Papæ & martyris.
XVIII.
XIX.
XX.
XXI.
XXII. Sotheris & Caij Paparum & martyrum.
XXIII. *Georgij martyris*, ſemiduplex & ſolemne generaliter.
XXIIII.
XXV. *Marci Euangeliſtæ*, duplex minus. *Litaniæ maiores.*
XXVI. Cleti & Marcellini Paparum & martyrum.
XXVII.
XXVIII. Vitalis martyris.
XXIX. Petri mart. Ordinis Prædicatorum & Maxentiæ nec virg. nec mart.
XXX.

MAIVS.

Digitized by Google

1506. 1506.

MAIVS.

1. *Philippi & Iacobi Apoſtolorum*, duplex minus.
2. Athanaſij Epiſcopi & Confeſſoris.
3. *Inuentio ſanctæ Crucis*, duplex minus. Et Alexandri, Euentij, Theoduli, & Iuuenalis Martyrum.
4. Monicæ viduæ.
5.
6. *Ioannis antè portam Latinam*, duplex minus.
7.
8. *Apparitionis Michaëlis Archangeli*, ſemiduplex.
9. *Tranſlationis Hieronymi de Bethleem in urbem*, ſemiduplex.
10. Gordiani & Epimachi martyrum.
11.
12. Nerei, Achillei, & Pancratij martyrum.
13.
14. Bonifacij martyris.
15.
16.
17.
18.
19. Potentianæ Virginis, & Petri Cæleſtini confeſſoris.
20. Bernardini Confeſſoris, Ordinis Fratrum Minorum.
21.
22.
23.
24.
25. Vrbani Papæ & martyris.
26. Eleutherij Papæ & martyris.
27. Ioannis Papæ & martyris.
28.
29. Siſinnij, Martyrij, & Alexandri, martyrum.
30. Felicis Papæ & martyris.
31. Petronillæ Virginis tantùm.

IVNIVS.

I.
II. Marcellini, Petri, atque Erasmi, martyrum.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX. Primi, & Feliciani, martyrum.
X.
XI. *Barnabæ Apostoli*, duplex minus.
XII. Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij, martyrum.
XIII. Antonij confessoris, Ordinis Minorum.
XIV.
XV. Viti, Modesti atque Crescentiæ, martyrum.
XVI.
XVII.
XVIII. Marci & Marcelliani, martyrum.
XIX. Gervasij & Prothasij, fratrum martyrum.
XX. Silverij Papæ & Martyris.
XXI.
XXII. Paulini Episcopi & Confessoris, & decem millium martyrum.
XXIII. Vigilia.
XXIV. *Nativitatis Ioannis Baptistæ*, duplex maius.
XXV.
XXVI. *Ioannis & Pauli fratrum martyrum*, non transfertur.
XXVII.
XXVIII. *Leonis Papæ & Confessoris*, non transfertur. Vigilia.
XXIX. *Petri & Pauli Apostolorum*, duplex maius.
XXX. *Commemor. Pauli Apostoli*, duplex minus.

IVLIVS.

Digitized by Google

1506. 1506.

IVLIVS.

I. *Octaua Ioannis Baptiſtæ*, ſemiduplex.
II. *Viſitationis Virginis Mariæ*, duplex maius. Et Proceſſi & Martiniani martyrum.
III.
IV.
V. Vldarici Epiſcopi & Confeſſoris.
VI. *Octaua Petri & Pauli Apoſtolorum*, duplex minus.
VII.
VIII.
IX. *Octa. Viſitationis Mariæ Virginis*, duplex minus.
X. Septem fratrum, & Rufinæ ac Secundæ, martyrum.
XI. Pij Papæ & Martyris.
XII. Naboris & Felicis, Martyrum.
XIII. Anacleti Papæ & martyris.
XIV.
XV. Quirici & Iulitæ, martyrum.
XVI.
XVII. Alexij Confeſſoris. Et Marinæ Virginis tantùm.
XVIII. Symphoroſæ, cum ſeptem filijs ſuis martyribus.
XIX.
XX. Margaretæ Virginis & martyris.
XXI. Praxedis Virginis tantùm.
XXII. *Mariæ Magdalenæ nec Virginis nec martyris*, ſemiduplex & ſolemne generaliter.
XXIII. Apollinaris Epiſcopi & martyris.
XXIV. Chriſtinæ Virginis & martyris. Vigilia.
XXV. *Iacobi Apoſtoli*, duplex minus. Et Chriſtophori martyris.
XXVI. *Annæ matris Mariæ*, duplex minus. Et Paſtoris Confeſſoris.
XXVII. Pantaleonis Martyris.
XXVIII. Nazarij, Celſi, Victoris & Innocentij, martyrum.
XXIX. *Marthæ Virg. tantùm*, non transfertur. Et Felicis, Simplicij, Fauſtini, & Beatricis, martyrum.
XXX. Abdon & Sennen, martyrum.
XXXI. Germani Epiſcopi & Confeſſoris.

Digitized by Google

AVGVSTVS.

I. *Petri ad vincula*, duplex minus. Et Machabæorum martyrum.
II. Stephani Papæ & martyris.
III. *Inuentio S. Stephani protomartyris*, non transfertur.
IV. Iustini Presbyteri & Martyris.
V. *Mariæ Virginis de Niue*, dupl. min. *Et Dominici Conf.* semid.
VI. *Transfigurationis Domini*, duplex maius. Et Sixti, Feliciſſimi & Agapiti, martyrum.
VII. Donati Episcopi & martyris.
VIII. Cyriaci, Largi, & Smaragdi, martyrum.
IX. Romani martyris. Vigilia.
X. *Laurentij martyris*, duplex minus.
XI. Tiburtij & Susannæ, martyrum.
XII. Claræ Virginis tantùm.
XIII. Hippolyti, & sociorum eius, martyrum.
XIIII. Eusebij Presbyteri & Confessoris. Vigilia.
XV. *Assumptionis Virginis Mariæ*, duplex maius.
XVI. Rochi Confessoris.
XVII. *Octau. Laurentij*, semiduplex.
XVIII. Agapiti martyris. Et Helenæ viduæ.
XIX. Ludouici Episcopi & Confessoris, Ordinis Minorum.
XX. *Bernardi Abbatis & Confessoris*, semiduplex.
XXI.
XXII. *Oct. Assumptionis*, duplex minus. Et Timothei, Hippolyti & Symphoriani, martyrum.
XXIII. Vigilia.
XXIIII. *Bartholomæi Apostoli*, duplex minus,
XXV. *Ludouici Confessoris Regis Francorum*, semiduplex.
XXVI. Zephyrini Papæ & martyris.
XXVII.
XXVIII. *Augustini Episcopi & Confessoris*, duplex minus. Et Hermetis martyris.
XXIX. *Decollationis Ioannis Baptiste*, duplex minus. Et Sabinæ martyris tantùm.
XXX. Felicis & Adaucti, martyrum.
XXXI.

SEPTEMBER.

Digitized by Google

1506. 1506.

SEPTEMBER.

1. Duodecim fratrum martyrum. Et Ægidij Abbatis & Confeſſ.
2. Antonini martyris.
3.
4.
5.
6.
7.
8. *Nativitatis B. Mariæ Virginis*, duplex maius. Et Adriani mart.
9. Gorgonij martyris.
10. Nicolai de Tolentino Confeſſoris, Ordinis S. Auguſtini.
11. Prothi & Hiacynthi, martyrum.
12.
13.
14. *Exaltationis ſanctæ Crucis*, duplex minus. Et Cornelij & Cypriani, PP. & martyrum.
15. *Octava Nativitatis Mariæ Virginis*, duplex minus. Et Nicomedis martyris.
16. Euphemiæ, Luciæ & Geminiani, martyrum.
17.
18.
19.
20. *Euſtachij & ſocior. martyr.* non transfertur. Vigilia.
21. *Matthæi Apoſtoli & Euang.* duplex minus.
22. Mauritij & ſociorum eius, martyrum.
23. Lini Papæ & martyris.
24.
25.
26. Cypriani & Iuſtinæ martyrum.
27. Elzearij Confeſſoris. Et Coſmæ & Damiani martyrum.
28.
29. *Dedicationis Michaëlis Archangeli*, duplex maius.
30. *Hieronymi Presbyt. & Confeſſoris*, duplex minus.

Digitized by Google

OCTOBER.

I. Remigij Epiſcopi & Confeſſoris.
II.
III.
IV. *Franciſci Confeſſ. & inſtitutoris FF. Minorum*, ſemiduplex.
V.
VI.
VII. Sergij, Bacchi & Apuleij, martyrũ. Et Marci Papæ & Confeſſ.
VIII.
IX. Dionyſij, Ruſtici & Eleutherij, martyrum.
X. Cerbonij Epiſcopi & Confeſſoris.
XI.
XII.
XIII.
XIV. Calixti Papæ & martyris.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII. *Lucæ Euangeliſtæ*, duplex minus.
XIX.
XX.
XXI. *Vndecim millium Virgin. & mart.* non transfertur. Et Hilarionis Abbatis & Confeſſoris.
XXII.
XXIII.
XXIV.
XXV. Chryſanti & Dariæ, martyrum.
XXVI. Euariſti Papæ & martyris.
XXVII. Yuonis Confeſſoris. Vigilia.
XXVIII. *Simonis & Iudæ Apoſtolorum*, duplex minus.
XXIX.
XXX.
XXXI. Vigilia.

NOVEMBER.

Digitized by Google

NOVEMBER.

I. *Festiuitas Omnium Sanctorum*, duplex maius. Et Cæsarij mart.
II. *Commemoratio omnium fidelium defunctorum.*
III.
IV. Vitalis & Agricolæ, martyrum.
V.
VI. Leonardi Confessoris.
VII.
VIII. *Octaua Omnium Sanctorum*, duplex minus. & quatuor Coronatorum martyrum.
IX. *Dedicationis Basilicæ Saluatoris*, duplex minus. & Theodori martyris.
X. Tryphonis, Respicij & Nymphæ, martyrum.
XI. *Martini Episcopi & Confessoris*, semidup. Et Mennæ martyr.
XII. Martini Papæ & martyris.
XIII. Bricij Episcopi & Confessoris.
XIV.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII. *Dedicationis basilicæ Apost. Petri & Pauli*, duplex minus.
XIX. Elizabeth viduæ. Et Pontiani Papæ & mart.
XX.
XXI. *Præsentationis Virginis Mariæ*, duplex maius.
XXII. *Ceciliæ Virginis & martyris*, semiduplex.
XXIII. *Clementis Papæ & martyris.* Et Felicitatis mart. tantùm.
XXIV. Chrysogoni martyris.
XXV. *Catharinæ Virg. & mart.* semidup. & solemne generaliter.
XXVI. Petri Alexandrini Episcopi & martyris.
XXVII.
XXVIII.
XXIX. Saturnini martyris. Vigilia.
XXX. *Andreæ Apostoli D.N. Iesu-Christi*, duplex minus.

Digitized by Google

DECEMBER.

I.
II. Bibianæ virginis & martyris
III.
IV. Barbaræ virginis & martyris.
V.
VI. *Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris*, ſemidup. & ſolemne generaliter.
VII. *Ambroſij Epiſcopi & Confeſſoris*, duplex minus.
VIII. *Conceptionis Virginis Mariæ*, duplex maius.
IX.
X. Melchiadis Papæ & Martyris.
XI. Damaſi Papæ & confeſſoris.
XII.
XIII. *Luciæ Virginis & Martyris*, ſemidupl. & ſolemne generaliter.
XIIII.
XV. *Octaua Conceptionis Virginis Mariæ*, duplex minus.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.
XX. Vigilia.
XXI. *Thomæ Apoſtoli Ieſu Chriſti*, duplex minus.
XXII.
XXIII.
XXIIII.
XXV. *Natiuitatis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti*, duplex maius. Et Anaſtaſiæ mart. tantùm.
XXVI. *Stephani protomartyris*, duplex maius.
XXVII. *Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ*, duplex maius.
XXVIII. *Innocentium Martyrum*, duplex maius.
XXIX. *Thomæ Archiepiſcopi & martyris*, non transfertur.
XXX.
XXXI. *Siluęſtri Papæ & confeſſ.* ſemid. & ſolemne generaliter.

Ita ſe habebat vetus illud Calendarium quod à Romana Eccleſia noſtris ex nunc approbatum ad *Pij* V. tempora obtinuit.

Alia Priuileg. ab eod. Iulio.

3. At verò *Iulius* Pontifex, eodem ipſo anno & die, non vnâ illa gratiâ contentus, Priuilegiorum confirmationẽ quàm ampliſſimam indulſit, non modò ſingula & omnia quæ à Deceſſoribus conceſſa erant ſigillatim recenſens, ſed plurima de nouo longéque auguſtiora ſuperaddens, atque in ſpecie noſtrorum controuerſiam cum Archiepiſcopo *Hiſpalenſi* pro Conuentu ad *portum ſanctæ Mariæ*, de qua antè meminimus, tùm etiam excitatum, aduerſus noſtros *Abbauillenſes*, Decani & Canonicorum *S. Vulfrani* atque Curionis *S. Ægidij*, diſceptationem commemorans, perturbatores ipſos Apoſtolica autoritate compeſcit

1506. compeſcit & damnat, atque gratias nobis factas pro dignitate ſanctæ Sedis aſſerit & vindicat. Diploma Pontificium quo nullum fortè auguſtius & liberalius, incipit: *Dudum ad ſacrum Ordinem Minimorum, olim per felicis recordationis* Sixtum IV. Innocentium VIII, Alexandrum VI. *Romanos Pontifices Predeceſſores noſtros ſalubriter approbatum, ac variis priuilegijs cum Regula approbatione multipliciter decoratum, noſtræ conſiderationis actem dirigimus, &c.* Enimuerò non erit ab inſtituto alienum, ſi breui ſpeciales controuerſias, de quibus meminit, adnotemus & perſtringamus. *Hiſpalenſis* Archiepiſcopus, quòd noſtri pro conceſſâ ſibi facultate à Sede Apoſtolicâ, Conuentum prædictum iniuſſu ſuo conſtituiſſent & iam ædificarent, multa illis impedimenta & incommoda intulerat, denunciatâ etiam excommunicationis pœnâ per litteras valuis Eccleſiæ noſtræ affixas omnibus qui illuc venirent & Eccleſiæ limina ſubirent, & cum iam antè prædictam Eccleſiam benedicere & conſecrare noluiſſet, ne id per alium fieret prohibuerat & omni conatu obſtiterat. Noſtri, non tàm incommoda ſua, quàm Sedis Apoſtolicæ dignitatem perpendentes, ne ſecum illa periclitaretur ſtuduerunt. Appellato igitur Pontifice, atque ex ordine iuris cognitâ, irrita eſſe quæ Archiepiſcopus attentauerat Pontifex declarauit, noſtroſque in integrum reſtituit, confirmatis in futurum priuilegiis, & Conſeruatoribus attributis, qui nomine ſanctæ Sedis ab omni deinceps iniuria, etiam ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnâ, perturbatores prohibere poſſent: atque inſuper facultas, vt abnuente Ordinario quiuis Catholicus Epiſcopus Eccleſias noſtras conſecrare, Ordinis verò Superiores benedicere & reconciliare poſſent, indulta eſt. Ex hoc omnis contentio procul habita eſt, vt ad ann. 1502. meminimus.

1506. Abrogata eſt à Concil. Tridenſ.

4. Nec diſſimilis *Abbauillenſium* noſtrorum controuerſia, vt tamen Epiſcopi autoritas pro noſtris interueniſſet, aduersùs quam prætendebant *S. Vulfrani* Sodales factum ſibi ab *Vrbano Quinto* priuilegium, ne qui poſſent non impetratâ ſuâ licentiâ intra ditionis ſuæ fines Monaſteria, Eccleſias, Oratoria, domos, erigere aut functiones vllas Eccleſiaſticas obire: igitur præter moleſtias quibus noſtros in dies vexabant, etiam corpora eorum, vt antea dicebamus, qui ſepulturam apud noſtros elegerant, tam ipſi in Eccleſiam prædictam, quàm *S. Ægidij* Parochus in ſuam abducebant & pertrahebant: cum autem hæc vi & iniuria fierent, noſtri (poſtquam non proceſſerat delegata *S. Achioli* Abbati per Cardinalem Legatum poteſtas) ad Sedem Apoſtolicam confugerunt: in præſens igitur remedium Epiſcopus *Pariſienſis* in Ordinis Conſeruatorem & Apoſtolicorum priuilegiorum Vindicem, per litteras in formâ Breuis inſtitutus eſt, facto ei mandato, vt ſub Excommunicationis pœnâ dictos *S. Vulfrani* Canonicos, & Parochum *S. Ægidij*, comprimeret, atque prædictas etiam Eccleſias, quoad cadauera per eos abducta & ſubtracta reſtituiſſent, interdicto ſubiiceret, ac quoties opus eſſet, eadem autoritate, Apoſtolica priuilegia tutaretur, noſtriſque omnem opem & præſidium commodaret. Sed cùm illi *Pariſienſis* Epiſcopi imperata & iudicata detrectarent, per alias litteras adiuncti ſunt eidem Antiſtiti, Archiepiſcopus *Turonenſis* & *S. Saturnini* apud Toloſates Abbas, idémque *Gratianopolitanus* Epiſcopus (ni fortè Alamandius noſter reſignauerat) qui, pro voluntate aut verius imperio Pontificis, dictos *S. Vulfrani* ſodales atque alios, in ordinem redegerunt, & exhumatis etiam cadaueribus atque reſtitutis imperata facere coëgerunt. Quod ad annum 1503. & qui ſequitur 1504. factum neceſſe eſt, cum apud Turonenſes *Robertus* ille *Lenoncurius*, apud Pariſienſes *Stephanus Poncherius*, Cancellarius & ipſe Mediolanenſis atque Ordinis S. Michaëlis, Franciæ verò Procancellarius, apud Gratianopolitanos is quem diximus *Laurentius Alamandius* ſederet.

Cõtrouerſ. ſuper inhumatione, &c.

De Tourt. De Grenoble. L'Aleman.

Lenoncurius. Poncher. L'Aleman.

5. Per idem tempus, & Ordinis noſtri Monialibus *Illiturgitanis* pro quartâ funeralium & decimis perſoluendis intentata lis eſt, ſed ab eodem *Iulio* Pontifice ſilentium exigentibus impoſitum, & cùm ipſæ, tùm vniuerſi Fratres ab omni erogatione abſoluti & liberati ſunt. De cuius quidem exemptionis validitate, cùm longè poſt diſputatum eſſet, vt quam per decreta Sacri Concilij

De quarta funeralium Priuileg.

1506. Tridentini abrogatam, contra noſtros alij Eccleſiaſtici, prætenderent. *R. P. Petrus de Mena* Caſtellæ tùm Prouincialis ſacram Cardd. Concilij Interpretum Congregationem conſuluit. Congregatio autem cenſuit, huic priuilegio quod annis quadraginta ante Concilium conceſſum eſſet, minimè derogatum eſſe eiuſdem Concilij decretis, quam declarationem & noſtri & alij iam olim ediderunt. 1506. *De Mena.*

Mare Magnum à Iulio II. editus. 6. Verùm *Iulius* Pontifex haud ſatis arbitratus tam multa magnaque præſtitiſſe, in eundem diem *Mare Magnum*, quod vocant, hoc eſt, Priuilegiorum Codicem & quaſi publicas tabulas, in fauorem Ordinis edidit, quod reliqui deinceps Pontifices *Leo* X. *Adrianus* VI. *Clemens* VII. *Paulus* III. *Iulius* III. *Paulus* IV. *Pius* V. comprobauerunt. Quæ autem illius edendi cauſa fuerit, non poteſt meliùs explicari, quàm ipſius exordio, quod ſic habet: *Virtute conſpicuos ſacri Ordinis veſtri* (dirigitur nimirùm ad ipſum *Franciſcum de Paulâ*, Prouinciales & vniuerſos Ordinis fratres) *profeſſores, qui contemplationi cœleſtium feruenter inuigilant, & pia vitæ ſtudio ſine intermiſſione deſudant, decet per Apoſtolicæ circumſpectionis auxilium ſic prouidè dirigi & ſolicitè confoueri, vt alicuius prætextu calumniæ nullum interna pacis excidium, nullumque religioſi ſtatus perferant detrimentum, ſed in his robur & vigorem habeant, per quæ circa cultum diuini numinis, denotis & quietis mentibus, inualeſcant, &c.* Cuius quidem generis & alia, pro ſingulis Mendicantium Ordinibus, diuulgauit, quæ poſſunt videri apud *Laërtium Cherubinum* & alios in *Iulio* II.

Conuentus Aſtygis. 7. Gerebantur iſta Romæ cum *Hiſpani* noſtri in gratiam cum Archiepiſcopo *Hiſpalenſi* conciliati, latiùs terminos ſuos proferunt & propiùs *Hiſpalim* accedunt. Beneficio enim Nobiliſſimi viri *Franciſci Aquilarij Cordubenſis*, & lectiſſimæ eius Coniugis *Eluiræ Pontiæ Leonenſis*, ex antiquiſſimis Bæticæ familiis, de quarum Origine agit Argoteus *Nobilitatu Vandaliciæ* lib. II. c. XXIIII. & CLXX. *Aſtygim* aduocantur, vbi prædiis aſſignatis & cenſibus attributis, magnificum ampliſſimumque eum tempore Cœnobium exſtructum eſt. Atque inter cætera, Nobiliſſimi Fundatores, trecentos nummos perpetui reditus, pro ſingulis trienniis, ad hoc, vt Capitulum Prouinciale in eo Conuentu habeatur, legauerunt. Eccleſia eundem, quem hactenus reliquæ in Hiſpaniâ, titulum *ſanctæ Mariæ à Victoriâ* conſecuta eſt, in qua inſigne Oratorium & magna populi deuotione frequentatum, *Conuerſioni S. Pauli* ſacrum, viſitur, cui nec operis nec ornatus magnificentia deeſt. Accepti autem gratia debetur *R. P. Martiali de Vicino*, qui nuper Hiſpaniam Prouincialis nomine regebat, & quidem in loci poſſeſſionem venit die 11. Iulij quæ memoriâ Mariæ Virginis Viſitantis ſacra & celebris eſt. Porrò *Aſtygu*, quæ & *Auguſta Firma*, oppidum eſt non adeò magnum, ad dexteram *Bætis* oram, inter *Hiſpalim* & *Cordubam* medio ferè itinere, quod eſt leucarum tredecim, alluitur *Singuli* fluuio, qui hodie *Chenil* appellatur, pontémque habet ad latus Orientale ex lapide viuo forcinato, fuit olim Epiſcopalis, nunc abrogato Epiſcopatu *Hiſpalenſi* Antiſtiti ſubiecta eſt.

Nobleza de l'Andaluzia

Sevilla. De Aquilar & Cordoua. Ponce de Leon. Argote.

Dez-Veiſus

Epija. Guadalquiuir. Sevilla. Cordua. Xerez.

Conuentus Caſtri Almonini. 8. Meminimus anteâ non ſemel, de domo noſtrâ ad *Caſtrum-Almurinum Stabienſe*, quam omni ſtudio vt noſtri recuperarent Beatus Pater mandauerat. Verùm, per res *Neapolitanas* quæ ab eo tẽpore in magnam turbationem & confuſionem inciderant, quo minùs noſtri aliquid profecerint, ſtetit: nunc demùm verò, cùm inclinatâ in Hiſpanos fortunâ per virtutem *Conſalui Fernandij Cordubenſis*, qui *Magni Ducis* poſt hæc nomen obtinuit, pacatior rerum ſtatus eſſet, animum noſtri ad illam domum recuperandam adiecerunt. Quod breui, fauente ſupra modum *Conſaluo* Prorege, conſecuti ſunt, nam cum vna noſtros remoraretur difficultas vt in dimiſſionem Eccleſiæ ſuæ Parochus conſentiret, (erat enim quod anteâ diximus Parochialis Eccleſia) *Conſaluus* oblato *Maſſanenſi*, ſeu *Maſicano* Epiſcopatu qui fortè vacabat, dimiſsionem expreſſit, quam à *Iulio* II. probari nullo negotio impetrauit, vt qui in noſtros maximè beneuolus eſſet. Quæ cum ſucceſsiſſent, noſtri in ſplendidam illam & præclaram Eccleſiam introducti ſunt, quam miraculorum frequentia & populi

Caſtel al mare di Stabie.

Fernandez de Cordoua.

Digitized by Google

1506. puli concurſus ad Imaginem *Beatæ Virginis de Puzano* cognominatæ, (& quæ nomen Eccleſiæ fecit) ſupra cæteras illuſtrat. Imaginem verò illam à *B. Luca* pictam eius loci traditio eſt, adeoque tanto populi ſtudio colitur, vt votiuis in omnem partem tabulis Eccleſia contegatur. At *Conſalnus* fundator, ingentia prædia certoſque redditus contulit, & monaſterij opus curauit eſſe, quale ſuam liberalitatem & magnificentiam decebat, hoc eſt, eximium atque luculentum. Sed enim *Caſtrum-Almurinum Campaniæ* vrbs eſt in finibus *Picentinorum*, quæ ad oſtium *Sarni* poſt duo millia tranſgreſſis iuxta mare occurrit, *Stabienſe* cognominatum, quòd propinquo aut eodem fortè loco *Stabiæ* fuerint, atque ad differentiam alterius *Almurini Vulturnienſium*. Situm eſt in angulo *Gauri* montis, vbi in occaſum ille vergere incipit, *Minervæ promontorium* efficiens. Gaudet Epiſcopatus dignitate, ſub Archiepiſcopatu *Surrentino* (& quidem *Surrentum* ſex inde milliaribus procul) eius verò loci Epiſcopus, in libro Fiſci Romani, *Stabienſis* dicitur. Denique Regni caput *Neapolis* non longiùs eſt octodecim millibus. Et verò te, *Conſalue*, quem eruditorum litteræ omnes loquuntur, illaudatum prætermittam? Iouius ingentibus libris laudes tuas delibauit veriùs, quàm explicuit. Qui Regna duo, Vrbes ducentas, oppida ſeptingenta, ſuâ virtute alteri quæſiuit, laudatorem deſiderare poteſt, non inuenire. Tanta Regi ſuo *Conſalnus* acquiſiuit, ex quo ſolùm *Magni Ducis* nomen retulit, *Maximi* promeritus, & ſi quid vltra eſt quod inuictam illius virtutem æquare poſſit. Mortuus eſt *Granatæ* anno ætatis climacterico Salutis 1515. filios habuit virtutis hæredes & laudis æmulos, è quibus hodie (ni fallor) *Sueſſani* Principes ſuperſunt. Phaërnus Cremonenſis laudes eius hoc ſepulchrali diſticho ſibi viſus non verè minus quam breuiter perſtrinxiſſe

Conſalus Magnique Ducis qui nomina geſſit,
Hic iacet, illudei pater hoc dedit inclyta virtus.

Longè tamen eſt infra tanti viri meritum.

Caſtel-almare. Terra di lauoro. Sarno.

De Seſſa.

1507. Conſtanter omnia quæ vidi monimenta B. Virg. *de Puzano* habet, quare quæ illa ſit *de Perſano*, de qua ſub an. 1469. meminimus, non potuit ex hac, vt ſperabam, innoteſcere.

1513

An. M. D. VII.

1. FVnctus Beatiſſimi parentis obitu; videri poſſet hic annus, ſi tantas triſtitiæ, quantas gaudij cauſas mors eius haberet. Ecce autem dum ad metas vitæ properat, ſui Ordinis curam tùm maximè ſuſtinet. Vno enim non amplius menſe, quam vitâ decederet, in acceptum retulit Conuentum *Bomerienſem*, quem Nobilis & Generoſus Vir *Iacobus Trimullius*, eius loci Dominus, *Ludouici* ex *Margareta Amboſia* filius, alterius *Ludouici* apud Burgundos & Mediolanenſes Proregis frater, & *Aurea Chabania* eius conſors, offerebant. *Bomeria* autem, Caſtellania eſt (vt vocant) ſub Balliuatu *Exoldunenſi*, in Diœceſi & tractu *Biturigum*, quæ olim in ditione *Trimullorum*, nunc ad Excellentiſsimum & Illuſtriſsimum *Henricum Borbonium*, Regij ſtemmatis primarium Principem, Baronatus titulo aucta, peruenit; pro iure ſcilicet *Carolatæ-Catharinæ Trimullæ* matris, *Ludouici* III. ex *Ioanna Mommorentiaca* filiæ. Pro tempore *Bituricenſis* Eccleſiæ adminiſtrationem obtinebat R. D. *Michaël de Buciaco* Pariſienſis, ab anno 1505. poſtulatus, inter *Bituricenſes* præſules &c. à Roberto annumeratus, vbi & fundationis huius mentionem non omiſit. Eccleſia *B. Mariæ Virgini Annunciatæ* poſt annos xxix. Eccleſiaſticis ritibus conſecrata, operis eſt ſplendidi & firmi; cui non diſſimilis reliqua Cœnobij fabrica. Conſecrationem peregit R. D. *Petrus Rauellus Ebronenſis* Epiſcopus & Suffraganeus *Bituricenſis* die x. Iulij an. 1526. Sepultus in eâdem Eccleſia, & fundatorum ſacello, quod *S. Hieronymo* dicatum eſt, *Henricus Borbonius* puer, *Philippi* Toparchæ *Buſſetani* & *Ludouicæ* Duciſſæ *Valentinenſis Trimullorum* (vt ita loquar) dotariæ, qui obiit die VII. Martij an. 1534. Situs eſt ipſi Cœnobio in ſaltu, iucundus & quietus, vt qui receſſu gaudent ad contemplationem diuinorum, non poſſint habere commodiorem. In progreſſu certè non ſemel huius Conuentus mentio redibit. In præſens, quando id memoria ſuggerit, non omittam, an. demùm 1609. initam fuiſſe à noſtris mutuam ſuffragiorum pro mortuis ſocietatem cum R R. P P. *Ca-*

1507. Conuentus Bomeriaſis.

De la Trimouille Anne de Chabanes. Bomiers. Iſſoudun. Bourges. Bourbon.

Mommorency De Bucy.

Bourbon. De Buſſet.

1526.

1534.

1609.

1507. *salù-Benedicti*, quæ Abbatia est in proximo antiqua & celebris, atque generalis per Galliam reformationis, quam *Leo* X. an. 1516. probauit & confirmauit, caput. Abbas tum erat R. P. & D. *Petrus du Peyrat*. Litteræ ad diem XXIV. Septemb. annotatæ sunt. 1507. *Du Peyrat.*

Priuilegia vindicata.

2. At verò, longè maiorem sollicitudinem B. Pater professus est in facto *Abbauillensium* quod sequitur. Cum enim Prouincialis Franciæ, (is autem fuit *R. P. Germanus Lionetus*) vt se à molestiis & infestatione Sodalium *S. Vulfrani* liberaret, cum eisdem conuenisset, vt oblationes quæ in gratiam defunctorum apud nos sepeliendorum fierent ex parte illis cederent, egit apud Pontificem Beatus Pater vt pactum illud, quod erat in Priuilegiorum præiudicium contractum, autoritate Apostolica rescinderetur. Atque id quantocyùs factum, litteris ad Episcopum *Granopolitanum* & *Magalonensem* datis, quibus nostros in integrum restituere iubentur, & pacta conuentaque omnia quæ præter autoritatem Generalis fierent iam ac deinceps irrita esse ac fore decernuntur. Extant litteræ in monumentis Ordinis, sub die XXIX. Martij an. 1507. titulus tamen, cùm apud *Passarellum*, cùm apud *de Peirinis* inter nostros, atque *Rodericum* & alios exteros, haud ritè conceptus videri potest, cum Archiepiscopum *Granatẽ*. & Episcopum *Malaginẽ*. præferat, quibuscum in vlteriori *Hispaniâ* constituris nullum *Abbauillensibus* commercium esse potuit, quare, prout anteâ significabamus, restituendum est, omninoque legendum Episcopos *Granopolensem* & *Magalonensem*. Potuit autem error contingere propter contractum illum scribendi modum in Curiâ Romanâ vsitatum, & exscriptorum ignorantiam, qui alia aliis nomina diuinantes substituerunt. De *Granopolitano* autem Episcopo dubium esse non potest quin *Laurentius ille Alamandus* fundator noster aut ei cognominis qui proxime successit ex fratre (vt credo) filius fuerit; *Magalonensis* verò, qui nunc *Montu-pessulani*, pro tempore quis fuerit haud mihi potuit certò constare, ni fortè ille sit *Guillelmus Regius* ex nobilissimâ Dominorum *Chauigniacorum* apud *Pictauos* familiâ, cuius tabulæ Magalonensis Ecclesiæ sub hoc tempus meminerunt. *Mõt-pellier. Le Roy. Chauigny.*

Transitus B.P.N.

3. In his curis, & intentâ rerum diuinarum contemplatione, immortuus est *Franciscus* noster, qui longæuâ ætate XCI. annorum, irremissâ, inde à primis annis, inauditâ corporis maceratione, sollicitâ Ordinis instituti per annos LXXII. directione, fractus, exaggeratâ miraculorum operatione glorioſus, virtutum infinitis meritis exuberans, erogatis in omne genus hominum innumeris beneficiis gratioſus, cum iam hospite sanctissimo indignus esset mundus, subtractus nobis & cœlo redditus est. Et quidem funeris huius circumstantias accuratè nostri prosequuntur & explicant. Nos breui, quantùm est ad institutum nostrum, commemorabimus. In diem XV. Aprilis Pascha incidebat, ad quem ex more veteri apud Gallos annus procurrebat. Anno igitur in eâ computatione M. D. VI. pro more autem Romano, quem deinceps accepimus, M. D. VII. Indictione 10. die Aprilis 11. quæ sanctæ Parasceues celebritatem referebat, eâ ipsâ horâ quâ Christus pro nostra salute pendens de cruce spiritum emiserat, Beatus Pater lethali febre correptus, & strato non secùs atque cruci compositus, quod nimirùm compacti duo asseres præbebant, cum perendie in Ecclesiam veniisset & Christum imitatus cum suis sacræ mensæ accubuisset, iamque suos ad mutuam charitatem hortaretur, Religionem, quasi matrem alteri Ioanni, R. P. *Bernardino à Cropoleto* cõmendans, in iisdem quibus Christus verbis eadémq; horâ expirauit. Ita qui hactenus de rebus nostris scripserunt. Rem paulò expressiùs & additis circumstantiis descriptam, ex veteri M. SS. quod an. demùm 1512. ab aliquo ex discipulis in memoriam relictum est, proferam, sed pro instituto nostro breuissimè. Die sancto in Cœna Domini, Beatus Pater quem lenta & maligna febris exagitabat, suos pro more conuocauerat, ad quos cum verba faceret, ignis ex ferreâ sartagine in subiectos asseres exarserat, quam ille manibus prehensam, dum vnus aliquis coctiles laterculos afferebat, sustinuit, hæc ad circumstantes interfatus: *Verè dico vobis non est difficilius amanti quod Deo placuerit implere, quam mihi est hunc ignem manibus tenere*, loquebatur

1507. quebatur de voto quadrageſimali ſiſtediæ, ad ea autem verba omnes pedibus 1507.
Beati Patris aduoluti ſe illud ad mortem obſeruaturos profeſſi ſunt, illicò in mutuos amplexus procumbentes veniam viciſſim acceperunt dederuntque, quod Reconciliationem vocamus, ipſe ſingulos magna charitate complexus, quaſi ab eis mox abiturus, paternè benedixit. Progreſſi ab eo Conuentu in Eccleſiam, omnium poſtremus ad ſacram ſynaxim beatus Pater acceſſit, cingulo in collum miſſo, pro antiqua Ordinis conſuetudine, de qua in proceſſu Turonenſi deponit & teſtatur *R. P. Leonardus Barbierus* qui, iam nunc apud *Pleſſiacum* Corrector, ſacra peragebat, non prius autem diuinis ille myſteriis participauit, quàm ad inferiorem gradum Altaris aliquamdiu proſtratus, totus in lachrymas diffluens, pectus fortiter tundens, clara ſed titubante præ morbo voce tertiò repetiiſſet, *Domine Ieſu Chriſte non ſum dignus, &c.* atque ita omnes ad inſolitum deuotionis ſenſum commouiſſet. Recepit ſe ab Eccleſia in cellam, è qua (quod noſtri hactenus non ſcripſerunt, diſertè autem aſſerit illud M. SS.) veſpertinis horis progreſſus, dum fratribus pedes ex more lauarentur, interfuit, ad eum Corrector ante alios venit, ſed beatus Pater: *Dimitte*, ait, *per charitatem filiole in craſtinum, ablues tùm non pedes modò, ſed totum corpus & caput.* Poſt lotos à Correctore ſingulorum pedes, iterùm eos ad mutuam charitatem hortatus eſt. Poſtero die, quem ſibi ſupremum ſciebat, à lecto non ſurrexit, ſed ad ſe omnes accerſiuit, ad eos de ſua voluntate ac Vicarij Generalis ſubſtitutione (quod omnes hiſtoriæ loquuntur) præfatus; poſt recitatos ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, Litanias & Euangelium S. Ioannis, ſeptimò eiſdem benedixit, ſe verò crucis ſignaculo muniuit, & aqua benedicta ſæpiùs aſperſit, ſublatiſque in cælum oculis Imagini pendentis à Cruce Chriſti oſcula figens, dicenſque *In manus tuas, &c.* ac mox interponens: *O Domine Ieſu Chriſte paſtor bone iuſtos conſerua, peccatores iuſtifica & omnibus defunctis miſerere, & propitius eſto mihi miſerrimo peccatori*, eâ quâ diximus horâ expirauit. Compoſitum ad funeris pompam & officium corpus exportari in Eccleſiam per populi turbam vix potuit, (ad ſex hominum millia ſiquidem vt minus excreuerat) antè tres omnino dies terræ mandari non potuit, quod factum Illuſtriſſimæ D. *Ludouicæ à Sabaudiâ* Comitiſſæ Engoliſmenſi ob inundationis periculum à proximo *Chero* fluuio indoluit: è proximo igitur grandem & ingentem lapidem in quo deponeretur adduci curauit (quod miraculo vt narrant noſtri factum eſt) atque in eo poſt octo aut decem dies quàm terræ datum fuerat collocatum eſt, tale quidem quale iam antè per tres illos dies viſum fuerat, odore fragrans, conſpectu gratum, & formoſum, miraculis coruſcans & in omnes beneficum omnibuſque ſalutare. Quod quidem ita geſtum conſtat ex proceſſu Turonis habito ſecùs quàm ad hæc in eius Actis traditum eſt. Etſi effoſſum poſthac à perduellibus hæreticis ſacrum pignus flammis abſumptum eſt, votis tamen quæ ad tumulum conciperentur, fauens & præſens Deus adeſſe non deſtitit. Inſculptum lapidi ab eo tempore hoc breue Elogium:

Ita etiam in proceſſu Turon.

Oratio B. P. N. morientis.

AD HOC MONVMENTVM DATVM FVIT CORPVS
S. FRANCISCI A PAVLA 1507. DIE 2. APRILIS,
CONCREMATVM VERÒ (SER. QVIBVS D. RELI.) AB
HÆRETICIS 1562. CVIVS. CINERES ET QVÆDAM OSSA
HIC IACENT.

Nos aliquantò luculentius, pro debitâ in optimum patrem obſeruantiâ, & rerum veritate, proponemus.

S. FRANCISCVS PAVLANVS
GRATIÆ FILIVS, MIRACVLORVM PARENS,
MARTYR INCRVENTVS:
QVI
ITALIAM NATIVITATE, GALLIAM HABITATIONE,

Digitized by Google

1507. HISPANIAM GERMANIAMQVE AFFECTV 1507.
ILLVSTRAVIT ET COMPLEXVS EST.
SVPERATIS SCYLLA ET CHARYBDI FRVSTRA FREMENTIBVS:
IGNE ADVERSVS EVM SVI OBLITO:
AERE AD ARBITRIVM OBSEQVVTO:
TERRA AD OMNEM QVEM VOLEBAT VSVM SVBACTA:
TOTA SIMVL NATVRA IN SERVITVTEM MANCIPATA:
GLORIOSVS.
COMPRESSIS FVGATISQVE DÆMONIBVS:
MORTE DEPRÆDATA: DOMITIS HOMINIBVS:
CARNE SVBIVGATA: GVLA REFRÆNATA:
MVNDO CONCVLCATO:
CICVRATIS FERIS: OBTVSIS VENENIS:
OMNI RERVM MALIGNITATE DEPVLSA:
PER GRATIAS ET MIRACVLA
VICTOR.
ELATO CHARITATIS VEXILLO:
FVNDATA HVMILITATE: RESTITVTA TEMPERANTIA:
REVOCATA DISCIPLINA RELIGIOSA:
VITA QVADRAGESIMALI IN PERPETVVM STABILITA:
ORDINE MINIMORVM INSTITVTO;
ATQVE IN OMNEM CHRISTIANITATEM PROPAGATO:
TEMPORE VICTO; ÆTERNITATE PROMERITA:
ANGELIS OCCVRSANTIBVS:
TRIVMPHANS.
IN SVAM ORIGINEM REVOLAVIT.
EXVTO APVD TVRONES MORTALITATIS SPOLIO
DIE II. APRILIS M. D. VII.
EXVVIVM CARNIS LAPIDEO CONDITORIO INTECTVM
IN PIGNVS GLORIÆ
INFINITAS GRATIAS REPENDIT.
AGE, LECTOR, ADVOLVERE, EXPERIRE.

Mortuum, *Ioannes Bourdichonus* pictor Regius, inducto modulo pingendum ſuſcepit, quod fecit, non ſtatim tantùm à morte, ſed poſtquàm decem aut plures dies corpus in terrâ iacuerat, cum, vt diximus, erutum inde lapideo tumulo conditum eſt, Tabella, ni fallor, ea eſt, quæ hodie in ſacello ad eius ſarcophagum conſpicitur.

Obit. M. Ioan. Quinini.

4. Non temerè, credo, poſt ſanctum funus & alterum dabimus, quod multis nominibus noſtrum videri poteſt. Illud autem eſt Venerabilis & Clari viri *Ioannis Quinini*, quem Sanctus Pater vt Dominum coluit, vt fratrem dilexit, & meritò, ex quo enim illius ſanctitatem vir pius cognouit, & manifeſtis documentis deprehendit, tanto in Beatum virum & eius Ordinem ſtudio exarſit, vt rerum eius procurationem ex animo ſuſceperit, multiſque beneficiis, & ipſum B. Patrem, & eius diſcipulos, ornauerit. Eius quidem diligentiæ & ſollicitudini Conuentum *Nigeonenſem* ex parte debemus. Adeò autem magna illi cum B. Patre neceſſitudo interceſſit, vt omnem illi autoritatem non in res modò ſuas, ſed in Ordinis quoque perſonas attribuerit, poterat nimirùm & ad habitum admittere & delinquentes corrigere, & per obedientiam vt loquimur,

Digitized by Google

1507. mur, emittere quos volebat, tantùm illi potestatis factum erat vt B. Patri supparmeritò videretur, quod constat ex pluribus litteris, quæ etiamnùm supersunt & in Cõuentu *Nigeonensi* asseruantur. Ex quibus etiam satis firma fieri potest coniectura prædictum V.M. *Ioannem Quintinum* quadragesimalem vitam qualis obseruabatur à nostris, coluisse, adeoque tertium Ordinem (quando in arctiorem disciplinam secedere non poterat) professum fuisse. Verdierus in Bibliotheca Gallica meminit *Ioannis Quintini* Canonici Parisiensis qui scripserit, *Tractatum ad inflammandas animas in amore diuino*, *inscriptum* CORDIALIS, quod opus *Quintini* nostri fuisse mihi penè certum est: eiusdem sunt Sermones Theologales de quibus scribit *Possevinus*, ignorans si *Ioannis Quintini I. C.* aut alterius essent, certè Iurisconsulti illius lucubrationes eruditiores sunt & elegantiores, quàm vt eius prædicti Sermones possint esse videri. Verùm *Quintinus* noster non tàm scriptis quàm bonis operibus inclaruit, qui cùm in Ecclesia Parisiensi Pœnitentiale forum summo imperio teneret, hoc est Maioris Pœnitentiarij nomine & autoritate fungeretur, totus in id incumbebat vt animas Deo lucrifaceret, suumque officium ad salutem quàm-multorum impleret. Ita Vir & dignitate clarus & doctrinâ celebris, ac pietate multò illustrior, in ipso bonorum operum cursu abreptus est, & cœlo (quod credimus) redditus, incertum quidem tempus quo sublatus est, vt ne tamen antè annum 1506. obiisse videatur, locus sepulti apud nostros cordis (nisi fallor) indicat, non procurrisse autem ad 1509. demonstrant Episcopi Parisiensis litteræ, quas habemus, & quæ tum Parisiensi Pœnitentiariæ præfectum V. M. *Thomam Brignotium* fuisse docent. Non potuit ergò B. Patris obitum aut multò antecessisse aut multò suffugisse. At verò suæ in nostros charitatis memor, & perpetuum eius monimentum extare volens, cor suum apud *Nigeonenses* nostros cordi testamento cauit, mandauitque pro sua humilitate vt extremo loco poneretur, qui tum fuit qui nunc in Naui supremus est coram altari *Omnium Sanctorum* quod diximus, & quod nunc *S. Annæ* nuncupatur, ad parietem sacelli quod *B. Virgini Annunciatæ* dicatum est, vbi ad hæc visitur monumentum antiquis Gallicis rythmis conceptum & lapidi insculptum aureisque litteris exaratum, quod nostri in benefici & probi hominis memoriam erigi curauerunt. Illud *Brullius* in Antiquitatibus Parisinis descripsit. At præter illud alterum in oblongâ tabellâ parieti affixâ litteris aureis depictum legitur, latinis quidem verbis conceptum, sed pro ætatis more durum & impolitum, Habet vt sequitur

1507.

Traicte pour enflamber les ames en l'amour diuin intitulé le Cordial.

Vid Scriptores ad finem huius Chronici.

1506.

Brignot.

Mors mortiũ morti mortem si morte dedisset,
Hic viuens essem vel viuus ad astra volassem,
Sed morsu patrus sordet caro morsa, remorsus,
Mentis tolle Deus. MAG. IOH. QVINTINI EPITAPHIVM.

Corpus maioris Ecclesiæ sodalibus permissum condigno loco sepultum est. §. Hoc funus tertium quoque non inutiliter subsequetur *R. P. Balthazaris à Paulâ*, qui primus in Ordine Sacerdos, præcipuus, cùm apud *Pyrrhum* illum Archiepiscopum, tum apud Summos Pontifices, Ordinis promouendi autor fuit, & tam præclaro ad omnem virtutem & obseruantiam exemplo resplenduit, vt Beatus audiat & dicatur à plerisque rerum nostrarum scriptoribus. Incertum etiam tempus quo decessit, sed cum deinceps nulla eius in nostris monimentis & annalibus memoria occurrat, decet certè vt à Beato Patre non longius protrahatur. Age igitur & huic meritum Elogium ascribamus.

Ob. P. Balthazaris à Paulâ.

R. P. BALTHAZAR PAVLANVS
PRIMVS IN ORDINE MINIMORVM SACERDOS
ET ALTER EIVS PARENS.
PVSILLVM GREGEM COELESTI PABVLO VNVS ALVIT
PER PLVRES ANNOS,
VERBO ET OPERE POTENS

Hic esse videtur, qui à confessionibus felic. record. *Innocentij* VIII. P. M. fuisse dicitur; in Processu Turon. test. 5.

1507. PRIMVM ORDINIS PARENTEM S. FRANCISCVM 1507.
DOMI AC FORIS
OPERA ET CONSILIO IVVIT.
MAGNIS PER EVM INCREMENTIS ORDO PROFECIT,
PRVDENTIA, IPSE, PIETATE, DOCTRINA RESPLENDVIT,
ET DIERVM AC MERITORVM PLENVS
IN VTRAQVE MILITANTE AC TRIVMPHANTE ECCLESIA
SANCTIS AGGREGATVS EST.
TEMPVS QVOD EXPLEVIT ET IGNORAMVS
PROFERET ÆTERNITAS
QVANDO CORPVS E PAVLA COELVM RECIPIET.

Obit. nobilis fœmine

6. Istud verò vt quartum denique comitetur necesse est, si iusta volumus beneficis in Ordinem ac sodalitium nostrum reddere. *Francisca* enim *Veynia* illustris & pia fœmina, quæ *Antonio à Prato* ex Aduocato Regis apud Tholosates, Primo Præsidi in Senatu Parisiensi, & qui ab eius morte supremos Regni & Ecclesiæ dignitates consecutus est, nupserat, in ipso ætatis flore sublata, pro suo in nostros affectu, quorum se precibus & suffragiis iuuari apud Deum plurimùm posse credebat, *Nigeoni* deposita est, in sacello ad nauem Ecclesiæ, illi quem *B. Virgini Annunciatæ* dicatum diximus proximo, cuique nomen est eiusdem B. Virginis *à Consolatione*, seu vt loquimur *Nostræ Domina de Consolatione*, quod *Pratensi* familiæ addictum & opere magnifico perornatum, ipsius *Franciscæ* monimentum habet insigne satis ac splendidum, quantùm tempora ferebant. Illud autem post multos annos curauit *Guillelmus* secundus natu filius Episcopus Claromontanus, quem habemus copiosiùs laudandum, quod præfert summa ipsius inscriptio in editiori facie operis hoc districho comprehensa

Veyni. Du Prat.

Quis dedit hæc, si quis quærat, mihi grata secundi
Munera sunt nati qui tegit ossa lapis.

Sub profundo autem fornice intra spatium parietis, visitur *Franciscæ* statua veteri matronarum habitu, de geniculis, ad B. Virginis de columna prominentis imaginem, orantis specie cui à tergo *S. Franciscus Paulanus* patroni vice atque apud Deum interuentoris (vt solet) adstat, affixa parieti inde à summo fornice tabula marmorea hoc Elogium continet.

Nobilis & generosæ matronæ Franciscæ Veyni
Epitaphium.
Hîc Franciscæ tegor clari quæ coniugis vxor
Felix prole fui & sanguine clara meo.
Me pietas cœlo & terrâ dat viuere proles
Vitam ergo geminam mors dedit vna mihi.
Sex animam post lustra Deo quàm præbuit ille
Restitui, & tellus quæ dedit ossa tenet.

Et illud quidem *Brullius* in Antiquitatibus Parisinis repræsentat, deinceps verò *Antonius* maritus in Clerum cooptatus ad supremos vtriusque togæ honores peruenit.

Indictio & celebratio Capit. Generalis I.

7. Postquàm verò Beatus Pater Franciscus à rebus humanis exemptus est, *R. P. Bernardinus à Cropolata* qui vices illius sustinebat, ab eodem selectus quoad ex vniuerso Ordine Generalis Conuentus Romæ celebraretur, vt eô Patres maturè conuenirent omni quâ poterat diligentiâ prouidit atque procurauit. Datis igitur in omnes partes litteris ad finem mensis Decembris Capitulum indixit. Et quidem, ex quatuor nationibus quæ erant aduocandæ, frequentes adfuerunt, quanquam ex nonnullis Conuentibus aliqui desiderati sunt. Nationes fuerunt, Italica, Gallica, Hispanica & Germanica. Nostri *Nigeoni* profecturi, necessarium duxerunt accipere testimonium à Reuerendissimo Parisiensi Episcopo, vt qui necdùm per plures regiones innotuerant per quas iter habebant

Digitized by Google

1507. habebant faciendum, poſſent & à malevolorum inſidiis tueri, inſtituti ſui fi- 1507.
dem facere. Litteræ ſic habent:

Stephanus miſeratione diuina Pariſienſis Epiſcopus. Vniuerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis Salutem in eo qui eſt omnium verè ſalus. Certificamus litteris præſentibus atteſtamurque quod Fratres Minimi Ordinis F. Franciſci de Paula ſunt boni & deuoti Religioſi, habentes multa priuilegia, viuentes ſub Regula eis per præfatum F. Franciſcum de Paula data, & per Summum Pontificem approbata, in magna auſteritate vitæ: cœperuntque in Regno Franciæ & alijs Prouincijs Chriſtianiſſimo Regi noſtro Franciæ ſubiectis plura ſplendida & deuota monaſteria dicti Ordinis, & maximè in hac noſtra Pariſienſi Diœceſi vnum Monaſterium, in quo benè & laudabiliter viuunt dicti fratres, vigilijs, ieiunijs & orationibus quotidie inſudantes & inſiſtentes, & quod eorum bono exemplo & doctrinâ Eccleſia Chriſti bonos & exuberantes fructus ſuſcipit, deuotioque Chriſti fidelium augetur in dies & creſcit. In quorum omnium fidem & teſtimonium, &c. Datum Pariſiis Incarnationis Dom. an. 1507. die 2. menſis Nouembris. Cogn. Poncher. Nigeonenſe. Extat autographum in Conuent. Turon. ad arcem Pleſſiacam.

Vt autem omnes occurrerunt, imprimis *Iulio* Pontifice ſalutato, rerum agendarum ordinem acceperunt, cumque *Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus Bernardinus* Cardinalis *Carualalus* in Legatione Germanica occupatus *Oeniponti* hæreret, qui tanquam Ordinis Protector huius Congregationis moderandæ ius & poteſtatem habebat, & verò etiam Ordinis efferendi & amplificandi voluntatem, ne quid per eius abſentiam detrimenti Congregatio acciperet, *Iulius* Pontifex *R. & Illuſt. Marcum Vigerium* tit. *S. Mariæ Trans Tyberim* Cardinalem, *Senogallienſem* nuncupatum quia eius Eccleſiæ adminiſtrationi præerat, ex Ordine *Minorum*, & Suffraganeo *Bononienſi*, atque arcis *S. Angeli* cuſtode ab anno 1505. in ſecunda creatione à *Iulio* ipſo habita ad 13. Kal. Ianuar. aſſumptum, vt *Carualali* partes ſuſtineret, delegauit. Eo igitur præeunte factum eſt Congregationi generali initium, die XXVIII. menſis Decembris, qua *SS. Innocentium* anniuerſaria feſtiuitas recolitur, in Refectorio (cum nondum locus haberetur commodior) Conuentus noſtri *S. Trinitatis* in Vrbe. Ante omnia verò, conceptæ ad Deum preces quæ ad rem maximè conuenirent, in præſens igitur decurſo Pſalmo *Deus in nomine tuo ſaluum me fac, &c.* & ſubiunctâ ſolitâ oratione *Actiones noſtras, &c.* Cardinalis Præſes aliqua de regulari obſeruantiâ, tùm eius Congregationis celebratione, ac Pontificis in noſtros affectu, cui ipſe per omnia vellet reſpondere, prælocutus, omnium gratulatione, qui Sanctiſſimo Pontifici gratias habebant, & ipſi D. Cardinali benè precabantur, acceptus eſt. Conſtitutum deinde quæ in ea congregatione agi & tractari potiſſimùm deberent, eaque in hæc capita relata ſunt. I. vt ſupremus Ordini Antiſtes præficeretur, aliique quos oporteret eligerentur. II. vt diuidendi per Prouincias conſtituendique Ordinis ratio haberetur. III. vt de acceptatione Regulæ & vitæ quadrageſimalis voto deliberaretur, atque vt de Correctorio ſimiliter acceptando ſi è re noſtra eſſet ageretur. Quibus in hunc modum conſtitutis, & facto mandato vt omnes ſub obedientia *R. P. Bernardini* permanerent, in craſtinum Indiculus omnium quibus ſuffragiis ius erat D. Cardinali paratus eſt. Quoniam verò illius Capituli Acta quæ habemus excuſa miſerum in modum deprauata ſunt, noſque decet Patrum noſtrorum memoriam recolere ac conſeruare, illorum nomina quantùm per manuſcriptos Codices poterimus emendata dabimus, & in recenſendis cùm Prouinciis, tum Conuentibus ordinem temporis ſequemur & tenebimus. Vid. Rodulphum Toſſinian. lib. 2. hiſt. Seraphicæ religionis. 1505.

VICARIVS GENERALIS.

R. P. BERNARDINVS DE CROPVLATV, idémque Prouincialis Turonenſis; quem Acta edita perperàm diſtinguunt, Prouincialem Turoniæ *Bartholum* quendam *de Hydrunto*, qui nullus fuit, introducentia: ex eo manauit error quòd is ipſe *Bernardinus* non modò de *Cropulata*, qui viculus eſt ignoti nominis, ſed de *Hydrunto* & *Otranto* vrbe principe, ad quam *Cropulatum* ſpectat, cognominetur, vt ex M. SS. certiſſimè conſtat, aliquando etiam *de Calabria* ſimpliciter di-

1507. citur. Inuitus autem & repugnans Ordinis curam ſuſcepit, datique illi Collegæ tres, nimirùm *PP. Iacobus Leſperuier, Matthæus Michel*, & Correctior Turonenſis, de quibus infra. Ita deponit *P. Leonardus Barbier* in Proceſſu Turonis habito, vbi & *Bernardinus de Ottrante* nominatur. 1507.

PROVINCIALES.

ITALIÆ.

R. P. PAVLVS A PATERNO, qui Prouincialis *Italiæ* meritò dicitur, nondùm ſcilicet diuisâ in plures Prouincias Italiâ. Attamen quia intra fines *Calabriæ* omnes ferè Conuentus conſiſtebant, dictus etiam eſt Prouincialis *Calabriæ* tantùm, ſed & Codices quidam M. SS. Prouincialem *Siciliæ* nuncupant, & optimè, *Sicilia* enim eſt & cis & trans pharum, illa eadem eſt quæ *Calabria*, hæc *Sicilia* propriè dicta, vtrobique Ordinis Conuentus erant ſub eâdem Prouinciâ.

R. P. ANTONIVS DE MONTE ALTO, eius Collega.

R. P. IOANNES DE ROCCA, Commiſſus Prouinciæ, qui in Actis editis ſimpliciter dicitur *F. Ioannes* diſcretus *Calabriæ*, vt in anteceſſum notauimus.

TVRONIÆ. *De Tours.*

R. P. BERNARDINVS, qui & Vicarius Generalis, vt ſuprà.

R. P. MATTHÆVS MICHAELIS, ſeu *Michel*, eius Collega, qui & pro abſentibus è ſua Prouincia ſuppleuit.

FRANCIÆ.

R. P. GERMANVS LIONET, non *Vguet* vt Acta impreſſa præferunt, aduerſus quæ M. SS. Codices omnes conſtanter reclamant. *De France.*

R. P. IOANNES ROVSSEAV, qui *Ruſſus* in editis Latinè dicitur, Collega.

AQVITANIÆ. *D'Aquitaine.*

R. P. IACOBVS LESPERVIER, qui, vt ipſe profitetur, amanuenſis fuerat S. Patris, eiuſque nomine multas litteras ad S. D. N. & DD. Cardinales ſcripſerat. In eius nomine haud multum aberratum. Electus & Collega Generalis Vicarij, vt ſuprà.

R. P. IOANNES DE MONGOBER, qui proindè *Montiſgoberti* optimè in editis dicitur.

HISPANIÆ.

R. P. MARTIALIS DE VICINIS, *des Voiſins*, Gallus, cuius nomen Acta omnia fideliter repræſentant.

R. P. MARCVS HISPANVS, eius Collega, excidit vt puto cognomen, quanquam & id proprium in aliis obſeruauimus.

GERMANIÆ.

R. P. DIONYSIVS BARBIER, Gallus, pro quo aliquando *Barbieri* legitur ad formam Italicam, aliquando *Barnier* quod Hiſpanicum eſt.

R. P. FRANCISCVS CERDONIS, qui & non malè *Cerdonus*, ſeu *Cerdonius*, perperàm verò *Pardonus* dicitur in editis.

Atque ad hos propriè Generalis eligendi ius & poteſtas pertinebat, quod & Cardinalis Præſes ita ſeruandum edixerat, ſed Vicarius Generalis paucitatem cauſatus, & determinationem Capituli Prouincialis nouiſſimè die ſancto Aſcenſionis apud *Turones* celebrati, quam *Iulius* Pont. dato Breui probauerat, vt ad ferendum in eadem electione ſuffragium Correctores & Commiſſi ſingulorum Conuentuum admitterentur obtinuit. Fuerunt autem, quos ex indiculo recitamus.

CORRECTORES ET COMMISSI CONVENTVVM.

PAVLANI. *Di Paola.*

P. BERNARDVS DE S. AGATHA, non Bernardinus, quod habent edita.

P. IOANNES DE CORILIANO, in cuius nomine Acta nulla variant.

PATERNENSIS.

Digitized by Google

PATERNENSIS.

1507. 1507.

Di Paterno. . . . . mirum eſt illos abfuiſſe qui ſecundum in ordine locum tenent . . . . . .

SPETIANENSIS.

Di Spetiano. P. Bartholvs de Petra-fitta, eius cognominis B. P. N. ſocium fuiſſe nuperi ſcriptores tradunt, ſed *Andream* nomine, Acta tamen *Bartholum* habent hoc loco.

P. Ioannes de Lvcillento, ſeu *de Cilento*, vt habent impreſſa.

CORILIANENSIS.

Di Coriglia-no. P. Hieronymvs de Sancta Agatha.

F. Antonivs de Nicotera laicus, edita legunt *de Nicastro*.

CROTONIENSIS.

Di Croton. P. Iacobvs de Morano à nobis mox ampliùs laudandus.

F. Gregorivs de Vico laicus, non *de Via*, vt legitur in excuſis.

MYLARVM.

Di Milaz-co. P. Robertvs de Maida.

F. Stephanvs de Sancta Agatha, laicus.

TVRONENSIS.

De Tour. P. Reginaldvs, vt habent M. SS. nonnulla Renatvs Clerici, *le Clerc*, non autem *Bacinaldus Raynaldus*, &c. quod in editis legitur.

P. Gvillelmvs Frezel, cuius cognomen in editum.

NEAPOLITANI.

Di Napoli. P. Benevenvtvs, perperàm *Binethus* in editis, M. SS. codices variant quidem, & in Nigeonenſi *Venetus*, *Benedictus*, &c. legitur, certior tamen Ambianenſis ſcriptura, quæ prorſus ita habet, omniumque maximè probabile videtur, integrum forte eſſet *Benedictus Beneuenutus*.

P. Franciscvs de Maiorano, ſeu *de Maierana*, de quo ſæpiùs.

AMBASIENSIS.

Et Ambaſi. P. Rolandvs Chavmillion, edita legunt *Thamillion* non benè, aliàs Corrector Turonenſis viuente B. Patre, vt habetur in Proceſſu Turonenſi.

P. Clavdivs Denison perperàm *de Nigeon* in excuſis.

TOLOSANI.

De Tholoſa. P. Evstachivs Apvril, Latinè in editis *Aprilis* non malè, aliàs abſque cognomine.

P. Lvdovicvs Alemain, qui *Aleman* & *Alemannius* in editis.

MALACITANI.

De Malaga. . . . . Pro Correctore *Malacitano*, quod M. SS. palàm.

. . . . . habent, deprauatè in editis Corrector de *Mala Cethera* legitur.

NIGEONENSIS.

De Nigeon. P. Nicolavs de Vicinis, *des Voiſins*, nomen conſtanter vtraque repræſentant. Hic R. P. *Bernardino de Hydrunto* in regenda *Turonia* Prouincia ſucceſſor datus eſt, ac demùm an. 1516. libellum gallicum edidit cui titulum fecerat, *Theſaurus animæ*, *Pariſiis* apud *Michaëlem le Noir*, meminit *Franciſcus à Cruce-Meinaâ* in ſuâ Bibliothecâ.

P. Ægidivs Fabri, qui *Faber* in impreſſis, non malè.

GENVENSIS.

Di Genua. P. Ioannes Baptista, nec aliud cognomen in vllis Actis inuenio, dicendus fortè *Genuénſis*, quod ex aliis Actis planè conſtat.

P. Hieronymvs de Ponte, qui & *Ianuenſis*, ſeu *Genuenſis* aliquando.

ROMANI.

P. Franciscvs Binet, notius nomen quàm vt poſſit deprauari.

P. Lvdovicvs Ivsteav, Latinè *Juſtellus* eſt, perperàm in editis & rerum noſtrarum hiſtoria *Luſtran Luſtrani*, &c. vt plures Codices M. SS. conuincunt. Is eſt qui pro quartâ Regulâ confirmandâ Romam miſſus cum *R. P. Binete*, literas ſancti Patris detulit.

Digitized by Google

1507. ILLITVRGITANI. 1507.

P. FRANCISCVS DE SIBILLA, hoc est de Seuilla, optimè *Hispalensis*, non *Hispanensis*, vt habent impressa, dictus. *D'Andaloufie*

. . . . . *De Bracancour, ou de Blaye.*

BRACANCVRIENSIS.

P. IOANNES BALVOT, non *Balueth*, peius autem *Baluter*, vt in editis legitur. Conuentus *Blasie*, idem qui & *Bracancurie*, vide ad an. 1496.

P. IOANNES THALAMONIS, qui & *Thalmonis*, Capituli Scriba.

MAIDENSIS. *De Magde.*

P. ARCHANGELVS DE IONEFRIDA.

F. BARTHOLOMÆVS DIDONIS, laicus, idem fortè qui & *Ianuensis*.

SANCTÆ ANNÆ IN GERMANIA.

. . . . . .

. . . . . .

SANCTI ANDREÆ IBIDEM.

P. . . . . MINIMVS, cognominatus quod & M.SS. habent. Vice-Corrector.

P. LVDOVICVS FLAMICVS, edita legunt *Flamisus*, alterum illud probabilius.

SANCTÆ TRINITATIS, IBIDEM.

F. PETRVS TVDESCVS, Pro-Corrector.

F. IOANNES THEVTONICVS, laicus in vicem Commissi. Vterque autem in editis dicitur *Alemannus* nationis nomine, quod eodem recidit. Alicubi proprium nomen substitutum legi *Helleman*. Auditus est etiam è Germania Oblatus *Gaspardus* nomine, natione Boëmus.

GIEMENSIS. *De Giem.*

P. HVGO DE SAPPO, aliqui Codices M. SS. legunt *du Sac*, quod Latinè diceremus *de Sacco*, sed plura monimenta docent, dicendum esse *de Sappo*. Conuentus autem non benè *de Iano*, dicitur quod antehac obseruauimus.

. . . . . *D'Amiens.*

AMBIANENSIS.

P. ÆGIDIVS LE IEVNE, quod Latinè est *Iuuenis*, vt habent Acta impressa, in quibusdam M. SS. Vice-Corrector tantùm dicitur, quod magis conuenit cum monumentis Conuentus, vt me *P. Antonius Furmanerius* olim per literas monuit.

P. LEONARDVS BARBIER, de quo nomine in Prouinciali Germaniæ. Atque is tertius Collega datus Vicario Generali pro tempore quo fuit Corrector Turonensis, vt ex dictis consequens est.

GRATIANAPOLITANI. *De Grenoble.*

P. IACOBVS PASSEDOIT, qui *Pasdon Possedri*, &c. corruptè legitur, tùm in editis, tùm in quibusdam manuscriptis. De quo vide *Prouinciales Franciæ*.

P. DOMINICVS DE LA HAYE, *de Haga*, vt habent M.SS. pro quo *de Aga* in editis.

ABBAVILLENSIS. *D'Abbeville*

P. IACOBVS LEGIER, non *Largier*, vt præferunt edita, Latinè dictus *Leus*, in eisdem Actis, meliùs *Leodegarius* dicendus erat.

P. GOFFREDVS MARTIN, in editis optimè *Martinus* legitur, dicendus forsitan de nomine *Godofredus*.

CASTRI-HERALDI. *De Chaſtelleraut.*

P. PETRVS TARDIF, inuariatum vbique nomen.

P. STEPHANVS IOLY, nec longè abeunt edita quæ habent *Ioili*. Professus colligitur ab an. 1492. die Sancto Epiphaniæ ex Processu Turonensi, per miraculum à B. Patre sanitati aliquando restitutus.

MONTIS-GAVGERICI. *De Montcongier.*

P. MATHVRINVS THABOVRDEAV, Latinè *Thaburdellus* esset; ex quo *Zabardellus* prœli vitio prodiit, & *Thabordelli* per inflexionem Italicam, & similia.

P. PETRVS

1507. P. PETRVS DE DOM-MARTIN, Latinè *de Domne-Martino*, quod facilè in editis cognoscitur. 1507.

PORTVS SANCTÆ MARIÆ.

De portu de S. Maria. P. IOANNES DE LESPINAY, Gallus, quod nomen indicat, corruptissimè tùm in Actis, tùm in historiâ rerum nostrarum, *de Resmaidi*, vel *de Resmaide* dictus. . . . . In excusis *Ioannes* quidam *de Lisa*, legitur M. SS. non consentiunt.

MESSANENSIS.

Di Messina. P. IOANNES DE CASTRO-FRANCO, seu *de Castello-franco*, idem est.

P. IOANNES DE CAROLEIS.

ASTYGITANI.

De Ezija. . . . . . .

. . . . . .

CASTRI-ALMVRINI.

Di Castel-al-mare. P. IOANNES DE IMOLA.

P. LVCAS DE REGINA.

BOMERIENSIS.

De Bomeri. P. ROBERTVS BONETI, malè igitur, *Antonius* nullo apposito cognomine dicitur, eique commissus adiungitur *P. Leonardus Barbier.*

P. ANTONIVS GODINEAV, cuius impressa non meminerunt.

His qui desiderabantur, suffecti sunt qui eorum vice suffragium darent. Ita legimus, ex Hispanis *Martialem de Vicina*, pro quinque: *Ioannem de Lespinay*, pro quatuor, vota tulisse; de Gallis *Matthæum Michaëlis*, pro quibusdam ex sua prouincia suffragatum fuisse, quod vt fieret, *Nicolaus de Vicina* proposuerat, alij quorum referebat institerant, cùm prius tamen de factâ per absentes procuratione constitissent. Quæ porrò fuerit Cõuentuum per Prouincias diuisio non satis apparet, vt potest ex *Genuensi* & *Romano* manifestum esse. Nam, quoad *Romanum*, videmus eius Correctorem Prouincialibus omnibus esse præpositum, & *Matthæum Michaëlis* è *Turonensi* Prouincia pro *Hieronymo de Ponte* Commisso Ianuensi sententiam dixisse, vt tradunt edita, quibus tamen in hac parte M. SS. non consentiunt, probabile est nondum Prouinciali constituto solius B. Patris, vt Generalis iurisdictioni vtrumque subiacuisse. De reliquis ita videtur statuendum: Prouinciali *Italiæ*, seu *Calabriæ*, &c. suberant *Paula*, *Paternum*, *Spetianum*, *Cerilianum*, *Croton*, *Mylæ*, *Neapolis*, *Maidæ*, *Messanæ*, *Castrum-almurinum*: Prouinciali *Turoniæ*, *Plessiacum*, *Ambasiæ*, *Nigeo*, *Gietanum*, *Castrum-heraldi*, *Mons-gangerij*, *Bomeriæ*: Prouinciali *Franciæ*, *Bracancuriæ*, *Ambianum*, *Abbatisvillæ*: Prouinciali *Aquitaniæ Tolosa*, *Gratianopolis*: Prouinciali *Hispaniæ Malacæ*, *Illiturgis*, *Portus Sanctæ Mariæ*, *Astygis*: Prouinciali *Germaniæ* Conuentus *Sanctæ Annæ*, *S. Andreæ*, & *Sanctissimæ Trinitatis*: sed quæ posthac immutatio facta sit videbimus. Neque id omittendum laicos fratres, quos & Conuersos Regula nominat, qui admissi sunt, non Commissorum nomine, sed eorum tantùm vice atque loco habitos fuisse. At verò quod primùm in intentione fuerat (vt habet dictum Philosophorum) id fuit in executione vltimum. Priusquam enim Generalis futuri electio iniretur, actum est de accipiendâ siue abrogandâ Regulâ atque Correctorio. Id vt solerter fieret, de consilio, vt creditur, *R. P. Binetti*, D. Cardinalis prouiderat. Cùm igitur ad diem alterum qui fuit XXIX. Decemb. adfuisset, omnibus ad se conuocatis id agendum imprimis proposuit, quo autem liberior esset animi proferendi potestas, nationes diuisim singulas audire voluit, & cuiuscunque sententiam scripto excipi, quod domesticus ei actuarius *Ioannes Baptista Carbonus* Cremonensis fecit. Dimissis igitur *Gallis*, *Hispanis* atque *Germanis*, primi *Itali* sententias suas rogati sunt, donec postridie *Galli* sigillatim, tum *Hispani* simul atque *Germani*, & suam ipsi mentem professi sunt. Aliquam habuit ea consultatio difficultatem, cùm multi antè primam Regulam professi eas leges experti non fuissent: alij, priusquàm secunda Regula ederetur, primæ illi obseruandæ se obstrinxissent, nec vitam quadragesimalem sub voto promisissent: plerique verò de B. Patris voluntate conscij & per-

Digitized by Google

1507. petuæ quadrageſimæ votum poſt editas Regulas emiſiſſent, & votiuam deinceps eſſe, ac quartam Regulam obtinere, probarent. Pro illa igitur varietate, in diuerſas ſententias abierunt, numero tamen & autoritate poſtremi peruicerunt, ferè omnes Galli, (nam & qui pro Hiſpanis atque Germanis ſpondebant, & ipſi pro maiori parte Galli fuerunt) in quibus velut in grege duces ſe præſtiterunt *RR. PP. Franciſcus Binetus*, *Ludouicus Iuſtellus*, & *Iacobus Eſperuerus*, qui præcipui & condendæ Regulæ inſtigatores & autores fuerant, & eius confirmandæ negotium ſuſceperant: Et quidem, quantùm ad *Regulam* & votum quadrageſimalis obſeruantiæ, illorum ſententia obtinuit, vt abſolutâ deinceps autoritate ſeruarentur. De *Correctorio* non perinde conſtitit, pleriſque poſtulantibus vt auſteriora nonnulla mitigarentur, quâ quidem præmiſsâ conditione & ipſum in autoritatem admiſſum eſt. Ex hoc autem cùm periculum eſſet ne qua diſſenſio ſuboriretur, curauit *Binetus* vt omnes in eundem ſenſum conuenirent, quod induſtriâ eius atque ſolertiâ peractum eſt, nemo enim inuitus videbatur eſſe pertrahendus, aut imponenda nouæ legis neceſſitas eis potiſſimùm qui aliam vitæ rationem ab initio profeſſi eſſent. Autor igitur fuit Cardinali Præſidi, vt eos, qui nollent in eum vitæ modum communemque Ordinis legem conſentire, quaſi qui diſceſſionem meditarentur, denunciaret nihil poſſe cum aliis habere commercij, adeoque abſtentos iri omni electionis iure, non in præſens modò, ſed ex hoc in perpetuum, cùm qui diuerſo ab aliis inſtituto viuere vellent, nihil cum illis deberent habere commune. Factum id vt conuenerat, moniti præterea, vt in craſtinum deliberarent & ſeriò apud ſe ſtatuerent, quid facto opus cuique videretur. Cùm ergò ad conditum rediiſſet Cardinalis Præſes, & pſalmum *Sæpè expugnauerunt me, &c* recitandum indixiſſet, certior iam factus quamplures à priori mente diſceſſiſſe, paratos in quartam Regulam iurare ſeque quadrageſimalis inediæ voto deuincire, aliò animum intendit, Ordinis ſcilicet conſtituendi prouidentiam ſuſcepit, inductâ primùm cùm Superiorum inter ſe, tum aliorum ad Superiores & inuicem collocatione, quæ non alia fuit quàm quæ à Regula diſertè præſcribitur, niſi quod Collegas & Commiſſos ſuis Prouincialibus aut Correctoribus proximè aſſidere decreuit, quod vſu poſtea ſublatum eſt, diſtributis deinde Prouinciis vniuerſi Ordinis diſtinctionem inſtituit, *Italiâ* primùm quaſi in duas partes diuiſâ & inſignibus terminis ſeparatâ, nempe à *mari Supero*, ſeu ſinu *Adriatico*, limes idem qui Regni *Neapolitani* datus, à portu nimirùm *Aſculano* per *Truentum* flumen quâ per *Picenum* decurrit, inde à Monte *Apennino* propè *Nurſiam* ad mare ipſum *Adriaticum*: ab *infero* autem ſeu *Tyrrheno* finis idem qui *Etruriæ* & *Latij*, ab *Oſtijs* putâ *Tyberinis* per ipſum *Tyberim* ad confluentes *Peliæ* ſeu *Palæ* (corruptè in editis Capituli Actis *Paliæ* in M. SS. *Paleæ* melius legitur) & *Clanis* circa *Oropitum*: quæ vltrâ illos terminos, *Latium*, *Campaniam*, vtramque *Apuliam*, *Lucaniam*, *Calabriam*, *Samnites*, *Salentinos*, *&c.* atque vltra mare *Siciliam* comprehendunt, Prouinciæ *Romanæ* (ita ſiquidem appellari placuerat ob Vrbis Principis dignitatem) aſcripta ſunt: quæ cis illos terminos ad *Alpes Cottias* & *Rhæticas* protenduntur, & *Etruriam*, *Picenum*, *Vmbriam*, *Liguriam*, *Æmiliam*, *Galliam tranſpadanam*, *&c.* continent, attributa ſunt *Genuenſi* (vt pro tempore nominari ob Conuentum *Genuenſem* conueniebat) Prouinciæ: ſed interpoſitâ conditione vt cùm amplificato Conuentuum numero Prouinciæ venirent diſtinguendæ, illinc quidem Prouincia *Calabriæ* ſemper haberetur prima, eiuſque caput Conuentus *Paulanus* permaneret, hinc verò, Prouincia *Genuenſis* & Conuentus, ſimiliter principem perpetuò locum obtinerent. Sed poſtmodùm inſtante *R. P. Bernardino à Crepolatu*, tertia demùm adiecta eſt Prouincia, cui erigendæ, diſtractæ ſunt à *Romana* quam diximus, vtraque *Apulia* & *Calabria*, inditumque illi nomen Prouinciæ *Apuliæ*, vſus tamen *Calabriæ*, vt diceretur inualuit, *Sicilia* nominatim *Romanæ* addita eſt. *Gallia* deinde vt pareretur nihil opus fuit, iam enim commodè in tres Prouincias diſtributa erat, ſed ſuus eius cuique ordo aſſignatus eſt, caputque præſtiturum, Prima *Turonæ* fuit, & vt deinceps eſſet quæcunque fieret diuiſio decretum eſt, caput eius Conuentus

1507.

Prouinciarum inſtitutio.

Golfo di Venetia. Porto d'Aſcoli. Tronto. Marka d'Ancona. Puglia. La Chiuma. Ornito.

Prouinc. Romana.

Prouinc. Genuenſis.

Prouincia Apuliæ, ſeu Calabriæ.

Prouinc. Turonia.

1507. Conuentus *Turonenſis-Pleſſiacus*: Secunda *Francie*, caput eius *Nigeo* ad *Lutetiam Pariſiorum*, dictus propterea Conuentus *Pariſienſis*: Tertia *Aquitanie*, caput eius *Toloſa*, ſeu Conuentus *S. Rochi* ad muros *Toloſanos*. Quod autem in editis eius Capituli Actis additur cum de Prouincia *Francie*: *Et caput iſtius Prouincie ſit Prouincia Burgundie*, tum de *Aquitanica*, *& caput iſtius Prouincie ſit Prouincia Prouincie*, nemo non videt quàm inſulſum ſit qui vel de textu coniecturam fecerit, qui enim ſtare poteſt Conuentum verbi gratia *Pariſienſem* caput eſſe Prouinciæ Franciæ, ſimul atque Prouinciam *Burgundiæ* à quo ille tanto interuallo diſtat, & quæ omninò non erat, ſed hunc nodum MSS ſoluunt, habent enim, *& capiat Prouincia iſta Prouinciam Burgundie*, & de Aquitanica, *Et capiat Prouincia iſta Prouinciam Prouincie*, quibus nihil planius. Prouinciæ *Hiſpanie* & *Germanie* manſerunt indiuiſæ, propter Conuentuum paucitatem, illius caput *Malaca*, huius Conuentus in *Auſtriâ*, à Sereniſſimo Romanorum Rege fundatus, conſtituturum eſt. Et quidem de Conuentibus Germanicis nihil poſſumus certi affirmare, nec ſatis ex Veteribus Actis quonam loco fuerint conſtituti, probabile videtur *Auſtriacum* iſtum *Salisburgo* fuiſſe proximum, adeoque in limitibus *Bauarie*, poſt centum & quod excurrit annos recuperatâ per noſtros Germaniâ locorum iſtorum nomina cœperunt innoteſcere, ſed quæ in tertio Capitulo *Barcinonenſi* edita ſunt, nihilo doctiores nos effecerunt, vt in progreſſu dicemus. Cùm hæc vniuerſo probante Capitulo decreta ſancitaque fuiſſent, reliquum erat, vt de iis ſtatueretur qui nollent in quartam Regulam & votum quadrageſimalis inſtitutionis conſentire, quod alterâ poſt meridiem ſeſſione, antè omnia recitato pſalmo *De profundis*, *&c.* inſtante Generali Vicario factum eſt, cùm enim plurimi ſcripto de voluntate ſua proteſtati fuiſſent, & pauci admodùm ſupereſſent in eam ſententiam adducendi, Cardinalis Præſes, iterùm omnibus palàm ſignificauit exciſuros eſſe ab omni electionis iure qui nollent, aut prædictam Regulam, aut votum quadrageſimale accipere: nec mora, Spiritu ſancto agente (vt par eſt credere) omnes de geniculis coram ipſo D. Cardinali aduoluti quartam Regulam & votum quadrageſimalis vitæ vltrò profeſſi ſunt. *Et ſic* (vt habent Acta ipſius Capituli) *in nomine Domini, ad laudem Dei & ipſius Religionis augmentum, acceptata fuit ab omnibus in pace & charitate Quarta Regula cum voto quadrageſimali.* Alia inſuper conſtituta quæ dicere præoccupauimus. Demùm indicta in alterum diem electione omnibuſque de officio ſummonitis, & hæc conuocatio & annus in finem exierunt.

1507. *La Pleſſis lez. Tours. Nigeon lez. Paris. Thoulouſe.*

1507. Prouinc. Francie. Prouinc. Aquitanie.

Analecta.

Videtur is eſſe *Carolus* V. qui poſtea Imp. aut certè ab antiquo neceſſe eſt eũ eſſe fundatum *Maximilianum* enim abſan. 1486. Imp. iuit.

Votum vitæ quadrageſimalis.

8. Dum autem annus ad diem ſequentem in mora eſt, vt nonnulla quæ nobis exciderunt colligamus vacuum erit. Primum ſit, quod de *Paula Paternenſi* ad hunc Conuentum veniente noſtri ſcribunt, amico quidem valefacientem de periculo admoniſſe in quo verſaretur ob peccatum pœnitentiâ non expiatum, quod vt mirabundus ille facto indicio verum agnouit, præuertit periculo & ſancto viro gratias retulit: ſorori verò malignis febribus afflictæ & decumbenti, ſalutem non verbis tantùm (quod proponebat) ſed multò magis opere ipſoque effectu impertiiſſe, rogatus enim ab eâ vt ſibi vellet benedicere atque pro more quod in infirmos proferri ſolet Euangelium recitare, ad illa verba *Super agros manus imponent & bene habebunt* derepentè conualuit.

Notanda de Paulo à Paterno.

9. Alterum ſit, factum viuæ vocis oraculum à *Iulio* Pontifice, ſuper modo clericalis coronæ & tonſuræ quam B. Pater inſtituerat & forma profeſſionis à Sororibus ſecundi Ordinis atque Tertiarijs emittendæ, quod ad inſtantiam & ſollicitas preces ipſius B. Patris *R. D. Bernardinus Carualalus* Protector rogauit & accepit, ac litteris ad diem XVIII. menſis Aprilis mandauit, ſuæ Sanctitatis nomine & autoritate declarans prædictas clericales tonſuras & coronas, quales in Regula deſcribuntur, à fratribus deferri poſſe imò & debere: Sorores verò eâdem formâ quâ fratres (quæ ad ſexum pertinent exceptis) ad profeſſionem teneri: Tertiariis denique in ea verba nomen dandum quæ à Sanctiſſimo accepta litteris ipſis exponit prout hodie in vſu eſt.

Coniectura coronæ clericalis.

Forma profeſſionis.

10. Atque his etiam addo Indulgentias quas eodem tempore B. Pater à Sede

1507. Indulgentiæ & priuil. conceſſ. Apoſtolica impetrauit, vt nihil poſſit à nobis videri prætermiſſum quo illius erga Ordinem à ſe inſtitutum affectus & prouidentiæ commenderur, vnde ſtimulus nobis ad felicem anni clauſulam & beatæ mortis imitationem poſſit accedere. 1507.

IVLIVS EPISCOP. SERVVS SERVORVM DEI.

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis. Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Paſtoris æterni, qui vt humanum genus ab æterna damnatione eriperet, ſe in ara crucis immolari non abnuit, vices quamuis immeriti gerentes in terris, id ſupra reliqua vota noſtra ferenter optamus, vt cunctos fideles, quos ipſe pretioſi ſui ſanguinis ſparſione Deo Patri reconciliare curauit, quorumq; regimen & gubernationem nobis cõmiſit, ad recolendam iugiter ſuæ paſſionis memoriam & viſirandas Eccleſias, aliaque religioſa loca, præſertim ſub inuocatione Beatæ Mariæ Virginis cuius vbera ipſum Redemptorem noſtrum lactare meruerunt fundata, inuitemus & prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire frequentius excitemus. Cupientes igitur vt Ieſu Mariæ, Turonenſis: & Beatæ Mariæ ac Omnium Sanctorum, Ambaſienſis: necnon eiuſdem Beatæ Mariæ totius gratiæ, Pariſienſis: ac Sanctæ Helenæ, Giemenſis, Ordinis Minimorum, domorum, Eccleſiæ, ad quas vt acceptimus dilectus filius Franciſcus de Paula dicti Ordinis per nos approbati & confirmati Inſtitutor & Generalis Corrector ſingularem gerit deuotionis affectum, congruis frequententur honoribus, ac Chriſti fidelium deuotio ad Eccleſias ipſas & Domini noſtri Ieſu-Chriſti paſſionem magis augeatur, ipſique fideles eo libentiùs confluant ad eaſdem quo ex hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ vberius conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui Eccleſias prædictas, ſeu aliquam ex eis in die proximi feſti Aſſumptionis eiuſdem Beatæ Mariæ à primis Veſperis vſque ad occaſum ſolis feſti huiuſmodi incluſiuè deuotè viſitauerint, & inibi in ipſius Ieſu-Chriſti paſſionis memoriam quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam recitauerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum quantumcunque grauium remiſſionem & indulgentiam, eiſdem verò & quibuſcunque aliis Chriſti fidelibus ſimiliter verè pœnitentibus & confeſſis qui aliquam Eccleſiam alicuius ex prædictis vel aliis domibus prædicti Ordinis, in celebritate Omnium Sanctorum & die Beatæ Mariæ Aſſumptionis, & eiuſdem Annunciationis ac Pentecoſtes feſtiuitatibus, annuatim deuotè viſitauerint, & inibi in dicta paſſionis memoriam quinquies Orationem Dominicam, ac toties Salutationem Angelicam huiuſmodi recitauerint, decem annorum & totidem quadragenarum indulgentiam miſericorditer in Domino concedimus. Et vt Chriſti fideles prafati, qui ad Eccleſias ipſas pro huiuſmodi conſequendâ indulgentiâ & peccatorum remiſſione pro tempore confluent, huiuſmodi Indulgentiæ & peccatorum remiſſionis facilius participes eſſe poſſint, omnium & ſingularum conſtructarum & conſtruendarum domorum Ordinis Minimorum huiuſmodi Correctoribus, nunc & pro tempore exiſtentibus, deputandi annis ſingulis ſex Presbyteros aut plures idoneos ſaculares vel dictarum domorum fratres, qui in celebritate & aliis feſtiuitatibus prædictis & die precedenti, in prafatis Eccleſiis eorumdem confluentium confeſſionibus diligenter auditis eis pro commiſſis per eos peccatis, etiam in ſingulis caſibus Epiſcopalibus, abſolutionis beneficium impendere & pœnitentiam ſalutarem iniungere, necnon vota quæcunque per eos emiſſa pro tempore (Religionis & caſtitatis ac vltramontano, necnon liminum Apoſtolorum Petri & Pauli ac Sancti Iacobi in Compoſtella votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeant, licentiam & facultatem tenore præſentium concedimus: præſentibus quoad plenariam poſt proximum feſtum Aſſumptionis huiuſmodi minimè & quoad decem annorum & totidem quadragenarum Indulgentias huiuſmodi perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, decernimus & declaramus, quod ſi contingat nos aut Sedem Apoſtolicam impoſterum huiuſmodi plenarias & alias indulgentias ac facultates reuocare, ceſſare, aut annullare ſeu ſuſpendere, quod præſentes litteræ ac in eis contenta quæcunque nullatenus includantur, nec per tales vel alios, reuocationes, caſſationes, declarationes, decreta & ſuſpenſiones ſublata quomodolibet intelligantur, etiamſi de huiuſmodi

1507. *iuſmodi intentione noſtra & mente non derogandi ſpecialis mentio, & non per generales & alias clauſulas, quæ huiuſmodi ſpecificam mentionem importare viderentur aut importarent, fieret. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1507. Id. Aprilis, Pontificatus noſtri anno quarto.*

Et has quidem litteras abexemplari deſcriptas à *R. D. Antonio de Monte* Archiepiſcopo *Syponti*no Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditore ad diem v. menſis Maij recognoſci & firmari *RR. PP. Iacobus de Morano, Ludouicus Inſtean & Franciſcus Binet* impetrauerunt & *Nigeonem* tranſmiſerunt, vbi religiosè aſſeruantur, quod eò libentiùs commemorauimus quò prædictorum nomina, quæ habemus à deprauatione quam incurrerunt vindicanda, tam illuſtri monimento ad nos ſalua peruenerunt. Sed quod nos decet diligentiùs obſeruare, has eaſdem litteras verbotenus expreſſas (præter ea quæ ad indulgentiam plenariam in præſens ſpectant) Leo X. anno 1513. pridie Non. Maij ſuo nomine iterùm publicauit, Clemens verò VII. ad omnes Ordinis domos extendit, & has poſtremas tantùm, *Paſſarellus* atque *de Petrinis* in ſua Collectione protuleruntvt quibus illæ prorsùs ignotæ fuerint.

An. M. D. VIII.

1. ILluceſcente anno, felicibus auſpiciis Ordo cœpit efferri, cùm ſcilicet in B. Patris ſucceſſorem electus eſt omnium maximè dignus, quod verbo dixiſſe multum eſt, ſed longè maius reipsà perſpectum fuiſſe. Actum id ritu ſolemni & legitimo in eo Conuentu ſeu Comitiis Generalibus, quæ ad ſuperiorem annum deſcribebamus. Decantatâ enim Miſsâ de Spiritu ſancto & litatoriis ſacris propitiato numine, ab Eccleſia in Capituli locum inita ſupplicatio eſt, vbi aſsidentibus D. Cardinali Electoribus, prout per ipſum D. Cardinalem & R. P. Generalem Vicarium fuerat inſtitutum, quatuor imprimis Scrutatores, vt vocant, hoc eſt, qui ſuffragiorum perueſtigandorum ius haberent, ſelecti ſunt, vnuſque ex ipſis in Scribam exceptoremque deſignatus. Ij autem fuerunt Vicarius Generalis *Bernardinus de Cropalatu*, *Nicolaus de Vicinis* Correctior *Nigeonenſis*, *Hieronymus à Ponte*, ſiue *à Gennâ* Commiſſus *Genuenſis*, & *Ioannes Thalamonus* Commiſſus *Bracancurienſis*, quorum electio, rogante Cardinali ſi placeret, vnanimi conſenſu accepta & probata eſt. Hi cùm ad Cardinalem ſeceſſiſſent, ſinguli ad eos vota ſua prolaturi acceſſerunt, quæ cùm ritè concepta fuiſſent, Scrutatorum vnus qui propterea necdum ſuffragatus fuerat præſcriptâ verborum formulâ factam electionem renunciauit, ſeu decretum (quod aiunt) formauit, & ſuâ omniumque electorum vice *R. P. Franciſcum Binetum* elegit. Ille autem fuit *R. P. Hieronymus à Ponte* qui deinceps & hoc officium in electione Collegarum & Zeloſi præſtitit. E veſtigio autem, *Thalamonus* Scriba in eminentiorem locum ſublatus, vota ſingulorum è ſchedis ſuis publicauit. Et quidem Galli omnes atque Germani, nullo excepto, in dictam electionem conſenſerant, ex Hiſpanis vnus tantum diſſenſit, ſuffectus quidem quatuor aliis, ſed tamen Gallo ſuffragatus, nempè *R. P. Iacobo l'Eſperuier*, quem & *Binetus* ipſe elegerat, Italis non benè conuenerat, vnus prædictum *l'Eſperuier*, duo *R. P. Bernardinum à Cropalatu*, nouem *R. P. Ioannem à Roccâ*, & alij nouem *Binetum* depoſcebant. Ex hoc, Cardinalis Præſes ad *Binetum* conuerſus autoritate Apoſtolica, in vim prædictæ electionis, Generalem eum inſtituit, atque vt onus illud ſuſciperet hortatus eſt, cùm autem ille dubius animi penderet, & quantum in ſe eſſet reniteretur, iubente Cardinali abreptus in Eccleſiam & deportatus eſt, omnibus Pſalmum ad rem apprimè accommodatum, *Exurgat Deus & diſſipentur inimici eius, &c.* in finem concinentibus, cui cùm ille inter lachrymas & ſingultus idoneas orationes ſummiſiſſet, delatas ſibi obedientiæ primitias adgeniculatione ac manuum deoſculatione inuitus licet ac repugnans accepit. Quæ cùm pro ſuo voto geſta Cardinalis vidiſſet & coram inſpexiſſet, ex animo vniuerſis gratulatus, receſſit. At verò *Binetus* eo munere illigatus, in craſtinum officij adiutores, quos appellamus

Di Cropolato. Des Voiſins *Binet.*

1508. Collegæ. Procurator Generalis I.

Collegas ſiue *Socios*, ſibi dari popoſcit: initâ igitur electione cooptati ſunt in prædictos Collegas *R R. P P. Iacobus de Morano* Italus ex Correctore *Cretonẽſi*, *Matthæus Michel* Gallus ex Collega Vicarij Generalis & Prouincialis *Turonie* & *Franciſcus Cerdonis*, Gallus ex Collega Prouinciali *Germanie*; nec mora, Procuratoris Generalis, ſiue, vt loquimur, Zeloſi electio ſubſecuta eſt, quæ incidit in virum optimè, ſi alius quiſquam, meritum *R. P. Iacobum l'Eſperuier* Aquitaniæ Prouincialem, cui & in ſocium ad eius preces allectus *R. P. Ludouicus Iuſteau* ex Cõmiſſo Conuentus *Romani S. Trinitatis*, & ambo quidem Galli, ac præcipui poſt *Binetum* quartæ Regulæ confirmandæ primùm, tùm recipiendæ, autores, quo nomine B. Patri iam olim fuerant gratioſi. Vigiles ob pauciratem Prouinciarum ne eligerentur omnibus placuit. Qui verò in locum illorum qui ad maiora officia ſubleuati fuerant ſubrogati ſunt, Acta Capituli non produnt, quod longo deinceps tempore obtinuit cùm Generalis & eius Collegæ ſoli deſtituris officijs prouiderent. Alterâ quidem ſeſſione in Prouincialem *Apuliæ* ſeu *Calabriæ* nominatus eſt *R. P. Bernardinus à Crapulata*, quod voluntate D. Cardinalis in gratiam optimi ſenis in patriam redire cupientis factũ, (quantùm aſſequi coniectura poſſumus) omnes probauerunt. Soluta poſtremum congregatio & dimiſſa eſt. Haud æquè tamen ſolutus curis & animi anxietate *Binetus*, qui primo quoque tempore Pontificem adiit, non confirmationem expoſtulaturus, ſed ab impoſito munere vacationem, quod ſeriò quidem & ardenter egit, præſentibus ipſo *Marco Vigerio* Cardinale Senogallienſe, & *Roberto Guibæo*, ſeu *Vitræo Britanno Aremorico*, Epiſcopo primùm *Trecorenſi*, tum *Redonenſi* atque *Nannetenſi* tit. S. Anaſtaſiæ Cardinali, ab an. 1505. XIII. Kal. Ian. creato, cum annos tantùm octodecim eſſet natus & Legatum ageret *Ludouici* XII. Regis, nihil tamen aut precibus aut lachrymis effecit, ſed *in virtute Spiritus ſancti, & ad ſanctæ obedientiæ meritum aſtrictus*, vt ipſe Pontifex in diplomate ad eam rem loquitur, in quo & illius electionem *Spiritus ſanctis gratia cooperante* proceſſiſſe teſtatur, acquieuit. Quo autem ille magis diffuſus fuerat viribus ſuis, eò viſus eſt ad res gerendas fortior & ad omnem adminiſtrationem (quod ſolet) magis idoneus. Et reuerâ nemo eſt ex quo cœpit Ordo qui maiora vel meliora *Bineto* præſtiterit. De multis pauca proceſſu temporis ſubindicabimus.

1508. *Di Morano. Michel. Cerdonis.*

L'Eſperuier Iuſteau.

Binetti renunciatio.

Declarationes Cardinalis Senogallienſis.

2. Atque vt à principio initæ dignitatis aliqua ſollicitudinis eius & induſtriæ veſtigia perſequamur, non priùs *Româ* diſceſſit ad Ordinem per viſitationes, quas vocamus, obeundum, vt id tamen haberet animo conſtitutum, quàm res Ordinis optimo ſtatu compoſuiſſet. Inſtabat apud Cardinalem *Senogallienſem* & omni opera contendebat, ne quæ in generali Conuentu eo præſente ac probante poſtulata eſſent, in irritum recciderent, id enim antè omnia proſpiciebat faciendum, vt concordia quam parauerat & ſine quâ facilè eſſet Ordinem diſſolui, coaleſceret. Communicato igitur conſilio, excerpta ſunt grauiora quædam tùm ex Regulâ, tùm è Correctorio, quibus explanatis videbatur nihil admodùm eſſe quod de reliquo difficultatem faceret. Dum autem de iis Cardinalis Præſes ampliùs deliberat, *Binetus* litteras Cardinalis *Carualli* Protectoris de facto ſibi viuæ vocis oraculo, quantùm ad clericalem tonſuram qua noſtri vterentur, & profeſſionis formam quâ ſe obligarent, vt antea commemorauimus, recognoſcit & legitimè ab autographo deſcriptas ac fide per eum data communitas ad omnes Prouinciarum Correctores tranſmiſit, ſub die IIII. menſis Februarij, ad quod tempus Cardinalis Senogallienſis declaratio ad propoſita quæ modò dicebamus capita non defuit. Litteris enim ad diem XV. eiuſdem menſis perſcriptis, autoritate Apoſtolica ſibi deſuper factâ, declarationem & explanationem edidit dubiorum quæ viſa erant commodam interpretationem deſiderare. Sunt autem illa numero decem.

I. *De cantu abſque notis, vt per vniuerſum Ordinem vniformiter obſeruetur.*

II. *De repetitione rerum donatarum, vt ne in Iudicio ad eas repetendas per ſe fratres compareant.*

III. *De infirmaria, vt præſcripto à Regula ſpatio ſeparata habeatur cum id poſſit fieri commodè,*

Guibè. De Vitré. De Trignier De Rennes. De Nantes.

Digitized by Google

1508. *commodè, quod dum erit in morâ poſſit interior locus aliquis ad eam rem deputari.* 1508.

IIII. *De modo prouidendi infirmi, vt fratres ipſi per ſe illi obſequi valeant & cibos quando fieri aliter non poterit comparare.*

V. *De Officialium per Superiores in viſitationibus electione, vt ad eam habeatur localis Capituli conſenſus.*

VI. *De Correctorum egreſſu à Conuentibus, vt nepropterea fratres in Capitulum conuocare teneantur.*

VII. *De condendis ſtatutis, vt ne prohibita intelligantur quæ contra Regulam non veniunt.*

VIII. *De rebus vendendis & emendis, vt id per Procuratores & Oblatos præſtetur præſentibus ſi libet aliis fratribus.*

IX. *De rerum ſuperfluarum erogatione, vt tales habeantur quæ poſſe omnia nomina diſſoluta reliqua ſunt.*

X. *De vinolentia punienda, vt ne ob eam Nouitij extra Ordinem emittantur, aut grauibus quas Regula habet pœnis ij ſubijciantur, quibus præter ſolitum & fortuitò humanitùs aliquid acciderit.*

Ea in hunc modum compoſita nihil poſtmodùm habere viſa ſunt, quod impediret quo minus in mores inducerentur, & quidem in eam ſententiam omnes (cum illis per vniuerſum Ordinem earum declarationum copia facta eſt) aſſenſerunt.

Bineti confirmatio & priuil. conceſſ.

3. Reuerſus tamen *Binetus*, ne quid impedimenti aut à ſuis eâ de causâ ſibi obijceretur, aut per alios aliſque de cauſis patereturque curſum viſitationum, quas obire vt primùm liceret ſatagebat, remorari, ſapienter prouidit, vt autoritate Apoſtolica ſubnixus & fidem ſuæ poteſtatis faceret, & aduerſum omnes qui obſiſtere poterant muniretur. Quod fecit *Iulius* Pontifex, non liberaliter modò, vt qui quamplura priuilegia ſuis illis litteris complexus ſit, ſed peramanter etiam, luculento nimirùm teſtimonio virtuti eius ob eiurandæ dignitatis voluntatem reddito. Litteræ ad diem XXVII. Martij expeditæ continent eiuſdem electi confirmationem, ac inde conſequens mandatum imperata eius faciendi, aliaque quamplura priuilegia quibus & religioſa diſciplina contineatur, & neceſſitatibus domorum caueatur, & gratia denique cùm Ordini tùm ſingulis eius perſonis fiat. Nam, & noſtris ad alium quemlibet Ordinem conuolare prohibetur, cùm nullus ſit qui parem vitæ auſteritatem profiteatur, eorumque reuocandorum & ad officium per cenſuras Eccleſiaſticas, & quæuis iuris remedia reducendorum (ſi opus aliquando ſit) omnimoda poteſtas tribuitur, & bonorum alienatio aut conceſſio, quæ præter Generalis voluntatem facta ſit, irrita eſſe decernitur, & ab onere Miſſarum, Pariſienſis ac Genuenſis domus in ſpecie, cùm in genere quæ ſimiliter grauare videbuntur, ſubleuari per Generalem poſſe, datâ in præſens cautione, conſtituitur, & Indulgentiæ demùm quæ vel domibus vel perſonis ad hæc habentur conceſſæ de nouo conceduntur & in futurum confirmantur. Quas quidem litteras non tantùm noſtri, ſed externi plures ediderunt.

Viſitatio per Binetũ Gen.

4. Eas verò vt habuit *Binetus*, ad iter ſe parauit, quod tamen non priùs ingreſſus eſt, quàm declarationes Cardinalis Senogallienſis præmiſerit, litteris ſuis ad diem XXIX. Martij *Romæ* datis recognitas & firmatas, quales noſtri ad calcem Regulæ ſæpiùs excudi curauerunt. His igitur à Bineto procuratis, initium ipſe viſitationibus ſuis facere cœpit, atque imprimis *Italiam* perluſtrauit, memorabili ſanè omnium virtutum exemplo, nec minori prudentiæ & doctrinæ famâ, laude, exiſtimatione. Reducem in eo beatum Ordinis parentem *Calabri* credebant, ſuſpiciebant, venerabantur.

Conuentus S. Blaſij.

De Senateris. Nicaſtro. S. Biaſo. Golfo di S. Eufemia.

5. Cum plures igitur in agro *Bruttiorum* Conuentus obiiſſet, inualeſcente, cum ſuâ, Ordinis famâ & opinione *R. D. Ioannes de Senateris* Archidiaconus *Neocaſtrenſis* deducendæ in proximum familiæ conſilium cepit. Eſt quidem *Neocaſtrum* ciuitas Epiſcopalis, ſplendida, perelegantis agri, tribus à mari palluum millibus: inde autem per amœna loca duobus millibus incedenti *San-Blaſium* occurrit, oppidum elegans copioſum, agri bonitate ſalubribuſque balneis &

Digitized by Google

1508. aquis celebre, ad ſinum Hipponiatem, quod à veteribus *Turres* dictum non temerè viri docti arbitrantur. Illic noſtris domicilium conſtituere D. ille Archidiaconus pietate permotus, in animum induxerat, nec longius vota ſua differri paſſus, cùm adeſſet Generalis Antiſtes Ordinis, eum conuenit, rogauitque in acceptum referret quæ ad eam rem perdonare deliberauerat. *Binetus* laudatâ illius liberalitate, non modò aſſenſit, ſed altius quoddam diuinitatis conſilium interuenire perſenſit, quod attentum Lectorem non effugiet. Venit igitur ille in poſſeſſionem ad diem xv. menſis Iunij, titulumque fecit Eccleſiæ, ac toti, ex hoc, monaſterio *Sanctæ Mariæ de Infirmis*, incertâ (quod ſciamus) causâ, & vt opus ædificiumque quoad primùm poſſet duceretur. *R. P. Bernardino à Cropulato* ſeu *ab Hydrunto*, qui vt diximus, in eam prouinciam à Capitulo Generali allegatus fuerat, commendauit, iacta mox fundamenta in iuſtam cum tempore magnitudinem illo procurante deducta ſunt. 1509.

Declaratio Iulij II. 6. *Binetus* anno exeunte *Romam* redierat, & ſalutato Pontifice rationem reddiderat viſitationis quâ per *Italiam* functus erat, de quâ *R. D. Marco Vigerio* Cardin. *Senogallie*, ad ipſum Pontificem ampliùs referente, viſum eſt Pontifici occurrendum eſſe aliquot dubitationibus quæ noſtros *Italos* adhuc tenebant, quare *motu proprio & ex mera ſcientia & deliberatione*, ſeque Zelatorem Regulæ profeſſus decretum edidit, ad diem xx. menſis Decembris *Bineto* inſcriptum, quo cantum ſimplicem, rectum, planum & talem omninò qualis in Regulâ deſcribitur non tantùm in diuino Officio adhibendum, ſed extra quibuſcunque Miſſis retinendum; mulieres non aliâs aut aliter in ſepta monaſterij admittendas (etiamſi ex præcedentibus Regulis paulò liberior, facultas indulta erat) quàm poſtrema Regula decernebat, omni in contrarium vſu abrogato: Vigiles ſi viſum fuerit inſtitui poſſe (vt tamen nulli in Capitulo deputati fuerint) & inſtitutos reuerenter accipiendos, decernit & ſtatuit, atque in vniuerſum Declarationes iam editas à præfato D. Cardinali laudat, probat, confirmat.

An. M. D. IX.

1509.

Declarationes Binetti Generalis. 1. EX *Italiâ*, *Binetus* in *Galliam* conceſſerat, Ordinis ſtatum exploraturus, & pro munere ſuo etiam inſtituturus, vbique ſpirabat ſanctitatis odor, quem B. parentis exemplum præſentiaque afflauerat, non defuerunt tamen leuiora quædam dubia circa Regulæ atque Correctorij ſenſum & intelligentiam, quæ *Bineto* propoſuiſſe ſatis fuit, oraculi enim vice reſponſa eius habita ſunt. Nouemdecim capita erant quæ in dubium vertebantur, ea ſapientiſſimè *Binetus* explicauit, è quibus excerpta quædam *R. P. Petrus Nodeus* ſubiunxit Regulæ quam *Pariſiis* anno 1596. imprimendam curauit, & PP. Conuentus Pariſienſis in ea quam ſuperiori anno 1631. dederunt in lucem, fideliſſimè repræſentarunt. Autographum *Nigeons* habetur ibidem datum viſitationis tempore, alterum quoque *Ambiani* (quod quidem ad diem xx. menſis Maij perſcriptum eſt) ab eodem relictum, illi autem, poſtquàm nomine ſuo atque ſigillo maiori Ordinis ad fidem eſt obſirmatum, alter Collegarum hunc in modum ſubſcripſit, *De mandato præfati R. Patris Generalis F. Fr. Cerdonis*, cum ſimiliter aliis ſubſcripſiſſe *P. Matthæus Michaëlis* Collegarum vnus eo ipſo tempore inueniatur; quod fortè non pœnitebit obſeruaſſe, ſi quod inde conſequens eſſe poteſt legitimè ac probè inferatur. Et ea quidem reſponſa digna erant quæ integra proferrentur, maluimus tamen Patrum noſtrorum iudicio acquieſcere quibus excerpta illa dediſſe ſatis fuit. *Nodi.* Ex imitatione B. P. N. *Cerdonis.* *Michel.* ſeu *Michaelis.*

Iudicium à conſeruatore Priuilegior. 2. Inuenio & ad hunc annum *Pariſienſem* Epiſcopum, in controuerſiâ quæ inter noſtros & Curatum de Challioto (quod nomen eſt pago ſupra *Negeonem*, in cuius finibus eſt) agebatur, Apoſtolicæ Sedis nomine interueniſſe, quod non inutile eſt ad exemplum annotaſſe vt Iudiciorum ordo qui ſeruandus eſt, præpoſtero zelo non inuertatur. Litteræ eius in hanc formam conceptæ ſunt:

Stephanus

Digitized by Google

1509. *Stephanus miſeratione diuina Pariſien. Epiſcopus, Iudex & Conſeruator Priuilegiorum Fratribus & Religioſis Ordinis Minimorum ſub Regula Fratris Franciſci de Paula viuentibus à ſancta Sede Apoſtolica datorum & conceſſorum ab eadem Sede ſpecialiter commiſſus & deputatus, &c.* & eatenùs quidem eius controuerſiæ cognitionem ſibi arrogat & attribuit, quam hic amplius non referimus cùm eam ſpeciali Chronico reſeruemus. De *Stephano* qui fuit 111. Pariſienſis cognomento *Poncherius*, alibi diximus. Hoc interim optandum habemus, vt qui nobis olim Conſeruatores dati ſunt, tales ſe reuerâ præſtent ſuoque nomini reſpondeant. 1509.

De Poncher.

Procuratio à B. P. N. facta. 1503.

3. In hoc ſuæ Viſitationis decurſu *Binetus* procuratorias litteras, quas ab anno 1503. B. Pater nepoti ſuo *Andreæ d'Alexio* conceſſerat & ipſe quidem perſcripſerat, recenſuit & confirmauit. Quoniam verò illæ fidem facere poſſunt tributæ Procuratoribus autoritatis, & in exemplum haberi tribuendæ, vt eas hic deſcriberem (contra quam olim ſentiebam) adductus ſum; vel eo maximè, quòd apud Brullium in *Antiquitatibus Pariſinis* habeantur: illæ igitur tales ſunt.

D'Aleſſo.

In nomine Ieſu-Chriſti, Mariæ, Patris ac Geniti. Vniuerſis præſentes litteras ſeu præſens publicum inſtrumentum inſpecturis, lecturis & audituris: Nos Frater Franciſcus de Paulâ Minimorum Ordinis inſtitutor ac generalis Corrector, Salutem in Domino ſempiternam. Ordinem prædictum ad Dei laudem, gratiam & honorem nouiter inſtitutum prona mente dimetientes, illicque palmites ſalutiferos pro viribus producere cupientes & præcipuè illius Zelatoribus nos conformare ac eis fauere ex intimis anhelantes; præſertim autem ſpectabilem virum D. Andream d'Aleſſo, quoad hoc præcipuum ac intimum benefactorem noſtrum copioſum, ſimul cum venerabili vxore, pariter & liberis procreatis ac Dei gratia procreandis, participem omnium & ſingularum Miſſarum, Orationum, ieiuniorum, eleëmoſynarum, pariter & aliorum ſingulorum operum meritoriorum totius dicti Ordinis, tam Conuentus noſtri Ieſu Mariæ de Pleſſiaco Parci, quàm & cæterorum omnium Conuentuum Ordinis per vniuerſa mundi climata longè latèque conſtructorum & adificatorum, quemadmodum & cæteros fideles, cuiuſuis Ordinis procuratores, pro eodem Ordine fideliter laborantes, vltrò ſponteque de ſpeciali gratia fecimus, aggreganimus, & aſſocianimus, per præſentes quoque iterum de nouo pariformiter facimus, aggregamus & aſſociamus. Atque inſuper de zelo ac benenolentia quâ idem D. Andreas d'Aleſſo ad nos & Ordinem noſtrum prafatum geris plenißimè ac ſufficientiſsimè informati, eundem vt prius fecimus, conſtituimus, procreauimus, nominauimus & ordinauimus, per præſentes quoque iterum facimus, conſtituimus, procreamus, nominamus & ordinamus Procuratorem noſtrum ſpecialißimum tam dicti Conuentus Ieſu Mariæ de Pleſſiaco Parci propè Turones, quàm & cæterorum omnium & ſingulorum Ordinis Conuentuum per omnes Orbis cardines paſsim & vbinis erectorum, conſtructorum & adificatorum, ſeu in poſterum erigendorum, conſtruendorum & adificandorum, ratione adminiſtrationis omnium ipſorum Conuentuum & cuiuſvis illorum, generalem nuncium: Iniungentes prout iniungimus vniuerſis ac ſingulis conreligioſis & confratribus noſtris in eiſdem Conuentibus pro tempore degentibus, necnon & eorum cuilibet tam coniunctim quàm diuiſim, quatenus dum & toties quoties eundem D. Andream d'Aleſſo ad eorundem Conuentum ſeu Conuentus accedere contigerit ipſum reuerenter ac benigne ſuſcipiant: Dantes & concedentes, prout damus & concedimus dicto D. Andreæ d'Aleſſo plenam & omnimodam facultatem, poteſtatem & autoritatem omnibus & ſingulis Ordinis prafati priuilegijs, gratijs, indultis, immunitatibus & indulgentijs vnâ cum ſua venerabili vxore prædicta pariter & vtriuſque liberis procreatis & procreandis liberè, plenè & integrè fruendi, gaudendi & vtendi, ſæpeque dictos Conuentus ac eorum quemlibet poſſetenus protegendi & manutenendi; fratres inſuper ſingulos apoſtatas & gyrouagos quatuorque Ordinis vota ſeu eorum aliquod (quod abſit) violantes ac infringentes, & extra Conuentuum ſepta abſque Superiorum Ordinis licentia hinc inde ſine habitu vel aliàs diſcurrentes & vagantes ad tempus licitè capiendi & detinendi, ſeu etiam capi ac detineri faciendi & ad eorum Conuentus apud ipſorum Superiores illos poſtmodum reducendi ſeu reduci faciendi: quascunque etiam loca pro nobis ac ordine prafato nomine noſtro ſumendi conſtruendi, ſeu etiam ſumi, conſtrui & adificari faciendi, bonaque omnia & ſingula commoda dicti Ordinis vbinis proſequendi & pro nobis ac Conuentibus prædictis, & eorum quolibet nomine noſtro procurandi, atque tam in Eccleſiaſtica quàm in ſæculari Curia

Digitized by Google

1509. *paſsim defendendi, ac pro eiſdem Conuentibus & eorum quolibet appellandi, quouis etiam* 1509.
neceſſaria iam per cæteros Ordinis eiuſdem procuratores appellata proſequendi ac incommodis reſiſtendi, & (ſi opus fuerit) veſtram opem, conſilium & fauorem præſtandi, & generaliter omnia alia & ſingula faciendi, gerendi & exercendi circa ea ac neceſſaria & opportuna quæ & nos faceremus ac facere poſſemus, etiamſi mandatum ſpecialius exigatur, ratum & gratum habentes ac fide media habere promittentes totum id ac quicquid per ſæpedictum procuratorem noſtrum D. videlicet Andream d'Aleſſo actum fuerit in præmiſſis, quomodolibet extiterit geſtum & contra non venire aliquatenus in futurum. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium ſeu robur perpetuum præſentes litteras ſeu præſens publicum inſtrumentum per fratrem noſtrum ſubſcriptum in hanc formam redigi, inſcribi & ſignari, ſigillique noſtri aſſueti iuſſimus, fecimus & mandauimus appenſione muniri. Datum in ſupradicto Conuentu noſtro de Ieſu Maria prope Pleſſiacum Parci extra muros Turonenſes conſtructo & ædificato ſub anno gratiæ M. D. III. *more gallicano computando, die* XXVIII. *menſis Decembris.* Et ſignatum *F. Binet, &c.* atque iterum, *Nos inſuper Frater Franciſcus Binet huiuſmodi pradicti Ordinis generalis Corrector modernus, omnia præinſerta confirmamus.* Et ſignatum *Binet.*

Procurationes aliæ ibſer.

4. Quando autem hæ iam litteræ in lucem productæ ſunt, non erit abs re, alias eiuſdem argumenti dare quæ nuper in manus noſtras peruenerunt. Non vacabit operæ ſuæ fructu æquus Lector ſi ſingula perpendere voluerit quæ continent.

In Ieſu Chriſti nomine.

Nouerint vniuerſi præſens publicum inſtrumentum inſpecturi, lecturi & audituri, quòd vos F. Franciſcus de Paula *Minimorum Ordinis humilis Inſtitutor, necnon Generalis Corrector immeritus, pleniſſimè confiſi de morum probitate, legalitate, fidelitate, bonitate, nobilitate, ac honeſtate in Chriſto fideliſſimorum, deuotiſſimorum, prudentiſſimorum, eloquentiſſimorum, nobiliſſimorumque virorum, videlicet,* Petri Briçonet, *Mag.* Ioannis de Boyer, Henrici Boyer, Ioannis de la Ruë, *& Mag.* Stephani Binet, Iacobi de Beaune, Thomæ Boyer, Franciſci Briçonnet *cum duobus eius fratribus, deuotionis ipſorum omnium conſiderantes affectum, noſtros ſpecialiſſimos Procuratores illos vltrò creauimus, fecimus, ordinauimus, eligimus ac ſubſtituimus, & per præſentes eoſdem iterùm de nouo creamus, facimus, ordinamus, eligimus ac ſubſtituimus, ac ſubſtituendo confirmamus: ipſis omnibus ac ſingulis, intra ciuitatis Turonenſis locique Ieſu Mariæ circumadiacentia ſepta coniunctim, extra verò cuilibet ipſorum in ſolidum, omnimodam concedentes poteſtatem ſeu fauorem & vtilitatem fideliſſimi noſtri prafati Ordinis Procuratoribus per priuilegia ſua ſeu aliàs quomodocunque conceſſam ac indultam, imprimis verò & antè omnia quatuor vota ſeu illa concernentia poſſetenus fauoriſandi, roborandi ac manutenendi: omnes etiam & ſingulos dicti noſtri almifici Ordinis ſuperiores in omnibus ac ſingulis quibuſvis Ordinu decorem & permanentiam, præfatorum quoque quatuor votorum noſtrorum manutentionem, quomodolibet ſpectantibus, quoties opus fuerit, opitulandi ac defendendi, &c. quacunque etiam loca pro nobis ac noſtro ordine nomine noſtro ſumendi, acceptandi, conſtruendi, erigendi & adificandi, ſeu etiam conſtrui, erigi & adificari faciendi, & in omnibus ac per omnia eadem ſecum poſſe fauoriſandi ſeu fauoriſari faciendi: ſingulis item gratiis, immunitatibus & indulgentiis quibuſcunque fidelibus noſtri prafati Ordinis procuratoribus per priuilegia, ſeu aliàs quomodolibet conceſſis ac in poſterum concedendis, vnà cum venerabilibus eorundem vxoribus, ſcilicet cum eorum liberis & ſubſtitutis, plenè & integrè gaudendi, fruendi & vtendi: in omnibus etiam myſterijs diuinis, orationibus, & Miſſis, ieiunijs ac vigiliis, cæteriſque quibuſvis ſuffragijs & bonis per Ordinem vniuerſum à cunctis fratribus noſtris in perpetuum Dei opitulatione fiendis, ſpecialiſſimè participandi & communicandi: bona denique omnia & ſingula tam mobilia quàm immobilia quibuſvis locorum noſtrorum Eccleſiæ ac fratribus in & pro Chriſti nomine, piè, iuxta Regulæ tenorem, poſtulandi, procurandi ac largiendi, ſeu etiam poſtulari, procurari & largiri faciendi, & eoſdem quoties opus extiterit vendendi ac commutandi, nec non & alia de Conuentus ſcientia, iuxta prefata Regulæ formam, emendi & acceptandi, ad decorem & vtilitatem dictorum noſtrorum locorum erectorum & erigendorum, ſicuti pro tempore ſecundum Deum Regulamque noſtram ſapedictam viſum fuerit expedire. In quorum omnium teſtimonium ſeu robur perpetuum dicti officij noſtri ſigillum præſentibus duximus appenendum.*

Briçonet. Boyer. Dela Rue. De Beaune.

Digitized by Google

1509. *apponendum. Datum in Conuentu noſtro* Ieſu Mariæ de Pleſſiaco *propè* Turones *an.* 1509.
Dominicæ Incar. M. D. I. *die verò* VII. *menſis Martij, &c.*

Buinet. Guillaumt. Bretõn. Mariette.

Dilectis ſibi in Chriſto Ieſu Ludouico Buinet, Ioannis Guillaume, Petro & Iacobo Bretons, *vnâ cum* Guillermo Mariette, *cum vxoribus & liberis eorum vtriuſque ſexus & Beatis Ieſu Mariæ.* F. Franciſcus de Paula *ſacri Ordinis* Minimorum *Generalis Corrector: Salutem in Domino ac bonis perfrui ſempiternis.*

Feruidum deuotionis affectus, quem ad Ordinem noſtrum gerentis; exigentia digna requirit, vt quia in temporalibus non poſſumus vicem veſtræ charitati rependere, in ſpiritualibus tamen, quantùm nobis autore Deo ſuppetit, prout que in noſtris apud Deum peropramus deſideriis, veſtra beneficia gratitudinis debitis compenſemus. Quapropter in Procuratores noſtros creamus, ordinamus, conſtituimus, & quemlibet veſtrum ad confraternitatem noſtram recipio; in vita pariter & in morte, plenam & ſpecialem participationem omnium charismatum & operum meritoriorum, videlicet, Miſſarum, Orationum, diuinorum Officiorum, Prædicationum, ieiuniorum, diſciplinarum, cæterorumque bonorum ſpiritualium, tenore præſentium, gratioſè conferendo, quæ per fratres mihi ſubditos, commiſſos, oblatos, necnon fratres & ſorores de Pœnitentia fieri dederit autor omnium bonorum Deus filius, vt multiplici ſuffragiorum adiuti præſidio & hic augmentum gratiæ & in futuro mereamini vitæ æternæ præmia poſſidere: Inſuper quoad vixeritis ſingulis Quadrageſimæ & aliis cuiuſlibet anni Stationum temporibus, aliquam noſtrarum Eccleſiam, in quibus vos protempore fore contigerit, & ibi antè illius altare maiùs quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam deuotè dicendo, omnes & ſingulas Indulgentias conſequamini & conſequi poſſitis quas conſequuntur viſitantes Eccleſias Stationum Vrbis & extra illius muros temporibus huiuſmodi; quas conſequeremini & conſequi poſſetis ſi dictas Eccleſias Stationum Vrbis eiſdem temporibus perſonaliter viſitaretis: vobis etiam liceat in domibus veſtris vel vbicunque locorum altare portatile habere, ſuper quo Miſſas celebrare aut celebrari facere poſſitis cum debita reuerentia & honore, cùm per Summum Pontificem vobis conceſſum ſit: vobis iure procurationis volens vt dum obtum veſter (quem Deus in longum ad bonorum operum lucroſa exercitia protrahere dignetur) denuncietur fratribus, fiant orationes quemadmodum pro præcipuis benefactoribus in noſtro Ordine hactenus laudabiliter fieri conſuetum eſt. In cuius conceſſionis teſtimonium ſigillum præfati officij noſtri duximus præſentibus apponendum. Datum anno Incarnationis Dominicæ M. D. III. *die* XXIIII. *Martij, &c.*

In Ieſu Maria.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, lecturis & audituris: F. Franciſcus de Paula *Minimorum Ordinis humilis erector ac Generalis Corrector, poſt humiles in Chriſto ſalutes.*

Notum humiliter facimus quod nos ſupra memorati ſufficientiſſimè conſiſi de morum probitate, fidelitate, bonitate, benignitate, ac vitæ honeſtate, nobis in Chriſto dilectiſſimi, fideliſſimi, deuotiſſimi, prudentiſſimique Viri D. videlicet, Ludouici Buignet *ciuis Aurelianenſis, feruidum deuotionis ipſius conſiderantes affectum, noſtrum ſpecialem Procuratorem illum vltrò creamus & facimus, conſtituimus, eligimus ac ordinamus, & ordinando confirmamus, omnimodam dantes ipſi & concedentes; prout etiam nunc damus & concedimus, facultatem & autoritatem fideliſſimis noſtri Ordinis Procuratoribus per priuilegia ſeu alias quomodocunque conceſſam, &c.* cum iiſdem ferè clauſulis ac ſupra in Procuratione facta Petro Briçonet & aliis. *Datum in Conuentu noſtro de Ieſu Maria vulgariter nuncupato propè & extra muros Turonum iuxtaque Pleſſiacum Pireti ſtatuto, anno gratiæ* M. D. IIII. *die verò* VII. *menſis Septembris.*

Buignet.

Et has quidem & Binetus ex parte ſcripſit & pro ſua etiam autoritate, ſicut ſuperiores, confirmauit.

Priuileg. Apoſtolicũ.

5. Ita *Binetus* in omnem partem intentus nihil omittit quo boni paſtoris munus impleat, ſed præclara quæque, nec dubium quin plurima (quod ab initio querebamur) nos lateant. Certè hoc anno Apoſtolicum Reſcriptum impetrauit in gratiam Conuentus Sororum apud *Aſtygim*. Nobil. vir. *Andreas de Medina*, vt habet Pontificium diploma, quaſdam domos in ſuburbiis Oppidi S. *Mariæ, Aſtygiæ, Hiſpalenſis* Diœceſis, pro conſtruenda inibi domo ſeu Monaſte-

Aſtyg. Hiſpalenſ. Dioeceſ.

1509. rio ſub inuocatione *Ieſu Mariæ*, pro perpetuis vſu & habitatione Sororum ipſius Ordinis, conceſſerat. Sed, cùm domus illæ ac prædia non diſtarent per centum quadraginta cannas ab æde PP. Carmelitarum, illiſque per priuilegia *Martis Magni* fuiſſet indultum ne qui propiùs quàm illo ſpatio ædibus ſuis ſe coniungerent, noſtrorum initiis & nouæ domus ædificationi obſtiterant. Qua de re cùm *Binetus* ad Pontificem retuliſſet, in vniuerſum conceſſit vt eo interuallo non ſeruato & *Aſtygitana* domus & aliæ vbicunque locorum poſſent conſtitui. Pontificis Bulla incipit, *Pijs & honeſtis deſideriis, &c.* inſcripta *Bineto Generali* & data die xi. Iunij. Quæ verò de *Aſtygitana* Sororum Conuentu, & *Andreæ de Medina* fundatore dicuntur, ea nullo poſſum alio quàm huius diplomatis argumento confirmare, imò nec probare, nulla enim apud Hiſpanos illius memoria reperitur. Et certè neſcio ſi exciderit aut ſucceſſum deinceps non
1506. habuerit. Virorum in hoc ipſo oppido Cœnobium ab anno 1506. fuiſſe conſtructum antehac meminimus, ſed hoc ad illud de quo nunc dicimus nihil facit. 1510.

An. M. D. X.

1510. Conuentus Cordubæ.

1. TRanſgreſſus in *Hiſpaniam* viſitationis gratiâ *Binetus*, non imparia geſtis per *Italiam & Galliam* præſtitit. Sed ad felicitatis cumulum acceſſit quod primo ingreſſu Conuentum *Cordubenſem* in acceptum retulit, vltrò deferente Ciuico Magiſtratu, quem Ordini perſpecta in noſtris vitæ ſanctitas, & *R. P. Ferdinandi Panduri* pro tempore Prouincialis, diligentia & ſedulitas, conciliauerat. Erat ad Occidentem *Cordubæ* regio ſuburbana, cui vulgò nomen *Cuteclara*, celebri olim fœminarum Aſcaterio nobilis, titulo *Noſtra Domina de Cuteclara*, ſed longè nobilior martyrum ſanguine, qui *Mauris* inuadentibus Chriſtum profeſſi fuerant eoque loco trucidati, quos inter, *Adulphus* & *Ioannes* fratres, cum *Aurea* ſorore, atque matre *Artemia*; *Flora* etiam & *Maria* Virgines, quorum quidem omnium Acta *S. Eulogius* ſtylo verè Chriſtiano multipliciter celebrauit, & Eccleſia in tabulas præter *Artemiam* ſuo quemque die retulit, harum verò corpora ibidem ſepulta ſeu dimiſſa loco inſuper ſanctitudinem contulerunt. Etſi verò pro tempore non eſt dirutum Monaſterium, paulatim tamen Chriſtianis ſe Maurorum dominatui ſubducentibus & ipſum deſertum in vaſtitatem ruinamque decidit, hortis tota illa regione conſtitutis, à quibus poſteâ nomen Oratorio, quod ad hunc annum, expulſis *Mauris*, Chriſtiani ſub inuocatione *S. Mariæ*, ſeu *N. D. ab hortis*, deuotè coluerunt. Nunc verò demùm noſtris in illud ciuium Cordubenſium beneficio introductis ad diem xviii. men-

De Cordoua Panduro.

Cuteclara.

Martyrol. Rom. 19. Iul. 27. Sept. & 24. Nouemb.

ſis Februarij, aucta, quod illi maximè cupiebant, loci religio, & deflexo aliquantùm nomine, deinceps vt *Noſtra Domina de Victoriâ* diceretur, obtinuit. Copioſas incolæ eleëmoſynas liberali manu in opus erogauerunt, quod proinde, ſucceſſu temporis, magnificum ſplendidumque prodiit, quale ad hæc viſitur. Hiſpani qui viderunt etiam mirabile perhibent prorſuſque ſingulare, nec modò Eccleſiam, ſed Clauſtrum, Noſocomium reliquaſque partes omnes miri operis eſſe prædicant. Habent inſuper ad muros veteris *Corduba* anguſtum quoddam Oratorium *S. Crucis de Vallibus* nomine, domeſticis ſumptibus cum attinente domo ædificatum in prædio quod Nobil. *D. Chriſtophorus ab Angulo & Corduba*, & Illuſt. D. *Ioanna Poncia Legionenſis* eius conſors, Marchiones *Prieguenſes*, è proſapiâ Ducum *Sueſſanorum* & *Arcenſiũ*, illis donauerãt. Donationis cauſa fuit quòd cùm ipſi altare maius Cœnobij extruxiſſent, & ad illud cõditorium effodiſſent vnis ſibi & filiæ ſoli deſtinatum & reſeruatum, quod ex eo noſtri poterant incommodum accipere ſubleuarent: nec vnum illud fuit quod contulerunt, ſed in ipſâ etiam vrbe poſſeſſiones alias bonaque conceſſerunt. Illi autem Oratorio nomen factum, ab imagine ſanctiſſimi Crucifixi quæ piis fidelium votis colitur, & ad quam noſtri ſingulis Dominicis feſtiſque diebus Miſſas frequentant. Sacella duo ſunt maiori collateralia quorum vnius Fundatrix D. *Ioanna de Gamboa* conſors, V. C. D. *Ioannis de Ferdinandez de Cacres*: alterius

Angulo y Cordoua. Ponce de Leon. Prieg. Seſſa y Aruas.

De Gamboa. De Caceres.

Digitized by Google

1510. alterius verò *D. Ioanna Cortes*, quarum pietas non debuit nos illaudatâ præterire. At verò priusquàm digrediamur aliquam claræ alioquin vrbis notitiam damus. *Cordubæ*, quæ olim *Colonia Patricia* cognominata est, ad radices *Mariannorum montium* in ripâ *Bætis* fluuij, quem veteres *Cirtium* & *Tartessum* dixerunt, posita est, in ipso *Baticæ* Prouinciæ seu *Vandalitiæ* (quæ nunc *Andalazia* est) meditullio, vt propterea Ioanni Gerundensi Episcopo *Corduba* quasi *Cor Bætis* dicta videatur, & certè media inter *Hispalim* & *Granatam* constituta est, & hodie præter innumera bona quibus abundat, fertilissimis agris, hortis amœnissimis, & saluberrimis aquis beata est, quæ Ambrosius Morales singulari elogio, quod in eius Vrbis laudem scripsit, eleganter & copiosè complexus est: Sedes olim regia *Gothis* & *Mauris* imperantibus, etiamnùm Episcopali dignitate inclyta sub *Hispalensi* metropoli, quam *R. D. Ioannes Deza*, cùm illuc nostri venerunt, obtinebat. Is apud suos pietatis & doctrinæ merito illustris, quod solent magnæ animæ, nostros iisdem nominibus charos commendatosque habuit, ac multis propterea gratiis prosequutus est.

Cortes. *Cordoua.* *Sierra Morena.* *Guadalquiuir.* *Andalazia.*

1510.

De Cordubâ olim canebat Silius Italicus

Non decus aurifera cessauit Corduba *terra.*

Sed nuper longè aliam illi laudem fecit Tribaldus in Epæneti Iberios, hoc carmine

Dolia cæburnatis operatur Cordubâ *messis.*

Hæc autem ad institutum nostrum plus satis.

2. At verò quantùm gaudij res apud *Cordobam* feliciter gestæ Hispanis nostris attulerunt, tantùm doloris incussit obitus *R. P. Ioannis Abundanty Galli*, qui magna sanctitate *Hispaniam* illustrauit, ex quo, inter primos qui illuc venerunt, à B. Patre missus est, & aliis mirabili exemplo præiuit iam antè Hispaniarum Prouincialis electus, eoque officio secundùm perfunctus, Monialium nostri Ordinis apud *Illiturgim* director institutus est, quod munus illi B. Pater ab anno 1505. detulit, vt qui de singulari eius virtute probè conscius & penè certus esset; nec verò eum fefellit sua opinio, *Abundantius* enim illud monasterium tam sanctè informauit, vt non videretur esse

Abundantio. *Illiturgim.*

Obit. P. Abúdantij.

1505.

— *in toto sanctior orbe locus:*

eoque illius sanctitas peruasit vt miraculis, prophetico spiritu, sanitatum gratiâ, & si quid est huiusmodi palàm inclaruerit, quæ nostri copiosiùs in Actis eius recensuerunt. Obijt autem apud *Turriculas in Castellâ* supra *Toletum* in Septentrionem, oppidum palatio Ducum *Maqueda*norum celebre, cùm illuc venisset causâ rerum monasterij quod administrabat, illatus in sepulchrum ipsorum Ducum, (tanta sanctitatis apud omnes fama percrebuerat) vbi ad annum 1525. quieuit, quo demùm tempore *R. P. Ioannes de Bosco*, & ipse Gallus Hispaniarum Prouincialis, vt in Conuentum nostrum Toletanum transferretur, & sub altari maiori conderetur, procurauit. Ex quo refellendi veniunt qui nostrum *Abundantium* alterum esse ex martyribus *Gaditanis*, seu *colonia*, vt cum veteribus loquamur *Accitana*, opinantur. Nos qui eius Acta per Chronici breuitatem describere non possumus, ea saltem breui Elogio colligemus.

Turijs. De Maqueda.

1525.

Omnibi.

R. P. IOANNES ABVNDANTIVS
SINCERVM GALLICÆ NOBILITATIS GERMEN,
ORDINEM SVVM MINIMORVM,
IN HISPANIA INTER PRIMOS EXCOLVIT.
INNOCENTIA VITÆ, MORVM SVAVITATE
APVD OMNES GRATIOSVS.
VIRTVTVM FAMA, MIRACVLORVM GLORIA
SVPRA OMNES CONSPICVVS.
HVMILITATE, PATIENTIA, CORPORIS MACERATIONE
SVPRA SEIPSVM MIRABILIS.

1510. SANCTORVM DOCTRINA, PROPHETICO SPIRITV AD SINGVLORVM SALVTEM VTILIS. ITAQVE DIVINITATIS INSTINCTV A B. PATRE DELECTVS PRIMAS ORDINIS MONIALES EMINENTI ET SOLIDO AD PIETATEM SPIRITV ALTE IMBIBIT. (QVICVM EIVS MEMORIA HODIE PERSEVERAT) ET SVA ETIAM MORTE CONSECRAVIT. APVD TVRRICVLAS TOLETANAS AN. M.D.X. 1510.

Et & in Celtiberiâ *Turjas* oppidum, Latinè *Turregij* dictum, Hispanicis locis quatuor à *Bilbili* distans, quod nomen & huic nostro esse potest, significationem tamen vocis sequenti *Turriculae* dicimus. *Barcelona.*

Bineti reditus in Gallam.

3. *Binetus* rediens ex *Hispaniâ*, *Barcinone* (vt videtur) in *Galliam* soluit, quod dum in mora erat, magnam ciuium benignitatem expertus incidit in virum optimum & nobilem, militum ductorem, qui præter cæteros prolixâ *Binetum* liberalitate complexus est, atque ab eo in Ordinem effectus propensior, locum, in quem nostri inducerentur, obtulit. Sed cùm pleraque incurrissent, quæ non poterant ex tempore componi, soluendique tempus instaret, accepit quidem *Binetus* gratamque habuit offerentis voluntatem, amplius tamen deliberandum ratus, vt ad generalem Conuentum eâ de re posset referre impetrauit, nam propè erat vt *Casarodunis Turonum* haberetur; nec verbo *Binetum* defuit, & Patrem sententiâ eius negotij prouidentia in Generalem eligendum reiecta est. Deinceps verò quem successum habuerit haud planè certi sumus. Primùm enim nostros, in angustum quoddam Oratorium seu Eremitorium ad radices *Montis-Iouis* & maris littus, introductos, atque inde in domum vulgo dictam *la Rambla* ad eundem montem longiùs à mari transisse, moxque in priorem habitationem remigrasse, atque aliquando *S. Bertrandi* Oratorium foris ciuitatem incoluisse Hispanorum Annales docent, sed neque tempus exprimunt, nec satis distinctè de iis locis loquuntur: poteramus certè de his rebus certiores fieri cùm apud *Barcinonem* moram traheremus, sed ne leuis quidem scribendi de rebus Ordinis cogitatio animo fuerat obuersata. De Conuentu igitur *Barcinonensi* non plura impræsentiarum.

Barcinone domus oblata.

Turr.

Montiuy. La Rambla.

Conuentus oblati.

4. Eadem fuit de Conuentu *Papiensi* & *Dertonensi* habita deliberatio, eadem definitio, dispar tamen vtriusque conditio. In irritum enim *Dertonensis*, seu vt nunc loquuntur, *Tortonensis*, seu *Terdonensis* cecidit, *Papiensis* cum tempore successum habuit Et quidem in Generalibus Comitijs apud *Tholosam* celebratis an. 1514. iterùm de *Terdonensi* actum est, propositaque spectabili viro D. *Ioanni Baptistæ de Turquijs* (sic legunt M. SS.) conditio, quâ eius fundatio acciperetur, sed quid rei posthac interuenerit nescimus, certi tantùm *Dertonæ* nunquam monasterium fuisse constitutum. Vt aliquod tamen eius vrbis iudicium faciamus postulat quæ recurret de *Terdonensi* Episcopo mentio facienda. *Dertona*, vt à veteribus dicta est, *Ligurie* seu *Aemiliæ* vrbs est Episcopalis, sub spiritali & temporali *Mediolanensium* ditione, inter *Ticinum* & *Genuam*, ad *Iriam* fluuiũ non longè decurrentem. *Terdona* nunc audit à tribus (si fas est credere) donis, hoc est miraculis eius vrbis, nempè saxi oleum abundanter emittentis, fontis in Natali S. Ioannis Baptistæ quotannis largissimè profluentis, panis qui sectus sanguinem stillauerat paulò ante quàm nobiles aliquot viri mortem essent oppetituri. Et de his quidem satagebant Genuenses.

Tortona.

1514.

De Turquijs.

La Scrivia.

Conuentus Consentiæ.

5. Illam *Genuensium* nostrorum in Ordine propagando voluntatem imitati *Calabri*, in eo fuerunt feliciores, quod effectus ad voluntatem accesserint. Initium Ordini factum erat in Diœcesi *Consentinensi*, *Paulano* primùm atque mox *Paternensi* Cœnobio instituto, & quanquam ab illo tempore *Consentinensium* ciuium studia non parùm in nostros accensa fuissent, nondum tamen (quod vtrisque in votis fuerat) vt in Vrbem transgrederentur, effici potuerat. Extractum in plures annos incertisque de causis consilium reditu *R. P. Bernardini à Crupulato* tandem coaluit, cùm scilicet plaudente Senatu Populoque, ad diem

A Crupulato.

XIIII.

1510. XIIII. menſis Octobris, in vetus quoddam Oratorium, ab Eremitis olim habitatum, & *B. Virginis Lauretanæ* nomini ſacrum, noſtri ſubierunt, vbi iacta ſplendidi & luculenti ædificij fundamenta ciuium beneficio in iuſtam aliquando magnitudinem euaſerunt, vt nulli per Italiam (ſi Montoiæ credimus) aut incolarum numero, aut rerum copia videri poſſit inferius. Et quidem *Conſentia* Brutiorum Metropolis & Archiepiſcopalis Sedes, feraci agro & maris vicinitate percommoda noſtro vitæ inſtituto, ſita eſt ad decliuitatem penè *Apennini*, colles amplectens ſeptem, hinc à *Buſento* flumine illinc à *Crathi* alluitur, de cuius laudibus multa ſcripſit Hieronymus Marafiotius de antiquit. Calabriæ libro quarto. Inſtituti apud noſtros tres Lectores Theologi, vt doctrinæ laudem, quâ Conſentini præcipuè commendantur, in eâ Prouinciâ ſuſtineant. 1511.

Conſenza

Buſento. Crathi.

Conu. in Germ. oblatus.

6. Germani ſuis etiam partibus non defuerunt, qui progreſſu in *Bohemiâ* facto, de nouo Conuentu ad Capitulum Generale in alterum annum celebrato, retulerunt, quem prius à Generali recognoſcendum quàm acciperetur Patres decreuerunt.

Priuilegiâ Pontif. recog. ab Epiſcopo Ambian.

7. Digna porrò eſt quæ huic anno finem faciat noſtris irrogata per D. Ambianenſem Epiſcopum gratia, quæ non poteſt melius quàm ſuis verbis explicari.

FRANCISCVS DE HALEVVIN *Dei & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Ambianenſis Epiſcopus.*

Omnibus Chriſti fidelibus, Decanis & Curatis in noſtra Diœceſi conſtitutis: Salutem. Notum facimus, quòd viſis litteris Apoſtolicis à Papa Iulio II. & eius anteceſſoribus datis & conceſſis Fratribus & Religioſis Ordinis Minimorum Fratris Franciſci de Paula pro nunc & pro tempore exiſtentibus, vti & licitè gaudere habeant dictis Priuilegiis. Nos conſiderantes deuotionem Summorum Pontificum erga dictos fratres ex vna, & vt melius obſeruetur religionis ingum & manutentio ex altera partibus, approbamus, priuilegia ipſa ac confirmamus, dantes licentiam & facultatem dictis Fratribus Minimis in noſtra Diœceſi conſtitutis ſuis priuilegiis vtendi & fruendi plenè & integrè, & quod de cætero vti, frui & gaudere valeant perpetuis futuris temporibus. Omnibus inſuper Chriſti fidelibus in dictorum fratrum monaſteriis de bonis ſuis eleëmoſynam largientibus pro qualibet vice quadraginta dies Indulgentiarum auctoritate noſtra concedimus. Datum Ambiani ſub ſigillo Camera noſtræ anno à virginali partu 1510. *die verò* VIII. *menſis Aprilis poſt Paſcha more Gallicorum.*

Indulgentia pro largientibus eleëmoſynam.

Paſcha fuit 31. Mart.

Itanimirùm conuenit Eccleſiarum prælatos Religionem plantare & fouere, vt loquitur *Honorius* IV. Reſcripto, ad Epiſcopum Pariſienſem pro Fratribus Minoribus an. 1225.

An. M. D. XI.

1. INdictus erat *Cæſarodunum* totius Ordinis Conuentus, in Cœnobio noſtro ad ſaltum *Pleſſiaci* celebrandus, quod *Binetî* voluntate factum ſit an Patrum deliberatione neſcimus, cùm in Actis præcedentis Capituli nulla eius rei mentio habeatur. Vt vt ſit, frequentes ab omnibus Prouinciis (præter *Romanam*) Patres conuenerunt, cœperuntque ad diem XXIX. menſis Maij conſcdere. Is erat Dominicæ Aſcenſionis anniuerſariâ celebritate ſolemnis, in quem Generalis Antiſtitis eligendi gratiâ conuenire ſingulos Prouinciales eorumque Collegas ac duos præterea Commiſſos è quauis Prouinciâ, Regulares Ordinis ſanctiones inſtituunt. Eum verò diem, dùm ambigua res videbatur, non electioni præſtitutum, ſed aperiendæ Congregationi, qui tum fuerunt intellexiſſe videntur, quod hac tantùm vice obtinuit. Electio in diem 11. alterius menſis protracta eſt, vt ad diem Dominicum, qui primus erat menſis Iunij, iniretur conuenerat quidem à principio, ſed certis demùm ex cauſis quas Acta non explicant, in ſequentem diem remiſſa eſt. Quod priuſquàm fieret, ſuffecti ſunt ex communi ſententia qui abſentium vices ſupplerent eorumque loco ſuffragarentur. Et hoc vbi conſtitit, è veſtigio precibus recitatis ſuffragia con- 1511. Capitulum Gener. II.

Digitized by Google

1511. III. Generalis. tulerunt omnes, quæ in virum optimum (quod Deus fortunet) inciderunt, *Germanum* inquam *Lionetum* Gallum, antè tres annos *Franciæ* Prouincialem, ex quo scilicet ex *Hispaniâ* in *Gallum* redierat, cùm proximè in ipsâ *Hispaniâ* Prouincialem egisset. *R. P. Hieronymus de Ponte* Prouincialis *Genuensis*, tum etiam *R. P. Hugo de Sappo* Prouincialis *Franciæ*, aliquot in ea electione suffragia nacti sunt, electo quidem adeoque ipsi dignitati non impares, sed votorum prærogatiua *Lioneto* cessit, quem eo ipso, nullâque insuper confirmatione desideratâ vel expectatâ, in Superiorem haberi suoque officio fungi Patres voluerunt, eandémque legem ad reliquos deinceps pertinere. Mox autem postulantibus *Italis* vt Vigilem sibi habere liceret qui toti præficeretur Nationi, quod Regula permittit, assensum est, & in continenti secutâ electione *R. P Hieronymus de Ponte* Prouincialis *Genuensis*, Vigil *Italiæ* renunciatus est, cui postmodùm & sui Collegæ dati, & quidem potestas ei facta est in omnes prorsus *Italiæ* Conuentus singulasque Prouincias, excepto *Romano Sanctissimæ Trinitatis* monasterio, quam tamen exceptionem haud amplius explicant, non significantes cui subiiceretur, non potest tamen alia ratio videri cur ab *Italo* subtraheretur, quam quòd *Gallicanæ* Nationi addictum esset. Id verò expressè habent Acta Capituli *Tholosani* ad tres hinc annos, quare & *Romani* Prouincialis nomen simul extinctum atque exortum est, *Neapolitani* nomine deinceps substituto. Quod autem electus ille sit in Vigilem factum singulare est, neque enim aut in primo Capitulo quiquam institutiaut deinceps alij extiterunt. Quod igitur Regula meminit Vigilum, non necessitatem imponit eorum eligendorum, sed regiminis formam præscribit, quæ possit à Capitulo Generali, si videbitur expedire, in vsum moremque induci, vt sapientissimè *R. P. Binetus* ad Gallorum dubia exposuit. Ij autem respondent Custodibus apud Minores, iusque habent in aliquot Prouincias aut vniuersam Nationem prout constitutum à Capitulo fuerit, & certè quin satius esset illos quàm Vicarios Generales (quod nunc solet in *Italiâ* & *Hispaniâ* fieri) Prouinciis præfici, rerum potest experientia demonstrare. *Lionetus* in crastinum sibi in officio Collegas eligi prouidit, qui omnes Galli fuerunt, nempè *R. P. Matthæus Michel*, ex antiquo Collega; *R. P. Claudius Denisson*, ex Correctore *Turonensi*; *R. P. Ioannes Thalamonus*, ex Correctore *Nigeonensi*. Acta eius Capituli edita alterius Collegæ, nempè *Claudij Denisson*, non meminerunt, quem M. SS. constanter præferunt, illa tamen electum Correctorem *Turonensem* in Collegam n. 49. significant. Eius autem nominis *Stephanum Denisson*, in Catalogo Correctorum Bracaurienſium eidem domo præfuisse octies, inuenio. In alterum diem de Zeloso seu Procuratore Generali eligendo consultatum est, cumque Regula libertatem faciat plurium eligendorum, duos impræsentiarum eligere oportere visum est, Italis vt ita fieret instantibus, procedente igitur electione, *R. P. Franciscus Binetus* magnâ omnium consensione, & ob singularem in rebus gerendis experientiam atque prudentiam, ei muneri præfectus est, atque ab eo, *R. P. Ioannes Baptista Genuensis* collatis suffragiis delectus est in eiusdem officij consortium, sed cum per eius absentiam atque *R. P. Hieronymi de Ponte*, non mediocre damnum Conuentus Genuensis capere posse videretur, reclamante ipso *P. Pontano* in Vigilem electo & omnibus assentientibus, accedente etiam spontaneâ electi abdicatione, irritata electio est, omniumque Ordinis rerum prouidentia vni *Bineto* commissa. In eo autem Capitulo, præclara multa de communi consilio & assensu Patrum definita sunt, sed in singula inquirere causasque illorum perueſtigare non Chronici, sed Annalium opus est, in quibus singularum rerum momenta debent produci & perpendi; non possum tamen quin vnum aut alterum caput in speciem commemorem. Zelosa facta tanta est autoritas, vt ne Generalem quidem eo inconsulto aggredi quidquam, aut peragere apud Sedem Apostolicam posse decreuerint: liberam præterea illi potestatem fecerint quem vellet socium cooptandi, quem eo ipso ab omni aliorum Superiorum, præterquam Generalis, obedientiâ eximebant: edixerint insuper, vt singulis quibusque trienniis generalem Congregationem adiret, ne tamen à Generali

1511. *Lionet.*

De Ponte. *De Sappo.*

Vigil.

Collegæ. *Michel.* *Denisson.* *Thalamonus.*

Procurator Gener. II. *Binet.* *A Ponte.*

1511. nerali per ſuam abſentiam in Vicarium inſtitui poſſet prohibuerunt. Vt die Iouis ſancto in Cœna Domini, omnes etiam Sacerdotes, exemplo Chriſti & Apoſtolorum, ab vnius Superioris manu ſacra myſteria participarent & acciperent, ſtatuerunt, quod intelligendum eſt fieri debere nudis pedibus & cingulo de collo pendente, cum talem eſſe Ordinis conſuetudinem in Proceſſu apud Turones inſtituto ſuper vita & miraculis B. Patris duobus ab hinc annis, *R. P. Leonardus Barbierus* media fide iuramentoque perhibuerit. Sed illa ſufficiant, hoc facit ad hiſtoriam propius quòd *R. D. Ioannes Deza, Cordubenſis* Epiſcopus ad Patres ſcripſerit, ne quartam funeralium Cathedrali Eccleſiæ Capitulo vellent perſoluere, quam controuerſiam pacificè vt componerent ſtuduerunt, credo, dum vtrique de eo iure inter ſe contendunt eius gratiam noſtris ad ſupplices eorum preces factam fuiſſe, quam demùm vniuerſim à S. A. impetrarunt. Facit & ad inſtitutum noſtrũ quæ diſceptata eſt nouorum Contentuum acceptatio, ſed de illis dicere præoccupauimus. Actum etiam de cæremoniis, quæ à B. Patre inſtitutæ fuerant, eaſque pro tempore obſeruari placuit, quod & in aliis poſteà Capitulis factum, atque ita de tempore in tempus protractum, vt illæ nunquam probatæ videantur. Denique indicto *Teloſam* in triennium Capitulo, Comitia hæc in pace ſoluta ſunt. Non poſſum autem quin Actorum quæ edita ſunt deprauationem, mutilationem, inuerſionem poſt omnia conquerar, vt qui illis legendis vacant non facilè ſibi patiantur imponi, eorumque emendationem aut (ſi per Superiores licet) pollicear, aut aliis quibus integrum erit conquiſitis M. SS. perſuadeam. Meminerunt ſæpiùs tùm hæc, tùm alia Generalium Capitulorum Acta Indulgentiarum quæ dictorum Capitulorum causâ per Summos Pontifices fierent, ſed quales illæ ab eo tempore fuerint, aut quæ ex hoc conceſſæ ſint, non poſſumus vel coniecturâ (quod dolendum eſt) aſſequi, neque enim dubito, quin ex illis Summorum Pontificum in noſtros beneuolentia beneficentiaque maximoperè, vt erant illa tempora, elucerent, aliaque ſubindicarent, quibus poſſet hiſtoria noſtra fieri ornatior atque locupletior.

1511.

Deza.

2. *Lionetus Romam* quamprimùm aduolauit, atque cum eo *Binetus*, Pontificem vterque ſalutauit, & ille quidem litteras obtinuit in confirmationem electionis ſuæ omniumque apud *Turones* Actorum, quas noſter de Pereinis publicauit, incipiunt *Expoſt nobis*, &c. atque illis impetratis Ordinem viſitauit, & quidem *Galliam* aliquando perluſtraſſe fidem facit Commentarius Conuentus *Nigeonenſis*, vt aliquando ſignificauimus: præcipua illi cura fuit de *Franciſco* noſtro in Beatos referendo, quod communi ipſe *Binetuſque* conſilio ſuſceperant, vt ad alterum annum incipiemus dicere.

Lionetti confirmatio.

3. Scriptores quidam noſtri in hunc annum conferunt ſalutum conductum *F. Gregorio de Vico* vt in *Galliam* cum aliquot *Italis* remearet factum, ex quo malè interpretato Conuentum *Pleſſiacum* ad *Cæſarodunum* à Regibus noſtris *Italorum* habitationi quaſi dato priuilegio conceſſum inferunt. Sed optimè habet quod iam id exoleuiſſe agnoſcunt, cùm non ſit difficile demonſtrare ne ab initio quidem valuiſſe, cuius nobis operæ compendium ſua conceſſione faciunt.

Notand. de priuileg. q. Reg Franc.

Monroia integrum deſcripſit.

4. Plerique, viri magni & optimè de Ordine meriti ad hunc annum rebus humanis exempti ſunt, in quibus fuit *R. P. Iacobus de Morano Bineti* Collega ex Correctore *Crotonienſi*, religionis zelo & rerum agendarum peritiâ excellens, qui ſuo & *R. P. Bernardino à Cropalato* nomine in prædicto apud *Turones* Capitulo deſideratus eſt. Homo verè deſiderandus, qui nunquam ceſſauit operam ſuam in Ordinis bonum commodumque impendere, & tum maximè cùm poſſet eſſe vtilior è viuis ſublatus eſt.

Obitus P. Iacobi de Morano.

5. Longè maius fuit deſiderium *R. P. Pauli à Paterno* qui cùm Prouincialis *Romani* dignitatem primus & ſolus gloriosè ſuſtinuiſſet, ad ſuos tempeſtiuè reuerſus in ipſo *Paternenſi* Conuentu viuendi finem fecit cum mortalibus, immortalitati procul dubio redditus, cùm ad hunc diem, poſt exactos ſcilicet centum & viginti annos, in pignus æternitatis, incorruptum apud nos corpus illius aſſeruetur. Acta eius, virtutum laude, miraculorum gloriâ tam antè

Obit. P. Pauli à Paterno.

1511. quam poſt obitum illuſtria, Montoia & Donius deſcripſerunt, quod & Camartum aliquando præſtitiſſe in eius Elogio meminimus. Coſtæus etiam noſter eius Elogium in *hiſtoriâ Catholicâ huius ac ſuperioris Seculi* recenſuit. Inſcripſeramus & nos illius memoriæ tumulum, quem cum aliis, de quibus diximus, nobis excidiſſe ferendum eſt. Sed quidni & alterum ſubſtituamus viro ſupra omnem laudationem excelſo, & qui 1511.

tantâ virtute reluxit,
Vt ſua ſupplicibus cumulentur marmora votis?

R. P. PAVLVS RANDACIVS A PATERNO CLARÆ APVD CALABROS NOBILITATIS, ABDICATIS PATERNÆ DOMVS DELICIIS ET OPIBVS, PAVPEREM ET AVSTERAM VITAM, IN DISCIPLINA ET CONTVBERNIO FRANCISCI PAVLANI CONTERRANEI SVI, MIRABILI PRORSVS FIDVCIA, IN IPSO ÆTATIS LVBRICO, INTER PRIMOS, SVSCEPIT: ATQVE IN EO VITÆ INSTITVTO TANTOS PROGRESSVS FECIT, VT VNI IPSI FRANCISCO SECVNDVS POSSIT VIDERI: VIRTVTES ILLIVS OMNES AD VIVVM EXPRESSIT, MIRACVLORVM GRATIAM, VOLENTE DEO, ETIAM ASSECVTVS, QVA IPSIVS FRANCISCI IN GALLIAM EVOCATI APVD ITALOS DESIDERIVM SVSTINVIT. QVI SCYLLAM ALIQVANDO ET CHARYBDIM CVM B. PATRE DOMVERAT; NIHIL DEINCEPS VERITVS IN MORBOS, DÆMONES, HOMINES, ADEOQVE NATVRAM IPSAM, MANVM INIECIT, VT NE IN MORTVVM QVIDEM, ASSECLÆ MORTIS, DEFORMITAS, TABES, CORRVPTIO, POST ANNOS CENTVM ET VIGINTI AVDEANT ASPICERE. SOLA HOMINVM VOTA MOVENT EIVS ANIMVM, QVIBVS SIC RESPONDET, VT DVPLICI PIGNORE SANCTITATEM SVAM PROFERAT. GAVDET PATERNVM, SVO CIVE; ORDO MINIMORVM, SVO ALVMNO: VNIVERSVS ORBIS, PATRONO AD VOTA PROPITIO. NVNQVAM SATIS. AB ANNO M.D.XI. PROSTAT STVPENDVM ANGELIS ET HOMINIBVS SPECTACVLVM.

Adeò autem ſanctitas eius vel à principio eluxit, vt *R. P. Franciſcus Binetus*, paucis annis interiectis, de illo in Beatos referendo apud Pontificem egerit, diplomaque impetrauerit ad peragendam de vita & miraculis eius inquiſitionem, quæ cum *B. P. Franciſci* canonizationem remorari poſſe videretur, intermiſſa tantiſper eſt, & ipſius *Bineti* morte non longè poſt inſecutâ, omninò tandem dimiſſa, donec increbreſcentibus miraculis R. D. Archiepiſcopus Conſentinus ad an. 1594. nouum proceſſum inſtituit, qui & ipſe vlteriorem ſucceſſum non habuit, obſiſtente noſtrorum paupertate, faciendis ſumptibus quos conueniret impari, ad annum tamen 1613. in Capitulo Generali *Romæ* VII. celebrato, Beatificationis eius noua procuratio ſuſcepta eſt, quam, vt video, rerum domeſticarum anguſtiæ, & nimis remiſſum factæ procurationis ſtudium, in longum extrahunt, & vtinam non premant. Hæc ſcripſeram, cum relegens Acta M. SS. Capituli *Romæ* II. celebrati, ad annum ſcilicet 1517. ſubſcriptione *R. P. Pauli à Paterno* Prouincialis Calabriæ firmata, de tempore obitus quod noſtri tradiderunt dubitare cœpit: & verè, aut alium eſſe oportet eiuſdem nominis, aut noſtrum hunc *Paulum* neceſſe eſt vitam longiùs protraxiſſe. Sed cum præter hoc aliud argumentum non habeamus malui aliorum autoritatem ſequi, quàm in re haud omninò certa quidquam innouare, tum verò maximè quòd *Hectorem à Paterno*, tum Prouincialem apud Scriptores noſtros reperiam. *An.*

Digitized by Google

1512. *An.* M. D. XII. 1512.

DVm *Lionetum* Viſitationi Ordinis intendit, atque hoc anno *Galliam* perluſtrat, *Ambianenſes* noſtri, eo vt credimus præſente, Altaria Eccleſiæ ſuæ cui propè erat vt manus extrema imponeretur, à *R. D. Franciſco Hallenuynio*, quem ſæpè meritóque laudauimus, ſacra vnctione delibuta conſecrari & nuncupari procurauerunt. Ad diem igitur XI. menſis Iulij optimus Antiſtes maius Altare ſub inuocatione *B. Virginis Annunciatæ* dedicauit, idemque nomen toti Eccleſiæ atque Cœnobio factum, duo ad Odeïum altaria, quorum vnum à parte Clauſtri, alterum à parte maioris quod vocant ſacelli propriis nominibus conſecrata ſunt, illud quidem Omnibus *SS. Angelorum Ordinibus*, hoc verò *Omnibus Sanctis*; in maiori autem ſacello, quod Naui ſcilicet protenditur, immaculatæ *B. Virginis Conceptioni* Altare quartum erectum eſt. Quæ omnia ex *Lioneti* mente & ſententia in hunc modum inſtituta credimus, atque ex eo facilem eſſe poſſe de eius in res ſanctas diuinaſque animo coniecturam. Ambianenſ. progreſſus.

2. At verò *Binetus*, qui Romæ totius Ordinis procurationem agebat, id habuit imprimis commendatum, vt de vita & miraculis B. P. *Franciſci*, ad effectum Canonizationis, informatio caperetur, vtpotè quod nihil eſſet, quo decus & incrementum facilius Ordini poſſet accedere. Ad eam rem vſus mihi videtur *Annæ Britannicæ* Francorum Reginæ gratiâ, quæ illius deſiderio ſummoperè tenebatur, habebatque in aulâ Pontificiâ *Robertum* Cardinalem *Nannetenſem*, quem anteâ laudabamus, ſibi atque Pontifici gratioſum, cui dedit in mandatis ne vota ſua longiùs differrentur. Eius certè rogatu Apoſtolicum Reſcriptum ad Epiſcopos in *Galliâ* & *Calabriâ* datum eſt, quo illis Inquiſitio de vita, morte, miraculis, &c. dicti B. Patris committebatur. Et quidem in Gallia delecti ſunt Epiſcopi *Pariſienſis*, *Altiſiodorenſis* & *Gratianopolitanus*, quibus inſcriptum Breue fuit huius tenoris: Proceſſus ad Canoniz. B. P. N. Ad an. 1508.

IVLIVS PAPA II.

Ven. Fratr. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilectus filius noſter Robertus *tituli Sanctæ Anaſtaſiæ Presbyter Cardinalis, nobis nuper expoſuit, quòd quondam* Franciſcus de Paula, *adeò vita, moribus, religione & conuerſatione probatus, ac Deo & hominibus acceptus fuit, quod Ordinem quemdam ordinauit, per quem illius pro tempore profeſſores, vt vitam quadrageſimalem ſemper, & certam per eum ordinatam Regulam & viuendi modum ſeruarent, inſtituit, Inſtitutioniſque ac Ordinis huiuſmodi confirmationem à nobis & prædeceſſoribus noſtris obtinuit, & ob eius vitæ exemplaritatem, ac odorem bonæ famæ, & populi deuotionem, ac miraculorum conſiderationem, fel. record.* Sixtus IV. *prædeceſſor & ſecundùm carnem patruus noſter, ad claræ memoriæ* Ludouici *Francorum Regis requiſitionem, ſibi vt ad Regnum Franciæ ſe conferret, & eiuſdem Regis conſpectui ſe præſentaret mandauit, & à Chriſti fidelibus in dicto &* Hiſpaniæ *regnis, ac* Alamaniæ & Siciliæ, Calabriæ & Apuliæ *partibus, plures domus dicti Ordinis opere ſatis ſumptuoſo ædificatæ ac conſtructæ fuerunt, eiuſque precibus & meritis Altiſſimus quamplura miracula operari dignatus eſt, prout plurimorum fide dignorum teſtimonio doceri poteſt, de quorum obitu propter eorum ſenium dubitatur, cùm autem dicti Ordinis Generalis & Profeſſores cupiant teſtes præfatos, ne propter eorum obitum veritas pereat, ſuper his examinari & eorum depoſitiones in publicam formam redigi: Nos ipſius* Roberti *Cardinalis qui ad dictum Ordinem ſingularem gerit deuotionis affectum, ac Generalis & Profeſſorum præfatorum ſupplicationibus inclinati, vobis & veſtrum cuilibet per præſentes committimus & mandamus, vt de & ſuper famâ & vitâ ac miraculis ipſius* Franciſci *in vita eius factis, diligenter, fideliter & prudenter, auctoritate noſtra, inquiratis, & omnia quæ compereritis eſſe vera, ſub veſtris litteris clauſis veſtris ſigillis munitis, ad nos fideliter referatis ſeu mittere curetis. Non obſtantibus præmiſſis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die* XIII. *Maij an.* M. D. XII. *Pontificatus noſtri anno nono. Balthaſar Iuerdus.* Ludouicus XI.

1512. In *Calabria* verò delecti, Episcopus *Cariatensis* & Cantor maioris apud Consentinos Ecclesiæ, quibus eiusdem omninò tenoris Breue directum est, solâ inscriptione diuersum, vtputa, *Ven. frat. & dilecte fili, &c.* Erat tum *Cariatensis* Episcopus *R.D. Ioannes Sarsalius* (è nobili *Sarsaliorum* apud Consentinos familia, quæ & de *Surrento* dicitur) qui se & *Gereñ* hoc est (nisi admodum fallor) *Gerentanensem* seu *Generiensem* inscribit. *Gereniam* siquidem lego *Apuliæ Dauniæ* oppidum, apud *Phiternum* fluuium, iam olim excisum. Est verò *Cariatum*, magnæ Græciæ oppidum, inter *Roscianum & Crotonem*, Episcopali dignitate clarum, sub Archiepiscopatu *Seuerinensi*, seu (vt nunc loquimur) S. Seuerinæ. Is ad diem VIII. mensis Iunij, Rescriptum illud Apostolicum à *R.P. Iuliano de Reginâ*, quem antea laudauimus, accepit, & ad proximum diem XV. eiusdem mensis articulos instruxit, quibus interrogatio deberet procedere, moxque ad diem IV. mensis Iulij testes audire cœpit, exceptore vsus *Nicolao Sprouerio de Posis* Notario Apostolico & Cariatensi Archidiacono: progressa est autem Informatio ab eo die ad XVIII. Ianuarij anni 1513. auditis centum & duobus testibus, qui tam stupendis operibus sanctitatem B. viri asseruerunt, vt penè fidem excedant quæ de illis prodiderunt. At verò *Parisiensis* Episcopus, *Stephanus* nimirùm ille *Poncherius* à nobis in antecessum laudatus, accepto Breui cùm per se non posset quæ mandabantur exequi, viros probos & sibi cognitos qui vice sua id præstarent delegauit, quod non potest commodiùs quàm litteris ad eam rem scriptis intelligi; illæ sic habent: 1512.

Sarsali.

Gerynet. Cariati.

Sprouerio.

STEPHANVS *miseratione diuina Episcopus Parisiensis, Executor seu Commissarius cum R.R. in Christo Patribus Antissiodorensi & Gratianopolitano Episcopis in hac parte commissis.* Venerabilibus & circumspectis viris Petro Crucher, Petro Chabrion, Presbyteris, in Decretis Licenciatis, Ecclesiæ Turonensis Canonicis Præbendatis, ac Stephano Charton in iure Canonico Licenciato, eiusdem Ecclesiæ Præbendato, Officiali Turonensi: Salutem in Domino. *Cum acceperimus Breue quoddam Sanctissimi in Christo Patris & D.N.* Iulij *diuina prouidentia PP. II. commissionem nostram continens pro parte Fratrum Minimorum, cuius tenor sequitur & est talis videlicet:* Iulius PP. II. Ven. Fratr. &c. *Nos cùm circa præinsertorum executionem, inquisitionem, informationem & examinationem, vacare & intendere nequeamus, pluribus aliis negotijs prapediti, idcirco vobis & vestrum cuilibet in solidum, de quorum peritia, probitate, scientia & fidelitate plenam in Christo gerimus fiduciam, ad exequendum, inquirendum, informandum & examinandum de contentis huiusmodi in dicto Breui loco nostri in totum subdelegamus, vobisque quoad hoc tenore præsentium vices nostras plenariè committimus, & per hanc tamen subdelegationem nostram nolumus nec intendimus nostris in aliquo præiudicari Collegis, quominus ipsi hac nostra subdelegatione seruata, in negotio huiusmodi in suo & aliis diœcesibus sibi vicinis procedere valeant, si requisiti fuerint aut sibi ipsis videbitur expedire. Datum sub sigillo nostro die* XXV. *mensis Nouembris an. Domini* M. D. XII. *De mandato Domini. M. Papillon.*

His instructi prædicti *Cl. V. V. Petrus Cruchet* atque *Petrus Chabrion*, assumpto in Actuarium & exceptorem Venerabili viro M. *Iacobo Tillier* Curiæ Metropolitanæ Turonensis Aduocato Apostolicæque & ipsius Curiæ Notario, à die XIX. Iulij anni sequentis ad diem VII. Decembris testibus audiendis vacauerunt. Quid autem egerint pro sua parte *R R. D D. Antissiodorensis & Gratianopolitanus* prorsùs ignoramus. Extant quidem litteræ *Gratianopolitani* ad S. D. N. *Leonem X.* quibus ipse fidem facit sanctæ vitæ & miraculis Francisci nostri, de quibus alio loco meminerimus: *Altissiodorensis* verò infra annum in viuis esse desiit. Is enim erat *R. D. Ioannes Bailletus*, à nobis iam antè laudatus, qui obiit an. 1513. die X. Nouemb. sepultus in Cappellâ S. Alexandri ad suam Cathedralem. *Cruchet. Chabron. Tillier.*

Baillet.

An. M. D. XIII.

1513. Annæ Britan. obit. I. QVi videri poterant suo fauore Canonizationem *Francisci* nostri plurimùm posse promouere, ij, tum maximè cum opus fuit, nobis substracti sunt, in quo certè non obscurum diuinitatis consilium interceßit quod altiùs

1513. tiùs perſcrutàndum pio Lectori permittimus. A principio quidem huius anni 1513.
piiſſima Princeps, quæ non immeritò præcipuam ſe Ordinis fundatricem & protectricem ferebat; votoque ſe obſtrinxerat, ipſo anno quo B. P. deceſſerat, omne officium ſe facturam vt in Sanctos referretur ſi præſentem eius opem (quod fecit) poſſet experiri, piiſſima inquam illa Princeps Reginaque *Anna Britannica*, in ipſo ætatis flore & bonorum operum curſu, faro planè immaturo & omnibus Regni Ordinibus deplorando, in Caſtro *Bleſienſi* humanis rebus exempta eſt. Nata erat annos non plures XXXVII. finemque viuendi fecit die IX. Ianuarij. Magnum fuit eius deſiderium, & cum boni omnes ſuam gratitudinem profeſſi ſint, *Nigeonenſes* noſtri memoriam Optimæ Principis, inſcripto eius nomini & Regum quibus nupſerat elogio de ſuperiori fronte valuarum Eccleſiæ ſuæ poſt aliquod à funere tempus, conſecrarunt. Id verò eſt quod ſequitur.

Annæ fœlicis monimenta Britannica fulgent
Octani & Karli & Lodoici lilia Regum,
Quorum animas ſanctis precibus perducat ad aſtra
Chriſtus, qui vivis Rex eſt Indexque ſepultis.

Tertium Ordinem noſtrum profeſſam fuiſſe (quod noſtri tradunt) haud omnino improbabile eſt. Ioannes Franciſcus Quintianus eleganti & longo carmine Manibus beatis parentauit, quod hoc tetraſticho concludit, cuius, credo, Lectorem non pigebit:

Dum viua Anna *fuit, ſolum mortalibus ægris*
Numen erat, magni Numinis Anna capax.
At nunc rapta ſuper cœleſtia ſydera, quantis
Æterna adjiciet Numina Numinibus!

at multo minus Epitaphij, quod idem ſcripſit:

Heus tu Viator, qui tuum huc refers greſſum,
Morare paulum, marmor hoc rogat ſacrum
Tuearis vt ſe. Hîc Anna dormiens, cœli
Regina, lumen vnicum & iubar terræ
Iacet, viator cede, iam ſatis dixi.

2. At verò funus regium, alterum non minus Ordini noſtro luctuoſum proximè conſecutum eſt. *Iulius* enim Pontifex in noſtros ſupra modum beneuolus & liberalis, & probè conſcius de B. Patris ſanctitate, ad dieni XXI. Februarij ſpes noſtras deſtituit. Belli neceſſitate implicatus, pacis ſtudium conſtantiſſimè retinuit & coluit, quod vt noſtris ſemper experientia conſtiterat, ita nec in futurum deficere illos poſſe crediderant. Sed heu! nos excelſa Pontificis virtute humanæ conditionis neceſſitas cito nimis orbauit. Eius laudes *Petrus Magnus* tribus verbis elegantiſſimè concluſit: Obit. Iulij Pont. Max.

Inuictus, ſollers, obſeruantiſſimus æqui.

Guil. 3. Non minorem luctum ceperunt noſtri obitu *Illuſt. & R. D. Roberti Guibai* Cardinalis Nannetenſis, qui poſt omnes ad finem anni illis ſubductus eſt. Obijt nimirùm v. Id. Nouemb. ſepultus apud S. Iuonem nationis Britannorum. Et is enim Reginæ mandato rebus noſtris impensè fauebat. Obit. Card. Guibai.

4. Sed tum præcipuè fauentem Deum noſtri experti ſunt cùm humana præſidia deſiderarentur, imo vel tum maximè illa præſto fuerunt cùm ſubtracta fuiſſe crederentur. Et quidem *Leo* Pontifex è nobili gente *Medicea* & Cardinale Diacono tit. *S. Maria in Dominica* in locum *Iulij* demortui ſubleuatus, tam prolixè noſtris fauit, vt deceſſoris quod fuerat deſiderium breui ſuſtulerit. Leo X. Pont.

5. Inter primas autem gratulationes *Lioneti* noſtri ſupplicem libellum accepit, cui tanta beneuolentiæ demonſtratione reſpondit, vt ſpem certam fecerit non defuturam in maioribus gratiam, quæ tum copioſè in minutioribus tribueretur. *Tertiarios* enim tantummodò *Lioneti* ſupplicatio reſpiciebat, quos donari eiſdem gratiis, immunitatibus atque priuilegiis poſtulabat, quibus *Minorum Tertiarij* Deceſſorum beneficio fruerentur. Nihil cunctatus Pontifex votis benigniſſimè annuit, bullatiſque litteris prid. Id. Aprilis, hoc eſt, vix Priuileg. pro Tertiarijs.

Digitized by Google

1513. menſe à ſuâ electione quæ v. Non. Martij contigerat elapſo, alios aliis per omnia coæquauit, decreuitque, vt quæ his facta fuiſſent priuilegia, ad illos non minus pertinere intelligerentur, quàm ſi eorum nomine prodiiſſent, mandatumque fecit omnibus Eccleſiarum Prælatis vt eos in omnibus ac per omnia tuerentur, prout olim, in fauorem *Tertiariorum Ordinis Minorum*, *Sixtus* IV. Deceſſor ſuus, edixerat litteris ſuis an. 1473. XII. Kal. Decemb. quæ incipiunt, *Sacroſancta Romana Eccleſia ſub religionis habitu Domino famulantes*, &c. Litteræ *Leonis* in noſtrorum gratiam incip. *Ea quæ à prædeceſſoribus noſtris*, &c. atque ab ipſo exordio Tertiarios noſtros *arctioris vitæ* quàm fratres de pœnitentia *S. Franciſci* appellat. Multi autem de iſtorum priuilegiis gratiiſque ſcripſerunt, de quibus vt ne amplius inquiramus inſtituta breuitate prohibemur. 1513.

Indulgent. & priuileg. 6. In alterum menſem Optimus Pontifex Indulgentias à *Iulio* Deceſſore anno 1507. Idibus Aprilis conceſſas iiſdem verbis replicauit & de nouo conceſſit, incipiunt igitur *Paſtoris æterni*, &c. Datæ Prid. Non. Maij.

Beatificatio Franciſci Paulani. 7. At verò ſub initium Pontificatus *Leonis* noſtri Romam venerant litteræ à R. D. *Cariatenſi* Epiſcopo, cum Proceſſu quem ſuper vita & miraculis B. Patris inſtituerat, ex mandato *Iulij* Deceſſoris, venerant è Gallia Principum procerumque ſupplices libelli, vndique ſanctitatis & miraculorum fama increbuerat, hiſque ſe *Lionetus* præſidiis ſubnixum, dum in morâ eſſet Canonizatio, Beatificationem (quam vocant) impetrare poſſe ſperauerat. Nec vana ſpes, quæ tam certis inſtructa documentis: dato igitur ſupplici libello Pontificium diploma retulit, quo Beatorum honores *Franciſco* noſtro decernuntur. Itaque & feſti illius celebrandi ad diem 11. Aprilis, niſi fortè neceſſitas transferendi feſti occurrerit, & recolendæ ad Laudes Veſperaſque illius memoriæ per ſingulos dies, & imaginis eius depingendæ atque in publico proponendæ, libera omnino facultas tribuitur, plumbatis litteris, quæ incipiunt, *Illius qui ſemper in Sanctis ſuis mirabilis eſt*, &c. Dat. Nonis Iulij.

Priuileg. confirmatio &c. 8. Eodem inſuper die, omnia Priuilegia, gratias, immunitates, quæ ſui Deceſſores Ordini fecerant, recognouit & in genere probauit, in ſpecie verò famulis & domeſticis noſtris omnia & ſingula ſacramenta (nulla temporis, loci aut perſonarum exceptione) miniſtrare, inhumationis & ſepulturæ beneficium impendere poſſe conceſſit, Regulas & Inſtituta, quæ fuerant nouiſſimè à *Iulio* autoritatem conſecuta, tanquam B. Patris vltimam voluntatem perpetuò deinceps & inuiolabiliter obtinere, authoritate Apoſtolica, conſtituit. Initium eſt Pontificio diplomati: *In qua pro fidelium omnium & religioſorum animarum ſalute*, &c.

Priuileg. al. 9. Priuatum *Lioneto* in Viſitatione *Germaniæ* dubium inciderat ob tenuitatem ſtipendij quod in ſingulas Miſſas erogaretur, quando igitur fauente Pontifice vtebantur, voluit illum conſulere, vt quoad poſſet ſuorum neceſſitati prouideret. *Iulius* quidem *Bineto* viſitaturo facultatem (vt diximus) fecerat diſpenſandi, vbi opus foret, vt ſingulæ Collectæ in Miſſam computarentur. Sed *Binetus* non potuerat per tempus Germaniæ viſitationem obire, ac penes eum ſolum id priuilegium ſteterat. Cùm id igitur *Leoni* Pontifici fuiſſet expoſitum, eandem facultatem *Lioneto* conceſſit pro *Bohemia* quidem & *Germania* in ſpecie, & ad omnem futurum Generalem ipſumque *Lionetum*, pro ſingulis & omnibus Ordinis Conuentibus vbicunque aut iam nunc exiſtentibus, aut deinceps exſtituris, in genere illam ipſam licentiam prorogauit. Tabulæ Pontificiæ ad diem XXIII. menſis Iulij expeditæ, in hæc verba exordiuntur: *Expoſcit dilectorum filiorum fratrum Ordinis Minimorum deuotionis ſinceritas & religionis promeretur honeſtas*, &c.

Card. Puccius II. Protector. 10. In gratiam autem Pontificis noſtri ſe penetrauerant, interuentu *Laurentij Puccij*, hominis apud Pontificem ſupra cæteros gratioſi, & in noſtros magnoperè beneuoli ac benefici. Cùm igitur, *Bernardinus* ille *Carualalus* Ordinis Protector à *Iulio* Senatu motus, & omnibus titulis atque dignitatibus exutus, necdùm in gratiam cum *Leone* rediiſſet, *Puccius* verò non obſcurè ad purpuram deſignatus eſſet atque in Senatum primo quoque tempore cooptandus videretur, *Puccius.*

1513. deretur, eum ſibi in Protectorem dari præpoſteris votis noſtri expetierunt. 1513.
Carnial. *Carnialus* enim Pontifici reconciliatus & dignitati reſtitutus eſt priuſquàm *Puccius* honorem pilei & purpuræ accepiſſet. Ad diem nimirùm Iunij menſis XXVII. *Carnialus* in gratiam acceptus eſt, cùm ante XXIII Septembris *Puccius* in ſacrum Collegum non ſit allectus. Pontifex tamen, cui pergratum acciderat quod noſtri in clientelam & tutelam *Pucij* necdum Cardinalis ſponte ſua conceſſerant, noluit eos votis ſuis fruſtrari, aut *Puccium* munere, quod non inuitus acceperat, deſtitui: ne verò aliquid inde contentionis poſſet ſubotiri *Carnialum* ſimul atque *Puccium* Ordinis protectionem & aduocationem ſuſtinere voluit & edixit.

De Rocca. 11. Hæc in vrbe gerebantur, cùm à *R. P. Ioanne de Rocca* Prouinciale Neapo- Conuentus
Campaniæ. litano nuncius venit, qui de Conuentu *Campaniam* inducendo, ſi per Pontifi- Campaniæ.
cem liceret, ad *Lionetum* retulit. *Campania* vrbs eſt regni *Neapolitani* Epiſcopali ſede clara, ſub Archiepiſcopatu *Salernitano* (vt habent recentiores Tabulæ) ſupra ipſum *Salernum*, intra fluuios *Fuorem* & *Ebolim* ex *Apennino* in mare *Tyrrhenum* decurrentes. Ad eam Vrbem Ordinis S. Benedicti monaſterium erat iam ab anno 1235. exædificatum, quod temporum tractu in ruinam prolapſum 1235.
Guerrer. & à Benedictinis deſertum, nobilis quidam *Campaniæ* ciuis & V. Clariſſ. *Melchior Guerrerius* inſtaurare & reficere conſtituit, ſi Ordini noſtro à Pontifice concederetur Non fuit opus apud Pontificem vllis precibus ad rem impetrandam quæ tanta æquitate niteretur, non poterat enim videri facta cuiquam iniuria ſi rem derelictam aliqui colligerent, & ad cultum diuinum amplificandum pertinebat vt domus Deo dicata reſtitueretur, iiſque cederet, qui id quàm opportunè poſſent efficere. Dato igitur diplomate Monaſterium illud atque Eccleſiam Ordini noſtro in perpetuum Pontifex addixit, laudatâ etiam *Guerrerij* pietate, qui eius à ruinis excitandi curam ſuſceperat. Et quidem *Guerrerius* non diſtulit præſtare quod promiſerat, ſed à fundamentis auguſtiorem & ampliorem domum atque Eccleſiam quàm olim fuerant duxit & perfecit, donatâ etiam librorum multitudine copioſâ quæ ibidem religioſè aſſeruantur. Atque is ille eſt (niſi admodùm fallor) qui apud Romanos noſtros in ſui nominis ſacello iacet, hoc donatus Epitaphio.

D. O. M.

Al. Guiter. MELCHIORI GVERRERIO, DE CIVITATE CAMPANIÆ, COMITI PALATINO, CANCELLARIÆ CVSTODI, BVLLARVMQVE MAGISTRO, ANIMI AC CORPORIS INTEGRITATE CÆTERISQVE VIRTVTIBVS DECORATO, SVMMA CVRA ET DILIGENTIA ORNATISS. SACELLVM DIC.

Titulus eſt Eccleſiæ, *S. Mariæ Nouæ*, ſeu à *Noua*, qui ab antiquo (niſi fallor) permanſit. Gaudet hic Conuentus ſpatioſâ camporum planitie, iucundo aſpectu & abundantibus eleëmoſynis.

12. Interim verò in *Gallia* nullam diligentiam prætermittunt quibus de in- Informatio
quirendis, vita miraculis & virtutibus B. Patris demandata fuit poteſtas, *Tu-* ad B. P ca-
ronenſes qui ad tempus aliquod diſtulerant, officium (vt anno præcedenti dice- nonizat.
bamus) fecerunt, nec illi ſolùm operam ſuam præſtant, ſed alij etiam: ex monumentis enim quæ ſuperſunt diſcimus *R. D. Ambianenſem* Epiſcopum, à nobis ſæpè, ſed nunquam pro merito ſatis laudatum, acceptis litteris ſubdelegationis à R. D. *Pariſienſi* Epiſcopo ad prædictam informationem & inquiſitionem proceſſiſſe, cuius fidem faciunt litteræ quibus ſignificat ſe ad diem XIII. menſis Iunij receptis prædictis litteris, die XXV. proximè conſequenti audiendis teſtibus examinandiſque allaboraſſe, ac deinceps deſcribit quæ apud ſe nobilis Calaber media fide ac iuramento depoſuerat.

13. Quæ dum aguntur, *Lionetus* in morbum incidit, ſibi fatalem & Ordini Obitus R.
luctuoſum. Erat quidem ætate longæuus & corporis maceratione exhauſtus, P. Lionetj
niſi tamen & peregrinationum, labores & vrbis calores inſueti acceſſiſſent, ma- Gen.

Digitized by Google

1513. iorem poterat ætatem ferre. Sed maluit ille laboribus frangi, quàm de ſuo in Ordinem ſtudio quidquam remittere. Colluctatus morbo eſt ad finem anni, quem dum ingraueſcere ſenſit, & ſalutis ſuæ & Ordinis quem adminiſtrabat maiorem & acriorem curam ſuſcepit. Cùm igitur in more tum eſſet vt Generales morti proximi poſſent ſibi teſtamento ſucceſſorem deligere, idque in vltima Generali congregatione ſtatutum fuiſſet, *Lionetus* maturè ſapienterque periculo præuertit, condito teſtamento in Deceſſorem ſuum Ordinis prouidentiam reiiciens, quo certè non poterat rebus gerendis aptiorem aut vtiliorem deligere. Totum ex hoc animum in Deum conuertens, perceptis de more Sacramentis, mortem præoccupauit quæ in proximo erat, & eam proinde lætus & alacer ſuſtinuit, aut veriùs excepit. Funus religioſâ pompâ elatum, plurium Epiſcoporum, & aliquot Cardinalium præſentiâ cohoneſtatum eſt. Magnum omnibus ſui deſiderium reliquit, Pontifex ipſe morti eius indoluit, nunciantique de eius exceſſu Correctori Conuentus noſtri in vrbe, *Magnum vos*, ait, *calamen amiſiſtis, ego verò bonum & inſtum amicum, requieſcat in pace.* Poſtero autem die litatorio ſacro animam eius Deo commendauit, tam magnâ fuit apud Pontificem gratiâ, tantâ apud omnes exiſtimatione. Montoia tradit, eum fuiſſe regularis obſeruantiæ tenaciſſimum, vt ne minutiſſima quidem quantumuis leuiter negligeret, aut negligi ab aliis pateretur, non facilè eſt virtutes eius ſingulas à tempore quod excurrit vindicare, breui ad tumulum elogio quas nouimus tenuiſſimè delibauimus. 1513.

R. P. GERMANVS LIONETVS
INVICTA CORPORIS ET ANIMI MAGNITVDINE
ORDINEM MINIMORVM SVSCEPIT.
POENITENTIÆ LABORES STVDIOSE COMPLEXVS
EOS NVNQVAM INTERMISIT
DOMI, FORIS, PRIVATIM, PVBLICE
IN EODEM VITÆ TENORE PERSEVERAVIT.
LABORI NON PEPERCIT,
QVO POTVIT CVIQVAM ESSE VTILIS.
DECVS ET GLORIAM ORDINIS SVI
OMNI OPE PROCVRAVIT.
CORPORIS VIRES IN EA PROCVRATIONE
ATTRIVIT, FREGIT, EXHAVSIT.
ANIMO SEMPER ALACRI ET VEGETO,
QVEM PER MORBVM
SOLITO VEHEMENTIVS IN DEVM INTENDENS
COELO RESTITVIT,
IN VRBE PRINCIPE, ANTISTES IPSE ORDINIS SVI,
AN. M. D. XIII.
DEFVNCTO PONTIFEX IVSTA PERSOLVIT,
EÔ PERTINGEBAT MAGNI VIRI DESIDERIVM.

Binetus Generalat. recuſat.

14. *Binetus*, quem teſtamento ſucceſſorem ille deſignauerat, pro ea humilitate qua olim ad idem officium electus acquieſcere detrectauerat, etiamnùm ſe ſubducere omni ope conatus eſt, ſed re ad Pontificem delata, iuſſus eſt imperium capeſſere.

Obiit Nobil. Andreas Rambucij F.

15. Hoc eodem anno Nobilis & Generoſus vir *Andreas Rambutius* Fundator, apud Abbauillenſes noſtros depoſitus eſt, cui ſumptuoſum ſatis mauſolæum intra ſpatium parietis ad dextram maioris altaris extructum eſt. Ibi conſpicitur ſago militari indutus ſubſtratoque ad pedes leone iacens, à latere *Ioanna Halewynis* coniux nobilium matronarum habitu accumbit, Angeli ad caput gentilitia inſignia præferunt. Sed Ioanna vitam in plures annos extraxit. *De Rambure.* *De Halwin.*

An.

Ordinis Minimorum.

An. M. D. XIV.

1. AFunere *Lionetti*, *Binetus* quoad potuit diligentissimè res Ordinis in Vrbe composuit, tum iter *Tolosam* adornauit, quo generalis ex Ordine Conuentus fuerat indictus, frequentes illuc venerunt, quibus ius erat suffragij, paucis qui desiderabantur alij suffecti sunt, quod tamen imposterum fieri Patribus non placuit. Laici quidam seu secundi ordinis fratres cum Prouincialibus *Calabriæ*, *Genuæ* & *Hispaniæ*, adfuerunt, in præsens venia illis facta, ne in futurum tamen admitterentur decretum est. *Binetus* autem vt primùm in consessum ingressus est, quem ad diem XXIII. mensis Maij habuit, antè omnia officio suo renunciare voluit, palámque protestatus est ni abdicasset gratiam illis non habiturum, omninò id esse sibi constituturum, Patres ob reuerentiam tanti viri qui seriò & ex animo loqueretur, noluerunt repugnare, ne prius tamen id faceret, quàm instaret momentum electionis ineundæ, precibus & ratione impetrarunt. Die igitur deinceps XXV. qui Christi ad cœlum ascendentis memoriam referebat, cùm in proximo esset vt suffragia conferrentur, *Binetus* loco cessit, officiumque (quod proposuerat) eiurauit. In quo vt eius humilitas mirabiliter enituit, sic & Patrum in ornandâ & æstimandâ eius virtute studiumè vestigio excelluit, collatis enim in continenti suffragijs vnanimi consensu, quantumuis nolens & renitens, in eundem gradum reuocatus est. Et verò quis non miretur, tantam fuisse animorum consensionem, vt qui vota electorum frustrari posse videretur obfirmatione animi, & dignitatum auersione, is præter suum & alterius suffragium nullum non retulerit? Certè, *Binetus*, vt officia & dignitates refugeret non potuit tamen quin voluntatem Dei in hoc facto agnosceret, adeóque se illi obsequentem accommodaret. Cùm ex hoc quæstio suborta esset, si Vigiles institui expediret, visum est ad Ordinis disciplinam non posse conducere tam multiplicem Superiorum distinctionem, itaque Vigilum institutio in vno Patre *Hieronymo à Ponte* steterit: nec deinceps quod in præsens Patribus illis placuerat rescissum est, vt tamen nullam in futurum obligationem suo decreto inducerent. Exinde cautum est, Collegarum electionem priusquàm Zelosi seu Procuratoris Generalis esse faciendam, ad quam illicò procedentes, de religione benemeritos Patres, Gallos omnes & in rebus gerendis exercitatos, adlegerunt. Primus fuit *R. P. Desiderius Bertrandius*. Secundus *R. P. Georgius* (non *Gregorius*) *Tonsius* quem R. P. Prouincialis *Neapolitanus* in vicem Collegæ absentis cooptauerat. Tertius *R. P. Mattheus Michael*, tertiùm & continuò ad illud ipsum officium electus, prout tum licuit quod postea tamen abrogatum est. Ad alterum diem, in Zelosum electus *R. P. Dionysius Barbier* magna vocum & animorum consensione, postquàm definitum fuerat iam electos Collegas ad id officium assumi non posse, nec plures Zelosos eligi debere, ipsi autem electo à Generali de socio prouideri posse, ad quem & negotiorum gerendorum cura pro sua parte spectabit. Ex Prouinciali Franciæ *Barbierus* primùm in eius Capituli Scribam electus fuerat, & antea quoque, vt diximus, *Germaniam* summo imperio tenuerat. Dubitatum autem, si *Barbiero* sic electo dimittendum esset Prouincialis officium, an verò priùs absoluendum quàm alterum illud iniret. Verùm cùm omnes dimitti oportere consensissent, pro temporis illius more, qui deinceps exoleuit, *Franciæ* Prouincia Patris Generalis arbitrio & prouidentiæ permissa est. Quod verò in causâ *Barbierij* placuerat, ad hæc semper obtinuit. Pleraque in hoc Capitulo aut de nouo instituta sunt, aut ab antiquo confirmata, selectis enim magna ex parte Actis antè annos tres in *Turonensi* Capitulo quæ tum fuerant definita iterùm probata sunt, sed illud imprimis vt Conuentus *Romanus* solius Patris Generalis imperio maneret obnoxius, nec cuiquam Prouinciæ addiceretur, quod hæc fuisset mens B. Patris, ob eam scilicet causam quam antè significauimus. Inter ea verò quæ nouiter instituta sunt, illud est memorabile, factum fuisse omnibus Prouincialibus mandatum, quod irrefragabiliter ob-

Capitul. Gen. III.

Generalis IIII.

Bertrandi. Tolos.

Michel.

Collegæ.

Procuratoris Gen. III.

Barbier.

1514. seruandum ediderunt, vt apud suas Prouincias iuniorum fratrum studiis om- 1515.
nibusque ad illa necessariis prouiderent, ad exemplum scilicet generalis (vt
ita dicam) Studij, quod pro natione Gallica in Conuentu *Turonensi*, iam tum
institutum est. Eò enim ex singulis Prouinciis iuniores fratres studiorum
causâ mitti decreuerunt, legesque quibus tenerentur promulgarunt, simulq;
Lectorem & Regentem vt vocant, nominarunt. Hic fuit *R. P. Nicolaus Bethu-* *Bethune.*
nius pro tempore Prouincialis *Turonensis*: ille *R. P. Michaël Comes*. Quod post- *LeComte.*
hac in hunc modum seruari voluerunt, prohibentes ne Sæcularis in Lecto-
rem adhiberetur, quod vt ne fieret, si instituti semel Lectores alio auocaren-
tur, statuerunt ne vllus Lector in Correctorem eligeretur. Sunt huius generis
quamplura, quorum origines vestigare, rationes explicare momentaque ex-
pendere ad rerum nostrarum cognitionem pertinet, nec indigna omnino sunt
quæ diligenter annotentur, sed opus id Annalium est proprium, longiorique
operâ indiget. Iterum autem vt editorum Actuum deprauationem conque-
rar collatione cum M. SS. moueor, & vt in re tenui exemplum ponam, quod
in editis est *celebratis prius in Ecclesia solemnibus*, (cùm scilicet de precibus quæ
electionem præcesserunt sermo est) M. SS. habent *celebratis prius tàm illa die*
quàm alijs duobus præcedentibus diebus, quatuor Missis solemnibus, videlicet de Omnibus
Sanctis, de S. Maria, de Ascensione Dominica, & de Spiritu sancto. Et illud quidem vt
videatur fortè non satis dignum quod memoretur, habet tamen non paruum
momentum (vt etiam alia quæ ad eam ipsam rem præferunt M. SS.) & ad rei
veritatem & ad Patrum illorum pietatem commendandam: & inter ea fortè
quæ reticeri obseruauimus leuissimum illud est, sunt enim longè grauiora, sunt
& grauissima quæ in editis illis non comparent, quæ mendis scatent, quæ alie-
no loco posita sunt, vt aliquando expostulati fuimus. Habent tamen qui edi-
derunt satis probabilem excusationem, Manuscriptorum quæ nacti sunt de-
prauationem, & satis copiosum diligentiæ suæ fructum, quòd post longum
tempus quo illa disiecta neglectaque iacuerant talia per eos prodierint.

2. Hoc eodem anno *Franciscus* Dux *Britanniæ*, & *Valesij* Comes *Engolismæ*, *Stamparum*, *&c.* litteris apud *S. Germanum in Lata* expeditis sub die VII. mensis Decembris, amplissimam nostris vectigalium immunitatem per vniuersam Britanniam concessit. Sed post aliquot dies, socero demortuo, Regni habe-
nas capessiuit & longè maioribus gratiis nostros ornauit, quod erit cùm tem-
pestiuè recitabimus.

An. M. D. XV.

1515. Franciscus I. Rex & immunitas ab eo concess.

1. INeunte anno, ipsisque adeò Calendis Ianuarij, *Ludouicus* XII. fato con-
cessit, Princeps cuius sancta & venerabilis etiam nunc apud Gallos viget
memoria, vt qui non temerè Principis integri & Patris patriæ nomen consé-
cutus esset: in communi igitur luctu qui ad omnes Regni Ordines pertinebat,
suæ nostris partes fuerunt, qui Rege beneficentissimo destituebantur. Sed
præsto fuit consolatio. *Franciscus* enim Comes *Engolismensis* Regi cognatione
proximus & votiua *Francisci* nostri proles, Imperium capessiuit, Princeps per
omnia liberalis, ingenuus, magnificus, quem aduersa semper fortuna exer-
cere potuit, non tamen vincere. Is à prima iuuentute peculiarem in nostros
affectum induerat, quem vt semper retinuit, sic etiam ad omnem occasionem
exhibuit. Cuius rei habemus monimenta penè innumera quæ suo tempore
proferemus; memorabile illud in hoc tempus, quod ad VIII. diem quo regnum
adeptus fuerat, hoc est ipsa Ianuarij die VIII. plenissimam omnium munerum
& vectigalium cuiuscunque generis immunitatem nostris hominibus contu-
lit patentibus, vt vocant, litteris *Lutetiæ Parisiorum* ad prædictam diem exa- *Paris.*
ratis.

Conuentus Reginæ. Vid. an. 1511.

2. Ad alterum mensem eiusque diem XX. Calabri nostri *Reginæ*, quod est oppi- *Regina à Regina. Consenca. Bisignan.*
dum *Consentiam* inter & *Besidianum* medio itinere, domicilium constituunt, ci-
uium quidem beneficio, industria verò *R. P. Hectoris Caputi* Paternensis pro
tempore

1516. tempore *Calabriæ* Prouincialis, si fidem habemus Montoiæ, nam Acta M.SS. 1516.
Capitulorum Generalium non consentiunt, vt anteà monuimus. *Oppidum*
Pinatello. ipsum Diœcesis est *Besidianensis* subditione Ducum *Pignatellorum*, ager fertilis & fœcundus tùm maximè olei, mare haud amplius x. millibus positum est, *Hernium* à veteribus dictum *Barium* tradidit.

An. M. D. XVI.

Bin. 1. *Binetus*, populorum studio erga B. P. N. miraculorumque frequentiâ & celebritate incitatus, consilium ceperat omnem diligentiam faciendi, vt *Franciscus* noster in Sanctos referretur. Opportunum ad eam rem tempus esse videbatur. Pontifex enim, qui eum nuper Beati nomine cohonestauerat, amplioris gratiæ spem fecerat certissimam, *Francisci* Regis opem multis magnisque de causis non defuturam pro indubitato habebatur, Regis mater *Ludouica à Sabaudiâ* fœmina potens, & huius rei cum primis cupida, etiam spopondérat, acturam se modis omnibus vt id perficeretur, *Claudia Regina Ludouici* XI. & *Annæ Britannæ* F. supra modum fauebat, vt quæ vouente matre non præsentem modò B. viri apud Deum intercessionem in graui morbo experta fuerat, sed etiam in voti obligationem parenti succeßisse videretur. Votum autem erat si sospes *Claudia* per B. viri preces reciperetur, eius se in Sanctorum Catalogo ascribendi negotium suscepturam: impletâ sub id conditione votum tenuit, quod in matris vicem conueniebat filiam explere, quæ beneficium acceperat. Et quidem eo semper animo fuerat Regina pientissima, quem expresso voto ad hunc annum incipientem iterùm professa est, cùm enim annos iam duos thoro coniuncta prolem non suscepisset, aduocato *Bineto*, in manibus eius votum emisit, vt gratiam prolis interposito B. viri patrocinio posset consequi, nec dubia de beneficio etiam officium quod dicimus prærogauit. Litteras enim ex tunc dedit, partuique proxima alias etiam atque alias adiunxit, cùm ad *Leonem* Pontificem, tùm ad sacrum Purpuratorum Patrum Collegium, quibus Canonizationem multis magnisque precibus efflagitabat.
Lim. Parr. Ambaß. Certè litteras alias *Lugduno*, alias *Lutetiâ Parisiorum*, alias *Ambaciâ* scriptas legimus, sed in quibus anni nota desideratur; nec eâ minus Rex ipse huius rei studiosus fuit, qui plures litteras scripsit, preces adhibuit, sumptus in se recepit, ac postmodùm fecit. Nec defuerunt è proceribus Regni plures, qui apud Pontificem, Senatumque, vt populorum vota & sua, diutius non frustrarentur,
De Bourbõ. D'Alençon. De France per litteras egerunt, in quibus *Carolus Borbonius* Regi agnatus, Comes stabuli Franciæ, vir animo, dignitate, opibus potens: *Carolus* alter Dux *Alençonius*, Reginæ gratiosus, non inferior *Borbonio* nisi sola dignitate: *Anna Francica*, *Ludouici*
De Giem. De Nemours XI. filia *Giemensis* Fundatrix nostra, quam laudauimus aliquando, *Philiberta Caroli Sabaudi* soror, Regis amita, Pontifici affinis, *Nemorosi* Ducissa, & alij quorum litteræ ad nos non peruenerunt. Non sunt autem silentio prætereundæ
L'Alemant. litteræ *R. D. Laurentij Alamandy* Episcopi Gratianopolitani, non semel à nobis nec immeritò antehac laudati, hoc anno die 1. Iunij scriptæ; nam illis fidem facit voti quod se autore *Anna* Regina in gratiam *Claudiæ* filiæ iam nunc Reginæ conceperat, vt modò dicebamus, fidem facit rerum circa se atque alios gestarum, quæ nisi miraculo fieri non potuerint, atque inter cæteras laudes quibus eum ornat hæc habet, *Nouimus etiam candidissimos eius mores, integerrimamque eius vitam, septus recocto auro puriorem, quibus vtique mortales cæteros vno omnium consensu anteibat, &c.* quare vt in Sanctos referatur omni contentione animi supplicat & deprecatur.

Apparatus Canonizatio B. P. N.

Votum Reginæ.

2. Dum his intendit *Binetus*, aliarum quoque rerum quæ Ordinis disciplinam spectabant curam agit, cùm enim è nostris aliquos vt seuerioris vitæ generi se subducerent alios Ordines cogitare animaduertisset, quibus etiam esset persuasum licitè id fieri posse, prætextu Priuilegiorum quibus illi donati essent, idque à professoribus illorum prædicari, qui nihil prætereà vererentur litteras *Iulij* Pontificis eâ de causâ editas contemnere, *Binetus* impetrauit, vt litteræ

Priuileg. Apostolic.

1516. *Iulij* confirmarentur, & excommunicationis ſententia in eos qui ab Ordine diſcederent eo prætextu, & in eos etiam qui ſpecie quorumcunque priuilegiorum ita diſcedentes reciperent, decerneretur, adeoque vt in rationem eius prohibitionis, Minimorum profeſſio reliquis omnibus arctior & ſtrictior declararetur. Extat Pontificum Reſcriptum datum ad diem XVIII. menſis Auguſti quod incipit, *Quamuis aliàs felicis recordationis Iulius Papa II. &c.* 1516.

Alia Priuileg. & Indulgent.

3. Per id tempus cùm non poſſet perſonaliter *Hiſpaniam* perluſtrare, Vicarium & Viſitatorem ſuo nomine allegauerat *R. P. Hieronymum de ſancta Ella*, ſed obſiſtente Prouinciali quo minus ille dicto munere fungeretur, incertum quibus de cauſis, Pontifex *Bineti* autoritatem Generaliumque ſucceſſorum in deputandis Vicariis atque Viſitatoribus cum omnimoda poteſtate attenuit, in eoſque qui Viſitatorum poteſtatem detrectarent excommunicationis ſententiam, reſeruatâ ſibi & Succeſſoribus abſolutione, decreuit, aliaque iuris & facti remedia prouidit, litteris die III. menſis Septembr. datis quæ incip. *Licet aliàs felicis recordationis, &c.* Altero poſt hunc die, hoc eſt eiuſdem Septemb. v. idem Pontifex Indulgentias omnes Ordini factas cum omnibus ſuis clauſulis confirmat, eaſque nunquam intelligi ſuſpenſas, nec fore ſuſpendendas per Bullas ad effectum Cruciatæ, aut alias, quæ in genere conceſſarum iam antè Indulgentiarum derogationem continent, ſed his nonobſtantibus eas Indulgentias publicari poſſe ac debere, conſtituit, &c. Initium eſt Pontificio diplomati, *Solet ſedes Apoſtolica, &c.* E veſtigio denique alias motus proprij litteras die proximè conſequenti, Septembris nimirùm VI. expediri curauit, quibus Interdicti ab Ordinario promulgati gratiam noſtris facit, eoque illos non teneri declarat, ita quod poſſint ianuis apertis Officia diuina celebrare ac frequentare, in eos qui ſuæ huic voluntati contraire præſumpſerint, ſiue illi in dignitate Eccleſiaſtica, ſiue in ſæculari conſtituti ſint, Excommunicationis ſententiam eo ipſo decernens à qua non poſſint niſi per ipſum Romanum Pontificem abſolui, aliis in derogationem inſolitis clauſulis etiam adhibitis. Incip. litteræ: *Quamuis in priuilegiis & Indultis, &c.*

4. Sub anni finem, *Calabrorum* ſedulitas & ſtudium apparuit, in ciuis ſui Canonizatione procuranda, nam & plures in vitam & miracula eius inquiſitiones habitæ ſunt, & quamplures cùm Ciuitates, tùm Principes viri, eâ de causâ litteras ſupplices ad Pontificem dederunt. *Regina* (quod oppidum inter *Beſidianum* & *Conſentiam* medium diximus) ad diem IX. menſis Nouembris ea cœpit inquiſitio celebrari, & in Acta publica referri: ad diem XX. Ciues *Montalenſes*: ad XXV. Amantienſes (qui & Naritienſes) deprecatorias ad Pontificem litteras perſcripſerunt: ad XXVII. nobilis & generoſus vir *Ludouicus*, ſiue (vt Itali dicere amant) *Loiſius de Agno* Baro *Caſtilionis* fidem fecit multis miraculis quorum conſcius erat, miſſis ad Pontificem litteris quibus & populorum vota cum ſuis profitetur. In alterum menſem quo annus in finem exibat hoc ſtudium non refriguit. Die VI. magnificus & nobilis vir *Vincentius Caraffa* Comes *Agrotariæ*, ſupplex Pontifici factus illuſtri ſcripto, nota ſibi miracula commendauit. Ciues *Paulani* ad diem VII. pro ſua parte litteris & precibus interceſſerunt. *Soretani* ad X. *Stilitani* ad XIIII. & ipſi interuenientes, proceſſus inſuper apud ſe habitos, quibus miracula copioſa & alia de ſanctitate *Franciſci* argumenta continebantur, protulerunt. Die XVII. *Ioannes Franciſcus de Arenis Stili & Arenarum* Comes, cuius antea meminimus, per ſuas litteras ad Pontificem ſcriptas inſignia maximè miracula prodidit, ſingularique affectu ad Canonizationem perorauit. Ciues denique *Cathacenſes & Neocaſtrenſes*, illi ad diem XXVI, hi ad XXX. exceptas apud ſe autoritate publica teſtificationes deuotis & peramantibus litteris ornatas *Romam* tranſmiſerunt. Atque horum omnium (niſi fallor) procurationem ſuſceperat *R. P. Laurentius Clauenſis* Ordinis noſtri profeſſor. & vt habetur in ciuium *Reginenſium* epiſtola legendæ maioris B. P. N. Franciſci compilator. Et quidem ille non modò vitam *Franciſci* noſtri ſcripſit, ſed *R. D. Cariatenſi* Epiſcopo in audiendis teſtibus operam præſtitit. Scio ſecus quàm dicamus eam epiſtolam Gallicè & Hiſpanicè interpretatam & editam

Regina.

Montalto. Amantea.

Montoia habet *de Aquano.*

De Agno.

Caraffa.

Paola. Soreto. Stila.

De Arena.

Cathacen. Neocaſtren.

A Clam.

1516. & editam ſonare, ſed interpretum vitio, quod in aliis quoque animadvertimus. 1516.

Ex Aragon. Montalto.

5. Quæ dum apparantur & geruntur populorum Principumque virorum devotio in noſtros latius propagata eſt. *Ferdinandus Aragonius* Dux *Montis-alti*, (quæ vrbs eſt medio inter *Argentanum* & *Conſentiam* itinere, olim Epiſcopali dignitate clara, cuius iam antè indicium præmiſimus) ab eo tempore, quo *Franciſcus* noſter *Neapolis* in *Galliam* tranſiuerat, de noſtris in eam vrbem inducendis conſilium ceperat, quod vt procederet, cum ſodalibus *B. Virginis Annunciatæ*, qui anguſtum quendam locum & Oratorium eo nomine poſſidebant ab anno 1424. quo Regulam acceperant à *Martino* V. Summo Pontifice, vt illi loco cederent egerat, ſed res in longum, vt ferè fit, protracta, in hunc annum abiit, eoque demùm noſtri in Oratorium illud ſucceſſerunt, ipſo die *Annunciatæ Virginis* qui eſt Martij menſis xxv. Ducum *Montaltenſium* beneficio, nobiliumque ciuium, qui Eccleſiam ſplendidi & magnifici operis extruxerunt, altare maius ipſorum Ducum eſt, minora ſacella primariis Equitibus ceſſerunt, reliquum monaſterij opus ad Eccleſiæ magnitudinem & maieſtatem in dies ciuium liberalitate componitur. Sodalitij illius quod diximus, poteſtas & adminiſtratio penes noſtros manſit, ciuiumque nomen qui illud ſuſtinent accipiunt. *Ferdinandus* autem ille *Arragonius*, qui primus Ducis *Montis alti* nomine donatus eſt, ad ſacrarium ſepultus eſſe traditur, & quidem eius Inſignia paſſim viſuntur, habenturque prætexta opere phrygio in capulari ſtragula, quibus in ſuprema orâ quatuor hæ litteræ F. A. D. M. circumductæ ſunt, hoc eſt *Ferdinandus Arragonius Dux Montis-alti*. Eccleſia denique pretioſo pignore gaudet, verâ nimirùm effigie Beati Patris N. quam *Ferdinandus* Rex *Neapolis*, cùm illac in Galliam veniret, ab optimo pictore curauerat exprimi. Ad eam copioſa frequentiaque miracula facta ſunt quæ ciues & accolas in præcipuam eius venerationem pertraxerunt. Et quidem ciues ipſi & accolæ nunquam non in noſtros benevoli & liberales fuerunt.

Conuentus Montis-alti.

Ex his emendanda quæ ad an. 1447. diximus de Duce Montis-alti, qui fortè dicendus erat Dominus ſiue Toparcha, ſi tamen noſtra coniectura valet

Salerno. Sanſeuerino

6. Hoc ipſo anno, *Neapolitani* noſtri *Salernum* ingreſſi ſunt, vocatu *Excellentiſſimi Roberti Sanſeuerini* Principis *Salernitani*, qui aſſentiente Senatu Eccleſiam *S. Bernardini*, quam in tranſitu Franciſcus noſter ſuis donandam prædixerat, in ius poſſeſſionemque noſtrorum deriuauit, adiunctis aliquot iugerum prædiis ædificandæ domui, quæ cum tempore ampla & in paucis præſtans prodiit, irrigua fontibus & hortis feracibus ſuccincta. Sita eſt ad muros eius vrbis, adeoque propè vt eodem mari quod in foſſas publicas leniter influit muri eius alluantur, veſtibulumque intra ſpatium vtriuſque portæ ciuitatis intercipiatur, vt Hiſpanus ſcriptor ſignificat. Mutato autem titulo Eccleſiæ *S. Franciſci Paulani* nomine donata eſt. *Salernum* porrò *Picentinorum* vrbs eſt, ad *Sinum Peſtanum*, xxiv. paſſuum millibus ſupra *Neapolim* ad Orientem, quæ Archiepiſcopatus, Principatus & Academiæ dignitatem ſuſtinet, atque S. Matthæi patrocinio & integro vt fertur pignore glorioſa eſt. Ager infinitis pomorum variorumque fructuum generibus abundat, mare peregrinas & natiuas opes vitæque commoda largiter ſubminiſtrat, quæ cum ciuibus noſtri participant.

Conuentus Salerni.

Salerno. Principato ostra. Golfo di Napoli contrò da Salerno. Napoli.

7. At verò priuſquam rerum hoc anno geſtarum narratione defuncti videamur, ad priuata nonnulla vt digrediamur, alienum non erit. Conuentui *Abbatillenſi* Leo Pontifex indulgentias fecerat, quæ verò aut quales illæ fuerint ſcire non potuimus, cùm earum memoria ex vnis tantum litteris *Ambianorum* Epiſcopi relicta ſit, quas quidem meritò proferimus in gratitudinis noſtræ & rei ipſius monimentum, dignum profecto quod in exemplum ſtatuatur. Illæ ergo in hunc modum ſe habent.

Ambianen. Epiſc. grat.

FRANCISCVS DE HALEVVIN *Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Ambianenſis Epiſcopus*. Omnibus & ſingulis per noſtram Ambianenſem Diœceſim conſtitutis: Salutem in Domino. *Litteras ſeu Breue S. D. N.* Leonis *Papæ X. ea qua decet veneratione recipimus & ſumus libenter amplexi à nobiliſſima Domina* D. Ioanna de Halſeuuyn *chariſſima ſorore noſtra, in fauorem Fratrum Minimorum in Abbatiſuilla noſtra*

Halluin. Abbatiſ.

1516. *Diœceſis degentium, & animarum ſalutem, pio & deuoto impetratas & obtentas affectu; quibus per nos viſis & lectis, omnia & ſingula in eiſdem prædictis litteris laudamus & approbamus conſenta, per noſtras præſentes. Inſuper vt hominum mentes ad ea quæ in eiſdem continentur litteris deuotius inclinentur peragenda, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus qui Eccleſiam prædictorum Fratrum Minimorum in Abbatiſuilla ſitam viſitauerint, & ad prædictæ Eccleſiæ reparationem ac Fratrum Minimorum ibidem vitam degentium neceſſitatibus adiutrices porrexerint manus, & ea quæ in eiſdem litteris ſecundùm earumdem formam & tenorem adimpleuerint quadraginta dies de iniunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus noſtris in perpetuum valituris. Datum in Caſtro noſtro de Petronoſo ſub ſigillo noſtræ camerę anno Domini* M. D. XVI. *die* VIII. *Martij* Et ſignatum. *Lorchon.* 1517.

Obit. Card. Vigerij. 8. Eadem grati animi ſignificatio nos manet aduerſus *R. D. Marcum Vigerium* S. R. E. Cardinalem, qui à *Iulio* Pontifice ſtabiliendæ Ordinis diſciplinæ in primo generali Conuentu præpoſitus eſt, quod ille fecit ſapienter & peramanter, veteo nomine plurimùm illi debeamus. Is Epiſcopus primùm *Senogallienſis*, exinde Preſbyter Cardinalis tit. *S. Mariæ Trans-tyberim* creatus eſt, mox titulo *Caliſti* aſſumpto Epiſcopus Cardinalis *Præneſtinus* factus eſt, ex *Præneſtino* Epiſcopatu ad *Reatinum* trãſlatus, ſecundò ad *Præneſtinum* rediit, S. Petri Archipreſbyter inſtitutus, quibus in dignitatibus viuendi finem fecit hoc anno XV. Calend. Iulij ſepultus ad primum titulum *S. Mariæ Trans-tyberim.* Multa ſcripſit quæ parem cum doctrina pietatem redolent. Indiculus eorum habetur in Nomenclatore Cardinalium. Aliquando autem *Vrbi* Præfectus, tùm Suffraganeus *Bononiæ*, deinde Cuſtos *Arcis S. Angeli* in Vrbe, ac Legatus demùm exercitus Pontificij aduerſus *Alphonſum* Ducem *Ferrariæ* & oppidum *Mirandulæ*, conſtitutus fuit, atque hæ temporariæ adminiſtrationes, quo ille in pretio fuerit, quo animo & ingenio, abundè ſignificant. Laudatus eſt in funere à *Camillo Porcario.* Sed hæc de multis pauca delibaſſe, pro ea quam propoſuimus breuitate, ſatis eſt.

Vigerij. Senogallien. Di Preſbyt. na. Rieti. Bologn. Ferrarę.

An. M. D. XVII.

1517. Progreſſus ad canoniz. B.P. 1. QVo in perquirendis *Franciſci* noſtri miraculis ſtudio laborare cœperant *Calabri*, eodem vt conſilium illud ſuum progrediatur incumbunt & vrgent. Ad diem igitur 1. menſis & anni ineuntis ciues *Samblaſiani*, ad IV. *Xilianenſes* Diœceſis *Marturanenſis*, ad VII. *Paternenſes*, ad VIII. *Altilienſes*, acta ſua per publicos Notarios conficiunt, fidemque ſuam innumeris quæ collegerant miraculis interponunt, ac ſcriptis demùm ſupplicibus litteris Pontifici cupidiſſimè commendant. *Antonius* etiam *Stamarella* vir nobilis ex *Caſtello Angeli*, ſub die XV. eiuſdem menſis, litteras ad Pontificem dedit & argumento & deuotione per omnia ſuperioribus pares. Extant & *Conſentinorum* ciuium ad VI. Id. Martias. Quæ dum apparantur, *Binetus* qui *Romam* redierat, vt publico iudicio ſingula recognoſcerentur obtinuit. Præfectus iudicio *Illuſt. & R. D. Antonius de Monte* ex Archiepiſcopo *Sipontino*, & Auditore Cameræ Apoſtolicæ Preſbyter Cardinalis, primùm tit. *S. Vitalis*, & pro tempore tit. *S. Praxedis*, vulgò *Papienſis* nuncupatus, in quẽ *Illuſt. & R. R. D. D. Raphaël Riarius* Cardin. Epiſcopus *Oſtienſis* Decanus, ac S. R. E. Camerarius, & *Alexander Farneſius* Diaconus Cardin. *S. Euſtachij*, qui fuerant eadem poteſtate donati, eam cognitionem reiecerant. Ad eum pro tribunali ſedentem primùm venit *Binetus* ad diem III. Martij, atque poſteâ multoties coram eo comparuit, documenta ſemper proferens aut teſtes producens quibus patrocinium veritati pararetur, & facti diſceptatione quod iuris erat conſtitueretur. In ea cognitione, dum per interpolatas vices repetitur, multum tempus inſumptum eſt, vt etiam in alterum annum longiùs excurrerit.

Samblaſe. Xilo. Martura. Paterno. Altilia. Stamarella. Conſentin. De Monte.

Capitol. Genet. IV. 2. Hoc autem anno intercurrit quarta Generalis Congregatio, Romam ſecundùm indicta, quæ cœpit pridie Dominicæ Aſcenſionis. XX. nimirùm Maij menſis, cùm ab omnibus Prouinciis Patres conueniſſent, celebrari, & ante omnia

1517. omnia ſuus cuique Prouinciæ locus, qui deinceps ſeruaretur, aſſignatus eſt, vt Prouincia ſcilicet *Calabriæ* prima cenſeretur, *Turoniæ* ſecunda, *Neapolis* tertia, *Franciæ* quarta, *Genuæ* quinta, *Aquitaniæ* ſexta, *Hiſpaniæ* ſeptima, *Germaniæ* ſeu *Alemaniæ* octaua, ſic enim vt vocarentur conuenerat, quo quidem ordine ſinguli Prouinciales conſederunt. Erat autem pro tempore Prouincialis *Calabriæ* *R. P. Paulus à Paterno*, vt habent noſtra M. SS. ſiue *Hector à Paterno*, quod Montoia memoriæ tradidit: *Turoniæ R. P. Hugo Remondius*: *Neapolis R. P. Franciſcus de Flumine-Freddo*: *Franciæ R. P. Hugo Varennius* qui ab Indice Pariſienſi Prouincialium *Franciæ* excidit: *Genuæ R. P. Baptiſta de Voragine*: *Aquitaniæ R. P. Ludouicus*, ſiue quod eſt certius *Dominicus Malherbius*: *Hiſpaniæ* Viceprouincialis tantùm *R. P. Hieronymus de Sancta Ella*: *Germaniæ R. P. Bernardus Heylius*. Acta Capituli excepit *R. P. Michaël Fretæus*, vt conſtanter perhibent M. SS. qui perperam in editis *Sotel* cognominatur. Poſtridie quo anniuerſaria Chriſti in cœlum Aſcendentis ſolemnitas recurrebat, Miſſâ vt loquimur de die, & alterâ de Spiritu ſancto, vt moris tunc fuit, decantatâ, peractiſque omnibus quæ in Actis editis deſcribuntur, cùm Patres in Capitulum ſubirent, adfuerunt à *R. & Illuſt.* Cardinale *Sancta-Cruce* Protectore Ordinis, Epiſcopi duo *Terdonenſis* & *Acerrenſis*, nec plures quod videntur edita ſignificare, quibus quidem facta fuerat poteſtas huius Congregationis moderandæ, quoad electio ritè ac legitimè procederet. Quod factum ipſis videntibus & probantibus, licet enim ſingularia quædam vota in Prouinciales *Turoniæ*, *Genuæ* & *Aquitaniæ*, atque in *Dionyſium Barbierum* Procuratorem Generalem, ſed maximè in *Iſaacium Caignetum* Franciæ Commiſſum, (qui in *Tholoſano* Collega) fuerint diſpertita, multo tamen plura, etiam vltrà quàm electioni concipiendæ ſatis eſſent, in *R. P. Franciſcum Cerdonium*, virum grauem, & magnis laboribus ad Ordinis incrementum & decus perfunctum, coaluerunt. Igitur exultanti animo ſuſceptus, & hymno *Te Deum laudamus* in gratiarum actionem reſonante, ad Eccleſiam delatus, manuum deoſculatione omnibus ſuam obedientiam profitentibus paternè benedixit. Altera die cum frequentes adeſſent Patres, præmiſſa conſultatione de ordine in electionibus, quarum cauſa conuenerant, ſeruando, Collegæ primùm, tùm verò Procurator Generalis electus eſt. Et Collegæ qui- [illegible], *Galli* duo, *Italus* alter, omnes magni nominis & probatæ virtutis. Primus fuit *R. P. Dionyſius Barbierus* is qui nunc primum Zeloſi officium exegerat. Secundus *R. P. Nicolaus Bethunius* (cuius nomen in editis deprauatum) ex Prouinciali Turoniæ ſtudiis nuper in Gallia inſtitutis præfectus. Tertius *R. P. Franciſcus de Crotone*, ſiue de *Cortona*, iam in Capitulo *Tholoſano* Prouinciæ *Genuenſis* Commiſſus. Procurator autem Generalis, *R. P. Franciſcus Binetus* vnanimi ſuffragatorum ſenſu, merito ſuo, Religionis bono, conſtitutus eſt. Subinde, attributa per neceſſitatem ferendi ſuffragij autoritate fratres laici, quos vocamus, abdicati ſunt, & ſeuerè in eos qui ad ſacros ordines emendicato fauore conuolarent animaduerſum, pœnâ etiam in ſuperiores qui fauorem præſtarent inſtitutâ. In proximum diem præſto fuit Cardinalis *Sanctacrucius* Protector, qui factis in conſeſſu verbis multa piè conſuluit, & ſoluto in præſens dubio Generalem eiuſque Collegas in ſuffragatorum numero, cum erit ſucceſſor eligendus haberi debere, ipſumque Generalem præeſſe quoad electio ſucceſſum habuerit, collatis deinde ſuffragiis *Pariſienſe* ſeu *Nigeonenſe* Cœnobium habendo generali Conuentui deputatum eſſe, probauit. Plura quæ ad diſciplinam Ordinis faciunt, habitâ in ſequentem diem deliberatione, vnanimi conſenſione decreta ſunt, aliquam-multa in editis prætermiſſa, illud imprimis quod ipſis M. SS. verbis reponendum iudicaui: *Ad hæc irrefragabili ſtatuerunt edicto etiam per Reuerendiſſimum prædictum D. Terdonenſem approbato & ratificato, quod deinceps Conuentus iſte Romanus nullius alterius ſubiacebit ditioni niſi R. P. Generalis pro tempore exiſtentis vel eius viſitatoris oculati, &c.* atque hoc alterum: *Præterea nos omnes Capitulantes teſtificamur S. D. N. & prædictum R. D. Cardin. Sanctæ Crucis noſtri Ordinis Protectorem, ratas habuiſſe & gratas modificationes & correctiones, quæ fuerunt à toto Capitulo Generali facta, ſuper Correctorio, prout comperimus ex ſcriptura*

Remondi. Ita in Patrono.
Malherbius. Heyl. Fretæus.
Tirtona. Acerra.
Barbier. Caignet.
General.
Collegæ.
Barbier. Bethune.
Procurat. Gen. IIII.

1517. *seu chirographo ipsius R. D. Cardinalis post dictas modificationes coram toto Capitulo Generali intelligibiliter lectas appositio seu manu propria subsignato.* Deinceps relecta, recognita & probata quæ in autoritatem admissa fuerant à præcedentibus Capitulis, vt diserte M.SS. meminerunt, quæ verò in editis sub finem leguntur in eam sententiam quam dicebamus de Correctorio emendato, in M.SS. non reperiuntur, & ex parte cum iis quæ ex fide ipsorũ M. SS. reposuimus pugnant. Actum etiam de Conuentu *Montis-gaugerij* dimittendo, ni Ecclesia immunis præstaretur à fundatore, redditusque ab omni contentione vindicarentur, atque huius generis priuata quædam tractata sunt quæ in editis omninò desiderantur. At verò cùm id maximè sollicitos nostros habuerit, vt pœnales illæ leges, quas *Correctorium* dicimus, nonnulla moderatione temperarentur, non satis esse peruiderunt illam denunciationem quæ sua tantùm autoritate interetur & generatim solùm ediceret factam esse emendationem de qua sibi constitisset, vt igitur singula describerentur, quæ vel rescindenda, vel immutanda, vel mollius interpretanda deliberauerant, eaque Pontificis & Cardinalis Protectoris autoritate firmarentur, antè omnia curauerunt, posteà verò vt exemplaria quæ hactenus prodierant retractarentur, obliterarentur, aut ad eum de quo conuenerat modum emendarentur, atque noua perscriberentur, quæ publica fide interposita omnem dubitationem tollerent, in omnes & singulas Ordinis Prouincias transmittenda. Vtrumque diligenter & accuratè factum. Nam *Sancta-Crucij* Cardinalis litteras ad diem XIX. proximi mensis Iunij datas legimus, quibus & correcta & corrigenda singula minutatim comprehenduntur, & autoritate Apostolica vt in vsum cedant edicitur, illæ nunquam (quod viderim) publicatæ, neque vt publicentur magni interest, cùm omnis prorsus veterum exemplarium memoria exoleuerit, nec alia quàm quæ iam nunc edita sunt supersint, eaque vt diximus recognita, probata, confirmata, mandato etiam facto vt deinceps inuiolabiliter obtineant. Ita nimirùm & fraudi præuerterunt, & omnem contradicendi causam sustulerunt. Inciderat dubium de suffragiis in perpetuum admittendis, id quoniam salua Regulæ prohibitione ab illis solui non poterat Pontificem interpellarunt, qui admittendorum potestatem fecit præter Regulæ prohibitionem. Diploma Pontificium extat apud nostrum *de Peirinis* datum XXVI. Iunij eius initium est, *sicut nobis, &c.* Institerant præterea, vt Actis in sua congregatione & huic Correctorij recognitioni suam autoritatem *R. D. Ioannes Dominicus Zacius* Episcopus & Comes *Terdonensis* interponeret, quod ille vt par erat fecit, litteris ad diem Iunij mensis XXVIII. datis, quas nostri sæpius ediderunt. Interfuerat ille actis ferè omnibus nomine *Sancta-Crucij* Protectoris, & qua pollebat iuris cognitione (vtriusque enim iuris Doctor erat) omnia quæ in deliberationem venerant expenderat, & Correctorij emendationem examinauerat, atque cum ipso *Sancta-Crucio* primùm, deinde cum *Puccio* Cardinale, qui etiam Protectorem agebat, accepta à Patribus communicauerat, & vt probarentur egerat, adiuncta prohibitione aliquid posthac emendandi, subtrahendi, inuertendi, aut alia quauis ratione immutandi, cùm tamen integrum conscriptis Patribus & generalem Conuentum celebrantibus relinqueretur, leges aliquas pro rerum opportunitate aut necessitate condendi, quæ Regulæ aut Correctorio non repugnarent, & secundùm quas controuersiæ omnes possent iudicari. Atque horum fidem faciunt prædictæ litteræ quibus initium est, *Vniuersitati vestræ notum facimus, &c.*

1517.

Correctorium.

Habentur in Archiuio Nigeon.

Priuileg. pro suffragiis perp.

Approbatio Correctorij.

Dedic. Eccles. Amb. 1594.

3. Ex rebus priuatis videtur nobis illud esse memorandum, *Ambianensem* Ecclesiam nostram ab illo quem toties laudauimus *Francisco Hallewynio* Ambianensi Episcopo sacris ritibus initiatam, inunctam, consecratam fuisse, die Martij XIV. sub inuocatione *B. Virginis Annunciatæ*. At verò ad an. 1594. à suprema Ecclesiæ parte, ac ponè ipsum altare maius, adstructum est egregij operis sacellum ex quadrato & secto lapide, *Sanctissimæ Trinitati* dicatum. Quod quidem suis sumptibus exædificarunt, pij ciues Ambianenses, *Gerardus Colebert* & *Maria Pingré* eius consors. Atque ipso eodem anno *R. D. Godefridus de la Marthonie*, ad fundatorum preces, illud consecrauit.

Colebert. Pingré. De la Marthonie.

1518. 1518.

An. M. D. XVIII.

Obitus P. Cetdonij Genet.

1. CErdonius, cum primùm est electus, Visitationis gratiâ *Italiam* perlustrandam suscepit, *Româ* igitur digressus, cùm ex itinere Conuentus aliquos obiisset, atque salutaribus monitis fratres instituisset, in *Siciliam* traiecit, *Mylasque* tandem applicuit, vbi coactus morbo succumbere, quem per viam contraxerat, homo iam grandæuus & multis cùm in *Germaniâ*, tum in *Galliâ* exantlatis laboribus tantùm non consumptus, eo in dies ingraueſcente, comparauit se ad exitum, quem sentiebat non longè abesse. Nihil igitur prætermisit, quo vitam sanctam & incorruptam simili fine concluderet. Post priuata officia quibus suam salutem curauerat, publica non omisit. Testamento poterat, quod tempora illa ferebant vt anteà diximus, relinquere successorem, vna illi cogitatio vt is esset quàm optimus, scriptis igitur tabulis *R. P. Michaëlem Comitem* in Comitiis Tholosanis Lectorem (vt loquimur) generalem institutum, & pro tempore Prouincialem *Turonensem* hominem sibi & doctrinæ merito & morum probitate notum atque commendatum, nominauit. Postquàm igitur mortem sanctissimis officiis occupauit, prouiditque vt ne ab ea occuparetur, quod est mortis genus forte, Christianum, optandum, senex optimus mortalitatem exuit & reliquit. Funus elatum solemni pompâ, & magis sanctitatis merito quàm dignitatis ab omnibus hominum ordinibus celebratum. Fuerat *Cerdonius*, vir animo ad pietatem composito, ingenij acumine præcellens, litteris diuinis & humanioribus apprimè imbutus, orationi summoperè deditus, præter omnia verò studiosus rerum Ordinis prouehendarum, studium tamen illud mirabili semper prudentiâ temperauit. A morte miraculis inclaruit, quo nomine à Siculis nostris commendatur. Inter primos à B. Patre missus in *Germaniam*, in eâ Prouinciâ constituendâ & per vices regendâ multùm laborauit, Collega *Bineto* datus in primo Capitulo, ad an. 1508 toti Ordini operam suam atque virtutem approbauit, ac nunc demum in supremâ dignitate apud suos constitutus morte suâ *Siciliam* beauit, Ordinem vniuersum consecrauit.

Le Comte

Binetus B. P. Canonization. vtget.

2. Interim verò *Binetus*, qui Romæ Procuratoris Generalis officio fungebatur, omnem diligentiam faciebat vt quod ab altero anno cœperat ad B. Patris apotheosim promouendam, per moras non excideret. Cùm igitur Cardinalis *Papiensis*, cui fuerat eius rei cognitio permissa, recessurus esset ab Vrbe, vt *Illust. & R. D. Dominicus Iacobatius* Romanus Episcopus *Nucerinus* Presbyter Cardinalis tit. primùm *S. Laurentij in pane & perna*, pro tempore autem *S. Bartholomæi inter pontes* sufficeretur, maturè prouidit. Iudicium ille sustinuit, quod à die VIII. Iunij ad X. Nouembris extractum est. Per illud tempus in *Calabriâ* vt amplius inquireretur nostri fategerunt. Et quidem *R. P. Franciscus de Cerezano* ad eam rem Breue Apostolicum obtulit *R. D. Bernardino de Canalcantibus* Ecclesiæ *Consentinæ* Præcentori, qui ad diem 1. mensis Maij processum instituit relatum in acta quæ ad Canonizationem recognita fuerunt. Dum autem illa singulatim recensebantur atque probabantur, fiebat eorum copia *R. D. Iacobo Simoneta* causarum in sacro Palatio Auditori, viro docto & in paucis eloquenti, vt Relationem ad Pontificem habendam instrueret. Delibauit ille summa capita, quantùm satis erat ad institutum, eaque stylo eleganti & splendido in orationem contexuit, quam suo tempore apud Pontificem recitauit. Ea relatione impulsus Pontifex serìò deliberauit de Canonizatione perficiendâ, postmodùm verò *Clementi* VII. R. P. in tantum placuit, vt in Officium Ecclesiasticum referri voluerit. Quod ita factum est, vt in partes diuisa octo dierum lectiones, quæ ad secundum vt loquimur Nocturnum recitantur, complea. Edita est ex integro à PP. Conuentus Sanctissimæ Trinitatis in Vrbe anno Iubilæi M. DC. XXV & quoniam nihil potest aut ad rem aptius aut verbis elegantius dici, rem Lectori gratam facturum me cogitaui, si operi nostro insererem. Atque huius consilij mei rationes plurimas habeo etiam necessarias, quas Lectorem non pœnitebit à rebus ipsis potius quàm verbis meis collegisse. Sic igitur habet ista Relatio.

Di Pauia. De Nuceria. De Cerezano. De Calnacantibus. Simoneta.

Digitized by Google

1518. 1518.

3. *Illustrißimi, ac Reuerendißimi Domini* IACOBI SIMONETÆ *causarum sacri Palatij Auditoris, & deinceps S. R. E. Cardinalis, Necnon Pisaurensis Ecclesiæ Antistitis*

Relatio ad Leon. X. de B. P. N. vita & miracvlis.

RELATIO

Facta coram Summo Pontifice LEONE X. super Vita & Miraculis S. P. FRANCISCI DE PAVLA Ordinis Minimorum institutoris.

Ad effectum Canonizationis eiusdem.

PRæcepisti mihi superioribus diebus, Pater Beatissime, vt quæ de fama, vita, & miraculis Beati Francisci, *quem Oppidum* Calabriæ Paula *tulit, ex testibus comperissem, ea tibi (veritatem agnoscere cupienti) fideliter referrem. Quam vt clarius intelligeres vitam hominis secundùm attestationes quam breuissimè conscripsi; Eam, & sanctitate insignem, & rerum mirabilium splendore nulli maiorum cedentem, libenter, vt opinor, leges. Nam ad Augustissimi Pontificatus tui laudem maximè pertinet, quod Diuina prouidentia factum fuerit, vt cùm tu sanctitatem in primis colas, & Christiani nominis gloriam in dies augere summis viribus contendas, sæculo tuo viri non defuerint quos Sanctitatis meritu consecrares.*

CVm semper, & vbique diuina benignitas hominibus præstò esse solet, tum cœlestis beneficentiæ largitas in nos maximè effundi videtur, cùm Summus rerum Opifex, & moderator eò maiestatis suæ culmen immensum inclinat, vt iuxta Psalmographum, inopem de terra suscitet, & de stercore subleuatum pauperem cum Principibus populi sui collocet. Quàm multi fuere superioribus sæculis, quos alioquin obscuros, & omni terrenæ gloriæ splendore destitutos sic æternum Diuinæ gratiæ lumen illustrauit, vt & præcipuam in terris venerationem merentur, & pretiosissimam in cœlo sanctitatis coronã consequerentur.

Non est huius tanti muneris ætas nostra prorsus expers. Respexit nos ab excelso sancto suo Dominus, & in tenebras, quibus cæca mortalitas inuoluitur; quasi nouæ lucis radios *Beatum Franciscum* nuper immisit. Is in Oppido *Calabriæ*, cui *Paulæ* nomen, infimo loco natus, iam inde statim ab infantia futuræ probitatis specimen dedit. Eluceſcebant in tenellis annis igniculi quidam, ex quibus erupturam fore ingentis virtutis flammam appareret.

Vix tertium decimum attigerat ætatis annum, cùm ducente sancto Spiritu, secessit in Eremum. Ibi prima diuinæ militiæ stipendia fecit, & ad nonum decimum vsque tyrocinij rudimenta posuit. Mox quia supremus Imperator tam egregium militem ducendis Ordinibus in Ecclesia destinarat, relicta solitudine fratres in Cœnobium recipit, sed quò magis ætas procedebat, amplioribus etiam incrementis sanctitas proficibat.

Iam non solùm celebre nomen eius erat apud Calabros, verùm, quod in primis mirum videri debet, hominis mendici, & in extremo *Italiæ* angulo

1518. angulo propemodum delitescentis, ad *Ludouicum XI. Gallorum Regem* fama penetrauit. Qui cùm incredibili tam rari viri desiderio teneretur, eum multis pollicitationibus sollicitatum in *Galliam* ad se pellicere studuit. At vbi nihil animum totius mundi contemptorem mouit Regiæ munificentiæ magnitudo, confugit demum *Ludouicus* ad Apostolicæ Sedis auctoritatem, & ita factum est, vt *Beatus Franciscus, Sixti* tum Maximi Pontificis iussu, cui non paruisse nefas putabat, ad Regem profectus fuerit, apud quem summo fuit in honore.

Admirabatur Rex ille cœlestem hominis in terris vitam, & animum corpore conclusum, omnia corporis desideria vincere. Quin eius præsentiam, certissimum sibi, rebusque suis præsidium, & inexpugnabile totius Regni munimentum existimabat. Et id, rectè quidem. Quid enim ad placandum Deum, & auertendas imminentes calamitatum procellas innocentium precibus efficacius?

Turones Vrbem *Galliæ* longè nobilissimam delegit, vbi primum in illis regionibus sedem figeret, & Religionis suæ fundamenta iaceret. Breui coaluit semen sanctissimæ vitæ, quod in agro Domini sparsit, & vberes fructus longè latéque diffusum, & propagatum edidit, non solum in omnibus ferè *Galliæ* partibus, sed & in *Hispania*, *Germaniaque* permulta construxit Monasteria, quibus nec Religiosorum frequentia, nec operis magnificentia deest. Taceo quæ prius ante profectionem in *Galliam*, in *Calabria* iuuenis admodum ædificauerat.

Illud verò quem non agat in stuporem, quod rudis homunculus, nulla prorsus literarum cognitione, rerum omnium egentissimus, tantum potuerit; vt inter exteras nationes, lingua, moribusque dissonas, nouam Religionem tam facilè fundauerit, & auctam intra paucos annos ad maximæ celebritatis fastigium euexerit? præsertim cùm nulla sit neque arctior, neque durior, vt incredibile videatur inueniri, vel paucos potuisse, quos abscissa nimis seueritate non deterreret.

His qui nomen in eam dederint cibis omnibus (præter quadragesimales) interdicitur. In reliquis etiam omnibus viuendi normam leges consimili rigore constringunt, nec in indumentis, ieiuniis, orationibus, ac variis corporis macerationibus quicquam, nisi ferè supra naturæ mortalis tolerantiam, reperies. Nouerat huius professionis & disciplinæ princeps, & auctor, diligentibus Deum nec animi, nec corporis vires ad extrema quæque patienda deesse, sed humanam imbecillitatem, si cubi fortassis laborat, diuinæ potentiæ præsidio confirmari. Nec id alieno magis perceperat exemplo, quam suo deprehenderat experimento.

Instituebant eius mensam (vt hinc aliquid de vita hominis, & moribus particulatim scribendi sumam exordium) panis & aqua; inde pocula, inde epulæ. Quod si corpusculum necessariis alimentis fraudatum deficeret, ad olera, aut legumina descendebat. Vini modicum etiam interdum adhibebatur. hac refocillatione redintegrabatur membrorum vigor exhaustus. Cibum semel tantum in die capiebat, & eum sub noctis tempus.

Non desunt qui affirment, dum contemplationi totus intendit, sæp

1518. biduum, vel triduum inediam pertuliſſe, quam rem ex eo coniectant, quod cibus à fratribus miniſtrantibus in cellam illatus, per totidem dies intactus conſpiceretur. Pedes nullis, nec æſtate, nec hyeme muniebantur calceamentis, nudi ſed ferebantur per rigentes niues, per feruentem puluerem, per fœdum lutum, per aſperos lapides, per aculeatos vepres, illæſi tamen ſemper, vt nec frigus congelaret, nec æſtas adureret, nec cœnum inquinaret, nec calculi premerent, nec ſentes ferirent. Mandauerat enim Dominus Angelis ſuis, vt cuſtodirent eum in omnibus viis ſuis. 1518.

Veſtis erat id genus, vt nec ad leuandos calores, nec ad defendendos algores, ſed ad vnam tantum corporis nuditatem velandam comparanda foret, vilis, & obſita, & vnica, cuius vſum finiebat diſſoluta nimis longo vſu textura. Reliquit veſtem vnam (immo verius fragmenta quædam veſtis, & reliquias) fratribus in Monaſterio, quod iuxta *Paulam* extruxerat. Ea maxima eſt apud populos illos in veneratione, quod inde ſolo contactu diuini numinis præſentia votis reſpondeat.

Nunc operæpretium eſt attendere, in quam duram ſeruitutem corpus redegerit. Alios, quos diurnus labor fatigauerit, nocturna quies excipit, vt inde recreentur. At quæ tandem quies huic erat? In Cœnobio (dum apud *Calabros* ageret) artus feſſi, tabulæ committebantur. In *Gallia*, ſtrato ex ſarmentis vſus eſt. Ita cùm quietem petebat, tunc etiam grauiſſimè corpus affligebat.

Nullas horas ſine fructu præterfluere, nihil temporis, nec momentum quidem, fruſtra perire paſſus eſt. Numquam vlla ceſſatione ſe remiſit eius virtus. Intentus ſemper erat animus. Ante lucem in templum ex cellula progrediebatur ad orandum. Deinde operatis ſacris, re diuina per Sacerdotem facta, nonnunquam hymnis omnibus (quos diſtinctis horis Eccleſia Deo canit) auditis, in cellulam ſe recipiebat. Ibi preces iterum repetebantur. Ibi tantus eum contemplationis incendebat ardor, vt frequens, & conſtans opinio ſit, ad cœleſtia ſpiritu rapi perſæpe ſolitum.

Quin & Angelorum choros cœlitus ad eum deſcendiſſe ferunt. Argumento ſunt pſallentium in cellula concentus auditi. Nec aliud in cauſa fuiſſe crediderim, quod *Carolum* olim *Octauum Gallorum* Regem non admiſerit, cùm alioquin ad oſtium inſtarent miniſtri Regem adeſſe nunciantes, niſi quod terrenum principem neglexit, dum ineffabilem Regis Regum, & Domini Dominantium maieſtatem contemplaretur. Secedebat nonnunquam in hortulum, quem manibus ſuis colebat. Ibi ne tum quidem cùm opus faceret, à diuinis erat alienus, nam aut orabat, aut oranti ſimilis videbatur.

In Monaſteriorum fabrica primas egit inter operarios partes. Non ſatis habuit, quod pectus ſuum ita præparaſſet, & excoluiſſet, vt viuum eſſet Dei templum; ſtudium etiam adhibuit, vt Deo ſedes, & ſeruis eius manuum labore conſtitueret. Illud nequaquam hoc loco prætereũdum videtur, quod licet vnica veſte tantum (vt ſupra diximus) vteretur, & in ardentiſſimis caloribus ſeſe variis laboribus exerceret, nihil in eo ra-

men-

1518. men olidi, nihil immundi fuit vnquam animaduersum. Immo nitorem illuuiei illa, & odorem suauitatis neglectus corporis cultus præ se ferebat, cùm ad eum ornandum virtutum omnium cœtus, veluti quadam conspiratione conueniisset. 1518.

Eminebant inter cæteras eius virtutes, humilitas, & patientia. Summus erat suæ Religionis Antistes, quem Generalem vocant, & cùm tanto magisterio fungeretur, ad infima tamen sese vilissimis quibusque ministeriis abiiciebat, amplissimam dignitatem ratus, si diligentissimè commodis aliorum inseruiret. Patientia fuit inuicta, quam non voluptatum illecebræ labefactare, non grauis senectus de gradu deiicere, non peregrinatio concutere, non aduersa valetudo expugnare potuerit.

Idem semper fuit, eodem vitæ tenore semper sibi constitit. Sed qui tam seueram in seipsum ageret censuram, vt inexorabilem (etiam vbi flagitabat aliquid sustentaculi corporis necessitas) se præberet. Reliquos incredibili benignitate complectebatur, & fouebat. Religiosos suos errantes interdum (vt humanæ conditionis fert fragilitas) sic castigauit; vt à paterna charitate, clementiaque non abesset castigatio.

Non defuerunt obtrectatores, qui malignitatis suæ virus in eum funderent; & sanctissimam vitam tanquam insaniam, aut simulationem impudenter, & nefariè criminarentur. Hos sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones, & sustinuit fortiter, & spreuit constanter. Multi postea qui linguas suas tanquam gladios exacuerant, tanti sceleris pœnitentia ducti palinodiam facere non erubuerunt, hominis innocentiam passim prædicantes, & delictum suum publicè profitentes.

De Castitate autem quid attinet dicere? Nam quis eum ad extremum vsque, corpus incorruptum, & mentem puram integritate virginali custodisse neget? qui nondum pubescens in solitudinem sese relegauerit, ne vlla prorsus mundi contagione pollueretur, & animam suam tanquam hostiam immaculatam à teneris Deo dicarit. An vllis illum caro gestiens stimulis incitaret, in quo penè demortua languebat? An voluptas vlla titillatione sensus emolliret, qui contra delitias omnes dirigueranr?

Excubabat peruigil, & oculatissimus custos, & in statione semper habebat animum, ne qua vis irrumperet, ne qua fraus irreperet. Aditus omnes quibus mortalium infirmitas tentari potest, munierat aduersus impetum, & hostiles insidias. Quamuis autem frequentiam hominum refugeret, & cellulæ solitudinem amaret, per quam in cœlum conscendebat, & Deo coniungebatur, mira tamen humanitate patuit adeuntibus, quos variis perturbationum morbis implicatos, variis etiam (sicuti res postulabat) medelarum curationibus prosequebatur. Elatos, & tumidos coërcebat humanæ conditionis admonitio. Calamitosos, & animo fractos erigebat diuinæ miserationis expectatio, mœrentium lacrymas detergebat plena sapientiæ consolatio.

Quàm multus illi sermo de contemptu diuitiarum, de mundi despicientia, quibus verborum facibus audientium animos ad amplexandam

1518. virtutem, & euangelicàm disciplinam capessendam accendebat. Quid? 1518.
quod inter alia diuini spiritus charismata, quibus abundauit, dono quoque vaticinij non caruit? Multis futura prædixit, & prædictioni fides euentus non defuit Multis quæ fœdè commiserant (cùm inexplorabilibus ea conscientiæ suæ latebris tegi putarent) aperuit, qui mox hominem introspexisse mirati, quæ patere soli Deo poterant, ad sanitatem redierunt.

Iam fortissimus Athleta decurso summa cum laude stadio, metam attigerat, & diem adesse sentiens qua certaminis à Domino coronam acciperet, vocatos ad se fratres primum ad concordiam, & mutuam charitatem colendam hortatus est, & Religionem quam vouerant, constanter, & fideliter obseruandam. Tum de successore deligendo mandata dedit, nominauitque quem sibi Præsulem sufficerent, donec in sequentem annum totius Religionis Romæ conuentus haberetur, in quo publicis fratrum suffragiis Antistes crearetur. Adeò pius & prouidus parens, vt filiorum curam, quam mors finiebat, post mortem etiam extenderet. Migrauit apud *Turones* ad Dominum lætus, & exultans Anno à Natali Christi millesimo quingentesimo sexto, computando more Gallicano, Romano verò more, 1507. anno. Suæ verò ætatis nonagesimo primo. Die quæ nobis Dominicæ passionis memoriam, & luctum anniuersarium refert. Cùm pridie (licet quatriduum ante vehementissima febri conflictatus) in templum processisset, ibique cum reliquis fratribus Eucharistiam religiosissimè sumpsisset.

Incredibile est, quot populorum agmina, quantam vtriusque sexus, & cuiuslibet ætatis multitudinem, fama de huius hominis obitu propriis sedibus exciuerit. Confluebant plenis vndique viis ad visendum corpus, nondum sepulturæ mandatum. Venerabantur hospitium illud nobilissimum, in quo tam insignis anima diuersata fuerat. Osculabantur membra, quæ tot sanctorum operum fuerant instrumenta. Cuius singularem in terris pietatem, & beneficentiam senserant, eiusdem in cœlo implorabant apud Deum opem. Nec vanæ supplicantium erant preces: Nihil negabat tam fidelis serui meritis, & intercessionibus diuina benignitas.

Postulare videtur hic locus, vt miraculorum seriem recenseam. Sed cùm nimis magna sit eorum copia, paucis attingenda non puto, quæ spatiosi voluminis historiam desiderant. Adde quod adeò vulgata sunt (præsertim apud omnes Galliarum partes, & populos) vt narrationis nostræ testimonio non egeant. Quod si quis paulò curiosior rem exactius noscere cupit, acta perquirat, & excutiat, in quæ mirifica per *B. Franciscum* patrata, scriptores alij summa diligentia, parique fide retulerunt. Illud ego satis habeo testari, quod Deus Opt. maximus in ipsius *Francisci* gratiam sic hominum votis dexter, & volens adest, vt cæcorum caligo discutiatur, mutorum lingua vinculis exoluatur, surdorum aures aperiatur.

Taceo claudos ambulantes, leprosos mũdatos, dęmoniacos liberatos, & curatos

1518. curatos morbos, quos medicina deplorauerat. Restituitur etiam furiosis quies; & insanis, mentis sanitas confertur, quod priscis temporibus, aut nunquam aut rarò contigit. Quis igitur hunc præcipuis honoribus in Ecclesia Dei venerandum esse non iudicet, quem Deus ipse præcipuis muneribus decorauit? Quis non putet tantum virum cœlestibus choris Angelorum miscerì? Quis Cœlestium Catalogo non adscribendum putet, qui cùm terrenis membris esset amictus, terrena omnia exuebat, & cœlo se inferebat? Immortales immortali Deo gratiæ sunt agendæ, qui gloriæ, miserationumque suarum magnitudinem nostris temporibus per B. Francis. mundo manifestauit. Merito gaudeant, & exultent *Paula*, & *Turonénsis* Ciuitas, quarum altera fulgentissimum sanctitatis sydus terris dedit, altera cœlo intulit. 1518.

Ex hac igitur narratione multa colliguntur, subiecta tamen castigatissimo, limatissimoque Sanctitatis tuæ iudicio, quibus Canonizationem tam rari insignisque viri fieri debere arbitror

In primis autem non tantum me ad id hortatur, sed etiam mirum in modum impellit Virginitas ipsa, quam incorruptam, immaculatamque semper obseruauit. Hæc quidem illos qui eam custodiuerint super alios excellentioris, perfectioriſque ingenij efficit. Hinc Musas omnium virtutum Deas, virgines esse finxit antiquitas, & Palladem Deam ingenij, non solùm ex Iouis vertice natam, sed virginem semper fuisse fabulata est. Quam opinionem clarè confirmat Apostolus dum 1. *ad Corinth.* 7. dicit, quod virgo ea quæ Dei sunt, tantum cogitat, & sic cœlestia, & sublimia: nupta verò, ea quæ mundi, & propterea ad terrestria, & humilia animum tantum intendit. Virginitas.

Amari etiam virgines à Deo pluris cæteris, omnes existimant, cùm Deo sponte offerant, quod eis imperatum non est, maioriſque gratiæ est offerre quod non debes, quàm reddere quod teneris, vt scribunt S. Patres, & præsertim *Diui Ambrosius, & Hieronymus*, & habetur *in c. integritas* 32. *q.* 1. *in c. si Paulus. in c. qui sciat* 32. *q.* 5.

Hinc merito virginibus non tantum sedem in cœlo, sed & aureolam esse paratam à Deo Christiana Religio rectè credit, vt dicitur *in c. nuptiæ* 32. *q.* 1. *in c. hoc solum* 3. *q.* 5. *in c. pen. de prob. & in dicto c. si Paulus, & per Iustinianum in §. sancimus. in aut. de Leuon.* Nec ab his pagani seu gentiles ipsi dissentiunt. Nam Cicero *lib.* 2. *de leg.* refert quod lex inquit, Ad Diuos adeunto castè, pietatem adhibēto; qui secus fecerit, Deus ipse vindex erit. Subditque idem. Castè iubet lex Deos adiri, animo videlicet in quo sunt omnia, nec tollit castimoniam corporis quin obseruetur, vt casta corpora adhibeantur. Nam nec aspersione aquæ, nec dierum numero tollitur animi labes, nec diuturnitate euanescere, nec manibus elui vllis potest. Hoc quoque Tibullus *lib.* 2. affirmat dum inquit.

——— *discedat ab aris*
Cui iuuat hesterna gaudia nocte Venus.
Casta placent superis, pura cum veste venite,
Et manibus puris, sumite fontis aquam.

Huic etiam sententiæ adstipulatur Virgil. dum *in* 6. *Aeneidos*, Sedes Beatas per Sacerdotes tantum castos teneri meminit eo carmine.

Quique Sacerdotes casti, dum vita manebat.

Considerandum etiam plurimum puto esse Religionem arctissimam, & in summa paupertate constitutam, quam ipse admodum adolescens instituit, ad extremumque vitæ obitum constanter obseruauit. In qua quidem Religione qui profecerint, cunctis hominibus meliores esse existimat Augustinus, *vt habetur in c. in quantolibet* 47. *distin.* Quia cùm ex voto, & voluntatem, & potestatem Deo subiecerint, felicique necessitate ad bonum compellantur, plus cæteris non profitentibus, seu vouentibus mereri rectè iudicantur, *vt habetur*

1518. *per gloſ. & alios in clement. ſi dum: de reliq. & venerat. Sanct. per Archidiac. in 6. ſi quis* 1518.
1. q. 2. referentem B. Thom. 2. 2. q. 86. art. 6. & per Ricard. in 4. ſenteni. diſt. 38. q. 6. art. 2.

Sunt etiam in perfectiori gradu Religioſi Mendicantes quàm alij, & inter hos, qui arctiorem duriorémque vitam agunt, vt latè diſſinit Auguſt. de Ancon. *in lib. de Eccleſiaſt. poteſt. q. 103. art. 1.* Vita namque & mores, ſanctos faciunt ſacerdotes, 40. *diſtinct. cap. Non nos, cum ſequentibus.* Propterea non immeritò Dionyſius *in libro de Eccleſiaſt. Hierarc.* Religioſos Deo famulantes perfectos homines appellat. Nam vt inquit Gregorius *in expoſitione numer. 6. cap.* Per votum paupertatis, res huius mundi exteriores Deo voluntariè offeruntur. Per votum continentiæ conculcatis omnibus huius ſæculi illecebris, & voluptatibus corpus Deo dedicatur. Per votum obedientiæ in holocauſtum anima, & propria voluntas traditur, quæ omnia veram perfectionem manifeſtè oſtendunt.

Charitas. Non prætereundam hominis Charitatem eſſe cenſeo, qua plurimum opere, & ſermone, in Deum ac proximum abundauit. Et propterea imperfectum ſcientiæ, abundantem charitatem in eo ſuppleuiſſe arbitror, *vt habetur in cap. miſi cum pridem de renunc.* quæ quantæ vis, & poteſtatis ſit nos docet Paulus Apoſtolus ſcribens ad Corinth. 1. *Cor.* 13. Qui verò proximum ſuum diligit, legem omnem adimplet, vt idem Apoſtolus ſcribit, *ad Roman. cap.* 13. *verſ.* 8. idem repetit *ad Galatas, cap.* 5. dum inquit, Omnis lex in vno ſermone adimpletur, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.

Definitio Charitatis ex S. Proſpero Aquitanico. Hæc autem Charitas, vt ſcribit Proſper *libro de contemplatiua vita.* eſt recta voluntas, & ab omnibus terrenis, ac præſentibus prorſus auerſa, iuncta verò Deo inſeparabiliter, & vnita, igni quodam Spiritus ſancti, à quo eſt, & ad quem refertur, incenſa; inquinamenti omnis extranea, corruptionis neſcia, nulli vitio obnoxia, ſuper omnia, quæ carnaliter diliguntur, excelſa, affectionum omnium potentiſſima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus ſemper inuicta, ſumma actionum bonarum, ſalus morum, finis cœleſtium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, anima ſanctarum mentium, cauſa meritorum bonorum, præmium perfectorum, ſine qua nullus Deo placuit, cum qua aliquis peccare non potuit, nec poterit, fructuoſa in pœnitentibus, læta in proficientibus, glorioſa in perſeuerantibus, victorioſa in martyribus, operoſa in omnibus omnino fidelibus. Hæc habentur *in cap. Charitas de Pœn. diſt. 2.* Quis ergo B. Franciſcum eſſe ſanctum dubitet, qui ex perfecta Charitate cuncta operatus, nihil niſi ſecundum legem Dei, aut cogitauit, aut adimpleuit?

Humilitas. Quòd ſi in Canonizatione Sanctorum Humilitatem attendere voluerimus, profectò B. Franciſcum tanta humilitate præſtitiſſe quiſque comperiet, vt nec maior, nec vberior in homine, aut inueniri, aut optari poſſet; cùm Ordinem Minimorum inſtituerit; quo quidem (vt non tantum ex vi verbi, quam etiam ex re ipſa arguamus) nihil abiectius, nihil humilius dici poteſt.

Accedit quod fratrum ſuorum veſtes (dum eis auxilio cunctis in rebus eſſe ſtudet) ſæpiùs lauit, & mundauit, Et quoſcunque ſacerdotes, (licet ordinis ſui Generalis nuncuparetur) præferri ſibi ſemper voluit, vt verè minimus inter homines appareret.

Tres humilitatis gradus. Humilitatis autem tres ſunt gradus. Primus eſt ſubdere ſe maiori, & non præferre ſe æquali. Et hæc dicitur Humilitas ſufficiens, & neceſſaria.

Secundus eſt, ſubdere ſe æquali, & non præferre ſe minori, & hæc dicitur abundans.

Tertius eſt, ſubdere ſe minori, & hæc dicitur ſuperabundans, *vt habetur per Gloſſam ſu. in clem. 1. de Religioſis domibus*, quæ multa ex recitatione Sanctorum Patrum in commendationem Humilitatis refert.

Neminem igitur dubitare arbitror, quin ſuperabundantem humilitatem obſeruauerit, cùm omnibus, etiam inferioribus, & ſubditis, vt ſupra dictum eſt, quaſi in omni rerum actione ſeſe ſubiecerit.

Cæterum

1518. Cæterum Gloſſa *ſuper verbo Pſalterij, Vide humilitatem. Pſalm.* 118. *dicit*, quod 1518.
nemo viuificatur niſi per humilitatem, quæ eſt caput omnium virtutum, quam refert Archidiac. *in cap. qui Epiſcop.* 23. *diſt.* Hanc potiſſimùm nobis amplexandam reliquit D. N. Ieſus Chriſtus, qui humiliter, ac patienter multa pertulit à Iudæis, vt nos humilitatis, & patientiæ ex eo haberemus exemplum. Sicut memoriæ prodidit Cyprianus, *& refertur in cap. Dominus noſter* 93. *diſt.* Alibi verò dicit, Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde. *Et refertur* 2. *q.* 6. *cap. qui ſcit.* Nec non humilitatem docens, dicit. Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare, qui maior eſt veſtrum, ſit veſter miniſter. *Cap. Diaconi ſunt.* 93. *diſt.*

Præterea ſecundùm Pſalmographum. Reſpexit Deus in orationem humilium, & non ſpreuit preces eorum, *pſal.* 101. Et *Eccleſiaſ.* 35. dicitur Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & non diſcedet donec Altiſſimus aſpiciat.

Eis quoque maxima pollicetur Deus præmia. Nam *Matth.* 18. *cap.* dicitur. Quicumque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cœlorum. Et per *Lucam* 7. *&* 18. *cap.* Qui ſe humiliat, exaltabitur. Per Petrum verò 1. *Petr.* 5. *verſ.* 5. Omnes inuicem humilitatem inſinuate, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Poſtremò Caſſiodorus, *ſuper illud Pſalmi* 112. *Humilia reſpicit*, pulchrè ſcribit. Erubeſcant elati, vbi locum credunt habere ſuperbiam, cùm cœlum, & terram ab humilitate videant occupari. Piè igitur credendum eſt quod B. Franciſci (humilitatem ipſam, non autem ipſius ſimilitudinem, vt multi ſolent, amplexantis) iuſtis precibus, diuina Veritas nihil vnquam negauerit, & morienti ſedem in cœlo, iam toties ſe humiliantibus prouiſam proculdubio conceſſerit.

Patientia & Conſtantia.

Quàm etiam Patiens, & Conſtans fuerit in omni vitæ actione ſatis ſuperque dictum eſt. Accedit quod cùm plenus fuerit feruenti charitate, neceſſe eſt, vt maxima vſus fuerit patientia. Nam iuxta Apoſtolum 1. *ad Corint.* 13. *capite*, Charitas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperam, omnia ſuſtinet, non quærit quæ ſua ſunt; omnia ſuffert, non inflatur, non eſt ambitioſa. In omnibus itaque ſemetipſum exhibuit ſicut Dei miniſtrum, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in vigiliis, in ieiuniis, & caſtitate, ſecundum eundem Apoſtolum 2. *ad Corinth. cap.* 6. Et iuxta eundem *ad Roman.* 12. Spiritu ſemper fuit feruens, Domino ſeruiens, ſpe gaudens, in tribulatione patiens, orationi inſiſtens, ac neceſſitatibus Sanctorum communicans, & patientia ſua animam ſuam poſſidens. Sciebat enim Patientiam eſſe admodum neceſſariam, ſecundùm Apoſtol. *ad Hebræos* 10. *cap.* quæ cauſatur à Charitate, nec perfectè haberi poteſt, ſine auxilio gratiæ diuinæ, vt plenè per *S. Thom.* 2. 2. *q.* 136. Præterea, inquit Liberius Papa *in c. ſuggeſtum* 7. *q.* 1. quod omnes, ſecundùm Apoſtolicam prædicationem 2. *ad Timoth.* 3. Qui volunt piè in Chriſto viuere, perſecutiones patientur. Hoc autem declarans latè Auguſtinus *in ſermone ad Lippum*, inquit, Chriſtus enim cùm noſtræ Religionis caput ſit, noſque eius membra ſimus, debemus non ſolùm eum, ſed vitam eius cumulatiſſimè ſequi. Vita enim Chriſti reſperſa fuit anguſtiis plurimis, ſumma paupertate circumdata. Ipſe verò à Scribis, & Phariſæis deriſus, tandem propter nos peccatores morti turpiſſimæ traditus. Vnde electos Dei varias perſecutiones pati neceſſe eſt. Omnes enim qui ad Paradiſum ire deſiderant, oportet tranſire per ignem, & aquam, ſiue fuerit Petrus Apoſtolus, cui datæ ſunt claues regni cœlorum, ſiue Paulus vas electionis, ſiue Ioannes, cui reuelata ſunt ſecreta cœleſtia, neceſſe eſt, vt omnes dicant per multas tribulationes oportet nos intrare Regnum Dei.

Religionis optimum tegumen.

Illud quoque maximum ſanctitatis illius teſtimonium præbet, quod Religionem ſuam (cuius moriens Summus erat Antiſtes) per plurimos annos ſumma cum ratione, & prudentia gubernauit. Nam qui honore præſtantior eſt, alios quoque auctoritate, & moribus excellere debet, vt ſcribit Simmachus Papa, *& habetur in c. vilißimus.* 1. *q.* 1. *& in c. miramur.* 51. *diſt.* Refert Leo Pontifex, quod non poteſt de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro

1518. moribus caſtis, pro actionibus ſtrenuis, certioris loci præmiũ debetur: Maximæ profecto integritatis documentũ eſt, cum Prælatus ſuis verbo, & exemplo prodeſſe poteſt. Nam vt patet *Luca* 6. Qui non eximit trabem de oculo ſuo, non poteſt de oculo fratris ſui feſtucã eiicere. *Et habetur* 3. *q.* 7. §. *Porrò in fin. Et p. q. p.* 2. *c. Multi.* Hinc rectè ſcribit Ambr. Quomodo criminoſus alios emendare poteſt, cùm eadẽ quæ corrigit, ſe commiſiſſe cogitat? Nempe cùm de alio iudicaret, in ſe ſtatim ferret ſententiam. *c. iudicet.* 3. *q.* 7. Non abs re propterea Gregor. 7. *Moralium*, inquit. Quod nunquam purè maculam conſiderat oculus, quem puluis grauat, & ſuperiectas ſordes tergere manus non valent, quæ lutum tenent. Vnde dicitur *Eccleſiaſtici* 14. Qui ſibi nequam eſt, cui alij erit bonus? Rectè igitur exiſtimandum eſt, cùm ignarus litterarum Religionis ſuæ gubernacula prudenter tot annos tenuerit, quod ea, ob ſolam ſanctitatem, ac Religionis longam experientiam, quæ rerum omnium magiſtra eſt, *C. Qz. ſcit. de elect. in* 6. à Religioſis ſuis Sancto ſuadente Spiritu illi demandata fuerint? 1518.

Pietas. Ex his tandem omnibus, vt arbitror, abundè conſtat, cuncta, quæ in laudem, & gloriam Confeſſorum, in hymnis diuinis decantat Eccleſia, ad Canonizationem B. Franciſci affluenter concurrere. Quis enim pietatem eius non intelliget, cũm nemini nocere, omnibus autem prodeſſe ſemper ſtuduerit? Neminem eius opem, & auxilium fruſtra poſtulare vnquam permiſerit, vt ex eius vitæ narratione euidenter apparet.

Pietas autem ipſa virtus eſt de ſe ſpecialis, *vt per S. Thomam* 2. 2. *q.* 101. *art.* 3. Et eſt mater omnis boni operis, *vt dicitur in cap. Si quælibet* 22. *q.* 2. Qui verò per opera pietatis ſe inſtituit, etiam præſentis vitæ ſubſidia, & æternæ claritatis præmia à Deo percipit, ſecundùm Hieronym. *vt habetur in c. hoſpitalem* 92. *diſt.* Vnde Apoſtolus ſcribens ad Timotheum ait 1. *Timot.* 4. Exerce te ipſum ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, Pietas autem eſt vtilis ad omnia, habens promiſſionem vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.

Deum quoque pietate, & clementia imitari nequaquam hominibus negatum eſt, vt inquit Iuſtinianus *in l. Imperialu. C. de nuptiis, & in Aut. vt indices ſine quoquo ſuffragio* §. *itaque col.* 9.

Prudentia. Prudentem verò debere eſſe hominem ſicuti ſerpentem, & ſimplicem, ſicut Columbam, docet diuina Veritas *Matthæi* 10. Serpentis prudentia eſt, diligenter cauere à ſupplantantium inſidiis, non vi, non fraudi locum relinquere. 6. *q.* 1. *c. ex merito.* Sed Columbæ ſimplicitas eſt, nemini iniuriam inferre, nulli dolos, aut inſidias parare: Sancti namque viri quæcunque agunt, in conſpectu Dei agunt. *c. verum de pœnit. diſt.* 1. Quis autem huiuſmodi naturalem ſapientiam illi defuiſſe exiſtimet, qui Deum ex tota mente totoque animo ſemper coluerit, atque timuerit, & ab eo propterea amari dignus fuerit? Nam *Proverb. c.* 1. Timor Domini principium Sapientiæ. Et *Sapientiæ* 8. *c.* Neminem diligit Deus niſi eum, qui cum ſapientia inhabitat.

Cæterum hominis Caſtitatem, & Pudicitiam, ac Humilitatem ſupra plenè enarrauimus.

Sobrietas. Sobrietatem autem eius quis non admiretur, cùm nondum pubeſcens ſolitudinem, & Eremum delegerit, & vitam non tantum à delicijs, ac huius ſæculi voluptatibus intactam, ſed ferè ab omnibus, etiam ad corporis ſuſtentationem neceſſarijs, abſtinentem, omni prorſus ætate obſeruauerit.

Modeſtia. Fuit enim proculdubio quietus, id eſt, modeſtus, & non percuſſor, cùm ex eius ore nunquam verbum turpe exciderit, nunquam perturbati ſenſus, aut inquietæ mentis, vlli apparuerit. Vnde *ad Philippenſes* 4. ſcribit Apoſtolus, Modeſtia veſtra nota ſit omnibus. *Et habetur* 45. *diſt.* Liquidò igitur innoteſcere omnibus poteſt, nihil in B. Franciſco deſiderari poſſe quod ad Sanctum, & immaculatum Confeſſorem pertineat.

Fama? Plurimum quoque adiuuari Canonizationem Sanctorum ex fama, omnes rectè exiſtimant, quæ eſt, Illæſæ dignitatis ſtatus, legibus, ac moribus comprobatus, vt ſcribit. Iuriſconſ. *in l.* 1. *de var. & extraord. cognitionibus.* Sed hoc loco pro laude, & celebritate ſumitur, vt etiam apud *Virgil.* fama ſuper æthera notus.

1518. notus. *Et alibi.* Sed famam extendere factis hoc virtutis opus. Quæ quidem fa- 1518.
ma, vt scribit Cicero in Rhetoricis, plerumque talis est, qualis verè est vita hominis. Arist. 7. *Ethic.* loquens de fama quæ incerta est, & fundamento caret, dicit, vt verbis eius vtar, quod fama, quam omnes famant, non omnino perit. Et de eadem loquens Auerroës *in libro de somno, & vigilia,* ait, famosum dictum non est omnino falsum. Sed famæ, quæ de innocentia, & sanctitate B. Francisci, per Italiam, Galliam, Hispaniam, & Germaniam celebris, & ingens peruagata est, procul dubio credendum est; ea enim certos habet auctores, vt ex testibus euidenter constat, à personis etiam grauibus, & honestis originem traxit. Ad hæc certis rerum exemplis, & experimentis comprobatur. Plurimis quoque annis, & viuente B. Francisco, & eo mortuo, magis, atque magis inualescens semper creuit, & in dies etiam augetur. Nam si tenemus illam opinionem, quod vbi agitur de probanda virtute hominis, sola fama probat, *vt vult. Bald. in l. proniden. c. de postulando, quem referunt, & sequuntur Doct. in c. veniens de test. & in c. 1. de appellat.* constat quod fama maximè tot adiuta, & fulcita adminiculis, sanctitatem, & innocentiam hominis probat, & præsertim vbi de nullius præiudicio tractatur, vt est materia Canonizationis, queadmodũ firmat Ægid. *decis. 672. cũ duabus sequent.* Nam in his, in quibus, de nullius præiudicio agitur, etiam fama plenè probat, vt in supradictis locis plenè habetur, sed secundum communem omnium sententiam negari non potest, quin in hac re semiplenam saltem probationem faciat, *vt per Glos. in l. 3. §. l. Iulia de test. & per Bart. in l. de minore §. tormenta ff. de quæst. & per Canonistas in d. c. veniens, & in c. 1.* Ergo clarè relinquitur, ex fama Canonizationem hominis plurimum adiuuari. Cuius quidem famæ, vt omnes curam habeamus, monemur *Ecclesiastici 41. cap.* dum dicitur, Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi, & magni; vitæ numerus dierum breuis, nomen autem bonum permanebit in æternum. Et *Prouerbiorum cap. 22.* scribitur. Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ.

Hanc etiam vt viri innocentes, & sancti non spernant, eos monet Augustinus *in lib. de Bono viduitatis, & habetur in c. non sunt audiendi 11. q. 3.* vbi conscientiæ suæ testimonio tantum fruentes, & famæ vulgaris contemptores, impudentes, & crudeles appellat, cùm aliorum animas occidant, quoniam si nobis vita nostra, aliis quoque fama necessaria est. Idem etiam repetit *in sermone de communi vita Clericorum, & habetur in c. Nolo 12. q. 1.* Nec hoc loco quispiam existimet, inanis gloriæ cupiditate, aut pernicioſa ambitione eos tentari, qui boni nominis curam habuerunt, cùm hoc fine vlla criminis suspicione vnicuique liceat, vt supra dictum est. Nam iuxta Apostolum *ad Rom. 12. vers. 17.* Prouidenda sunt bona, non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus, *vt in d. cap. Nolo.* Et *Matth. 5. c.* Luceat lux vestra coram hominibus. Hæc etiam cumulatissimè habentur, per Augustinum de Ancona *in tractatu de Ecclesiastica potestate q. 15. art. 3.*

Hæc autem quæ supra dicta sunt, maximè adiuuantur, cùm plurimi magnitudinem diuini cultus affectantes pro Canonizatione B. Francisci etiam, atque etiam instent. Nam licet aliàs solæ Religiosorum preces ad Canonizationes Sanctorum exaudiantur, quorum ipsi ordinem professi fuerint, *vt legitur in c. venerabili de test.* Attamen B. Franciscum ascribi Catalogo Sanctorum, non solum Religiosi, quorum ipse Regulam instituit, sed & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales nonnulli supplicitet postulant, ad quos non tantum fama hominis penetrauit, sed ipsius sanctitas, & innocentia eis clarè cognita, perspectaque est; cùm B. Francisci meritis suffragantibus, diuina benignitas eorum votis frequenter annuerit. Instant etiam populi, & Ciuitates quamplures, maximè apud quos Religionis suæ monasteria, sumptuoso satis opere, extruxit, qui Sancti illius locupletissimum perhibent testimonium, cùm & viuentis, & mortui opem, & auxilium sæpius senserint, & in dies quoque experiantur.

A multis expostulata est Canonizatio S Fráciſci de Paula.

Idem quoque summis precibus efflagitant multarum Ciuitatum Episcopi

1518. qui de hominis ſanctitate, & innocentia certò edocti, iniuriam ſe Deo facere arbitrantur, ſi pro illius Canonizatione omnem operam ſuam, & diligentiam non impenderint, non immemores eius, quod ſcribit Hieronymus, quod Deo abominabilis eſt, qui ſanctum non ſanctum eſſe crediderit, *vt habetur in c. Siquis dixerit* 11. *q.* 3. 1518.

Id inſuper tota mente, omnique ſpiritu petit, ſummæ pietatis, & Religionis mulier Duciſſa Aloyſia, nunc Regis Galliarum mater, quæ æternæ beatitudini intendens, Deum ipſum in Sanctis ſuis collaudari, diuinum cultum augeri, populorum deuotionem, ac fidem in ſacris, piiſque operibus ampliari, & conſeruari vehementer exoptat.

Hæc autem omnia ex literis, apud acta fideliter deſcriptis, omnibus patent.

Quod ſi cuiuſcunque iuſta, ſeu honeſta petentis, preces adiuuandæ, exaudiendæque ſunt, quis tot populorum, Cardinalium, Epiſcoporum, Ducum, & Religioſorum tam pio, ſanctoque deſiderio, etiam non rogatus ſponte non annueret? Maximè cùm iuxta Lucam *in Euangelio* 11. *cap.* diuina Veritas nos moneat, quod nobis iuſta petentibus aſſentiet, dum inquit; Quis ex vobis petenti panem lapidem porriget, aut piſcem petenti dabit ſerpentem? Et deinde, Petite, & accipietis, pulſate, & aperietur vobis, omni enim petenti dabitur, & pulſanti aperietur Quod etiam Paulus *ad Epheſ. c.* 8. docet, inquiens, In oratione, & obſecratione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. Et 2. *ad Timoth. c.* 4. Inſta opportunè, importunè, *quod habetur* 43. *diſt. c. ſi Rector ad fin. & aliàs.* Importuna oratio, opportuna impetrat *de pœnit. diſt.* 1. *c. Importuna.* Exemplo igitur D. N. Ieſu Chriſti tu quoque, Pater Beatiſſime, cuius vices hoc in ſæculo, eo adiuuante, geris, horum omnium ſupplicantium ſanctas, & pias preces libenti animo exaudies.

Quòd ſi æquus rerum iudex, ac cuncta circumſpiciens, diligenter, & perpendere, & rimari voluerit, quæ ad Canonizationem Sanctorum vel à Theologis, vel Canoniſtis requiruntur; Illa omnia ad referendum B. Franciſc. inter Sanctos, quadam veluti conſpiratione conuenire profectò comperiet.

Innocentius igitur *in cap.* 1. *de reliq. & venerat. Sanct.* quem Ioan. Andreas & alij ſequuntur, ſatis eſſe exiſtimat ſi canonizando illa ſuppeditent, de quibus habetur *Eccleſiaſtici cap.* 44. vbi dicitur. Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. Multam gloriam fecit Dominus, magnificentia ſua à ſæculo. Quæ omnia idem Innocentius interpretando, ita proſequitur. Laudemus viros glorioſos, apertè docet, quod canonizati erant, alioquin non mandaretur Eccleſiæ, quod eos laudaret, ſed dum ſubdit; Parentes noſtros, oſtendit quod nulli pro ſanctis habendi ſunt, niſi fidem habeant. Soli enim parentes eorum, qui erant Iudæi, & penes quos tantum tunc erat fides, canonizandi erant. Ex eo autem quod ſubſequitur. Multam gloriam fecit Dominus, videlicet, cùm eis apparet, minimè ſufficere, quod ſemel fuerint glorioſi, imò oportere, quod multis in rebus, & quàm ſæpiſſimè, vita illorum gloria illuſtrata fuerit Poſtremò dum dicit; Magnificentia ſua, id eſt, ſua magna potentia, oſtendit quod exempla vitæ, & miracula, ea eſſe debent, quæ naturæ vires, & potentiam excedant. Secundùm hanc igitur auctoritatem Eccleſiaſtici, quatuor tantum requiri videntur, videlicet. Fides, vitæ, & morum exempla, miraculorum frequentia, ac multitudo. Poſtremò quod miracula ipſa ſupra naturam ſint Cuncta autem hæc abundè, copioſéque in B. Franciſco reperiuntur. Nam ex legitimis, & chriſtianis parentibus naſcens, ſecundùm Chriſti fidem, ac Religionem baptizatus, ac educatus fuit.

Quæ ſint neceſſaria ad Canonizationem Sanctorum.

Quatuor requiruntur ad Canonizationem Sancti.

Præterea, vt inquit, Hoſtienſis *in ſumma, de Presbytero non baptizato §. fin.* Si de hominis baptiſmo plenè conſtare non poteſt, probaretur tamen quod ex Chriſtianis parentibus eſſet natus, & inter Chriſti fideles aſſiduè verſans, iuxta eos vitam ageret, ſecundùm Chriſtianorum conſuetudinem, & ritum, procul dubio baptizatus præſumeretur.

Illud quoque non omittam, quod ſi ardenti charitate, vt ſupra dictum eſt, maximè flagrauerit, rectaque fide plurimum abundauerit, neceſſe eſt, vt Auguſt.

1518. guſt. teſtimonio *in lib. de Doctr. chriſt. cap. 7. vtar.* Dum inquit, Fide titubante langueſcit Charitas: nam à fide ſi quis ceciderit, à charitate neceſſe eſt vt cadat. 1518.

De excellentia verò vitæ, & morum, ſatis ſuperque dictum eſt.

Miracula autem naturam ipſam ſuperantia, eorumque immenſa multitudo, quibus & viuens, & mortuus continuò claruit, licet omnibus notiſſima ſint, ita fideliter apud acta patent, vt ſuperuacaneum ſit illa hoc loco recenſere.

Vltra hæc requirunt etiam Sacri Doctores, quod Canonizatio ipſa nequaquam feſtinetur ſed quod in menſes, aut etiam annos, ſi res fortè exiget, Summus Pontifex illam differat. Mouentur autem verbis Apoſtoli 1. *ad Timoth. cap. 5. verſ.* 22. dicentis, Manus citò nemini impoſueris. Ex quibus quidem verbis *in c. quid eſt Manus* 78. *diſtinct.* interdicitur, Ne ante examinis legitimum tempus aliquid agatur. Vnde Leo Pontifex *in c. miramur.* 62. *diſtinct.* monet; Niſi legitimi temporis ſpatiis intercurrentibus cœleſtes dignitates, diuinaque munera minus rectè diſpenſari. Mora quippe ipſa prudenter interponitur, vt ex ea meritò cognoſci poſſit, An ſupplicationes, quæ pro Canonizatione intercedunt, à Deo naſcantur. Quia ſi ex humano tantum deſiderio procederent, longum tempus eas facilè interrumperet. Nam vt habetur *Act. Apoſtol. c. 1. ad fin.* Omne conſilium, quod ex hominibus eſt, aut opus, temporum mora neceſſariò diſſoluitur. Si verò ex Deo eſt reſolui non poteſt, quia Deo repugnari non poteſt. Lentè feſtinandum in Canonizatione Sanctorum facienda.

Præterea cùm ſub veſtimentis ouium multi lupi rapaces inter homines appareant, & in nomine Domini, etiam Dæmonia eiiciant, quibus tamen, vt nefariis, & improbis, iuxta *Matth. 7. cap.* per diuinam maieſtatem dicetur. Neſcio vos, *& habetur 1. q. 1. C. Prophetauit.* Cùm prophetare, miracula facere, vt ſcribit ibidem Hieronymus, non ex meritis operantium, ſed ob ſolam diuinæ gratiæ inuocationem, & vtilitatem eorum qui vident, vel audiunt, interdum procedat, quod latiùs proſequitur Auguſtin. *in quæſt. 87. & habetur 1. q. p. c. Teneamus.* Profectò ne aut ex fictis, & ſimulatis virtutum operibus, aut ex ſignis, non ex iuſtitia operantium procedendo, quiſpiam decipiatur, vel illudatur, tempus ipſum cunctos illuſtrauit. Quod etiam Menandri teſtimonio edocemur, dum ſapienter inquit. Ducit ad lucem veritatem tempus. In eandem quoque ſententiam ſcribit Sophocles in Aiace. Omnia longum, & innumerabile tempus producit in lucem occulta. Et in Oedipode. Tempus, iuſtum vitum oſtendit ſolum.

His omnibus conſentit etiam Iuſtinianus inquiens, *in Aut. de reſtit. & ea quæ parit.* §. 1. quod tempus conſueuit ferè omnia mortalibus oſtendere.

Nonnullis etiam aliis rationibus, quas breuitatis gratia omitto, non ſubitò expediendam eſſe Canonizationem oſtendunt, Auguſt. de Ancon. *in tract. de Eccleſiaſt. poteſt. quæſt. 16. art. 2.* Et Archiepiſcopus Florent. *in 2. par. 3. part. ſum. ſub rubric. de Stat. Pontif. dum tractat. de poteſtate Papæ.*

Quanto autem tempore expectandum ſit, cùm ſtatutum non reperiatur, Summi Pontificis arbitrio relinquitur. *arg. l. 1. de iur. delib. & eorum quæ habentur in c. in cauſis de offic. deleg.* Qui rei qualitate, perſonarumque conditione inſpecta, rebuſque omnibus diligenter conſideratis, negotium ipſum diffiniet.

Verùm ſuper Canonizatione, de qua agitur, diutiùs cunctandum eſſe non arbitror, cùm in ea, iam annis quatuor, ſumma ope, ſummoque ſtudio, ad perquirendam, indagandamque veritatem elaboratum ſit, quæ plurimis validiſque argumentis, & variarum rerum claris probationibus manifeſtata, firmioribus, certioribuſque documentis, nequaquam eget.

Poſtremò non omittendum eſt, quod ſecundùm Theologos & Canoniſtas, demum canonizandus eſt, qui in ſingulis virtutibus excellit, quod ita intelligendum eſt, vt rectè exiſtimat Collec. *in c. 1. de reliq. & vener. Sanct.* ſi in cunctis ipſius virtutibus exercere ſe potuit. Nam Eremitis, & Anachoritis ſanctis, corona ab Eccleſia donatur, *vt 2. quæſt. 7. c. Sancta quoque Ruſticas.* Qui tamen propter ſolitudinem, & Eremum, Charitatis opera in alios effundere non po-

Digitized by Google

1518. tuerunt, nec etiam patientiam in persecutione propter Deum habuisse probari possunt, cùm malorum hominum vexationes, & molestias passi non fuerint. Idem quoque probatur in Religiosis Claustralibus, & Monialibus, quibus opera Iustitiæ facere, eleemosynas indigentibus dare, nequaquam concessum fuit, & tamen sanctitatis præmia consequuntur, *vt patet in c. vidua 20. quæst. 1. & in c. Sanctimoniales, & habetur in cap. Ioannes de Regularibus.* Si igitur quæ ad Canonizationem Sanctorum pertinent, ea, vel secundùm Theologos, & Canonistas, vel secundùm consuetudinem hactenus obseruatam diligenter consideremus, profectò Canonizationi de qua agitur, nihil penitus deficere, sed omnia superabundare facilè comperiemus. 1518.

Quid sit miraculum

Verùm, quia vt supra commemorauimus, miracula ad Canonizationem Sanctorum, maximè Confessorum, sunt necessaria, videndum esset quid sit Miraculum, & quot requirantur, vt miraculum dici possit. Quæ cùm plenè recitentur per *glos. & Doct. in c. 1. de reliq. & vener. Sanct. lib. 6. per Doctores in c. 1. eod. titulo in antiqu. per Archidiaconum 26. q. 5. cap. Nec mirum. & c. Teneamus. p. q. 1.* de his hoc loco dicendum esse non arbitror, cùm omnibus pateant. Illud tamen non omitto, quod licet Doctores velint, quod Miraculum sit contra naturam, quod probatur *in c. cum Marte. ver. contingit igitur accidentia, de celebr. Miss.* & ibi notat Abb. quod illud est propriè miraculum, quod est contra naturam. Tamen S. Thom. *in tract. de fide cath. in c. Totius ordo. ad fin.* ex multis concludit, quod de substantia miraculi non est, vt sit contra naturam.

Qua ratione debeant probari miracula.

Sed ante omnia sciendum est, quomodo miraculum probetur. Qua quidem in re, Bald. *in l. solam §. de test. quærit*, An testes super miraculis non interrogati debeant reddere rationem dicti sui, & non determinat. Ioann. verò Monaci. Ioan. Andr. & Gemin. *in c. 1. de confess. lib. 6.* affirmant quod miracula directè probari non possunt. Sed per indirectum, siue miraculum fuerit in facto, siue in modo faciendi. Vtriusque autem exempla subiiciunt. Nam si illuminetur cæcus, vel suscitetur mortuus, cùm à priuatione ad habitum non detur secundùm naturam regressus, dicitur miraculum in facto; In modo autem faciendi, narrant si febricitantes, vel alio morbo laborantes, licet secundùm naturam, & artem adhibitis remediis, & intercedentibus temporum spatiis sanari potuissent, si tamen ex inuocatione Dei, vel Sancti alicuius subito sanati fuissent, vel etiam ex interuallo, vt infra subiiciam, non adhibita tamen communi hominum cura, miraculum probaretur, vt etiam firmat Archidiac. *in c. Nec mirum 26. q. 5.* Et quemadmodum circa vtrumque exemplum non cadat, nisi indirecta probatio, latiùs ipsi prosequuntur, quorum rationes, breuitatis gratia omitto, ne vltra quàm par sit prolixior videar. Bartol. verò *in tract. de testib. in verb. qualitas.* docens quid sit miraculum, & quomodo probari debeat in Canonizatione Sanctorum, concludit, quod vbicunque vires humanæ, & ipsius naturæ exceduntur, siue in subiecto, siue in modo faciendi semper clarè probatur miraculum, & vbicunque testis concludit, quòd ad inuocationes alicuius, vel votis ad Deum emissis, illa facta sunt, probatur animam illius esse beatam, Beatorumque sedes obtinere.

Videndum est etiam cùm multa ex miraculis, de quibus agitur, per testes singulares probentur, vtrum in probandis miraculis testes singulares sufficiant, quorum alter de vno, alter de alio deponat, & sic de diuersis miraculis attestantur, in quo quidem articulo, Archidiac. *in cap. Nec mirum 26. q. 5.* allegans Vinc. *in c. venerab. de test.* tenet quod non. Idem refert, & sequitur Ant. *in c. Cùm oporteat in 6. col. in 9. q. de accus.* Dominus Maria *in cap. Qualiter, & quando el. 2. de Accusat.* Dominus quoque Felin. *in C. Licet ex quadam in pen. col. de test.* cum eis transit. Idem tenent Moder. Mediol. *repeten. in l. Admonendi in 92. col. §. de iurtiur.* refert & sequitur D. Alex. hæc dicta Archid. Vinc. & D. Ant. *cons. 72. in 2. col. & consil. 100. in 5. col. in primo vol.* Sed tenendum est contrarium, quod rationibus, & auctoritatibus ostenditur. Nam circumspecta etiam illa opinione, qua vtimur, quod vbi agitur de probando aliquo, quod habet temporis continuationem, & actuum multiplicationem, quod singularitas testium

1518. stium non nocet, vt est in probanda iurisdictione, vel hæresi quæ contenta est, in qua vnus deponit quod audiuit dicentem, non credo in Christum; Alius dicit audiuisse dicentem non esse natum ex Virgine. Alius etiam dicit, audiuisse dicentem, non credere Resurrectionem. Nam isti testes, cum in ipsam hæresim concludant, & in eundem finem conueniant, sunt conteſtes, licet in causis scientiæ sint diuersi, vt per Bart. *in c. cùm omnes de Constit. in l.* 1. §. *Qui numero tutellarum in l. Actor in* 3. *col. de probat. per gloss. in l. Hoc carmen* §. *fin. de test.* post Innoc. *in c. Licet ex quadam, de test.* vbi multa per Felin. in hanc sententiam recitantur. Quæ opinio si tenetur (quam amplectitur etiam in hæresi D. Alex. sibi contrarius, *co. f* 141. *in* 2. *col. in* 1. *vol.*) extra omne dubium est, quod in probatione miraculorum testes singulares admittuntur, cùm agatur de facto, quod habet continuationem temporis, & actuum multiplicationem, vt ex se patet.

1518. *An testis singularis faciat fidē, in materia Canonizationis*

Sed omisso supradicto fundamento, quod suprascripti Doctores non admittunt, inhærentes regulæ, quod duo testes, &c. dicitur, quod opinio contraria probatur clarissimo fundamento. Quia vbi agitur de aliquo probando, & non agitur de præiudicio alterius, vt si agatur, quod Ecclesia sit consecrata, vel quod aliquis sit baptizatus, standum dicto vnius testis. *Glossa est in c. Nuper. & in c. Licet ex vniuersis de testib. concord. de quibus per Felin. cap. veniens. p. in penult. col. de test. post D. Ant. ibid. & Specul. in tit. de testib.* § *Restat. vers. Hoc tamen fallit in* 9. *fallentia.* Ergo clarè constat, quod idem est in probatione miraculorum, quia actus iste inspecta sui natura nemini præiudicat, vt firmat Ægid. *dec. f.* 672. *cum duabus sequen.* & hoc fundamentum omnem tollit difficultatem.

Accedat quod dictum vnius notabilis viri inducit iustam credulitatem, vt per Glos. *in l. Titio fundo* §. *de cond.* & de qua ibi multum commendat Bald. cum multis, quæ ad exhortationem illius Glos. recitantur per Felin. *in c. Cum contingat de rescrip.* Cùm ergo hîc plurimi notabiles viri deponant de miraculis in eorum persona, vel filiorum contingentibus, iustissimè illa credemus, maximè cùm contrarium nemo dicat.

Corroborauerunt prædicta, ex doctrina Paul. de Castro *in l. Seruos* §. *de stat.* quod vbicumque homo liber deponit de facto proprio, facit plenam probationem, Idem dicit *in l. Quicunque* §. *de fer. fugit.* Et ita hæc doctrina consulendo sæpè vsus est *in cons.* 329. *incipien. visa petit. in* 3. *col. & in cons.* 368. *incipien. visis act.* Et licet hoc dictum ab aliquibus impugnetur, tamen in casu nostro indubiè tenendum est per supradicta.

Suadentur etiam quæ dicta sunt ex eo, quia multa miracula per conteſtes probantur, & vltra hæc, per infinitum testium numerum pleniſſimè probata est fama de miraculis per eum factis, & quæ eo viuente, & post mortem illius semper creuit.

Fama autem vbi agitur de probanda hominum virtute, sola probat, vt inquit Bald. *in l. Prouiden. per illum tex. C. de postul.* Item vbi agitur de causis leuis præiudicij, plenè probat, vt per Bart. *in l. de minore.* §. *ro. menta in vlt. col. ff. de quæstion. in l. Si constant. in* 1. 3. *q. ff.* 50. *gloss. & Doct. r. in l. vbi adhuc. C. de vi dot. Can. in c. veniens* 1. *de testib. & in c.* 1. *de app.* quantò ergo magis per famam miracula probantur, vbi de nullius præiudicio agitur?

Fama cum vno teſte probat

Vltimò. Communis est opinio, quod fama cum vno teste plenè probat, *vt per gloss.* 4. *q.* 3. §. *Sapè. Et in c. veniens primo de appell. Et per Doct. ibi, & in d. cap. veniens.*

Ergo ex supradictis clarè constat, vel per singulares testes, vel per solam famam, vel saltem per famam vnà cum testibus, miracula de quibus agitur plenè probari.

Non omitto quod dictum Vinc. *in c. venerabili de test.* in specie damnat Collect. & Ægidij Doctoris antiqui *in c.* 1. *de reliq. & vener. sanct.* Hinc est quod si casu contingit, semper obtentum est, quod singulares testes probent, prout latè ostendit solemnis Doctor Franc. Panin us fuisse obseruatum in Canonizatione SS. Bonauenturæ & Leopaldi in tract. de Canoniz. Sanct. prope finem.

1518. Dubitabunt forsan etiam nonnulli, an illa miraculis iure'aſcribantur, quæ non ſtatim facta fuiſſe teſtes perhibent, cùm ſecundùm eos, alij non ſine tormentis, & doloribus, alij non ſine naturæ auxilio, & diebus non paucis interuenientibus ſanitatem demum obtinuerint. Sed profectò in his nequaquam dubitandum eſt, cùm ſpatium temporis, miraculorum virtutem non impediat. Nam vt dicit Gloſ. *Matth.* 8. *cap.* loquens de Chriſto, quam verbis tantum ſtatim curare poterat, paulatim ſanat, humanæ cæcitatis magnitudidem oſtendens, quæ vix, & quaſi per gradus ad lucem redit. Multis quoque citatis diuinarum literarum teſtimoniis idem atteſtantur Archid. *in d. cap. Nec mirum 26. q. 5.* quem Ioannes Andreas, & alij referunt, & ſequuntur *in d. cap. de reliq. & venerat. Sanctor. in 6.* 1518.

Quod autem contra rationem ſubſtantiamue miraculi non ſit, ſi in liberatione alicuius, dolor etiam maximus interueniat, patet *Marci 9. cap.* dum dicitur de dæmone. Et clamans, & multum diſcerpens exiuit ab eo, qui factus eſt ſicut mortuus. Nempe ergo fateri oportet, grauiſſimis agitatum fuiſſe tormentis, & doloribus, vt cunctis mortuus videretur. Hoc quoque SS. Patrum variis exemplis comprobat Archid. in locis ſupradictis.

Minimè etiam Miraculorum poteſtati aduerſatur, ſi in eis operandis naturæ auxilium interceſſiſſe videatur, vt conſtat 4. *Reg. c.* 5. de Eliſeo qui miſit Naaman Principem militiæ Regis Syriæ leproſum ad lauandum ſe ſepties in Iordane, vt legitur etiam *Ioannis 9. cap.* quòd Chriſtus liniuit oculos cæci nati ex luto, quod ex ſputo confecerat. Alios etiam miſit ad Natatoriam Siloë.

Illud poſtremò prætereundum non eſt, quod ad hoc, vt miraculi virtus ſubſiſtat ſatis eſt, ſi reſtituta ſanitas veriſimiliter videbatur duratura, licet ex ſanati culpa ſuperueniente, aut diuina diſpoſitione, momentanea fuerit, vt de Petronilla legitur, quæ à B. Petro eius Patre tantum, vt diſcumbentibus miniſtraret, ſanata eſt.

Hæc autem omnia poſſem comprobare variis auctoritatibus, & ſacrarum literarum diuerſis documentis. Sed quia Canonizationi de qua agitur, neceſſaria eſſe non exiſtimo, propterea iure omittenda eſſe cenſui.

Et hæc quidem apud Pontificem *Simoneta* perorauit, incertum maiori fructu ad comparandum ſibi nomen, aut ad rem quam petebat impetrandam, ſed hæc in annum ſequentem dilata eſt.

Indulgent. à Leone X.

4. Calendis Iulij Pontifex Eccleſiam noſtram *Sanctiſſimæ Trinitati* in Vrbe liberali admodùm & pia Indulgentiarum erogatione donauit, vt qui ſingulis per Quadrageſimam Dominicis diebus, & quatuor per annum ſolemnioribus feſtiuitatibus atque ipſo Sanctiſſimæ Trinitatis die in Eccleſia tertiò Dominicam Orationem & Salutationem Angelicam recitarent plenariam ſeu totius pœnæ relaxationem, qui à media Quadrageſima ad Octauam Paſchæ Indulgentias præterea factas Eccleſiæ S. Mariæ de populo, qui denique ſingulis per annum Dominicis diebus relaxationis trigintaannos ac totidem quadragenas, ſi hoc ipſum præſtarent, conſequerentur: poteſtatem inſuper eâ de causâ faciens Correctori præficiendi confeſſionibus audiendis cùm ſuos, tùm externos quoſlibet, qui à caſibus etiam Apoſtolicæ Sedi reſeruatis abſoluere poſſent. Deinceps verò, cùm Indulgentiam, tùm facultatem illam ad omnes Eccleſias Ordinis pertinere declarauit, quod ſucceſſores, vt ſuo tempore dicemus, probauerunt. Diplomati Pontificio eſt initium, *Etſi cunctæ Orbis Eccleſiæ, &c.* Atque huius rei gratiam ſunt qui *Cerdonio* acceptam referant, alij ſunt qui *Bineto*, & certè huius magna fuit apud Pontificem autoritas, neutrius tamen litteræ Pontificis meminerunt, petiit fortè *Cerdonius* quod *Binetus* accepit.

Priuileg. Apoſtol.

5. At verò Pontifex qui munificam manum exporrexerat, vt opus fuit præbuit adiutricem aduerſus nonnullos Parochialium Eccleſiarum Rectores, illarumque Vicarios ac in ipſis perpetuo beneficiatos, qui (vt ſunt eius Bullæ verba) auaritiæ cupiditate obcæcati, noſtros ad quartam funeralium portionem ſibi ſoluendam variis vexationibus adigebant aut adigere conabantur, eoſque

1518. eosque qui sepulturam apud nos elegerant à suo proposito deducebant, aut in eorum vltimâ voluntate exequendâ remoram & quoduis aliud impedimentum obiiciebant, per se, Clericos suos aut etiam laicos, quos omnes nullâ status, conditionis, præeminentiæ exceptione, sub excommunicationis latæ sententiæ pœnâ, per Sedis Apostolicæ Commissarios, comprimendos mandat, decernitque nostros ex suo ac Decessorum beneficio, ab omni oblatione, decima, &c. fuisse, esse, ac fore liberos, &c. Litteræ Pontif. dat. *Viterbij* die XXVII. mensis Septembris ad instantiam *R. P. Francisci de Trano* Calabriæ Prouincialis. Vide insuper de aliis litteris Apostolicis ad ann. 1521. & sup. ad an. 1506.

6. Fiebant hæc in Vrbe, cùm alibi non minor sollicitudo nostros teneret Ordinis pro sua parte amplificandi. Tria igitur hoc anno Cœnobia, per Hispanorum atque Italorum diligentiam, Ordini accesserunt. Primùm fuit *Granatense*, in quod nostri subierunt die VII. mensis Septembris. Factum id beneficio nobilium ciuium & industria *Martialis de Victnis* secundùm per Hispaniam Prouincialis, atque pro consilio *Magni Consalui*, quod, antè tres annos superueniens fatum, interuerterat. Eius tamen memoriâ religiosè colunt nostri, qui eius imaginem eâ de causâ (nisi fallor) asseruant. Situs illi est ad Orientem ciuitatis, qua parte frons illi obuersa, postrema verò parte in *Montem Sanctum* protenditur: ad lævam ea vrbis Regio, quæ à Mauris *Alhambra* dicta est, in altiori colle posita, firma & mirabili Arce munita, prospectuque iucundissima visitur, atque præterfluens fluuius *Darro* siue *Darus*, quasi dans aurum, quod scilicet in eo quamoptimum legitur: ad dextram Vrbis regio altera, quæ duos amplectitur colles admirandâ ædium frequentiâ cultos, nomen illi vulgò *Albaycin*, siue vt alij legunt, *Alueysin*, incompertæ mihi significatione. Duo tantum ab expulsis Mauris monasteria fuerant instituta, vnum S. Hieronymi, alterum Ordinis Dominicani nomine sanctæ Crucis, cùm tertium hoc ædificari cœpit. Opus totum firmum est atque splendidum, sed Ecclesia suprà reliquam structuram prorsus est mirabilis, vt Hispani tradunt. Et quidem ampliſſima illa est & sacellis pluribus perornata, quibus ad magnificentiam nihil deest. Maius, fundatum (vt loquimur) à Nobil. & Cl. viro *Gaspare Maldonato Salazario*, Equite, vno è viginti quatuor vrbis Granatæ, atque ab Illustri coniuge *Maria Xaramillia*, cuius mater primariæ Fundatricis nomen acceperat. Ad maius vtrinque duo, multis nominibus illustria, tum maximè quod lævam versùs est. Opus quidem Licentiati *Garcia Pisa* à secretioribus Regni consiliis, cuius familia inter Granatenses primaria & maximè nobilis, quam ætate nostra ducebat *Antonius à Cordoba* Comes *Salueterræ*, sed operi præstat sacrum pignus quo gaudet ab anno 1550. illud est *B. Ioannis à Deo* mortales exuuiæ, quæ illic conditæ magna religione seruantur. Monasterio titulus est *S. Mariæ de Victoriâ* qui reliquis in Hispaniâ frequentissimus est, sed huic omnium maximè accommodatus, cum *Granata* summum & vltimum victoriæ de Mauris, quam homines nostri nunciauerant, præmium fuerit. Ipsa verò est vrbs *Baticæ* ampliſſima, quatuor regionibus quasi totidem vrbibus constans, quas optimè descripsit Merula, condita fuit apud *Illiberim* vrbem excisam, vnde illi à quibusdam factum idem nomen, & reuerâ *Illiberis* noua non temerè dici potest, Regni Granatensis caput & sedes regia Mauris imperantibus, postquàm ab Hispanis recepta dignitate Archiepiscopali ab *Alexandro* VI. donata est, institutâ etiam Academiâ, & Conuentu Iuridico, qui totius *Hispaniæ* secundus habetur. *Granata* peculiari nomine dicitur ea pars siue regio, quæ loca decliuia & valles occupat, vbi templum illud longè maximum quod à sumptuoso & mirabili opere non parùm apud autores celebratur. *Hispalis* à *Granatâ* in Ortum XXXVI. leucis posita est. Iconem delineauit Brunius in Theatro ciuitatum lib. I. tab. IIII. Nec illud porrò est à nobis prætereundum *R. P. Matthæum Valles* non inutiliter allaborasse, vt Cœnobij opus perficeretur & ornaretur. Hic ex Aduocato fisci apud Granatenses, institutum nostrum amplexus, magna doctrinæ gloriâ excelluit. Consulebatur ab omnibus tanquam aliquod oraculum cœlo lapsum, vt reuerâ nemo Iuris cognitione totâ Hispaniâ celebrior habebatur. Reliqua

Alhambra.

Albaycin.

Detolaetar Xamarillo.

Pisa.

DeCordoba. De Salueterra.

Granata.

1518. Bibliothecam optimis libris instructam quam in magno pretio lureconsulti habent. 1518.

Conuentus Belnederij. 7. Secundum nobis Cœnobium, apud Italos in *Calabriâ*, institutum est, operâ *R. P. Bernardi à S. Agathâ* cùm eam Prouinciam *R. P. Franciscus de Trano* administraret. Locus est mari proximus, non procul sesquimilliari distans, cui à prospectu nomen, vt Merulæ placet *Belnederium*, è nostris quidam *Pulchrumvisum* dicere maluerunt, *Blanda* veteribus fuit, vt colligit Barrius, quod nomen videtur commodius, octo est passuum millibus ab *Adamatio*, cuius in agro saccharum prouenit, à *Bonifacio* milliario-semi, Diœcesis *S. Marci*, de qua olim meminimus, sub ditione Principis *Besidiarum*: eius loci incolæ magnis votis homines nostros deposcebant, sed multa per tempus inciderant quæ consilium illud suum atque voluntatem dissoluerant, nunc demùm verò, agente *Bernardo* nostro, & ciuibus vtrò citroque inuitantibus, illuc nostri migrauerunt, quibus liberaliter est prouisum de rebus ad vitam necessariis, ædificatumque cum Ecclesiâ domicilium titulo *Iesu-Maria*, quod hoc anno, ad diem XIII. mensis Octobris incolere cœperunt. In vicino est *Bonifacium*, nec procul *Besidia*, caput illius regionis, quibus locis cùm sint Cœnobia nostris erecta, neque tamen de tempore constet quo id factum est, opportunè incidit dum ita fert locorum propinquitas, vt de iis verbum faciamus.

Belnederi.

Diamante.
Bonifacio.
S Marci.
Bisignani.

Conuentus Bonifacij. 8. *Bonifacium* latinis antiquioribus *Hyela* est, milliario & semi aut duobus siue quatuor etiam passuum millibus (ita variant autores) suprà *Blandam*, in Ortum, tam paruo certè interuallo, vt eadem debeat notitiâ censeri. Eo loco erat oriundus quidam ouium pastor nomine *Ioannes*, vir innocens & Christianæ simplicitatis, versabatur fortè in agro inuigilans gregi, cùm derepentè prolapsa cœlo & humana specie augustior & excelsior Virgo, nec opinanti astitit, magistratum adiret imperans, suoque nomine denunciaret templum *B. Virginis Lauretanæ* titulo, sibi construeret; nec mora, ille quod iussus fuerat exequitur, sed verba hominis parùm sani visa sunt, quæ viso riderentur; risum ille tam æquo animo atque visum pertulit: redierat igitur ad gregem, cumque in arborem fortassis ascendisset, casu in terram allisus caput grauiter offendit, recurrit prior illa species, & sibi hæc verba fieri bonus pastor audiuit, Abi, conueni magistratum, & quod primùm dederam in mandatis id secundùm proloquere, nec dubita, euentu non frustraberis, in fidem enim dictorum vulnus quod accepisti ex tempore coïbit in cicatricem. Dictum factum, atque miraculo commoti ciues manum operi diligenter admouent, sed curatores, illi Ecclesiæ erant adhibendi, deliguntur ex voto ciuium Minimi, quorum in sodalitium cooptari expetiit *Ioannes*, adlectus, post annum, laïcum professus est, atque in eo sodalitio vixit sanctissimè, tanta in populum sanctitatis eius fama peruaserat, vt in causâ fuerit Cœnobij quod illic est perficiendi, nec alsò iam nunc, vt à morte deinceps, nomine audit, apud *Bonifacij* ciues eiusque regionis
1550. accolas, quàm *Beati Fratris Ioannis*. Hoc antè annum 1550. accidere potuisse non video, quod Prouinciæ *S. Francisci*, in qua est, census apud Montoiam satis indicat.

Bonifacii.

Conuentus Besidiani. 9. Enimuerò si tempus accepti apud *Bonifacium* domicilij infrà hunc annum est, fortè supra est, etiamque longè, accepti apud *Besidianum*. Nostris enim au-
1458. toribus, Princeps *Besidiarum* qui ad annum 1458. ipsis *Corsolanum* introducendis fauit, in ipso Principatus sui loco Monasterium Ordinis constituit, adeoque post totos sexaginta annos si non antè hunc annum, quod præter fidem est. Monasterio nomen est *S. Mariæ Lauretanæ*, reliqua, cum tempore quod ignoramus, exciderunt. *Besidianum* autem inter *Consentiam* XV. & *Roscianum* XXXV. millibus passuum, oppidum est frequens atque opulentum, Principatus titulo nobile, ac Episcopali dignitate ornatum, quam qui sustinet Episcopus Metropolitæ potestate solutus est, forma oppido septiquetra quâ defensioni paratum, arce tamen præclara munitum est, quam situs adiuuat, est enim *Besidianum* in colle positum extra montes editissimos, qui non procul absunt.

Bisignani.

10. Tertium denique quod initium hoc anno habuisse certum est fuit Cœnobium

1518. bium S. *Olivæ*, *Panormitanum*. *Panormus* Vrbs est *Siciliæ* primaria, sedes regia & Metropolis non altera, in amœnâ & iucundâ valle ad littus occiduum maris *Tyrrheni* sita, inter *Pelorum* ad *Boream*, & *Libaram* ad meridiem promontoria, & eam quidem præter antiquitatem (est enim à *Phœnicibus* condita) ædificiorum nitor, templorum magnificentia, rerum vbertas & copia & omnium bonorum genera multipliciter commendant. Eius iconem habet Brunius Theatri Ciuitatum lib. I. tab. XLVIII. & longè exactiorem l. IV. tab. LVI. Inter tutelares Dinos, maximâ veneratione populatem suam *Oliuam* Virginem atque Martyrem, prosequitur. Ei ab antiquo ædes sacra fuerat erecta, quo loco sepultam fuisse traditio est, atque in eo sodalitium cum tempore institutum, cui nomen Domus regiæ ministri dabant. Locus est ab vrbe non procul semotus, à mari verò mille passibus subductus, in quem vt nostri inducerentur egit Nobiliss. Eques *Hector Pignatellus* Dux *Montis-Leonis*, *Siciliæ* Prorex, quod hoc anno ad diem IX. mensis Nouembris factum est. Et quidem Aulici, quorum iuris erat, non inuiti eum locum cesserunt, quod aliquantò post à *Clemente* VII. Pontifice probari edito diplomate sub die XXXI. mensis Martij an. 1523. nostri curauerunt, & pro more gentis vt diploma ipsum recognoscereretur & in acta publica referretur, sategerunt. *Pignatellus* Prorex præcipuâ in nostros beneuolentiâ fuit & pro beneuolentiâ liberalis, quem animum inuerat, cùm iure belli captus à *Carolo* VIII. Rege in *Galliam* abductus, apud *Turonenses* in custodiâ teneretur, ad eum enim B. Pater, qui tum in viuis erat, copiâ sibi factâ venerat, & inter verba quibus eum solabatur fore prædixerat, vt breui libertate donaretur, ac deinceps per annos octodecim *Siciliam* Regis nomine atque potestate moderaretur. Id cùm ita contigisset, in beneficio habuit rei gestæ memoriam, quam tantò ante sibi denunciatam satis mirari non poterat, nihil ergo prætermisit quo posset rebus nostris fauere. Certè illo præeunte nihil defuit ad monasterij opus promouendum & perficiendum, quare non magnificum modò, sed & amplum maximumque prodiit. In vrbem totæ ædes à fronte prospiciunt, pars mari obuersa est, alia in montem *Peregrinum* iucundissimi aspectus intuetur, tertia protenditur in Septentrionem. Ecclesia nomen mutauit à nostris, dicta est enim *Iesu-Maria* vt ferè tum temporis solebat. vulgò tamen *Sanctæ Oliuæ* titulum retinet, verè sibi proprium & meritò retinendum, quæ enim totius Vrbis patrona est, peculiarem se huius loci tutelarem exhiber, quod quamplurimis apparitionibus prodidit. Martyrium fecit *Tuneti* in *Africâ*, vnde in hunc locum à Christianis deportata est, corporis eius effodiendi facultas nostris facta Pontificio rescripto ann. 1514. die VII. Ianuarij, Ferrariæ se eius vitam in Catalogum Sanctorum Italiæ retulisse, in Catalogo generali Sanctorum qui in Martyrologio Romano desiderantur, tradit, sed hunc ego non illum vidi, confert autem B. Virginis & Martyris memoriam in diem X. Iunij, Baronius ad III. eiusdem mensis, ex Fazello, alterius *Oliuæ Anagnianæ* occasione, huius meminit, apud Panormitanos tamen, vt habet Montoia, dies illi festus agitur die X. Maij. Singularia sunt plurima quibus cùm Ecclesia tum domus nostra præfulgent, sed instituti nostri non est singula quæque persequi, & erit fortè locus in quem exquisitiora conferentur.

Palermo
Cabo d'Elle
Torre d'el
Faro.
Cabo Bar

Pignatello.

1518. Conuentus Panorm.

1514.

An. M. D. XIX.

1. IN proximo erat vt solemni ritu *B. Francisci* (si fas est dicere) apotheosis perageretur, sumptus faciente magnanimo & munificentissimo Rege nostro *Francisco*, tam liberali manu, vt nunquam *Roma* externas opes aut ampliores viderit, aut splendidiores mirata sit. Interim autem dum res in mora est ab Hispanis nostris querelæ aduersus fratres tertij Ordinis *S. Francisci* Eremitas quosdam deuotasque mulieres, *Romam* peruenerunt. Ij neque *Iulij* Pontificis constitutione, sed neque *Leonis* ipsius mandato, quod antea in formâ (vt loquuntur) Breuis fecerat, potuerant prohiberi ne vestes nostris concolores deferrent, quod tamen vergebat in Ordinis nostri dedecus & scandalum,

1519. Priuilegium Leon. X.

Digitized by Google

1519. cùm qui Minimi haberentur, & nihil minus essent, præter vitæ quadragesimalis institutum, passim carnibus & pinguibus vterentur. Tam iusta |conquestione ac rei indignitate motus Pontifex, eos omnes, qui à tali veste sumendâ vel deferendâ non desisterent & abstinerent, excommunicationis sententiâ percellit, à quâ non possint nisi à Pontifice Romano extra mortis articulum, absolutionem consequi. Quæ licet in genere aduersus omnes qui hoc præsumerent edicta sint, quia tamen querimoniæ causam dederant singulares quidam intra fines *Giennensis*, *Cordubensis*, atque *Hispalensis* Diœcesum in Hispaniâ, vt hi specialiter, & reliqui perinde omnes, in ordinem cogerentur, autoritatem facit R. D. Episcopo *Marrucensi*, Priori domus *S. Dominici* apud *Astigytanos* atque Officiali *Granatensi*, eosdem ac vniuersos alios, per censuras Ecclesiasticas & alia quæcunque iuris remedia omni appellatione postpositâ, etiamque interpositâ, si opus sit, sæcularis magistratus potestate, ad Apostolica mandata facienda compellendi. Rescriptum Pontificium extat in priuilegiis Ordinis, multo etiam expressioribus verbis, & adiectis aliis clausulis, in hanc sententiam conceptum, sub die xx. Martij, incipit *Licet alias cùm B. Franciscus de Paula Ordinis Minimorum fundator, &c.* 1519.

De Iaen. De Cordúa. De Semila. De Marroc. seu Marrucos al. Marocco V. Maurita- nia Tingitana Las. Bocemum Hemerum *Alicubi autem legetimus nomine Episcopum fuisse Archiep. Valentini Vicarium. Tolen. Lodeue. S. Malo.*

Canonizatio P.B.N.

2. Per id tempus Romam à Rege ad Pontificem Oratores venerant, viri doctrina & virtute præcellentes, quibus quidem datum fuerat in mandatis, vt antè omnia *B. Franciscum Paulanum* in numero Sanctorum Confessorum reponi, & legitimè renunciari procurarent. Ij fuere, *Diuysius Briçonnetus*, ex *Tolonensi & Lodeuensi*, *Maclouiensis* Episcopus, Abbas *Cormeriacensis*, & S. Martini *Sparuiacensis*, Decanus *Tarasconensis*, Prior *Cusiacensis*, Magnus Archidiaconus *Remensis* & *Auenionensis*, qui eloquentiâ, rerum peritiâ & sagacitate, nulli sua ætate secundus, vitæ insuper sanctimoniâ excelluit, nutriebat enim, ait V.C. Robertus, quotidie tredecim pauperes, quibus ipse ieiunus ministrabat, vsus cilicio & disciplinæ flagello, pernoctabat plerumque in oratione, & pane solo & aqua ieiunans vescebatur, de cuius laudibus Ioachimus Perionius orationem scripsit elegantem & luculentam, à Guidone Bretonnello editam in historia genealogica *Briçonnetorum*, qui Argentræum secutus annum mortis Canonizationi falsò attribuit: *Iacobus Lucas* Ecclesiæ *Aurelianensis* Decanus ab anno 1510. electus & confirmatus, legatorum alter, quo nomine laudatur à Carolo Sausseyo in Annalibus illius Ecclesiæ: Nobilis & generosus vir *Antonius Raphinius Potentius* Dominus *Podij-Calueri* apud *Nitiobriges* Legatorum tertius, qui militari & politica virtute gentem suam illustrauit. Atque hi quidem Regis nomine, ac pro parte Reginarum, quæ hoc negotium summoperè commendatum habebant, vt quando iam explorata omnia, quæ poterant desiderari, habebantur, dignaretur Pontifex ad honores Sanctis debitos *B. Francisco* decernendos procedere, instabant, illudque ipsum *R. D. Bernardinus Carualalus* Episcopus *Sabinus*, Cardinalis *S. Crucis*, Patriarcha *Hierosolymitanus* Ordinis Protector, & plerique alij Cardinales, tum verò maximè *Puccius* Comprotector, summis precibus exposcebant, ac *Binetus* denique noster, Ordinis Zelosus seu Procurator Generalis, vota sua, Ordinis, Regum, Principum, populorum quæ diximus proferebat, eaque vt ne longiùs differrentur, intercedebat. Pontifex, qui omnem inuestigandæ veritatis diligentiam fecerat, re compertâ, vt insuper ad sacrum Senatum referretur, & de communi consilio super ea re deliberaretur, instituit. Nominati Cardinales è singulis Ordinibus singuli, ex Episcopis, *Albanus*, *Nicolaus* nimirùm *de Flisco* ex *Forosulensi Tolonensis* aliquando Episcopus: ex Presbyteris, *Dominicus Iacobatius*, is quem prædiximus: ex Diaconis, *Ioannes de Saluiatis* tit. *SS. Cosmæ & Damiani*, *Leonis* ipsius Pontificis nepos, qui de actis ad hæc cognoscerent, & Senatum informarent. Quod factum est, habito sæpiùs secreto Concilio, & rogatis singulorum suffragiis, quæ cùm mirificè consentirent, in aperto *Angelus Casius* Aduocatus Consistorialis auditus est, qui de vita & miraculis *Francisci* nostri doctè ac disertè perorauit, ex hoc ieiunio indicto, atque post dies aliquot conuocatis omnibus Ecclesiarum Prælatis qui erant in Vrbe, Patriarchis, videlicet, Archiepiscopis atque Episcopis,

De Flisco. Iacobatio. Saluiatio.

Relatio Cæsij desiderata.

1519. copis, in Senatum, *Angelo Cesio* iterùm summariè de miraculis referentem, omnium sententiâ, imò & applausu, vt in sanctos vindicaretur deliberarum est, dieíque præscripta, quâ id ex more præmissis solemnibus fieret, fuit autem dies 1. Maij, in quam *Dominica in Albis*, atque festum SS. Apostolorum *Philippi & Iacobi*, incidebat. Ad eum diem apparatis omnibus, in Basilicâ Principis Apostolorum, quæ peragendæ solemnitati conuenirent, & Gallicâ magnificentiâ, in augustissimo Vrbis templo, suprà quàm credi potest, refulgente, nunquam enim aut vllius gentis tanta fuit, aut Gallorum maior esse posse iudicata est, post publicas ac solemnes Ecclesiæ preces, Legatorum & aliorum supplicationes, eaque omnia quæ in tanta celebritate seruari solent, conceptum in hæc verba decretum, Pontifex enunciauit: 1519.

Ad honorem Omnipotentis Dei, Patris & Filij & Spiritus Sancti, ad exaltationem Fidei Catholicæ, Christianæque religionis augmentum, ac Ordinis Minimorum consolationem & incrementum, autoritate Domini nostri Iesu Christi, Beatorumque Petri & Pauli Apostolorum eius, & nostra, de fratrum nostrorum speciali consilio & assensu, decernimus & definimus *bonæ memoriæ Franciscum de Paulâ, eiusdem Ordinis Minimorum Institutorem, in cæleſti Hierusalem inter Beatorum choros iam receptum, æternæque gloriæ condonatum fuisse, ac Sanctorum Confessorum catalogo ascribendum fore, ipsumque huiusmodi catalogo impræsentiarum ascribimus, & eum tanquam Sanctum publicè priuatimque colendum esse declaramus atque mandamus, statuentes eius festum die 11. mensis Aprilis ab vniuersali Ecclesia annuatim celebrandum fore, & ab eo suffragia à Christi fidelibus implorari & expectari posse, omnesque ac singulos honores illi meritò præstandos & exhibendos esse, qui cæteris etiam Sanctis Confessoribus, in huiusmodi Catalogo descriptis, conuenire noscuntur.*

Ad hæc verba, solutæ in gratiarum actionem voces & in altum elatæ, vastissimam Basilicæ molem impellere posse videbantur, sacris mox à Pontifice persolutis, Indulgentia plenaria omnibus qui præsentes aderant condonata est, aliaque in perpetuum 40. annorum & totidem quadragenarum visitantibus locum sepulturæ eius annuatim facta. Pontificium diploma conscriptum à *Iacobo Sadoleto Mutinensi*, de quo illud est Scaligeri.

Qui solus iunxit cum Cicerone Deum.

qui & posteà in sacrum Collegium à *Paulo* III. cooptatus est ex Episcopo *Carpentoractensi*, hæc ampliùs enarrat. Datum fuit ipsis Calendis Maij, incipit *Excelsus Dominus militantem Ecclesiam, &c.* Extat apud Surium & alios qui de Sanctorum rebus gestis scripserunt. Sanctissimus Episcopus *Briçonetus* Regem de re tota certiorem fecit, qui accepto nuncio, vt per vniuersum Regnum Canonizationis eius festiuitas ageretur, Principali Rescripto *Eugolismæ* dato mandauit, quod magno populorum studio factum est. *Carpentrat.*

3. Hoc eodem tempore magnâ eruditionis famâ florebat *R. P. Martinus Condonatus* qui plures libros doctrinâ conspicuos edidit, atque inter cæteros *Summam Casuum conscientiæ*, opus eruditionis plenum & labotis exquisiti, si Tristano credimus, non enim contigit vt viderem. *Colegnat.* P. Mart. Condogniat florer.

4. At verò quæ hoc ipso anno Turonensibus vindicandis à Pontifice præstita sunt nos præterire non debent. Rem litteræ ipsæ Pontificiæ palàm facient, quæ ad Officiales Turonensem atque Aurelianensem datæ erant in hunc modum.

LEO PAPA X.

Dilecti filij Salutem & Apostolicam benedictionem. Licet aliàs per fel. rec. Iulium *Papam II. prædecessorem nostrum, Ordini Minimorum &* Breue à- post. non.

1519. *lius fratribus indulta fuerit facultas Confeßiones quarumcumque, tàm Religioſarum quàm Eccleſiaſticarũ & ſæcularium perſonarum, vbilibet audiendi, & illis auditis perſonas ipſas & earum quamlibet, iuxta formam & tenorem priuilegij, per bon. mem.* Sixtum IV. *etiam prædeceſſorem noſtrum, Ordini Minimorum huiuſmodi ac illius perſonis & fratribus, dudum conceßi, & per nos ac eundem* Iulium *prædeceſſorem etiam confirmati, abſoluendi ac pœnitentiam ſalutarem illis iniungendi: quia tamen ſicut accepimus, à paucis diebus citra, dilect. fil. tunc Vicarius Rectoris Eccleſiæ* S. Saturnini Turonenſis *non eſt veritus, etiam publicè, bis aut ter, in ambone dicere & publicare, omnes & ſingulas perſonas fratribus Ordinis Minimorum huiuſmodi nunc & pro tempore confitentes, earum confeßiones reiterare, ac de nouo earum Rectori ſeu eius Vicario huiuſmodi confiteri debere & teneri, & perſonæ ipſæ propter Vicarij huiuſmodi aſſertionem confeßiones eiſdem fratribus Minimis factas, Rectori ſeu eius Vicario huiuſmodi, contra priuilegiorum prædictorum tenorem & præiudicium, minus ritè reiterarunt: Quare pro parte dictorum fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolicâ, dignaremur. Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per præſentes committimus & mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum, per vos vel alium ſeu alios, faciatis eoſdem fratres præfato eorum Indulto audiendi confeßiones huiuſmodi, iuxta ipſius Indulti tenorem & continentiam, pacificè frui & gaudere, non permittentes eos ſuper Indulto huiuſmodi, per Rectorem ſeu Vicarium prædictos, aut quoſuis alios, quomodolibet indebitè moleſtari, inhibeatiſque ſub Excommunicationis ac alijs eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & pœnis, eo ipſo abſque alia declaratione, ſi ipſi contra tenorem præſentium deinceps dicere ſeu venire præſumpſerint, per eos incurrendis, ne dictos fratres ſuper Indulto audiendi confeßiones huiuſmodi, per ſe vel alium ſeu alios, quouis modo, turbare aut moleſtare audeant vel præſumant, contradictores quoſcunque ſub eiſdem ac aliis ſententiis, cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, quatenus opus ſit, auxilio brachij ſæcularis, in contrarium facientes. Nonobſtantibus quibuſcunque. Datum* Romæ, *apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die* XXIII. *Iulij.* M. D. XIX. Et has quidem Officialis Aurelianenſis executioni mandauit. 1520.

An. M. D. X X.

1520. Capitulum Genet. V.

1. INdictus *Nigeronem* antè annos tres generalis ex Ordine Conuentus, celebri Patrum frequentiâ & multitudine ad Idus Maias coaluit. *Capitulum Pariſienſe* apud noſtros audit, vt reuerâ potuit nominari, *Niger* enim, vt diximus haud ampliùs multò mille paſſuum millibus ab ipſa Vrbe poſitus eſt. Præter electiones paucis admodùm Acta continentur, hæc in paucis digna quæ obſeruentur. Poteſtas teſtamento ſucceſſorem eligendi Generalibus abrogata; Prouincialibus in quorum diſtrictu celebrari Capitulum contigerit princeps locus attributus; Oblatis caputij deferendi facultas indulta; His qui ſuæ profeſſionis immemores per aliquod tempus fuerint diuagati, tantùm de primogenitura, quam vocant, temporis detrahi debere conſtitutum eſt, quantùm extra obedientiam permanſerint. Actorum exceptor vnanimi conſenſu electus *R. P. Michaël Fretaw*, qui nuper Romæ hoc officium cum laude præſtitetat, & nunc reddito *Fretag.*

1520. reddito fidei eius atque diligentiæ teſtimonio aſſumptus eſt. Haud minùs feliciter ceſſerunt reliquæ electiones. In Generalem electus *R. P. Franciſcus Binetus* cum hoc elogio: *Exprælleuti vocum numero R. P. Zeloſus Franciſcus Binet ſuis exigentibus meritis, manſuetudine, ſcientia, & laboribus pro Ordine aſſumptus pro tertia vice hodierna die* (fuit menſis Maij XVII.) *in Patrem Generalem vigore 39 vocum, licet abſens & Romæ Zeloſi officium exercens, delectus & creatus eſt, cum applauſu omnium ac iubilatione maxima, Te Deum laudamus concinentium.* Qui cum eo vota retulerunt, fuêre, *R. P. Iacobus Paſſedoit* Prouincialis *Franciæ*, qui ex tredecim reliquis vndecim accepit, *R. P. Franciſcus de Trano* (qui perperàm in editis *de Correno* legitur) Prouincialis *Calabriæ*, & *R. P. Hieronymus de Ponte* Prouincialis Genuæ (in M. SS. tamen Prouincialis *Hiſpaniæ* dicitur, ſed vt apparet falsò) qui ſinguli ſingula vota nacti ſunt. In Collegas ſeu ſocios Generalis allecti Patres, omnium optimè, cùm doctrinâ, tùm probitate, ac rebus inſuper geſtis, meriti, Galli omnes. Primus fuit *R. P. Ludouicus* ſeu *Dominicus Malherbius* ab antiquo Prouincialis *Aquitaniæ*: Secundus *R. P. Iſaacius Caignetus* pluribus votis nuper in Generalem poſtulatus, & in Prouincia *Franciæ* multis olim dignitatibus ornatus: Tertius *R. P. Deſiderius de Motâ*, qui magno deinceps nomine inclaruit. Denique in Procuratorem Generalem *R. P. Ioannis Bardonè*, & ipſe Gallus, rerumque agendarum peritiâ inſignis, cum magna ſuffragatorum gratulatione, promotus eſt. Per abſentiam electi Generalis Congregationem moderatus eſt *R. P. Iacobus Paſſedoit Franciæ* Prouincialis; ad hoc electus, cùm necdùm mos eſſet vt Superiores antè ſucceſſoris aduentum loco non decederent. Proximam Congregationem haberi *Malacæ in Hiſpaniâ*, Patribus placuit, ſed res in illud tempus, vt dicemus, non ſucceſſit. Atque de Actis *Pariſienſibus* hactenus, nam premente inopia Congregatio maturiùs ſoluta eſt. *Bardenus* iter *Romam* accelerauit, & Acta Capituli ad *Binetum* detulit, qui inopinato nuncio perculſus, vix adduci potuit vt fidem perlatori & Actis ipſis haberet, ac demùm recepto animo ætatem cauſatus abdicare omni ope contendit, ſed nullas Pontifex cauſas excuſationis accepit, gratulatus etiam Ordini talem Paſtorem præeſſe. *Binetus* enim magnum in Vrbe nomen fuerat conſecutus, vt ſanctitatis, prudentiæ, conſtantiæ laude nemo ſuperior haberetur. Tertiò igitur Ordinem ſanctiſſimè gubernauit.

1510. Generalis VI. Paſſedoit. De Trano. Malherbe. Caignet. De la Motte Bardenis. Procurat. Gen. V. Malaga.

2. Cùm primùm autem ad clauum ſedit, allatum eſt de morte *R. P. Bernardini à Cropolato*. *Cropolatum* caſtrum eſt agri *Ruſcianenſis* in magnâ Græciâ, quâ parte decurrunt *Celanus* & *Calanatus* (vt recentioribus & vulgatis nominibus vtamur) non ignobiles fluuij, à quibus non procul eſt *Cropolatum*; quare miror *Bernardinum* noſtrum *ab Hydrunto* etiam dictum, cum Hydruntinus ager à *Ruſcianenſi* totis eiuſdem nominis & *Tarentino* gurgitibus diſtetminetur, niſi fortè aliud ſit *Cropolatum* nobis ignotum. Fuit autem *Bernardinus* noſter è nobili *Baroncellorum* familiâ oriundus, cúmque in deliciis educatus auerſo animo eſſe videretur ab omni vitæ genere, quod carni moleſtum eſſet, imò præceps rueret in voluptatis barathrum, mirâ quadam arte à *B. Patre Franciſco* reuocatus eſt, à principio tamen multis dæmonum inſtigationibus agitatus, parùm abfuit quin recideret in periculum, emerſit tamen, & tanto ſolidiùs ſteterit quantò magis anteâ concuſſus fuerat. Habuit eum B. Pater in magna exiſtimatione, vt qui indefeſſo ad omnem virtutis exercitationem ſtudio ſupra hominem euaſiſſe videretur, & reuerâ tanta in eo vitæ innocentia & puritas apparebat, vt eius conuerſatio diuina prorſus atque cœleſtis haberetur. Quæ cauſa fuit vt eum præter cæteros B. Pater in *Galliam* perduxerit, ſuaque cum illo ſecreta communicauerit, eo vſus quoad licuit ad conſcientiæ expiationem, ex qua familiaritate animum eius altè imbiberat, & reconditæ virtutis experientiam ceperat, vt nemo inter eos qui aderant, dignior eſſe potuerit, in quem deſtituta ſuo parente familia recumberet. Illi tamen animus erat ad ſolitudinem inclinatus, quare cùm primùm potuit recepit ſe, & quantùm in ſe deinceps fuit ſeceſſum vt beatæ tranquillitatis portum tenuit. Sed cùm abductus à ſolitudine grauioribus rebus applicitus fuit, generosâ & ſtrenuâ mente officium impleuit. Ada-

Obit. P. Bernardini à Cropolato. Ruſiana. Baroncelli.

1520. nos nonaginta vixit, & ex ipſis non multo minus ſeptuaginta in religioſa profeſſione peregit, ſemper in virtute & gratia proficiens, vt non temerè dies meritis æquaſſe iudicetur. Spiritus Prophetici gratiâ illuſtratus, cùm viuens plurima, cùm moriens ſupremam fati horam, denunciauit atque ita ſecurus & gaudens temporariam vitam in æternam optimus ſenex commutauit. Conditus ſub altare maiore Conuentûs *S. Ludouici* apud *Neapolim*, vbi hoc anno deceſſit, qui honos in memoriam ſanctitatis illi delatus eſt. Acta eius ſcripſerunt, noſtri *Montoia* & *Donius*, ac reliqui omnes, qui *S. P. N. Franciſci* vitam ediderunt, honorificam de illo mentionem fecerunt, nos aliquando tumulum inſcripſeramus qui cum aliis periit. 1521.

Obit. F. Ioan. à S. Lucido. 3. Allatum etiam ſub idem tempus de morte *V. F. Ioannis à S. Lucido*, qui inter primos B. Patris ſocios ſancta ruſticitate, & animi ſimplicitate non minori, quàm olim *Paulus* ille *Antonij* diſcipulus, qui ab ea virtute nomen inuenit, ſemper floruit, adeò vt eius merito fuerit B. Patri chariſſimus, nihilque trepidauerit fretum *Siculum* ſuper pallio tranſmittere, ſéque mari cum B. Patre committere. Magnis miraculis ſanctam eius ſimplicitatem Deus remunerauit, ipſe Deo gratiam prærogante, ſolidis virtutibus cumulauit, virtutes nunquam non per ætatem auxit, quoad centenario maior aut certè non minor, expletis in ſanctâ Religionis diſciplinâ annis ſupra octoginta quinque, apud *Mylas* (quò per miraculum olim cuaſerat) viuendi finem cum mortalibus fecit, ob reuerentiam infrà maius altare depoſitus, vbi de beatæ (vt credimus) animæ conſortio æternitatem præſtolatur. O verè diuina vox Auguſtini! *Surgunt indocti & cœlum rapiunt, & nos cum doctrinis noſtris ſine corde, ecce vbi volutamur in carne & ſanguine!* Confeſſ. lib. VIII. cap. 8.

An. M. D. XXI.

Indicitur feſtum B. P. N. 1521. 1. PLures gratias à Sede Apoſtolicâ, *Binetus* atque *Bardonius* ſuâ diligentiâ & ſedulitate, ad huncannum retulerunt. Et ad diem quidem XXV. Martij, litteras declaratorias ſuper celebratione feſti *S. P. N. Franciſci* obtinuerunt. Licet enim, in ipſo Canonizationis diplomate, feſtum eiuſdem Sancti, ab vniuerſali Eccleſiâ, die 11. Aprilis, annuatim celebrandum fore Pontifex ſtatuiſſet, non videbatur tamen mentem ſuam ſatis expreſſiſſe: declarat igitur per prædictas litteras, intentionis ſuæ eſſe, vt ſolemniter & cum octaua feſtum ipſum celebretur, & idcirco Apoſtolica autoritate committit & præcipit vniuerſis & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis & aliis quibuſcunque Prælatis Eccleſiaſticis, vt ipſi & eorum ſinguli, feſtum huiuſmodi (cùm occurrerit celebrandum ſtato tempore aut factâ tranſlatione) in ſuis ſolemniter, in noſtris verò Eccleſiis ſingulis, ſub ritu feſti duplicis, & cum octauâ, annuatim celebrent, ſeu celebrari faciant & mandent, idque expreſsè, hoc eſt adhibitâ omni ad exequendum mandatum diligentiâ. Pontif. litt. incip. *Licet per alias, &c.*

Priuilegia Apoſtol. 2. Ad diem verò IV. menſis Maij, comprimendam curauerunt quorundam è noſtris licentiam, interueniente *R. P. Auguſtino Crotonenſi, Calabriæ* Prouinciali, ſuas querelas aduerſus priuatos quoſdam proferente. Illi ſiquidem ſuæ profeſſionis immemores, præter Superiorum obedientiam diuagari, aut eius excutiendæ conſilium inire nihil veriti, etiam qui eos reciperent ac ſuo fauore auxilioque iuuarent inuenerant. Id Optimo Pontifici non parùm doluit, qui edita conſtitutione, perfugas illos, inuocato brachio ſæculari, reuocandos decreuit; in receptatores verò & fautores eorundem, aut aliquid ab eis acceptum celantes aut non reuelantes, publicæ excommunicationis ſententiam ferri mandat & præcipit, litteraſque Apoſtolicas quaſcunque, ſub plumbo aut aliàs, à ſe aut Deceſſoribus impetratas, quibus ſe illi tuerentur, annullat & irritat, haberique ſubreptitias & nullas, inſolitis ad hoc clauſulis adhibitis, conſtituit, &c. Dat. in *villa Manliana*, incip. *Exhibita nobis nuper.* Eiuſdem omnino tenoris litteras ab eodem Pontifice *R. P. Michaëli Comiti, & R. P. Aquitaniæ* Viceprouinciali fuiſſe conceſſas an. 1518. *Viterbij* datas, die XXVI. menſis Septembris *Le Comité*

1521. bris obſeruat *de Pereinis* noſter, in *ſuis* ad hanc conſtitutionem notis. Denique ad diem xx. eiuſdem menſis Maij, ſingularem vniuerſis ac vnicuique noſtrum gratiam fecit, vt ſcilicet tempore interdicti, etiam Apoſtolicâ auctoritate ac ſub quauis formâ verborum appoſiti, non in noſtris modò, ſed in alienis etiam Eccleſiis iter facientes, (modò ianuæ claudantur & non admittantur excommunicati & interdicti) Miſſas & Officia diuina celebrare poſſimus, pœnis etiam aduerſus impedientes, quauis Eccleſiaſticâ vel ſeculari dignitate præfulgeant, irrogatis, declarans nulla & irrita omnia, quæ contigerit præter ſuæ conceſſionis modum ac tenorem attentari, &c. litter. incip. *Etſi in priuilegiis ac indultis Apoſtolicis, &c.* in quibus & ſuæ erga nos voluntatis monimentum extare voluit Optimus Pontifex, cùm poſt expoſitam ſupplicationem addit: *Nos igitur qui Ordinem veſtrum ac illius perſonas in viſceribus charitatis amplectimur, vos omnes ſpiritualibus fauoribus & gratiis proſequi volentes, &c.*

3. Atque vtinam, beneuolo Pontifice diutius nos vti licuiſſet! Sed anno in finem exeunte, hoc eſt menſis Decembris die 11. Pontifex Optimus, nobis, bonis omnibus, ac toti Eccleſiæ ſublatus eſt, lentâ ac tenui febre, ſenſim ſed breui exceſus, de qua in præſens varia iactata ſunt iudicia, ſed vt fati cauſas procul habemus, ita non poſſumus tam chari capitis caſum lachrymis & æternâ beneficiorum recordatione non proſequi. Epitaphium certè promeruit non benè longum, ſed verâ & ſolidâ laude cumulatum, vno tantùm hoc diſticho comprehenſum

Delitia humani generis, Leo Maxime, tecum
Vt ſimul illuxêre, interiere ſimul.

In eo ſcilicet cùm reliquæ boni Principis dotes laudantur, tùm verò maximè benignitas & magnificentia, quibus ille virtutibus ſupra reliquos mortales excelluit. Sed nos panegyricum non ſcribimus, qui pro Chronici modo ſummatim quæ noſtra ſunt delibamus.

An. M. D. XXII.

1. NIhil admodùm eſt, quod huius anni memoriam familiæ noſtræ commendauerit. *Adrianus* enim eius nominis *Sextus*, *Leoni*, ad diem ix. Ianuarij, ſubrogatus, in Vrbem non appulit niſi menſe Septembri, Pontificatu in eundem alterius anni menſem tantùm prorogato, quo breui tempore præfocata prius quàm enata eius conſilia poſſunt videri, vt reuerâ fuerunt. Meditabatur enim præclaram Ordinis Eccleſiaſtici reformationem, quâ vnâ ratione, per turbulenta tempora, in concordiam exacerbatos rebellium animos reuocari poſſe videbat, ſed meditatis iniqua mors præuertit. Conſultum tamen de rebus noſtris à *R. D.* Cardinale *Carnaiale* Protectore, *Puccio* præſente Protectorum altero, *Puccius* ipſe litteris ad diem xiv. menſis Aprilis an. 1524. meminit. Dubium ſcilicet iam olim inter noſtros vertebatur, ſi ſaluâ quadrageſimali inediâ, quam profitebantur, in cibum ſumi teſtudines (quas in Italia tartarucas vulgò vocant) poſſent, quod licet *Binetus* in Capitulo *Tholoſano* anni 1514. editâ conſtitutione, ne comederentur, ſoluiſſe videbatur, Medicis tamen eius prohibitionis iniquitatem cauſantibus, res ad Cardinales *Carnaialum* & *Puccium* delata eſt, qui licet pro Medicis ſtarent, aduerſante tamen *Bineto*, qui ne in minimo quidem eius vitæ auſteritatem relaxari aut obſcurari patiebatur, viſus eſt conſulendus Pontifex, qui viuæ vocis (vt vocant) oraculo edi teſtudines poſſe pronunciauit, vſu etiam prolato qui apud Carthuſianos, quibus tamen carnium eſus in perpetuum interdictus, ab antiquo inoleuit, ex quo *Carnaialus Binetum* conſcientiæ ſcrupulo liberauit, & per obedientiam mandauit ne eius cibi vſu aut ipſe abſtineret aut ſuos interdiceret, quod mandatum ſucceſſori *Puccius* iterum fecit, vt ſuo tempore meminerimus.

Carnaial. Pucci.

Binet.

1523.

An. M. D. XXIII.

Conuentus Catanæ.

1. ADriano P. O. M. superstite, *Siculi* nostri à *Catanensibus* ciuitate donati sunt, agente *R. P. Philippo à Messanâ*, Ordinis nostri Theologo cum primis pio atque docto. Vt factum tamen probaretur Prouincialis *Neapolitanus* in Capitulo *Malacitano* expetiit, ex quo enim Cœnobij fundamenta iacta fuerant cœperatque domicilium institui, quod ad diem XVIII. mensis Martij hoc anno contigit, Patres, qui *Romam* in Maium sequentem conuenerant, ne inconsulto Generali locus vllus in acceptum referretur, vt eatenus liberum fuerat, prohibuerant. Non fuit autem difficile *Neapolitano* Prouinciali hanc gratiam impetrare, cùm largissimis ciuium eleëmosynis, quæ in dies prouenie- bant, opus insigniter processisset, quare cum magnâ omnium gratulatione vt in censum aliorum Conuentuum referretur, decretum est, *consideratis* (vt habent Acta eius Capituli) *loci amœnitate, opulentia & populi deuotione*. Locus quidem est non procul tactu lapidis ab vrbe, ad maris littus, (quod vnum scire potuimus) nomen *S. Onuphrij* factum illi est, sed causam planè ignoramus. Desertum opus aut certè intermissum, longo post hæc interuallo Nobilis vir *Raimundus Cicala* perficiendum suscepit, quod suo tempore commemorabimus. *Catana* porrò Vrbs est *Siciliæ* vetustissima in ora orientali ad *Iudicellum* fluuium, *Messanam* inter atque *Syracusas*, illa in Boream lx. millibus, hæ in Meridiem l. positæ sunt; vna sui parte mari alluitur, cæteris ad radices *Aetnæ*, cui subest, extenditur. Episcopalis sedes à *Rogerio* Comite post pulsos Insulâ Saracenos *Catanæ* instituta, *Vrbano II.* P. M. approbante, metropolitem agnoscit *Montis Regalis* Antistitem. Nihil æquè *Catanam* illustrauit atque nomen popularis suæ *Agathæ* sanctissimæ Virginis & Martyris, cui templum totâ *Siciliâ* maximum in ipsa Vrbe conditum est. Sed hæc præter institutum nostrum. *Catanam* Brunius exhibuit Tabulâ *libri quinti sexagesimâ nonâ*, cui insigne atque præclarum Elogium ascribit, *Catana Tutrix Regum*, & hoc etiam alterum *Castigo rebelles, inuictos supero*. *Di Messina.* *Catania. Messina. Sanogosa M. Vigel. Monte regale.*

Capitulum Gen. VI.

2. Ad proximum mensem Maium, ex omnibus Prouinciis *Romam* adfluxerunt Patres, eò fuerat euocatum Capitulum à *Carmiolo* Protectore, causis prius *Adriano* Pontifici expositis atque ab eo probatis, die illius mensis decimo consedere cœperunt, ab electione Actuarij (vt habent edita) post solemnes & votiuas preces, suam congregationem auspicati. Electus autem fuit *R. P. Desiderius de Mota* Collega Generalis atque amica Zelosus, M. SS. tamen in aliud tempus electionem illam reiiciunt, idque imprimis actum memorant, vt præstitutus Prouinciis Ordo ab alterâ Congregatione *Romanâ*, & in *Parisiensi* obseruatus, stabiliretur, prout omnibus placuit, & edita quoque meminerunt, tunc primùm autem Procuratori Generali vt proximum à Superiore locum teneret, ob reuerentiam (quod habent Acta) sui officij, delatum est. Superior intelligitur etiam Vicarius per absentiam Correctoris. In crastinum secundò conuenientes, editâ prohibitione quam diximus, vt Conuentus inconsulto Generali non acciperentur, ne qui deinceps in alterius nisi Prouincialis vicem ad congregationes generales admitterentur etiam vetitum est, reliqua, quæ cùm hoc tum altero die agitata sunt, ad priuatas eius congregationis causas pertinent, inter quas decebat vt in editis non omitterentur illæ, quæ ob euocatum *Romam* Capitulum redditæ sunt. Id enim vt erat insolens & nunc primum factum, querimoniæ occasionem quibusdam, & verò maximè *Hispanis*, præbuerat, quibus tamen haud magno negotio satisfactum est, & rei necessitate adductâ, & Pontificis atque Protectoris voluntate, qui rem ipsam probauerant & interpositâ autoritate suâ euocationem firmauerant. Illucescente die sancto Ascensionis, cùm propè esset vt suffragia conferrentur, Episcopi duo summissi sunt à Protectore qui faciendæ electioni assiderent, inita coràm eis electio, in virum optimum multisque virtutibus præcellentem incidit, scilicet, in *R. P. Martialem de Vicinis*, Gallum quidem origine, sed apud *Hispanos* ab *Delaman* *Des Vaisins.*

General. VII.

1523. ab initio miſſionis illuc inſtitutæ verſatum, atque ſecundò Prouincialis mu- 1523.
nere perfunctum, decem tantùm vota in alios Patres & ipſos benè meritos
diſtracta ſunt, tria in ſingulos tres, *RR.* nimirùm *PP. Franciſcum Bellamerum,*
Bellamere. *Aquitaniæ* Prouincialem, *Deſiderium de Motâ* Collegam Generalem, & *Michaëlem Comitem* antè annos tres Generalem Vicarium, Gallos omnes; ſingulare
De la Motte. *Le Comte.* vnicum *R. P.* Prouinciali *Neapolis, Roberto à Maida* obtigit. In eum modum elec-
De Maida. tus *Martialis* noſter, & interim magna omnium gratulatione multiſque votis
cumulatus, pro ſua tamen humilitate, vt abdicaret ſe, coràm Pontifice con-
tendit. Collegæ, qui in partem oneris ſuccederent, delecti ſunt viri probi, &
ad res gerendas apti, ſed nunc primùm de ſingulis Nationibus ſinguli, quod
induſtria ſiue caſu factum ſit neſcimus, deinceps tamen inuiolabiliter eſt ob-
ſeruatum, certè nullam ea de re conſtitutionem aliquando editam legimus,
vt facilè creditu ſit tacito conſenſu id fuiſſe in mores inductum. Sed quando
ita eſt, ex ordine quem Nationes inter ſe à primo Generali Capitulo tenent,
Collegarum electiones poſthac recenſebimus, quamuis antè Capitulum *Gra-*
tianopolitanum in eligendis ipſis Collegis ordo ille ſeruatus non fuerit. Italus Collegæ.
De Maida. *Romæ.* igitur Collega fuit *R. P. Franciſcus de Maida*: Gallus *R. P. Ioannes Bolonus*: Hiſpanus
De Aquila *Binet.* *R. P. Alphonſus de Aquila.* Nec mora *R. P. Franciſcus Binetus* in Procuratorem Ge- Procurator
neralem, inuitus licet atque repugnans, magno ſtudio expetitus eſt, vt nõnulli Gen. VI.
tamen *Bardonio* & *Deſiderio de Mora* ſuffragati ſint, miſerati vicem optimi ſenis,
qui cum lachrymis labores ætatémque ſuam ad excuſationem prætendebat, id
tamen fruſtrà fuit, cùm ſupra Generalẽ ipſum vota nactus ſit ad iſtud officium,
cui (quod præſentiebat) immortuus eſt. Libertas ei facta vt poſſet in ſubſidium
pro ſua voluntate vnum aliquem aſſumere ſocium ſeu collegam, quo ad ne-
gotia peragenda vteretur. Abrogatum *Pariſienſe* decretum, quo poteſtas Pro-
uincialibus relicta erat ſucceſſorem teſtamento creandi, ſi per morbum ſibi à
morte timerent. Et quoniam eadem Acta non prouiderant electioni Genera-
lis ſi *Romæ* decederet, nunc primùm quid in eo caſu faciendum eſſet definitum
eſt. Alia quamplura quibus diſciplina regularis conſtare poſſet in ea congre-
gatione determinata ſunt, quæ percenſeri ſingula niſi iuſtis Annalibus non
Malaga poſſunt. Futura in proximum congregatio *Malacæ* in *Hiſpaniâ* quaſi poſtliminio
reſtituta eſt, addita exceptione, ſi nullum à bellò aut peſte periculum immi-
neret.

3. Hoc denique anno poſt omnia *Illuſt. & R. Bernardinus Carualalus* Ordinis Obit. Car-
noſtri Protector amantiſſimus, (quem ex profeſſo laudandum ſuſcepimus in uajali Card.
opere cui titulum facimus *Protector Religioſus*) deſideratus eſt. *Vincentius Pam-* Prot.
pinella in eius funere orationem habuit. Nos interim Epitaphium, quod legi-
tur in æde Sanctæ Crucis in Ieruſalem, vbi depoſitus eſt, reponemus, dum
ampliora gratitudinis noſtræ monimenta parabimus.

Bernardino Carualal, natione Hiſpano, patriâ Placentino, Epiſcopo Oſtienſi, Cardinali Sanctæ Crucis, ob egregias virtutes, doctrinamque in ſa-cris litteris ſingularem, ab Alexandro VI. Pontifice Maximo in numerum Patrum aſciro, pluribus Legationibus pro Republica Chriſtiana functo integrè ſapienterque, proſperâ fortunâ moderatè, aduerſâ conſtanter vſo, per omnem vitam pio ac religioſo. Vixit annos LXVII. *menſes* III. *dies* VIII. *Obijt* XVII. *Kalend. Ianuar. an.* M.D.XXIII.

Hîc Bernardinus Carualal S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis quieſcit, donec ad æternam reſurgat vitam.

Ex hoc igitur *Illuſt.* ac *R.D. Laurentius Puccius* Ordinis protectionem ſolus ſuſtinuit.

4. In hunc denique annum Scriptores noſtri, Conuentus apud *Semellitanos* Conuentus
in *Siciliâ* originem referunt, tanto nos prouentu vna hæc Inſula in annum Salemi, ſeu
Salemi. beauit. *Semellium* autem oppidum eſt non obſcurum, ad caput cognominis Semelij.
fluuij, qui inde in *Artenam* fluuium alterum influens, tandem in mare *Africum*

1523. delabitur, infra *Mazaram*, Vrbem Epiſcopalem ad oſtia fluuij eiuſdem nominis in littore Auſtrali, quam inter atque *Segeſtam* medio ferè XVIII. milliarium ſpatio, ipſum *Semellium* eſt, ad illius diœceſim pertinens. Aretius *Selinuntem* dici mauult quàm *Semellium*, quod tamen recentiores non probant. Ducentis ab oppido paſſibus, in loco irriguo, feraci & amœno, Monaſterium noſtris inſtituit Nobilis Eques *Bruno*, familiaris Duci *Montis-leonis*, qui *Panormum* ante annos quinque noſtros traduxerat. Locus à Sodalitio *Sanctæ Luciæ* comparatus, nomen beatæ Virginis & Martyris retinuit, quanquam & vulgo aliis nominibus audiat; vtputa, *Sanctæ Mariæ de Saltu*, & *S. Franciſci de Paula*, & poſtremum quidem nomen obtinuit ab imagine, quæ ob frequentia miracula concurſu incolarum accolarumque in dies colitur. Initia domus vt ſolent exigua *Batareſius*, & ipſe nobilis atque generoſus Eques, liberaliùs excoluit & magnis ædificiis amplificauit. 1514. *Mazara.* *Bruno.* *De Batareſ.*

An. M. D. XXIV.

1524. Priuilegia Cõſeruator. à Clem. VII. 1. *Adrianus* Pontifex, qui præcelſis virtutibus Apoſtolicam Sedem ornauerat, altero iam anno, vitæ moleſtiis, ſimulque imperij quas longè maiores reputabat, exemptus, à menſe Nouembri *Iulium Medicem* ex Cardinale *S. Laurentij in Damaſo*, & S.R.E-Vicecancellario ſucceſſorem, *Clementis* VII. nomine, acceperat. Id peropportunum rebus noſtris fuit, nam & *Paccius* Protector, vt qui *Medicea* domus beneficiarius & magna illi neceſſitudine coniunctus erat, in ſingulari apud Pontificem gratia fore; atque Pontifex ipſe, gentis ac domus ſuæ, tùm verò maximè *Leonis* X. patruelis ſui, in noſtros beneuolentiam obliuiſci non poſſe, videbatur. Pro fide res etiam conſtitit. *Martialis* noſter, qui pro munere Ordinem perluſtrabat, inter viſirandum comperit noſtros pleriſque locis, conflata ex Priuilegiis exemptionibuſque inuidiâ, per homines maleuolos exagitari, eſſe autem permoleſtum & admodùm graue de ſingulis controuerſiis Sedem Apoſtolicam appellare, qui verò dati eſſent hactenus Conſeruatores non ſatis ampla poteſtate pollere, igitur eâ quam diximus fiduciâ interpellandum Pontificem curauit, vt illorum autoritatem conſtitueret, amplificaret, ſtabiliret. Non ingrata fuit (vt ſpes erat) Pontifici ſupplicatio, qui conqueſtione noſtrorum perceptâ, perturbatores de quibus expoſtulabatur ſtuduit comprimere. Procedebat autem expoſtulatio, cùm aduerſus Eccleſiaſticas perſonas, tùm aduerſus ſæculares, quæ quartam (vt vocant) funeralem, decimas & alia, præter Pontificum ac Regum priuilegia, exigebant, quæ occupabant, detinebant, aut alia ratione intercipiebant bona, quæ iuris noſtri erant, quæ ad tribunalia cùm Eccleſiaſtica, tùm ſæcularia, compellere & trahere per vim attentabant, &c. Atque horum impietatem execratus Pontifex, vt qui nomen Dei (verba ſunt eius) in vacuum recipere non formidarent, litteris ad omnes Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Priores, eorum Officiales & Vicarios, datis ſub die XIX. Martij, quæ incipiunt, *Conqueſtionem dilectorum filiorum*, &c. denunciat Conſeruatores & Iudices (è quorum tamen numero ipſi Officiales atque Vicarij eſſe non poſſint) nomine Sedis Apoſtolicæ ad eius Ordinis defenſionem inſtitutos, eius, quod diximus, generis, omneſque cauſas alias Ordinis cognituros, aduerſus perſonas cuiuſcunque gradus, dignitatis ac præeminentiæ, per cenſuras Eccleſiaſticas poſſe procedere, factâ illis poteſtate citandi & inhibendi per edictum, & extra loca, in quibus deputati fuerint, per tres dietas euocandi, abrogatâ omni quæ in contrarium faceret gratiâ, vel conſtitutione, Conſeruatores ipſos alios aliis ſubſtituens in proſequendo articulo per eorum quemlibet inchoato, etiam citra impedimentum canonicum. Quibus quidem litteris abundè ſignificauit, quo in noſtros animo ferretur & quo deinceps futurus eſſet.

Indulgent. & alia priuileg. 2. Neque mox amplior eius in nos animi ſignificatio defuit, cùm ſcilicet *Laurentio Puccio* Protectori eximium pro Generalibus Ordinis priuilegium contulit, vt ſcilicet quolibet triennio poſſit Generalis Indulgentiam plenariam Fratribus,

Digitized by Google

1524. tribus, Sororibus, Tertiariis ac Fundatoribus, Procuratoribus & Conſeruatoribus, concedere: tùm verò vt prædicti omnes de licentiâ eiuſdem Generalis poſſint ſibi eligere Confeſſorem in Ordine profeſſum qui eos abſoluat ab omnibus caſibus etiam Epiſcopo reſeruatis, & ab omnibus cenſuris Eccleſiaſticis. Et ipſe quidem D. Protector, in fidem litteras ſuas, ſub die VIII menſis Aprilis, & hoc verborum initio, *Vniuerſis & ſingulis, &c.* expediuit. Non longo ex hoc temporis interuallo, cùm *Martialis* noſter teſtudines in cibum fumi auerſaretur, veritus ne quid præter inſtitutam quadrageſimalem vitam admitteretur, *Puccius* conſulto Pontifice (quod anteà fecerat, vt ad ann. 1512. meminimus) omnem ſcrupulum amolitus eſt, interpoſito etiam mandato per litteras in Palatio Apoſtolico ad diem XIV. Aprilis datas, quæ incipiunt, *Fidem facimus & atteſtamur, &c.* Earum tamen cauſam prætexit quorundam curioſitatem qui id in dubium verterent. 1524.

Conuentus Aletij.

3. Interim *Calabri* noſtri populorum ſtudio *Aletium*, quæ vrbs eſt in *Salentinis*, aduocabantur, rebus tandem per tempus conſtituris, ad diem XIV. menſis Maij in poſſeſſionem venerunt, agente *Ioannella Maramontia* nobili fœminâ, & primariâ fundatrice, vt tradit Montoia noſter. Opus elegans eſt, vaſtum & mirabiliter compoſitum. Cœnobio nomen indictum *S. Michaëlis Archangeli.* Sex paſſuum millibus à mari diſtat. Nec melius poteſt amplitudo eius intelligi, quàm incolarum numero, qui ſunt ſeptuaginta ſex. Indigenarum mira eſt deuotio in B.P.N. quam Deus frequenter ingentibus miraculis remunerat, quorum ſingularia quædam à noſtris legimus annotata. Videndus Vincierius de Vita S. P. N. c. XXIX. Et quidem *Aletium* ipſum vrbs eſt *Salentinorum* primaria, & totius Regni poſt *Neapolim* clariſſima, in eâ Concilium totius *Apuliæ* regium forumque perpetuum, ſub metropolite *Hydruntino* Epiſcopum habet, *Lecienſem* hodie dictum, vt ex Codice Romano apparet, XXIV. paſſuum millibus à *Brundiſio* in Occidentem, totidémque ab *Hydrunte* in Orientem, poſita eſt. Cœnobium verò noſtrum pro vrbis amplitudine, vt diximus, magnificũ, quod vnum poſſumus & aliena quidem fide affirmare. In eadem Vrbe Monaſterium fuiſſe Monialium conſtat ex Actis Capituli Genuenſis 11. & ex M.SS. quidem titulum ei fuiſſe *B. Virginis Nunciatæ.* Ilnardus obiter illud recenſet, noménque facit *SS. Angelorum*, ſed præter illorum M.SS. fidem. A Patribus expoſcebant, vt à profeſſoribus Ordinis regerentur, quod illis vltrò conceſſum eſt, ſed vtrùm reipſa præſtitum ſit haud planè ſcio, certè videntur ea de cauſa ex albo Conuentuum Ordinis excidiſſe, vt amplius tamen docear aliudvè neſciam, expecto.

Maramõte. *Brindiſ. Ottranto.*

1511. Conceſſio Indulg.

4. Per hæc *Puccij* Protectoris in noſtros haud dubium ſtudium inclaruit, gratiam enim longè maximam, affectu tantùm ſuo impulſus, exorauit à Pontifice, nimirùm, *vt Corrector domus Sanctiſſimæ Trinitatis de Vrbe, ac alij fratres eiuſdem domus dumtaxat, Generalis verò ac Zeloſus necnon Prouinciales ac locales Correctores & alij* (intelligitur de Vicariis) *Superiores Ordinis, etiam pro tempore exiſtentes, ac vnuſcuiuſlibet ipſorum ſecundùm Religionis ingreſſum antiquior ſocius, vbicunque ſe transferre ex merito obedientiæ contigerit, vt ſingulis ſecundis & quartis feriis cuiuſlibet hebdomadæ totius anni Miſſas pro animabus defunctorum celebrantes, eaſdem indulgentias pro animabus defunctorum huiuſmodi conſequantur, ac ſi in Eccleſia S. Sebaſtiani, Laurentij & Scalæ-cæli, etiam Gregorij & Potentianæ, extra & intra muros almæ Vrbis celebraſſent: ac pari modo Miſſæ huiuſmodi animabus defunctorum, pro quibus eas celebrandas duxerint, ſuffragentur, perinde ac ſi in præfatis, ac aliis quibuſcunque etiam qualitercunque priuilegiatis Eccleſiis intra & extra muros Vrbis celebraſſent*: quæ verba ipſa ſunt quibus litteras ſuas ad rei fidem concepit, datas die X. Iulij, perpetuis futuris temporibus (vt etiam præferunt) duraturas.

Conuentus Hiſpalis.

5. Hoc anno *Hiſpani* non ſecus atque *Calabri*, & aliquanto magis terminos ſuos protulerunt. Duo enim Cœnobia in acceptum retulerunt, vnum virorum, alterum monialium. Et illud quidem *Hiſpalis* ad diem VIII menſis Decembris, hoc apud *Xeram* limitaneam, ſed de illis dicamus ſigillatim. *Hiſpalenſe*, noſtri eo quo diximus die incolere cœperunt, locus erat in ipſa Vrbis frequentiâ,

Xerez de la frontera.

1514. Parœciæ *S. Michaëlis* proximus, quam condendo monaſterio *R. P. Ioannes à Boſco* Prouincialis deſignauerat, breui tamen ipſe & qui cum eo inhabitauerant, conſilium mutauerunt, vt enim erant ſanctæ contemplationis ſtudioſi, à tumultu, cui locus expoſitus erat, primo quoque tempore abhorruerunt, itaque in alteram Vrbis partem aut veriùs ſuburbium, ſed copioſum, frequens ac celebre, quod *Triana* dicitur, ſeceſſerunt, vbi procul à turbâ & ſtrepitu amplum & amœnum prædium comparauerunt, in quo ſedem, quam nunc obtinent, fixerunt. Eccleſia & totum monaſterij opus ſplendidum, firmum, ingens & iucundum eſt. In Eccleſia Sacellum maius eximium & magnificum viſitur, fundatore Nobiliſſimo Equite *D. Franciſco Duarte* ſupremo bellicorum commeatuum apud *Carolum* V. Præfecto, quod pretioſis Lipſanorum pignoribus ad abſidem inferiorem collocatis decorauit. Hodie ſeptuaginta ſaltem fratres monaſterium inhabitant. *Hiſpalis* vrbs eſt ampliſſima, & Emporium celebre, totius *Vandaliæ* caput, ad *Bætim* fluuium, quam Auſonius merito ſic laudat

1514. *Du Boſc.*

Triana.

Duarte.

Semida. Andaluzia. Guadalquiuir.

Iure mihi poſt has memorabere, nomen Iberum,
Hiſpal, aquoreus quam præterlabitur amnis:
Submittit cui tota ſuos Hiſpania faſces:
Corduba non, non arce potens tibi Tarraco certant,
Quæque ſinu pelagi iactat ſe Bracara diues.

Archiepiſcopali dignitate inter Hiſpanas præcipuâ fulget. Academiâ & Studiis liberalibus clara eſt. Opibus nulli ciuitatum Hiſpaniæ comparanda, vt in quam *Oceanus* & nauigabili fluuio, *Indiarum* opes & omnia vitæ cõmoda, influãt. Merito *Regina Oceani* perhibetur. Abeſt *Cordubâ*, quæ illi ad *Bætim*, XXII leucis Hiſpanicis, à *Gadibus* in meridiem XIX. à *Granatâ* in Occidentem XXXVI. Ripam orientalem *Bætis* obtinet, *Triana* quam diximus, occidentalem, *Bætis* qui intercurrit ligneo ponte, quem parua nauigia catenis compacta ſuſtinent, iungitur, ad caput Pontis in ipſo ſuburbio, Palatium Inquiſitioni (quam vocant) ſacrum, ſuperbit. *Triana* nomen, originem habet à veteri vrbe exciſa, quam Veteres *Oſſet, Iuliamque Conſtantiam* dixerunt, & ſubinde recentiores *Trianam*.

Cordoua. Cadiz. Granada. Guadalquiuir.

6. *Xerenſe* monaſterium, altera propago *Aſſyritani* monialium noſtrarum in Hiſpaniâ, eodem tempore conditum eſt, incertum tamen quo die, quo fundatore, quibus circumſtantiis. Titulus ei eſt *Ieſu Mariæ*. Moniales è nobilioribus ciuitatis magnâ ſanctitatis laude ſemper floruerunt, numero ſunt 44 aut fortè plures. Atque hæc tantùm de Xerenſi Aſceterio illo ſcire potuimus. Eſt autem *Xera*, quæ aliis *Xerea*, Veteribus *Aſta*, vt Nauagiero placet, ſiue *Caſariana*, quod quidam magis probant, Vrbs apud oram *Vandaliæ* contra *Gades*, ex hac ora *Hiſpaniæ* initium vel terminus, vnde vulgò nomen illi factum, quartâ ferè leucâ à *Luciferi Fano*, quintadecimâ ab *Hiſpali*, circa fluuium *Letben* ſupra *Muſtbei portum*, cuius aget præſtantiſſimis & maximè pernicibus equis, *Genetas* vulgus nuncupat, per vniuerſum orbem nobilis habetur.

Xeres de la frontera. S. Lucar de Barrameda Guadiam. Puerto de S. Maria.

Ob. P. Ioannis à Rocca.

7. Denique hic annus exitialis fuit viris ex Ordine noſtro grauibus & venerandis *Ioanni à Roccâ* & *Franciſco Bineto*. Cauſam cur in hunc annum illius obitum protraxerimus explicuimus anteâ. Fuit autem *Ioannes* ille *à Roccâ*, vir præſtantiſſimarum virtutum, & in publica dignitatum luce pœnitentis & ſeuerioris vitæ. Migrauit in plenitudinem (vt credimus) Sanctorum, *Speciani*, hoc eſt in eo loco vbi iam olim gratiæ ſpiritum hauſerat, qua de re ad annum 1460 diximus. Tumulum hunc ei aſcripſimus in vicem alterius qui nobis excidit.

D. O. M.

SI QVA TIBI PIETAS, VIATOR AVDI.

IOANNES A ROCCA SOLVTIORIS OLIM VITÆ IN OPVLENTA FORTVNA ET DIGNITATE ECCLESIASTICA MIRACVLO AD DEVM PERDVCTVS EST. SACCVM INDVIT POENITENTIS VITÆ, QVAM PRIMVM FRANCISCVS ILLE PAVLANVS APVD CALABROS INSTITVEBAT, CVM QVO ET IN GALLIAM TRANSIVIT.

APVD

1524. APVD SVOS ET EXTEROS OMNI VIRTVTVM LAVDE INCLARVIT, AT VERÒ TVM MAGIS (QVOD INGENVARVM EST MENTIVM) CVM CVLPAM TIMVIT VBI NVLLA ERAT. DIFFISVS NIMIRVM FVIT NE PER SE DEVS MIRACVLVM VELLET OPERARI. EX HOC LACHRYMIS NVLLVM FINEM FECIT, ETIAM INTER DIGNITATES QVIBVS IN ORDINE SVO FVNCTVS EST, IN ORATIONE ASSIDVVS FVIT, ET AD PERFECTVM SANCTITATIS EXEMPLVM COMPOSITVS, POENITENTIA VITAM COMFECIT, ÆTERNITATEM PROMERVIT. CORPVS EXANIME IN HOC HYPOGÆO DEPOSITVM ANNO PERIODI CHRISTIANÆ M. D. XXIV. CVM RESVRRECTIOME GLORIAM OPERITVR. 1524.

ET TV VIATOR ÆTERNITATEM COGITA.

8. *Franciſcus Binetus*, cui nemo ab inſtituto primùm Ordine fuit comparandus, nec deinceps futurus eſſe videtur qui poſſit comparari, ſiue profundam hominis humilitatem cæteraſque virtutes, ſiue continuam Ordinis adminiſtrationem, quam omnes communi ſententiâ vltrò detulerunt, ſiue rerùm pro incremento & honore Ordinis geſtarum gloriam & magnitudinem attendamus, confectus ſenio & laboribus ad vitæ metas decurrit. Pro tempore, Zeloſum (vt diximus) agebat *Romæ*, decebat enim vt vir ſtrenuus inter diſtrictas negotiorum occupationes, parato nihilominus animo moreretur, & qui nunquam non ſe dignitatibus ſubtraxerat, nunquam dignitate deſtitueretur. Cùm paucos antè annos Ordinem profeſſus in grauiſſimum morbum, vt videbatur lethalem incidiſſet, eáque de causâ in domum *Pleſſiaco* proximam, & vulgò dictam *Mottam-Capi*, delatus eſſet, venit ad eum conſolationis causâ Beatus Pater, vbi cùm fratres eius atque agnatos qui omnem de *Bineto* ſpem abiecerant inueniſſet, ad eos conuerſus bono animo eſſe iuſſit, non eſſe deploratum *Bineti* morbum à quo non multis inde diebus recreandus eſſet, longéque aliter de illo Deum ſtatuiſſe quàm ſibi homines perſuaderent, vt primùm conualuerit, quod breui erat futurum, *Romam* iturum eſſe, atque ob hoc ſemper honoribus dignitatibuſque augendum & præclara multa geſturum, quibus ipſi non parùm gaudij ac voluptatis acciperent. Nihil minus à verbo ſancti Viri per tempus præſtitum eſt, vt paſſim indicauimus, & certè *Binetus* tanta deinceps ad Ordinis decus & incrementum perfecit, vt plus illi Ordo quàm vel ipſi Inſtitutori *B. Franciſco* debere videatur, & ita quidem ſeniores noſtros, atque in his *R. P. Petrum Hebertum*, quem honoris causâ nomino, prædicantes ſæpius audiui. Sed nunc panegyricum non ſcribimus, hoc tantùm indicio contenti, nullam *Bineto* virtutem defuiſſe, non obſcuram præ ſe ſanctitatem ſemper tuliſſe, vt aliquando ad eum *Iacobus Simoneta* poſteà Cardinalis, optimè in hæc verba loquutus legatur, *Nunc quidem, Pater, cauſam agis Inſtitutoris tui in Sanctos referendi, erit cum pro te alius eâdem operâ perfungetur* (non ambigo enim quin ſi *Bineto Binetus* alter contigiſſet, *Franciſco* alius *Franciſcus* acceſſiſſet) prudentiam & zelum in eo admirabiles atque ita coniunctos fuiſſe vt eorum temperamentum omnem admirationem excederet. O virum per omnia maximum, quem vt ne pro merito laudemus, vna impedit virtutum copia & magnitudo! Conatum tamen noſtrum boni conſulet, ſi monumentum quod poſſumus ad qualemcunque memoriam appendamus.

Ob. p Fr. ciſci Bineti.

Motte-Chapon.

R. P. FRANCISCVS BINETVS
MONACHVM PROFESSVS SVB DISCIPLINA S. BENEDICTI
ET MAIORIS-MONASTERII PRIOR.
TEMPORVM ET MORVM QVÆ REGNABANT PERTÆSVS,
POENITENTIS VITÆ DESIDERIO
IN CONTVBERNIVM FRANCISCI PAVLANI CONCESSIT.

Digitized by Google

1524. ILLIC EGIT QVI OMNIVM SANCTISSIME 1524.
ORDINEM ET IPSVM INSTITVTOREM
IN MAGNVM CELEBRITATIS FASTIGIVM EXTVLIT
DOCTRINA, ZELO, PRVDENTIA;
DOCTRINA, IN CONDENDIS REGVLARIBVS INSTITVTIS;
ZELVS, IN VINDICANDO PARENTE SANCTISSIMO;
PRVDENTIA, IN ORDINE ADMINISTRANDO,
PER OMNIA QVÆ DESIGNAVIT, DIXIT, FECIT,
NVLLA NON EX HIS VIRTVTIBVS
SEMPER APPARVIT.
NVNQVAM FVIT A SVMMIS DIGNITATIBVS LIBER,
QVI NVLLAM NISI INVITVS ACCEPIT,
OMNES ITA, VT NEMO VNQVAM MELIVS, GESSIT,
AD EAS PER VICES ABSQVE INTERMISSIONE REVOCATVS
VIR INTER SVOS MAXIMVS
VIRTVTE, DIGNITATIBVS, SANCTITATE.
SED QVI DVM ALIOS IN OMNIBVS SVPERAVIT
LAVDATOREM DESIDERARE POTEST, NON INVENIRE.
OBIIT ROMÆ AN. CHRIST. M. D. XXIV.

Obit. Claudiæ Gall. reginæ. 9. *Claudia* Regina, quæ ad B. P. N. preces olim conualuerat, & voto in manibus *Bineti* nuncupato maſculam prolem ſuſceperat, præcipuaſque partes in *Franciſci* noſtri Canonizatione procurandâ egerat, hoc eodem anno menſe Iulio *Bleſis* fato functa eſt. Eius laudes hiſtorici omnes certatim proſequuntur. Supplementum ad *Bergomatem*: *Claudia pientiſſima Franciſci vxor Bleſis moritur, non ſine maximis totius Gallia lachrymis, propter eius inculpatiſſima vitæ laudes, ac fe-*
1516. *mam integerrimam:* Et ad annum 1526: *Claudia Auguſta corpus iamdudum mortuum ſummo honore in Dionyſianum templum de more adfertur per Lutetiam, non ſine maximo totius populi mœrore, apud quem veluti diuinum quoddam numen excolebatur.* Sed de moribus eius aliquanto copioſiùs Feronius: *Fuit illa* (inquit) *ſumma integritate pudicitiaque. Abundabat innocentia, pietate, religione, obſequio in virum, diligentia in familiares: nunquam inſolens elata, viſa, eundem vultum eodem tenore referebat, grata omnibus, iucunda plebi, nobilitati optabilis: vt in aduerſis conſtantiam, ita moderationem in ſecundis retinebat. Familiæque illi nihil niſi de diuinis cæleſtibuſque promiſſis, aſſecutione quæ diuinæ hæreditatis dies & noctes cogitare. Placabilis erat in eos à quibus eſſet offenſa, afflictis multa condonabat, probis piiſque viris multa elargiebatur. Nemo eam vlla lucra ligurientem, nemo ad rem attentiorem, nemo vllis depranatam cupiditatibus aut vidit aut audiuit. Ita ſapienter, ita ſcitè, ita eleganter caſtum ſinceramque animi motum ſingula eius ſententia olere videbantur omnibus vt abundare ornamentorum generibus, omnibus virtutibus quaſi fontibus ſcaturire videretur.* Hæc autem Beatæ Principis elogia delibare nos conueniebat, vt quæ peculiari affectu in Ordinem noſtrum deuota fuit, ſuas ibi laudes recognoſcat vbi maximè deſiderare videatur. E noſtris quidam tertium ordinem profeſſam tradunt, quod ſimiliter de nonnullis Regibus noſtris Hiſpani credunt, ſed cùm certa eius rei documenta necdum aſſequuti ſimus, nihil etiam poſſumus in alterutram partem affirmare.

An. M. D. XXV.

1525. Conuentus Toleti. 1. HIſpani noſtri, qui nuper ſedes *Hiſpali* fixerant, & eo ſucceſſu elati, ac publicæ in Hiſpaniâ lætitiæ ob deuictos *Ticini* Gallos occaſione adducti, vt *Toletum* migrare poſſent, à *Carolo* V. Auguſto petierunt & impetrarunt. *Toledo.* Sed Conuentus Ciuici autoritas intercedere debebat, vt Cæſaris mandata in Commentarios

1525. Commentarios referrentur, & de loco, quem noſtris donarent, prouideretur. Erat in ea Vrbis regione (ſunt enim Toleti XXIII. regiones) quam vulgus *la Vega* nominat, latinè, niſi fallor, Planitiem diceremus, antiquum Oratorium, ſeu vt *Hiſpani* malunt Eremitorium *S. Bartholomæo* Apoſtolo ſacrum, & à loco dictum *S. Bartholomæus de la Vega*: dato igitur ſupplici libello cum litteris *Caroli* & *Elizabethæ* Auguſtorum vt ſibi illud cederet à Conuentu Ciuico noſtri poſtulauerunt. Id quoniam dilapſum penè atque deſertum reſtauratoribus egebat, noſtri autem id omnium optimè præſtaturi viderentur, vt qui magno ſanctitatis nomine apud *Toletanos* alioſque populos commendari habebantur, omnes in eam ſententiam facilè conceſſerunt. Probauit autem R. D. Archiepiſcopus, *Alphonſus de Fonſecâ* Salmanticenſis, & in Academiâ patriâ Collegij ſub nomine *S. Iacobi Zebedæi* fundator. Ad diem igitur XXV. menſis Auguſti, qui ſacer eſt apud Romanos ipſi *Bartholomæo* Apoſtolo, in eum locum noſtri ſunt inducti, ciuium beneuolentiam non eo tantum beneficio experti, ſed largiſſimis deinceps eleëmoſynis, quibus ea pars ædificij, quæ *Tagum* ſpectat, ad ſummum breui deducta eſt. Eccleſiæ opus ad multos annos extractum eſt. Per moras *Iacobus Vargaſius*, Imperatori à Secretis, & *Anna Manriquea* lectiſſima fœmina eius coniux, vt in Fundatores acciperentur cum noſtris egerunt, in præſens quidem haud magna fuit eorum liberalitas, ſed prolixioris in futurum ſpes non deerat, quæ etiam non fefellit. Cum tempore igitur, auguſta Eccleſiæ, Monaſterij, valetudinarij & aliorum officiorum opera, proceſſerunt. Habetur illic in magna veneratione Crucifixi Imago, dicta *S. Quintini*, quam direptâ eius nominis vrbe à *Philippo* II. miles Hiſpanus Catholicus à milite Germano Lutherano recuperauerat. *Toletum* hoc eodem anno corpus *R. P. Ioannis Abundantij Turriculis*, vbi ad hæc iacuerat per annos quindecim, allatum eſt, vt hoc pignore noua domus conſecraretur. Factum id operâ & ſtudio *R. P. Ioannis à Boſco* Prouincialis, qui virum ſanctum & familiariter ſibi cognitum longiùs abeſſe non ferebat. Eſt autem *Toletum*, quæ aliquando *Serezola*, Colonia & Vrbs, *Hiſpaniæ Tarraconenſis*, *Carpetanorum* caput, centrum & quaſi vmbilicus totius *Hiſpaniæ*, quam *Tagus* fluuius auri vt vulgò creditur ferax maiorem partem alluit. Vrbis Regiæ cognomen adepta eſt *Gothis* regnantibus, qui ab *Hiſpali* ſedem Regni illuc tranſtulerunt. Ad Arctum *Burgos* habet l. inde leucis, ad Meridiem *Cordubam* eodem ſpatio, lx; in Ortũ *Valentia* eſt, lxxxiii in Occaſum *Vlyſippo*, *Madritum* haud longius xii. Metropolis eſt non regionis modò, ſed totius *Hiſpaniæ*, ex quo *Vrbanus* II. Archiepiſcopum in Primatem inſtituit, qui hodiéque ſupremam in Regno dignitatem, autoritatem & potentiam habet, à ſolo Rege ſecundus, vt eo inconſulto fieri quidquam aut decerni nefas cenſeatur. Brunius Vrbis Iconem lib. 1. Theatri ſui tabulâ III. repræſentauit. Montoia noſter planitiem, hoc eſt eam Vrbis partem, quam *la Vega* nuncupari diximus, omnium iucundiſſimam, acceſſu maximè commodam, & frequentiâ celeberrimam, atque Cœnobium noſtrum in eius regionis medio deſcribit.

1525.

La Vega.

De Vargas. Manrique.

Torijos.

Du Boi. Toledo.

Taio.

Burgos. Cordoua. Valentia. Lisbona.

La Vega.

2. In hunc annum celebrandus venit exitus religioſæ & nobilis puellæ *Sororis Hieronymæ à Paterno*, quam ab anno ætatis duodecimo noſter *Paulus à Paterno*, patruus beatæ virginis, Chriſto ſponſo conſecrauerat & in tertium Ordinem noſtrum aſciuerat, quæ quidem ab eo tempore vitam ſanctiſſimam & omnibus virtutibus ornatam duxit, atque in ipſo ætatis flore, ſanctorum morte occubuit, ſi occubuiſſe dicenda eſt, quæ anno ætatis XXXIII poſt expiatam generali confeſſione animam ſumptúmque Domini corpus in viaticum, die B. Virgini ſacro, nulla ægritudine præcedente, genibus nixa inter orandum expirauit. Non defuit à morte luculentum beatæ immortalitatis argumentum. Præterquam enim cœleſtis gratia in vultu reſplenduit, poſt annos multos virginale corpus hypogæo conditum abſque vlla corruptione ac labe inuentum eſt. Breui porrò futuram eius mortem moriens patruus cuius diſciplinâ in ſpiritu profecerat denunciauit, nimirùm ſolent plerique ſanctitatis fructus eſſe præcoces & in cœlum maturiùs inferri.

Obit. Sororis Hieron. à Paterno.

1526. *An.* M. D. XXVI. 1526.

Germaniæ desolatio.

1. MArtialis noſter, qui ab initio ſuſceptæ dignitatis ad Ordinem viſitandum animum adiecerat, difficili & periculosâ peregrinatione *Boëmiam* & *Auſtraſiam* ſuperauit, ne pars cui maximè timebatur per turbulenta & efferata tempora, neceſſario per eum officio priuaretur. Erant illic tres tantùm Conuentus Beato Patre adhuc ſuperſtite inſtituti, quartum & quintum nobiles quidam Boëmi obtulerant, ſed cùm res in aduentum Generalis protracta eſſet, in irritum per tempus reciderat. Aduenientе autem *Martiali* noſtro longè aliter cum noſtris agebatur, vix enim tres illos per Lutheranorum factiones poterant retinere, nec multùm abfuit quin deſolatos & vaſtatos *Martialis* inuenerit. Abducti iam à Lutheranis plerique deſiderabantur, reliqui erant admodùm pauci qui monaſteria incolerent, eos *Martialis* ad animi fortitudinem atque conſtantiam multis verbis hortatus eſt, officiúmque omne præſtitit, quod poſſet ab optimo paſtore deſiderari. Cùm primùm tamen pedem extulit, tantus in vtroſque impetus hæreticorum factus eſt, vt plerique à furentibus mactati ſint. Prouincialis qui ad hæc animo intrepido vim atque iniuriam à ſe ſuiſque repulerat, ſolum vertere tum demùm coactus eſt. Venit ille *Neapolim* poſt multa itinera, & noſtris qui illic erant rem omnem expoſuit, & eorum quidem ad nos traditio peruenit, Centum fuiſſe de noſtris qui martyrium in Germaniâ fecerint. Benedictus Deus. Et quidem præter reliquos omnes, noſtri hæreticorum furorem pertulerunt, & odio auſterioris vitæ quam profitebantur, & locorum in quibus degebant opportunitate, in ſeceſſu enim ac ſolitudine procul ab vrbibus incolebant. Tempus autem quo *Martialis* ad eos acceſſit aut receſſit inde, non eſt adeò præcisè certum vt menſem vel annum poſsimus ad punctum deſignare, ſed cùm in proxima Generali congregatione deſideratis eius prouinciæ Patribus, necdum auditum quicquam eſſet de illius Prouinciæ depopulatione ac ruinâ, mihi fit admodùm probabile ſub excuntem alterum annum inde *Martialem* exceſsiſſe, vt ad hunc ineuntem perſecutio illa non immeritò cœpiſſe videatur.

Martyres in Germania.

Capitulum Genet. VII.

2. Poſtquàm verò & illam Prouinciam & reliquas *Martialis* obiuerat, *Malacam* in *Hiſpaniâ* ſe recepit, qui locus erat Generali Conuentui aſsignatus, in quem & Patres alij, quibus ius erat ferendi ſuffragij, ſeſe contulerunt, ſed cùm plerique non ſatis maturè occurriſſent antè ſanctum Aſcenſionis diem non conſederunt, quo demum illuceſcente ad VII. Idus Maias Comitiis ſuis initium ſolemni ritu fecerunt, electo in Exceptorem Actorum *R. P. Deſiderio de Motta*, ſubortâ ex hoc dubitatione, ſi qui ſubrogarentur in vicem abſentium, placuit decretum *Romæ* nuper emanatum, vt ne aliis quàm Prouincialibus qui deſiderarentur aliqui ſufficerentur; nec mora, *R. P. Hieronymus de Sancta Ella* in

De la Motte.

De S. Ella.

Gen. VIII.

locum Prouincialis *Germaniæ* ſubſtitutus eſt, è veſtigio autem collatis ad eligendum Generalem ſuffragiis, *R. P. Ioannes Sutorius* ex Prouinciali *Franciæ*, totius Ordinis Antiſtes renunciatus eſt, qui tamen vix adduci potuit vt aſſentiretur, tantus ei per humilitatem indignitatis ſuæ inerat ſenſus, voluiſſet in eos ſortem cecidiſſe, qui ſimul aliquorum votis poſcebantur, videlicet in *RR. PP. Franciſcum de Maida*, *Leonardum Barbierum*, *Hugonem de Varenna*, *Deſiderium de Motta*, *Auguſtinum de Cretone*, vicerunt tamen cùm horum tùm aliorum preces, qui, expreſſo electi conſenſu, in voces laudis & gratulationis eruperunt, obedientiámque ſuam de more profeſſi ſunt. Fuerat autem *Sutorius Nigeoni* profeſſus, cuius etiamnùm extat ſyngrapha in eius Conuentus Commentario nullâ temporis notâ, vt tum ſolebat, obſirmata, Prouinciam *Franciæ* quintùm rexit, ac tandem dierum & meritorum plenus ad patres ſuos appoſitus eſt, in eodem Conuentu an. 1556. In alterum diem electi Collegæ, & Italus quidem fuit *R. P. Marcellus Palmerius*, qui poſthæc ad ſupremam Ordinis dignitatem ſecundùm euectus à nobis tempeſtiuè laudabitur: Gallus fuit *R. P. Hugo Varennius*, ab antiquo *Franciæ* Prouincialis, & multis nominibus deinceps à nobis commendandus:

Sutorius.

à Maida. Barbier. De la Varenne.

Dela Motte.

1556. Collegæ.

Palmeri.

De Varenne

1526. commendandus: Hiſpanus denique *R. P. Hieronymus de Sancta Ella* (non vt habent edita *Alphonſus de Stella*) *Hiſpaniæ* iam olim Vicarius Prouincialis, quam demùm ſummo imperio adminiſtrauit, vir apud ſuos clarus & illuſtris. Poſt omnia delectus in Procuratorem Generalem *R. P. Deſiderius de Motta*, cui vel nomen ſolum iam ad laudem ſatis eſt. Quibus in hunc modum compoſitis, multa quæ nouiter inciderant in deliberationem adducta ſunt, illud memoriâ dignum, graues aduerſus eos pœnas fuiſſe decretas qui Studia litterarum iam olim inſtituta negligerent, hoc eſt vel dilabi ſinerent, Superiores; vel qui illis addicti eſſent non ſatis ſedulò frequentarent: & alterum quoque, vt feſto die *S. P. N. Franciſci* ad ſynaxim ſacram (quam generalem communionem dicimus) fratres conuenirent. Demùm in tertium hinc annum futura Congregatio vt *Genuæ* haberetur placuit, niſi à bello aut peſte periculum eſſet, quod denunciare Zeloſo Prouincialem *Genuenſem*, Zeloſum ſingulis Prouincialibus conuenienti tempore voluerunt, atque id vbi conſtitiſſet *Gratianopoli* habendam edixerunt.

1526. *De S. Ella.* Procuratoi Gen. VII.

3. Hoc eodem anno *Donius* annotat martyrium *R. P. Arnoldi de Hydrunto*, & *F. Archangeli à Meſſanâ*. Soluebant illi *Neapoli* in *Siciliam*, quò per obedientiam mittebantur, ſed cùm in altum excurriſſent, interceptì à pyratis, ad fidem eiurandam ſollicitati ſunt. Erant enim Turcæ omnes præter Ductorem militum, qui à fide Chriſtianâ defecerat, ſed ille tanto Chriſtianis infenſior, quantò maiores ſibi videbatur odij cauſas habere. Adhibuit ergo ille quas potuit illecebras, quas potuit minas & ludibria, vt inuictos Chriſti milites expugnaret. Sed nihil profecerunt tot machinamenta aduerſus athletas fortes & conſtantes, qui deliberatâ morte tormenta præoccupabant voto & deſiderio. Puduit Apoſtatam tot artes fruſtrâ procedere, pudor in rabiem mox degenerauit, poſtquàm igitur multis cruciamentis *Arnoldum* excarnificauerat, vt in crucem ageretur imperauit, quo ſupplicio iuniorem fratrem *Archangelum* (erat enim ille ſenior & ſacerdos, hic iuuenis admodùm necdum ſacris initiatus) commotum iri atque de ſententia & mente deiiciendum crediderat, quod tantùm abfuit, vt maiores ab eo exemplo animos ſumens illum ſibi præiuiſſe doleret niſi ſubſequeretur, qua re accenſus & irritatior factus impotens animi barbarus, truncari eum capite iuſſit, amborumque corpora in profundum abiici, nihilo in alios Chriſtianos remiſſior, qui horum conſtantiam imitati mortem glorioſam ignobili vitæ prætulerunt. Etiam tibi, ô Deus, ſuas victimas Ordo ille Minimus debebat: Sed vos Beatæ Animæ quarum ſanguine Deo noſtro litatum eſt: Et hi quidem tacito nomine deſiderati in Generali Capitulo quòd in mari periiſſent, incertum quo caſu, ſed de martyrio poſteâ renunciatum ab iis qui viderant, & truculentorum hoſtium manus effugerant.

D'Ottrante di Meſſina. Martyres duo.

4. *Martialis de Vicinis* functus Generalatu apud *Hiſpanos* permanſit, vbi tertiùm poſt hoc in Prouincialem electus, peracto munere, iam ſenio grauis in Prouinciam *Tholoſam* perrexit, atque ibi expleto ſanctiſſimæ vitæ curſu ad præmium euolauit. Fuit autem integerrimæ vitæ, regularum obſeruantiſſimus, exactæ prudentiæ, incredibilis manſuetudinis, aſpectu tamen grauis & ſeuerus, parcus in verbis, in opere aſſiduus & ſtrenuus, vt ob has aliaſque dotes quamplurimas audiret vulgò & diceretur, *Vir Sanctus Frater Martialis*, ſolidò ſemper ſibi conſtitit, inſtante morte, dùm ad Matutinas preces, omnes euigilaſſent, ſtatim ab officio adeſſe Correctorem rogauit, nec longiùs differret, datum ſibi à ſummo Imperatore ſignum de ſtatione diſcedendi, ad condictum venit Corrector aliique fratres omnes, *Martialis* oleo ſacro deliburus eſt, & dum ad ſingula reſpondet in extremo verbo ſpiritum feliciter exhalauit, eo momento quod anteâ denunciauerat. Hunc finem fecit vir eximius, ſed longo poſt hæc tempore, vt quæ habemus dicenda demonſtrabunt.

De Vicinis Obit. P. Mart. de Vicinis.

1527. 1527.

An. M. D. XXVII.

Exemptio à decimis Cleri indicta.

1. REduxab *Hiſpaniâ Franciſcus* Rex noſter, decimarum quæ à Clero accipiebantur gratiam noſtris fecit, regiis primùm litteris *Compendij* datis, ad diem XXVII. menſis Septembris, tum aliis *Lutetiæ Pariſiorum*, ad diem XIX. menſis Nouembris, quæ ad diem XXVI. inſequentis Februarij, apud Prætorianos Senatores recitatæ, illis edicentibus, in commentaria relatæ ſunt. Cùm poſthæc tamen Exactores, præter voluntatem Regis, ad eam præſtationem noſtros adigerent, causâ pecuniæ in redemptionem Regis perſoluendæ, quam negabant eo priuilegio comprehenſam, res in Iudicium coràm conſtitutis recuperatoribus adducta eſt, qui ſuo decreto ad diem XIX. Februarij an. 1533. noſtros ab ea præſtatione abſoluerunt.

Progreſſus Conuent. Nigronenſ.

2. Interhæc Eccleſia & Clauſtrum Conuentus *Nigronenſis* vltimam manum accipiunt, & à *R. P. Ioanne Sutorio* Generali, die Maij decimâ, luſtrali aquâ initiantur. Præ foribus Eccleſiæ præter Elogium Regum & Reginæ, quorum beneficio fuerat opus inchoatum & magna ex parte abſolutum, hoc tetraſtichon, ad Imaginem B. Virginis Chriſtum à cruce ſublatum brachiis ſuſtinentem, inſcriptum legitur

Virgo expers nœui & primæuæ neſcia culpæ,
Quæ Dominum ancilla & filia nixa patrem,
Hæreſeon peſtes, ſcelerum contagia mundo
Hæc tibi diuinâ luce fecare datum eſt.

Direptio Conu. Ro. & alia conſequuta.

3. Dum autem hîc per pacis ſtudia Regum beneficentiam experimur, in *Italiam* belli impetus conuertitur, quod malè noſtros qui *Romæ* erant habuit. *Carolus* enim *Borbonius* Equitum Magiſter, qui à Rege ante aliquot annos ob priuatam iniuriam defecerat, & *Caroli* V. Imper. exercitibus in *Italiâ* cum ampliſſimâ poteſtate præerat, cùm *Florentiam* fruſtrà tentaſſet, conuerſo agmine totis viribus *Romam* contendit, impetuque Vrbem inuaſit, ſed in ipſo victoriæ momento plumbea glande traiectus, militi diripiendam reliquit. Pars Lutherani erant ad omnem licentiam & libidinem effuſi, qui ſacris iuxtâ atque prophanis expilatis, in ſacratos viros atque fœminas immani furore debacchati ſunt. Cœnobium noſtrum in *Monte Pincio* perſcrutati atque deprædati, cùm per noſtrorum paupertatem nihil inde opimum ac pretioſum retuliſſent, inciderunt in noſtrum *Deſiderium de Motta* (pro quo, Montoia magno errore *Dillacum* quendam Hiſpanum genere comminiſcitur) qui fortè illis Procuratoris nomine (cùm eſſet Zeloſus) innotuerat, rati ab vno homine omnem ſibi prædam conſtare poſſe, vt quem celare pretioſa quæque crederent, miſeris illum grauibuſque modis exagitauerunt, ſed cùm ille nihil poſſet niſi conſcientiam prodere, contra quam vitam nihili faciebat, patienter aduerſus iniuriam perſtitit: illi verò pro patientia peruicaciam accipientes, hominem verendis ab arbore poſt omnia ſuſpenderunt, quoad erumpentibus congeſtim viſceribus, illiſque abeuntibus, præſenti tantùm morti vt credebatur, ſubductus eſt. Et quidem ſpes nulla ſalutis aderat, niſi per diuinam opem, quæ præſto adfuit, voto per *B. P. Franciſci* merita nuncupato, cuius causâ, *Turones Deſiderium* venit, nondùm confirmata valetudine, ſed cùm recludi ſepulchrum, quo ſacrum pignus aſſeruabatur iuſſiſſet, duplex ſenſim gaudium retulit. Corpus enim B. P. integrum & nullâ parte delibatum apparuit, quod ille affuſis præ lætitia lachrymis ſupplex veneratus eſt, facies autem ſudario intecta erat, quod magnâ reuerentiâ in manus ſumpſit, alioque iniecto ſecum tulit, eiuſque ſalutari attactu, priuſquàm loco diſcederet, redditus eſt incolumitati, nec deinceps vel in leuiſſimum ab hac exenteratione periculum recidit. Sed iam libet cum Auguſtino exclamare, *Non potuit ſanctæ paupertatis confeſſor ſine cœleſti mercede torqueri!* Lib. 1. de Ciuit. D. c. 10.

Interdicitur mulieres ab ingreſſu monaſt.

4. Inter direptæ vrbis calamitates, delatæ ſunt ad *Paccium* Protectorem querelæ noſtrorum *Calabrorum*, aduerſus nobiles quaſdam mulieres, quæ ſibi ius fundatricum

1528. fundatricum eo tantùm titulo arrogarent, quòd domus quædam Ordinis in sua aut suorum ditione ædificatæ essent, adeoque per vim & violentiam in monasteria Ordinis irrumperent. *Puccius* primo quoque tempore litteras expedit, quibus aduersus prædictas mulieres & alias quascunque, quæ verè fundatrices non essent (fundatrices autem quæ dici debeant & possint ex Actis Capituli *Tolosani* determinat) excommunicationis sententiam ipso facto incurrendam, à quâ, præter mortis articulum, nisi ab ipso maiori Pœnitentiario absolui non possint, decernit. Litteræ die xv. Martij in alma Vrbe datæ, incipiunt *Conqueſti ſunt nobis, &c.* 1528.

An. M. D. XXVIII.

1528. Officium propr. S. P. N.

1. VNius, quod sciam, *Clementis* Papæ VII. gratia nobis huius anni commendat memoriam. Vt proprium quod dicimus Officium Ecclesiasticum *B. P. Francisco* & Missa quoque conderetur *Leo* Pontifex multis ab annis concesserat. Quamplura ex illo tempore intercurrerant quæ cœptum disturbauerunt. Opus in se, non constat vtrum *Sadoletus* an *Simoneta*, certè illorum alter, Pontificis voluntate, receperat, sed hoc demùm anno prodiit elegans quidem illud & elaboratum, omnibusque partibus absolutum, in quo tamen nonnihil è nostris quidam desiderant, illud quale possit esse non satis video. Pontifex oblatum mandauit recognosci, recognitum probauit, & vt in vsum admitteretur, irrogatâ etiam recitantibus indulgentiâ in singulos per octauam dies, Apostolico Rescripto, sub die xviii. Maij, decreuit. Habetur Pontificium diploma in Codice Priuilegiorum Ordinis. Fit verò mihi admodùm probabile *Desiderium* nostrum in monimentum suæ gratitudinis egisse vt opus quod videbatur depositum procederet.

Buzon. Quinimò recolenda planè venit memoria, Deuoti Christo *F. Petri Buzonij* professione laici, quem Hispanorum Annales celebrant magnâ sanctitatis opinione venerabilem. Et eum quidem dicunt ab anno superiore ad diem 11 Maij sacram vestem induisse, pauciſque mensibus à præstito post annum professionis sacramento superuixisse, tam breui tamen spatio non paruam sanctimoniæ famam collegit atque reportauit. Primo statim tempore multis eum machinamentis dæmon aggressus est, ac de propositi constantiâ deiicere molitus est, quâ de causâ parum abfuit quin à cœpto resiliret, ea tamen tentamenta, perspecta eorum virtus quibuscum habitabat, & impertita in eorum gratiam à cœlo benedictio cuius persæpè conscius fuerat, dissipauerunt. Præterquàm enim nouæ domus incolas (est enim *Triane* professus post annos quatuor, quam illic considerant nostri) irrequietâ contentione, ad religiosæ vitæ perfectionem aspirare mirabatur, ad victum necessaria, visibili & quotidiano miraculo, inter manus suas, dùm mensæ inseruiret, crescere ac multiplicari non sine stupore obseruabat. Ipse ingenuâ simplicitate, morum integritate, vitæ innocentiâ & omnium virtutum consensione, hoc apud illos acres & rigidos virtutis æstimatores promeruit, vt crederetur, & iam nunc credatur, *consummatus in breui explesse tempora multa.*

An. M. D. XXIX.

1529. Capitul Gen. VIII.

1 GEnnâ variis cladibus attritâ, non poterat illic Ordinis Conuentus celebrari. Renunciatum id Prouincialibus Zelosi diligentiâ, qui pro alterius Capituli ordnatione iter *Gratianopolim* direxerunt. Monasterium nobis ad eam vrbem exeunte superiori sæculo constitutum fuerat, quod eo anno descripsimus, atque in his Actibus M. SS. vocatur Conuentus *Iesu-Mariæ de Plana* hoc est in *Planitie*, vt ibidem explicuimus. Illuc maturè plerique Prouinciales confluxerunt, alij vt excusarentur per litteras petierunt, bellorum tempestates & itinerum pericula & priuatas rationes alias causati, duo illi fuerunt, Prouincialis *Calabriæ* & Prouincialis *Hispaniæ*, sed ille *R. P. Gasparem de Fosso* substi-

De la Plaine.

1529. tuerat, iſte neminem ſuâ vice ſuffragaturum nominauerat, vterque autem conſenſu prærogato, accepta ſibi fore omnia quæ in ea congregatione agerentur promiſerat, qua conditione placuit vt excuſati haberentur. *Genuæ* verò Prouincialis & omnes ferè illius monaſterij fratres peſtiferâ lue abſumpti fuerant, atque in ea calamitate non potuerant rebus ſuis prouidere, ſed tantùm apud Generalem vt maturè ſuccurreret exorare. Ille igitur Prouincialem inſtituit *R. P. Robertum Lotharingum*, cui Collegas etiam attribuit, vt autem id à Capitulo probaretur conueniebat, quod magna omnium conſenſione factum eſt. Cœperunt autem omnes ad diem v. menſis Maij congregationem ſuam inire, quam *R. P. Petrus Huetus Franciæ* Prouincialis incruenti ſacrificij oblatione inaugurauerat; atque vt primùm conuenerunt Actuarium, ſine Scribam communibus ſuffragiis elegerunt. Is autem fuit *R. P. Guillelmus Figulius* Collega Prouincialis *Franciæ*, vir qui virtute ætatem præuerterat, antè annos non plures ſeptem profeſſus, nempè Nigeoni die XXII. menſis Septembris an. 1522. Legit ille Commiſſorum litteras, legit & quas diximus excuſatorias, quibus diligenter recognitis ad actus legitimos proceſſerunt. Generalis à *Puccio* Protectore litteras acceperat autoritate Pontificis ſcriptas, quas *Figulius* coràm aperuit & recitauit. In hanc autem ſententiam conceptæ erant. Primùm, ne Superiores Ordinis poſtquàm officium decurriſſent in Collegas ſucceſſorum eligerentur, eo enim fiebat vt minus eſſent obedientiæ obnoxij, quod præter intentionem legiſlatoris noſtri videbatur, ſimpliciter enim ſubiectos eſſe ab officio Superiores decernit. Secundùm, vt non priùs eligeretur Generalis Succeſſor, quàm Deceſſor & Collegæ adminiſtrationis rationem, tribus aut quatuor viris probis & grauibus ab ipſa congregatione eligendis, reddidiſſent, illique in eos pro merito animaduertiſſent. Tertiùm, vt Conuentui Sanctiſſimæ Trinitatis in Vrbe de maiori fratrum numero prouiderent. Quibus perlectis cum reuerentia obſequendum conſenſerunt. Die igitur ſancto Aſcenſionis Chriſti, poſtquàm ſacræ cæremoniæ præceſſerant, ad electionem non priùs deuenerunt quàm pro mandato ſibi facto quatuor deputauerint, qui de vita, moribus & adminiſtratione Generalis atque Collegarum reliquos perſcrutarentur, & in eos, iuxta quod æquum videretur, animaduerterent. Sed qualis putas *Suterius* apparuit? Vir animi ſagacitate ſingularis, in ſacrorum Canonum doctrina eruditus, pacis amans & ab omni contentione alienus, qui vt animo in Deum ſemper intento videbatur, ita ſe ad res adminiſtrandas dimittebat tantâ manſuetudine, vt parem cum prudentiâ moderationem oſtenderet. Optandum erat vt ſucceſſorem non imparem acciperet, quod illicò factum, collaris enim ſuffragiis *R. P. Deſiderius de Mottâ*, qui *Romæ* Zeloſi officio incumbens hærebat, totius Ordinis Antiſtes renunciatus eſt, vt in quem, præter ſeptem vota quorum ſex *R. P. Martiali de Vicinis* ea dignitate ante tres annos perfuncto, & alterum *R. P. Petro Huoto* Franciæ Prouinciali obtigerunt, omnia conuenerant; eoque abſente qui Comitia moderaretur electus *R. P. Franciſcus Bellamera* Prouincialis Aquitaniæ, in cuius iam tum tractu numerabatur Conuentus *Gratianopolitanus*. Turonenſis tamen eum tunc ſuæ Prouinciæ præpoſitum fuiſſe certò affirmant, quod ſi ita eſt honos habitus eſt Prouincialium in Galliis prima, quem locum *Turonia* ſemper habuit. Is autem *Deſiderij* nomine ſolemnem obedientiæ profeſſionem, prout moris eſt, accepit. Veſpertinis horis ad Collegarum & Zeloſi electionem procedentes, Italus Collega *R. P. Gaſpar de Foſſo*; Gallus *R. P. Petrus Cadilonius*, vt habet certior ſcriptura, nam & in huius nomine M. SS. variant, nulla tamen habent *Radiglionis* quod edita præferunt; Hiſpanus *R. P. Didacus Alledelberg*, ſed niſi fallor dicendus *Alburquerque*, cum ſuo quiſque elogio in Capituli Acta relato, delecti ſunt. Procurator denique Generalis *Figulius* Scriba quem in anteceſſum laudauimus. Quæ vt ſucceſſerunt, componendis rebus, de quibus ad eos relatum eſt, intenti, Prouinciam *Siciliæ*, poſt multa vltro citroque agitata, per ſe ſeparatam ſtare à Prouinciâ *Neapolis* aut *Calabriæ*, ob traiectionis periculum, in quod incidiſſe noſtrorum aliquos antè annos tres dicebamus & in hac Congregatione nunciatum eſt, tandem definierunt.

Hues.

Figuli.

Generalis IX.

Bellamera

De Foſſo. Cadilonius. Alburquer. que Figuli.

Collega Procurat. Gen. VIII.

1529. finierunt. Conuentum *Forciulienſem* in *Prouinciâ, Ianuenſi* Prouinciæ adiunxerunt. Et vt deinceps liceret Prouincialibus Conuentus qui offerrentur in acceptum referre decreuerunt. Priuata præter hæc multa, de quibus rogati ſunt, ſapienter & religiosè conſtituerunt, ac demùm proximam Generalem Congregationem quaſi poſtliminij iure in Conuentum *Genuenſem* reuocantes, aut imminente aliquo à peſte periculo, prædicta *Foro-Iulienſi* aſſignantes, præſentem Congregationem dimiſerunt. 1529.

Conuentus Foro-Iulij.

2. At verò cùm primùm occurrat vt de monaſterio apud *Forum-Iulij* meminerimus, non abhorrebit à noſtra narratione ſi aliquam eius memoriam interponamus. *Foro-Iulij*, cùm in Galliam appulit *B. P. Franciſcus*, iter eum habuiſſe atque ſæuiſſimâ quæ graſſabatur peſtilentiâ vrbem liberaſſe ſuo tempore diximus. Iam verò tum Ciues *Foro-Iulienſes*, vt vellet ſuorum domicilium in vrbe inſtituere, omni ope contenderant, ſed quod in præſens ille non poterat, maturè factum iri ſpopondit, quo tamen demùm tempore promiſſa impleuerit non poſſumus affirmare. Videtur mihi probabile non prius noſtros *Genuam* tranſgreſſos quàm *Foro-Iulij* conſtitiſſent, *Genuam* verò ad ann. 1494. tranſierunt, quare ſatis firma videri poteſt coniectura ſi dixerimus paulò infra ann. 1490. *Foro-Iulij* primas ſedes illos fixiſſe. Vt vt ſit ab antiquo Conuentus *Foro-Iulienſis* in cenſu fuit Prouinciæ *Aquitaniæ*, ab eâ nunc primum diſtractus, ac in *Lugdunenſem* poſteà tranſcriptus. Illum ciues pro ſua pietate ædificari curauerant, loco tamen ob proximas paludes inſalubri, quare *Lugdunenſibus* noſtris in Capitulo *Valentiæ* quartùm celebrato ad annum 1571 inſtantibus, vt poſſet dimitti, de conſenſu Capituli Prouincialis & Summi Pontificis facultate, permiſſum eſt. Ad illud tempus, tria in eo Capitulo ex Ordine vniuerſo celebrata fuerant, de quibus in progreſſu dicemus, id eam dimiſſionem poterat remotari, at verò maximè ciuium affectus, qui etiamnùm apud præcipuos viget anteacti temporis memoriâ & Patrum traditione, obtinuit tamen Lugdunenſium poſtulatio, quam caſus, vt credo, aliquis plurium quos mala aëris affectio fuſtulerat illis in animum induxerat. Eſt autem *Forum-Iulij* Colonia *Octauanorum* Pacenſis & Claſſica, vt habet Plinius l. III. c. IV. Nauale Cæſaris Auguſti in Galliâ Narbonenſi, *Nicæam* inter atque *Telonem*, in planitie fœcundiſſimâ, quam *Argentius*, ſiue vt alij dicere malunt, *Argenteus* fluuius præterlabitur. Epiſcopatus dignitate à quarto periodi Chriſtianæ ſæculo floret. 1571. *Argent.*

Deſiderius Gen. priuil. leg. Apoſt. impetrat.

3. Sed ad noſtrum *Deſiderium* redeamus. Vt nuncium de ſua electione accepit, viribus ſuis diffidens voluit excuſare, adeoque cùm ad Pontificem confirmandus vt moris eſt acceſſiſſet, abdicare contendit, ſed negauit Pontifex, excuſationémque admittere noluit ab homine quem ipſe noſſet his dotibus quæ ad res gerendas neceſſariæ eſſent præcellentem; hortatus igitur vt fortiter ageret, omnem ipſe gratiam liberaliter obtulit. Acciderat autem nuper in ipſo Conuentu *Gratianopolitano*, vnde Patres diſceſſerant, indignum facinus, cuius illi veſtigia coràm inſpexerant & deplorauerant, vt Acta eius Congregationis abundè ſignificant. Oblatus quidam homo perditus & malæ frugis, cùm ad officium nullis poſſet hortationibus reuocari, eò tandem amentiæ & furoris per impatientiam prorupit, vt ſummiſſo igne monaſterium ab omni ferè parte incenderit. Parùm abfuit quin cum ædibus & qui inhabitabant conflagrauerint. Commotus indignitate rei *Deſiderius*, quam à ſpectatoribus ipſis inaudierat, à Pontifice poſtulauit, vt ſibi atque ſucceſſoribus ſuis ipſiſque Prouincialibus ampliſſimam faceret autoritatem in deſperatos illos animaduertendi, atque vbi opus eſſet ab aliorum conſortio expellendi & grauioribus etiam pœnis extra Ordinem addicendi, quam in ſententiam Pontifex iuſſit diploma expediri, ſub die XXIX. menſis Auguſti, incipit *Exponi nobis nuper feciſti*. Deinceps *Deſiderius* Ordinem perluſtrauit, vbique tantum de ſua integritate, de amore ac beneuolentia in ſtudioſos, ac ſeueritate in diſcolos exemplum relinquens, vt à Pontifice *Clemente* VII. aliis Superioribus eâ de causâ imitandus proponeretur.

Conuentus Bononiæ.

4. Egit ipſe (niſi fallimur) vt ab eodem Pontifice noſtris donaretur vetus &

1529. ampla apud *Bononienſes* Baſilica *S. Benedicti* nomine celebris, quam Ciues optabant à dignis (vt verbo dicam) habitatoribus incoli, & *Carolus* V. Imper. qui in ea ciuitate coronandus aderat, noſtris ſupra cæteros fauens, multùm autoritate ſua rem promouit, aſſentiente vltrò Cardinale *Campegio* eius Vrbis Epiſcopo. Inter publica igitur inaugurati Cæſaris gaudia noſtri in eius loci poſſeſſionem miſſi ſunt, iacta ex tunc ſplendidi & ſpatioſi ædificij fundamenta, quæ Ciuium beneficio in iuſtam cum tempore magnitudinem perducta ſunt. Templum ipſum auguſtum atque operis exquiſiti, ſacris pignoribus multis gaudet, eximiiſque ſacellis quæ nobiliorum Ciuium liberalitate conſtituta & perornata ſunt. Eminet duorum opus, vnius ab *Illuſtriſſimo & R. D. Alexandro de Sangro* (cuius nominis iam olim aliqui Cardinales) *Neapoli* oriundo, atque Pontificis apud *Bononienſes* Legato & Patriarcha *Alexandrino*; alterius ab *Ill. & R. D. Angelo Spanochio, Senenſi* Patricio & apud *Bononienſes* Doctore grauiſſimo, abſoluti & magnificè compoſiti. *Pius* V. P. O. M. *Raynutio Farneſio* eius Vrbis 1565. Epiſcopo, in Parochiam erexit, ad ann. 1565. quam multis annis *R. P. Andreas Franquinus* adminiſtrauit tanto pietatis & omnium virtutum nomine, vt Sanctitatis opinione apud populum & ſuos illuſtris habeatur. Sunt autem in eo 1538. monaſterio celebrata duo Capitula generalia, vnum an. 1538. alterum an. 1544. 1544. Porrò *Bononia*, quæ prius *Felſina*, Vrbs eſt nobilis & antiqua, *Galliæ Togatæ* Ptolomæo, *Æmiliæ* Zoſimo, Octauæ regionis Plinio: poſita eſt loco plano ad radices *Apennini* & *Rhenum* fluuium, *Apoſa* torrente mediam vrbem interlabente, ab Auſtro imminent montes vitiferi, à reliquis partibus agri ſunt longè latéque patentes & omnis generis frugum feraces, Vrbs tota Orienti expoſita eſt Epiſcopatus dignitate à tertio ſæculo illuſtris eſt ſub metropoli *Ranennate*, 1583. ſed à *Gregorio* XIII. an. 1583. ipſa eſt in metropolim erecta. Sub ditione eſt Summi Pontificis qui eam per Legatos adminiſtrat. Adrianus Cardinalis in Itinerario *Iulij* II. ſic eam deſcribit

Subditur ad Boream radicibus Apennini,
Planitie acclini procumbens ſolo ad ortus,
Inter aquas Sapina & Reni, quarum vtraque in vrbe,
Ducta vehit rauchitque rates priſtinaque verſat,
Æmilie decus & belli pacique patrona,
Dines opum variarum, & nullius indiga cultus,
Muſarum domus, atque omnis Nutricula Iuris.

Nutrix legum proprio elogio dicitur propter Academiam à Theodoſio Imper. *S. Petronij* hortatu ab an. 423. inſtitutam, quæ toto Orbe clariſſima noſtris laudibus non indiget.

De Sangro.

Spanocchio. Farneſ. Franqui.

Bologna.

An. M. D. XXX.

1530. Conuentus Tarenti.

1. APud *Italos* non paruum incrementum res noſtræ ceperunt. *Tarentum* enim atque *Monopolim* noſtri tranſmigrarunt, ſedéſque ibi fixerunt priuatorum quorundam beneficio. Et Tarentum quidem noſtros induxit nobilis vir *Bartholomæus à Caieta* ciuis *Hydruntinus*, ad diem XXIV. menſis Iulij, attributo prædio proximè ad Vrbem ipſam, non procul magis quàm vnus aut alter lapidis iactus. Ædificium eſt luculentum atque præcipuum, ſub titulo *B. Mariæ de Gratia*, confluxus populi frequens & copioſus, deuotionis gratiâ, quam gerit ad *B. P. Franciſcum*, cuius opem vt pluribus miraculis experitur, ſuis etiam beneficiis & prompta largitate remuneratur. *Tarentum* autem magni ab antiquo nominis Vrbs, quam Virgilius *Oebaliam*, Ouidius *Scopas* appellaſſe dicuntur, nunc ſolo Archiepiſcopatus nomine priſtinam dignitatem ſuſtinet, in tam anguſtam vrbis ſpeciem redacta, vt Caſtellum videatur in peninſulâ tribus partibus à mari conclusâ. Sita eſt inter *Brundiſium* ad Boream XXXVI. paſſuum millibus, & *Metapontum* vrbem exciſam ad Meridiem XXV. à *Iapygio* promontorio LXXX. in Occidentem, ſub imum receſſum *Sinus* qui ab ipſa vrbe & cognomine fluuio, qui vrbem ea milliari præterlabitur, *Tarentinus* dicitur, in ipſis

De Caieta.

Tarento.

Brindiſi. Capo di S. Maria. Golfo di Taranto.

Digitized by Google

1530. ipſis maris *Adriatici* faucibus, vt *Florus* loquitur. Portus, qui olim amplissimus & nominatissimus, nunc ingentibus saxis obturatus est, vt paruis tantùm nauigiis pateat, magna piscium copiâ & vbertate abundat, ager rerum omnium fertilis, pluribus etiam celebre nomen dedit. 1531.

Palmeri di Genoa. 2. *Monopolim* verò nostris patefecit nobilis & potens fœmina *D. Laura Palmeria*, è primariis apud *Monopolim* familiis, operâ *R. P. Iuliani à Genuâ* viri sanctimoniâ & morum integritate conspicui, quem illa venerabatur & obseruabat plurimùm, quique monasterij quod illic habemus sub titulo *S. Francisci de Paulâ* prima fundamenta iecit & quoad potuit perduxit, sumptus liberaliter faciente nobili *Palmeria*, quæ multis post omnia prædiis illud locupletauit. *Iulianus* autem noster postquam multos annos in opus incubuerat, constanti sanctitatis famâ in meliorem vitam translatus est. Quem imitatus *R. P. Franciscus Secundus, Monopolitanus*, apud ciues suos sanctitate clarissimus habetur. Monasterio situs est maximè iucundus & amœnus, à monte ipsi Vrbi proximo commodè subducto quâ in mare protenditur, ita quod vtriusque opportunitate perfruatur. Est verò *Monopolis* Vrbs *Apuliæ Peucetiæ* littoralis, inter *Barium* ad Occidentem xxx passuum millibus, & *Brundusium* ad Orientem xl. ex ruinis vt plerique putant *Egnatiæ* extructa, vel certè illi proxima, vnde nomen *Egnatiæ nouæ, Monopoli* ipsi, quidam faciunt. Episcopatus & Marchionatus dignitate fulget, pulchra est, splendida ædificiorumque magnificentiâ nobilis. Ager est feracissimus, tùm præcipuè olei, vt locus nostris non parùm accommodatus possit videri.

Conuentus Monopolis.

Secundo.

Monopoli. Bari. Brundus.

3. Hoc anno pleraque Platinæ opuscula, in quibus vitæ Pontificum primarium locum tenent, *R. P. Ioannes Theodoricus* Lingonensis, à se recognita & emendata edidit Parisiis apud *Ioannem Petit*. Plura ille commentatus est, de quibus suo tempore.

Thierry.

P. Ioannes Thierry sen.

4. In *Hispaniâ Granatenses* nostros ingenti miraculo Deus ipse dignatus est. *V. & D. F. Didacus Barbutus* professione Laicus, hoc est secundi ordinis inter fratres, postquàm in eo Conuentu longos annos in omni virtutum exercitatione & multâ aduersus infestum dæmonem patientiâ exegerat (vt aliquando etiam legatur à malo genio, quocum, quasi in luctâ, congressus fuerat, confertis vt videbatur, manibus atque pedibus, fuisse exoculatus, (eo tamen suæ victoriæ fructu vt deinceps ab omni eius molestia liber vixerit) miseram vitam in beatam, quod credimus, perennitatem commutauit, Deo per miraculum serui sui sanctimoniam attestante. Cùm enim in maiori sacello quod ille multo iam olim sanguine respersérat & frequenti oratione consecrauerat, effossa humo depositus fuisset, breui post hæc interuallo, rem mirandam, tria Iasmini (quidam Apiariam vocant) virgulta subnasci à capite sepulturæ visa sunt. Flores in virgultorum summitate racematim vt fit prodeuntes, inscripti erant singuli, nominibus *Iesu Mariæ*. Tanto prodigio commoti qui aderant, rem inspicere ac deinde perscrutari deliberant. Humo regestâ radices vestigant, quas maiori stupore conspexerunt, tam profundè in os beati cadaueris demissas, vt vi quadam naturæ prodire viderentur. Ita nimirùm solent quæ miraculo fiunt, non artem mentiri, sed exhibere naturam. Sunt qui flores illos lilia fuisse scripserint, sed videntur esse certiora quæ ab Hispanis scriptoribus tradita sunt. Certè non potuit tantum diuinitatis testimonium nisi viro sanctissimo, & vitæ inculpatæ reddi. O quantis animi corporisque castitas gaudiis præmiisque donatur! Acta illius *R. P. Franciscus de Baëza*, qui eum à confessionibus audiebat, diligenter perscripserat, sed quæ aliorum negligentiâ perierunt, subducta interitui pauca quæ *RR. PP. Melchior Ximenius, & Ioannes Morales* vindicarunt, atque ex his plures qui de rebus Ordinis ex professo scripserunt.

Barbutus.

Ob. D. F. Didaci Barbuti.

An. M. D. XXXI. 1531.

1. FLoret *R. P. Ioannes Thierry*, de quo ad annum superiorem dicere cœperamus, iuris professione potissimùm clarus, ex quâ se *iurium interpretem* in omnibus ferè operibus dicit & nominat. Hoc ille anno *Decretum Gratiani* à se

P. Ioannes Thierry floret.

Digitized by Google

1531. recognitum,& quam plurimis gloſſis annotationibuſq; locupletatum,ac multiplicibus indicibus inſtructum edidit, *Lutetiæ Pariſiorum*, typis *Ioannis Petit*, & *Iolandæ Bonhommæ*, prius autem vt ipſe meminit in lucem dederat *libros* aliquos *in ſpurcam*, vt loquitur, *Lutheranorum ſectam*, Adriano VI. P.M.& Clementi VII. nuncupatos, *Albericum* quoque *Roſatenſem* I. C. de nouo recenſitum, auctum, & variis elucidationibus ornatum prælo commiſerat, ſed cum vt eos videremus non contigerit, editionis locum & tempus ignoramus. *Decretales* eodem tempore ad prælum parauerat, vt conſtat ex epiſtolâ nuncupatoriâ ad *R. P. Deſiderium de Motta* ſub ann. 1529. cùm tamen operarum tarditate antè annum 1533 non ſint publicatæ, typis *Iolandæ Bonhommæ* viduæ *Thielmanni Kerner*. Denique apud Poſſeuinum in Apparatu ſacro legitur Ioannes noſter, ſuppreſſo tamen Ordinis nomine, quod in aliis etiam factum animaduertimus, *Notas & additiones* ſcripſiſſe *ad Tractatus ſingulares Guidonis Papæ*, qui denique recogniti recuſi fuere *Francofurti* an. 1580. Sed & ſcripſiſſe *De fuga. De feudis. De feriis. De ſpuriis*, & *Repertorium Bertachini* auxiſſe, quod *Venetiis* editum hoc eſt recuſum eſt an. 1570. Nec dubitoquin plura ediderit quæ nos fugiant. Apud *Verderium* in *Bibliotheca Gallica* mentio eſt cuiuſdam *Ioannis Thierry*, qui notationes ad Columellam & Dictionarium Gallicum dicitur edidiſſe, ſed Bellouacenſis ille fuit noſtróque Ioanne iunior, vt tempus quo ſcripſit indicat, gentilem tamen eius fuiſſe nonnulla perſuadent quæ premimus cùm ad rem noſtram non faciant.

1529. 1533. 1580. 1570. 1531.

Obit. Ludouica à Sabaudiâ Regis matris.

2. Hoc eodem anno die Septembris XXII. Nobiliſſ. Princeps & Regis noſtri mater, præcipuo in B. P. N. vniuerſumque Ordinem cultu venerabilis,& æternâ noſtrorum hominum memoriâ ob eam cauſam digna, *Ludouica à Sabaudiâ*, *Gretzÿ* in agro *Vaſtinenſi* rebus humanis & mortalibus exempta eſt, cùm annos quinquaginta quatuor ageret. Franciſcus Oliuarius duplici Epitapho eius memoriam luculenter commendauit, vtrumque in gratitudinis monimentum apponemus. *Gretz en Gaſtinois.*

Iſta Loiſa diua ſub tumulo iacet,
Pietate magnos ac meritis æquans Deos:
Quam ſi quis olim nouit, hîc certè nihil
Aſia imperaſſe fœminas mirabitur.

Alterum.

Iſta quieſcens Allobrox ſub marmore
Loiſa patria præcipuum decus ſuæ,
Et Galliarum ſplendor ac Mundi decus:
Neſcitur illi patria pluſquè debeat
Tellus, an Orbis vaſtus, an ipſa Gallia.

Et nos certè neſcimus, plus ne illa *Franciſco noſtro*, qui maſcula & regia prole illam beauit, an ipſi Franciſcus noſter, quem multis beneficiis & gratiis promeruit, & in Sanctos referri ſollicitè procurauit, pro ſeculi æſtimatione, debeat.

An. M. D. XXXII.

1532. Capitulum Gen. IX.

SIngulas Ordinis Prouincias viſitationis gratiâ *Deſiderius* noſter decurrerat, cum *Genuam* venit Conuentum Generalem celebraturus, ad conductum frequentes occurrêre ab omnibus Prouinciis Patres, qui in eum cœtum debebant coaleſcere: ſua igitur comitia ſub diem octauum menſis Maij (cum Aſcenſionis Dominicæ feſtiuitas incideret in decimum) inierunt. Ante omnia *Deſiderius* noſter, vt Acta præcedentium Capitulorum recognoſcerentur, per ſex Patres conſilio & prudentia claros, prouidit vt quæ eſſent in mores inducenda illi diſpicerent, deliberarent, proponerent. Selecti Patres ex Italia duo, *Hieronymus à Condro Siciliæ* Prouincialis, & *Gaſpar à Foſſo*; ex Galliâ etiam duo, *Petrus Caignetus Genua* Prouincialis (*Ambiani* hunc fuiſſe profeſſum an. 1511. 3. Non. Octob. in Commentario Ambianenſi reperio) & *Michaël Freteus* (qui perperàm in editis *Matthæus Michaël*) totidem denique ab Hiſpaniâ, nimirùm *Genua.* 1511. *De Condro. De Foſſo. Caignet. Freteus.*

Hieronymus

1532. *Hieronymus de S. Ella*, & *Alphonſus de Aquila*; in editis autem immaniter in illius nomine aberratum. In rem ſeriò diligentérque incubuerunt illi, adeò vt breui proceſſerit, *Fretus* ſcripto excepit & in publicum Commentarium retulit, electus ipſe in eius Congregationis Actuarium. Ipſa verò Acta replicare in præſens non iuuat, multis de cauſis, at verè maximè ne longiùs ab inſtituto diuagemur. Inter hæc *Deſiderij* noſtri mores in examen reuocati ſunt, ab examine laudem retulit maiorémque reuerentiam. Certè *Theodoricus* noſter, libro quem illi vt diximus inſcribebat, eius temporis ſenſum opinionémque luculenter repræſentauit. Sic enim eum affatur: *Inter litteratos noſtræ ætatis cenſores & aſſeclas, inter contemplatiuos raptus monachales tibi primatum peculiari quadam ſanctitate meritò vindicaſti. Quicquid etenim Demoſthenici ſales, Socratis antitheta, Catonis grauitas, &c. quondam inſinuarunt cum iuſto animi perpendiculo in te examuſim recognoſcuntur. Et certè choro illo virtutum Præſulatus pulcherrimo ſtipatiſſimus coronaris, quas tuba Euangelij & Philoſophus noſter Paulus in Præſule depoſcit.* Et poſt aliqua: *Denique vt vnico multa complectar colophone, Tu irreprehenſibilis es, quod ſane nomen eſt abſolutiſſimæ virtutis, &c.* Quin & Siculæ Tabulæ, eum ab irreprehenſibili vitâ & extaſium frequentiâ laudant. Talis habebatur *Deſiderius* noſter, dignus qui nullo non tempore ad clauum regiminis ſederet, inuiolabilis tamen Regulæ definitio neceſſitatem faciebat, vt poſt eam breue ſpatium ſucceſſorem acciperet. Ad diem igitur ipſum Memoriæ Chriſti in cœlum Aſcendentis ſacrum, eum ſolemni & feſtiuo apparatu electionem adornaſſet, *Patres in hilaritate & ſinceritate ſpiritus de futuro Paſtore qui eos charitatiuè verbo & exemplo foueret poſſet* (ſic loquuntur Acta M.SS.) *promiſuri* in locum Capitularem ſeceſſerunt, & per ſecreta vota ſibi præfecerunt *R. P. Franciſcum Bellameram*, ſiue vt habent Acta, *Bellamatrem*, ex antiquo ſemel atque iterùm *Aquitaniæ* Prouincialem, aliiſque quàm pluribus officiis & dignitatibus auctum, qui hoc ipſo anno (vt meminit Renatus Choppinus lib. 1. Monaſticon tit. 2. ad paragraph. 21.) librum edidit inſcriptum *Directorium* (non Decretorium quod habet Choppin.) *vitæ humanæ ſecundùm Deum*, librum verò ipſum poſt ſex annos gallicè redditum Pariſiis excuſum fuiſſe à *Poncet le Preux* legimus apud Verderium in ſua Bibliothecâ. *Bellamera* electio tam promptè facilitérque proceſſit vt è veſtigio ſublecti Collegæ Zeloſuſque fuerint. Et Italus quidem Collega fuit *R. P. Paulus de Conſentia*: Gallus verò *R. P. Saluius de Puteo* à nobis non ſemel memorandus, (is autem *Abbatiſuillæ* profeſſus erat an. 1513 die 11 menſis Auguſti) Hiſpanus denique *R. P. Ioannes de Valle-Peigna*, qui omnes ſuam operam Ordini maximè vtilem probauerunt. At verò in Zeloſum *R. P. Deſiderius de Motta*, quaſi poſtliminij iure reuocaretur electus eſt, vnus ſcilicet omnium erat, qui cum ſupremam tùm eius officij dignitatem optimè ſuſtinere poſſet. Quibus peractis, habitæ ſolemnes gratiarum actiones obedientiáque *Bellamera* pro more præſtita. Deinceps verò nonnulla nouiter conſtituta quæ ad Ordinis diſciplinam facerent, è pluribus hæc pauca indicabimus. *Siciliam* per ſe in Prouinciam fuiſſe inſtitutam ab Actis prioribus probauerunt. Generale Studium in Conuentu *Pariſienſi* habendum decreuerunt, iiſdemq; legibus adminiſtrandum edixerunt quibus in Collegio Pariſienſi Fratres Minores vterentur. Lectum in poſtremò conſeſſu Indultum Apoſtolicum quo facultas Prouincialibus fiebat, vt de loco & tempore Capitulorum quæ quotannis celebranda ſunt poſſent diſpenſare, id tamen non multò poſt abrogatum, vt propterea eius Indulti nulla ad nos copia peruenerit. Poſt omnia vt in proximum *Paulam* conuenirent, de communi ſententiâ concluſum eſt.

1532. *De S. Ella. De Aquila. Fretus.* *Thierry.* *Bellamere.* *De Conſentia.* *De Puteo.* *De Valle-Peigna.* *De la Motte*

2. Iiſdem penè diebus *Ferrariæ* noſtri ſedem fixerant. Ineunte primùm anno *R. P. Petrus Cuignetus* Prouincialis *Genuenſis* omni ope contenderat, vt in ea vrbe Conuentus inſtitueretur. Commodùm verò accidit, vt *R. P. Bernardinus à Neapoli* litteras à Prorege *Neapolitano* ad *Alphonſum* Ferrariæ Ducem impetraret. Is apud Marchioniſſam *Villa-Francanam*, *Petri Toletani*, Proregis vxorem gratiâ & autoritate plurimùm valebat, vt igitur erat Ordinis ſtudioſa, nihil prætermiſit quo poſſet conſilium iſtud promouere. *Alphonſus* Dux haud multis

Cuignet. *De Napoli.* *De Toledo.*

1533. 1537. Generalis XI. Collegæ. Procurator Gen. IX. Conuentus Ferrariæ.

1532. precibus ſolicitandus fuit, qui ad eam rem pronus & magno affectu inclinatus, non tam ceſſiſſe precibus quàm vltrò beneficium detuliſſe videri voluit. 1532.
Prolixè verò fauit & iuuit *Hippolytum Alphonſi* Ducis ex *Lucretia Borgia* filius, ele- *Borgia.*
1510. ctus *Mediolanenſis* Archiepiſcopus ab anno 1520. cum annos tantum vndecim natus eſſet, poſteâ verò Cardinalis S.R.E. à *Paulo* III. inſtante *Francisco* I. Rege creatus & renunciatus multiſque in *Gallia* ſacerdotiis auctus, de quo illud eſt Mureti

——Diuini pectoris Heros
Hippolytus ſacri gloria magna chori.

Valuit etiam quamplurimùm Gallici nominis commendatio, cùm pro tempore *Genuenſes* noſtri in *Gallorum* poteſtate eſſent, & antè paucos annos *Ateſti-* *D'Eſt.*
norum Principum familia regiæ *Francorum* genti affinitate coniuncta eſſet. Vt primum igitur noſtri adfuerunt, Dux Ferrarienſis ab Auguſtinianis Monialibus locum cui *ſancti Barnabæ* nomen pretio comparat, noſtroſque in poſſeſſionem mittit, quam illi commoraturi adierunt die 111 Maij, quo Inuentæ ſanctæ Crucis memoria celebratur, quæ cauſa fuit vt monaſterio noſtro *ſanctæ Crucis* titulus permanſerit. *Ateſtini* Principes hæc incunabula magnâ deinceps liberalitate fouerunt, at verò maximè *Hippolytus* II. Cardinalis, eiuſque frater *Hercules* II. Ferrariæ Dux, atque poſt *Hippolytum Alexſium* eius nepos Cardinalis, *Ferrarienſis* Epiſcopus, quem habemus copioſiùs laudandum. Et is quidem teſtamento in magna bonorum parte noſtros hæredes ſcripſerat, quod tamen à *Sixto* V. Pontifice reſciſſum non obtinuit, legatis eius in Cameræ Apoſtolicæ vſum aliaque opera deriuatis, & tenui tantùm cēſu noſtris attributo quo *Ateſtinam* familiā onerauit. Ædificium nihilominus præclarū & ſplendidū eſt, opuſque Eccleſiæ magnificum, quod *Ferrarienſium* ciuium liberalitas non mediocriter adiuuit. Effoſa in medio clauſtro ciſterna operis eximij, quæ toti ciuitati non patùm vtilis eſt & iucunda. Denique nec ad ornatum plurima deſunt quæ nobilis vrbis dignitati reſpondeant. Eſt autem *Ferraria*, quæ olim vt non- *Ferraria*
nullis placet *Forum Alieni* dicta, vrbs *Æmiliæ*, ſeu vt alij malunt *Flaminiæ*, ad *Po.*
ripam *Padi* ſeu *Eridani* amnis totius Italiæ maximi, eoque quâ Ortum Auſtrumque reſpicit alluitur. Populo frequens eſt, ædificiis ſupra modum ornata, rebus ad vitam neceſſarijs abundans, Arcibus aliiſque propugnaculis probè munita, in planitie maximâ ſed ſterili, non inamœnâ tamen, quanquam ob ſitum paluſtrem cœlum ipſi craſſius, inter Principes *Italiæ* vrbes non immeritò cenſetur. Ducatus titulo nobilis, qui nunc in Pontificiam ditionem tranſiit. Epiſcoparus dignitate gaudet à *Vitaliano* Pont. Max. iam olim inſtitutâ, quæ nunc Metropolitæ iure ſoluta liberiùs efflooreſcit. Academiam in ea vrbe *Federicus* II. Imp. in *Bononia* contumeliam poſuit, ex quâ viri doctrinâ illuſtres cum tempore prodierunt. Noſtri pro ſua parte liberalibus ſtudiis inſtitutis litterarum gloriam capeſſunt. Placet omninò Scaligeri carmen, in laudem Ferrariæ,

Inclita quæ paruo fruitur Ferraria cœlo
Reginas rerum lumine ditat aquas:
Aurea nobilitas: ſtudiorum nobilis otij
Ingenia: audaci pectore prompta manus.
Magnanimique Duces genus alto à ſanguine Diuûm:
Perfugium miſeris mœnia ſancta viris &c.

Floruit in noſtro Conuentu *F. Ioannes Baptiſta Lataracus* Oblatus cuius me- *Lataracus.*
moria in benedictione eſt ob præclaras virtutes quibus domi foriſque inclaruit.

Indulgent. in gratiam Neapol.

3. Secundùm hæc, apud *Neapolitanos* cultus & deuotio in B. P. *Franciſcum Paulanum* tantoperè inualeſcebat, vt ſingulis feriis ſextis confertim populus ad eius memoriam, quæ illo potiſſimum die recolitur, occurreret, vt vixdum illuceſcente crepuſculo fores Eccleſiæ patefaciendæ eſſent, illâ iam horâ omnis ætatis ſexuſque multitudine in Eccleſiam irruente, quam populi deuotionem vt accenderet foueretque *Clemens* VII. Pontifex, in ſingulos dies illos Indulgentiam contulit, ſemel Orationem Dominicam & Angelicam ſalutationem

1532. tionem recitantibus, etiam si *solum confitendi propositum haberent*, edito 1532.
diplomate, sub die xxvj. mensis Iunij, quod insolitis derogationibus, ad maiorem suæ voluntatis expressionem, communiuit, eamque aliis litteris gratiam Vid. an. seq
in Ordinis Ecclesias omnes prorogauit. Cùm enim in dubium verteretur, Declaratio Pont. pro extensione priuilegiorum.
vtrùm extensio Priuilegiorum atque Indulgentiarum, quam Decessores Pontifices ab vna domo in alias omnes fecerant & concesserant, ad eas domos quæ nondùm constructæ essent intelligeretur pertinere, Pontifex affirmantem partem plumbatis litteris sub die xxij. mensis Septembris declarauit atque constituit, ratumque id esse de vniuersis cùm in præsens tùm in futurum Apostolicâ sanctione voluit & edixit. Prior autem Bulla illa incipit *Saluatoris nostri Domini Iesu Christi* &c. Posterior hæc *Deuotionis augmentum* &c.

4. Quod autem nuper in Generali Conuentu decretum fuerat, vt super ingressu in Monialium Ordinis monasteria, cùm visitationis gratiâ, tùm alijs de causis Pontifex consuleretur, ad Cardinalem *Laurentium Puccium* relatum est, additum quoque dubium de prohibitione quam Regula præfert, ne Moniales Ordinis ad Missas cantare habeant; *Puccius* graui morbo detentus rem committit fratris filio *Antonio Puccio*, quem anno Superiore Pontifex x. Kalend. 1531.
Octob. in sacrum Senatum allegerat, sub tit. *SS. Quatuor Coronatorum*, quem assumpto tit. *S. Laurentij in Damaso*, quo Pontifex ipse insignitus fuerat, *Laurentius* illi cum maioris Pœnitentiarij dignitate dimiserat. *Antonius* igitur, consulto Pontifice, responsum tulit quale sperare poterat, vt nimirùm & cantu ad Missas responderent, & in claustra Visitatorem admitterent, aliosque ad necessaria ministeria, vt putâ Chirurgos, Medicos &c. adhibita tamen multarum circumstantiarum cautione, atque in rei fidem *Antonius* litteras III Id. Iulij, sub sigillo officij Pœnitentiariæ ad vniuersas Ordinis Moniales dedit, quas in monumentis Ordinis Pasarellus & de Pereinis ediderunt. Incipiunt, *Iniunctum nobis ab Apostolicæ Sede* &c.

5. At verò *Laurentius* noster senectute prægrauatus & aduersa valetudine Ob. Card. Puccij Protectoris.
oppressus, postquàm sub tribus Pontificibus per annos nouemdecim strenuam in rebus Ecclesiæ operam nauauerat, Ordinemque nostrum peramanter & paternè complexus fuerat, atque omni ope iuuerat, *Carnaiale* Cardinale adhuc superstite per annos decem, solus verò per reliquos nouem, in eam prouidentiam inuigilans, multis interim ipse dignitatibus auctus & iam nunc Episcopus Cardinalis *Albanus* & *Prænestinus*, scriptis quoque clarus & illustris, viuendi finem fecit xvij. Kalend. Octobr. sepultus in Choro sanctæ Mariæ supra Mineruam, cum hoc Epitaphio, quo tantisper illius memoriam commendabimus, quam ex professo nobis prosequendam in *Protectore Religioso* reseruamus. Pucci.

Laurentio Puccio Episcopo Prænestino Cardinali SS. Quatuor Maiori Pœnitentiario, singularis probitatis ac amabilitatis, & in Apostolicis negotijs experto, qui vixit annos lxxiij. *mens.* i. *dies* ix. *iuxta Leonis Papæ X. vt mandauerat, sepulchrum. Robertus Puccius Cardinalis SS. Quatuor Maior Pœnitentiarius fratri optimo ac bene merenti faciundum curauit. Mortem obijt an.* M. D. XXXII.

Sed & Pierius Valerianus ipsum Puccium inducit, de suâ morte in hæc verba nos consolantem:

Ne me infelicem mortales dicite, quisquis
Vel minimùm ingenio, pectore, mente, vales.
Seu vitam inspicias & sanctè & pureiter actam,
Seu nostrâ cunctis commoda, facta manu:
Seu consulta Patrum, seu leges turaque, possum
Subsidio meris non abijsse meo;
Seu totiens nostro aduita est Respublica sumptu,
Priuatusque operam Principi exhibui.

1532. *Quid si sola Dei bonitas nos æquat & astrú,* 1532.
Me mea supra homines me benefacta beant
Adde meam tantum effigiem mutasse figuram,
Deque seue in iuuenem transiluisse senem.
Perque manus titulos charo tribuisse nepoti,
Inclita qui nostra proroget acta domus.
Ergo qui nostrá doleat de morte, dolebit
Phœnicem nato se renouante meri.

Protector III. 6. Et certè *Antonius* nobis in Protectorem datus, nihil minùs à patruo in eâ curâ & rerum nostrarum patrocinio egit aut præstitit, vt qui non dignitatibus modò, sed affectui quoque in decus & gloriam Ordinis succesſerat. Enimverò qui in nepotis fauorem maioris Pœnitentiariæ (vt loquuntur) officium ac dignitatem abdicauerat, & Ordinis quoque nostri procurationem videri potest resignasse, ex litteris quas *Antonius* in fauorem nobil. fœm. *Iacobæ Baladrin* vxoris V. C. & H. *Andreæ D'Alesso* nepotis S. P. N. expediuit, nisi fortè in eis aut temporis nota, aut Protectoris titulus quem assumit & in alijs litteris quas supra diximus non comparet, nos fefellerit. Sic tamen à *R. P. Iacobo Brullio in Theatro* Antiquitatum Parisiensium editas legimus:

Baladrin. d'Alesso.

Leg. *Milandrin* vt iam antè diximus ad an. 1489.

Antonius miseratione diuina tituli SS. Quatuor Coronatorum S. R. E. Presbyter Card. Pistoriensis ac Maior Pœnitentiarius nec non Ordinis Minimorum sancti Francisci de Paula Protector: Vniuersis & singulis præsentes litteras nostras inspecturis Salutem. Nuper Ordinis nostri Zelosus nobis exposuit quod Iacquetta Baladrin relicta quondam Andreæ D'Alesso nepotis sancti Francisci de Paula, ex sincera deuotione in vestrum Plessiaci Conuentum, vbi præfatus Andreas inhumatus existit, in quo etiam præfata Iacquetta vnam cappellam propriis sumptibus construxit; intrare cupiat: sed propter Regulæ vestræ per Summos Pontifices approbatæ textum, quo prohibetur quod mulieres nullatenus vestros Conuentus intrare permittantur, exceptis illis de stirpe regia procreatis & Ordinis fundatricibus, à nonnullis vestri Ordinis fratribus scrupulosis dubitatum est, an ipsa Iacquetta quæ quondam fuit vxor præfati Andreæ nepotis sancti Francisci de Paula (in cuius patrimonio Conuentus in oppido Paula per ipsum S. Franciscum erectus esse noscitur) aliarum mulierum de quibus fit mentio in Regula vestra priuilegio gaudere debeat. Nos igitur fratrum conscientiæ serenitati & præfatæ Iacquettæ deuotioni, ac vt Regula ipsa illibata persistat, debitè prouidere volentes, prout etiam ex decreto Prouincialis & fratrum Prouinciæ Touronæ litterarũ manibus propriis subscriptarum cõspeximus, præfatam Iacquettam fundatricem vt intra vestrum Plessiaci Conuentũ, secundùm Regulæ vestræ tenorem & non aliàs, liberè & licitè absque conscientiæ scrupulo ac Regulæ ipsius transgressione ingredi possit, & valeat tenore præsentium declaramus & decernimus. In quorum fidem &c. Datum Romæ in domo nostræ solitæ residentiæ die XXIJ. *Ianuarij. Anno* M.D. XXXII. *Pont. S. D. N. Clementis diuina prouidentia Papæ* VII. *an.* IX. *&c.*

Ita iam tùm *Antonius* in minutiora etiam Ordinis negotia intendebat.

Declaratio pro suffragiis perpetuis. 7. Et quidem hoc eodem anno, Idibus Octobris, auctoritate sibi factâ viuæ vocis oraculo declarauit posse nos de licentiâ Capituli Generalis aut Prouincialis, suffragia quæcunque perpetua recipere, nosque ad ea obligare cum effectu in perpetuum. Litteris initium est *Ex parte vestra fuit propositum* &c. Eas autem noster de Pereinis edidit tom. 1. Constitut. XI. Clement. VII.

Moniales in Italia Paolotti primùm introductæ. 8. Anno in finem exeunte Moniales Ordinis in *Italiam* primùm introductæ sunt, procurante Nobilissimo & Illust. D. *Hectore Pignatello Siciliæ* Prorege, qui antè quatuordecim annos ad vrbem eius regni Principem, *Panormum*, viris Cœnobium (vt diximus) instituerat, nec eo contentus vt Monialibus monasterium poneret ab eo tempore sategit, tantâ in beatum parentem pietate, tantâ in Ordinem deuotione, semper extitit. Vt autem consilium illud suum euentu non careret haud parùm profuit, quod per se *Sicilia* in prouinciam erecta fuerat, sed id imprimis maximè quod *R. P. Placidus Talaña* Prouincialis *Siciliæ* eius negotij curam susceperit. Loco igitur in ciuitate augusto & celebri, è regione nimirùm maioris Ecclesiæ, monasterij fundamenta iaci cœperunt, ipso Prorege lapidem primarium immittente ad diem XXV. mensis Nouembris,

Pignatello. Palermò.

Talañæ.

Digitized by Google

1532. bris, qui *ſanctæ Catharinæ* Virginis & Martyris memoriam refert. Commodas habitationi ædes Fundator comparauerat, dum nouum opus procederet, *in eas* inductæ ſunt ſeptem Virgines, quaſi totidem Angeli, ex quo videor mihi non temerè conijcere factum Monaſterio nomen *Septem Angelorum*, & reuerâ tam illuſtri morum ſanctimoniâ illæ omnes effloruerunt, vt id nomen promeritas non poſſit mirum videri, quod de pluribus ſuo tempori conſignabimus. Eas autem è monaſterio *S. Ioannis* apud *Panormum* (quod Hiſpanus Scriptor *El Rilon* incerta mihi ſignificatione cognominatum tradidit) vbi ſub ſancti Benedicti diſciplinâ ſpiritualis vitæ rudimenta ceperant, ab Illuſtriſſimo D. Archiepiſcopo D. *Ioanne Caradileti* vt habet noſter Montoia, eductas, *R. P. Placidus Talaia* ſacra Ordinis noſtri veſte induit, ipſo D. Archiepiſcopo atque Prorege coràm præſentibus. Vt autem illæ nouum Ordinem capeſſerent auſterioris vitæ ſtudium excitauerat, quod deinceps tàm claris argumentis probauerunt, vt ſanctitatis opinione habeantur venerabiles. Ex illis vna moribus & ætate maturior reliquis præfecta eſt Correctricis nomine, quod à Regula præſcriptum habent, nomen illi *Iſabella Sciarrata*, ſed hæc tanto feruore in ſpiritalem hanc palæſtram ingreſſa eſt, vt cæteris non ætate ſolùm aut etiam exemplo, ſed ad præmium quoque præiuerit, ſexto enim menſe à quo cœperat in hoc vitæ inſtituto progredi, ad ſupernæ vocationis brauium ſublata eſt. Aliarum hæc nomina fuerunt, quarum tamen duæ, paucis tantùm diebus interiectis, ad ſeptem primas acceſſerunt) Sor. *Maria à ſancto Georgio*, *Franciſca Arrigo*, *Birgitta Pilon*, *Nympha Scholaro*, *Cornelia Bianqueri*, *Maria Grumi*, *Dorothea La Gratta*, *Dinamerita Golato* quibus præeuntibus ſanctiſſima domus in magnum celebritatis faſtigium & amplum incolentium numerum euaſit. Eccleſia quidem anguſta & parua, quam primus fundator exſtruxerat *Philippi* III. Hiſpaniarum Regis beneficio agente Illuſtr. *Hectore Pignatello* Fundatoris nepote, ad annum huius ſæculi poſtremum, Archiepiſcopo D. *Didaco de Aëdo* primum in fundamenta lapidem collocante ac benedicente, in magnificam formam reſtaurata eſt, etiam proximâ *S. Stephani* Eccleſiâ vt amplificaretur adiunctâ. 1533.

El rilon. *Caradileti.* *Sciarrata.* *di S. Georgio.* *Arrigo.* *Pilon.* *Scholaro.* *Bianqueri.* *Grumi.* *La Gratta.* *Golato.* *de Aëdo.*

Ann. M. D. XXXIII.

1. QVod anno ſuperiore dicebamus de pietate ac cultu in *B. P. Franciſcum Paulanum* apud *Italos* inualeſcente, quæ cauſa fuerit vt *Neapolitanus* noſtris Indulgentia in ſingulas ſextas ferias donaretur, ad hunc annum referendum eſt ex epochâ Pontificij diplomatis, adeoque nos admonet vt ne vltrà progreſſum & amplificationem Conuentus *Neapolitani*, quem *S. Ludouico* ſacrum diximus, enarrare differamus. Prima quidem magnificæ domus quæ incolas centum & quinquaginta iam nunc capit fundamenta poſuit *Ferdinandus Aragonius Alphonſi* Magnanimi filius, Rex Neapolis, poſtquam in gratiam cum B. P. N. redierat, eumque in Galliam proficiſcentem Neapoli exceperat, quod antea meminimus. Deinceps verò *Neapolitanorum* rebus variâ fortunâ exagitatis res etiam noſtræ publica calamitate oppreſſæ ſunt, quod Generoſiſſ. ille atque Clariſſ. *Gonſalvus Fernandez à Cordoba* in Hiſpanorum ditionem opulentiſſimum regnum virtute ſua redegit. Ipſe enim multis beneficijs noſtros proſecutus eſt pro ea qua fuit in B. P. N. pietate, nam & ſuperſtitem & cœlitibus additum permagnis officijs coluit, quod illi fruſtra non fuit cum traditio ſit monitum eum de proxima mortis hora per viſum à B. Viro fuiſſe. Verùm de *Gonſalvo* in anteceſſum diximus, & officium pro officio (quoad licuit) reddidimus. Demùm non Eccleſia modò, ſed ædes reliquæ per nobilium & aliorum magnificentiam perfectæ ſunt. Totum opus ſplendidum, firmum elegans eſt, nec Cœnobium tantùm, ſed & Valetudinarium & ædes ſeu officinæ, vt loquuntur, aliæ omnes laxæ & peramplæ ſunt, ac ſimiliter Bibliotheca quæ inſuper librorum multitudine ac delectu excellit. Eccleſia plurimis ſacellis peregregiè cultis adornata eſt. Ex ijs nonnulla ſunt quæ patronum in præſens non habent, at quæ ſuis vt ita dicam Fundatoribus gaudent breui à nobis recenſen- 1533. Conuentus Neapolitani progreſſus.

1533. da veniunt. Sacellum B. P. N. Franciſci ab Illuſtriſſ. & Gen. D. *Bernardino à Cerduba* Duce *Sueſſano* ex *Gonſalui* noſtri poſteris conditum eſt. B. Virg. immaculatæ Conceptioni ſacrum, à *Zapatis* Comitibus de *Barajas* proceribuſque Hiſpanis ædificatum & exornatum eſt. *Martiales* ex Equitibus Neapolitanis, B. Virgini Aſſumptæ: *Scodeſij* B. Virgini à Gratia: *Griſij* S. Catharinæ Martyri: *Manſilla* S. Carolo: *Parrini*, SS. Angelis; *Rubini* B. Virgini Annunciatæ: *Nicueſe* Tribus Regibus Chriſtum adorantibus: *Patini* Chriſto Patienti: *Choſi* B. Virgini Auxiliatrici ſeu à Succurſu: *Morgati* B. Virgini Naſcenti: *Cenami* B. Virgini à monte Carmelo: *Eſchi*[illegible] S. Onufrio & Chriſto naſcenti: *Mendezij*, Concept. B. Virg. *Pezi*, Chriſto per Pilatum expoſito, ſua ſcilicet ſinguli ſingula, & demùm ſuum quoque *Salazarij*, conſtituerunt. Sacris præterea pignoribus inſigniter decorata eſt, tum verò præcipuè Beatæ Virgini lacte, quod ex phiala ex qua coagulatum religioſiſſimè aſſeruatur ad diem feſtum Aſſumptionis quotannis ebullire magna omnium admiratione conſpicitur. Et reuerâ miraculum illud percelebre ac perpetuum eſt, cuius teſtes viros probatæ & inculpatæ fidei ipſe audiui, Hoc autèm pretioſiſſimum pignus noſtris donauit Illuſt. & Reuer. D. Cardinalis *Granuellanus*, *Antonius* nimirum ille *Perrenotus* à ſuis & exteris tantoperè celebratus, ſi non me fallunt Hiſpani noſtri Montoiæ Annales ex quibus id conijcio, valdè ſcilicet vereor ne ille nobis (quod non ſemel animaduertimus) nomina propria minus fideliter reponat. Simul autem & alia plura vir pietatis & religionis eximiæ largitus eſt, vtputâ dentem molarem *S. Pauli Apoſtoli*, brachium *S. Matthiæ*, os quoddam *S. Ioannis Baptiſtæ*, quibus & ab alijs plura cum tempore acceſſerunt. Non eſt denique ſilentio prætereundum, cum eius quod diximus ſacri ac beati lactis portionem, noſtrorum apud Neapolitanos Prouincialis, V. Clar. & Nobiliſſ. D. *Ioanni Alphonſo Pimentello* Neapolis Proregi, conceſſiſſet (quod ille in Hiſpaniam detulit) per annos quatuor miraculum illud anniuerſarium deſtitiſſe, ipſum verò Prouincialem haud multo poſt extinctum fuiſſe: poſt omnia tamen propitiato numine ac multis officijs procurato reſtitutum illud eſt. Fruſtrâ hîc adijcerem quæ Neapolitanis beneficia cultus in B. P. N. promeruerit.

1533. *de Cerdoua.* *les Zapatas.* *gli Martiales.* *Scodes.* *Griſi.* *les Manſilas.* *gli Parrini.* *Rubini.* *les Nicueſes* *Patini.* *les Choſes.* *gli Morgati.* *Cenami.* *Eſchierri.* *les Mendez.* *Pezi.* *de Salazar.* *Perrenot.* *Pimentel.*

Conuentus Valentiæ in Hiſpania

2. At verò hæc eadem cauſa, pietas inquam in B. P. N. longiùs obtinuit, hominum noſtrorum doctrinâ & probitate accedente, vt ad hunc annum illuſtria duo eius rei monimenta conſtituta fuiſſe videamus, Monaſterium ſcilicet *Valentinum* in *Hiſpania* & *Sammathanæum* in *Galliâ*, quorum origines breuiter & ſtrictim, pro Chronici modo, iam nunc indicamus. *Valentia*, quam *Conteſtanis* Ptolomæus, *Hedetanis* Plinius aſcribit, Vrbs eſt *Tarraconenſis Hiſpaniæ*, ſita in intimo *Sucronenſis* ſinus receſſu, ad dextram fluuij *Turiæ* ripam, de quo Claudianus *Floridus & roſeis formoſus Turia ripis*. Eam verò non poſſumus melius deſcribere Ioanne Marianâ Hiſtor. Hiſp. l. xij. c. 19. *Valentia*, inquit, *in ea Tarraconenſis Hiſpaniæ parte ſita eſt quam olim tenuerunt Edetani, loco plano & amœniſſimo, nullius rei idoneæ egens, niſi quod aduecto plurimùm frumento opus habet, armis virisque opulenta, lætiſſima cœli ſolique facies, hyems egelida, æſtas temperata flatibus maris, tanta rerum omnium copia, ciuium ædificiorumque elegantia, vt patriæ obliuionem aduenis inducere opinio ſit. Omne genus arboribus horti nobiliſſimi, citreis maximè in quincuncem inſtitutis: vnde perpetua viriditas hyeme atque æſtate, citrei circumparietes, citrea conclauia, ita rami innexi inflexique arte ſunt vt inſtarum adium ſpeciem repræſentent, aditum arcet operis firmitas, aſpectum frondes, rimis omnibus ſtipatis, opere topiario in varias formas compoſita, auium, animantium, totius domeſtici apparatus. quales Elyſios campos Beatorum ſedes Antiquitas finxit, talis terræ vrbiſque facies Valentiæ eſt cœlo data. Turia ad lenam alluit quâ parte Regia eſt radijs ſurgentis ſolis obiecta atque ponte cum reliqua vrbe commiſſa, in plures riuos deductus, quæ res agrum irriguum efficit, vrbi aquarum copiam ſuppeditat. Ad mare æſtuarium eſt ad tertium milliare, nonnulla loci inſalubritate, id incommodum piſcium tùm multitudine tùm varietate compenſans.* Hæc Mariana, quibus addo Valentiam ædificiorum elegantiâ & multitudine inclytam, cognominis Regni principem, moribus & conſtitutis claram, diſciplinis liberalibus excultam, mechanicis artibus nobilem, magnis ingenijs felicem, multorum

Valentia. Xucar, Guadalaquiuir.

Digitized by Google

1533. torum Equitum ſplendore illuſtrem, Mercatorum commerciis diuitem, Aca- 1533.
demiam habere celeberrimam, virorum atque mulierum Monaſteria opere auguſta, religione ſanctiſſima, numero plurima quaſi ſanctuaria veræ pietatis colere, olim Epiſcopatus dignitate florentem ad Metropoleos gloriam *Alexandro* VI. Pontifice ſubleuatam fuiſſe. Valentinum laudes ſuas patriaſque profitentem, Tribaldus inducit, hoc carmine:

Rura colo Alcinoi viridantibus amula ſyluis,
Nec tamen hinc ſegnis bellica ad arma feror.
Sæpe ego pugnaui Libyes tela omnia contra,
Et vici auſpicijs inclyte Cide tuis.
Nam validas auget formoſa Valentia *vires,*
Conueniant rebus nomina vt ipſa ſuis.

de Aragonia. Huius tantæ vrbis ac totius Regni gentiſque præfecturam, Proregis nomine, obtinebat *Ferdinandus Aragonius* ex ſtirpe regum *Neapolitanorum*, cuius ſoror Infans (vt loquuntur Hiſpani) *Iulia*, vt quæ ſanctiſſimi parentis noſtri memoriam religiosè colebat & homines noſtros magna charitate complectebatur, initium dedit Cœnobio, quod illic habemus amplum atque magnificum. Et primum quidem authoritate iuuit, vt in quoddam Oratorium, diſploſi tormenti iactu ab Vrbe poſitum, noſtri collocarentur, deinde vt redempto proximo prædio locus anguſtus & preſſus maximo ſpatio protenderetur, denique Fundatricem ſe munificentiſſimam, diſſoluto ære quod noſtri contraxerant, exhibuit. Et quidem in illud Oratorium inducti noſtri hoc ipſo anno & die Ianuarij xx. proximus verò ager tertio ab hinc anno comparatus conſtituto cenſu, qui demùm redemptus eſt ex teſtamento Principis *Iuliæ* anno 1543. His initiis ſuccreuit illa domus in eam amplitudinem quæ hodie conſpicitur. Oratorium illud *S. Sebaſtiano* dicatum toti Monaſterio nomen fecit, erat autem pro tempore in directo (vt loquuntur) dominio Sodalitij Orphanorum quod in gratiam noſtrorum iuri ſuo ceſſerat, vſusfructus ad *RR. PP. Hieronymianos* Con- *Alcira.* uentus *Alcirani* ſpectabat, quorum erat & vicinum prædium, cum iis igitur actum intercedente Principe *Iulia* & *Paulo* III P. M. facultatem faciente agri diuendendi, ſi modò à noſtris emeretur. Ius illud Hieronymianis Patribus ac- *Iuan.* quiſitum teſtamento *Nicolai Ioannis* Eremitæ, qui *Sixto* IV. P. M. concedente, ad annum 1462. altare in honorem *S. Sebaſtiani* eo loco erexerat, ſed anno de- 1462.
mum ſeptimo hoc eſt 1469. moriens (quod die Octobris xiij. contigit) ius om- 1469.
ne ſuum in prædictos Patres tranſcripſerat. Ab eo autem tempore ſumptuoſioris operis Eccleſia ibidem conſtructa eſt, ſub nomine *ſanctis Sebaſtiani* Martyris, *SS. Hieronymi & Onuphrij*, Fundatore D. *Iacobo Boſſello* Auinionenſi Equite *B ſſell.* & Legum Doctore, effoſſis autem fundamentis die 1. Martij an. 1480. *R. D. Ia-* 1480.
Perez. *cobus Perezius* Epiſcopus primarium lapidem poſuit & benedixit. Situs denique loco illi eſt extra portam *Quarti*, quæ ad Occidentem eſt Vrbis Valentinæ, ſecundùm *Turiam* fluuium, nomen autem accepit à *Quarto* viculo inde quatuor miliaribus poſito, quâ itur in *Caſtellam*. Enimuerò noſtri hunc locum ita excoluerunt vt ædificiorum multitudine ac magnificentia, hortorum cultu, amœnitate ac ſuauitate, rerum denique omnium elegantia & copia, nulli quem noſtri in *Hiſpania* teneant ſecundus habeatur, eumque *Hiſpani* Scriptores qui coram viderunt non magnificum modò atque ſplendidum, ſed mirabilem prorſus prædicent Sed fides ſit penes eos. Eccleſia factis ritibus dicata eſt ann. 1547. cuius hoc extat monumentum: *Anno* M. D. XLVII. *die* XVIII. *menſis Sep-* 1547.
de Gaona. *tembris. Ego Ioannes de Gaona Epiſcopus Scyenen. & Firmen. conſecraui Eccleſiam & altare hoc in honorem ſanctorum Sebaſtiani & Franciſci de Paula, & reliquias beatorum Martyrum Sebaſtiani, Georgij, Marmetreti, & Petri Cæleſtini in eo incluſi: ſingulis Chriſti fidelibus hodie vnum annum & in die anniuerſario Conſecrationis huiuſmodi viſitantibus* XL. *dies de vera indulgentia in formâ Eccleſiæ conſuetâ conceſſit: Laus Deo.* Gaſpar Eſcolanus hiſtoriæ Valentinæ lib. v. c. x. *Italos* cum Principe *Iulia* in *Hiſpaniam* veniſſe tradit, qui monaſterio fundando cauſam dederint, quod Montoia noſter falſitatis ſuſpectum habet cum in nullis monimentis *Italorum* men-

Quarte. Guadalaniar.

1533. tio habeatur, totius igitur rei gestæ gloriam ad *Hispanos* deriuat, nominatim verò in *R. P. Hieronymum de sancta Ella* Prouincialem, de quo nos antehac sæpè meminimus. 1533.

Conuentus Sammathani. 3. Atque hæc sunt quæ de Conuentus nostri apud *Valentiam* origine legimus, cum eodem tempore *Sammathani* apud *Vascones* alterum nobis est Cœnobium institutum, cuius origo quantò nobis est obscurior, tantò minori opere à nobis indicabitur. *Sammathanum* oppidum est peruetustum apud *Conuenas*, Comitum eius regionis ab antiquo sedes, quod variam bellorum fortunam expertum, à Francis primùm, tùm ab Anglis, atque à Comitibus *Fluſſatium* & *Armaniacensium* sæpiùs dirutum est, hodie parte quadam editiori quæ Castrum, & depressa in Vallem quæ Forum dicitur, constat, eas autem *Sanus* amnis intercurrit *Lomberiá* defluens, in cuius diœcesi *Sammathanum* est, nec ab eâ octingentis passibus procul in Septentrionem. Nomen accepisse à *S. Mathano*, quem *Scotia* Martyrologium pridie Idus Nouembris memorat & Episcopum fuisse perhibet, non improbabile videtur. Floruit ille ad annum 856 Rege apud Francos *Carolo Calvo*, sed quod *Santonensis* Episcopus fuisse credatur nullo possum certo argumento deprehendere, & omninò in eius Ecclesiæ tabulis non comparet. In eo igitur municipio sedem nostri fixerunt, *Bernardo de Ornesano* è nobili *Semblancatorum* familiâ, *Lombardensi* Episcopo sedente, Nobili verò Equite *Ioanne* (vt habet vrbium Gallicarum descriptio; vt verò nostri ex Actis publicis docent) *Bernardo Artiguco*, quem Belliforestus apud *Sammathanaos* non semel Consulem vidit, cùm illic puer educaretur, Fundatore. Ædes *Beato Rocho* sacra, quem aduersus pestiferam luem incolæ patronum habent & magna pietate venerantur. Quinquaginta post annos ab hæreticis occupatum Monasterium, vastatum & solo penè æquatum, ciuium beneficio sensim restitutum est. Et de restituendo quidem cauit Capitulum Generale *Genuæ VI.* habitum, cùm fortè in eo ædificando Aquitani nostri negligentius agerent. Vetus autem traditio est nostros qui tum illic diuersabantur non contemnendo numero martyrium fecisse, dùm inuadentibus hæreticis se opponunt, nec in eorum partes verbis aut minis perduci possunt. Santorius noster ad duodecim fuisse qui trucidati sunt in Tabulâ prodidit. Sed neque de numero, neque de genere supplicij quod pertulerint satis constat. Memoriam tamen eorum prætermisisse nefas fuerit, contigit autem hoc, anno 1589. Sed quando certior eius Cœnobij origo nobis esse cœpit longè postquam hæc scripsimus, age non vereamur nostra recognoscere. De fundatore quidem & Episcopo quod diximus constat, ac non perinde cum de tempore tùm de loco. Sed quantùm anticipauimus? Certè qui rescribunt ex monumentorum fide ius Ciuitatis arrogatum nostris ex sententiâ Vrbici Concilij ad diem XII mensis Iulij an. 1534 annotant, ab Episcopo autē potestatem Cœnobij condendi factam sub die III mensis Septemb. proximè insequentis hac clausula: *Quos quidem Fratres in prædicto loco iuribus & exemptionibus, libertatibus, priuilegiis, & immunitatibus, tàm à Summis Pontificibus, quàm à regia Maiestate fratribus præfati Ordinis & eorum Ordini & locis concessis, vti, gaudere, necnon singulas eleëmosynas oblationes & alia charitatis subsidia à Christi fidelibus eis elargienda libere recipere, licentiam & facultatem impertimur. Datum in Castro* d'Escadourbes Conuennensis *diœcesi.* Ex quo quis non videat potuisse fieri, vt ab altero anno nostri *Sammathanum* vocati, ad hunc *Artiguei* Fundatoris hospitio vsi fint, vnde huius Cœnobij initium qui anteâ de rebus nostris scripserunt non temerè duxerint? De situ hoc designatius: Cœnobium in suburbiis est, quibus *Varennarum* nomen, ad *Sanum* ripam, viâ militari qua *Tholosam* itur tantùm intermediâ Ædes sacra recentioris operis ex coctili latere structa est sacello vtrinque adornata, quod ad dextram *Sanctissimæ Trinitati*, alterum *sancto Spiritui* dicatum est. Septum longè latèque fusum, ferax, irriguum, amœnum, Aquilonem versus & Orientem protenditur.

Lommathan. Comingenii. Vide Armaignac. Lomberie. Saintes. D'Ornesan. D'Artigue. Martyres Sammathani. 1589. 1534.

An.

1534. *An. M. D. XXXIV.* 1534.

1. EAdem pœnè huius atque ſuperioris anni conditio, vt quem duorum Conuentuum fundario commendet. Vnus fuit in *Siciliâ*, in *Hiſpaniâ* verò alter. Et in *Siciliâ* quidem apud *Agrigentum*, vrbem olim totius *Siciliæ* maximam, ad oſtia fluuij *Agraganti*, in littore Auſtrali quod ad mare *Africum*, nunc Epiſcopali dignitate ſub metropolite *Panormitano* fulgentẽ, vnde lxxxv. paſſuum millibus diſtat in aduersâ orâ, *Panormus* enim eſt ad mare *Tyrrhenum*, *Agrigentum*, vt diximus, ad *Africum*. Iuxtà primariam Vrbis portam quæ Ortum ſpectat, & qua parte *Naras* fluuius in mare influit, antiquum erat Hoſpitium ſeu Noſocomium nomine *ſanctæ Crucis*, quod cum attinẽtibus agris erat in bonis *Claromontana* domus in ea regione nobilis & antiquæ, poſſeſſione igitur eius loci noſtris ceſſit Nobilis eius familiæ Eques, qui præcipuo cultu *B. Franciſcum Paulanum* proſequebatur, vt propterea nominis mutandi auctor fuerit, ædemque ſacram eidem S. F. in monimentum ſuæ deuotionis nuncupari curauerit. *R. P. Placidus Talaia* vir induſtrius non parum nouæ domus incunabula ſua ſedulitate promouit, cum tempore verò & opus proceſſit, quod hodie pulchrum validumque conſpicitur. Amœnis hortis ædes ſuccinctæ, quibus vicinum mare ad vitæ neceſſaria non parùm confert atque ſuppeditat. Frequentia populi ad memoriam *B. Franciſci* confertim ſemper affluit.

Gergenti. Agraga. *Naras.* Conuentus Agrigenti.

2. At verò in *Hiſpaniâ Valentini* noſtri in proximam villam de *Alaquaz* dictam fauente Nobiliſſima & Illuſtr. Principe *Iulia Aragonia* de qua nuper meminimus', conceſſerunt. Municipium eſt ſatis frequens ducenta Chriſtianorum habens domicilia, cui nomen à Romanis factum quidam volunt *Aula-cella*, veteribus enim Aula fuit quæ poſthac olla, lateritia enim vaſa ibi coquuntur, nonnulli ab Arabibus inditum nomen coniectant, & *Arcum* Latinè interpretantur, Acta Capitulorum Generaliũ *Caſtrum Aquarium* dicere videntur, & ita quidem habent edita, MSS. tamen Caſtrum, *Alaquaz* diſertè præferunt. *Valentiam* ſuprà eſt in Occidentem tertio milliari, haud longè à *Torrente* cuius nominis municipium à Romanis ita dictum ob riuum præterfluẽtem, quod hodieque ſupereſt. Conuentus autem, quem illic habemus, originem, Gaſpar Eſcolanus lib. vij. hiſtor. Valent. c. ij. in hæc ferè verba tradit: In *Alaquaz* monaſterium eſt Fratrum Minimorũ, multæ deuotionis ob ſacram Beatæ Virginis imaginẽ in terrâ conditam ex quo Hiſpania in manus Saracenorum venit, & in quam vir bonus oliuetum colendo vomere offendit ante annum 1300. Ibi autem ædificata Eccleſia nomine *ſanctæ Mariæ ab Oliueto*. Quæ Eccleſia à tempore fundationis à Clerico adminiſtrata eſt (Montoia Parrochiam fuiſſe dicit) quoad Dominicanis Patribus tradita eſt, vt in Clauſtralium Monaſterium erigeretur. Sed cum illi in omnem licentiam effuſi viuerent, non ſecus atque alij, prout tempora illa ferebant, vt primum *Valentiam* veniſſe audierunt duos ex ſuis qui Enochum Eliamque imitati in priſtinum decorem diſciplinam reſtituerent, mores reformarent, ſtrictamque obſeruantiam inducerent, conſilium inierunt de illis occidendis, quod & reipsâ præſtiterunt. Quare ſuis meritis exigentibus, & in tanti facinoris pœnam Conuentu illo cedere omneſque abire coacti ſunt. Infante autem Neapolitana D. Iulia ſorore Ducis Calabriæ D. *Ferdinandi Arragonij* Proregis *Valentini* intercedente, datus eſt fratribus Minimis qui ex *Italiâ* nuper aduenerant. Et Eſcolano quidem Montoia noſter conſentit, niſi quod ab *Italiâ* noſtros adfuiſſe non probat, vt anteà dicebamus. Tertio ex hoc anno Nobilis Eques *Iacobus Garcia de Aquilar* Baro de *Alaquaz* (de cuius ſtirpe agit Eſcolanus libro & capite à nobis laudato) miſeratus noſtrorum pauperiem exiguumque numerum, fundato maiori ſacello liberaliter eis prouidit conditoque teſtamento Baroniam attributis prouẽtibus addixit, ipſamque in ius ac poteſtatem noſtrorum deficiente progenie tranſcripſit. Eius itaque liberalitate ac germani etiam fratris beneficio, qui prædium opimum noſtris donauit, cœptum perfectumque eſt ingens ac ſplendidum Monaſterium.

Alaquaz. d'Aragon. Conuentus Aulæ-cellæ &c.

1100.

1517.

de Aquilar.

1535. Cum autem à teſtamento Fundatoris, noſtri in colligendâ hæreditate negligentiores fuiſſent, vt id quamprimùm facerent, à Capitulo Generali apud *Valentiam* primùm habito ad ann. 1541. mandatum acceperunt. Eſt in eius Conuentus Clauſtro ſuggeſtum ligneum ex quo *ſanctum Vincentium Ferrerium* conciones habuiſſe traditio eſt. Tribaldus quod de *Alaquas* diximus de *Alcercone* prædicat, cùm ait. *Alcercon fingit quas vix regus asterat aulas.* 1535. 1541. *Alcercon.*

1535. *An.* M. D. XXXV.

Capitulum Gener. x. I. *Bellamera* perfunctus Ordinis viſitatione, *Pleſſiaci* apud *Turones* agebat cùm Generalis Synodi tempus adfuit, ſed ille fractus viribus & longo itineri (*Paulam* enim adire opus erat) impar, per litteras ſe excuſauit. Cùm igitur ex omnibus Prouinciis vniuerſi illuc conueniſſent, præter paucos qui præpediente infirmitate in viâ ſubſtiterant, & ad diem 1. menſis Maij congregationem inijſſent antè omnia perlectæ R. P. Generalis litteræ, quibus cùm ſe excuſaret, poteſtatem inſuper faciebat vnius alicuius vice ſua eligendi, & quidem accepta & probata excuſatio eſt, neque verò deliberatione in eligendo qui locum eius caperet opus fuit, omnes enim Calabriæ Prouincialem hoc eſt eius Prouinciæ in qua eſſent *R.* ſcilicet *P. Gaſparum Ricciullum à Foſſo* ſuecclamarunt. Et ille quidem toti congregationi moderaturus, imprimis actuarium ſiue Exceptorem deligendum propoſuit; eſt autem communi ſuffragatione aſſumptus vnus Collegarum *R. P. Saluius de Puteo*, quem antea laudauimus, recognitis per eum Commiſſorum litteris, nominati qui pro more in vitam regimenque Generalis *Bellamera* ſuorumque Collegarum inquirerent. Ij fuere *Gaſpar* ipſe *de Foſſo*, *Franciſcus Vacarius Turoniæ* Prouincialis (*Nigeoni* profeſſus die 21. Iulij an. 1521.) *Placidus Talaſia Siciliæ* Prouincialis & *Ioannes Sutoris Franciæ* Prouincialis. *Bellamera* non vanam docti & prudentis viri laudem retulit. Apoſtolicus Concionator per Pontificem renunciatus, nihil minus opere ipſo quàm verbis præferebat. Ex hoc, negotiis quibuſdam priuatis prout dignum erat compoſitis, die ſancto Aſcenſionis Chriſti electionem adornarunt, quæ nullo negotio ſueceſſit. Is enim quem diximus *R. P. Gaſpar Ricciullus à Foſſo*, ex Italis poſt S. *P. Franciſcum* primus, in ſupremam Ordinis dignitatem ſubleuatus eſt. Diſpertita quorundam vota in *R. P. Martialem de Vicinis* virum ætate ac moribus prouectum, & *R. P. Hieronymum de ſancta Ella, Hiſpaniæ* Prouincialem coaluerunt: & ille quidem ad quindecim nactus eſt, vt omnia illi niſi ætas forſitan obſtitiſſet ceſſura fuiſſe videantur. *Gaſpar* noſter virtute ſuppar etſi iuuenis, animi magnitudine ætatem præuerterat, quare magno animorum conſenſu & exultatione ab omnibus gratias immortali Deo & ſuis ſemper in melius prouidenti perſonantibus, obedientiamque ſuam ſingulari deuotione profitentibus, exceptus eſt. At ille in craſtinum de Collegis ſibi adiungendis cooptandoque communium negotiorum Actore ſedulò egit, atque vt quàm optimi & præſtantiſſimi deligerentur procurauit. In Collegam Italum electus eſt *R. P. Antonius de Martino* vir prudens & ſagax, in Gallum *R. P. Simon Guichardus*, qui ad maiora ſubleuatus magnum ſibi nomen fecit, vt maturè ſignificabimus; in Hiſpanum R. P. *Ioannes de Valle-peigna*, cui non potuit officium illud iterato & proximè deferri, abſque ſingulari & eximia virtutis commendatione. In Zeloſum denique aſſumptus eſt *R. P. Hugo de Calce*, Gallus, eximiæ virtutis & peritiæ, quibus ſibi gradum fecit ad ſupremam Ordinis dignitatem, vnus omnium qui vnquam fuerunt ſæpiùs Officio Zeloſi perfunctus. Deinceps priuata publicaque negotia pertractata ſunt, & ad finem recognita quæ in præcedentibus Capitulis conſtituta fuerant. Etſi verò poſt hæc vt Acta ſua in vniuerſum omnia probarentur à Pontifice *Paulo* III. obtinuerint, fuerunt tamen præcipua quædam capita quæ illius auctoritate ſanciri poſtulauerunt de quibus in alterum annum ex profeſſo dicemus. Id interim non reticendum quod alterius generis eſt, plures nimirùm Prouincias nouiter erectas & inſtitutas fuiſſe. Ad octo enim quæ hactenus ab annis pluribus ipſoque Ordinis initio,

Collega. Procurator Gener. x. *de Martino.* forte è medio *Gauchard.* *de la Chaux*

1535. initio permanſerant, quatuor nunc demùm adiectæ ſunt. Etſi ſubinde aliæ aliis commutatæ nomen non retinuerunt, eodem tamen numero ſemper ſteterunt. Cùm enim *Romana* quæ in primo Capitulo fuerat inſtituta paulò poſt abrogata fuiſſet, eius loco *Neapolitana* ſeu *Terræ-laboris* Prouincia ſuffecta eſt, cui cùm *Sicilia* vſque ad Conuentum *Gratianopolitanum* iuncta permanſiſſet, cùm tunc primùm diſtracta eſt per ſe nomen Prouinciæ ſuſtinuit, *Neapolitana* & *Calabriæ* Prouinciæ in vnam coaluerunt. Nunc demùm verò ex vna illa non tantùm prior *Neapolitana*, ſed noua quæ *Apuliæ* Prouincia dicta eſt, diſtrahi cœpit & creari: tribus deinde in *Gallâ* Prouincijs (neque enim *Genuenſem* annumero) quarta, quæ *Prouincia* nominata eſt, ſubinde tamen *Lugdunenſis* audiit, adiecta eſt: denique *Hiſpania* quæ ad hoc tempus perſeuerauerat indiuiſa, in duas Prouincias diſtincta eſt, quarum vna *Vandaliciæ* ſeu vt communius loquimur, *Andaluziæ*, altera *Caſtellæ* nomen accepit, quæ omnes hoc ordine in cenſum relatæ ſunt vt octo antiquæ loco non mouerentur, reliquæ non temerè ſeruato diſtractionis & conſtitutionis modo aſcriptæ fuerint. Prima igitur *Calabriæ* Prouincia. 2. *Turoniæ*. 3. *Siciliæ*. 4. *Franciæ*. 5. *Lombardiæ* ſeu *Genuæ*. 6. *Aquitaniæ*. 7. *Andaluziæ*. 8. *Germaniæ* (neque enim ad hæc omnis ſpes recuperandæ perierat) 9. *Neapolis* ſeu *Terræ-laboris*. 10. *Prouinciæ*. 11. *Apuliæ*. 12. *Caſtellæ*, numerata eſt. Poſt omnia proximum Capitulum *Bononiam* indictum eſt, quæ pro tempore in Prouincia *Genuenſi* ſeu *Lombardiæ*, *Gallicæ* nationis cenſebatur. 1535.

Prouinc. d'Andaluzia, de Caſtilla.

2. Inter huius Capituli decreta & illud fuerat: Satagendum vt facultas accipiendi ſuffragia in perpetuum, quam noſtri olim à Sede Apoſtolica impetrauerant, reuocaretur. Sed cum *Romani* noſtri nuper à nobili viro D. *Ioanne Baptiſta de Turchis* donati eſſent prædio opimo ad Vrbis muros, in dotem Sacelli quod in Eccleſia noſtra conſtruendum curauerat, ſed cum obligatione ad aliqua in perpetuum ſuffragia, per R. D. Protectorem agi ea de re apud Pontificem cenſuerunt oportere, ne quæ fraus decreto pararetur aut ipſi perutili rebus domeſticis, quæ ſatis anguſtæ erant, reditu priuarentur. Conſultus autem Pontifex pro voto reſpondit, gratiamque fecit prædictorum ſuffragiorum, etſi perpetua eſſent, accipiendorum, atque vt illud ipſum prædium in vſum & vtilitatem eorum cederet, cum poteſtate vtendi, fruendi, commutandi & cum omni iure quod in rem priuatam & propriam cadere poteſt poſſidendi &c. Accepit illud viuæ vocis oraculum *R. D. Antonius Puccius* Protector, litteriſque ſuis ſub die 13. menſ. Octobr. h. ann. quæ incipiunt *Nuper S. in Chriſto* &c. eidem fidem fecit. Extat apud noſtrum *de Pertinis* tom. 2. Conſtitut. VII. Pauli III. Conceſſio pro ſuffragijs perpet.

3. Hoc eodem tempore poſt quinque & viginti annos quàm noſtri *Cordubæ* ſedem fixerant, Monialium Conuentus in eadem vrbe inſtitutus eſt agente *R. P. Hieronymo de ſancta Ella* priuſquàm Prouincialatu excederet. Ædes pro veteri more nominibus *Ieſu & Mariæ* ſacra eſt. Primæ nobilitatis puellæ, non numero tantùm, qui magnus eſt, ſed vitæ ſanctimoniâ locum illum commendant, de quo plura cur per Hiſpanos Scriptores non acceperimus, haud ſatis poſſumus mirari. Moniales Cordubæ.

4. Montoia noſter in hoc etiam tempus *R. P. Didaci de Sylua* nobilis Luſitani memoriam celebrat. Cùm enim *Ioannes* III. Luſitaniæ Rex, P. Didacus de Sylua.

Ob ſua qui nulli facta ſecundus erat

vt cecinit Emanuël Pimenta, *Quæſtiones publicas de fide in Portugallia haberi primus à Summis Pontificibus impetraſſet, deſtinatis ad id Magiſtratibus* ait Duardus Nonius, *R. P. Didacum de Sylua* Ordinis noſtri Theologum & profeſſorem dictis quæſtionibus ſummo imperio præeſſe voluit, & Generalem (vt loquuntur) Inquiſitorem à *Clemente* VII. Pont. inſtitui procurauit, cum locorum Ordinarij in ſuo quiſque tractu de ijs quæſtionibus priuatim cognoſcerent. Sed cùm eo muneri *Didacus* noſter aliquamdiu vacauiſſet, ſtrenuamque operam in compeſcendis hæreſibus quæ in dies gliſcebant impendiſſet, Pontifex eam poteſtatem ad ſe pertrahendam ratus, vt quã plurimum & ſibi authoritatis & Nuncijs ſuis ornamenti conciliare poſſet, cùm ad *Ioannem* Regem dediſſet Num-

1535. cium *R. D. Marcum Senagolienſem* Epiſcopum, per litteras *Didacum* noſtrum Ordinatioſque omnes ea poteſtate prohibuit, quoad aliter ſtatuiſſet, quod & *Paulus* III. qui proximè ſucceſſit edito diplomate confirmauit, quod etiamnum legitur apud Laertium Cherubinum incipitque *Illius vices in terris gerentes*. Dat. Romæ die xij. Octobr. an. 1535. quo etiam abſolutio publicatur in gratiam eorum qui reſpuiſſent. Sed cum Rex nonnihil ægrè ferret eam facultatem *Didaco* noſtro, qui generis nobilitate & doctrinæ fama præcellebat, fuiſſe abrogatam, cum mandatis eum *Romam* miſit, apud Sedem Apoſtolicam ſuo & Regni nomine cauſam dicturum, aut veriùs expoſtulaturum. *Romæ* cùm eſſet Pontifici non tam Regis commendatione quam ſuo ipſius merito ſe cauſamque ſuam approbauit, cumque Pontificis gratiam multis officijs demeruiſſet in proximo præmiũ operæ ſuæ fidei, pietatis & induſtriæ acceptурus, ad certiſſimum longè nunquamque intermoriturum præmium euolauit. Sic immatura morte præuentus homo virtute doctrinaque præcellens, quem Ordini noſtro in *Luſitaniam* inducendo cum magnâ & eximiâ gloriâ deſtinatum omnes præſagiebant, ſpes noſtras, heu nimiùm citò, deſtituit. Et quidem ab eius morte, in *Luſitaniam* necdùm noſtri progreſſi ſunt. Sic res noſtræ penes vnum Deum ſtant, pro cuius conſilio vniuerſa procedunt. Lego tamen apud noſtrum *de Pereiras* ad conſt. II. Iulij II. §. xij. *Didacum* illum noſtrum creatum fuiſſe *Septenſem* Epiſcopum, quod ipſe ex *Freita* & *Paramo* refert. *Septa* quæ & *Exiliſſa* ſeu *Ad ſeptem fratres* vrbs *Mauritaniæ Tingitanæ* Epiſcopali ſede clara ſub Archiepiſcopatu *Vlyſiponenſi*, *Alybæ* Herculis columnæ proxima & contra *Calpen* vrbem *Hiſpaniæ*, à qua per interiacens fretum xij. leucis diſtat. Sed vt hæc cum Montoiæ narratione conueniant non improbabiliter dixerimus noſtrum *de Sylua* huic dignitati non diu ſuperuixiſſe. 1536. *Ceuta.*

1536. *Ann.* M. D XXXVI.

Geſta per Genet. de Foſſo.

1. QVas de nouo Prouincias erigi oportere in Capitulo Generali de communi Patrum ſententiâ conſtiterat, eas per Generalem ipſum inſtitui ac ſuis terminis finibuſque deſcribi debere conuenerat. Non priùs igitur *de Foſſo* noſter *Calabriâ* digreſſus eſt, quàm duas illas *Italiæ* Prouincias, quo à *Calabriâ* detrahebantur conſtituiſſet. Vna fuit *Neapolis* ſeu *Terra-laboris*, quæ nomine olim *Siciliæ* adiuncta cenſebatur, poſteâ verò reſciſsâ *Siciliâ* cum *Calabriæ* Prouinciâ coaluerat. Altera fuit *Apuliæ*, quo nomine primùm dici cœpit in Ordine Prouincia, niſi cùm ab initio *Calabria* eo etiam nomine nonnunquam audijt. Hæc *de Foſſo* diligenter & ſtudioſè curauerat cùm *Romam* iter cepit, in vrbem vt aduenit, adijt cùm primis Pontificem, quem vt adiret non vna fuit officij cauſa, ſed priuatæ etiam neceſſitudinis ratio. In magnâ enim apud eum gratiâ fuerat, doctrinæ & facundiæ merito, quæ illum non ipſi modò Cardinali, ſed toti *Farneſiorum* familiæ, alijſque acceptum iam olim fecerant. Erat autem Pontifex *Paulus* III. *Alexander* antea dictus, è nobili *Farneſiorum* apud Romanos familiâ, & ex Preſbytero Card. *Oſtienſi* & ſacri Collegij Decano in ſummum dignitatis faſtigium ab anno 1534. die verò menſis Octobris xiij. aſſumptus. Vt igitur apud eum *de Foſſo* noſter fuerat gratioſus, ita etiam ab Optimo Pontifice liberaliter exceptus eſt, & omnem quæ deſiderari poteſt grati animi ſignificationem recepit. Et hominis quidem ingenio delectatus Pontifex, ſperans eum ad res Eccleſiæ conſtituendas vtilem & commodum ſibi eſſe futurum, in Vrbe voluit retinere. Quod ne fieret *de Foſſo* ipſe modis omnibus conatus eſt, magis ſe ad reddendum Ordini officium teneri arbitratus quàm vt pro tempore adeſſet Pontifici, ſicut poſtmodùm adfuit. Impetratâ igitur veniâ primo quoque tempore Ordinis perluſtrandi prouidentiam ſuſcepit. Priùs tamen quàm vrbe diſcederet apud Pontificem egit, vt pleraque ad Ordinis diſciplinam ſpectantia illius auctoritate conſtituerentur. Primum fuit, vt ſubtreptitiæ quædam litteræ, quas priuato nomine nonnulli à Deceſſoribus ambiuerant in regularis obſeruantiæ imminutionem & detrimentum nullæ & irritæ fierent. 1514. *Farneſ.*

1536. rent. Secundum, vt *Leonis X.* Apoſtolicæ literæ aduerſus perfugas omnes & aliorum Ordinum appetitores renouarentur & confirmarentur. Tertium, vt quæ aduerſus fautores & receptores huiuſmodi perfugarum ab eodem *Leone* decreta fuerant de nouo ſancirentur, quo magis in ſuo robore permanerent. Quartum ne anticipandorum aut retardandorum Prouincialium Capitulorum facultas quam ſui Deceſſores fecerant, locum deinceps haberet. Quintum vt ne præter ipſius Regulæ inſtitutionem ſuffragia in perpetuum acciperentur. Sextum, ne Viſitationis gratiâ in Monialium Monaſteria ingreſſus permitteretur, ſed ad Regulæ modum ac tenorem omnia hæc reducerentur. Septimum, vt pro nouiſſimo Capituli *Paulitani* decreto Generalis in vim ſuæ electionis non expectatâ deſuper vllâ confirmatione officium ſuum exerceret, ad eaque omnia quæ ſui muneris ſunt eo ipſo procederet. Octauum, vt Generalis, exacto ſui officij tempore, adminiſtrationis ſuæ rationem non alijs quam Succeſſori eiuſque Collegis redderet. Nonum, vt Conuentus *Romanus Sanctiſſimæ Trinitatis* vni Generali pro mente ſancti Patris plenaria poteſtate ſubiaceret, quod iam ſæpiùs & dictâ de causâ in Conuentu generali Patribus placuerat. Decimũ, vt acta nuper apud *Paulam* in vniuerſum omnia rata firmaque eſſe ac fore decernerentur. Hæc igitur omnia vltrò Pontifex probauit, vtque in autoritatẽ admitterẽtur edixit, peramantibus & officioſis litteris quibus eſt initium. *Sincera deuotionis affectus, quem ad nos & Romanam gerit is Eccleſiam, nec non Religionis puritas & exemplaris vita, quibus Ordo veſter fratrum Minimorum ſancti Franciſci de Paulâ in noſtro & Sedis Apoſtolicæ ac totius militantis Eccleſiæ conſpectu hactenus Deo faciente refulſit, promerentur &c.* Et poſt expoſita quæ proponebantur. *Nos itaque ipſius Ordinis veſtri felicem ſucceſſum ſinceris deſiderantes affectibus &c.* Dat. die xxvij. Martij. Quibus litteris munitus noſter de *Foſſa* & Pontificis benedictione accepta in *Galliam* ſe contulit, vt fidem faciunt plura quæ apud nos reliqua ſunt Viſitationis eius, autographa, ibi autem Prouincias quæ diuidendæ erant finibus ſuis atque terminis deſcripſit, earumque regimini ſapientiſſimè prouidit; progreſſus inde in *Hiſpaniam* ad annum proximè inſequentem (vt notauit Montoia) eadem omnino præſtitit, vbique verò maximam de ſingulari doctrinâ ſuâ & eximiâ in omnibus ſapientiâ famam exiſtimationemque concitauit, & reliquit.

1536. Cõceſſa per Paul. III.

Prouinciarum in Gallia & Hiſpania conſtitutio.

1537.

An. M.D. XXXVIII. 1538.

1. *Apulia* prouincia nuper inſtituta, omnium prima optabilem ſuæ diuiſionis fructum dedit noui Conuentus acceſſione, quem *R. P. Hieronymus Sammarcus* eidem Prouinciæ ſummo cum imperio præpoſitus, cum primùm ea dignitate ornatus eſt in natalitio oppido per ſuos initium habere procurauit. Fundationis tamen Acta non antè diem xxij. menſis Auguſti, hoc ipſo anno, perſcripta ſunt. Conuentus autem erigendi autor atque (vt vulgo loquimur) Fundator fuit Nobilis *D. Iacobus Sammarcus Hieronymi* noſtri gentilis aut veriùs frater, qui in prædio ſuo ad oppidum *Crotaliam* ſiue *Cryptaliam* in diœceſi *Tarentinâ* non parui ædificij fundamẽta iecit, quod hodie viginti ſex noſtri cõmodiſſimè incolunt. Factus illi titulus *ſanctæ Mariæ de Gratia*, vt propterea ad diem octauam Aſſumptæ in cœlum Virginis Acta fundationis notari conuenerit. Situm habet decem paſſibus à ciuitate amœnum & iucundum. Et quidem *Crotalia* vt habet Merula, quam Itali *Grotaglie*, Hiſpani *Grotalla*, noſtri magis Latinè *Cryptaliam* & *Cryptalias* vocant (vnde noſtro quoque *Sammarco* nomen *à Cryptalijs* impoſitum aliquando legimus) Oppidum eſt ſiue Caſtellum octauo milliari à *Franca-villa*, decimo tertio ab *Vria* ſiue ab *Vreto*, ad radices collis qui *Tarentum* ſpectat, à quo non procul duodecim millibus ipſa *Cryptalia* eſt, Eccleſiæ *S. Cataldi Tarentinorum* ſubiecta, vt ex Leandro Alberto Paulus Merula tradit, quanquam noſter Montoia repugnet, qui ſub ditione gentis *Caraffa* illam eſſe ſcribit.

Grotaglie.

Franca-villa.

Oria.

Taranto.

Conuentus Cryptalix.

2. Sed priùs quàm hæc in rem deducerentur, reuoluto triennij tempore

Capitulum Gen. xi.

1538. quo Generalatus officium constabat, ex vniuerso Ordine Conuentus ineundus fuit. Eum haberi *Bononiæ* antehac placuerat, illò igitur omnes se recipiunt, atque imprimis *de Fossa* noster. Festiuus Ascensionis dies in mens. Maij xxx. occurrebat, hunc qui conuenerant diebus septem præoccupant ad suæ congregationis initium. Die igitur xxiij. cœperunt consedêre ac de rebus Ordinis quæ plures occurrebant tractare, priuata pleraque primis diebus composita sunt, quoad *R. P. Marcellus Palmerius* Prouincialis *Siciliæ* vir magnæ autoritatis & nominis aduenisset, consensit ille in omnia quæ per suam absentiam gesta fuerant, & tunc demùm qui Acta exciperet cœpit eligi, atque is fuit *R. P. Simon Guichardus* Collega Generalis Gallus, à nobis non semel multis nominibus commendandus. Deinceps verò ad ipsum Ascensionis diem multa de quorum interpretatione ac sensu non satis constabat, cùm ex Regulâ, tùm ex Correctorio, explanata & declarata sunt, cumque hactenus dubitatum esset quibus legibus Scholastici, qui ad generalia studia iam olim instituta & edicta destinabantur, tenerentur, eas luculenter explicatas de communi consilio dederunt Patres, quibus & placuit vt apud Regem Christianissimum ageretur pro confirmandis & in autoritatem asserendis priuilegijs quæ Decessores concessissent, & quibus nos Romani Pontifices donauerant. Rebus in hunc modum compositis, festiua Christi cœlum subeuntis memoria recurrit quâ spiritaliter exhilarati Patres animisque in cœlum erectis, noui Antistitis electionem adornarunt. Illa igitur tantâ facilitate successit, quanta potuisset, omni procul æmulatione, desiderari. Et reuerâ in virum præstantem & multarum virtutum incidit *R.* Gener. xii. scilicet *P. Bernardum de Fabro* seu *Fabrum* (vt ipsum scribere solitum vidimus) pro tempore Collegam in Prouinciâ *Franciæ*, qui multis lachrymis eius sibi oneris gratiam fieri orauit, sed tantò fuit illius electio acceptior quantò magis præter eius voluntatem processerat: omnibus igitur congaudentibus & congratulantibus in supremum pro dignitate locum subleuatus est, habitisque solemni more gratiarum actionibus ritè & ordine ab omnibus obedientiam vltrò profitentibus in Ecclesiâ salutatus est. Aliquot vota distracta fuerunt, sed penè singularia. In crastinum sublecti Collegæ, *R. P. Ioannes de Monte-forti* pro natione Italica, *R. P. Salutius de Puteo* pro Gallica, qui eo pridem munere perfunctus impræsentiarum ex Collega Prouinciali *Turonensi* assumptus est, *R. P. Franciscus Iasarta* pro Hispanica, in huius autem nomine M. SS. ab editis dissentire animaduerto, habent enim illa *Casarte* aut veriùs *Lasarte* pro *Iasarta* quod edita præferunt. Atque hunc eximium verbi diuini præconem in *Caroli* V. & *Philippi* II. Curia claruisse autor est Montoia, qui & indubitatam nomini *Lasarte* autoritatem præstat. *R. P. Hugonem de Calce* à tribus annis in Procuratorem Generalem electum, & huic ipsi Capitulo præsentem dum Illustrissimi Protectoris reditum *Nicia* (quò cum Pontifice ad Imperatoris & Regis colloquium profectus fuerat) præstolaretur, eidem muneri ad tres consequentes annos insolito in hoc tempus, ac præter eum adhuc semel & *R. P. Mathurinum Aubertum*, exemplo præfecerunt. Tantùm eius diligentiæ ac fidei omnes tribuebant. Deinceps nonnulla leuioris momenti pertractata & definita sunt, atque cum reliquis hæc etiam paulò grauiora. Prouincia *Provincia* nuper diuulsa & instituta, quod esset impar faciendis sumptibus ad publica Religionis negotia, ob paucitatem & paupertatem Conuentuum, vt in hoc consessu Patres professi sunt, *Tholosana* seu *Aquitanica* copulata est, quoad amplior & opulentior posset euadere. Acta postremi Conuentus *Paulitani* omnia in genere confirmata sunt & probata, exceptione additâ, quatenus in hac ipsâ congregatione iam nunc editis non repugnarent. Indictum ad tres annos Capitulum *Valentiam Hedetanorum*, ac post idem spatium, *Forum-Iuly*: recurrente postremùm altero triennio, *Gennam*: quem ordinem perpetuò & continuo seruandum statuerunt, vt sua cuique Nationis dignita suum ius & ordo constaret, quibus ita demùm constitutis Conuentus dimissus est.

Palmerii. *Guichard.* *Fabri.* *de Monte-forte.* *de Puteo.* *Lasarte.*

Collega Procur Generali. xi.

3. Nostri autem Patrum voluntati & desiderio præuerterant quod attinet ad Pri-

1538. Priuilegiorum & Indultorũ *confirmationem*, quam à Rege *decreuerant* impetrandam, Chartis enim, vt loquuntur, patentibus, in eandem ſententiam atque *Ludouicus* XII. an. 1500. *Franciſcus* I. Rex magnificentiſſimus omnique laudatione maior, omnia per Pontifices indulta & conceſſa, rata firmataque, eſſe ac fore per vniuerſum Regnum pronunciauit, declarauit, edixit, publicandorum ſolemni ritũ Priuilegiorum poteſtatem faciens. Regium autem diploma in ſupremo Senatu recitatum die XXVIII menſis Martij in Acta relatum eſt & deſcriptum, atque anno proximè inſequenti in Ratiociniorum Curia ſimiliter promulgatum, & apud officium exaratum eſt die XXIX menſ. Aprilis, quod demùm an. 1600 libellorum Supplicum in Regiâ Magiſtri in ſua etiam commentaria retulerunt.

1539. Cõfirmatio Priuileg. à Rege.

1539. 1600.

An. M. D. XXXIX.

1539. Conuentus Bernaldæ.

1. *Pulia* Prouinciam noui Conuentus prouentu lætam, Prouincia *Calabria* non diſpari ſucceſſu æmulata eſt, quæ ſui alumni operâ *R.* ſcilicet *P. Laurentij à Bernaldâ* in patriam & cognominem illi vrbem iactis alterius Monaſterij fundamentis tranſgreſſa eſt, cui nomen à *B. P. N. Franciſco*. Ciuium autem deuotione in beatum Patrem opus progreſſum eſt in ſatis amplam magnitudinem, hodiéque prolixa eorum liberalitas à noſtris non deſideratur. Eſt autem *Bernalda*, ſeu *Rupes-Bernarda*, municipium frequens ad radices montis *Clibani*, tertio & vigeſimo à mari milliari, non procul à *Siberina* ciuitate Archiepiſcopali, in cuius diœceſi eſt. Ager *Targe* flumine irriguus, fœcundus ad paſcua, læta ſegete, generoſo vino, quam optimo oleo, exũberat. Sal ibi foſſile ad vitæ neceſſaria commodum & incolis vtile atque proficuum. Dominum agnoſcit Ducem *Terinæum* (eſt verò *Terina* quæ nunc *Nucera*, oppidum *Bruttiorum* ad *ſinum Hipponiatem*) cuius & pietas noſtris non defuit. Denique *R. D. Ioannes Baptiſta Vrſinus* non multò poſt in *Siberinenſem* Archiepiſcopum electus nouæ domus incunabula ſuo fauore ſubleuauit.

di Bernalda.

Bernalda. Rocca Bernarda. Vrſarda, Terina.

Nucera. Golfo di S. Eufemia. S. Seuerina.

1546. memorabile. *diCardenas*

2. In Conuentu noſtro *Cardenenſi* non indignum animaduerſione noſtrorumque memoriâ exemplum hoc ipſo anno contigit. *R. P. Ludouicus de Cardenas* Corrector ad horas nocturnas in chorum progreſſus, cùm alterum è noſtris in comitatu haberet, plures religioſos viros habitum noſtrum indutos, ſibi verò de vultu incognitos, conſidentes & officium vt videbatur diuinum recitantes offendit, quo ſpectaculo nonnihil commotus, recepto tamen animo factus illicò ſecurior interrogare cœpit quinam eſſent, cui ex illo numero vnus & ſpecie venerabilior reſpondit, Hîc per voluntatem Dei ſumus, nonnullos defectus quos in recitando diuino officio admiſimus compenſantes, age tuis apud Deum precibus, ne noſtra longiùs gaudia differantur. Ex quo non parum Corrector ipſe ad gloriam Deo reddendam ad eos ipſos qui apparuerant cõmendandos ad aliorum exhortationem & exſtimulationem in bonũ profecit. Montoia qui rem geſtam in annales contulit, non temerè id Dei beneficio & gratiæ tribuit, & pluribus exemplis haud diſſimilibus factum exaggerat.

Indulgent. noſt cõceſſ.

3. Neapolitani noſtri eaſdem Eccleſiæ ſuæ Indulgentias concedi quas *Leo X.* Pont. Eccleſiæ *Sanctiſſimæ Trinitatis* in Vrbe fecerat & nos ad ann. 1518 memorauimus, impetrauerunt (ſunt tamen, vt antea diximus, toti Ordini communes) Apoſtolico diplomate quod incipit *Super gregem Dominicum*, &c. Dat. 4. Non. Iulij an. 1539.

Tertiarię Telen.

Telede.

4. Apud Hiſpanos in Vrbe regia *Toleto* piæ quædam puellæ tertium Ordinem profeſſæ, ante quinque annos in communem domum ſe receperant, à quâ, vnâ tantùm conſcientiæ expiandæ cauſâ & Euchariſtiæ percipiendæ, in publicum vſque nunc progreſſæ fuerant, hoc tyrocinio ad vitam monaſticam comparatæ domum illam ſuam in Monaſterium erigi, & vitæ religioſæ ſub votis vt vocant eſſentialibus profitendæ facultatem ſibi fieri ſtuduerunt. Litteris igitur ad R. D. Cardinalem *Paccium* Ordinis Protectorem ſcriptis propoſitum ſuum omni cum humilitate expoſuerunt. Accidit ea res *Paccio* gratiſſima, qui apud Pon-

1539. tificem egit, vt pro suo illæ desiderio responsum acciperent, quod ipse litteris commendauit sub die quarto Non. Aug. Quibus quidem litteris initium est: *Inuictum nobis ab Apostolica Sede seruitutis officium*, &c. tenore verò ipsarum, domus in Monasterium instituitur sub inuocatione *Iesu Mariæ*, & tertiâ Regulâ Ordinis Minimorum *S. Francisci de Paula* (cum moniales ipsæ ex vulgi instituto & *Ibid.* ipsu *Beati* nuncuparentur, idque nomen communiùs obtineret) professio sub votis Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ permittitur, eaque omnia quæ ad Monasterij perfectam institutionem faciunt conceduntur, erogatis insuper Ordinis immunitatibus, priuilegiis & gratiis. Monasterium in ipso suburbio situm fuit intra fines Parochiæ *S. Isidori*, sed haud diu steterit. Nunquam enim obtinere potuerunt vt à Patribus Ordini ascriberentur, dato siquidē supplici libello cùm instarent apud Patres *Fori-Iulij* congregatos an. 1556. vt in Ordinem admitterentur, repulsam tuleruns, quam & antè tulerant in Generali Conuentu ibidem celebrato an. 1547. vt posteriora hæc Acta fidem faciunt, nec magis profecerunt apud Capitulum *Vrbinatis* tertiò celebratum an. 1562. vt tamen potentissima Hispaniarum Regina *Elizabetha Francica* quam *à Pace* Hispani cognominant, pro eis interceſſerit, cuius precibus hoc tantum referre potuerunt, vt pro Tertiariis quas vocant agnoscerentur, spe tamen factâ si quando res earum meliori statu possent consistere, vt Monialium nomine & loco acciperentur. Sed premente per tempus paupertate ac rei familiaris angustiâ, quòd ab Ordine fuissent destitutæ, cui earum in Moniales institutio nunquam placere potuit, tota res in nihilum recidit. Post omnia enim *Illust. & R. D. Gaspar de Quiroga* S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopus *Toletanus* earum vicem miseratus, omnes in Monasterium *Sanctæ Mariæ Albæ* transtulit, vbi tantos in omni virtute progressus se fecisse ostenderunt, vt pleræque per vices eius Monasterij administrationem cum magnâ laude sustinuerint, nominatim verò Sor. *Maria à Trinitate* magnarum virtutum & præstantis animi virgo, ac tandem sancto fine in illa domo vniuersæ conquieuerint.

1539.

Bzov. 1556. 1547. 1562.

Priuileg. Apostol.

5. Per illud tempus cùm quidam sub habitu nostro diuagarentur, idque in scandalum Ordinis & offensionem externorum vergeret, *Faber* & *de Calce* apud Pontificem expostulantes mandatum ad vniuersos Ecclesiæ Prælatos retulerunt, quo illis autoritas fiebat errones illos & malè feriatos nebulones comprimendi, denunciatâ & latâ cùm opus foret excommunicatione, atque per vices (vt res ferre poterat) repetitâ, quoad resipiscerent & Pontificis imperata facerent, plumbatis codicillis sub die VI mensis Augusti, & hoc verborum initio, *Cum sicut dilecti filij*, &c. Descripsit noster de Pereinis tom. 2. Constitut. III. *Pauli* III. vbi notat eam constitutionem non esse in vsu, quantùm scilicet ad pœnam & coërcitionis modum qui in ea describitur. Relegi potest ex Regesto quod subiicimus ad finem huius operis.

Obit. Card. Simonetæ.

Simoneta.

6. Hoc eodem anno *Illust. & R. D. Iacobus Simoneta*, cuius nomini & memoriæ plurimùm debemus (vt ex iis cōstat quæ in anteceſſum diximus) è viuis sublatus est. Et ille quidem *Mediolano* ex gēte nobilissimâ oriundus, per omnes honorum gradus in Curia Romana ad sacram purpuram peruenerat *Pauli* III. P.M. beneficio Aulæ nimirùm Cōsistorialis Aduocatus, Rotæ auditor, Episcopus *Pensinus* tùm *Pisaurienſis*, etiam *Laudenſis*, *Nepesinus* & *Constantinus* Administrator fuit. Legatus insuper ad Concilium *Vicentiam* indictum, dissidentibus inter se *Florentinis* & *Senenſibus* datus Arbiter, rerum Anglicanarum quas Rex *Henricus* VIII. turbauerat, allectus Iudex, aliisque præclarissimis muneribus adhibitus, famam quam per plures annos collegerat, excellentis eruditionis, prudentiæ, integritatis, magnificentissimo præconio exaggerauit. Sed nos præstantis alioquin viri & de nobis optimè meriti laudationem non scribimus, quam scilicet Sadoletus, Victorellus, Vghellus, & alij copiosiùs executi sunt. Laudantur plura eruditionis eius monimenta, sed nullum fortè antistat illi quod produximus, in quo nescias quid potissimum mireris ingenij vim aut iudicij maturitatem, rerum aut verborum delectum, styli facilitatem aut elegantiam. Sed quod omnibus longè præstulerim, animi pietas est & studium, illaq; in B.P.N.

deuotio

1540. deuotio quam rerum eius tractatione collegit, & ad vltimum vitæ spiritum 1541.
eoluit & seruauit, vt eâ de causâ tanquam qui eius patrocinio singulariter confideret in æde noſtra SS. Trinitatis & sacello priuato quod nomen ab eo haber, inhumari voluerit.

An. M. D. XL. 1540.

Otranto Golfo di Venetia. Durazzo.

1. HYdruntum, quæ Antiquis *Hydrus* dicta, vrbs est vetustissima, cœli clementissimi, & agri amœni ac fertilis; ad fluuium nominis eiusdem, in ora maris superi siue *Adriatici*, contra *Dyrrachium*, cuius direptionem ante annos sexaginta *B. P. Franciscus* prædixerat, recuperationem verò & indixerat & iuuerat, vt ad annum 1480 meminimus. Cuius quidem beneficij memores *Hydruntini*, quod tanto antè in votis habebant nunc demùm impleuerunt, vt nostris scilicet domicilium apud se constituerent. Qua parte Ciuitas mari aduersa est extat mons, *Martyrum* dictus à cæde septingentorum ciuium, cùm vrbs in Turcarum potestatem venit tempore quod prædiximus. In eo nostri ciuium liberalitate Monasterij fundamenta iecerunt hoc anno, die autem mensis Aprilis XIII, cui nomen *B. P. N. Francisci* datum est in æternam beneficij olim accepti memoriam. Archiepiscopali Sede inclyta vrbs est, quam magnâ nominis *di Capua.* suî gloriâ pro tempore obtinebat *P. D. Petrus Antonius de Capuâ* Neapolitanus, qui nostris gratia & fauore non defuit. Conuentus Hydrunti. 1480.

2. Ad diem mensis Iulij XXV noster *de Fabra* Generalis, & *de Cuhr* Zelosus, omnium retrò priuilegiorũ ab initio fundati Ordinis singulis in specie designatis & summatim expressis confirmationẽ à Pontifice impetrauerunt. Ratio exquirendæ fuit (vt habent diplomatis verba) quòd ea firmiora censeantur quæ Sedis Apostolicæ confirmatione sæpius roborantur. Ipsa verò confirmatio facta est, in formâ vt loquuntur amplissimâ, & certâ scientiâ & plenitudine potestatis. Incipit Pontificium diploma *Regimini militantis Ecclesiæ*, &c. Ediderunt nostri & exteri ferè omnes qui de hac materia scripserunt. Cõfirmatio Priuileg. amplissima.

An. M. D. XLI. 1541.

Beauregard Gaichard.

1. NVlla nobis antè hunc annum occurrit memoria de origine Conuentus *Belliregardensis* cùm scilicet *Guichardus* noster ex Collega Generali electus in Prouincialem *Aquitaniæ*, ad Capitulum *Valentiæ* in *Hispaniâ* celebratum *du Prat.* de Conuentus huius primis initijs, & *R. D. Guillelmi à Prato* Claromontani Episcopi affectu & animo in Ordinem, retulit. Prius tamen posita fuisse illius fundamenta necesse est, sed quo tandem anno non satis certum. Magnum iam olim studium *Guillelmi* erga nostros fuisse non est dubium, ex quo scilicet *Francisca Veyna* mater eius apud *Nigrenenses* nostros sepulta est, vt ad ann. 1507. meminimus, non prius tamen in rem videtur exijsse, quàm se *Guichardus* noster concionum suarum famâ & merito, in illius familiaritatem & animum induxit, quod videtur mihi non antè factum quàm Prouincialis apud Aquitanos electus est, id verò ad annum 1538. contigit, quare haud multo antehac tempore Conuentus ille *Belliregardensis* videri potest initium accepisse. Sed vt procul habeamus illam de tempore inquisitionem, constat omninò *Guillelmi Pratensis* gratia & beneficio, *Guichardi* verò nostri operâ Conuentum quem illic habemus fuisse institutum; & *Guillelmi* quidem effusa in nostros liberalitas nullis sumptibus pepercit ad opus educendum & amplificandum, quod etiam pro illius voluntate non processit, cùm nostri numero pauci haud pares essent tam profusæ largitati exhauriendæ. *Guichardi* verò indefessum ad conciones habendas & procurandam animarum salutem studium optimi Antistitis animum in dies sibi suisque conciliabat, qua in re adeò excellebat vt incertum esset plus ille amaretur, an qui amaretur magis dignus esset. Sed nos de vtriusque laude aliquando copiosius & maturius. Porrò *Belliregardum* non ignoti nominis mu- *Auuergne.* nicipium est, in *Aruernia* inferiori seu planâ, quam *Limaniam* seu *Alamaniam* vo- Concentus Belli regardi. 1507. 1538.

Digitized by Google

1541. cantiam inde ab antiquo, situs illi est in agro feraci spatioso & iucundo inter *Liternum & Iternum* fluuios (si Belliforesto fidendum est) quâ proximè in *Elaurim* influunt, nomen verò à prospectu, qui longè lateque patet atque supra quàm cogitari potest gratus & amœnus est. Itaque non possum quin Sidonij Apollinaris *Limanium* suam laudantis verba referam, vt laus sua præclaræ regioni constet. Ea sunt epist. xxj. lib. iv. *Taceo* (ait) *Aruernici territorij peculiarem iucunditatem, taceo illud æquor agrorum in quo sine periculo quæstuosa fluctuant in segetibus vnda, quod industrium quisque quo plus frequentat hoc minus naufragat, viatoribus molle, fructuosum aratoribus, venatoribus voluptuosum, quod montium cingunt dorsa pascua, latera vinetis, terrena villis, saxosa castellis, opaca lustris, aperta culturis, tenuia fontibus, abrupta fluminibus, quod denique huiusmodi est vt semel visum aduenæ multo patriæ oblitionem sæpè persuadeat.* In tali ergò *Aruernica* regionis parte collocatum *Belliregardum* est, atque in planitie proxima nostrum Cœnobium, cui præter ipsius tractus speciem nihil deest ad iucunditatem & commodum, est enim hortis viridariisque succinctum opimis illis atque florentibus, ædificiis amplis & firmis cultum, rebus sanctis sacrisque pignoribus venerandum, *Beatæ Virginis Annunciatæ* titulo consecratum, religiosâ solitudine iucundissimum, Fundatoris merito & nomine clarissimum. Sed de his post hæc commodius. 1541. *Limagne. Litre. Iure. Allier.*

Capitulum Gen. XII.

2. *Valentiam* scilicet in *Hispaniâ* veniendum est, quò indictus antè annos tres generalis ex Ordine Conuentus. Inter primos adfuit *Faber* Generalis, & reliqui omnes maturè occurrerunt. Die igitur Maij mensis xxiij. conuenientes, imprimis Actuarium elegerunt. Is autem fuit *R. P. Hieronymus Sammarcus de Cryptalijs* (vt habent M. SS.) à nobis anteà laudatus. Ad tertium illi diem, qui fuit Dominicæ Ascensionis, de rebus Ordinis non pauca in deliberationem adduxerunt, atque imprimis quæ ad officij diuini celebrationem pertinerent, placuit verò inter cætera vt ad diem xiiij. Ianuarij & per Octauas Officium de *Nomine Iesu* ageretur: tum verò ne cui causa subesset alios temerè aut leuiter traducendi, graues in eos qui alteri præter veritatem aut extra probationem crimen obijcerent pœnæ propositæ sunt. De infirmis etiam ne quid grauius per Superiorum negligentiam paterentur cautum est, quibus possent modis per alios subleuari, priuata inter hæc multa vel probata vel composita, vel abrogata sunt, prout res tulit & accuratior deliberatio. Die xxvj. Ascendentis in cœlum Christi memoriam referente, Generalis eligendi cura incu-

Gen. XII. buit. Omnium autem suffragiis *R. P. Gaspar Ricciullus à Fosse* qui *Paulæ* morabatur in eam dignitatem reuocatus est, tantâ fuit ille apud omnes doctrinæ & virtutis opinione. Vnicum certè suffragium distractum est. Per eius absentiam qui congregationi moderaretur (ita tùm fieri solebat) electus est noster *de Fabro* qui officio per subsecutam electionem excesserat, moxque habitæ Deo gratiarum actiones, quales agi pro more consueuerunt. Nec mora eiusdem diei pomeridianis horis ad Collegarum delectum consederunt. Italus fuit *R. P. Hieronymus Sammarcus* qui Acta exceperat, assumptus ex Collega Prouinciæ *Apuliæ*, eiusque loco suffectus in prædictum *Apulia* Collegam *R. P. Franciscus de Cryptalijs.* Gallus *R. P. Nicolaus de Fonte, Nigeoni* professus, iam nunc verò ex Collega Prouinciali *Lombardiæ* delectus, summisso in locum eius *R. P. Ioanne Iannetino*, Hispanus denique *R. P. Didacus*, vel vt habent MSS. *Iacobus Alburquerquius*, cuius cognomen in editis desideratur, pro tempore Collega Prouincialis Andaluziæ, in cuius vicem electus *R. P. Petrus Velasquezius.* Continuò etiam Procurator Generalis cooptatus *R. P. Saluius de Puteo* ex Collega Generali, ascripto quidem elogio quod ab editis debet excidisse, MSS. enim omnia retinent. Sed nos aliquando cum fructu rependemus. Protracto ex hoc ad duos dies consessu, cum priuatis pluribus hæc etiam constituta: Prouincialibus autoritas abrogata, seu potius damnata corruptela quæ inoleuerat, vt pro sua voluntate Conuentuum electiones inuerterent aut irritarent: Scholasticorum priuilegia moderata & vbi difficultatem pariebantur interpretata sunt; ac demum probatis Actis apud *Paulam & Benenum*, quibus

Collega. *de la Fontaine. Iannetin.* *de Alburquerque. Velasquez.*

Procurat. Gen. XII.

per

1542. per præsentes sanctiones derogatum non esset, indictoque *Forum-Iulij* Capitulo, in pace omnes discesserunt. *Faber* Ordinis sigillum vtrumque (quorum traditione censetur abdicata & collata dignitas) *Silvio Puteano*, cui ex officio in Vrbem proficiscendum erat, in manus dedit, *Gaspari*, qui *Paulo* vt diximus hærebat, in dignitatis argumentum & possessionem deferendum. *Puteanus Paulam* magnis itineribus venit, nostrumque *de Fosso* nihil minus cogitantem Ordinis Antistitem salutauit, qua in re cum satis certa diuinæ voluntatis argumenta *de Fosso* agnosceret, non abnuit, sed forma gregis factus ex animo cum singulari humilitatis sensu officium suscepit per infelicia quidem tempora quibus Christiana Regna cum ipsa Religione non parum concussa sunt. 1543.

An. M. D. XLIII. 1543.

Xerez de la frontera.

1. XEræ municipium apud *Hispanos* frequens in tractu *Hispalensi*, quod ad ann. 1524. descripsimus, cum de Monialibus eodem loco institutis ageremus, ad hunc annum virorum Cœnobio longum iam tempus expetito nobilitatum est. Die sancto Pentecostes nostri possessionem adierunt præeunte *R. P. Alphonso de Aquila* seniore, Prouinciali. Nomen idem quod plerisque in *Hispaniâ* inditum *sanctæ Mariæ de Victoriâ*. Situm est in vico *Vectura* ad portam *Arenariæ*, vt meminit Tristanus in vita *B. M. F. Ioannis à sanctâ Maria*. Opus commodum est & splendidum, in quo solent quadraginta diuersari. Oppidum ipsum in ditione Ducum *Assidonia* quorum pietas in nostros semper eluxit. Atque de huius Conuentus origine haud plura per Hispanos scriptores nostros accepimus. Tempestiuè autem dicemus de *F. Ioanne à sanctâ Mariâ*, qui hunc Conuentum sanctissimâ vitâ & multis miraculis illustrauit.

de Aquila. de la Carreteria. del Arenal.

Medina Sidonia.

Conuentus Xeræ. Pentecoste fuit die xiij. Maij.

2. Hoc eodem anno *B. M. P. Ioannes à Tropea* suâ operâ effecit vt in patriam vrbem inducerentur nostri. Tanta nimirùm vitæ sanctimoniâ illustris erat apud ciues suos vt huius vnius merita satis essent ad populorũ studia erga suos mirabiliter excitanda. Nostros igitur *Tropæani* auidè expetierunt & auidiùs exceperunt iactis magnifici & firmi operis fundamentis in quod nostri die Maij mensis xxiv. subierunt. Loco nomen factum *Sanctæ Mariæ Auxiliatricis* seu *de Succursu*, quem triginta sex à nostris incolunt. Alumni sui memoriâ & continuis per eius intercessionem beneficijs *Tropea* triumphat. Ita decuit vt qui magnificum opus cœperat, nomine suo post omnia coronaret. Est vero *Tropea* seu *Tropia*, quæ Antiquis *Tropæa* & *Postropea*, vrbs Brutiorum apud *Vaticanum* promontorium, vbi Sinus *Hipponiates* desinit, non procul à portu seu *foro Herculis*, quod cum ipsa *Tropea* nonnulli confundunt. Vrbis regiæ & Episcopalis dignitate gaudet, nobilis, pulchra, populosa & fidei encomio glorioſa est, eius laudes Hieronymus Marafiotius singulari capite. h. lib. 2. xviij. prosecutus est.

Tropea. Capo di Vaticano. Golfo di S. Eufemia. Formi-cole.

Conuentus Tropeæ.

An. M. D. XLIV. 1544.

1. INeunte anno ipsisque adeo Calendis Ianuarijs, *Castellani* nostri, qui diuulsâ Prouinciâ, per se ab anno 1537. constiterant, in ædiculam *S. Rocho* sacram apud *Vallisoletanos* ingressi sunt, quam à die Octobris xv. anni superioris, à Sodalitio eiusdem S. *Rochi* comparauerant, seruato Sodalibus iure sacelli maioris aliarumque rerum, quod anno demùm 1595. probante *Clemente* VIII. Pontifice numeratâ pecuniâ nostri redemerunt. Sita est ædes in campo *sancti Sebastiani*, extra Pontem maiorem, inter *Pisoracam* fluuium, & *latos*, quod dicitur *Marochianum*; alterum huic proximum erat Oratorium *sancto Sebastiano* nuncupatum. in ipsius fluuij orâ lævam versùs, atque hæc nostri cum tempore priori ædi quæ angusta supra modum erat adiecerunt, ex hoc, si non magnificam, certè pulchram & amplam domum, tribus ad Ecclesiam compactis lateribus & tectis instructam, constituerunt. Hortis succincta est amplis, amœnis

Conuentus Vallis Oleti. 1537. 1595.

Pisuerga. la Cuesta Marroquesa.

Digitized by Google

1544. & prouentus non exigui. Atrium ad maiorem portam habet, quâ in pontem 1544.
ſpectat, auguſtum lateque fuſum, fonte pulcherrimo & longè ſalubertimo irriguum, qui ab incolis *Fons Solis* nominatus eſt. Inter primos benefactores
fuit *D. Ioannes à Xera*, qui contractum nomen à Sodalibus prædictis quo ſe noſtri onerauerant, liberaliter & ſponte remiſit. Collegium illic inſtitutum à
piis & magnificis fundatoribus, de quo dicere ampliùs non differemus. Primus quidem Fundator eius Collegij fuit *Nob. D. Fernandus à Villafaña*, qui
audiendis fiſci cauſis apud Valliſoletanos præerat. Octo ille qui lectiones audirent inſtituit, attributis ad eam rem prouentibus exiguis quidem pro illo numero & perexilibus, ſed ad quos augendos, nepoti ſuo *Ferdinando* & nepti *Buſendæ à Villafaña*, deficiente legitima prole, noſtros pro legendis DC. numûm
quos ducatos vocant in annuum redditum ſubſtituit, additâ conditione vt duæ lectiones Theologicæ haberentur, quæ omni ſpe illa procul, nihilominus à noſtris celebrantur. Eius Collegij inſtitutionem probauit *Gregorius* XIII. Pont.
Opt. Max. & Patres qui *Genuæ* ad illud tempus conſederunt, non tamen poſſumus in certum definitumque tempus primam originem conſignare. Numerum priorem adduxit *D. Ludouica Vul* Licentiati *Salinas* fiſcalis Aduocati vi-
dua. Hic ſe apud noſtros ſepeliri mandauerat, viduæ ſuæ facultatem teſtamento faciens bonorum partem in quod vellet pium opus erogandi. Et illa quidem ſacellum in Clauſtro huius Cœnobij noſtri magnificum & ſplendidum S. *Didaco* ſacrum poni & ad ſummum perduci curauit, numeratâ etiam annuâ (vt loqui ſolent) dote, inſuper verò & tribus in Schola educandis de-
1571. menſos redditus liberaliter contulit. Ea propter in Capitulo *Auinionenſi* 1. Fundatricis nomen iuſque promerita, quod deinceps ſorori ſuæ *Beatrici D. Michaëlis Sanchezij de Araiz* regij Rationalis conſorti à Patribus *Genuæ* VI. confidenti-
1596. bus, gratitudinis ergò, delatum eſt. Maius in Eccleſia ſacellum à *Nobiliſſ. D. Annâ de Zuniga* fundatum eſt, atque ad illud ſepulchrum ſibi conſtrui ipſa curauit. Ius patronatus ad Comites à *Ribadauia* Fundatricis nepotes, tranſmiſſum eſt. Eſt porrò *Valliſoletum*, ſeu vt alij dicere malunt, *Valdoletum*, locus in
amœniſſima *Piſoracæ* ripa, non *Hiſpaniæ* ſolùm, ſed Europæ totius pulcherrimus, agro beatus fertili frugum, animalium, vini, omniſque generis fructuum, vt à Marineo Siculo deſcribitur. A *Philippo* II. Hiſpaniarum Rege collata vrbis dignitas oppido, quod ſua ipſe natiuitate, progenitores verò ſua ſede &
1595. habitatione illuſtrauerant, id factum anno 1595 cùm in annum proximum à Pontif. *Clemente* VIII. Epiſcopus in eadem Vrbe inſtitutus eſt, ſub Archiepiſcopo & Primate *Toletano*. *Pintiam* ab Antiquis dictam plures ex recentioribus exiſtimant, & xxij. leucis à *Burgis* in Occidentem, totidemque à *Salmantica* in Africam, xviij verò à *Legione*, in cuius nominis regno poſita eſt, deſcribunt. Gaudet Conuentu totius *Caſtellæ* & adiacentium regionum iuridico, & Academiæ inſuper dignitate floret. Iconem Brunius Theatri l. 1. tab. 3. dedit elogiumque aſcripſit.

de Xerez.

de Villafa-ña.

Val. Salinas.

Sánchez de Araiz.

de Zuniga. de Ribada-uia.

Valladol. Peſonga.

Burgos. Salamanca. Leon.

Capitulum Gen. XIII.

2. Celebrandus hoc eodem anno generalis Conuentus *Forum-Iulij* in Pro-
uincia indictus erat, ſed cum bellum inter Cæſarianos & Gallos exarſiſſet, non
erat tutus adeundi locus, quare Pontificis litteris *Bononiam* Patres euocati
ſunt, acceſſit Regis voluntas, qui noſtros *Forum-Iulij* venire ob intentatum *Prouinciæ* bellum non permiſit, infeſtabatur etiam mare à piratis, vt abſque periculo ex *Hiſpaniâ* in *Italiam* nauigari non poſſet, neque fortè ſatis maturè. Protectoris & Generalis litteræ, quibus ea euocatio ſignificabatur, ad ſingulos Prouinciales peruenerant: *de Foſſo* igitur, ne quid à ſe deſideraretur, alias à Pontifice litteras impetrauit, quibus in duos menſes Capitulum prorogabatur. Itali qui *Bononiam* conuenerant, in id tempus reliquos expectauerunt, ſed *Hiſpani* omnes per litteras vt excuſati haberentur rogauerunt compromittentes in *R. P. Didacum Alburquerquium* Collegam Generalem ſuæ gentis: Galli ferè nulli illuc euadere potuerunt, igitur qui aderant cùm longius differre non poſſent ad diem xxij. Iulij menſis qui B. Mariæ Magdalenes feſto celebris erat conuenerunt (hoc eſt poſt duos ab Aſcenſione menſes, illa enim ad xxij. menſis Maij occurrerat) vbi propoſitis de aliorum abſentia cauſis

Fro-iulc.

Bologna.

d'Alburquerque.

& in

1544. & in Scribam electo *R. P. Hieronymo Sammarco de Cryptalijs*, de quo non ſemel diximus, ſi tamen fides editis haberi debet, cum MSS. conſtanter *electum R. P. Ioannem de Flumine-frigido* perhibeant, continuò ad electionem Generalis proceſſerunt. Is autem fuit *R. P. Marcellus Palmerius* multis olim dignitatibus maximâ cum laude perfunctus, quibus autoritatem ſibi nomenque optimum comparauerat, & deinceps amplius etiam comparauit, vt ſuo tempore dicemus. Nactus igitur ille omnia ſingulaque ſuffragia, merito excellentis & probatæ virtutis atque doctrinæ ad ſummam inter ſuos dignitatem ſubleuatus eſt, vnicum, quod eius fuit, ſuffragium in *R. P. Franciſcum Paglarinum Sicilie* Prouincialem collatum eſt. Deductus in Eccleſiam omnibus in gratiarum actionem effuſis, manuum oſculatione & adgeniculatione, ſingulorum obedientiæ profeſſionem accepit. In alterum diem cooptati Collegæ, & in Italum quidem *R. P. Placidum Talaia* quem antea ſæpè laudauimus, in Gallum verò *R. P. Hugo de Calce* antè tres annos ſecundùm Zeloſus, in Hiſpanum denique *R. P. Petrum Mignonium* quem MSS. quædam *Mignoſa* vocant. Ipſe autem *R. P. Gaſpar de Foſſo* ex Generali in Zeloſum & Actorem communium negotiorum conſtitutus eſt, quem cùm Patres præuiderent maioribus per Pontificem rebus occupatum iri, ne quid per ſuam abſentiam damni caperent quæ occurrerent agenda, in omnem euentum qui vices eius ſuppleret nominauerunt *R. P. Albertum* (ſiue *Aldebertum* vt legimus in MSS.) *de Alemaniâ*. Priuatis rebus inter hæc compoſitis prout occaſio tulerat, pauciſque admodum ſanctionibus editis, & vt mihi videtur vnâ hac memorabili, ne per Generalem aut Prouincialem inſtituta exceſſu dignitatis abrogata cenſerentur, ſed quoad expreſsè per ſucceſſores abiudicarentur, vim roburque obtinerent, & poſt omnia futurâ in proximum congregatione *Fori Iulij* per regreſſum reſtiturâ, niſi periculum aliquod inſtaret, quo caſu indicendi Capituli poteſtas, & in præſens & in perpetuum, Generali facta eſt, priùs tamen Apoſtolica Sede conſultâ, omnes de bono ſucceſſu ſib inuicem gratulati & apud ſe gaudentes diſceſſerunt.

Palmeri. *Paglarino.* *Talaïa. de la Chaux* *Mignon.* *de Foſſo.* Collegæ Procuratore Genet. XIII.

3. Hunc porrò annum luctuoſum nobis fecit obitus *Reuerendiſſimi & Illuſtriſſimi Antonij Puccij* Protectoris amantiſſimi & verè optimi, qui *Balneoregij in Tuſciâ* cum iam Epiſcopus Card. *Sabinenſis* eſſet, ad meliorem vitam tranſiit, vnde in Vrbem relatus in æde *S. Mariæ ſupra Minervam* ſepultus eſt, cum hoc Epitaphio, quod in vicem operoſioris laudationis, dum in mora eſt, proferimus.

Obit. Card. Puccij Protect.

D.O.M. *Antonio Puccio Epiſcopo Sabinenſi Cardinali Sanctorum Quatuor Maiori Pœnitentiario, moribus & religione ac in omnes probos liberalitate ſingulariſſimo, qui vixit annos* LX. *dies* IIII. *Robertus Puccius Cardinalis Sanctorum Quatuor, maior Pœnitentiarius, fratris filius iuxta Clementem Papam* VII. *à quo purpuram acceperat ſepulchrum faciendum curauit. Mortem obijt anno* 1544.

Etſi verò de eius vitâ, geſtis & morte dicendum in *Protectore Religioſo* ex profeſſo ſuſceperim, non poſſum tamen quin de beato illius exitu ea hic commemorem, quæ M. Antonius Georgius eius familiaris in editione XIV. homiliarum *De Corporis & ſanguinis D. N. Ieſu-Chriſti Sacrificio*, quas *Puccius* noſter compoſuerat & reliquerat (fuit enim Theologus inſignis & pluribus ſcriptis illuſtris) memoriæ tradidit. Ille igitur epiſtolâ *Ioanni Maria* Cardinali *de Monte* inſcriptâ de *Puccio* hæc habet: *Cùm dies & noctes multa piè commentaretur, adidque quod de corporis & ſanguinis D. N. Ieſu-Chriſti ſacrificio cœperat opus perduxiſſet, vt nihil ex eo, cùm ea quæ vellet addidiſſet & correxiſſet, deſiderari, ne ab ijs quidem qui inſectari cuperent, poſſet, in morbum ſubitò incidit, quo cùm diu vehementiuſque afflictaretur, mihi totum opus ſæpius etiam moriens commendauit, in quo ſeipſum conſolans latus admodùm & gaudens in cœlum conuolauit.* Epiſtolâ verò ad Lectores ſub finem operis homilias ipſas earumque autorem commendans: *Rem magnam & ſummo ſtudio ac*

Digitized

1544. *pietate elaboratam & veſtra lectione dignißimam haberetis, optimi Lectores, ni tam ſubitò conſecuta mors eſſet. Quamobrem omnes vos oratos volo, vt amore potius & lachrymis Optimi & ſanctißimi viri memoriam proſequamini, quàm quicquam in eo reprehendatis. Quantò enim hæc quamuis pauca quæ ex quodam etiam quaſi naufragio collegi, vberiora ſplendidioraque eſſent, ſi & hæc ipſa corrigere & illis addere potuiſſet quæ tãto ſtudio & animi ardore quotidie faciebat, cùm nihil tamen non agere videretur vt virtutem ſuam tantam occultaret, & vni Deo Opt. Max. totam ſine vlla inflationis & inanis gloriæ cupiditate offerret atque conſecraret. Dolendum & valdè dolendum ſemper omnibus & deplorandum tanti candoris & innocentiæ lucem tam alieno tempore tamque ſubito ereptam nobis & extinctam, non ſuo quidem ipſius incommodo, qui ex tot & tam multis calamitoſæ huius & miſerrimæ vitæ laboribus & ærumnis non minus libenter quàm hilarè elapſus, felix & beatißimus ijs fruitur in cœlo quæ tam piè nobis exponebat, cùm vitam in terris ageret: ſed noſtro, qui tot ac tantis de Deo & æternâ gloriâ caremus & rebus & myſterijs, quæ tam nobis incommoda morte dicere & explanare non potuit.* 1545. Quin & hoc Fauſti Sabæi funebre carmen ne ſubinferam, imperare mihi non poſſum.

Hic Puccij oſſa iacent Antonî condita, circum
Tibris & Aonides flens Chariteſque ſimul.
Virtutem, ingenium excellens, morteſque benignas
Diſcite ab inſuetis luctibus ac lachrymis.

Hæc porrò eo conſilio deſcripſi vt interim omnes intelligant, quantum virum aduerſa & immatura mors nobis ſubduxerit.

Protect. IV. 4. Eiuſdem gentis *Roberti Puccini* & *Antonij* noſtri patruus ex Epiſcopo *Piſtorienſi* Cardinalis Sanctorum Quatuor à *Paulo* III. octauâ quam habuit ordinatione an. 1542. IIII. Nonas Iunij creatus, poſt verò maior Pœnitentiarius, deſiderium filij fratris ſui aliquantiſper ſuſtinuit, nobis in Protectorem ab Optimo Pontifice datus, vt qui fratris *Laurentij* & *Antonij* nepotis fortunam ſecutus erat, eundem in noſtris affectum & amorem retineret.

Conuentus Cirellæ. 1. PAlmerius per turbulenta quæ vigebant tempora cum pedem *Italiâ* efferre non poſſet, vt progreſſu aliquo apud ſuos incrementum Ordo acciperet omni qua potuit operâ eniſus eſt, *R. P. Auguſtino Cretonenſi* adnitente apud *Calabros* non inutiliter id tentatum. Ad portum *Phocenſem* inſula eſt *Cerilli* nomine, aduersâ in eam facie ac in ipſa continenti oppidum eſt eiuſdem nominis, in loco excelſo & conſpicuo, *Talaiſinûs*, vltra *Laïum* fluuium, terminus. Illud Strabo in hæc verba commemorat. *Iſthmus à Thuriis in Cerillas extenditur prope Talaïum, ipſius autem Iſthmi milliaria ſunt triginta ſeptem cum dimidio.* Ager vino generoſo & per *Italiam* nominatiſſimo gaudet, ſacchari prouentu opulentus eſt, abundat oleo & reliquis ad vitam neceſſarijs. Mare piſculentum ingenti Tunnorum copia redundat, quorum piſcatione *Cerillani* non parùm proficiunt. Eius oppidi ciues noſtrorum ſanctitate cognita ex quo *Blandam* conceſſerant, magno eorum deſiderio tenebantur. *Auguſtinus* ille noſter, ne quid amplius bonos oppidanos moraretur ſua induſtria & ſtudio effecit. Illis igitur vltrò poſcentibus, ad diem v. menſis Iulij eò noſtri commigrarunt & ſedem in oppido fixerunt, qui ædi ſuæ nomen *Sanctæ Mariæ a gratiâ* impoſuerunt. Agunt illic non pauci numero, qui ciuium liberalitatem in dies experiuntur.

Porto delle Foceſi. Cirella. Golfo di Scalea. Laino è Lao. Belvedere.

Conuentus Citi. 2. *Cerilli* ad mare *Thyrrenum* pertinent, quibus ad mare *Ionium* ex aduerſo ſtant *Crimiſſei*, hodie *Cirenſes*. Ad hos noſtri proximè *à Cerillis* tranſierunt, ſed quo quidem tempore ignoramus, quare haud temerè fecerimus ſi eius rei mentionem in præſens non omittamus. *R. P. Dominicus de Paulâ* Conuentus apud *Crimiſſam* inſtituendi autor fuit, qui exemplaris vitæ & doctrinæ merito à ciuibus promeruit, vt quam ille gratiam ſibi conciliauerat, ſodalibus & toti Ordini ſuo efficeret communem. Ab oppidanis igitur noſtri expetiti & inuitati fuerunt, qui eorum beneuolentia vſi domicilium illic ſatis amplum & benè inſtructum

Digitized by Google

1545. conſtituerunt. Probabile mihi ſit non antè annum 1577. quo noſter *Dominicus à Paulâ* in Prouincialem electus eſt, hunc Conuentum initium habuiſſe, nec qui aliquantò poſt id factum iudicauerit videri poteſt temerè opinatus, neque enim ante annum 1581. in cenſum aliorum relatus eſt in Capitulo ſcilicet *Barcinone* primùm celebrato. Eſt autem *Crymiſſa* ſeu *Crimiſſa* oppidum *Oenotriorum* in *magnâ Graciâ*, ſupra eiuſdem nominis promontorium, quod & *Alecium*, quarto à mare milliari ad fluuium etiam cognominem. *Ionium* mare ſpectat in oſtio *Sinus Roſcianenſis*, diſtans leucis decem ab ipſo *Roſciano*. Quatuordecim millibus à *Chrimiſiâ*, *Briſtaccia* eſt in eminenti ſaxo ciuitas Epiſcopalis quæ nunc *Vmbriaticum* dicitur, in cuius diœceſi *Crimiſſa* ipſa, temporalem verò Dominum, titulo Marchionatus, habet ex nobili *Spinellorum* familiâ, de qua & iam diximus & in poſterum dicendum habebimus. Ager multis bonis à naturâ donatus cùm fertilitate, tùm raritate rerum nobilis eſt, de quo Marafiotius l. iij. c. xviij.

1546. 1581.

Ciro è Zirò. *Golfo di Roſſano.* *Vmbriatico.*

An. M. D. XLVI. 1546.

1. HIſpalenſes noſtri, *Caſtellanorum* diligentiam imitati, qui antè duos annos *Valliſoletum* progreſſi fuerant, & ipſi terminos ſuos hoc anno proculerunt. Prouincialis erat *R. P. Franciſcus à Baëza* vir eruditionis eximiæ & probatæ virtutis, qui apud viros primarios & ſuo merito & eorum quibus præerat exiſtimatione gratioſus, illorum beneuolentiâ & fauore ad decus & incrementum ſui Ordinis nunquam non vſus eſt. Et hoc quidem anno familiaritate quam cum Comitibus *Vrania* contraxerat hoc conſecutus eſt, vt in Dynaſtiâ quadam ſuâ *Hiſpalenſis* agri, ſeptem leucis ab ipſa *Hiſpali*, quam vulgo *El Arabal* vocant, inter *Vtreram* & *Paradas*, Monaſterij fundamenta ponerent. Familiæ princeps erat qui Fundator noſter fuit Illuſtris & Nobiliſſ. *D. Ioannes Telez Giron* apud Cæſarem ſacri cubiculi Præfectus & maior Oeconomus, cuius coniux Nobiliſſ. *D. Maria de la Cueua* fundationem non parùm iuuit, ſicut & deinceps eius loci incolæ, vt iam nunc illic degant quadraginta è noſtris & Studia litterarum ſatis frequentia eodem loco habeantur. Inducti autem ſunt in illum Conuentum noſtri die ſancto Aſcenſionis, qui in tertium Iunij menſis incidebat. Oppidani ſua beneuolentia & liberalitate in dies noſtris opitulantur, tantus eſt eorum cultus & deuotio in B. parentem noſtrum & omnes Ordinis profeſſores. Et quidem commodè accidit vt illic noſtri ſedem figerent quaſi in ipſo totius Prouinciæ meditullio, habet enim *Arabalenſis* illa domus *Hiſpalim* ad Orientem, *Aſtygim* ad Occidentem, *Cordubam* verſus Septentrionem, *Portum ſanctæ Mariæ*, *Xeram limitaneam*, *S. Luciferi fanum* verſus Meridiem, in ipſo verò Hiſpalenſi tractu alias vicinas domos quas ſuo tempore deſcribemus. Et de *Gironiâ* patriter gente, nobiliſſimâ certè illâ & beneficentiſſimâ tempeſtiuè memorabimus.

Conuentus Arabalij.

de Prena. *El Arabal.* Vid. an 1556

Telez Giron *la Cueua.*

An. M. D. XLVII. 1547.

1. MEdiolanum, *Inſubriæ* caput & emporium totâ *Italiâ* nobiliſſimum & ampliſſimum, media planitie fluuiolis pluribus irrigua, inter *Ticinum Abduamque* maiores fluuios, peropportuno ad *Alpes* ſitu, quem cœli ſolique temperies mirificè commendat, non modò inter primarias & maximas *Europæ* vrbes cenſetur, ob omnigenam cùm à natura tùm ab arte bonorum copiam, quam pulchrè Auſonius hoc carmine ſignificauit.

Conuentus Mediolani.

Milan. Teſino. Adda.

Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumera cultaque domus, facunda virorum
Ingenia, antiqui mores: tum duplice muro
Amplificata loci ſpecies, populique voluptas
Circus & incluſi moles cuncata theatri:
Templa, Palatinæque Arces, opulenſque Moneta.

1547. *Et Regio Herculei celebris ſub honore lauacri,* 1547.
Cunctaque marmoreis ornata periſtyla ſignis,
Mœniaque in valli formam circumdata limbo.
Omnia quæ magnis operum velut æmula formis
Excellunt, nec ſumma premit vicinia Roma.

ſed ve lmaximè ab antiqua pietate & religione quam illic *S. Barnabas* inſtituit, ac deinceps, vt tulerunt tẽpora viri Apoſtolici, & verò præcipuè qui ſucceſſerunt Archiepiſcopi per vices ſuſcitauerũt & excoluerũt. Inde priuata floreſcẽtis ex occaſione deuotionis monimenta quamplurima ortum habuerunt, atque inter hæc etiam iſtud quod recitandum habemus: Pueri quidam honorarij & nobiles Galli *Ludouico* XII. Rege *Mediolani* dominatum obtinente, & *Carolo Amboſio Georgij* Cardinalis fratre Regis nomen ac vicem ſuſtinente, tantam ex venatione ſitim contraxerant, vt parùm abeſſet quin enecarentur, ſteterant milliari ab vrbe vltrà progredi non valentes, & ecce, cum ſibi à cœlo remedium poſtulant, vnus aliquis B. Virginis imaginem in terra iacentem deprehendit, videtq; ad eius pedes ſcaturientem aquæ puræ & ſaluberrimæ venam, ſublatâ voce omnes conuocat qui diuino hoc beneficio recreati & in præſens B. Virgini, eius vt interpretabantur gratiæ largitrici, quod poſſent ſuæ gratitudinis monimentum ſpondent, & cum tempore pro ſuo voto ædiculam eius nomini erigendam curant. Illi titulum *B. Virginis à Fonte* loco & ædiculæ fecerunt in miraculi memoriam, noſtri *B. Mariæ ad Nines* nomine celebrant, quòd eo die factum illud miraculumque reſolant. Stetit aliquanto tempore ædes illa haud ſatis benè culta, ſed Illuſtriſſimo & Nobiliſſimo Principe *Ferdinando Gonzagâ Caroli* V. Imper. nomine apud *Mediolanum* imperante haud parùm res mutauit. Vt enim ſemper noſtrorum fuerat ſtudioſus, ita & res eorum promouere non deſtitit. Illos igitur in eam ædem inducendos curauit, domicilio interim tumultuariè conſtituto quo ad tempus vterentur. Factũ id Ianuarij menſis die x. deinceps verò maioris operis fundamẽta iecit, ſed immaturo fato præuentus perficere non potuit: ab eius morte lectiſſimi animi & nunquam pro dignitate ſatis laudanda fœmina eius coniux, *D. Elizabetha Capuana Molfetæ* Princeps, ad opus efferendum & abſoluendum, quod potuit contulit. Omninò ſplendidum illud eſt atque magnificum. Eccleſia in loco depreſſo, vt ad eam quindecim gradibus marmoreis ſcalâ vtrinque protensâ perueniatur. Sex fornicibus conſtat, quos marmoreæ columnæ ab vtraque parte amplectuntur & ſuſtinent, parietes ad viuum depicti hiſtorias ex vitæ *B. Virginis & S. P. N. Franciſci* repræſentant. Duo hinc & inde ſacella pro modo reliqui operis ſumptuoſa, vnum B. *Virgini Lauretanæ*, alterum *S. Carolo* nuper dedicatum. Tribus fontibus inſtructa eſt Eccleſia, vnus eſt ad atrium, extra ipſam Eccleſiã, paululùm ſubductus in læuam & muro cinctus, in quo leprâ infecti ſe lauant & ſanari ſolent: alter in ipſa naui corã maiore altare gradibus marmoreis quatuor ſeptus & in omnẽ partem canalibus inſtructus ex quibus facile ſit aquam haurire; tertius infra ipſum altare fons ille eſt miraculo cognitus à ſitibundis nobilibus pueris, cuius aqua ſolet bibentibus ad ſalutem per B. Virginis merita proficere. Haud abſimile eſt reliquum Clauſtri, Valetudinarij, aliarumque officinarum opus, quadraginta habitatoribus paratum. Nouitiorum domus à reliquo opere ſeiuncta ſatis ampla eſt & benè compoſita. Eccleſiæ quam diximus altera ſuperſtructa eſt elegans, ampla & magnifica. In ſubterranea iacere *Carolum Amboſium* Proregem accepi, ſed mihi res non ſatis liquet, qui tamen mihi narrarunt eius epitaphium illic extare, ſeque vidiſſe affirmant, & eius Fundatorem eſſe perhibent. Situs loci eſt ad portam *Comanam* paſſibus ab eâ mille, porta ipſa Septentrionem ſpectat *Comum* versùs, cui ex aduerſo porta *Vercellina* in meridiem oppoſita eſt, inter vtramque in Occaſum porta *Iouia* eſt, ad quam Arx totius Europæ nobiliſſima & munitiſſima iam olim exſtructa eſt. Mediolanenſis Archiepiſcopatus adminiſtrationem pro tempore ſuſtinebat *Illuſt. & Reu. Hippolytus* II. *Ateſtinus*, qui non potuit nouæ domus incunabula non fouere, tantus illi erga noſtros affectus & amor à puero fuit, vt ad an. 1532. meminimus.

di Capua. *d'Amboiſe.* *Gonzaga.* *di Capua.* *d'Amboiſe.* *Como.* *Eſt.*

2. In

Digitized by Google

1547. 2. In Galliâ res noſtræ quæ per munificentiam Regis etiam bellorum & publicæ calamitatis tempore non ineoncuſſæ modò ſteterant, ſed profecerant etiam, vt ad hunc diem quæ ſuperſunt in domibus pleriſque noſtris monimenta palàm faciunt, non parùm eius morte, quæ in diem Martij xxxj. decimum antè Paſcha incidit, hoc anno afflictæ ſunt. 1547. Ob Franciſci I. Regis.

Sublatum ingemuêre omnes, ſed præ omnibus, illa
Ille Camœna nobiles
Hebræa, Græca, & Latia, quas ille fouebat
Vt filias ſolet pater.

Nec verò illæ ſolæ, ſed omnes omninò Regni Ordines virorum imprimis Religioſorum, qui magnificentiſſimi Principis liberalitatem nunquam deſiderauerunt. At verò maximè Minimus ille noſter qui in tanto Rege & de cœlo filium & in terra parentem longè optimum atque dulciſſimum inuenerat.

Freim. Prouince. 3. Ad diem xvij. menſis Maij Generalis ex Ordine Conuentus *Fori-Iulij* (de quo antè diximus) in *Prouinciâ* frequenti Patrum conſeſſu habitus eſt. Priuatæ ipſius Capituli res imprimis actæ ſunt, aſſumpto in Actuarium *R. P. Bernardo Gaunito Aquitanicæ* Prouinciæ Collega, protractum id in diem xix. Aſcenſioni Chriſti Domini ſacrum, nonnullis interim, ac per occaſionem ad regularis obſeruantiæ conſeruationem decretis. Ipſo autem Aſcenſionis die inita electio eſt, quæ in virum verè magnum ac longè præcellentem incidit *R.* ſcilicet *P. Simonem Guichardum* Gallum, & pro tempore *Aquitaniæ* Prouincialem, licet cum eo ad ſuffragiorum penè paritatem *R. P. Gaſpar de Foſſo* Zeloſus concurrerit, cui tàm libenter dignitate ceſſiſſet, quàm omni ope precibuſque ac lachrymis vt abdicaret contendit, ſed qui illius merita apprimè cognouerant electores abductũ in Eccleſiam ſolemni ritu ac more ſalutauerunt. Collegarum electio in pomeridianas horas nec vltrà dilata non minus feliciter ſucceſſit. Italus fuit *R. P. Dominicus de Tauromena* ex Collega Prouinciali *Siciliæ* aſſumptus: Gallus *R. P. Bernardus Gaunitus* qui ſupra: Hiſpanus denique *R. P. Iulianus Hurtado* (non *Vertado* vt habent edita.) *Guichardum* noſter in locum ſuum ſuffecit *R. P. Bernardum de Chauaignes* & in vicem *Gauniti*, *R. P. Petrum Magaignes*. Continuò in Zeloſum ſeu Procuratorem Generalem delectus *R. P. Hugo de Calce* ex Collega Generali, tantò antè illo munere cum præclarâ nominis ſui gloriâ perfunctus, quantò & antè diximus. Per tres ex hoc dies variis quæ occurebant difficultatibus ſatisfecerunt, cum per moras *Guichardus* ex intimo humilitatis ſenſu ne *Reuerendiſſimus*, ſed *Reuerendus* tantum diceretur exorauiſſet, quod per aliquod tempus poſt hac obtinuit, atque poſt omnia vt in proximum *Valentiam* conuenirent placuit, & ſic demum Congregatio ſoluta eſt. Capitulum Gen. XIV. Collegæ. *de Tauromena. Hurtado. Chauaignes. Magaignes.* Procurator Gen. XV.

Bellemere. Eſtampes. 4. Fatalis fuit hic annus *R. P. Franciſco Bellamere*, quem in anteceſſum non ſemel laudauimus. Oriundus erat *Stampis* vnde nobis *Guichardi* duo & alij præſtantes viri exorti ſunt. Inter eius laudes hæc non eſt omittenda quæ Commentarijs Eccleſiæ *S. Martini* apud *Turones* inſcripta eſt, nec meliùs poteſt aut breuiùs quàm ijs ipſis quibus cõſtat verbis exponi. Ea ſunt huiuſmodi: *F. Franciſcus Bellemere Prædicator Apoſtolicus fuit primus qui per Aduentum & Quadrageſimam in hac Eccleſiâ S. Martini verbum Dei annunciare cœpit, præſertim contra hæreſim & doctrinam Lutheri quæ in Vrbe Turonica graſſabatur.* Reformationem Monaſterij Monialium *Bellimontis* extra vrbem autoritate Apoſtolica ſuſcepit, atque ibidem poſt ſanctos labores obijt, die, vt ex Breuiario prædictarum Monialium colligitur, xxvj. menſ. Maij. Plura iam præmiſimus quibus tanti viri laudatio poſſit expleri. Hoc eodem anno Valẽtini noſtri Eccleſiam ſuam quam an. 1533. deſcribebamus ſacris ritibus initiari & conſecrari prouiderunt, vt ex publico monimento ibidem ampliùs tradidimus. Obit. P. F. Bellam. *Beaumont.* 1533.

1548. *An.* M. D. XLVIII.

Obit. Card. Puccij Protect. 1. INeunte anno ad xvij. Calend. Februar. *Illustr. & R. D. Robertus Puccius* Protector vitæ finem fecit, in sepulchrum quod *Laurentio* fratri & *Antonio* alterius fratris filio in choro S. *Mariæ supra Mineruam* extruxerat illatus, magno bonorum desiderio & nostrorum quam maximè, qui *Robertum* fauentem sibi atque beneuolum, longùm viuere peroptabant.

Protect. V. 2. Sed illius desiderium continuò leniuit *Illustrissimi & Reuerendissimi D. Georgij Armeniacensis* in Protectorem cooptatio. Assumptus autem fuerat ex *Rusthenensi* Episcopo, sed transgressus anno superiore in Archiepiscopum *Turonensem*, deinde *Vabrensis* administrator ac Tholosanus Archiepiscopus euasit. Is antè annos tres in sacrum Collegium allectus, & autoritate apud Pontificem, & nobilitate qua Regiam domum Francicam proximè attingebat, & egregij animi corporisque dotibus, præpollebat, titulo donatus, *SS. Ioannis & Pauli* in sua creatione, quæ decima fuit à *Paulo* III. Pont. habita xiv. Calend. Ianuar. ann. 1544. Sed de eius laudibus in progressu dicendum erit copiosiùs. *d'Armagnac. de Rhodés.*

Confirmatio Priuileg. à Rege. 3. Februario mense Rex *Henricus* II. amplissimam illam vectigalium immunitatem & munerum vocationumque gratiam, quam Pater alijque Decessores nostris fecerant, edito diplomate probauit & confirmauit. Datum illud *Fontibellaquæ* anno pro more gentis 1547. quia nimirùm ante Pascha, lectum, publicatum & promulgatum in supremo Senatu atque in acta relatum xxiv. die mensis Martij in proximum, in Rationum verò consessu die iv. Maij, sic Rex Optimus in nostros beneuolus erat atque liberalis, vt alia in decursu argumenta demonstrabunt. *Fontainebleau.*

Conuentus Ossunæ. 4. *Hispalenses* nostri biennio postquàm *Arabalij* consederant, eorundem fundatorum beneficio & magnificentiâ *Vrsonem* concesserunt, aliquot inde leucis procul, & quinque ab *Astygi* in Austrum. Est autem *Vrso* siue *Vrsao*, quæ & *Genua* seu *Gemina Vrbanorum* & *Orsona*, oppidum frequens & præclarum Ducatus titulo ab anno 1562. nobilitatum & Academiâ illustre, in tractu Hispalensi, xiij. leucis ab *Hispali*, *Malacam* versùs; ac propterea *Granatensi* Prouinciæ non *Hispalensi* asceriptum Cœnobium quod illic habemus, cum vna ab altera diuisa est. Fundatores Illustrissimi & Nobilissimi Comites *Vraniensis* extra municipium à parte Septentrionis ædificandum illud curauerant, quâ parte Castrum; & à Castro quidem quantùm iactus est maioris tormenti, Cœnobium ipsum positum erat. Quatuor lateribus claustri & Dormitorij, ad Ecclesiam splendidi & magnifici operis cõpactis constabat, sed experientia docuit situm eius incommodũ esse, longiúsque subductum quàm par esset, quare sumptibus Prouinciæ fundum in oppido ipso comparatum, vbi maioris & splendidioris operis fundamenta iacta sunt, quæ cum tempore licet in magnis rerum nostrarum angustijs, in non contemnendam magnitudinem perducta sunt. In vetus illud Cœnobium introducti nostri hoc anno die Septembris vij. necantè annum 1607. mutauerunt. *R. P. Didacus Alburquerquius* omni virtutũ genere præcellens ac pro tempore *Andaluſiæ* Prouincialis, hoc ab Optimis Principibus, quos de confessione audiebat, impetrauit. In ipso Cœnobio instituti duo Lectores in Theologia, quos nostri numero triginta, prælegentes audiunt, nec id parum decoris Academiæ conciliauit. *Ossuna. Sevilla. Malaga. de Vreda.*

Moniales Funtium Legionis. 5. Hoc ipso anno *Alburquerquius* noster apud *Pontes Legionis* Monialium Ordinis nostri Conuentum instituit sub titulo *Dominæ Nostræ à Consolatione*, sed rebus earum non satis commodè illic procedentibus, vt *Trianam* transferrentur sategerunt eius Prouinciæ Patres anno 1563. cum Prouinciam regeret *R. P. Iosephus Muñozius*. Agunt eo loco Moniales septuaginta. Neque verò de tam numeroso & florente Cœnobio plura (quod miror) Hispani nostri tradiderunt. Alonsus Morgadus qui libris sex eius vrbis historiam prosequutus est, quantùm ad tempus nonnihil dissentit à nostris, qui Moniales hasce nostras *Fuentes de Leon. Muñoz.*

1548. noſtras ad annum ſolummodò 1566. *Fontibus Hiſpalim* conceſſiſſe ſcribit lib. vj. cap. xviij. Præcedenti autem lib. v. cap. xvij. quæ de noſtrorum rebus tradit minus cohærent cum his quæ ad an. 1524. ex Montoiæ noſtri autoritate ſcribebamus. Narrat enim ab anno 1512. duodecim è noſtris ducente *R. P. Petro de Almodouar* Prouinciale *Aſtygi Hiſpalim* veniſſe, qui à ciuibus benignè accepti locatis in ædibus ad an. 1516. permanſerint, quò demùm ſtabilem ſedem *Trianæ* conſtituerunt in peruetuſto Xenodochio cui B. Sebaſtiani nomen, in cuius quidem poſſeſſionem veneruntad xx. menſ. Decemb. ann. quem prædiximus, cùm tamen à primo aduentu liberam habuiſſent facultatem ab Illuſtr. & Reuer. *D. Didaco Deça* Archiepiſc. domicilium id vrbe ipſa & quo vellent loco accipiendi. Sed potior apud illos fuit quietis & tranquillitaris ratio. In alterum annum, R. P. & D. *Franciſcus à Cordoba Velandia* Epiſc. & Hiſpalenſis vt loquuntur Suffraganeus, ſub die xxviij. Nouembris nouum opus Eccleſiaſticis cæremonijs perluſtratum Beatæ Mariæ à Victoria nuncupauit atque conſecrauit. Hæc ferè Morgadus, quo cum Hiſpalim ſecundò ſalutaſſe non pœnitebit:

1548. 1566. 1510. de Almodouar. 1516. Deça. 1517. De Cordoua

Salue magna parens populorum, iuris & æqui
Seruatrix, cultu antè omnes præſtantior vrbes,
Pace potens, pietate vigens, præclara triumphis,
Oceani regina, orbiſque vtriuſque ſequeſtra.
Ipſa tuis pollens opibus, quaſque aurea mittis
Chyle & Ophyreu repetis tibi claſſis ab oris
Delicias, Batimque tuum, tibi Seres & Indi
Inuideant, ſtudijs nec certet Romula tellus.

Per moras relege quæ de noſtro apud *Trianam* Conuentu ad ann. 1524. commemorauimus. Porrò autem quo loco ſint *Fontes* illi *Legionenſes* haud ſatis firmiter coniicio, alterutrum horum eſſe neceſſe eſt, aut *Fontes* ſupra *Aſtygim* versùs *Hiſpalim*, ſed cur *Legionis* dicti non video, aut *Fontes* in Regno *Legionenſi Aſturicam* inter atque *Brigatium* ſed cur tam longè diſcedamus cauſam non capio, certè alterum illud promptius eſt & vero ſimilius.

Aſtorga. Oniedo.

6. Anno ſuperiore cùm Cæſar Comitia Imperij *Auguſtam* indixiſſet pro pace Religionis & Reipublicæ, hocque imprimis ageret vt omnes Concilio Tridentino, quod tertio antè anno die xiij. menſis Decembris haberi cœperat, ſtare vellent, Pontifex ſuas partes ratus vt illuc Theologos omnium quos nanciſci poſſet eruditiſſimos allegaret, quatuor quoſdam delegit, in quibus *Cornelius Muſſo* Epiſcopus Bitontinus & *Gaſpar de Foſſo* noſter, quem antea ſacri Palatij Theologum creauerat, ſuprâ modum eminebant. Sed dum illi ſe itineri per importunam tempeſtatem accingunt, acceptum *Romæ* eſt, Cæſarem Germanis indulſiſſe formulam quandam Religionis quam obſeruarent, dum Concilij definitio in mora eſſet. Eo nuncio delecti Theologi ſubſiſtere coacti ſunt. At verò Pontifici non parùm doluit quòd in Religionis negotio tantùm ſibi Cæſar ſumpſiſſet. Inter hæc in vrbe acceptum eſt *Scalenſem* in *Picentinis* Epiſcoparum causâ mortis vacare, quo accepto nihil moratus Pontifex eo ſacerdotio *Gaſparem* noſtrum ornauit, ſeriò affirmans dolere ſibi quod non opimum & totius Italiæ luculentiſſimum ſacerdotium haberet conferendum, nullum virtuti & doctrinæ *Gaſparis* impar eſſe prorsùs exiſtimans, non ſemel id, & priuatim & publicè, profeſſus. *Gaſpar*, qui Pontificis animum perſpectum habebat, beneficium accepit, vt ne Pontificis voluntati videretur obluctatus, palàm præferens quod verè in animo habebat, nunquam ſe niſi præter votum & conſtitutum ad beneficium accipiendum induci potuiſſe. At verò quantùm non Pontifex homini gratificaretur cuius ſe conſuetudine iactabat eruditum euaſiſſe? *Scala* autem (vt id obiter dicam) in *Picentinis*, Vrbs eſt antiqua & olim ampla, vt ex ruderibus apparet, ſed diruta quandoque nunc in anguſtum redacta, in monte ad oram maris ſita eſt, *Amalphi* proxima & illi ſuffraganea, vno tantum milliari à *Rebello* Epiſcopali olim Vrbe, ſed cuius ſedes *Scalis* poſtmodùm vnita eſt.

Austourg. Gaſpar de Foſſo fit Epiſcopus. Interim. de Scala. Scala.

Digitized by Google

1550. Ob. S Nymphæ Scholaro. 1551.

7. Denique hoc anno in meliorem vitam migrauit Soror *Nympha Scholaro* quæ *Panormi* Ordinem noſtrum ab an. 1532. inter primas ingreſſa eſt, vt eo loco recitauimus. Hæc autem mirâ ſanctitate atque animi puritate refulſit, ſacris Chriſti ſtigmatibus (quod in alijs haud omninò infrequens) mirabiliter inſignita, ſed cuius veſtigia in cute non extarent, vt pluribus Donius ſcribit. 1550. *Scholaro.*

An. M. D. L.

1550. Obit. B. Ioannis à Deo.

CLaudius Rubiſius Hiſtoriæ Lugdunenſis lib. 3. c. 54. *Guichardum* noſtrum hoc anno per quadrageſimam in Eccleſia *S. Crucis Lugduni* concionatum tradit, quæ cauſa poſtmodùm fuerit vt noſtri in Vrbem acciperentur. Id tamen non benè conuenit cum iis quæ de *Guichardo* habemus certiſſima, quare aut in antecedentem. aut in conſequentem annum referatur neceſſe eſt. Hoc enim anno & menſe Martio *Guichardus Granatæ* in *Hiſpania* Viſitationis gratiâ moram trahebat, eo ſcilicet tempore quo ab humanis deceſſit *B. Ioannes à Deo* præfulgidum illud ſanctitatis & heroicarum virtutum exemplar, ac præcipuus autor iuuandorum in morbo pauperum, inſtitutis ad hoc miniſterium fratribus & Hoſpitiis, cuius funus ille curauit, non Archiepiſcopi, vt nonnulli ſcribunt, ſed ſuo nomine. Beatus enim *Ioannes* apud D. *Annam Oſoriam Garciæ Piſani* vxorem, lectiſſimam fœminam vitæ finem fecerat, die VIII Martij, illi autem ſacellum erat apud noſtros quod ann. 1518 indicabamus, atque in illud, ſacrum hominis Dei ſpolium inferri ſtatuerat, necdum enim apud ſuos erat ſepulturæ locus qui commodatâ domo vtebantur, & ad hæc in Congregationem regularem & approbatam non conuenerant, quod nonniſi an. 1572 à *Pio* V. Pont. Opt. Max. impetrauerunt. Accedit quod vir ſanctus, vt Scriptores noſtri tradunt, ſacrâ Ordinis noſtri veſte indutus terræ mandabatur. Sed & tertium Ordinem noſtrum profeſſum eum fuiſſe ſunt qui ſcribunt. Perfunctus eſt eo officio *Guichardus* cum mirabili pietatis ſenſu, tanta erat apud omnes ſanctitatis illius fama atque opinio, quam demùm Sancta Sedes Apoſtolica Reſcripto ſuo aſſeruit & conueniẽtibus officiis celebrari conceſſit. Nam & ſacra Rituum Congregatio inſtitutos eâ de causâ proceſſus recognouit & probauit, honoréſq; ſacros illi deferendos Beati nomine decreuit, ſub die VIII Iunij, an. 1630. atque in eandem ſententiam *S. D. N. Vrbanus VIII* die XXI Septembris in proximo inſequentis pronunciauit: Vitam eius virtutum exemplo planè mirabilem & miraculis illuſtrem ediderunt *Franciſcus à Caſtro* Rector Hoſpitalis ipſius apud *Granatam*, *Alphonſus Villegas* & Hiſpani alij, nuper autem apud nos, hoc eſt ann. 1631. D. *de Leyaco* Doctor Theologus à diuerſis autoribus acceptam compendio reddidit. *De Rubi.* *Guichard.* *Oſorio.* 1518. 1630. 1631.

Capitulum Gener. XV.

2. *Granata Valentiam* Guichardus ad conditum venit, habendus nimirùm illic generalis Conuentus inſtabat. Frequentes ab omnibus Prouinciis Patres adfuere, deſiderati tamen *R. P. Bernardus de Fabro* Prouincialis *Gennenſis* antè annos nouem Generalis & *R. P. Philippus Ponnereau* Prouincialis Turonenſis qui litteras excuſatorias dederant, quas vniuerſi probauerunt & acceperunt. Idem cum Patribus *Siculis*, ſed aliqua cum cautione actum, quos immanis Pirata *Dragothes Rais* à cœpto itinere abſterruerat. Conuenerunt illi tertio antè Aſcenſionem die, primoque in conſeſſu Actuarium elegerunt *R. P. Matburinum Aubert* pro tempore Collegam Prouincialem *Francie*, (is fuerat *Nigeoni* profeſſus, die XXV menſis Auguſti ann. 1533.) ad eum diem cauſa prædictorum qui aberant acta eſt, auditique Commiſſi quiſuarum Prouinciarum nomine aliquid proponendum haberent: His tractandis, in diem Maij XV Aſcenſionis celebritate ſacrum, tempus protraxerunt, quo tandem ferenda erant ſuffragia, quæ ritè concepta in *R. P. Ioannem Malraſium*, in præſens Collegam Prouincialem *Aquitaniæ*, coaluerunt. Is facti olim Conſiſtorij Comes *Franciſco I.* rerum potiente, abdicato ſæculo profeſſionem Nigeoni amiſerat an. 1535 ante Paſcha, & ab eo tempore multis virtutibus & ſingulari doctrinâ præfulſerat, quibus gradum ſibi ad ſummam inter ſuos dignitatem non obſcurè parauerat. Nonnulla *Fabri.* *Ponnereau.* *Aubert.* *De Malras.* 1533. Gen. XVI. 1535.

vota

1550. *Iulian.* vota nec paruo numero ad *R. P. Ioannem Iulianum*, & ipſum Collegam Prouincialem *Turoniæ*, ſuique Prouincialis in hoc Capitulo Vicarium, atque antè annos tres illius in eadem Prouincia regenda Deceſſorem, *Nigeoni* verò profeſſum die XIX Martij an. 1533 collata ſunt. *Matraſius* acceptâ, vt moris eſt, obedientiâ, ſingulis in gratiarum actionem lætè concinentibus, Collegarum electionem in longùm non diſtulit. Nam à meridie conuenientibus Patribus in Collegam Italum creatus eſt, *R. P. Nicolaus Motulenſis* ex Collega Prouinciali *Turoniæ*, cuius loco ſuffectus *R. P. Nicolaus à Claue* profeſſus *Ambiani* die IV Auguſti an. 1539. (atque vt hoc obiter interſeram *Montulenſis*, ſeu *Motulanus* noſter cognomen ferebat à *Motulâ* Epiſcopali Vrbe duodecim paſſuum millibus à *Tarento* cuius ſuffraganea eſt) in Gallum verò *R. P. Mathurinus Albertus* qui ſupra, & ſuo in progreſſu elogio donandus, ei autem ſubſtiturus *R. P. Adamus Regius* antè annum Corrector Conuentus *Ambianenſis*, ac retrò etiam antè, in eodem verò Conuentu profeſſus à die XII Septemb. an. 1529. In Hiſpanum denique *R. P. Ioannes Martineſius* ex Collega Prouinciali *Andaluziæ*, cui ſummiſſus *R. P. Antonius de Villalobos*. At verò Generalis ipſe vices ſuas apud *Aquitanos* ſuſtinere voluit *R. P. Bernardus Chauaignes*, quem & ante annos tres *Guichardus* in pari occaſione delegerat. Agendis poſt omnia negotiis in Vrbe, idem ipſe *R. P. Hugo de Calce*, qui eam cognitionem & procurationem per annos tres ſuſtinuerat, præpoſitus eſt, ea erat probitatis illius atque ſolertiæ iam olim concepta exiſtimatio. In poſterum diem quæſitis per Commiſſos & Actores Prouinciarum ſatisfactum eſt, è quibus hæc pauca ſubindicabimus: Generalem officio functum aſſidere ſuo Succeſſori quoad Capitulum habebitur & eodem iure Prouincialis vti, de communi ſententia decretum eſt: Conuentus, qui necdùm ſatis commodi eſſent vt per Correctores adminiſtrarentur, per Vicarios interim regi ſancitum eſt; Collegarum autem arbitrio relictum, vt quinam pro talibus habendi ſint definiatur: Poteſtas rerum domeſticarum agendarum, Correctoribus pro tempore quo in Valetudinario detinerentur abrogata, iam nunc reſtituta eſt: Neminem abiici qui facti pœnitens poſt fugam iteratam ſe receperit, niſi periculum ab eo eſſet, omnibus placuit: Electiones, quæ ſedente Capitulo Prouinciali effectu ſuo fruſtrarentur, illius libertati relictæ ſunt, & Capitulo locali (quod in more erat) abiudicatæ: Tertiariorum in Ordinem accipiendorum ſolis Prouincialibus ex conſilio Collegarum facultas conceſſa eſt: huius generis aliquammulta in ea Congregatione conſtituta & promulgata ſunt. Præter quæ, & alterum hoc non omittendum, Prouinciam *Apulie* quæ multis incommodis premebatur ex quo per ſe ſteterat *Neapolitanæ* quæ vicina erat & opulenta coniunxerunt. Poſt omnia indicto *Genuam* Conuentu in triennium Congregatio dimiſſa eſt.

Di Motola. Du Cloud. Motola. *Aubert. Le Roy.* *Martinez. Vallalobos.* Collegæ. 1539. 1539. Procurator Gen. XV.

3. Guichardo noſtro ab *Hiſpaniâ* in *Galliam* redeunti comes incidit bonarum quas profitebatur litterarum merito acceptiſſimus, *Angelus* ille *Caninius Anglarenſis* ſcriptis libris & linguarum cognitione clariſſimus. Sed *Caninio* haud minus acceptus *Guichardus*, & ſuauitate conſuetudinis, & eruditionis admiratione Profundam enim linguarum Orientalium peritiam, Latinæ & Græcæ eloquentiæ, ac ſcientiis penè omnibus adiunxerat. *Caninium* in *Limaniam* abduxit humanitate ac liberalitate. *Claromontani* Epiſcopi litteratorum Mœcenatis & loci amœnitate quas illi magnoperè prædicauerat inductum, etiam ſpe maiora *Guichardus* ipſe præſtitit. Ambo *Belliregardi* aliquandiu hæſerunt de litterarum ſtudiis ſeriò conferentes. Ex quo tanta inter vtrumque neceſſitudo interceſſit, vt *Caninius* poſt annos tres *Grammaticam* linguarum Orientalium typis *Roberti Stephani* edens & Epiſcopo noſtro eam nuncupauerit, & *Guichardum* multis per eam occaſionem elogiis ornauerit. *Paulo* III. Pontifice *Stephanus* quidam Armenorum Patriarcha in vrbem longis itineribus venit quocum *Guichardus* noſter familiariter egit mirante Patriarchâ quod apud nos hominem inueniſſet patriæ linguæ non minus (vt profitebatur) peritum quàm ipſe eſſet. Quod noſtri *Guichardum* Concilio Tridentino vt Generalem interfuiſſe, atque in eo ingenij ſui ſpecimen edidiſſe perhibent, non ſatis cum tempore conuenit, quo

Guichardus linguarum ſtudio ded. 1553.

Digitized by Google

1550. enim anno in Generalem est electus Concilium *Tridento Bononiam* translatum est, nec Tridentum nisi toto postquam officio excesserat anno reuocatum, hoc est sequenti an. 1551. *Bononiæ* verò nihil actum nisi de Concilio prorogando quoad Nouembris die x. an. 1549. *Paulus* III. Pont. de tota Ecclesia optimè, ac supra multos Pontifices meritus, nobis certè (quod priuatim gratulandum habemus) liberaliter & copiosè gratificatus, naturæ concessit. 1550.

Indulgent. nostris cõcess. 4. Apud *Nigeonenses* nostros celebris est memoria Indulgentiæ (vt vocant) in centum annos visitantibus Sepulchrum Domini quod in Sacello Ecclesiæ ad dextram Chori positum est, obeuntibúsque vice septem Stationum totidem ædiculas intra septum horti deuotionis gratiâ excitatas, vel sacellum *B. Mariæ de Monte-ferrato*, quæ in summo collis iugo in ipso septo visebatur, adeuntibus, ab Illust. & R.D. Gard. *Armeniaco Turonensi* Archiepiscopo, & Ordinis Protectore factæ hoc anno die XXII Iunij. Similem verò post aliquot dies Turonensibus Indulgentiam fecit atque hanc exscribere quod ad H.P.N. venerationem pertineat placuit. Omninò sic habet:

Georgius *miseratione diuina tituli SS. Ioannis & Pauli S.R.E. Presbyter Cardinalis* de Armeniaco *vulgariter nuncupatus Archiepiscopus Turonensis, necnon auctoritate Apostolica FF. Minimorum S. Francisci de Paula Protector: Vniuersis & singulis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis: Salutem in Domino sempiternam.*

Humani Redemptorem generis Christi fidelium animabus quibus redimas reddere propitium dum ipsos ad salutem suarum incitamus animarum: quinimo quanto frequentius ipsorum mentes ad opera charitatis inducimus, tanto salubrius eorum saluti consulimus. Cupientes igitur vt altare Monumenti Sanctissimi viri B. Francisci de Paula prædicti, necnon sacellum Claustri in quo prafatus B. Franciscus obdormisse in Domino dicitur in Conuentu Religiosorum Minimorum vulgò du Plessis, propè Turones constructum, congruis frequentetur honoribus & à Christi fidelibus ingiter veneretur, vtq; ipsi fideles eo libentius deuotionis causa ad eadem altare & sacellum confluant quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ uberius conspexerint se refectos: Nos Cardinalis Archiepiscopus & Protector prædictus, supplicationibus prafatorum FF. Minimorum loci du Plessis, nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de Omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum, necnon antedicti B. Francisci de Paula Confessoris eius auctoritate confisi, Omnibus & singulis utriusque sexus secularibus & religiosis Christi fidelibus verè pœnitentibus & confessis, seu proposítum confitendi habentibus, qui dicta altare & sacellum claustri, cum recitatione vnica Orationis Dominica & Angelica Salutationis dicendo Pater noster & Aue Maria, singulis diebus Dominicis, & quoties festum duplex celebrabitur, deuotè visitauerint, pro vnaquaque vice qua id fecerint centum dies de iniunctis eis pœnitentiis, vel qua eis iniungi merito deberent misericorditer in Domino impartimur & relaxamus, præsentibus perpetuis temporibus duraturis. In quorum fidem, &c. Datum Turonis an. à Natiuitate Domini 1550. die verò 8. mensis Iulij, &c.

Obit. Card. de Gamera. 1533. 5. Atque hoc in mentem reuocat quod ab initio anni proposueram indicare. *Philippus de Camera* ex Monacho & Abbate *Corbiensi* propè *Ambianos*, & Episcopo *Morinensi*, S.R.E. Cardinalis tit. *S. Martini in montibus* ab anno 1533 à *Clemente* VII creatus, ac nunc demùm Episcopus Card. Tusculanus IX Calendas Martij hoc anno *Romæ* obijt, qui Gallici nominis memor & nostrorum pietati confisus apud eos in æde Sanctissimæ Trinitatis sepeliri voluit. Et nos hoc gratitudinis monimentum homini amico debebamus.

Conuentus Brutici. 6. Sub anni exitũ *B. Ioãnes à Trupea*, dictus excalceatus, quòd nunquã ab ingressu religionis calceos induerit, vt iã antè dicebamus, occasione Conuentus *Tropiensis*, alterũ nostris Cœnobiũ apud *Briaticenses* instituit, *Briaticum* autẽ dico non *Vmbriaticũ* quæ nonnulli recentiores confundunt. Et de *Vmbriatico* quidẽ ad an. 1545. obiter meminimus, nunc dicendũ de *Briatico*. Ex aduerso *Italiæ* insularum in edito colle quâ Septentrionem spectat nobile ac frequẽs oppidum est haud amplius mille passibus à mari subductum, *Briaticum* recentiores dixerunt, vetus nomen obliteratum est. Ager fructibus, vino, oleo rebusque quampluribus ad vitam & ad medicinam abundat, in quo frequentes pagi qui eius iurisdictioni subsunt. Diœcesis est *Miletensis* Ducatus verò *Hipponiatis* seu *Montis-Leonis*

Bracci Praca Turrem. Briatico.

Di Mileto. Monte-Leone.

1550. *tis-Leonis*. Atque hæc ampliùs copioſiuſque deſcribit Matafiotius l. 2. c. 19. & 20. In eum locum noſtri venerunt ciuium beneficio & operâ *B. Ioannis Trepierſis*, ac ſtabilem deinceps ſedem à die VI menſis Decembris fixerunt. Cœnobium B. Virgini ſacrum, quam præcipuo cultu illius autor proſequebatur. Agunt illic octodecim è noſtris, quibus ciues nulla vnquam re defuerunt, vt nec illi cuiquam promerendæ pro ſuo in proximum miniſterio. 1551.

An. M. D. L I. 1551.

Chauaignes 1. CVm nulla poſthæc memoria recurrat *R. P. Bernardi Chauaignesij*, quem ſuperiore anno & olim quandoque laudauimus, eumque præcipuo ſanctitatis nomine Scriptores noſtri celebrent, commodè hîc illius mentionem iniici poſſe iudicaùi. Triſtanus in vita *B. M. P. Ambroſij à Ieſu* ſubindicat *Bernardum* noſtrum ad an. 1586 aut 87 vitam protraxiſſe qua de re altum apud alios ſilentium. *Donius* certè de cognomine *Bernardi* cum *Triſtano* certat, Montoia diſputationis cauſam miniſtrante qui *Chauaigneſium* à *Magaigneſio* non diſtinxit, ſed nos vtrumque diſertè ad ann. 1547 ex fide indubitatâ MSS. codicum diſtinximus. Vt verò ad rem. *Bernardus* quod de S. Martino prædicat Eccleſia inuictum ab oratione ſpiritum nunquam relaxabat; rem ſacram tanto animi feruore peragebat, vt vnum hoc agendum videretur habere, atque ita ſe gerere ac ſi deinceps ſacris myſteriis non eſſet participaturus. Quadrageſimalem inediam ne per lethalem quidem ac extremum morbum ſoluere voluit, & quaſi nulla infirmitate teneretur tantùm ſe orationi dabat, cui ſemper de geniculis vacabat ſi facultas dabatur. Poſtquàm ergo Eccleſiaſtica ſacramenta ſuſceperat morti iam proximus, vt per abſentiam eorum qui curam illius habebant licuit, in genua ſe prouoluit vacaturus orationi, in qua quidem ſpiritum Deo reddidit, eo habitu corporis nihil motus, vt omninò non tam ſimilis oranti quam verè orans atque viuus crederetur. Miraculis claruiſſe Montoia tradit. Et reuerâ decebat, vt qui ſanctiſſimè vixerat mortem Sanctorum conſequeretur. Paulò aliter habet Aquitanorum traditio, qui *Bernardum* nulla præcedente ægritudine in cella ſua ſpiritum emiſiſſe ac orantem manibus in cœlum expanſis ac de geniculis inuentum fuiſſe ſcribunt. Nec dubium quin longè poſt hæc ſuperuixerit, cum ad an. 1559. in ipſius Aquitaniæ Prouincialem ſecundò electus fuerit. Elogium P. Bernardi Chauaignes.

2. Hoc anno die menſis Aprilis xij. quinque in Eccleſia *Nigeonenſi* altaria diſtinctis totidem in cellis ſiue oraculis ſacro oleo delibuta & Eccleſiaſticis ritibus conſecrata ſunt à *R. D. Carolo* Megarenſi Epiſcopo & Abbate *ſanctæ Maglorij* ad muros Pariſienſes, impetratâ facultate ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo *D. Euſtachio Bellaio* Pariſiorum Antiſtite qui nuper ex reſignatione *Ioannis Bellay* Card. eam dignitatem nondùm tamen conſecratus obtinebat. Duo ex ijs ſacellis ad dextram chori ſunt, in ipſo capite Eccleſiæ, iuxta maius altare, vnum *Sanctiſſimo Nomini Ieſu* ſacrum à D. *Baillero* in ſupremo Senatu Præſide curatum; aliud *Sepulchrum Domini* dictum, exquiſiti operis, & egregiè perornati liberalitate D. Præſidis *Sanctandreani* viri non primariæ tantùm dignitatis, ſed nominis etiam celebritate clariſſimi, atque in illud ex altero vt quæ coniunctis ſe attingant fornicibus peruenitur. Tria in extrema Eccleſiæ Naui, ex quibus vnum quod maiori portæ proximum eſt, *Viſitationi B. Virginis*; ſecundum ex hoc ſurſum versùs, *B. P. N. Franciſco*; tertium denique ſuperius *B. Mariæ* ſeu *D. N. à Conſolatione*, dedicatum eſt. Aderant *RR. PP. Ioannes Malroſius* Generalis, *Ioannes Sutorius* Prouincialis, & *Nicolaus Daneſius* Corrector eiuſdem Conuentus Nigeonenſis. Quo eodem tempore *Petrus Lizetius* animæ ſuæ curam agens de piaculari ſacro in perpetuum cum illis ipſis pactus eſt ſub die v. menſis Aprilis, nullos eſſe arbitratus quibus ſe ſuamque ſalutem magis tutò crederet. Voluit autem vt à Pontifice perpetuitatis adhibita conditio probaretur, quod vltrò *Nigeonenſes* noſtri impetrarunt, apud quos etiamnùm extat Reſcriptum *Iulij* III. Pontif. datum die xxvij. Maij ann. 1553. cui Nigeonenſis Conuentus res nonnullæ.

Baillet. *Sainct-Andre.* *Malrau.* *Sutorio.* *Danet.* *Lizet.*

Digitized by Google

1551. tam multa ſimilia proferunt qui de Priuilegiis Ordini noſtro conceſſis ſcripſerunt, vt fruſtra ſim in hoc deſcribendo. At qui fuerit *Petrus Lizetius* ex ſepulchrali inſcriptione apud S. Victorem ad muros Pariſienſes breui commemoro : 1551.

Iuſtitiæ cuſtos, fidei defenſor & æqui.

olim ob heroicas animi ſui dotes vir ſingulari memoria & ſumma rerum prudentia in ſupremum Pariſienſis centuriæ Senatum à Rege *Ludouico* XII. adſcitus, Senatoris munere triennio functus, deinde Triumviratus Regij Aduocati munus xij. annis duce *Francisco* I. feliciter obiuit, ac demum ob ſuæ vitæ integritatem in ſummum Curiæ Magiſtratum euectus, Iuſtitiæ habenas xx. annorum curriculo moderatus, eiurato tandem Magiſtratu, Religioſæ domus quam diximus Abbas ab *Henrico* II. renunciatus, in beato litterarum & pietatis otio, ſcriptis aduerſus Nouatores pluribus libris, &, quod glorioſum eſt, illorum in ſe odio concitato, vij. Idus Iunij an. 1554. conquieuit. Coſtæus noſter in Hiſtoria Catholica elogium ei aſcripſit. Nos eius memoriam quod honorificum ſit amari à laudato viro celebrauimus.

Iulius III. Pont. & eius in Ord. benignitas.

3. *Iulius* III. qui demortuo *Paulo* III. à die vij. menſis Februarij ann. 1550. ſucceſſerat, in ſupremum illud dignitatis faſtigium euectus ex Epiſcopo Card. *Prænestino*, *Ioannes Maria de Monte* in minoribus dictus, nihil ab affectu *Paulo* III. deceſſoris in noſtros, tum verò maximè in *Gaſparem de Foſſo*, mutauit. Cum igitur hoc anno *Calûm* Epiſcopatus Antiſtite deſtitutus eſſet, *Gaſparem* noſtrum à *Scalenſi* Sacerdotio quod minus opulentum erat, ad Caluienſe tranſtulit. *Cales* enim qui olim dicebantur, nunc *Calui* apud vulgus audiunt. *Calnium* autem vt ita loquamur, vrbs eſt *Campaniæ* inter *Sueſſam* & *Capuam* media, ab vtraque octo paſſuum millibus diſtans, quatuor tantùm à *Teano Sidicino*, Epiſcopali dignitate gaudet, quæ ſub *Capuano* Archiepiſcopatu meretur. Sed nunc aliquando longiùs tranſgrediamur. *Calui.* *Seſſa.* *Capua.* *Teanu.*

Conuentus Biatiæ. 1613.

4. Ab initio anni & Ianuarij menſis die xxiv. *Andaluzij* noſtri *Biatiam* conceſſerunt, quæ vrbs haud longè ab *Vbedâ*, cæſis olim ducentis Maurorum millibus vtraque recuperata: *Biatia* autem eſt ad *Batim* fluuium in Meridiem, ſupra eſt *Menoba* Bæticus nobilis in eadem regione fluuius, Mercatori *Guadalimar*, (niſi error ſubſit) in Septentrionem, Epiſcopalis olim fuit ſub *Toletano* metropolite, *Baëza* nunc dicitur & Epiſcopo *Giennenſi*, quem & Veteres *Oningiſenſem* alijque *Gyriſoënnum* dixerunt, ſubiacet. Cœnobium noſtrum ad muros eſt, à parte quam *Egidum* vocant, ſub titulo *B. Mariæ à Victoriâ*, cui ſodalitium, *Manipiorum* nomine, inſtituit F. *Michaël à Ieſu* Luſitanus profeſſione Oblatus. *Baeza.* *de Iaën.* *el Egida.* *las Eſclauas*

1615. Ab anno 1615. Imagine B. Virginis miraculoſa donatum eſt, quam nonnulli theſaurum effodere cupientes, ad fontem proximum, cui nomen *de la Peña* (quod latinè de rupe ſonat) è ruderibus acceperunt: fides eſt *Mauris Hiſpaniam* inuadentibus fuiſſe in terrâ defoſſam, nomen à fonte illo retinet, anno

1592. autem 1592. inuenta eſt. Recolitur eius memoria die ſancto Aſſumptionis xv Auguſti. Miraculorum hiſtoriam edi permiſit *Giennenſis* Epiſcopus, quam parabat *D. Ioannes Franciſcus de Villalua* Prior *Iabalquinti* apud noſtrum Montoiam qui eam ex parte delibauit. Sed vtrum in lucem Villalvani liber exierit nondum ſcimus. Eccleſiæ opus ſplendidum eſt & magnificum, vt nulli fortè in vniuerſo Ordine forma & pulchritudine cedat. Cœnobij porrò apud *Biatiam* inſtituendi autor fuit *R.P. Franciſcus de Baëza* pro tempore Prouincialis, vt hoc ſcilicet partiæ ſuæ decus inferret, quod multis in ſalutem profuturum arbitraretur.

Moniales Archidonæ.

5. Eodem autore Moniales Ordinis noſtri apud *Archidonam* inſtitutæ, hoc ipſo anno. Sed cuius nominis ſit Cœnobium, quo ſitu & loco poſitum Hiſpani non meminerunt. Satis amplum eſſe oportet cùm Moniales capiat quadraginta & fortè plures. Fundator fuit Excell. *Ioannes Tellezius Gironus Vraniæ* Comes, quem non ſemel pro meritis ac beneficiis in Ordinem noſtrum laudandum habuimus & deinceps habebimus. De *Archidona* porrò commodiùs dicemus in progreſſu poſt annos quinque, vbi & de *Girono* Fundatore. *Archidona.* *Tellez. Giō*

An.

1552. *An.* M. D. LII. 1552.

Iun. PRima *Lugdunenſis* Conuentus initia in hunc annum referri poſſe video, nec vltrà puto differri oportere. Rubiſius qui duobus annis anticipat, à nobis anteà refutatus eſt, qui ad annum 1555. protrahunt non minus errant, cùm tunc iacta ſint maioris Eccleſiæ fundamenta, quæ antequam ponerentur noſtri per aliquot annos illic egerant, nec his quatuor aut quinque pauciores, & certè mihi admodùm videtur probabile *Guichardum* ſuperiore anno *Lugduni* conciones habuiſſe. Quod autem obijci poteſt, Conuentum *Lugdunenſem* nonniſi in Acta Capituli *Foro-Iulienſis* II. an. 1556. relatum fuiſſe, nihil habet difficultatis, plerique enim hactenus non fuerunt Actis inſcripti, neque neceſſe eſt vt primo quoque tempore aſcribantur: ad hæc verò fieri poteſt vt necdum *Lugdunenſes* noſtri omnium Ordinum ciuitatis approbationem accepiſſent, ideoque noluerint de ſuo illo Conuentu ad proximũ Capitulum referre. Nuper autem reſcribente nobis *R. P. Petro Dagu ſio* quod coniectura fueramus aſſecuti, ex fide monimentorum quæ ſuperſunt, confirmatum eſt. De quo quidem vt incipiamus dicere, Primus illius autor *R. P. Simon Guichardus*, qui humanitate ſuâ, pietate atque doctrinâ, quibus ad miraculum excellebat, *Lugdunenſium* animos ſibi ſuiſque promeruit. Primarij quique ciues opus animosè, gratiosè, liberaliter promouerunt, ſed præ cæteris enituit inexhauſta & effuſa liberalitas D..... *Vichij*, (cuius nominis oppidum eſt in *Aruernia* ſatis frequens & celebre) in Cathedrali Eccleſia *ſanctis Ioannis* Decani, qui poſt omnia noſtros hæredes ſibi ex teſtamento creauit. Guichardus *B. Virgini Aſſumptæ* ſacrum eſſe conſtituit, ex priuata & ſingulari in B. Virginem deuotione, tum etiam (niſi fallor) quod eo ipſo die in Vrbe ſedem fixiſſent, aut veriùs appuliſſent, non enim antè an. 1553. defixa Crux eſt, eo loco quem hodie incolunt noſtri, quod factum quidem Ianuarij menſ. die XVI. Situs Cœnobio eſt in Colle *ſancti Iuſti* (quod nomen accepit à Collegiali Eccleſia eidem ſancto Sacra) non procul à porta eiuſdem nominis, Occidentem versùs, quâ *Pariſios* iter eſt, ad Crucem, Decollatorum dictam, ob ſanctos Martyres cum *ſancto Irenæo* Epiſcopo ſuo paſſos, & in profundum puteum eo loco defoſſos, de quorum martyrio, numero, & aliis facti circumſtantiis Lugdunenſium Rerum Scriptores luculenter meminerunt. Iacta ſunt prima Eccleſiæ fundamenta ipſo D. *Vichio* procurante ac præſente, cum Lugdunenſis Eccleſiæ Archidiacono, & ſacros ritus peragente *R. P. Ioanne Botheano* ex Ordine Minimorum Lugdunenſis Archiepiſcopi in Pontificalibus Adiutore allecto, (qui obiit an. 1556.) totaque Ciuitate in argumentum lætitiæ effuſâ, & in gratiarum actionem perſonante an. 1555 die XIV. Maij. Comprobauit omnia Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus D. *Franciſcus* Cardinalis *Turnonius* addito etiam *Guichardi* elogio vt *viri non religione tantùm & vitæ ſanctitate, ſed puritate doctrinæ Euangelicæ ſingularis, & concionum fama cùm Pariſijs tum Lugduni alÿſque locis aduerſus hæreticos celeberrimi.* Sic enim Reuerendiſſimus ille Cardinalis & Lugdunenſis Archiepiſcopus ſolebat quæ in hæreticos agerentur, omni fauore proſequi, hæreticorum ipſe hoſtis infenſiſſimus longeque acerrimus. Perductum, cum tempore, in iuſtam magnitudinem, non Eccleſiæ modò, ſed Clauſtri aliorumq; ædificiorum opus, Ciuium præſertim beneficio. Eccleſia certè auguſta ſatis & ampla, ſacellis decem perornata quæ & ipſa multo decore collucent. Reliquum opus nihil à maieſtate Eccleſiæ minus habet, Clauſtrum ſpatioſum eſt & benè compoſitum, pictæ ad ſingulos fornices aliquæ ex rebus ac miraculis S. P. N. Franciſci. Sacris pignoribus quamplurimis Eccleſiam dotauit *Paulus* V. Pont. Opt. Max. quæ in priuato ſacello religioſiſſimè aſſeruantur & coluntur. Agunt in ea domo quinquaginta è noſtris, quibus ad omnia vitæ neceſſaria ciuium eleemoſynæ ſatis ſunt. Nuper in editiori collis parte ac ſupra Monaſterium eminente, Noſocomium ſeu Valetudinarium extrui curauit *Nobilis D. Michael Antonius Guerrerius* vtriuſque Iuris Doctor, opus eſt elegans & apprimè cultum,

Conuentus Lugduni. 1550. 1555. 1556. 1555. *Guichard.* *de Vichi.* *Guerrier.*

Digitized by Google

1552. ac ſupra quàm credi poteſt commodum variiſque apothecis inſtructum. Aëre gaudet ſaluberrimo, proſpectu iucundiſſimo, & qualis in tam ampla Vrbe alius non eſt. Ea de cauſa prædictus *Guerrerius* Fundatoris nomine ac iure do- 1553.
1617. natus eſt, in generali Conuentu *Romæ* ſextùm celebrato ann. 1617. At verò *Lugdunum Galliæ Celticæ* in *Seguſianis* emporium nobiliſſimum & frequentiſſimum eſt, atque totius Regni (vt habet Merula) cor & clauis, magnitudine vni tantum *Lutetiæ* cedit: iucunditate nulli Gallicarum Vrbium. Vrbs Gregorio Turonenſi *nobiliſſima* quod inluſtrata Martyrum ſanguine de quibus diximus, vnde & *Sagona* nomen *Arari* volunt inditum, vt qui eorundem Martyrum ſanguine tinctus in aduerſam partem *Meſiſconem* vſque ſurſum verterit atque redierit. Duobus collibus iiſque fructiferis conſtat, qui magno ambitu Vrbem ex parte cingunt firmiſſimis muris atque propugnaculis circumductis, depreſſam in imo planitiem *Rhodanus* & *Ararus* nobiles fluuij præterfluunt, à quibus Vrbs ipſa & *Rodanuſia* & *Araris* apud aliquos nomen inuenit. Archiepiſcopi & Primatis totius *Galliæ* ſedes eſt antiquiſſima, cum nullibi æquè (S. Bernardo autore) viguerit diſciplinæ cenſura, morum grauitas, maturitas conſiliorum, autoritatis pondus, antiquitatis inſigne. Omninò eius decora dignitates & ornamenta certo elogio comprehendi non poſſunt, Scaliger tamen verè atque prorſus eleganter: *Lino.* *Maſſon.* *Rofus.*

Fulmineus Rhodanus qua ſe fugat incitus vndis,
Quaque pigro dubitat flumine mitis Arar,
Lugdunum facti antiqua nouus orbis in orbe,
Lugdunumvè vetus Orbis in orbe nouo.
Quod nolis, alibi quæras: hic quære, quod optas
Aut hic aut nuſquam vincere vota potes.

Brunius Iconem delineauit l. 1. Theatri Ciuit. Charta x.

2. In hunc annum nonnulli è noſtris prima *Rhegienſis* Conuentus initia etiam conijciunt, nec præterea quidquam tradunt quo poſſimus ea illuſtrare. Commodius igitur de illo Cœnobio dicemus ad ann. 1566. quo demùm cœpit reſtaurari, vbi de *Rhegio-Iulio* ſuperioris Calabriæ nobiliſſima vrbe copioſiùs dicemus.

1553. *An.* M. D. LIII.

Confirmat. Priuileg. 1. *Vlius* III. Pont. quem anteà laudabamus, ſpeciali diplomate omnia & ſingula Priuilegia Ordini conceſſa per Deceſſores probauit & confirmauit; atque inſuper gratias omnes atque immunitates, quas Reges, Duces, alijque Domini temporales, vni aut pluribus domibus, aut vniuerſo etiam Ordini, contulerant aut collaturi eſſent, ratas & firmas eſſe in perpetuum edixit, perſonas Ordinis atque bona in fidem & protectionem Sedis Apoſtolicæ recipiens, ſub die quinto Calend. Maij, & hoc verborum initio, *Cùm à nobis petitur &c.*

Capitulum Gen. XVI. 2. Conuenerat inter Patres antè tres annos vt Ordinis Comitia *Genuæ* haberentur. Quod cùm in proximo eſſet, *Maſtraſius* Generalis mandato *Henrici* II. Regis *Romam* proficiſcebatur de grauibus Regni negotijs apud Pontificem acturus; ea cum vrgerent non potuit *Genuam* diuertere, ſed rectâ in Vrbem contendit *Lugdunę*, vbi vices ſuas alteri commiſſurus commodùm accidit vt *R. P. Ioannes Suterius* ab antiquo Generalis & pro tempore Prouincialis *Franciæ*, ex itinere occurreret, quem aliis vt decebat prætulit tradens illi Ordinis ſigilla & poteſtatem faciens ſuo nomine Congregationem moderandi. Ad diem IX. menſis Maij, qui aderant, cætui ſuo initium fecerunt, conſedentibus litteras delegatæ ſibi autoritatis *Suterius* exhibuit, quæ omnibus gratæ & acceptæ fuerunt, vt quibus non ignotæ eſſent cauſæ quæ *Maſtraſium* auocauerant. In craſtinum, electo in Exceptorem agendorum *R. P. Matthæo Aubert* Collega Generali, excuſati ſunt Patres *Caſtellanus* & Collegæ *Italus* & *Hiſpanus*, qui abſentiæ ſuæ rationem per litteras expoſuerant. Et quidem, cum primùm illi *Maſtraſ.* *Suterii.* *Aubert.*

conue-

Digitized by Google

1553. conuenerant, gratias habuerant Deo, quòd per turbulenta belliſque infeſta tempora tàm frequentes potuerant conuenire. Sed hæc præter rem noſtram ſunt, bella, inquam, & diſcrimina quibus in præſens Chriſtianus Orbis laborabat. Ea tamen cauſa fuit Patribus congregationem ſuam accelerandi, vel vt meliùs dicam in longum non protrahendi. Die ſancto Aſcenſionis, qui XI. Gen. xvii. menſis Maij, collatis ſuffragiis in ſupremam dignitatem euectus eſt *R. P. Hugo de Calce* qui tanto antè in proximo gradu ſteterat, & iam nunc Zeloſi officium in Vrbe agebat. *R. P. Ioannes Iulianus* ſuppar fuit, ad vota quindecim conſecutus, vnum & alterum in *Sutorium* & *Guichardum* abierunt. Et illi certè inſigniter meriti, apud ſe tamen humiles, *Hugonis* partes magno ſtudio promouerant. A meridie Collegis cooptandis vacauerunt, electi vna voce atque Collegæ. animo *RR. PP. Petrus de Brtatico* Italus, *Ioannes de Belliregardo* Gallus, *Ioannes de Pharias* Hiſpanus, nos commodius vt occurrerit ſua illis elogia rependemus. Nec mora *Matburinus* ille *Aubertus* vir ſtrenuus in Zeloſum ſublectus eſt. Venerant ad Patres litteræ à *R. D. Viceprotectore* quæ in conſeſſu illo cum omni Procurator Gen. xvi. reuerentia perlectæ ſunt. Is autem erat *Illuſt. & R. D. Ioannes Bellaius* ex Epiſcopo *Baionenſi*, primùm, tum *Pariſienſi* atque *Burdegalenſi*, *Cænomanenſi* & *Lemouicenſi* Adminiſtratore, Cardinalis à *Paulo* III. Pont. creatus ab an. 1535. XII. Calend. Junij, ſub tit. *S. Cæciliæ*, poſt *S. Adriani*, deinde *S. Chryſogoni*, atque mox Epiſcopus Card. *Albanus*, tùm *Portuenſis*, ac demùm *Oſtienſis* & ſacri Collegij Decanus, nobis per abſentiam *Georgij* Cardinalis *Armeniaci*, in Protectorem datus à *Iulio* III. Pont. ſtatim à ſua electione ac diſceſſu *Armeniaci*. Ille igitur talis ac tantus vir, qui dignitates meritis anteibat, cum nonnullos Prouinciales apud Pontificem egiſſe comperiſſet, vt à quibuſdam Regulæ capitibus Ordo ſolueretur, re cum Pontifice communicatâ, per litteras illas aduerſus eos poſtulatus, vt acriter in eos animaduerteretur, pro ſuo zelo & memoranda in Regularis obſeruantiæ conſeruationem æmulatione, conſtituit. Et reuerâ ſic decet Protectores & qui in ſuam fidem atque clientelam Religioſos viros ſuſceperunt, in eos animari qui ſtudent ſe legibus atque inſtitutis maiorum abſolui, eaq; relaxari. Iiſdem autem litteris, quod olim *Laurentius Puccius* fecerat, ne qui deinceps, poſtquàm Superiorum officio functi eſſent, in ſucceſſorum Collegas eligerentur, mandabat & autoritate Apoſtolica decernebat. Incidit & tum primùm controuerſia de Conuentu *Romano Sanctiſſimæ Trinitatis* nonniſi per *Gallos* adminiſtrando ex voluntate B. P. N. Franciſci, neſcio enim quo caſu factum vt Italus in præſens ei adminiſtrationi præfectus eſſet, qua de re Gallis expoſtulantibus, Correctorem quidem loco mouere Patres noluerunt, ſed eam controuerſiã Sedis Apoſtolicę iudicio permiſerunt, nihilominus autem ſtudendum eſſe decreuerunt vt interpoſita autoritate Apoſtolica voluntas B P. N. firma & illibata in futurum perſiſteret. Docuerat porrò experientia res Prouinciæ *Apuliæ* non fuiſſe ſubleuatas, vt ſpes erat, ex vnione nuper facta cum *Neapolitanâ* Prouincia, imò vero in deterius vergere videbantur penuriâ in dies augeſcente, conſili ergo Patres de induſtria quorundam è noſtris aliorumque pietate, quo per gnauos illos atque ſoleres viros in meliorem ſtatum reuocari poſſet, vt à *Neapolitana* rurſus diuelleretur ac per ſe ſtaret decreuerunt, nec vanũ fuit conſilium, illius Prouinciæ rebus non multò poſthac in meliorem ſtatum conſtitutis. Priuatis denique quibuſdam rebus ex æquo & bono compoſitis & indicto *Forum-Julij* proximo Capitulo *Genuâ* diſceſſum eſt.

de la Chaux *Julian. Sutorii. Guichard. de Brtatico. de Beauregard.* *de Pharias.* *du Bellay.*

3. Hoc eodem anno primum viſara in Conuentu noſtro *Cordubenſi* mirabilem quandam proceſſionem ac ſupplicationem hominum albis indutorum qui Eccleſiam obirent, ac Sacerdote, vt videbatur, ſacris veſtibus ornato & thuribulum tenente, ipſoque, thus ad altare maius incendente, mirabiliter circumſiſterent, annotat Montoia. Prodibat è puteo qui eſt in Eccleſia ſanctus ille beatuſque chorus, quem primus vidit *R. P. Andreas à ſanctâ Maria* vir ſanctus, & qui à media nocte ad auroram ſolebat in Eccleſia precibus inſiſtere, atque ex hoc ſæpius *R. P. Antonius à Regibus* vir ſanctitatis eximiæ eo ſpectaculo mi-

Not. de Conuentu Cordubæ. *de los Reyes.*

Digitized by Google

1553. rificè fuit exhilaratus, intelligebant enim viri ſancti religionem loci per hæc indicari & reuerâ non parùm apud omnes ad reuerentiam loco ipſi conciliandam profuerunt, fidemque confirmarunt de ſanctis martyribus qui *Cordubæ* glorioſo fine quieuerunt & eo loco depoſiti credebantur, quod in anteceſſum meminimus. De litteris *Iulij* III. hoc anno datis in fauorem Gallorum noſtrorum ad ann. 1606. meminimus, & eas in Regeſto Pontificio repræſentabimus. 1554.

1554. *An.* M. D. LIV.

Priuileg. fori à Rege conceſſ. 1. *Henricus* II. Rex noſter, verè pius, verè auguſtus, hoc anno ineunte noſtros fori priuilegio donauit & gaudere voluit litteris ſpecialis gratiæ, tuitionis ac protectionis, quas vocant *de garde gardienne*, Lutetiæ Pariſiorum datis Ianuarij menſis die XXVI. Ex hoc enim, quòd Reges in ſingularem illam ſpecialemque fidem ac clientelam Ordines aut priuatos ſuſcipiunt, minorum Iudicum poteſtate illos abſoluunt, eorumque perſonas res iuraque omnia Palatinis recuperatoribus aut Supplicum libellorum præfectis ſeruant, quod Fori Priuilegium dicunt, cauſarum enim omnium quæ ad illos ſpectant cognitio maioribus illis tribunalibus reſeruatur, ad quæ litigatores vndecunque venire compelluntur. *Henrici* Regis litteras noſtris conceſſas Palatini ſupplicum libellorum magiſtri die VII. Martij recognouerunt & Actis mandauerunt, cum priùs die Februarij XXI. apud Conſiſtorianos Requiſitorum Magiſtros recitatæ fuiſſent & in Commentarios relatæ. Annum quidem 1553. præferunt, ſed vt ſæpè anteâ monui pro more gentis annum à Paſchate ad Paſcha computantis.

Conuentus Salmanticæ. 2. Caſtellani noſtri meliorum litterarum ſtudio incenſi, cùm diu apud ſe conſilia de domicilio *Salmantica* inſtituendo agitaſſent, hoc demùm anno, collectis ab vniuerſa Prouincia pecunijs, agrum, ad portam *Zamorenſem* ſeu *Seuticenſem* quæ Septentrionem reſpicit, comparauerunt, vbi Ciuico Magiſtratu permittente ac *Magiſtro Gallo* Salmantino Canonico & *Orielenſi* poſtea Epiſcopo, qui vacante ſede per tranſlationem *R. D. Petri à Caſtro* Epiſcopi in ſedem *Conchenſem* eam Eccleſiam adminiſtrabat, comprobante, ſtabilem deinceps ſedem à die XXIX. Iunij fixerunt, *R. P. Ioanne Italiano* Caſtellæ Prouinciale præeunte ac pro viribus rem promouente, quam toti Prouinciæ honorificam & vtilem fore non immeritò credebat. Et quidem *Ægidius Gondiſaluus Abulenſis* in Hiſtoria Salmantina lib. III. c. 24. nonniſi ad ann. 1556. noſtri Conuentus originem refert, adeoque inſtitutum notat, ſede vt diximus vacante, ſed vt ſequimur Montoiam qui annis duobus anticipat ex certiori computatione, ita & ſedente *D. Petro à Caſtro* id factum dicamus neceſſe eſt, quod fortè poſteà dictus M. *Gallus* Eccleſiæ nomine approbauit. Opus poſtea beneficentiſſimè iuuit *R. D. Franciſcus Manricus à Lara* Epiſcopus Salmantinus vir humanitatis eximiæ, & in noſtros liberalis ac beneuolus, de cuius ſtirpe Alonſus Lopez de Haro l. 4. Nobil. c. 17. Non fuit autem ad eam ſedem ſubleuatus niſi an. 1556. poſtquam ille *D. Petrus à Caſtro* in *Conchenſem* promotus eſt, & paucorum dierum interſtitio *R. D. Petrus de Acuña* qui alteri Petro ſuffectus fuerat, vitam cum morte commutauit dum iter *Salmanticam* haberet. Lentè ſatis opus ab initio procedebat prementibus rei domeſticæ anguſtijs, quare, de communi totius Prouinciæ ſententia, quæ eolligi poſſent ab ijs qui Ordinem profiterentur, huic operi adiudicata ſunt. Vnde progreſſu temporis ædificium amplum ſatis & firmum conſtitutum eſt; atque Cœnobium in Academiæ, quæ illic eſt, florentiſſimæ ſocietatem & conſortium acceptum; & in eius iura priuilegiaque omnia tranſcriptum cœpit ad magnam celebritatem efferri. Titulus ei eſt *S. P. N. Franciſci*, maius ſacellum *Illuſt. D. Didacus Brochero* ab ipſa *Salmantica* oriundus Eques Melitenſis & apud S. Sepulchrum *Oſſoduri* Iuſtitiæ præfectus, Rerum Bellicarum Concilio aſcriptus, Magni Prioris locum-tenens, Italicæ Claſſis Thalaſſiarcha, Orator Melitenſium apud Regem Catholicum magnificè

Salmanticæ. Salmanticam. Gallo. Italiano. de Caſtro. Manrique de Lara. de Acuña. Brochero. de Toro.

1554. dotauit, eaq; de cauſa in Fundatorẽ acceptus in Capitulo *Romano* VI. an. 1617. & *D. Catharina Brechero* in Barchiron. III. an. 1629. Sartores qui ſunt numero 120. ſuum apud noſtros Sodalitium (quod notat Gondiſaluus ab Abula) inſtituerunt. Eſt autem *Salmantica*, quæ Polixno *Salmatis*, *Elmantica* ſeu *Helmantica* Polybio & Liuio (cum *Salmaticenſes* propriè *Vicanos* dici ſcribat Aggenus Vrbicus) non veteris modò nominis ſed præcellentis ætate noſtra dignitatis Vrbs & Academia, in finibus *Vettonum* & veteris Caſtellæ regno, ad fluuium *Tormem* quem pons iungit, *Tauri* nomine, à Romanis olim excitatus, poſita, Epiſcopali dignitate clara quæ Compoſtellano metropolitæ ſubiacet, ſed ſcholis ſuis longè omnium clariſſima, quas fama illuſtriùs commendauit quàm oratio doctorum virorum, vt *Alphonſi Garciæ Mattamori* & *Iacobi Middendorpij* qui ſcriptis ſuis Academias celebrarunt, ille patrias, hic Chriſtianas. Originem tamen nobiliſſimæ Academiæ non poſſum quin Ioannis Marianæ verbis lib. xiii. de Rebus Hiſpaniæ, breuiter commemorem. Exequitur ille geſta ann. 1239. *Quo tempore* (ait) *Ferdinandus Rex Burgis quo ſe Toleto contulerat, animo ad pacis artes compoſito Palentinam ſchŏlam ab Alphonſo auo conſtitutam, Salmanticam tranſtulit, loci commoditate inuitatus. Erat enim Muſarum otijs idonea ciuitas, præterlabentique Torme amne ſalubru pariter & ameni ſeceſſus; omnino eo beneficio cupiebat Legionenſium amplius conciliare voluntates. Alphonſus quidem Legionenſis Rex ſuperioribus annis ne ſubditis neceſſe foret eruditionis cauſa in Caſtellam abire, noua ſchołæ fundamenta Salmantica poſuerat exigua & inchoata: Ferdinandi nunc filij, & deinde Alphonſi nepotis, pro eo ſtudio quo litteras complectebatur, cura & liberalitate vſque eo aucta, nullibi vt maiora virtuti præmia, neque artium profeſſoribus ſtipendia uberiora propoſita ſint.* Sed hæc ſpecialius & ex inſtituto Gondiſaluus ille proſequitur.

Salamanca. Tormes. Toro.

1555. 1617. 1629.

An. M. D. LV. 1555.

Guichard. I. POſtquàm noſter ille *Guichardus*, *Lugduni* concionum famâ inclaruiſſet & omnibus populoſæ ciuitatis ordinibus ad ſalutem profuiſſet, longiùs ad *Aquenſes* in Prouinciâ progreſſus eſt, qui iam olim eius tanto deſiderio tenebantur, vt impar videri poſſet expectationi ſuſtinendæ quam conceperant, niſi votis omnibus maior, etiam ſeipſum ſuperare potuiſſet. Certè per omnia euentus conſtitit & votis populi, & Guichardi animo. Ita enim doctrinam & eloquentiam ſuam explicuit, vt non tantùm videretur anteceſſorum conatus exceſſiſſe, ſed ſpem quoque ac fidem poſterorum antecuertiſſe. Cùm igitur Clerum, Senatum, populumque ſupra quàm dici poteſt demeruiſſet, qui precator acceſſerat vt ſibi facultas eſſet familiæ ſuorum illuc deducendæ, preces ipſe accepit ab omnibus illis ordinibus, qui communicato inter ſe conſilio vetus quoddam Oratorium *ſanctæ Mariæ de Laßu* (Iſnardus Acta Capituli Fori-Iulienſis an. 1556. ſecutus, *de Sede* dicit, præter fidem ſcriptorum etiam externorum, nominatim verò Franciſci Belforeſtij) quod extra portam Auguſtinianam, loco amœno, ſpatioſo & commodo ſitum erat, non longè à viâ quæ *Maßiliam* ducit, Meridiem versùs, in perpetuum noſtrorum domicilium *Guichardo* tradiderunt. Ne ſuo autem deſiderio aliquâ ex parte fruſtrarentur, litteras dederunt ad Patres in proximo *Forum-Iulij* congregandos, qui *exploratis eorum* (vt habent Acta) *deſideriis & deuotionis feruoribus* in cenſum Conuentuum Ordinis iam tum retulerunt, vt omninò non poſſim illis aſſentiri, qui primam huius Cœnobij originem in an. 1557. protrahunt. Seceſſu autem illo delectatus *Guichardus*, & populi gratia inuitatus eum ſuprâ cæteros excoluit, vt eo etiam in loco viuendi finem fecerit, quod progreſſu temporis dicendum habebimus. Interim verò, quantùm in ſe fuit, & *Aquenſium* beneuolentiâ in præſens vſus, Cœnobium extrui, ad veterem illam Eccleſiam, prouidit. Opus haud omnino ſplendidum, ſed commodum, & ad religioſam ſimplicitatem compoſitum, ac triginta incolarum habitationi paratum, ad formam & modum Eccleſiæ, quæ anguſta quidem & minimè ſpatioſa, ſed Chriſtianam anti-

Conuentus Aquarum Sextiarum.

Digitized by Google

1555. quam pietatem conſpectu ipſo præ ſe fert & indicat, ſacris pignoribus tum maximè coſtâ *B. P. N. Franciſci* repoſitâ in argenteo Lipſanodochio gaudet : inſuper verò & Imagine B. Virginis Mariæ antiquâ valdè, ſed mirum in modum ſpeciosâ, quæ miraculorum causâ multo concurſu frequentatur. Agitur illi dies feſtus ad II. Iulij quod nuper apud Noſtradamum in Hiſtoria Prouinciæ obſeruabã. Prima certè *Aquenſium* charitas & liberalitas in noſtros perſeuerat, qui ad hunc diem erogatâ ſtipe, non contemnendo numero, illic agunt & ſuſtentantur. Cum autem *Guichardus* illuc venit *Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus D. Laurentius Strozzius* Florentinus, anno ab hinc ſecundo in Cardinalem à
1517. *Paulo* IV. Pont. cooptatus, *Aquenſem* Eccleſiam obtinebat, eodem tempore *Biterrenſem* etiam atque *Albienſem* adminiſtrans, qui populum ſuum ab operario tàm ſtrenuo excoli & ad pietatem informari gauiſus & gratulatus eſt. Obijt
1571. Auenione an. 1571. quem in alterum *Guichardum* ſubſecutus eſt. Non ignota porrò eſt Vrbs ipſa *Aquenſis* in *Prouinciâ*, quæ ab antiquo Archiepiſcopali dignitate fulget, Conuentuque Iuridico ab initio huius ſæculi decimi-quinti donata eſt, haud procul *Maſſiliâ* diſtat leucis quinque in Boream, ab *Arelate* duodecim, nec plus vnâ ab *Auenione* in Orientem, alluitur *Arca* fluuio qui & *Iru* & *Arc.* apud Ptolomæum (vt obſeruat Antonius Fabricius) *Cœnus* dicitur. Apud Latinos nomen vrbi *Aquæ Sextiæ*, quod à *Sextio Caluino Salierum* domitore accepit, & apud Romanos retinuit, à quibus & *Colonia Iulia Auguſta*, vt ex lapidibus & numis colligitur, indigetata eſt. Iconem Vrbis exhibet Belforeſtius tom. 1. Coſmographiæ cum indiculo locorum attinentium. *Aix.*

Conuentus populationis Caçallæ. 2. Andaluzij noſtri, & ipſi nouæ domus acceſſione locupletati ſunt, inſigni beneficio *Nobiliſſ. D. Ioannis Tellez. Giron Vraniæ* Comitis qui antehac noſtros *Orſonam* & *Arahalem* induxerat. Fuit enim adeò magnificus & in noſtros beneuolus Excellentiſſ. Comes vt nullo non loco qui ſua in poteſtate eſſet noſtris domicilium conſtituere velle videretur. Et huius quidem noſtri, tum cæterorum ex eadem familia, laudes ſingulari libro celebrat Hieronymus Gudiel. Editus liber Compluti ann. 1677. Cùm igitur in oppido ſuæ ditionis quod *la Puebla de Caçalla* vulgo audit, duabus ab *Orſona* leucis in Occaſum & in medio ferè tractu *Hiſpalenſi* Cœnobium à fundamentis exſtruxiſſet omni neceſſaria ſuppellectile inſtructum, omneſque cui potiſſimum Ordini addiceretur (nondum enim de illius voluntate conſtabat) intenderent, ad ſe *Orſonam* vocauit *R. P. Alphonſum ab Aquila* ſeniorem quartò iam Prouincialem, alioſque Patres, quibus ſignificauit, Cœnobium illud B. P. N. Franciſco, quem præcipuo cultu venerabatur, animo ſuo atque voluntate addictum & ſacrum eſſe, nec diutius differendum, quando iam omnia prout decebat comparata eſſent, vt in poſſeſſionem venirent; & illicò itinere illuc, cum Patribus illis liberiſque ſuis *D. Petro Giron* primo Duce Orſonenſi, *Magdalena* filia quæ Duci *Aberano* poſteâ nupſit, inſtituto, cum effectu quod dici ſolet, domum affabrè factam & omni ex parte abſolutam Patribus illis in perpetuum poſſidendam tradidit; eoque ipſo die, qui in peruigilium Purificationis B. Mariæ incidebat, Veſperas quas vocamus decantari atque omnes deinceps horas recitari procurauit, quod & factum eſt. In craſtinum ſolemnis de more ſupplicatio & proceſſio habita eſt, cui Comes cum liberis interfuit, ac demùm diuinis officijs peractis voluit ipſe fratribus in menſa miniſtrare. *Magdalena* verò filia crucem argenteam in pignus & monimentum ſui erga noſtros animi liberaliter obtulit. Hinc verò nomen Cœnobio factum à *Purificatione B. Virginis*. Agunt illic viginti è noſtris qui eo ſeceſſu ad pietatis exercitia vtuntur. Loco certè, vt hoc obiter interſeram, nomen Arabicum eſſe Sebaſtianus Couarruuiæ annotauit, idemque eſſe Arabibus *Caçalla* quod Latinis *Caſtrum* ſiue *Caſtellum*, *Caçalla* Ortelio erit *Auguſta Gemella* ſeu *Tucci*, ſi delineatio quam dedit veteris *Hiſpaniæ* ſibi conſtat & exactè perpendatur. Enimuero cùm Excellentiſſimi Principis & Fundatoris noſtri tam frequens memoria recurrat non poſſum prætermittere quæ in eius laudem apud *Matamorum* lego epiſtolâ nuncupatoriâ libelli de Academijs & doctis viris Hiſpaniæ. Poſtquam enim bonarum litterarum *Tellez Giron. Vrgna. Oſſuna. El Arahal. Puebla de Caçalla. Oſſuna.*

vindicem

1555. vindicem & patronum ſe in eo inueniſſe gloriatus eſt, & ab humanitate, facundiâ, doctrinâ laudauit, de congreſſu ſuo cum viro Principe ſubinfert: *Mirabar quidem incidiſſe me in Principem Philoſophum & Rhetorem, qualem Hiſpaniæ gymnaſia multis ab hinc annis neminem ex iſtoloco & ordine tulerunt, vbi verò dimiſſus tuo conſpectu & colloquio ſum, Academiam omnem perluſtrani* (loquitur de *Oſſunenſi* vbi *Gironum* noſtrum conuenerat) *Xenodochium præterea, & ſe erigentia in cælum celeberrimi fani epiſtylia, quatuor poſtremo Monaſteria inuiſi, in quæ ampliſſimas Geryonis opes (cuius te ſanguine, longiſſimè repetito ſtemmate, procreatum ferunt) pietate ſimul & amore litterarum inflammatus effudiſti.* Pergit eam *Gironi* noſtri, in res ſacras & bonas litteras profuſionem exemplo maiorum laudare, quam in ſententiam paucis interiectis ad Gironum redit: *Tantam hanc religionem tam inuſitatam inauditamque pietatem, Tu ex tot Principibus vnus, conſopitam iam & penè mortuam his temporibus ſuſcitaſti, non modo templis Oſſuna magnificentiſſimè adificatis, ſed nouâ quoque conſtructâ Academiâ ad quam ex tota Batica & vtraque Hiſpania innumerabiles gentes & nationes, tanquam ad mercaturam bonarum artium, certatim conuenirent.* &c. Hæc & plura Matamorus non per aſſentationem dixiſſe poteſt videri, cum quæ in noſtros contulit fidem & Matamori orationem ſupergrediantur. 1555.

3. Eodem menſe *R. P. Ioannes Malraſius* poſt annos duos quàm Generalis munere perfunctus fuerat, apud Nigeonenſes noſtros obijt meritorum quam dierum plenior, necdum enim xx. ſanctæ profeſſionis annum exegerat. Hac interim laude cumulatus, quòd ciuilis qua pollebat prudentia nihil ei ad vitæ religioſæ ſimplicitatem, obfuiſſet. Sed nos eius laudes iam antè, quantum aſſequi fas fuit, per rerum noſtrarum obſcuritatem, libauimus. Obit. P. Ioan. Malraſij.

4. *Calabriæ* noſtris etiam ad hunc annum feliciter ſucceſſit conſilium alumni ſui *R. P. Matthæi Chirici* celebris Theologi & magno nomine diffamati. Oriundus ille *Borrello*, quod oppidum eſt Brutiorum ad *Angitulam*, ſeu *Metaurum* alterũ, (ſunt enim eius nominis duo fluuij) in excelſo colle poſitum, ſed propter *Madame* fluuij qui in propinquo, & paludum circumſtantium, vapores, aëris parùm ſalubris, agri tamen frumenti, vini & leguminum feracis, aquarum verò piſculentarum, *Angitula* enim anguillis, paludes teſtudinibus abundant. Diœceſis eſt *Miletenſis* & in temporali ditione Ducum *Montis-Leonis*, mille paſſibus à freto Siculo. Eum autem locum *B. P. N. Franciſcus* cùm *Siciliam* peteret in tranſitu præſentiâ ſuâ & multiplicati panis miraculo beauerat. Quæ cauſæ *Chirico* fuerunt vt à popularibus ſuis Cœnobium noſtris expeteret, quod illi non inuiti conceſſerunt. Egit verò *Chiricus* ſuâ induſtriâ, vt ipſorum ciuium & accolarum beneficio & opus ſtatueretur & ſenſim procederet. Ædes *B. P. N. Franciſco* ſacra eſt in memoriam ſui illac tranſitus & in monimentum cultus ac deuotionis *Borrellenſium* in eũdem B. P. cui ex animo addicti ſunt. Cœnobij poſſeſſionem die Iulij menſis XXVIII. *Chirico* præeunte & auſpicante adierunt. *Chirici. Borello. Angitola. Madama.* Conuentus Burelli.

5. Incidit in alterum menſem obitus *B. M. F. Patientiæ à Bononiâ* Oblati, pœnitentiæ zelo, vitæ ſanctimoniâ, curationum gratia clariſſimi. Ex quo ingreſſus fuerat Ordinem, aſſiduis penè flagellationibus, quotidianis & nuſquam interruptis vigilijs, ſeipſum macerauerat, nihil interim de opere manuum ad quod ex Regula tenebatur aut ad quod charitate inuitabatur remittens, imò alacriter ſuſcipiens atque præueniens quæ videbantur eſſe operoſiora. *Bononiæ* profeſſus fuerat, ſed in *Siciliam* per obedientiam miſſus *Agrigentum* frequentiùs incoluit, vbi in ſpecu profunda & altè defoſſa pœnitentiæ exercitationibus vacauit, pro ſtrato nuda humo vſus, ab ea ſpecu per noctem non diſcedens, in qua & extremum ſpiritum egit. A morte nihil in eius ſupellectile præter flagellum quo ſe verberabat inuentum eſt. Noluit autem rerum moderator Deus ſerui ſui ſanctitatem latere, occurrit igitur funeri tanta populorum turba, neſcitur quo claſſico excita, vt niſi poſt tertium diem in ſepulchrum inferri potuerit. Vota populorum fruſtrata non ſunt, Deo per ſerui ſui merita multorum morbis & ægritudinibus opitulante. Habetur Ob. F. Patientiæ à Bononiâ.

Digitized by Google

1555. *Agrigenti* elatus, obijt autem die XXXI. mensis Augusti. Olim eius memoriam ascripto tumulo celebraueramus affecti ad memoriam hominis innocenter pœnitentis, sed è scrinio frustrà nunc requirimus. Octauius Caietanus inter Siculos sanctitate insignes enumerat. 1556.

Cõfirmatio Priuilegior. Apostol.

6. A die XXIII. mensis Martij *Iulius* III. Pont. decesserat, eidemque *Marcellum Cerninum* ex Presbyteto Cardin. *S. Crucis in Ierusalem* subrogatus ad diem IX. Aprilis, sub nomine *Marcelli* II. qui Pontificatum vltrà mensem ipsum non prorogauit, suffectus autem *Marcello* post tertium & vigesimum diem *Ioannes Petrus Carafa* Neapolitanus, ex Cardinale *Ostiensi* & sacri Senatus Decano, ad totius Ecclesiæ regimen vocatus, accepto *Pauli* IV. nomine, qui quidem ipso primo Pontificatus anno & die mensis Septemb. XX. Priuilegia omnia nobis per Decessores & alios concessa, in eadem verba & sub eodem tenore, atque *Iulius* III. tertio antè anno fecerat, probauit & confirmauit. Litteræ igitur Pont. incip. *Cùm à nobis petitur.* *Cernini.* *Carafa.*

1556. *An.* M. D. LVI.

Capitulum Gen. XVII.

1. *Hugo de Calce* Generalis magna charitate prudentiaque Ordinem administrauerat, cùm Successor deligendus fuit qui paria faceret. Dignus certe *Hugo* qui nunquam officio excederet, sed infallibilis Regulæ definitio hanc necessitatem imponebat. Maturauit ille *Forum-Iulij* se conferre, quò Prouinciales Hispani præpediente infirmitate non venerunt, idoneos tamen qui vicem suam implerent substituerunt, Siculi nulli præsto fuerunt, datum id periculo quo *Dragathes Rais* infestum tenebat mare, ac penè persuasum fuit eos in manus immanis piratæ incidisse. Hæc & similia, ineunte ad diem Maij XI. congregatione, agitata sunt, cùm in crastinum in Scribam seu Actuarum electus est *R. P. Ioannes de Belliregardo* Collega generalis, qui Commissorum litteras legit & recognouit. Ad diem vsque Dominicæ Ascensionis priuata quædam negotia placuit expedire, *Aquensis* & *Lugdunensis* Conuentus in album reliquorum conscripti sunt; Negatus *Vigil* Castellanis qui vnum aliquem sibi dari deposcebant; Beatas Toletanas quæ in numerum sororum aggregari petebant, accipere Patres noluerunt. Sic mensis in diem XIV. excurrit, quo veniebat ineunda electio; ea verò collatis primùm suffragiis non fefellit, *R.* enim *P. Hieronymus Arnonus, Calaber*, votorum prærogatiuam tulit, quam parum aofuit quin *R. P. Simon Guichardus* promereretur inuitus licet atque repugnans. *Arnonus* vir erat magnarum virtutum, multis dignitatibus in Ordine perfunctus, rerum peritiâ insignis & in omni litteratura cùm primis versatus, vix tamen adduci potuit vt onus acciperet, de genibus & cum lachrymis supplex obtestans vt abdicandæ eiurandæque dignitatis copia fieret, sed omnibus aduersus eum reclamantibus assensit, & habitis de more gratiarum actionibus ad obedientiam salutatus est. Collegæ illo ipso die sublecti sunt, & in Italum quidem *R. P. Stephanus Vespulus à Massa*; in Gallum verò *R. P. Nicolaus du Cloud* iam à nobis laudatus, in Hispanum denique *R. P. Petrus à Melgar* quem habemus ampliùs posthac commemorandum. *Mathurino Auberth* Zelosi officium iteratò constitit, vt qui rerum agendarum solertia, diligentia & fide in paucis excelleret. Vterque autem Collega Italus & Gallus duos post annos Visitationem Galliarum obierunt, *R. P. Antonio Cermosco* apud Abbauillenses professo Generalis vicem & personam sustinente. His ad eum quem diximus modum compositis, & verbo in alterum diem facto de priuatis quibusdam rebus & de Capitulo ad tres annos *Valentiam* indicendo (vt factum est) maturè in sua quisque se recepit, ob ingruentia bella, quibus quinquennales induciæ inter Gallos & Hispanos, priusquàm ferè coaluissent, soluebantur. In ea congregatione *Guichardus* noster eloquentiam suam habita oratione publica cum admiratione explicuit, vt etiam Acta in memoriam illa, tanquàm celebri, actione, consignata sint. *de la Chaus* *Frioli.* *de Beauregard.* Gen. XVIII. *Arnoni.* *Guichard.* Collegæ. *Vespuli de Massa.* *du Cloud.* Procurator Gen XVII. *de Melgar.* *Auberti.* *Cermosci.*

2. *Nobiliss.* ille *D. Ioannes Tellez Giron* eius nominis II. *Vraniæ* Comes IV. nullum *Tellez Giron.*

Digitized by

1556. lum poterat liberalitati ſuæ finem facere, qui ergo nuper noſtros deduxerat in dynaſtiam, *Orſona* proximam, nomine *Puebla de Caçalla*, in alterum menſem, & die ipſo Pentecoſtes, menſis Maij vigeſimo quarto, *Archidonam* eos introducit, oppidum ditionis ſuæ, longiùs ab *Orſona* in Ortum, circa fines diœceſis *Hiſpalenſis*, quibus *Malacitanam* attingit, infra fluuium *Syngalim*, medio ferè itinere ab *Aſtigi* & *Granatâ*. In eodem autem oppido Moniales noſtræ ante annos quinque inſtitutæ fuerant, quas conueniebat à Profeſſoribus Ordinis regi & informari; hæc optimo Principi cauſa fuit noſtrorum illuc aduocandorum, neque res videri poterat difficilis, erat enim Oratorium *Sancta Catharina* quod noſtros commodè capere poſſet, illud autem iuris erat Nobiliſſ. D. Comitis, quod in noſtros vltro tranſtulit, quare & quod illic inſtitutum Cœnobium, *S. Catharinæ* nomen retinet. Alonſus Lopezius de Haro hanc fundationem tribuit lectiſſimæ fœminæ *D. Mariæ de la Cuena* viduæ *Ioannis* noſtri, ſed potius eſt vt Montoiæ noſtro credamus. Et certè non potuiſſet Nobiliſſ. mulier marito vidua, domum hanc noſtris conferre antè ann. 1558. quo Comes maritus è viuis ſublatus eſt ipſo Aſcenſionis die qui in XIX Maij menſis incidit. Cæterùm nobiliſſimi viri Elogium Lopezius exequitur Nobiliarij Hiſpanici lib. 5. c. 7. vbi *Gironum* ſtirpem recenſet, atque laudes eorum pro inſtituto celebrat.

Offuna. Puebla de Caçalla. Archidona. Xenil. Eſija. Granada.

de la Cuena.

1556. Conuentus Archidon.

1558.

3. Enimuerò die octauo poſtquàm *Archidonam* noſtri venerunt, *B. M. P. Ambroſius à Ieſu*, à quibuſdam glorioſum finem, quem dicendum habemus, feciſſe ſcribitur, ſed video inter ſcriptores noſtros, neque de anno, neque de die conſtare, quod qui aduertit Donius Triſtanum ſequi maluit quàm Montoiam, ſed tantiſper ſepoſitâ controuerſiâ quid vtrique cenſeant verbo dicam. Triſtanus die feſto Sanctiſſimæ Trinitatis an. 1541 obiiſſe narrat, is autem dies 9 fuit Iunij non 29 Maij, Montoia die ſancto Epiphaniæ hoc anno in meliorem vitam migraſſe contendit. Liberum erit alterutrum autorem ſequi; ſed quando excidit memoriâ vt ad ann. 1541 de illo diceremus, nobis in præſens non illaudatus abibit. Natus ille *Bailenij* in *Andaluzia*, Ordinem noſtrum, *Illiturgi*, die IV. menſis Februarij, profeſſus eſt in manibus *R. P. Petri de Almodouar* Prouincialis; ab hoc principio futuræ ſanctitudinis ſpecimen præbens ad ſacra diuinaque omnia ſupra modum afficiebatur, Theologicis ſtudiis excultus in Scholaſticâ & Myſticâ tantos profectus fecit, vt in vtraque parem non haberet. Ad myſticam tamen magis inclinauit, quam altè adeò imbibit vt in alios cumulatè transfunderet. Præfectus igitur Nouitiorum educationi, & audiendis confeſſionibus vacans, ad ſummum ſpiritualis quam vocant vitæ faſtigium pleroſque ſubleuauit. Formatus eius ſpiritu *Coſmas* ille *Magnozius*, cui ſuum elogium tempeſtiuè reddemus, eandem quam magiſter viam tenuit. Soror *Gratia Valentina* tertiũ Ordinem noſtrũ profeſſa & magna ſanctitate præſtans ab eius diſciplinâ prodiit. *B. Ludouicus Bertrandus* prima ſpiritualis vitæ documenta ab *Ambroſio* noſtro hauſit, quem & prophetico ſpiritu Ordinem Prædicatorum amplecti voluit, cùm ille tamen in noſtrum cuperet cooptari, qui autem vir fuerit *Bertrandus* ipſe poſtquam Apoſtolicæ Sedis iudicium promeruit, quæ illum Cœlitibus annumerauit, ſuperuacuum eſt inquirere. Sed in nullo tantoperè *Ambroſius* noſter excelluit, quàm in verbo Dei prædicando, ibi enim totum ſpiritum ſuum effundebat, tàm præſenti auditorum fructu vt innumerabiles ad emendationis vitæ ſtudium accenderet atque ad bonam frugem conuerteret, pleroſque etiam ſublimioris vitæ amore ac cupiditate inflammaret; ipſe verò cœleſti quodam igne ac feruore ſuccenderetur, vt ſæpè totus in lachrymas diffluceret. Pro verbo, & vita fuit, non innocens modò & inculpata, ſed à cœlo & Deo ſingularibus gratiis extrà communem curſum remunerata; frequentes illi extaſes & raptus, in quibus diuina intimè patiebatur. Mortem, tres antè menſes quàm accideret, publicè denunciauit & quod in votis diu habuerat vt de cathedra ad populum verba faciens occumberet, ita futurum non multò poſt cœlitùs admonitus affirmauit. Rarum quidem mortis genus, ſed non fruſtrà expetitum ab homine verè Apoſtolico, à Deo autem mira benignitate gratiaque conceſſum. Cum igitur *Ambroſius* noſter, apud Moniales

Ob. P. Ambroſij à Ieſu.

1541.

Bailen. Andaluz.

Magnoz.

1557. S. Franciſci *Valentia*, die S. Epiphaniæ ſeu Trinitatis, concionem habiturus eſſet, Sorori *Gratiæ* (quam diximus) cum morti ſuæ diem præſtitutum eſſe ex itinere ſignificauit. Et reuerâ cùm pulpitum aſcendiſſet & pro more vehementiùs inferretur ad diuinorum contemplationem, Deoque per ſummum affectum colloqueretur, geminatâ voce de nomine vocatus *Ambroſi Ambroſi*, derepentè conticuit, animo defecit, & in mortem vt videbatur, obriguit, ſtans tamen in pedes, facie in cœlum ſubleuatâ, diductiſque in crucis formam brachiis, eoque omninò corporis habitu, quo viuus perſtitiſſet. Sublatus inde, inter auditorum fremitum & verba, cum alij verè mortuũ, alij raptum in extaſim interpretarentur, in proximum cubiculum delatus eſt, vbi ſpiritu tenuiter ducto Extremam ſibi vnctionem dari quanto cyùs poſtulauit: dictum factum, & ſpiritu aliquantiſper recepto inter vngentis ſacerdotis manus expirauit. Ad eum nuncium tota ciuitas & omnium Ordinum homines ſedib us ſuis exciti accurrerunt, funus ſolemni pompâ in noſtrã *S. Sebaſtiani* Eccleſiam deductum, & tanto concurſu beati viri exequiæ celebratæ ſunt, vt penè fidem, quæ dici poſſent, excedere videantur. Montoia non temerè per accommodationem hæc in gratiam Ambroſij noſtri verba vſurpat: *Prædicans præceptum Domini conſtitutus eſt in monte ſancto eius.* Hæc verò de beati hominis vita & morte tenuiter libauimus, quæ ex profeſſo alij è noſtris proſecuti ſunt, & ampliùs (vt ſpes eſt) cum tempore proſequentur. Breue interim epitaphium apponemus in noſtræ deuotionis argumentum 1556.

R. P. AMBROSIVS A IESV
EX ORDINE MINIMORVM
A DEO CORAM SVBLATVS ET TRANSLATVS
REDDITO PER VERBVM SPIRITV,
ET TOTVS IN DEVM PLANE TRANSFVSVS
DESIVIT POTIVS QVAM DEFECIT.
MOYSEM ET ENOCH QVI MIRARIS
VIATOR,
STA, MEDITARE, ABI.

Conuentus Noalej. 4. Procurrente in finem anno, Nobilis fœmina *D. Mencia à Salcedo, Iſabella* Imperatrici à ſacro cubiculo princeps, Cœnobiũ in quadã dynaſtiâ ſuâ, nõ longè à *Granatâ*, quam vulgò *del Noaleje* vocant, noſtris attribuit & fundauit, eâ conditione vt Prioratui Parrochialique Eccleſiæ inſeruirent, quod Pontifex rogatus indulſit. Locum ipſum ſiue pagum & Conuentus noſtri fundandi curam ceſſit *D. Mariæ de Barionueuo* conſorti *Didaci Maldonati* ſacræ ſuppellectilis maiori Præpoſito, cuius poſteri Patronatus iure gaudent. Poſſeſſionem adepti noſtri ad diem VIII. menſis Decembris quo immaculata B. Virginis Conceptio recolitur, *R. P. Franciſco de Baëza* ab vltimis Michaëlitiis Prouinciale. Pagus ille nundinis, quibus nullæ in *Andaluzia* celebriores, frequentatur, & ob loci ſanctitatem multis ſacris pignoribus nobilis & nominati, inſtitutis, nullius eſt diœceſis, ab Abbatia *Alcalæ regiæ* tantùm mouens. In chartis *Elaio* ſupra *Granatam* conſpicimus, ſed huius loci ne veſtigium quidem apparet, niſi nomen cum altero illo confuſum eſt.

de Salcedo.
El Noaleje.
de Barionueuo.
Maldonado.
de Baëza.
Alcalæ La Real.

An. M. D. LVII.

1557. Conuentus Vbedæ. 1. HVnc annum ſola Hiſpanorum noſtrorum ſedulitas inſignem fecit, qui quaſi *Andaluziam* decurrerent, vbique locorum veſtigia ſua ſtatuebant. Suprâ *Biatiam* in Orientem, *Vbeda* eſt municipium frequens & clarum, à quo alterum oppidum eſt ad *Baëtim* verſus Meridiem dictum *Punta de Vbeda*, ipſam autem *Vbedam* ſunt qui velint *Idubedam*, alij *Betulonem*, nonnulli *Vllam* & *Vticam*, & quid non? ab antiquis nuncupatam, qua de re relegendus Ortelius. In illud oppidum

Baëza. Vbeda.

Digitized by Google

1557. oppidum *R. P. Franciſcus de Baëza* Prouincialis ſuorum familiam deduxit, cuius autem beneficio Hiſpani non tradunt, ſed accepti Conuentus poſſeſſionem ad diem 11. menſis Februarij annotant, ſunt tamen qui in xxx. menſis Iulij reiiciunt. Maius ſacellum ſuo ære conſtituit atque dotauit *Nobilis & Generoſus Eques D. Rodericus Manricus Venabidius* frater Comitis *S. Stephani, Philippo II.* Regi à cubiculo, qui virtutem ſuam ſingulari certamine aduerſus Equitem aduenam magna cum nominis ſui gloria probauit, ab eoque arma tulit, quam victoriam Deo acceptam ferens arma de tholo templi noſtri ſuſpendit. 1558.

Manrique de Venabides.

de Santiſteban.

2. Quidni & obitum *R. P. Ioannis Mercatoris* rebus per hunc annum inſignibus adniciam? Is poſt annos nouemdecim in ſancta profeſſione actos apud *Nigeonenſes* noſtros morum integritate, ſolitudinis ſtudio & ſacrarum litterarum cultu & amore illuſtris ad vitam vt ſperamus meliorem tranſiuit. Certè illius eſſe *Commentaria in epiſtolas D. Pauli*, quæ aliquando *Nigeoni* vidimus & relegimus, atque *R. P. Petro Heberto* communicaueramus, qui ea quidem luculenta & copioſa miratus, doluit tempeſtiuè in lucem producta non fuiſſe, vt quæ gratiam aliquando inueniſſent quam poſt tot lucubrationes mereri non poterant, arbitramur. Ob. P. Ioãnis Mercatoris.

de Mercier.

An. M. D. LVIII.

1. IDem huius atque ſuperioris anni euentus, nec aliud è commentariis noſtris haurire potuimus, quàm vnius cuiuſdam Conuentus apud *Andaluziam* inſtitutionem, & illam quidem non planè nobis perſpectam & loco ſatis obſcuro ac nobis penè ignoto, vt iamiam dicemus. Hiſpani enim qui de illa ſcripſerunt hoc tantum commemorant, in oppido, cui nomen *Azalcaçar*, diœceſis *Hiſpalenſis*, agente *R. P. Francisco de Baeza*, ſub die xxv. menſis Martij, qui celebritatem B. Virginis Annunciatæ refert, Cœnobium noſtris fuiſſe inſtitutum, noménque illi factum *S. Maria à Victoria*. Maius verò ſacellum aliquot à fundatione annis curauiſſe attributo cenſu annuo *Nobil. D. Ferdinandum à Methymna* Curſorum apud *Hiſpalenſes* magiſtrum, deuotionis causâ, qua *B. P. N. Franciſcum* proſequebatur. Et illi quidem haud amplius. *Azalcaçar* autem in tractu *Hiſpalenſi* ad Orientem ipſius *Hiſpalis*, in ora dextra fluuij *Guadiamar* à popularibus dicti (quem *Anthemum* eſſe coniicio) apud Ortelium & Mercatorem inueniatur, paululùm tamen inflexo nomine, pro *Azalcaçar* enim *Anzalcaçar* legunt, nec obſcura nominis origo & ex parte ſignificatio, *Alcaçar*, namque Regiam, Caſtrum & Arcem ſignificat. 1558. Conuentus Azalcaçatij.

de Medina. Azalcaçar. Guadiamar.

2. Non defuit & ſuum huic anno funus multis nominibus commendandum. *R.* enim *P. Franciſcus à S. Vedaſto* antè annos octo *Franciæ* Prouincialis, vir imprimis pius, & honoris diuini zelo ſupra modum (ſi modus eſſe aliquis poteſt in his quæ ad Deũ ſpectant) exæſtuans, poſt annos xxxvii in eo vitæ inſtituto exactos quo ſe ad omnem ſanctitatem comparauerat, lætus & hilaris, ac Ieſum ſpirans, cuius nomen pectori inſculptum gerebat, ad meliorem & permanentem vitam emigrauit. Sed quæ putas cauſa fuit ſanctiſſimi nominis pectori adſculpendi? Crediderim ſanctum hominem veritum fuiſſe ne per hæreticos interciperetur, qui non ſinerent fidem ore profiteri quam animo tenebat, ideoq; voluiſſe hoc monumentum extare quo poſſet agnoſci. Obiit autem die xi. Iunij Nigeoni, eodem ſcilicet loco quo fuerat profeſſus die 11. Aprilis an. 1521. Elogium habet in Tabulis Pariſinis an. 1620. Ob. P. Franciſci à S. Vedaſto.

de S. Vaaſt.

An. M. D. LIX.

1. ET huius anni initium Andaluzij noſtri nouæ domus incunabulis conſecrarunt Anxium me habet loci nomen, cum alij *Loram*, alij *Loxam* legant. Et *Lora* quidem ſuprâ Hiſpalim viſitur vltrâ *Bætim* in Auſtrum, *Loxa* eſt ad *Syngulim* fluuium ſuprâ *Archidonam*, inter *Aſtygim* & *Granatam*. Rurſus autem *Lora* antiquum nomen *Axalitum*, *Flauium Axalitanum* & *Obuculam* plerique Geogra- 1559. Conuentus Loxæ.

Xenil. Loxa. Caſtillo de Loſas.

Digitized by Google

1559. phi fuiſſe ſcribunt, *Loxa* nomen eſt recentius & Arabicum quod Sebaſtiano Couarruuiæ ſonat Caſtrum teſſerarum ſeu teſſellarum. Mihi certè aſſentiendum potius videtur Montoiæ homini Hiſpano & locorum fortaſsè gnaro, quàm externo cuiquam memoria & coniectura ſcribenti, ille autem *Loxam* habet & conſtanter præfert. Et in eo quidem oppido Cœnobium noſtris exſtructum ait, quod incolere ad diem xx. menſis Ianuarij cœperint, procurante *R. P. Franciſco de Bacza* Prouinciale: Cappellam verò maiorem in ſepulchrum ſibi elegiſſe *Nobil. D. Franciſcum Maldonatum Zagra* Topa rcham, qui & collato cenſu locupletauit: agere denique illic viginti quatuor è noſtris, ac opus ſplendidum fore præclarum & eximium. Nec plura Montoia aut vllus (quod ſciam) ex noſtris Porrò *Loxam* multis & præclaris nominibus à *Braunio* commendatam graphicè depictam l. ij. tab. ij. licet intueri. 1559.

2. Hæc oculis potuiſſent Patres ex Ordine vniuerſo congregandi vſurpare, ſi, quod *Fori-Iulij* ante annos tres conſtitutum fuerat, *Valentiam* veniſſent, ſed cum necdum Cameracenſi fœdere inito bella opportunè deferbuiſſent, Capitulum *Genuam* extra ordinem fuerat euocatum. *Hiſpani* ad cõdictum præſtò non fuerunt, itinerum difficultatibus & maris periculo abſterriti, quod reliquis Patribus non parùm doluit, cùm tamen haud ſatis certæ eſſent cauſæ, ob quas abfuerant, in eas pleniùs inquiri placuit. Interim factum congregationi initium ipſis Maiis Kalendis, *R. P. Hieronymus Arnonus* Generalis eleganti & doctâ oratione cœtum conſecrauit, atque illicò in Actuarium electus vna omnium voce ac ſuffragiis *R. P. Iacobus Magiſtri* ante triennium Lombardiæ Prouincialis. In tertium inde diem habita deliberatio ſuper negotiis quæ occurrebant, promulgata inter hæc S. D. N. *Pauli* IV. conſtitutio, quam xiii. Kalend. Aug. anno ſuperiori aduerſus Apoſtatas & quarumcumque religionum deſertores, eorumque fautores ediderat. Ea eſt apud Laërtium Cherubinum inter ipſius Pontificis conſtitutiones ordine 14. incipit verò, *Poſtquam diuina bonitas, &c.* producta etiam *Illuſt. & R. Patris ac D. Michaëlis Ghiſlerij* S. R. E. Cardinalis *Alexandrini* vulgò nuncupati & hæreticæ prauitatis ſupremi in tota Republica Chriſtiana Inquiſitoris (qui poſtea *Pij* V. nomine Pontificatum geſſit) declaratio, quam *R. P. Matharinus Aubertus* Zeloſus impetrauerat, ſuper modo & forma recipiendi eos qui poſt apoſtaſiam ad meliorem frugem redierint, imprimis ergò eos tantum decernit admittendos de quibus emendationis vitæ propoſitum concipi & ſperari probabiliter poteſt, & qui ipſi Religioni poſſint eſſe bono vſui; deinde cogendos illos eſſe qui acceſſerint vt litteris quibuſcunque Apoſtolicis, quas per fraudem obtinere ſoliti ſunt, renuncient; accipiendumque ab illis iuramentum nihil poſthac ſe aduerſus profeſſionem ſuam attentaturos; denique per annos quatuor in humilitate ac patientia eſſe probandos, ita vt antè dictum tempus nullâ poſſint autoritate (quod vocant) rehabilitari, atque in integrum reſtitui; omnes verò qui contra prædictam formam recepti fuerint eiiciendos & eliminandos eſſe, pronunciat. Litteræ hoc anno datæ die x. menſis Aprilis *Romæ* in ſacro Apoſtolico Palatio, incipiunt: *Ingens deuotionis affectus quem erga Ordinem veſtrum gerimus, &c.* Actum præterea de aliquot Conuentibus in numerum cooptandis, ſed res arbitrio Generalis eligendi de communi conſilio remiſſa eſt; & Duciſſa quidem *Farneſia Pauli* III. Pont. Max. gentilis, pia & nobilis fœmina, vnius ad *lacum Vulſinum* ædificandi procurationem ſuſceperat, in præſens tamen obiectis nonnullis ambagibus conſilium eius non ſucceſſit, ſed in aliquot ex hoc annos protractum eſt. Nobiles fœminæ. *D. de Martialis* & *Beatrix Quadra*, quæ Neapolitano Conuentui annuos quoſdam prouentus attribuerant in album Fundatricum relatæ ſunt, confirmatumque ex occaſione decretum de pluribus in Fundatrices accipiendis quod olim fuerat promulgatum. Gratiam rehabilitationis ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Protectore Ordinis, ſeu apertè, ſeu per occultas artes impetrari, ſub pœnâ inhabilitatis (vt vocant) ad quemlibet Superioratum per tres conſequentes annos, vetitũ eſt, qua de re dicemus ampliùs cum de Protectoris autoritate diſputandum habebimus. Quarto demùm die à quo conſederant,

Capitulum Gen. xviii.

Arnoni.

Magiſtri.

Aubert.

Farneſi.

Quadra.

Digitized by Google

1559. tant, recurrente Aſcenſionis D. N. Ieſu-Chriſti feſtiuitate, collatis ſuffragiis 1559.
de Beauregard. *R. P. Ioannes de Belliregnardo* ex Prouinciali Turoniæ in totius Ordinis Antiſtitem electus eſt. Is *Ambiani* an. 1539. VII. Idus Octobris profeſſus fuerat, antè Gen. XIX.
annos ſex in Capitulo *Genuæ* II. habito Collega Generalis electus, vir in ſacratioribus litteris profundè verſatus & in Scholaſticis exercitationibus apprimè eruditus, animo ſagax & prudens, rerumque agendarum peritiâ excellens; mirificus autem concordiæ inter ſuos ſeruandæ aut reſarciendæ, ſi quid humanitùs acciderat, artifex, quare de illius electione omnes ſibi gauiſi, omnes illi ex animo præſtitâ, vt ſolemne eſt, obedientiâ gratulati ſunt. Diſperrita quædam ſuffragia in viros probatiſſimos (vt habent Acta) inciderunt. Et verè, illi
Debem. Perrin. omni exceptione maiores; vnus fuit *R. P. Ioannes Debemius* qui præſens aderat vice *R. P. Nicolai Perrini* Prouincialis *Franciæ*, in cuius demortui vt apparet locum ſuffectus fuerat, anno licet ſexto tantùm à profeſſione ætatiſque trigeſimo primo, tantam ille ab initio morum probitatem & grauitatem atque omnimodæ eruditionis gratiam oſtenderat, nactus tria in præſens vota quibus in
Aubert. Generalem petebatur; alter fuit *R. P. Matburinus Aubertus* Zeloſus, quem ſæpè commemorauimus, duobus & ipſe ſuffragijs poſtulatus ad Generalatum. Nec mora, veſpertinis horis Collegarum peracta electio. Italus fuit *R. P. Ioannes*
di Certali. d'Altilia. *à Certali* Collega *R. P. Thomæ ab Altilia* Prouincialis Calabriæ, in cuius locum Collegæ
Jaban. ſucceſſit *R. P. Thomas de Belvederio*: Gallus fuit *R. P. Robertus Iaban* ex Collega in Prouincia *Turonenſi* aſſumptus, & antehac ipſi *R. P. Ioanni de Beauregard* in
Martinez. Collegam Generalem electo ſubſtitutus: Hiſpanus fuit *R. P. Ioannes Martinezius* (quem Acta edita *de Martinis* indigetant,) omnes viri probitate, doctri- Procurator
Gen. XVIII. na & pietate, illuſtres. In Zeloſum denique coopratus *R. P. Ioannes Iudas* ex Collega Prouinciali Turoniæ, quem in progreſſu copioſiùs laudandum habebimus: fuerat autem profeſſus *Ambiani* die XII. menſis Aprilis an. 1530. antè Paſcha. Ita nimirùm, Turonenſis Prouincia quæ Franciæ alumnos in ſuum regimen allegerat (quod diu obtinuit) præſtantes viros toti Ordini adminiſtrando comparauit. In locum porrò Prouincialis ad ſupremum gradum euecti ſuffectus eſt *R. P. Matthæus Arnulphus*; ſummiſſi autem, Collegæ Generali & Zeloſo, *RR. PP. Ioannes de Bonſigny* & *Iacobus Ianneal*, quos tempeſtiuè laudabimus, contenti nunc nomina reſtituiſſe quæ in editis deprauatè leguntur. Priùs autem quàm Congregatio ſolueretur nonnullis priuatis rebus compoſitis etiam de fouendis Scholaſticorũ conatibus deliberatum eſt, & Scholam quidem *Nigeronenſem*, in qua generale (vt vocant) Studium fuerat inſtitutum, perſiſtere decreuerunt, haberi tamen eorum delectum qui eius ſcholæ gratiâ donarentur conſtituerunt, minus verò idoneos non prorſus à ſcholis abſtineri ſed pro ſuo captu in alijs Conuentibus edoceri voluerunt, ſcholæ illi *Nigeronenſi* præficientes *R. P. Ioannem Debem*, qui publica lectione ſuos informaret, ne illo quidem munere pro tempore quo Superior eſſet vacaturus, tanta fuit de illius doctrina & eruditione opinio. Prouincialibus denique mandatum eſt, vt in ſua quiſque Prouincia ſcholas inſtitueret, quibus de Collegarum conſilio prouiderent. Poſt omnia, futuræ Congregationi *Valentiam* in *Hiſpania*, delegerunt, atque in eo verbo, cum gratiarum actione, finem Actis ſuis fecerunt.

Finet. Le Tellier. 3. In illo conſeſſu *R. P. Antonius Finetus*, *Ioſephi* noſtri *Tellerij* auunculus, Elogium
Antonij Fineti. Prouincialis *Aquitaniæ*, magnarum virtutum exemplo, eruditionis & eloquentiæ gratia clariſſimus, in paucis præſtabat. Et huius quidem memoria quantùm per temporum obſcuritatem & rerum noſtrarum ignorationem licet, iam nunc nobis celebranda, ne penitus excidat. Is apud *Nigeronem* ab an. 1537. & die menſis Septembris XXI. profeſſus, nominis ſui famam longiùs protenderat, cum ab Aquitanis in Prouincialem ſuum delectus eſt. Adeò regularis obſeruantiæ tenax fuit, eoque ad omnia feruore ferebatur, vt *R. P. Rolandus Gauchardus*, vir exactæ diligentiæ ſi quiſquam alius, dicere ſoleret, non poſſe ſibi exemplum *Fineti* ad mentem redire quin ſeipſum ſocordiæ ac remiſſionis præ illo puderet, eaque cogitatione ad lachrymas ſuffunderetur; nam & inter

1559. alia prædicabat *Finetum* ipsum lachrymarum dono tam largiter præditum fuisse, vt priuatim orantis anima liquefieri videretur & interiori suauitate dissolui, publicè verò ad populum verba facientis gemebunda vox compunctionis spiritum in auditorum animos vehementissimè instillaret. Nec eo tamen minùs verbo potens fuit, aut aduersus hæreticos qui *Tolosæ* inualuerant fortis & acer, quos pro concione validissimè confutabat. Sed præstat Georgium Bosquetum. I. C. Tolosanum & in Senatu Aduocatum, *Finetum* ea ex occasione laudantem audire, in eo libro cui titulum fecit; *Hugonetorum hæreticorum Tolosæ coniuratorum Profligatio*, edito *Tolosæ* apud *Iacobum Colomerium* an. 1565. Postquam igitur ille perditum *Tolosanæ* vrbis statum hæreticorum factione ac Consulum deprauatione, descripsit: *In eos*, ait, *pessimos administratores vrbis, & ex alijs quoque ordinibus non inferiores impietate multos hanc hypocrisis tegentes fuco, cum è sacro suggestu sanctissimi & doctissimi Ecclesiastæ, non Tolosæ solùm, sed totius regni impendentem calamitatem prospicientes, tacitis peccantium nominibus inueherentur, paulòque acrius cæteris Melchior Flaminus Franciscanus, Ioannes Pelletarius Iesuita*, Antonius Finetus Minimus *& Dominicanus Lana, vsque illis stomachum mouerunt (veritas odium parit) vt subornatis vndecumque falsissimis & hæreticis testibus eos tandem seditionis maiestatisque reos fecerint, quo à verbi Dei prædicatione cessarent, surrepto Regi diplomate tribus illorum prioribus interdicta. Susceperant struendam eam calumniam à Synagoga Sathanæ potissimùm Ioannes Portalis Tolosæ Vicarius, homo antè decem annos propter insignia scelera Senatus Iudicio eremodicijs capite damnatus publicatu bonis quæ nulla habebat, Marnacus & de Nozo Capitolini.* Ac pauculis interiectis dum expositi quam crudeliter habitus *Pelletarius* Iesuita, quoad iubente Senatu sub duorum Curiæ Apparitorum custodia in Palatium asseruandus traductus est, cò inquit, *& Melchior apud Albienses captus & tandem etiam Finetus adducti, datis ad cognoscendam Tholosæ illorum causam Iudicibus Ioanne Daffi & Michaële Fabro Præsidibus. Miserat ad Regem Tolosa publico consilio ad ipsorum innocentiam Principi probandam Lucam Vrdesium in Senatu Aduocatum & Iacobum Susium viros consulares legatos, ne inusta tam præclaræ Ciuitatis nomini sub quo aduersus Ecclesiastes rem hæretici gerebant, vlla impietatis macula hæreret, illorum iniuria in Deum redundante. Paratis profectioni furentes Capitolini legationis decretum atlaque Concilij denegant velut contrario subsequuto inducenda*, &c. *Munierant se legati sex & quadraginta honestissimorum & amplissimorum ciuium testificatione, coram Tolosano capitalium causarum primario Iudice Ruchono data, sanctè confirmantium decretum à se & communi solemnique ciuitatis consensu legationem. Accepti quoque modo pro tempore apud Regem legati auditique in secretiori Concilio* &c. *Arestum referunt, Ecclesiastæ ex edictis Regis proximi mensis Iulij veniâ se à carcere liberent, ita tamen ne ad populum loquantur donec Rex iusserit*, &c. *Hæreticis tantum ea edicto consultum erat in quos illi tam acriter declamarant*, &c. *Vrgebantur interea hîc in palatio rei extra ordinem coram selectis à Rege Iudicibus. Commissis in eos ad triginta testes quos multis verisque obiectionibus infirmabant*, &c. *His alijsve moti Præsides Iudices iam tum fortè à Rege ad S. Germani Comitium euocati se amplius ea de re apud Regem deliberaturos respondent. Quo vt primum peruenere, Rex, maximè Cardinalis à Turnone & Mirapicensis Episcopi precibus annuens, Iesuitam & Minimum, breuibus ad singulos missis, interdicto prædicandi soluit, eos admonens populum ad sui obseruantiam atque in ipsum fidem post Dei cultum hortentur, quod illi, vt semper antea, ita & nunc perfanctè & diligenter faciunt. Non quieuit tamen hæresis rabies, nam non ita multò post surreptis aliis Regi codicillis ad interdictum reuocantur, à Seneschallo ab aula Tolosam allatis qui in irritum cessere.* Ita viri fortes auorum & patrum religionem suâ constantiâ & fortitudine tuebantur quàm certè illis acceptam conseruatamque referre nos comenit. Sed de *Fineto* haud plura quidem resciuimus, hæc verò quæ diximus nostrorum in rebus suis negligentiam satis arguunt, cum ne illa quidem nisi ab externo homine per occasionem hauserimus. Tabulæ tamen Siculæ quanquam infra meritum *Finetum* prædicant, verbi Dei præconem flagrantissimum & pijssimum.

Flamin. Pelletier. la Lane. *Portal.* *Marnac. de Noz.* *Daffis. Fabri.* *de Tournon. de Mirepeix*

4. Hunc denique annum, Soror *Angelica Leontia Mylaitana* tertium ordinem *Leonti de Milazzo*

Digitized by Google

1560. dinem profeſſa, poſtquàm iteratis miraculis ſæculi vinculis exoluta eſt; piâ & ſanctâ (vt creditur) morte conſecrauit. Propheticò ſpiritu donata, cùm alia prædixit, tùm obitus ſui horam antè dies quindecim renunciauit. Perpetuum ieiunium & orationem à primâ pueritiâ coluerat, vt propterea naturæ terminos illa ſui corporis afflictatione præuertiſſe videatur, deceſſit enim quadragenaria: Incidit porrò beatæ animæ tranſitus ad permanentem vitam, die prima Nouembris, qua in Eccleſia Omnium Sanctorum memoria recolitur, in quorum ſocietatem, Angelis coram occurſantibus, de ſuo exitu, qualem eſſe futurum præſentiebat, exultans & lætabunda, perducta eſt. Hanc nimirùm fidem & totius vitæ curſu & vltimo fine popularibus primùm ſuis atque alijs deinceps fecit. Donius lib. VII. Hiſtoriæ generalis noſtri Ordinis hæc quæ tenuiter libauimus amplius perſcripſit: ſed & hoc ei elogium *Santorius Pariſius* noſter attribuit; *In qua Caſtitas præfulſit.*

1560. Ob. Sor. ...a Angelicæ Leoniæ.

An. M. D. LX. 1560.

1. OCcubuerat lethali vulnere *Henricus* II. Rex, à die x. Iulij an. 1559. atque vt canit Bellaius Poëtarum deliciæ:

Optatam Henricus pacem conceſſerat Orbi,
Ceſſerat ac toto Martius Orbe furor.
Indoluit Manors, belli indignatus alumnum
Ad placida mentem vertere pacis opus.
Ergo illum fictis ludentem prælia bellis,
Euolat emiſſo dum violentus equo,
Perculit imbelli confracta cuſpidis ictu,
Ludentique ferus ſeria damna tulit.

Cõfirmatio Priuileg. à Rege Franciſco II.

Hic nimirùm caſus fuit Optimi & feliciſſimi Principis, non Galliæ tantum, ſed toti Orbi luctuoſus, deſtituti verò Regni habenas capeſſiuit *Franciſcus* II. vixdum pueritiâ egreſſus, in quo *Franciſci* noſtri nomen & gratia reuixit, & in Ordinem eius haud diſpar in principe adoleſcente à progenitoribus affectus, quare ineunte anno ipſoque Ianuario menſe omnia quæ per Deceſſores acceperamus priuilegia rata eſſe ac firma edixit, litteris quas vocant patentibus apud *Bleſas* datis, ſed patrio more an. 1559. aſcriptis. Enimuerò hunc florem prius quàm in fructum coaleſceret immaturi fati quædam veluti pruina decoxit. Nam hoc ipſo anno nobiliſſimum regem importuna catharrus ſuſtulit die XXV. menſis Decembris, quod ſpes noſtras vehementer afflixit.

Blais.

2. Hoc ipſo anno, Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Ioannes Bellaius* ſacri Collegij Princeps, nec tam ſuæ gentis nobilitate ac ſplendore clarus, qui longè eſt apud nos maximus, quàm propria virtute inſignis, cùm in vicem Cardinalis *Arminiaci* Ordinem noſtrũ in fide ſua & clientela per aliquot annos habuiſſet, in ædibus ſuis, quas iuxta Diocletiani thermas exquiſita magnificentia ſtruxerat, naturæ conceſſit, XIV. Calend. Martij, apud noſtros in *monte Pincio* ſepultus, & gentis affectu, (ſunt enim qui illic degunt Galli omnes) & probitatis exiſtimatione quàm propiùs nouerat rerum noſtrarum cognitione ac iudicio. Laudes eius certatim complexi ſunt nobiles quique illius ac deinceps conſecuti temporis Scriptores, Iouius, Thuanus, Hoſpitalius, Salmonius, Petramellarius, Sammarthanus, Robertus, & qui non alij? nos tandem poſt illos meſſores ſpicilegium faciemus in *Protectore Religioſo.*

du Bellay.

d'Armagnac.

Obit. Card. Bellaij Vicept.

3. *Bellaio*, *Pius* IV. qui nuper Petri cathedram aſcenderat, ſuffecit Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum *D. Ioannem Antonium Sorbellonium*, quem nuper inter purpuratos Patres omnium quos creauit primum ex Epiſcopo *Fulginate* cooptauerat, ſub titulo *Sancti Georgij ad velum aureum*; in quo Pontifex Optimus non ſuum modò in noſtros affectum cõmendauit, ſed amplioris gratiæ certiſſimam ſpem fecit. Habebat ille inclinatum in noſtros animũ hæreditaria gentis propenſione, quæ fuit *Medicea*, ipſe *Ioannes Angelus* antè Pontificatum dictus, & poſt quamplurimas dignitates quas ſapientiſſimè fortiterque admi-

Sorbelloni.

Viceprotector Bellaio ſubrogatus.

Digitized by Google

1561. nistrauerat ex Cardinali tit. *Sanctæ Priscæ* in summum dignitatis fastigium subleuatus, à die XXVII. mensis Decembris an. 1559. cum *Paulus* IV. Decessor proximus à die XVIII. Augusti mortalitatem exuisset. Non poterat autem sui erga nostros animi magis luculentum & gratum pignus præbere, quàm cùm eos hominis sibi sanguine coniuncti ac sibi supra cæteros charissimi fidei ac diligentiæ, ab ipso dignitatis initio, commisit. Et reuera, *Sorbellonius* operam omnem ac sedulitatem rebus nostris nunquam non exhibuit. 1560.

Obit. Guillelmi à Prato Episc. Fund.

4. Enimuerò nobis prætereunda non est *Reuerendissimi Patris ac Domini D. Guillelmi à Prato* Claromontani Episcopi memoria, qui hoc anno ad x. Calend. Nouemb. sancto fine quieuit, postquam totâ virâ nullis non Sanctimoniæ studiis, virtutum generibus, pietatis operibus excelluit. Societatem Iesu primus ipse in Gallias instigante nostro *Simone Guichardo* introduxit, tribus Collegiis de suo institutis & fundatis. Nostris prolixè fauit, nec destitit vnquam omni ope, quâ posset, illos iuuare. Cœnobium *Belli-regardi*, qui solebat ei secessus esse ad animi relaxationem, construxit; vt hominibus nostris familiarius vteretur. *Nigeonenses* nostros in parte beneficentiæ ac liberalitatis suæ esse voluit, ob memoriam matris quam illic olim conditam meminimus. Eos autem annuæ pensionis Mauzacensi monacho litteris in Academia Parisiensi operam danti, & altero Crespeiensi, tertio denique Radoliensi, persoluendæ sequestros constituit. Tribus enim his beneficiis Guillelmus noster gaudebat, *Mauzacensi* inquam Abbatia in suburbano *Ricomagensi*, ac Prioratibus *S. Arnulphi* apud *Crespeienses-Valesios*, & *S. Petri de Rueillio*, seu *Radolienses* propè *Firmitatem Auculphi*. Primus autem qui sua studia his sumptibus sustinuit, fuit magnus ille & nunquam satis laudandus *Gilbertus Genebrardus* Monachum apud *Mauzacum* professus. Et certè Guillelmus noster in viros religiosos beneficus, in litteratos liberalis, in pauperes effusus fuit. Per annos triginta duos Ecclesiam Claromontanam sanctissimè administrauit, & maturè ad alteram vitam se componens testamentum ab anno 1550. condidit, quod hoc demum anno recognouit, corpus suum Patribus Societatis Iesu *Billomensibus*, cor *Belliregardensibus* nostris curandum reliquit. Et corpus quidem post annos septuaginta incorruptum apud *Billomenses* repertum est, magno haud dubium sanctitatis argumento. Cor à nostris eodem loculo quo ipsi conduntur magna religione conseruatur; & meritò, quod enim sanctius sacratiusve amoris ac beneuolentiæ pignus ab Antistite pientissimo & religiosissimo habere poterant, qui iam antè insculpto corde ad limen superius portæ Ecclesiæ animum suum, appositis vtrinque his inscriptionibus, professus fuerat? A dextra nimirùm *In simplicitate Cordis mei lætus obtuli vniuersa.* 1. Paral. XXIX. 17. & à sinistra. *Elegi & sanctificaui locum istum vt sit Cor meum ibi.* II. Paral. VII. 16. Æterniratem cogitabat, qui hæc animo meditabatur & effectu complebat, nec profectò videri potest dubium, quin eâ Pontifex sanctissimus & beneficentissimus perfruatur. *du Prat.* *Guichard.* *Beau-regard.* *Moz.ac.* *Cresp.* *Rueil.* *Genebrard.* *Billom.*

An. M. D. LXI.

1561. P. Gaspar de Fosso fit Archiepisc. Rhegij-Iulij.

1. PAulo IV. adhuc superstite, noster *Gaspar de Fosso*, qui conscientia ductus Hispanorum partes præter Pontificis voluntatem constanter amplexus & secutus fuerat, *Philippi* II. Regis nominatione, *Illust. & R. D. Augustino Gonzagæ* in Archiepiscopatu *Rhegiensi*, sufficitur. Id *Paulus* Pontifex ægrè tulit, qui *Gasparem* nostrum & veteris beneuolentiæ necessitudine & maiorum honorum oblatione à fouendis Principis ac Regis sui partibus non potuerat abducere, tantùm in *Gaspare* conscientia valuit, vt seruatâ Pontifici reuerentiâ non dubitaret Principis sui causam tueri, quam æquitate niti perspiciebat. Vt igitur à Pontifice institueretur eo Archiepiscopatu, obtineri non potuit, licet tamen ipse *Fossani* probitatem summamque eruditionem frequenter prædicaret. Sed res in longùm non abiit, proximè enim Pontifex è viuis sublatus *Pium* IV. vt diximus successorem accepit, qui concordiam pacémque imò & amicitiam cum Hispanis coluit, nihiloque minus quam sui Decessores *Gasparem* nostrum *de Fosso.* *Gonzaga.*

Digitized by Google

1561. ſtrum obſeruauit; hoc igitur anno primùm ineunte, Apoſtolicis & peramantibus litteris, eum in Archiepiſcopum *Rhegienſem* inſtituit. Eſt autem *Rhegium*, quod veteres *Iulium* cognominarunt, vrbs antiqui nominis & dignitatis ad *Fretum Siculum* loco prominente ſita, & altera *Bruttiorum* metropolis, centum millibus paſſuum diſtans à ſocia metropoli *Conſentia*, de qua nos alia occaſione ampliùs diximus. 1561.

Reggio ò Riggio.

di Palermo. 2. In diem 11. menſis Februarij Sor. *Sigiſmunda à Panormo* tertium Ordinem profeſſæ obitus incidit. Hæc à primis annis, illud vitæ inſtitutum, quod B.P.N. in ſæculo degentibus præſcripſit, conſectata, ſe ad omnem ſanctitatem formauit, facultates omnes ſuas in pauperes erogans, Deo & ſibi quantùm per charitatem in proximum vacuum erat intendens, ſe perpetuâ inediâ, flagellationibus aſſiduis, ſolitis humicubationibus macerans, quo vitæ tenore ſanctitatis famam conſecuta, vt illam tamen omnium maximè deteſtaretur, ad vitæ metas properauit. Præſenſerat autem vltimum ſibi diem adeſſe familiaribuſque denunciauerat quo momento deceſſura eſſet, quare cum etiam à morte corporis nuditatem abhorreret, ipſa ſe indutis veſtibus & firmiter aſſutis ad funus comparauit. Ea igitur ipsâ horâ, quam prædixerat, placidè in Domino conquieuit; ad eius mortem omnis penè ciuitas concitata eſt; tantaque ad funus omnium hominum multitudo effuſa eſt, vt non niſi poſt diem tertium terræ mandari cadauer potuerit. Intra quod temporis ſpatium, plerique ſalutarem eius opem perſenſerũt à deſperatis morbis liberati. Separato & inſigni loco ad ſanctitatis venerationem & memoriam in Eccleſia ſanctæ Oliuæ Monaſterij noſtri apud *Panormum* ſepulta eſt. *Dono miraculorum data* à noſtro *Santorio Pariſio* dicitur, Acta eius *Donius* breui complexus eſt. Ob Sororis Sigiſmundæ à Panormo.

3. Ad diem xxxi. Martij recoluntur incunabula Cœnobij noſtri apud *Vtreram*, quæ vrbs eſt agri *Hiſpalenſis*, ſuprâ *Palatium* ſeu *Palatia* in Orientem. *Palatium* autem quintâ ab *Hiſpali* leucâ, ſic dictum ab arce perantiquâ quam lateri habet adhærentem, frequentiâ viatorum qui hac *Nebriſſam*, *Luciferi fanum*, *fretumque Gaditanum* contendunt, & viciniâ *Bæthicæ* paludis ſeu æſtuarij fluminis (Hiſpani *Mariſma* vocant) celebre ac nominatum eſt. Suprâ *Vtreram* versùs Ortum eſt oppidum vulgò *los Molares* dictum, & ipſum non ignobile. *Vtreram* Latini *Vtriculum* dixerunt, & *Betam*, quod non ſemel annotat Biuarius ad *Dextri Chronicon*. In eã Vrbẽ vt noſtri tranſgrederẽtur procurauit *R. P. Petrus de Melgar*, *Andaluziæ* Prouincialis, qui nixus fauore *V. N. Ludouici Morales* Equitis ac Militum Ductoris, vſus verò *R. P. Franciſci à Cruce* operâ, & ciuicum Magiſtratum vniuerſúmque populum Vtrerenſem, & *Illuſtriſſimum & R.D. Fernandum Valdeſium* Hiſpalenſem Archiepiſcopum & generalem per Hiſpanias Inquiſitorem, ſibi totique noſtro Ordini promeruit. Ad eam vrbem haud procul ducentis paſſibus nonnulli Eremitæ incolebant ab anno 1520. qui Oratorio ſuo nomen *B. Mariæ à Conſolatione* fecerant, per aliquod tẽpus papyracea tantum B. Virginis Imagine contenti, quoad Moniales Conuentus, quem vulgò *de la Antiqua* dicunt, apud Vtterenſes, petente Archiepiſcopali Viſitatore, Imaginem quandam ſibi relictam à piâ fœminâ *Maria Ruizia*, illis conceſſerunt. Ad ann. 1552. Eremitæ illi permanſerunt cultu in B. Virginem mirificè propagato, agente præſertim *P. Antonio de Barreda* Vterâ ciuitate oriundo, eius ſodalitij autore præcipuo, ſed tunc loco ceſſerunt in gratiam R R. P P. Carmelitarum, qui poſt annos quatuor in Vrbem migrarunt eumque locum deſeruerũt meliore comparato. Subinde verò, deuotionis gratiâ in locum vacuum & deſertum venerunt piæ quædam mulieres, atque in his *Beatrix Aluarezia* tertium Ordinem noſtrum à longo iam tempore profeſſa, quæ loci vicem miſeratæ B. Virginis Imaginem inde auferri & domum aſportari curauerunt. Domi ſuæ cultum ſanctæ Imagini debitum inſtaurauerunt, ex hoc ingens conſecutum miraculum lampadis, quam coràm poſuerant, ad biennium ferè, non infuſo ex quo primùm accenſa fuerat oleo, ardentis; quæ cauſa deuotas mulieres permouit ad reſtituendam priſtino loco Imaginem, eiuſque cultum ſolemniùs inſtituendum; factum id beneficio ſenioris cuiuſdam Eremitæ, quem ad incolendam Conuentus Vtetæ.

Vtrera. los Palacios. de Sevilla.

de Melgar.

de la Cruz.

de Valdes.

1520.

la Antiqua.

Ruiz

1552.

de Barreda.

Alvarez.

1561. deſertam domum rei nouitate deuotæ mulieres induxerunt. Non abſque miraculo ſacra Imago in locum reſtituta eſt, per ſe enim in paratum loculamentum inſiliit; deinceps verò tam frequentibus miraculis effulſit, vt nullibi B. Virginis memoria celebrior habeatur. Illud imprimis memorabile quod oleũ è lampade tantâ copiâ per longum tempus exundauerit, vt & nutriendæ lampadi & vngendis infirmis abundet; adeò præſenti ad omne morbi genus perſanandum virtute, vt nihil eius ope poſſit ſalubrius inueniri, quod miraculis penè quotidianis perſpicitur. Ad eius rei famam de nouo excitiquaquauersùm populi accurrebant, quare *Vtrerenſis* Clerus populorum votis ſatisfacturus adminiſtrationem eius Eccleſiæ ſuſcepit, fruſtrâ reclamantibus PP. Carmelitis, qui dimiſſo ſemel loco ius omne ad illum recuperandum amiſerant. Cùm igitur eius loci poteſtas ad Archiepiſcopum *Hiſpalenſem* Populúmque *Vtrerenſem* rediiſſet, per eos quos diximus actum eſt vt noſtris donaretur. Et quidem ab *Hiſpalenſi* Archiepiſcopo cùm diligens priùs inquiſitio præceſſiſſet, mandatum venit, ad *R. D. Didacum Amatum* Oſſunæ Abbatem maiorem, pro noſtris in poſſeſſionem mittendis. Datum id menſis Martij die XXVI. cum ad vltimum eius menſis noſtri poſſeſſionem adierint. Opus Monaſterij magnificum omninò, illuſtre atque ſplendidum, quod ſeptuaginta è noſtris incolunt. Eccleſia longè latéque patet, miraculorum inſignibus & quamplurimis muneribus adornata, vt nihil præclarius in totâ *Vandalitiâ* conſpiciatur. Memoria B. Virginis à conſolatione ad diem VIII. menſis Septembris recolitur, tantâ omnium ordinum affluentiâ, vt quintam partem vaſtiſſima licet Eccleſia capere non poſſit, adeoque ad turrim in campo ſacra ſint peragenda. Inde ab Indis Orientalibus atq; Occidentalibus, vota B. Virgini, quæ illic colitur, nuncupantur, in tantam ſcilicet celebritatem euaſit. Nulli ferè ſunt in tota Hiſpania Proceres qui ſuis beneficiis hoc ſanctitatis adytum non ſint proſecuti.

Amado.

Andaluzia.

Conuentus Matriti. 4. Eo autem ipſo tempore, quo *Andaluzij* noſtri *Toletum* venerant ad promerendam Hiſpalenſis Archiepiſcopi qui erat in comitatu Regis gratiam, pro conſtituendo apud *Vtrerenſes* Cœnobio, *Caſtellani* quoque noſtri ſimili de causâ Regem adierant. *Matritum* enim familiam deducere peroptantes, ſatis præuidebant id iniuſſu Regis fieri non poſſe, magnumque ſibi operæ compendium eſſe futurum ſi mandatum à Rege ad omnes Ordines eius Vrbis impetrarent. Id verò haud difficulter ſunt conſecuti, & Regis benignitate & *Iſabellæ Valeſiæ* (quam *à Pace* cognominant) Reginæ interuentu. Ad diem igitur XV. menſis Februarij litteras dedit Optimus & benigniſſimus Princeps ad Senatum Populumque *Matritenſem* (tantum abeſt à vero quod non nemo rerum noſtrarum ignarus ſcripſit præter Regis voluntatem Cœnobium illud noſtrum fuiſſe inſtitutum) quibus obſequi glorioſum eſſe duxerunt. *Toletanam* pro tempore Eccleſiam adminiſtrabat *R. D. Gomezius Tellezius Gironus* per abſentiam Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi *D. Bartholomæi Caranzæ*, qui & ipſe omni quo potuit fauore noſtros eſt proſecutus, ita nimirùm conueniebat vt ſuorum gentilium in noſtros affectum conſeruaret. Comparato igitur fundo, iacta ſunt Cœnobij fundamenta quæ cum RR. PP. Auguſtiniani haud ſatis procul ſuo Monaſterio abeſſe cauſarentur, actum eſt per Reginam & Principem *Carolum* Regis primogenitum, vt omnis controuerſia diſceptatioque conticeſceret. Opus igitur intrâ breue tempus habitationi paratum, poſtridie ſcilicet Dominicæ Transfigurationis, hoc eſt, Auguſti menſis die VII. quo *Toletana* Eccleſia SS. *Iuſti & Paſtorii* martyrum Complutenſium memoriam celebrat, noſtri nouam domum ingreſſi ſunt, *Carolo* Principe, quem diximus, præeunte, & dato ſigno populum ad ſacra euocante. Haud omninò ſumptuoſum eſt opus ſiue Cœnobij ſiue Templi, præclarum tamen eſt & ſplendidum, & quamoptimo & nobiliſſimo ciuitatis loco poſitum. Eccleſia ſex vtrinque ſacellis conſtat; quibus pauca videri poſſunt ornatiora per ſuorum fundatorum magnificentiam; præcellit verò maius, ad caput Eccleſiæ, opus Nobiliſſimæ fœminæ *D. Caſſandræ de Grimaldo Nicolai Salernitani* Principis & *Iuliæ Cibo* filiæ, quæ *Stephano Lomellino* è primaria Genuenſium nobilitate nupſerat. Excellentiſſ.

Toledo.

de la Paz.

Tellez. Giron. Caranza.

di Grimaldo, di Salerno. Cybo. Lomellino.

Digitized by Google

1561. *Spinola.* cellentiſſ. *D.* Marchio *Ambroſius Spinola* rei militaris peritiâ & gloriâ noſtro ſæculo clariſſimus & *Caſſandra* ex ſorore *Polixena* filius eidem in iure patronatus ſucceſſit, atque is pro ſua liberalitate & animi magnitudine, multo iaſpide ac marmoribus exquiſitis *Genuâ* illuc aduectis hoc ſacellum perornari curauit. Gaudet certè illa Eccleſia ſacris pignoribus maximè pretioſis, tùm verò præcipuè capite *S. Firmini* Pompeiopolitani Epiſcopi & oſſe gutturis B.P.N. præter nobiliſſimum Lipſanodochium quo *V. Cl. Benedictus Rodericus Valtodanus* ſacellum B. Virginis Aſſumptæ à ſe conſtructum dotauit. Eſt etiam præter Eccleſiam Oratorium ſingulare, amplum profectò & ſpatioſum, triplici fornice diſtinctum & B. Virgini *à Solitudine* ſacrum, cuius Imago donum eſt *Iſabellæ* Reginæ, de qua diximus, Principis in B.P.N. eiuſq; Ordinem vniuerſum adeo liberalis ac beneuolæ vt nullis poſſint verbis illius merita adæquari; opus verò *Becerræ* ſculptoris eximij, ſed, quod præcellentius eſt, Imago ipſa miraculis refulget, eſt in Altari medio collocata, cui duo alia ab vtroque latere adhærent. Illic autem inſtitutum eſt ſodalitium, frequens imprimis ac nobile, quod damnatorum corpora ſolet curare, & alijs miſericordiæ operibus quæ hîc recenſere moleſtum eſſet atque ſuperuacuum, inſiſtere. Alterum etiam ſodalitium eodem loco inſtitutum ab anno 1619. ſub nomine Mancipiorum B. Virginis. Altare ipſum priuilegio animæ liberandæ donatum eſt. Quin & Hieronymus à Quintana ſacellum B. Virginis à Partu frequentari à prægnantibus memorat, delatáque ad an. 1602. Imagine ac ibidem collocata, in ipſa ſupplicatione, cæcæ mulieri viſum reſtitutum fuiſſe ſcribit. Nobil. D. *Caſſandram de Grimaldo* imitata generoſi animi fœmina D. *Maria Laſſo, V. N. D. Franciſci Salazar de Orue* militum Ductoris conſors, ſacellum Mancipiorum liberaliter & copioſè fundauit. Atque cum tempore priuata plura beneficia Cœnobio illi collata ſunt, tum ab eis maximè qui ſuo ære ſacella exædificarunt. Nam præter primarium quod diximus, & alterum illud quod Virgini Aſſumptæ à *Roderico Valtodano* dicatum eſt, hac tantùm ad memoriam inſcriptâ epigraphe,

1561. 1619. 1602.

Rodriguez Valtodano — *de la Soledad.* — *Laſſo. Salazar de Orue.*

Sacellum prolis Collegij Dini Bartholomæi Salmantini.

finitimum huic, *B. P. N. Franciſco* Vir Nob. *D. Franciſcus de Bobadilla* & eius conſors *D. Leonora à Pace* conſtituerunt, quod patronatus iure *V. Clar. D. Melchior à Molina*, qui *Ioannam Franciſci* & *Leonoræ* filiam duxit, ſibi ac poſteris tuetur. Alterum & huic proximum B. Virginis Conceptioni à Generoſ. Vir. *D. Sebaſtiano Porras* Curſorum Magiſtro & *D. Antonia Velaſquez* coniuge, quod hæredes hodieque ſequuntur, poſitum eſt. Sed & Clar. V. *Melchior de Vega* quod primum eſt à latere, vt vocant Euangelij, liberaliter fundauit, quod ceſſit poſtmodùm *Gallo* famoſis Equitibus *Fontis-Pelagij* Dominis. Atque huic proximum inſignis ille pingendi ac ſculpendi artifex *Becerra* ſibi ac poſteris optauit, quod iure cognationis V. Cl. *D. Ceſpedes* Archiatro regio & *D. Catharina de Arze* coniugi iam nunc cedit. Quod incontinenti ſubit fundatum eſt à pia & honorabili fœmina *D. Maria Melendez* Honeſt. & periti *V. D. Alphonſi à S. Petro* conſorte, quæ in ſingulos dies erogandum pauperibus panem ſingulari pietatis exemplo conſtituit. Huic denique contiguum procurauit V. Benef. *D. Franciſcus Portillo de Lorenzana* pariter cum ſua conſorte *D. Petronilla Duran de Ludeña.* Suos quæ reliqua ſunt fundatores deſiderant. At verò & intra Clauſtri ambitum nonnulla cœperunt ædificari, quorum illud eſt magnificentiſſimum quod V. Clariſſ. *D. Ioannes Gonçales Solorçano* ex regio Indiarum Concilio & D. *Iſabella del Caſtillo* eius conſors ſacriſtiæ ſeu ſacrario iunctum extrui fategerunt. Prima porrò huius noſtri Cœnobij initia debemus *R. P. Ioanni à Victoria* Prouinciali *Caſtellæ* quod in tantam cum tempore magnitudinem & celebritatem proceſſit vt cum rebus ad vitam omnibus affluat tum octoginta è noſtris qui præter aduenas illic agunt abundanter ſufficiat. Videndus Ægidius Gonçales d'Auila in Theatro magnitudinum Vrbis Matritenſis, & Hieronymus à Quintana in eiuſdem vrbis Hiſtoria l. III. c. LXXXVIII. Porrò *Matritum*, aut, ſicut alijs placet, *Maioritum* & *Mageritum* atque antiquo nomine *Man-*

de Bobadilla de Paz, de Molina. — *Porras. Velaſquez de Vega. los Gallos. Fuentepelayo. Becerra. Ceſpedes. de Arze. Melendez de San-Pedro.* — *Portillo. Duran.* — *Gonçalez Solorçano. del Caſtillo.* — *de Victoria.*

Digitized by Google

1562. *tua Carpetanorum*, quod nonnulli tamen *Villamanta* tribuere malunt, vulgò *Madrid*, ſed ſi Marietæ credimus corruptè cum *Mugrid* ſcribendum ſit, vrbs eſt ſupra *Toletum* in Orientem ad *Xaramam* fluuium, aëris ſituſque ſaluberrimi, rebus omnibus abundans, incolis numeroſa, illuſtribus familijs nobilitata, Regum Hiſpanorum ſedes & Hiſpanicæ vt ita dicam gloriæ vertex, qui de ſuo *Matrito* prædicare audent ——— *hic ſiſtit gloria mundi*
multa diſputant de eius nomine quæ fabulam ſapiunt, de bonis eius nunquam ſatis multa ſibi videntur prædicaſſe, quam in rem omnes illi conſentiunt. 1561. *Madrid.*

Moniales Baiæ. 5. Ab annis iam decem *Baiæ* noſtri conſtiterant, vt ad illud tempus meminimus, vt autem Moniales in eam inducerentur *R. P. Petrus de Melgar* Prouincialis procurauit quod nunc demùm factum, fundatore Licentiato *D. Caſtillo* ab eadem vrbe oriundo, impoſitum Monaſterio *Sancti Ildephonſi* nomen atque in eo ſex ſupra quadraginta Moniales degunt. Neque de *Biatiano* Monialium noſtrarum Cœnobio plura Hiſpanici Scriptores noſtri tradiderunt. *Baïæ. de Melgar.* *Caſtillo.*

1562. *An.* M.D. LXII.

Ceſta per Gaſparem à Foſſo Archiepiſc. in Conc. Trid. 1. NOn fuit hoc anno par vbique rerum noſtrarum conditio. In *Italiâ*, ſub initium anni, Oecumenicum Concilium *Tridenti* iam tertiò inſtauratum eſt, in quo quidem noſter *de Foſſo* Rhegienſis Archiepiſcopus primas partes egit poſt Sedis Apoſtolicæ Legatos, quibus adeò expectatus deſideratuſque fuit illius aduentus vt nihil eo abſente agi voluerint. Vbi autem venit decretum ipſe de celebrando Concilio formauit & publicauit, ſub die XVIII. menſis Ianuarij, & in altera ſeſſione quæ ad diem Februarij XXVI. prorogata eſt, præclaram & animo plenam orationem habuit *de auteritate Eccleſiæ in fidei rebus definiendis*, quam exhortatione ad Patres in præſenti rerum neceſſitate concluſit. Eius argumentum Petrus Soauius breuiter perſtrinxit, ſed integra poſtmodùm oratio typis mandata eſt. Et quidem *R. P. Franciſcus à Maïda* Generalis eam ſeparatim edi curauit, *Antonius* autem *Ricciullus* I. C. Gaſparis noſtri abnepos poſt libros de Iure perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium quos Romæ an. 1622. publici iuris fecit, iterum diuulgauit. Nihil inconſulto *Rhegienſi* Archiepiſcopo vnquam definitum eſt, imò eius ſententia primas ſemper obtinuit, vnus omnium acerrimè iura & gratias Regularium propugnauit. Sed hæc pleniùs qui eius Acta perſcripſerunt executi ſunt.

Conuentus Aſtapæ. 2. In Hiſpaniâ felix etiam fuit rerum noſtrarum ſucceſſus, quem recepto apud *Aſtapam* Conuentu auſpicati ſunt Andaluzij noſtri: factũ id die 11. menſis Febr. quo Purificatæ Virginis feſtiuitas peragitur, beneficio *Nobil. D. Marci Centurionis* primi *Aſtapæ* Marchionis, qui prouentus attribuit ad neceſſaria viginti quatuor è noſtris illic commorantibus. Cœnobium in dies incrementum accipit, ædes ſacra ſplendida eſt & operis pro loco magnifici. Eſt autem *Aſtapa* quæ & *Oſtippo*, antiqui nominis oppidum, fide in Romanos *Sagunto* æmulum, haud longè à fontibus *Singylis* fluuij, ab *Aſtigi* quinque leucis versùs *Anticariam*, totidemque ab Vrſone, quam antea deſcripſimus, in finibus Malacitanæ diœceſis. *Centurionum* familia apud Genuenſes primæ nobilitatis *Marcum* hunc noſtrum extulit cuius proſapiam Alonſus Lopezius de Haro lib. x. Nobiliarij Hiſpanici c. 36. proſequitur. *Centurion.* *Eſtena. Xenil. Eſija. Antequera. Oſſuna.*

Vid. de Centurionibus ſup. an. 1494

Capitulum Gen. XIX. 3. Haud multò poſt, habitus *Valentiæ* generalis ex Ordine Conuentus antè annos tres indictus. Deſiderati ab *Italiâ* & *Galliâ* nonnulli, quos itinerum difficultas & bellorum tempeſtas detinuerat. Non parùm tamen frequens fuit Conuentus quem inſtituebant triginta octo electores. Aſcenſionis feſtum ad diem Maij menſis VII. occurrebat, igitur qui aderant ad IV. eiuſdem menſis conſedere cœperunt, ducto principio ab electione Actuarij, qui fuit *R. P. Ioannes Certain* Collega Prouincialis *Turoniæ*; per illos tres dies multa deliberata, non pauca conſtituta ſunt, è quibus pleraque in editis non leguntur. In exemplum proferam duos aut tres articulos. Primum ſit facti, & in quo viri à nobis *Certain.*

copioſiùs

Digitized by Google

..1562. copioſiùs laudandi gloria relucet. Altera igitur ſeſſione art. 7. hæc habentur: 1562.
Dehem. *Quia in Aquitania Prouincia eruditiſſimus* P. Ioannes de Hem *electus & confirmatus fuerat, ſuoque fungi officio à DD. Sorbonicis, aliiſque viris grauibus diſſuadebatur propter aſſiduas & perneceſſarias conciones, rationi conſentaneum Patribus viſum eſt predictum* De Hem *ſui Prouincialatus onere ſubleuare, quatenus ſalutifero Pariſiani populi deſiderio ſatisfaceret; loco cuius* P. F. Ioannes Bricet *à Prouinciali Capitulo Belliregardi celebrato electus, confirmatus eſt.* Nimirùm R. ille multiſque nominibus celebrandus
Bricet. *P. Ioannes Dehem,* turbulentiſſimis per hæreticas factiones temporibus, doctrinæ merito & concionum famâ, in Vrbe principe, ad populorum ſalutem excellebat, cum interim Aquitani maximo eius deſiderio tenerentur, eius igitur auocandi causâ in Prouincialem illum delegerunt electionémque ſuam à R. P. Generali confirmandam curauerunt, quod cum *Dehemius* noſter reſciuiſſet, paratus obſequi, ſimul atque populorum votis & precibus fatigatus, conſilium adhibuit virorum ſapientum, quibus cum viſum eſſet publicam totius gentis ſalutem priuatis aliquorum commodis præferri oportere officium abdicauit, quare Conuentu *Belliregardi* inſtaurato ille alter electus eſt, totius autem rei recognitio ad Capitulum Generale (id enim nunquam contigerat) remiſſa eſt, cuius ſententiam ipſiſmet quibus conſtat verbis modò expreſſimus. Et quidem huius generis (factorum inquam) plurima ſunt quæ in Actis editis deſiderantur. Alterum exemplum ſit integræ conſtitutionis obliteratæ in ea ipſa ſeſſione art. vltimo, illa ſic habet. *Quia Patrum pia decreta & ſanctionibus indiuulsè adhærere ſanctum eſt, ideò ordinarunt Patres quod Statuta Generalia in his maximè quæ ad bonos mores pertinent in loco communi ponentur & frequenter legentur vt fieri ſolet in lectione Regulæ & Correctorij.* Tertium denique conſtitutionis magna parte reſciſſæ, ſeſſ. vltima art. 1. quo Fundatricibus facultas omnis abrogata ingrediendi Monaſteria Monialium noſtri Ordinis, hoc enim additamẽtum inſequitur: *Prohibuerunt inſuper ne Prouinciales, Monialium Conuentus aut Monaſteria recipere audeant niſi ex ſpeciali Capituli Generalis mandato.* Atque hæc noſtros ſummonuiſſe, dum licet, ſatis ſit, alia videamus. Die ſancto Aſcenſionis, ſolemni cœtu inito & ſacris initiatio, ſuffragatorum vota in hominem abſentem & Gallum miro quodam modo conuenerunt. Is fuit *R. P. Ioannes Iudas* qui Romæ Zeloſi officio inuigilans hærebat, vir amabilis & manſuetudine multà & magnâ humilitate quam præferebat, obſeruantiarum autem tenaciſſimus fuit, vt etiamnùm apud Hiſpanos Generalis Choriſtæ nomine audiat, tanto ſcilicet rerum diuinarum ſtudio tenebatur, vt nunquam ferè, vel per maximas occupationes, choro abeſſet: Diſtracta ſunt quatuor tantùm vota eaque in *R. P. Mathurinum Aubertum*, non ſemel à nobis laudatum collata ſunt. Iucunda ſupra modum fuit *Ioannis* noſtri electio, cui abſenti magna animorum exultatione gratulatum eſt. *De Belliregardo* reliquæ actionis moderationem de communi ſententia conſilioque ſuſtinuit, poteſtate etiam facta vt in præſens fratres per obedientiam huc illucvè trãſmittere poſſet. Prima illi cura fuit de cooptandis Collegis, eo igitur ipſo die cœtu reintegrato id aggreſſus eſt Et in Italum quidem optatus eſt, *R. P. Benedictus de Nucibus* ex Collega Prouinciali *Apuliæ*, locum autem eius accepit *R. P. Bernardinus de Lutio*: In Gallum, Congregationis Actuarius *R. P. Ioannes Certain*, cui ſummiſſus in Collegam Prouincialem *Turoniæ*, *R. P. Ioannes Großier*: In Hiſpanum *R. P. Iacobus de Ledeſma* ex Correctore Conuentus *Loxienſis* quem antè annos tres deſcribebamus, electione alterius in Correctorem, Capitulo eius Conuentus remiſsâ. Poſt omnia & de Zeloſo actum eſt, nec qui hoc officio digniùs fungeretur quam ipſe *Ioannes de Belliregardo* quiſquam viſus eſt, vna igitur omnium voce maximoque deſiderio Zeloſus ex Generali renunciatus eſt. Deinceps verò nonnulla ſapienter & vtiliter ſancita ſunt ac demùm, indictâ in proximum *Fori-Iulij* Congregatione Acta omnia finem acceperunt. *Romam* inde Zeloſus venit. & *Ioanni* noſtro electionem ſuam nunciauit, qui ex hoc Ordinem perluſtrauit Viſitationis gratiâ, & Galliam quidem poſt alias regiones obiuit occaſione Capituli Generalis in *Prouinciâ* celebrandi, certè Ambiani an. 1564. die Ianuarij xi. vt habent Con-

Aubert.
de Beauregard.
de Nucibus de Lecce.
Certain.
Großier.
de Ledeſma
de Beauregard.
Iudas.

Genet. XX.
Collegæ.
1119. Procurat. Gen. XIX.

Digitized by Google

1562. uentus Commentaria eâ de causâ hærebat. 1562.

4. Hæc in Hiſpaniâ gerebantur, annique progreſſus initio reſpondebat, nec diſſimilis poſt hæc finis conſecutus eſt. Menſis enim Septembris die XVII. *Caſtellani* noſtri haud procul *Toleto* ſedem fixerunt, in loco non magni nominis, ſed leucis tantùm quatuor à *Toleto* Vrbe primaria & opulenta ſummoto. Nomen *Camarena* eſt, oppidum haud omnino infrequens. In illud noſtros inducendos curauit *R. P. Ioannes à Victoria* Prouincialis, ſed beneficio pij & honorabilis agricolæ *Alphonſi Rodriguez* Muzarabis & conſortis eius *Mariæ Gomez*, qui prædia multorum iugerum liberaliter ad Cœnobij fundationem contulerunt, præter fundum in quo exſtructum eſt. Monaſterij & Eccleſiæ opus perfectum, non amplum quidem, ſed elegans & iucundum eſt, & triginta ſex qui illic agũt commodum. Titulo gaudet *S. Mariæ à Conceptione*, tum etiam Roſarij Sodalitio, cui ſuum eſt ſacellum à latere maioris, cum Imagine B. Virginis admodùm venerabili, coram quâ lampas continuò ardet: contigit autem an. 1612. quòd cum premente rerum inopia haud pares ſibi viderentur noſtri ſumptibus ad hoc faciendis, conſilium ceperint eius lampadis non ampliùs accendendæ, ſed miraculo edocti ſunt nulli rei parcendum quæ ad cultum Dei & Sanctorum eius pertineret, ex illa enim lampade tantâ tunc copiâ oleum exundauit vt non maior ad eam nutriendam impenderetur. Id autem tertiò contigit, non momento quidem aut breui quodam temporis interuallo, ſed per octo dies continuos. Oleum illud ad multorum curationem profecit ſuntq; ipſa miracula per Ordinarium recognita & comprobata. Quid ad hæc dicemus quæ mirari ſatis in alterutram partem non poſſumus? Silentio venerabimur quæ nefas eſt à nobis perſcrutari.

Conuentus Camarenæ. *Camarena.* *Rodriguez. Gomez.* 1612.

5. In *Galliâ* longè ſecus res noſtræ habuerunt, vbi ſcilicet pro vita aduerſus hæreticos dimicarum eſt, vbi nullo ferè loco conſiſtere per eorum furorem tutum fuerit, vbi fato functorũ quies etiam ſollicitata eſt per homines belluinos & efferatos, vbi nihil non, ſiue ſacrum, ſiue profanum, impiè, crudeliter, nefariè temeratum, concuſſum, euerſum eſt. Sed res priuatim noſtras proſequamur. Prima perduellium hominum qui in Deum Regemque coniurauerant tempeſtas in *Aurelianos* deferbuit, vrbe intercepta & ſacris omnibus profligatis, longiùs inde digreſſa, quâ *Ligeris* protenditur, *Cæſarodunum Turonum* tandem obtinuit. Sacra illic omnia deiecta, diſturbata, conculcata ſunt, aræ nimirùm euerſæ, imagines comminutæ, templa ſuccenſa, effracta & direpta ſacraria, effoſſi tumuli, calices conflati, Sacramenta indignis modis violata, ſacra pignora flammis abſumpta, vel in profluentem abiecta, ſacrati homines per ſummam crudelitatem traducti, vexati, necati ſunt, promptius fuerit dicere quid non ſæua rabies illic ediderit quàm quid egerit compendiò indicare. Vnum dicam quod omnem indignitatem ſuperat. *S. Martinus*

Clades Turonenſis per hæreticos perduelles. *Orleans.* *Tours.*

—— *votis latè famoſus in Orbe*, quod habet Vandelbertus, à principio receptæ apud *Gallos* fidei pro Regni Patrono & tutelari habitus, ſemper in præcipuâ apud Reges & populos veneratione fuerat. Extabat illius memoria in Eccleſia nominis eiuſdem, ab annis centum ſupra mille & quod excurrit, condita, Regum donariis inde à *Clodoueo* exculta, populorum votis onerata, ibi Regum oraculum, Regni Palladium, Populi perfugium, putares cum hæc audis inuiolabilem loci religionem, ſed nefarij & perditi homines quibus ſacra peſſundare ſumma votorum fuit, hoc ſanctitatis adytum antè omnia inuolarunt, perfregerunt, diſſipauerunt, eductoſq; cineres ſacros beatiſſimi Pontificis, ô ſcelus! ô flagitium! in ipſâ eius Baſilicâ flammis voracibus immiſerunt, atque inde in ventorum ludibria diſperſerunt. Antea verò, vt erant immanitate pluſquàm belluinâ efferati, in ſuburbana loca progreſſi fuerant, Monaſterium noſtrum ad arcem Pleſſiacam inuaſerant, vbi vltimam odiorum ſeueritatem exercuerunt, ferro & igne in omnia graſſati, præterquàm in ædes quas receptui commodas iudicabant. Imprimis autem diligenter & anxiè perſcrutati ſunt ſi qui noſtrorum domi hærerent, ſed maturè plerique ſe proripuerant, tres ætate graues & malè affecti in Valetudinario ſubſtituerant ad

omnem

1562. omnem iniuriam parati. Et vnus quidem nonagenario maior, homo miræ probitatis & non contemnendæ eruditionis, martyrium fecit. Alij duo impiorum carnificum manus casu effugerunt. Vni nomen fuit, *F. Ioannes Cyretus*, quod habet scripta historia, sed vt placet aliis ex vetustioribus monimentis *F. Ioannes Trahan*, professione Oblatus erat, animo supra quam dici potest simplex & ingenuus, orationi sanctæ à puero deditus, & B.P. Francisco ab antiquo familiaris, haud diu post hunc casum superfuit luctu & ætate consummatus. Alteri *F. Petrus Baron*, & ipse Oblatus, qui manus etiam truculentorum satellitum euasit. Tertius fuit *R.P. Eustachius Aprilis*, qui secundùm Prouinciam Turonensem rexerat, ipsi verò Plessiaco Conuentui sæpè sępius præfuerat, in eum cùm vnus è turbâ, scelerati dogmatis præco, incurrisset, optimum Senem multis primùm conuitiis & probris exagitauit, quæ cùm ille surdâ aure pertransiret, vir nefarius in religionis & fidei contumeliam indigna multa iactauit; hîc verò beatus senex vocem tenere non potuit, sed zelo ac feruore supra ætatem accensus, & pugnans pro causâ Dei & religionis, sacrilegum hominem fortiter obiurgauit, vnam esse fidem prædicans quam Ecclesia Catholica inde ab initio salutis per Christum reparatæ profiteretur, nouissima verò dogmata, quæ ipsi pro voluntate cuderent, esse omninò à Christiana fide & religione aliena & indigna prorsùs quibus auscultaretur, id in præsens docere perditos mores & infamem vitam quam præferebant; ad quæ & similia verba infremuit ille (si Deo placet) verbi Dei minister & quinti Euangelij tuba, simulque circumsistens desperatorum satellitum caterua, quæ facto impetu in hominem sanctum insiluit, pugnisque ac pedibus contusum scalâ deiecit è superiore tabulato vnde verba cum illis faciebat, in stratum ille silicem allisus, confracta ceruice ac membris omnibus penè comminutis, post non longas moras, Deo gratias reddens, feliciter expirauit, & vt piè credendum est ad martyrij præmium euolauit. Sepultus omninò creditur in atrio quod Ecclesiæ & Sacristiæ interiacet, atque ab eo loco sæpius prorumpentes flammas apparuisse tanquam quæ sepulti sanctitatem denotarent, antiqua traditio est. Alij vt diximus duo in ipso Cœnobio permanserunt; qui è latebris in latebras profugientes ferales manus sanguinolentorum hominum euaserunt. Hæc verò ex iis quę hodie supersunt apud Turonenses monimentis & ex veterum fide in hunc modum se habere constat, paulo tamen aliter Montoia narrat, qui *Aprilem* nostrum ait malè mulctatum & interemptum fuisse, quòd in rogum quo B.P.N. corpus exurebatur sese iniecisset, inauditæ crudelitatis facinus illis Sathanæ ministris exprobrans. Et reuera quidem sacrum illud pignus flammis absumptum est, quod iam dicendum habemus, sed in funestam pyram *Eustachium* nostrum fuisse ingressum, præter traditionis fidem & veri similitudinem merito habetur. Illi ergò bipedum nequissimi cùm armata manu irruissent, sus déq; vertissent omnia, nostrosque homines aut profugere coëgissent, aut miserè mactauissent, sacra etiam diripuissent & expilauissent, in mortuos denique ac terræ compositos, ipsaque inanima sepulchra, ne quid deesset ad summam crudelitatem, sæuierunt. Et insanus quidem eorum furor in præclara & insignia præsertim monimenta quæ illic erant incubuit. Vnum fuit *Federici Arragonij*, de quo ad an. 1504 meminimus, ab eo insignia omnia Regiæ familiæ, & funeris ornamenta detraxerunt, diripuerunt, aut confregerunt, (quod licet ex apparatu funeris amplius intelligere) nec eo contenti, ossa tumulo eruerunt & abiecerunt, siue quod alij malunt, igne comburenda seruauerunt. In tantum regiæ potestatis & dignitatis odium exarserant, quod violatis etiam Regum nostrorum sepulchris, & eorum ossibus exhumatis ac proiectis, suo loco & tempore prodiderunt. Alterum tertiũ, quartũque subuerterunt, Nobilissimirùm & Generosiss. *D. Ioannis Baldricury* Fundatoris *Brancacuria* & *Francia* Marescalli, &c. cui tumba ærea infra maius Altare instrata erat, *Blesis* ille ab anno 1499. obierat, vt constat ex litteris ea de re sub die xiiii. mensis Maij exaratis: deinc etiam *R.P. Bernardi Verdenia* (nisi fortè in hoc cognomento fallimur) Ordinis S. Hieronymi per *Hispaniam* olim Generalis & Reginæ *Eleono-*

Cyret.

Traban.

April.

Baudricur.

de Verdenia

1499.

1562. 1541. 1552. *ra Franciſci* I. conſortis à confeſſionibus, qui an. 1541. ad ſepulchrum B.P.N. conditus fuerat die menſis Maij XIX: ac denique *Caroli* Comitis *Moretæ* apud Regẽ Ducis *Sabaudiæ* Oratoris, qui Pariſiis vbi obierat an. 1552. illuc ſe transferri mandauerat. Priuata quæque diſiecta, effoſſa, conculcata ſunt. Vltimum denique *B. P. Franciſci Paulani* monumentum, auguſtum illud, ſanctum & glorioſum, populorum religione, iacentis merito & miraculorum frequentiâ, ſed tanto à perduellibus illis magis exoſum, quantò maiori gloria & celebritate præfulgebat, impotenti furore vexatum eſt. Omni enim in illud ſacrarium impetu conuerſo, ac deiectis primùm, peſſundatis & diſſipatis populorum quæ appendebant votiuis muneribus, lapidem prægrandem in tumulum exſtructum concuſſerunt & ſubruerunt, ac iam tùm in conſpectu ſanctiſſimum cadauer ſacra veſte indutum, non ſecus ac lecto compoſitum, habuerunt. Erat nimirùm & corporis compages integra, & carnis non imminuta habitudo, & ſpecies oris florens atque venuſta, ne laciniam quidem circumpoſitæ veſtis vlla tabes detriuerat. Hoc ſpectaculo poterant tygrides feritatem ſuam deponere, ſed homines beſtiis immaniores nihil mouere, nihil fiſtere, nihil abſterrere potuit. Iniecto igitur in collum fune ſacrum pignus protrahunt, & omnibus circumquaque infrementibus, per Eccleſiam ac Clauſtrum, longo itinere, in Clauſtri veſtibulum & hoſpitum diuerſorium abripiunt. Ibi lignis in camino ad ignem compoſitis ſanctum corpus exurunt, atque [illegible]nâ *Federici Arragonij* oſſa, quod quibuſdam placet ad eam rem direpta. Lignorum magna pars ex votiuis tabellis & ſacra ſuppellectile corroſa & collecta fuit, inſtrata Crucis Imago maior quæ medio in templo pendebat, hæc Chriſtianum athletam brachiis accepit, quoad ſubiecto igne ſimul abſumpta ſunt. Dignum certè Angelis, dignum cœlitibus, ſpectaculum, quod nullus hominum ſatis æſtimare poteſt. Decebat nimirùm vt qui Chriſto cónfixus cruci vixerat, in crucis amplexu conſummaretur. Ecce autem cùm fumo & nidore omnia opplerentur, proculque abſiſterent execrandi facinoris autores; propiùs ad ignem acceſſerunt pij nonnulli Catholici, diſſimulato conſilio impiæ turbæ admixti, qui latenter plura ex oſſibus B. viri ab incendio eripuerunt, partem poſt aliquot dies Prouincialis recepit, partem *B. Mariæ* cognomento *Diuitis* Eccleſia in ſuburbio *Turonenſi*, prout cuiuſque ſtudium fuit. Cœnobium tenuit præcipuus facinoris incentor *Marinus Piballeus* deductâ in illud familiâ, quoad vrbe receptâ & hoc etiam loco abſceſſerunt, quod ineunte Quintili factum eſt. Atque tum in reos habita quæſtio, qui à Prætore capitali ſententiâ damnati ſunt, quam me olim legiſſe memini. A Deo quoque in ſcelerata capita ſupplicium interceſſit. Nam inter primos qui in Monaſterium irruperunt, fuit vnus è proximo, qui domum dictam *Mottam-capi* incolebat, ex quo autem manus patrando facinori commodauit, ea domus à malis geniis infeſſa in hunc diem non potuit habitari. Taceo ea quæ per iter, atque in ipſa vrbe, in eos qui *Pictauis* retracti ſunt ope *Villarij* Comitis, iuſto dolore percita plebs exercuit, quin enim illa Deo vindice perpetrata ſint non dubito. Sed rem breuiter attigiſſe quantùm eſt ad nos ſatis fuit, in ea exaggeranda nonnulli è noſtris copioſiùs excurrerunt & in luculento argumento eloquentiam ſuam probauerunt. Non poſſum tamen quin rem geſtam, cum certa temporis deſignatione, ex tabula quæ in Eccleſia Conuentus Pleſſiacenſis proſtat, qualem accepi à *R. P. Antonio Iardino* poſtquàm hæc ſcripſeram, Lectori meo communicem. Sic verò habet.

1562. *de Morete.*

B.P.N. martyrium à monc.

N. D. de la Riche.

Piballeum.

Motte-chapon.

Siſte Viator pauliſper gradum, inauditumque retrò ſeculis audi & lage nefas: imo vniuerſus terrarum Orbis exaudiat & lugeat immane ſcelus ab Hæreticis patratum in venerandum corpus ſancti Franciſci de Paula. Quieſcebat illud more mortalium proprio clauſum ſepulchro, per vndecim luſtra incorruptum, nullo putore fœtidum, aſpectu decorum, miraculis conſpicuum frequentique populorum concurſu famoſum. Et ecce (malum) tetra quædam

1562. *quædam noſtris temporibus innata peſtis (Hugnotos vocant) effractis tumuli repagulis, oſſibus inſiliens Religionis habitu decenter coopertis, immiſſoque ad collum fune, innocentes lacerat artus, trahit, diſtrahit, ad cameram fratrum ſub obedientia peregrinantium : Ibique Latrones immanitatem vt expleant ſciſsis fiſsiſque minutatim Crucis lignis ſuppoſitoque igni dilectum Deo & hominibus cremandum Schytarũ more crudeliter obijciunt. Hæc nẽpè dextera eſt quæ nuperè ſtillãs adhuc Catholico ſanguine ferrum cõuertit in viſcera tanti viri, cuius decus cõmunis Imperij finibus terminatur. Quid inquam ferrũ ? abſit, nam ſanguine ſatiatur ferrum, ſed flamma vorat exangue corpus, vt animæ, quæ nunc faſtidiens humanos inter æthereos ſpiritus diuinis expletur honoribus, crudelis vapor, Martyrij palmam adiungat. Optarat quippè vius ita mori, ſed quod negarat Deus viuenti conceſsit mortuo, vt dum oſſa in exteriores abeunt fauillas exufflans Miniſter in inferiores abeat Hæreticus. Id contigit circa diem* XIII. *menſis Aprilis. Anno ab Incarnatione Domini* M. D. LXII. *Tu verò Lector agnoſce interea vocem totius Galliæ, quæ quaſi orbata nihil fert acerbiùs, quàm ſibi impiè parique nefanda manu ſublatos videat* Franciſcum & Martinum *duo florentis Turoniæ columina, & quibus nihil fuerit ſalutarius hoc tempore datum. Abi & nefarios, quos etiam cælum auerſatur, Hæreticorum auſus, latè deprædica.* 1562.

Conſimilis argumenti narratio extat ad S. *Martini* in Vrbe, quam ex publica tabella repræſentandam arbitratus ſum vt tanto certiùs de tempore conſtet, quanto maior fides his documentis habetur. Ea eſt huiuſmodi.

Aſta Viator ni piget inſpice miſerabile facinus, cui D. Martino Orthodoxam *fidem publicè profitenti* Principum *Arianorum immanitas* vino *quondam pepercerat, quem miraculis inſignem Chriſtiani omnes* vno *conſenſu pijs votis mille ac ducentos annos innocant,* Principeſque viri *multis magniſque donis ornarunt, huius inquam ipſius* venerandum *corpus flagitioſi homines, ſi homines dicendi ſunt, nefandæ religionis & auaritiæ ergo hoc in loco nuper, proh dolor ! in feralem rogum quem ſtruxerant ad ſcelus omne immani ſacrilegio proiecerunt, qui cum iiſce crudelibus flammis ſanctiſsimum eius nomen abolere conarentur, nihil aliud egerunt, niſi vt quam ille palmam* Martyrij vius volenſque *adipiſci non potuit, per nonos iſtos Theomachos vita functus tandem aliquando aſſequeretur, ſibi interim ſuiſque crudelitatis notam inurentes tantò maiorem, quantò impium magis in mortuos innocenteſque ſæuire quàm in viuos plerique omnes arbitrantur.* Et in ſuperiori quidem eius tabulæ parte, vbi deſcriptus eſt indiculus corporum Sanctorum quæ cum ipſo S. *Martino* combuſta ſunt, tempus quoque aſcriptum in h. m. *Anno Domini* M. D. LXXII. XXV. *Maij.*

6. Anno exeunte toti Ordini luctum fecit obitus *R. P. Ioannis Dehemij*, viri probitate ac concionum fama celeberrimi, de quo in anteceſſum nonnihil memorauimus Is *Corbeiâ* vrbe agri *Ambianenſis* oriundus, & à puero bonis litteris eruditus, Ordinem Minimorum ingreſſus eſt anno 1552. & in eodem profeſſus anno ſequenti die menſis Iulij VII. annos natus viginti quinque, primo quoque tempore magnam famam ac penè incredibilem conſecutus eſt, cùm apud ſuos, tùm apud exteros. Et reuerâ ingenio erat prom-

Ob. P. Ioan. Dehem.

Dehem.

Corbie.

1562. pto & alacri, in quæſtionibus verò controuerſis (vt vocant) multum exercitato, valebat prætereâ dicendi facultate ac facundiâ penè mirabili, quibus dotibus incredibilis animi pietas & feruens animarum zelus acceſſerat. Quo in eum ſtudio ſui tenerentur ex parte indicauimus, quo autem Externi, nullis credo verbis pro dignitate poteſt explicari. Paſſus interim multa per homines perfidos & maleuolos, quæ illius virtutem non oppreſſerunt, ſed excitauerunt. 1562.

1561. Anno ſuperiore cùm *Bellouaci* cõcionatorem ageret, Cardinalis Caſtillionæus eius vrbis Epiſcopus, hæreſi nondũ propalatâ, quòd clanculũ tamen in ipſo Paſchate ſacra apud ſe celebrari curauiſſet, ac vtrique ſpeciei cum aliquot ciuibus ſuiſq; domeſticis participaſſet de manu ſacerdotis, à furente plebecula impetitus eſt, ſed furor haud multò poſt deferbuit, cùm autem de ſeditione ad Regem allarum eſſet, habita in reos quæſtio, Pariſios interim *Dehemius* redierat, qui vt ſeditionis incentor à maleuolis traductus, eâ de causâ in carcerem conie-ctus eſt, ſed vt ſe purgauit, cum honore dimiſſus, exinde populis charior & coram Deo glorioſior euaſit, malè ob eam rem à Thuano hiſtor. l. XXVIII. vt turbulentus concionator ſugillatus. Nec ſatis ſcio, ſi non eiuſdem carceris meminit Paſquierus l. IV. epiſtolarũ ep. ad *D. Fonſſomium* cùm narrat hunc noſtrum *Dehemium* Pariſiis apud *S. Bartholomæum* concionantem in proximum prætorium *S. Germani in Laia* à Præfecto rerum capitalium latenter fuiſſe abductum, vt ijs ſiſteretur penes quos rerum ſumma erat, cauſam dicturus quod nimiâ licentiâ in Proteſtantes ipſoſque Gubernatores inueheretur. Sed vt res innotuit, quæ diu non potuit premi, Ciues Pariſini magno numero *S. Germanum* aduolarunt, ſibique concionatorem ſuum reddi & quamprimùm reſtitui, quâ minis, quâ precibus, impetrauerunt. *Pariſios* rediit illis comitantibus, ac reliquâ multitudine in eius occurſum quaſi ad triumphum effuſa, quæ plauſu & acclamationibus vias omnes quibus deducebatur cœlum vſque implebat. In craſtinum indicta generalis omnium Ordinum ſupplicatio in gratiarum actionem, quæ ſolemniter ad *S. Bartholomæum* habita eſt, ex hoc autem maiori fiduciâ verba ad populum fecit, ſua vincula & imperterritum animum coràm prædicans, & exemplo ſuo alios animans ad conſtantiam. Agebatur nimirùm fidei & religionis cauſa, cui nulla re deeſſe debemus. Videor tamen mihi quantùm eſt ad temporis rationem ex ipſa Paſquieri epiſtola colligere hoc an. 1560. contigiſſe, priuſquàm edictum pacificatorium Ianuarij menſis decerneretur, vnde prætereà ſequitur *Dehemium* noſtrum non ſemel religionis cauſam ad vincula propugnaſſe. De concionibus porrò eius hoc habemus ab ipſo Paſquiero teſtimonium, magna eum ingenij ac linguæ facilitate verba feciſſe, nihil quod ad cauſam religionis agendam pertineret omiſiſſe, bis in quemque diem conciones habuiſſe, nullum concionandi finem illi fuiſſe, neminem tam acriter hæreticis repugnaſſe, vnumque fuiſſe qui cum Cardinali à *Lotharingiâ* concionandi vices alternaret. Atque in hoc ſtadio haud longè procurrit, abreptus cum è carceribus ſolueret hoc ipſo anno & Decembris menſis die XVI. cùm apud *S. Iacobum de Lauiena* (cuius nominis eſt præclara & inſignis Parochialis Eccleſia) per Aduentum concionaretur, correptus lue peſtilenti, quam vni ſibi prædixit fore exitioſam, & ita fuit, vt propterea nullum erga eum officium deuota plebs prætermiſerit. Funeri nihil defuit ad magnificentiam, deductum illud Nigeonem frequenti omnium Ordinum concurſu & publico luctu, conſtitutum etiam ex lapide monumentum ante maius Altare vbi corpus depoſitum eſt, actum id præter morem & conſuetudinem, ſed populi votis & voluntati citius ocius cedendum fuit. Inſculpta medio lapidi *Dehemij* effigies cum hac epigraphe, *Cy giſt le corps de F. Iehan Dehem de grand ſçauoir & vie bonne & auſtere, mais ſon eſprit eſt au ſein d'Abraham prenant ſon repos en ſon ſiege de gloire, qui treſpaſſa le Mercredy ſeiziesme de Decembre 1562.* ea ſic ſonant, *Hîc iacet corpus F. Ioannis Dehem magnæ eruditionis & vitæ probæ atque auſteræ, ſed anima eius eſt in ſinu Abrahæ, quieſcens in gloriæ ſuæ ſolio, qui obijt die Mercurij 16. Decembr. 1562.*

Bemuais.

de Thou. Paſquier. Fonſſome. S. Bartholomy. S. Germain en Laye.

1560.

S. Iacques de la Boucherie.

Licet

1562. Licet autem in prædicta Gallica perigraphe obſeruatam rythmi rationem deprehendere, vt omninò tetraſtichon eſſe videatur cui ſubiuncta temporis nota ſolummodò fuit. Ad pedes, inciſum Elogium quod omnium quæ de illo dici debent inſtar eſſe poteſt, eſtq; quod ſequitur Octaſtichon. 1564.

Spretis illecebris mundi carniſque, ſeuerè
Addictus vitæ, religionis amans.
Moribus, eloquio, Chriſtum vitaque profeſſus,
Alter vt Elias, Paulus & alter adeſt.
Hæreſeon contra graſſantia ſemina, nullo
Non ſpretis gladijs, buccina clara loco.
Præſidium populi miſerè nutantis, amorque
Regum, & magnorum cura timorque virûm.

Sed & nos aliquando eius laudes breui monumẽto cõplexi ſumus. Id ſic habet.

R. P. IOANNES DEHEM
CORBEÏENSIS
INVIDENDO ELOGIO
SVI SÆCVLI PAVLVS ET ELIAS PVBLICE PROCLAMATVS
DIVINI VERBI ADMIRABILIS PRÆCO.
HÆRETICORVM FACTIONI VNVS OMNIVM MAXIME FORMIDABILIS
PARISINOS IN VETERI RELIGIONE CONFIRMAVIT.
DOCTRINÆ ET VIRTVTVM OMNI GENERE SEMPER CLARVS.
PRÆFECTVS SVORVM STVDIIS
CONVENTVS GENERALIS ELECTIONE ET IVDICIO, IN PERPETVVM.
SVMMÆ PIETATIS ET INCOMPARABILIS ZELI
EXEMPLVM DEDIT, LAVDEM MERVIT, FAMAM OBTINVIT.
OMNIVM ORDINVM IN SE STVDIA CONVERTIT.
POPVLI DEVOTIO
STRATO AD MONVMENTVM LAPIDE, ÆTERNITATI CONSECRATA,
QVOD NEMINI PRÆTER EVM CONTIGIT.
AD SVPREMAM ORDINIS SVI DIGNITATEM IVVENIS POSTVLATVS
IAM TVM INVIDIAM SE PRÆTERGRESSVM DEMONSTRAVIT.
INTRA NON PLVRES DECEM ANNOS
DIXIT ET FECIT
QVÆ RECITARI INTRA PAVCIORES NON POSSVNT.
AH QVAM GLORIAE MESSEM FECISSET SI ÆTAS LONGIOR!
ABREPTVS IN MEDIO CVRSV COMMVNI LVE GRASSANTE
SED NON COMMVNI SORTE
FREQVENTEM AD SE POPVLVM VIDIT ET SECVRVM FECIT
PRO VERBO EIVS NEMO CONTACTVS EST
SOLEMNI POMPA CVRATVM FVNVS ET NIGEONEM DVCTVM
DIE XVI. DECEMBR. AN. M. D. LXII.
MIRARE, VIATOR, ÆTATIS ANNVM XXXV. NONDVM EXCESSERAT.

1563. Ioannes autem noſter habuit poſtmodum eiuſdem propoſiti & diſciplinæ ſe- 1563.
ctatorem *R. P. Ioachimum Dehem*, ex fratre filium, qui non ſolâ patrui laude, *Dehem.*
ſed propria etiam *Dehemiorum* nomen & gloriam tuetur.

Ropitelli zelus in hæreticos. 6. Hoc ipſo tempore, apud Lugdunenſes *R. P. Ioannes Ropitellus* & ipſe aduerſus hæreticos magno animo inſurrexit, tantam nominis celebritatem aſſecutus, & vitæ ſanctimoniâ & concionum gratiâ, vt vulgò *Flagellum hæreticorum* diceretur. Sed nobis de *Ropitello* commodior dicendi occaſio recurret. *Ropitel.*
Interim relegendus Rubiſius in Hiſtoriâ Lugdunenſi.

1563. *An.* M. D. LXIII.

Priuileg. confirmatio à Rege. 1. HVnc annum, quantùm ad nos eſt, non aliâ re quàm *Caroli* Regis beneficio inſignem eſſe reperio. Is cùm necdum Regni adminiſtrationem in ſe ſuſcepiſſet, ac etiam poſtquàm ſuſcepit, regiis litteris ſeu diplomatis decimarum gratiam, quam noſtri tam antè à Deceſſoribus promeruerant, confirmauit. Priùs diploma datum apud *Fontem-Blaudi* die XVI. menſis Februarij: poſterius verò die XXII. menſis Octobris. De præſtatione autem decimarum earumque ſoluendarum immunitate ſacris Collegiis conceſsâ relegendus Chopinus in Monaſticis & Politiâ ſacrâ.

Conuentus Bracâcuriæ direptio. 1571. 2. Donius certè in hunc annum confert Conuentus *Bracancurienſis* direptionem, de quâ tamen cùm nonniſi anno 1571. ad Generale Capitulum *Valentiæ* IV. celebratum per Commiſſum & Actorem Prouinciæ Franciæ relatum ſit, non ea mihi poteſt videri antè annum 1568. contigiſſe quo tempore ad Capitulum Romanum quod anteceſſit referri debuiſſet, ſi quid detrimenti Monaſterium illud priùs accepiſſet. Quin tamen ſatis obſcurum ſit tempus quo noſtri ab eo loco fugati & deturbati ſint negare non poſſumus, priuata enim fuit iniuria ab infenſis vicinis & quidem quos hæreſis deprauauerat illata, non publica quam ſecùm Regni turbatio pertraxerit, nec illicò noſtri *Remos* vi- *Bracancur.* *Remi.*
dentur conceſſiſſe animo ſedem eo loco figendi, quod quidam putant, vt hoc præiudicio certum tempus direpti Conuentus debeat conſtitui, nam ſimul atque de illius ruina verba in Congregatione *Valentinâ* fecerunt vt in acceptum haberetur Conuentus *Rethelienſis* egerunt, nulla de *Rhemenſi* facta omninò *Rethel.*
mentione, quam non prætermiſiſſent ſi ſedes illic antea fuiſſet conſtituta. De Conuentus autem direptione ſic habet traditio. Incerta quidem de cauſa ſed meditato tamen conſilio è *Blaſienſi* pago adornata ruſticorum & hæreticorum *Blaſe.*
turba *Bracancuriam* vi & armata manu inuaſit, primus impetus in Eccleſiam factus, vbi ſacra omnia euerſa, comminuta, peſſumdata ſunt, vt iam odio religionis colluuiem illam hominum atque fæcem fæuire, non potuerit dubitari. *R. P. Robertus Brenallius* Corrector primus accurrit & fortiter impiæ tur- *Brenal.*
bæ ſe oppoſuit, ſed gladio tranſuerberatus eodem in loco cecidit, alij huc illucque palantes periculo per latibula ſeſe ſubduxerunt, quoad dilapſis prædonibus qui omnia perfregerant & ſe religioſis veſtibus per deridiculum induerant, collecto animo & viribus, *Brenallio* de vita periclitanti ſubuenerunt, & loco tandem ceſſerunt: *Brenallius* cum tempore à vulnere conualuit ac deinceps multis & præclaris muneribus perfunctus eſt.

1564. *An.* M. D. LXIV.

Viſitatio Ordinis per Gener. 1. DVm his quæ diximus periculis Ordo noſter in *Galliâ* conflictatur, *R. P. Ioannes Iudas* Generalis pro ſuo officio ſingulas domos obit, ſuos conſolatur & præſentia ſua ad omnem euentum confirmat, vt ex Commentariis aliquorum Conuentuum hoc anno feciſſe nobis conſtitit, atque hoc teſtimonium eius memoriæ debeo, ne ignoranter, quod nonnunquam ab imperitis audiui, de neglecto officio traducatur. *Iudas.*

Ob. Card. Rodulphi. Pij. 2. Per hæc *Rodulphus* ille *Pius* è Principibus Carpenſibus S. R. E. Cardi- *Pius.*
nalis naturæ concedens, apud *Romanos* noſtros deponi voluit, honorificum de

vitæ

1564. vitæ ſanctimonia teſtimonium illis reddens, quorum ſe conſortio iuuari apud Deum poſſe credidit & vt iuuaretur deſiderauit. Hunc autem animum induerat, ex conſuetudine quæ illi aſſidua cum *Ioanne* noſtro quamdiu in Vrbe moram traxit, & aliorum etiam è noſtris quos pietas & euangelicæ perfectionis ſtudium ei fecerat chariſſimos. Ioannes Antonius Petramellarius eius acta breuiter deſcripſit, alijque laudes tanti viri ſatis diligenter proſecuti ſunt, omnium inſtar habebimus Epitaphium quod *Pius* V. Pont. Opt. Max. in Eccleſia noſtra Sanctiſſimæ Trinitatis, cum marmorea ipſius ad viuum expreſſa effigie, ibi conſecrauit. 1565.

QVI DORMIVNT IN TERRÆ PVLVERE EVIGILABVNT.

Rodulpho Pio *Card. Carpenſi, Principi Senatus, ampliſſimis Eccleſiæ Dei muneribus ſingulari prudentiâ perfuncto; iuris Eccleſiaſtici defenſori; à gratia, terrore, voluptatum illecebris & aduerſis ſenſibus æquè inuicto: ad beneficentiam nato: in ſumma grauitate iucundiſſimo: Pius* V. *Pont. Max. ſalutaris officij in cuſtodia Catholicæ veritatis conſorti, perpetuis de Chriſtiana Rep. ſenſibus ſtudiiſque coniunctiſſimo, hoc amoris & iudicij ſui monimentum poſuit annn* 1568. *Vixit annos* LXIV. *menſes* II. *dies* VIII. *Obijt anno ſalutis* M. D. LIV. 6. *Nonas Maias.*

In eodem ſacello ſepulta eſt *Cæcilia Vrſina* Principis Carpenſis vxor, antiqui moris fœmina prudentiæ & ſanctimoniæ famâ clariſſima, quæ obiit die XIX. Martij ann. 1565. eique extructum ſplendidum ex marmore ſepulchrum ad læuam monimenti quod Pio Cardinali poſitum eſt. 1565.

An. M. D. LXV. 1565.

Freiuls. I. QVod antè annos tres *Valentiæ* fuerat conſtitutum, vt Generalis in hunc annum congregatio *Fori-Iulij* celebraretur, non parem optatis ſucceſſum habuit. Et quidem exeunte Maio menſe in cuius vltimum diem Aſcenſionis memoria incidebat ſatis frequentes conuenerant, ſed nulla vſquedum Acta nanciſci potuimus quibus conſtaret quinam huius congregationis progreſſus aut exitus fuerit. Id modò certum eſt in Generalem electum *R. P.* *di Fiume-freddo.* *Ioannem à Flumine-frigido* Prouincialem iam tum *Calabriæ*, & virum eloquentiæ famâ, ingenij acumine, prudentiâ & ſagacitate in paucis præſtantem, & tantæ vrbanitatis vt vulgò iactaretur ſi ea periiſſet à reliquis hominibus ab illo vno totam potuiſſe recuperari. Sunt & priuata quædam monimenta quæ *R. P. Ioannem Iudem* Exgeneralem ad Zeloſi officium fuiſſe regreſſum edoceant. Prætereâ verò nihil ad nos peruenit, niſi quod Paſſarellus de *Ioanne* noſtro ſcribit, eum *accurratiſſimè cum multo Zelo, quiete & tranquillitate rexiſſe religionem.* Subit tamen ſuſpicio aliquam diſceptationem interueniſſe, quæ illam congregationem diſſoluerit, niſi fortè temporum quæ vigebat iniquitas diſſoluendæ cauſa fuerit. Sed commodè factum, vt dum in ea ſuſpicione ſumus *R. P. Ioannes l'Afrique* Campaniæ Prouincialis vetuſta rei geſtæ monumenta nobis pro ſua in ſtudioſos humanitate communicauerit. Et ea quidem fidem faciunt, *Ioannem* illum *à Flumine-frigido* ab Italis ac pleriſque Hiſpanis *Ximenes.* electum fuiſſe, Gallis tamen omnibus ac *Melchiore Ximenio* Hiſpano reclamantibus, interceſſum eſſe illius electioni, quòd aliquando in eum ſancta Inquiſitio animaduertiſſe diceretur. Quæ res cum ad *R. D. Ioannem Caſtellanum* ſede vacante *Fori-Iulij* Vice-Vicarium, Vrbiſque Maiorem & Conſules, delata eſſet, qui Pontificem in tantâ difficultate conſulendum arbitrati, nonniſi ſolutâ interceſſione vlteriùs procedendum edixerunt, adeoque omnes noſtros in *Haguenier. Finet.* craſtinum dimiſerunt. Galli optauerant ſibi *R. P. Petrum Haguenier* in Generalem, per cuius abſentiam placuit vt *R. P. Antonius Finetus* Aquitaniæ II. Pro-

Capitulum Gener. XX.

Gen. XXI.

Procurat. Gen XX.

1565. uincialis rerum ſummam in ſe reciperet. At verò Pontifex re diſcuſſa, pro 1566.
R. P. Ioanne à Flumine-frigido pronunciauit, laudato eorum zelo qui ſe oppoſuerant, vt quibus vel ipſa mali ſpecies refugienda videretur. Tantùm porrò abeſt *Ioannem* noſtrum in aliquâ culpâ fuiſſe, vt eum acerrimus fidei vindex & exactor Pontifex *Pius* V. poſtmodùm in ſacrum Senatum allegere voluerit, quem ille honorem conſtanter auerſatus, ſuis etiam fruſtrà vrgentibus, accipere noluit, vt pluribus noſter de Pereinis in Prælato exequitur.

Ob. P. Nicolaus Daneſi

2. Supremus porrò hic annus fuit *R. P. Nicolao Daneſio, Petri Vaurenſis* Epiſcopi & primi Græcarum litterarum in Academiâ Pariſienſi Profeſſoris, fratri. Poſt annos ille quadraginta quàm inter noſtros egerat, ad diem XXI. Septemb. hoc ipſo anno ſublatus eſt. Profeſſus nimirùm fuit eiuſdem menſis die XIV. 1515. ann. 1525. & per illud tempus tam indefeſſo ad pietatem ſtudio niſus eſt, vt quam ab eruditione famam & gloriam Petrus frater collegerat, eandem ille à pietate meretur. Quanquam, vt veriùs dicam, vtrique vtraque laus communis fuit. Certè *Nicolai* memoriam ſenioribus noſtris religioſam fuiſſe ac venerandam ſcimus. Per cuius occaſionem dum *Petrus* frater noſtris familiariùs vſus eſt, animo perſenſit quàm vitæ morumque ſanctimoniam colerent, adeoque ſuam illis ſalutem ex teſtamento præcipuè commendatam voluit, & 1577. annuis ſacris apud Deum per eos procurari curauit. Et hic quidem, annis poſthoc duodecim, naturæ conceſſit, laudatus in funere à Genebrardo.

Dantes de la Vaur.

1566. *An.* M. D. LXVI.

Viſitatio Apoſtolica per Galliam

1. *R. P. Matburinus Aubertus* à nobis non ſemel iam antè laudatus, *Pio* V. familiaris, & ei ex quo Cardinalis fuerat à confeſſionibus, ab eo nuper Pontifice in Galliam autoritate Apoſtolica delegatus fuit, adiuncto in Collegam *R. P. Ioſepho Telliero* iuuene quidem, ſed impigro & agendarum rerum peritiſſimo. Eius autem delegandi cauſa, non ſola fuit quæ nuper *Fori-Iulij* contigerat rerum noſtrarum turbatio, ſed vel maximè Catholicæ religionis ac fidei per turbulenta tempora conſeruandæ ac fortiùs retinendæ animus, quem Pontifex altè imbiberat. Et *Aubertus* quidem religionis ſtudio quam maximè flagrans, pro voto Pontificis, in eam curam intrepidè ac ſolerter incubuit. Suorum igitur animos ita obfirmauit, cùm aduersùs præteritas iniurias, quas pertulerant, tum eas quæ in parato eſſe videbantur, vt fides quam minimum periculi apud noſtros incurrerit. Cùm enim per eam tempeſtatem plurimos è noſtris habuerimus qui fidem religionemque propugnarint, tum verò neminem qui prolapſus à fide in aduerſarios defecerit. Qui certè fructus fuit & Pontificis prudentiæ & induſtriæ *Auberti* noſtri longè deſideratiſſimus. At verò *Pius* quod nos præterire non debet *Pio* IV. poſt nonum & vigeſimum diem quam morte ſublatus eſt ad VII. Ianuarij nihil tale cogitans à nihil tale cogitantibus electus eſt.

Aubert.

Le Tellier.

Conuentus Rhegienſis inſtauratio.

2. Antè annos duos poſt expugnatam ab *Hiſpanis Pignonis* arcem cum fruſtra Chriſtiani nominis hoſtes, Turcæ, *Melitenſem* inſulam tentaſſent, dum terram in receptu legunt, ex itinere oram Calabriæ diripuerant. In qua exſcenſione, licet fortuita & excurſoria, *Rhegium-Iulium* multis cladibus attritum ac penè deletum eſt. In ea calamitate pietas & liberalitas noſtri *Gaſparis* 1552. Archiepiſcopi luculenter enituit, præterquàm enim Cathedralem Eccleſiam vehementer labefactatam refecit, ſuoſque ciues opibus, conſilio & opera iuuit, hoc demùm anno Cœnobium noſtrum, de quo ad an. 1552. ſolo penè æquatum ac dirutum reſtaurare cœpit. Situs porrò (quod ſupereſt vt meminerimus) illi eſt ad fluuium piſculentum *Taurocinum* (niſallor) dictum ab Antiquis, loco certè amœno & quo nullus tota regione delectabilior, ab vrbe procul ad exploſi tormenti iactum. Nomen habet à *B. P. N. Franciſco* quem eius loci incolæ & accolæ omnes præcipua veneratione proſequuntur. Poſſeſſionem noſtri adierunt, cum domus iam habitationi parata eſſet, die ſancto Virginis in cœlum Aſſumptæ, quem ad eam rem noſter Archiepiſcopus delegerat. Eſt autem

Pignon.

Malta.

Rhegio.

de Foſſa.

Calo pinnet populanbus

1566. autem *Rhegium*, quod à Veteribus *Iulium* cognominatum eſt; Colonia & vrbs, 1567.
Regio. *Bruttiorum* metropolis & Archiepiſcopatus, ad oram vlterioris *Calabriæ*, contra *Meſſanam*, vt iam alibi diximus. *Aſchenaz* olim ab Hebræis vocatam ex Ioſepho docet Barius, addens ab Antiocho apud Halicarnaſſæum *Poſidoniam*, ſeu *Neptuniam* fuiſſe nuncupatam. Ortelius nunc vulgò dictam *Rezzo* perhibet, ſed perperàm, *Reggio* enim ſeu *Riggio* appellatur. Fuit olim celeberrima & no-
Rezzo. minatiſſima vrbs, nunc poſtquàm multis cladibus per Turcas eſt attrita priſtinam illam dignitatem ægrè ſuſtinet. Ager eſt vini & olei ferax & multis rebus abundans. Vrbem & agrum multi deſcripſerunt, atque inter Veteres Caſſiodorus lib. XII. Variarum, ex recentioribus Marafiotius vtriuſque laudes copiosè perſequitur l. 1. Antiquit. Calabriæ.

An. M. D. LXVII.

1567.
Donatio Regis Caroli IX.

1. CArolus Rex qui antè quatuor annos Regni adminiſtrationem in ſe receperat, vt erat religionis amans ut queſtudioſus, noſtros homines ab eo
Druit & Aubaine. tempore ſingulari beneuolentiâ complexus eſt, vt fama ſit cum quibuſdam è noſtris penè familiarem fuiſſe, cumque noſtri alieno ære, vt fit nonnunquam per rei domeſticæ anguſtias, grauarentur, nomina liberaliter & ſponte diſſol-
De legitimation & naturalité. uiſſe. Hoc autem anno & die v. Februarij Nigeonenſibus noſtris per patentes litteras in amoris pignus haud contemnendum beneficium contulit, donans illis mediam partem eorum, quæ de bonis caducis, iure (vt vocamus) *Albinatus*, aut ab erogationibus, quæ in Natalium reſtitutionem, Regni donationem & ſimilia penderentur, fiſco in ſingulos annos prouenirent. Diploma in Ratiociniorum conſeſſu recitatum edito decreto firmatũ eſt die IV. menſis Aprilis. Hanc autem gratiam temporariam alij deinceps Reges ſucceſſiuè probauerunt.

2. Interim tamen indigniſſimè per hæreticos diuerſis locis habiti noſtri & multis modis vexati ſunt. Iam nunc ſecundùm *Turonenſi* Conuentu abire ac profugere coacti ſunt. Ea temporum calamitas non poteſt meliùs intelligi quàm ex litteris *R. P. Petri Haguenier* Prouincialis apud Turones, quibus ſuam à Capitulo Generali abſentiam excuſat. Illæ inter cætera ſic habent, vbi de calamitatibus, quas ab hæreticis & perfidis Chriſtianis perpetiebantur præfatus eſt: *Nunquam tales perpeſſa eſt hoſtes Eccleſia, quales nunc ſuſtinet qui inter ſe contendunt, quis eorum graviſſimè noceat Catholicis, & maximè his, quos pietate, innocentiâ, morum probitate ad melioris vitæ curſum tendere ſentiunt, vt ſunt qui populum & domum patris reliquerunt, vt tutiùs in Clauſtris Deo famularentur, nerueſque prorſus omnes contendunt vt eos è medio tollant, & qui plus nocuit illuſtrior habetur; ita vt ſatius eſſet viuere inter Turcas, quàm inter hos nefandos Apoſtatas.* Et mox: *his paucis diebus compulſi fuimus non ſine graui mœrore & triſtitiâ; accepto prius ab inuicem oſculo ſancto, foras egredi, & hinc inde in latebras fugere ad vitandam horum ſacrilegorum truculentam rabiem.* pluribus interiectis pergit in h. m. *Inſuper diruta & ſolo adæquata ſunt nonnulla Monaſteria, &c. & qui remanſerunt Conuentus ad tantam deuenêre paupertatem vt vix victitare, ne dicam viuere, poſſint.* & poſt pauca, *nullus iter aggredi auderet niſi mutato habitu, & ſi in habitu ſeculari proficiſcendum eſſet etiam cum communi victu, quod noſtro repugnat inſtituto ex voto, &c.* Hæc de miſeria ſuorum temporum vir optimus ſimpliciter & ſine fuco expoſtulabat. Litteras eius nuper accepimus à *R. P. Antonio Iardino*, cui plura debemus.
Clades altera Turonenſiũ noſtrorum.

Guſman. Medina Sidonia Niella. 3. In Hiſpaniâ *Excellentiſſ. D. Alphonſus Perezius Guſmanus* ſeptimus Dux *Methymnæ Sidoniorum*, decimus Comes *Iliæ*, quartus Marchio *Caçaræ*, qui per antonomaſiam *Bonus* cognominatus eſt, Velleris aurei Eques Torquatus, Andaluziæ Architalaſſus, *Mediolani* Prorex deſignatus, & Hiſpanicæ Claſſi aduerſus Angliam præfectus, nobilium Hiſpanorum ditiſſimus, ſuæ in noſtros liberalitatis argumentum extare volens, Cœnobium à fundamentis apud *Conilium* excitauit, ſub nomine B. Virginis, ſeu *Noſtræ Dominæ à Virtutibus*, ob Imaginem antiquam & miraculis conſpicuam, quam in eo loco poſuit, cuius quidem me-
Conuentus Conilij.

1567. moria in Diœceſi Gaditana die ipſa Auguſti menſis decima quinta recolitur. 1568.
In eam domum inducti noſtri die ſancto Pentecoſtes, qui ad diem XVIII. menſis Maij occurrebat, *R. P. Petro de Melgar* ſecundùm Prouinciale. Agunt illic viginti quatuor, è noſtris qui attributis prædiis & prouentibus ab Illuſtriſſimo fundatore ſuſtentantur. *Guſmanus* autem noſter matrimonio iunctus eſt cum *Paſtrana. Ebuli.*
Illuſtriſſima & Nobiliſſ. *D. Anna de Silua & Mendoza* Gomezij Ducis *Paterniana* Principis *Ebuli* Cubicularj maioris, &c. F. qui pro ſua & gentili pietate noſtrorum initiis prolixè fauit. Eſt autem *Conilium* Bæthicæ oppidum, in Diœceſi *Conil.*
Gaditana, ſub ditione Ducum *Methymna Sidoniorum*, extra fauces *freti Herculei*, *Gibraltar.*
ſupra Veterum *Tarteſſum* quæ nunc eſt *Tariffa*, cum ipſum *Conilium*, VI quibuſ- *Tariffa.*
dam placet ſit Antiquorum *Carteia*, ſeu mauis *Onoba*, ſi Ortelij tabulæ nos non fallunt. Sed præſtat omninò *Conilium* à Braunio deſcriptum & delineatum l. ij. tab. vj. perſpicere, atque in edita collis parte Cœnobium noſtrum obſeruare.

Pius V. multas gratias elargitur.

4. Ediderat hoc anno & die prima Octobris *Pius* V. Pont. Max. diploma in fauorem Mendicantium, aduerſus Ordinarios qui dictos Mendicantes ad ſuſtinendas pecuniarias (vt loquitur) contributiones, ſubſidij, decimarum, aut alio quouis nomine, cogendos ſuſceperant, atque inter Mendicantes ſolos recenſuerat Dominicanos, Franciſcanos, Auguſtinianos, Carmelitas, ac Seruos B. M. quare noſtri dato ſupplici libello apud Pontificem conqueſti ſunt, quòd in illorum numero non eſſent comprehenſi; nihil autem cunctatus Pontifex ſpeciali diplomate Ordinem noſtrum inter Mendicantes connumerandum, omnibuſque illorum priuilegiis, gratiis, immunitatibus, iam olim donatum, & nunc etiam auctum eſſe ac fore declarauit, cenſuit, edixit. Litteræ incip. *Apoſtolica Sedis benignitas, &c.* ſuntque datæ die IX. menſ. Nouembris, cum interim aliam conſtitutionem edidiſſet, ſub die VI. menſis Octobris, quâ tranſitum noſtrorum ad Capuccinos & viciſſim Capuccinorum ad noſtros prohibuerat, qua de re noſter de Pereinis relegendus eſt. Incipit ea conſtitutio, *Sedis Apoſtolica ſolertia, &c.* Nec omittendum ipſum Pontificem iam antè Mendicantibus ſe fortem & egregium vindicem, aſſertorémque priuilegiorum, quibus à Sede Apoſtolica donati eſſent, præbuiſſe, illoſque aduerſus æmulos & perturbatores ſuos ſingulariter defendiſſe, conſtitutione promulgata XVII. Kalend. Iunij, quæ incip. *Etſi Mendicantium Ordines, &c.* quæ quoniam vulgò proſtat, plura non adiiciam.

An. M. D. LXVIII.

1568.

Conuentus Almontij.

1. HVnc annum nobis ab initio auſpicatum fecit *R. D. Petrus de Gaona* ſanctæ Hiſpalenſis Eccleſiæ Canonicus, qui Cœnobij apud *Almontium* inſtituendi autor fuit, fundatorque beneficentiſſimus. Sua enim omnia in eam rem erogauit, ipſéque, vt in ſeceſſum gratiſſimum, ſibi Deoque vacaturus, conceſſit, nec de Cœnobio illo plura reſciuimus. Eſt verò *Almontium* tractûs Hiſ- *Almonte. Quadalquiuir. Rio. Tinto.*
palenſis oppidum, cui nomen à ſitu, in edito nimirùm monte collocatum illud eſt ſupra arenas illas vliginoſas, quæ inter *Betim* & *Iberum* ad mare protenduntur in meridiem, Hiſpani *Arenas gordas* vocant. Exciderat, tempus accepti Conuentus annotari ad diem XXIV. menſis Ianuarij, cùm *R. P. Petrus de Melgar* ſecundùm Andaluziæ Prouinciam regeret.

Capitulum Gen. XXI.

2. Ad IX. Calend. Iun. Patres qui Genuam pro antiqua conſuetudine debebant conuenire gratiâ Capituli celebrandi, Romam à *Pio* V. Pont. euocati frequentes adfuerunt. Euocandorum cauſa fuit paterna ſollicitudo Pontificis, qui coram videre ac intueri congregationem totius Ordinis deſiderabat, vt ex hoc poſſet illius rebus commodius & liberalius proſpicere. Deſiderati tamen ſunt ex iis qui debebant conuenire nonnulli, atque imprimis Turonenſes, qui ob excitatam nuper perſecutionis tempeſtatem nondum ſe potuerant colligere, vt ex iis quæ diximus certum eſt (quam ego cauſam fuiſſe non dubito cur in acceptum non retulerint Eccleſiam *B. Virginis de Bono deſiderio* propè *Ambaciam*

1568. de la Bourdaizière.

pè *Ambaciam* ab anno 1562. à Nobil. *D. de la Bourdaiziere* oblatam, vt eius anni Generalia Acta non edita meminerunt, fuere tamen ad quadraginta & septem electores, qui hunc Conuentum composuerunt. Acta excepit *R. P. Bernardinus à Mileto* Collega Siculus, cœpitque Congregatio die Maij mensis XXIV. à qua in XXVII. quædam constituta in cautionem regularis disciplinæ non contemnenda, sed quæ frustra publicentur. Illucescente XXVII. quæ Ascendentis in Cœlum, Christi annuam celebritatem referebat pro Generali eligendo solliciti Patres, Deo bonorum autore inuocato, Congregationem suspensis animis inierunt. Itali enim duo, non factione, cuius causas omnes procul habebant, sed merito suo, Patrum studia diuiserant. Ambo pietate, doctrinâ, & rerum vsu præcellebant, sed vnus ætate grauis, annumque septuagesimum ingressus, alter virilis & mediæ ætatis erat. Ille fuit *R. P. Marcellus Palmerius* ante annos viginti quatuor eodem muneri præpositus, hic *R. P. Gaspar Passarellus* de quo in antecessum etiam meminimus, sed collatis tandem suffragiis *Palmerius* palmam tulit. Neque enim visa minus conueniens ætas, quæ præter diuturnitatem nihil vitij habuit, & certè *Palmerius* expectationi quam omnes habebant respondit, Ordinem mirabili prudentiâ & magnâ cum tranquillitate moderatus. Pontifex talis tantique viri electionem sibi gratissimam fuisse testificatus est. Eam verò ab electoribus insolita gaudij significatione prosecutam frustra post hæc adiiceremus. Sublecti eodem die, sed horis pomeridianis Collegæ; Italus fuit *R. P. Virgilius à Castro France*; Gallus, *R. P. Iosephus Tellerius* Galliarum visitatione cum *R. P. Matharino Auberto* autoritate Apostolica defunctus; Hispanus *R. P. Franciscus de Hennares*; viri omnes inter suos præcipuâ laude atque gloriâ effulgentes. Rerum denique Ordinis Procuratio *R. P. Ioanni à Flumine frigido* Exgenerali commissa est, cum elogio fidelitatis & solertiæ, quas reuerâ tractandis negotiis semper adhibuit. In hoc ipso consessu lectæ fuerunt bullatæ litteræ *Pij* Pont. quæ hoc eodem die perscriptæ, iam tum ad Patres delatæ fuerant. Iis autem constituebat Pontifex, ne deinceps ad Capitula Generalia Prouincialis cum Collegis suis atque duobus ex Prouincia Commissis vt fiebat accederet, sed solus ipse cum Commisso è qualibet Prouincia; ne Capitula Prouincialia, quæ vocantur intermedia, per Correctores & Commissos cuiusque Conuentus agerentur, sed vice illorum per Definitores de triennio in triennium eligendos in plenario Prouinciæ Capitulo, eandem omnino autoritatem huiusmodi Capitulis arrogans, ac si pro veteri more per eos quos diximus omnes celebrarentur, quod iam cùm reuerentia promulgatum acceptumque est, deinceps verò inualuit & hactenus non variauit. Litteræ incip. *Super familiam domus Dei*, extant in monumentis Ordinis. Magnum ab initio Patribus studium fuit, vt seligerentur ex actis præcedentium Capitulorum statuta quæ in mores viderentur inducenda, id quoniam in præsens fieri non potuit, vt per singulos Prouinciales curaretur, intra tempus Generalis Congregationis in proximum habendæ, prouiderunt. Itaque ne pluribus decretis aut sanctionibus conscientias onerarent, nullas voluerunt edere, sed indicto *Valentiam* ad tres annos Capitulo finem Actis cum gratiarum actione fecerunt.

1568. 1562.

Palmeri. Passarello.

Gen. XXIX.

de Castro France. le Tellier. Aubert. de Hennares.

Collegæ.

Procuratori Gen. XXI.

Pij V. decreta pro Capitulis Gener. & Prouinc.

3. Montoia noster, non vanè in hunc annum *Bracancurienſis* Conuentus direptionem coniecerat. Quando igitur licuit, vt per nos ipsos eius domus monumenta in generali visitatione recognoscere mus, ex eorum fide vt rem totam enarremus operæpretium erit. Reddemus autem latinè, quæ in Veteri Codice ad memoriam nostrâ linguâ exarata inuenimus, ex quibus fas erit ea, quæ ad an. 1563. prærogauimus, emendare. *Ann. 1567. atrocissima & demolitio Conuentus Bracancuria, ipso die S. Lucæ, odio, rabie ac furore hostium Dei & Ecclesiæ, sed verò maximè eius, qui Arci Blasiensi præerat, cui nomen Viartus, aliorumque ipsi adherentium, qui quidem (vt habitâ ex decreto Curiæ apud Calnum-montem inquisitione circa diem Nouemb. x. aut xj. an. 1582. cuius Acta mox ad Curiam relata etiamnùm extant in eius Commentariis, liquidò constitit) omnes eius domus incolas religiosos, vinculis constrictos funibusque religatos, in arcem Blasiensem captiuos abduxerunt, postquàm aliquos ex iis ferro percusserant & vulneraverant. Ex quo, per eosdem hostes & Blasia eiusdem inco-*

Bracancurienſis direptio.

Bracancur

Chamont.

Blaiſe.

1568. *las ruſticos Cœnuentus direptus & dilapidatus eſt, detractis quinetiam parietum & lacunarium clauis: quoad inſequenti anno* 1568. *ad diem* 13. *menſis Ianuarij non remiſſâ vſquedum rabie ac malitiâ ſuâ ignem parietinis & tecto ſubiecerunt, domumque totam ſubuerterunt & incenderunt. Quod verò amplius eſt, non multò poſt quàm in carcerem Religioſi abducti fuerant, captum erat conſilium de iis enecandis, & in conſpectu aduſua de patibulo ſuſpendendis. Sed optimus ille Dominus Dux Guiſius poſitis ad Blaſiam Caſtris Arcem obſedit & expugnauit, captiuoſque noſtros in libertatem aſſeruit.* Hæc Bracaneuriæ noſtræ Commentaria, quibus & alia monimenta quæ ibidem extant ſuffragantur, niſi quod nominatim *R. P. Roberti Brenallij* meminerunt, vt ad prædict. ann 1563. diximus, noſtroſque hoc tantum anno abductos volunt, immiſſum autem ignem anno tantùm 1569. & die xxv. Ianuarij teſtantur; Caſtrum denique Blaſienſe admotis bellicis tormentis ad xi. diem Nouemb. deditionem feciſſe affirmant. Sed potius eſt vt prioribus illis aſſentiamur. 1569.

An. M. D. LXIX.

1569. Fundatio Caroli IX. Reg.

1. *Carolus* Rex, pro ea qua in noſtros fuit beneuolentia, vt antè proximum annũ dicebamus, ex bonis Cardinalis Caſtillionæi in hæreſim prolapſi, ac proſcripti, quæ fiſco adiudicata fuerant à die menſis Martij xix. quibus volebat in pia opera gratificaturus, Nigeonenſes noſtros imprimis, amplâ & piâ fundatione conſtitutâ, illorum participes eſſe voluit, litteris apud S. Germanum à Pratis menſe Iulio exaratis atque publicatis. Ita ſe Princeps Optimus data occaſione beneficum & liberalem præſtabat. *Odetus Colligny.*

Caſtri-Eraldi direptio & Guillelmi noſtri martytium.

2. Sed hunc annum antè omnia inſignem fecit aliquorum è noſtris, cùm in Gallia, tùm in Hiſpania, martytium. In Galliâ quidem, *Eraldi-Caſtro* ab hæreticis occupato, in religionis odium, Oblatus quidem nomine F. *Guillelmus* .... per viam interceptus miſerabiliter excarnificatus eſt. Vt enim ad eam Vrbem illi Deo Regique perduelles applicuerunt, eâ ſe potiſſimum tempeſtate implicatos iri noſtri perſenſerunt, facto igitur inter ſe verbo, viſum eſt conſultius ſi ſe periculo ſubducerent, nec fatum præcipitarent, plerique celeritate vſi hoſtes anteuerterunt, alij mutata veſte aut alio quouis modo illos fefellerunt; At *Guillelmus* noſter haud ſatis maturè ſe recipiens, nec veſte dimiſsâ ſibi conſulens, cùm in proximam villam ſe recipere cogitaret, in nefarios homines incidit, qui coacta manu huc illucque prædam acturi ferebantur, è quorum turbâ vnus religioſum virum conſpicatus facto in eum impetu & ſclopeto diſploſo terræ attriuit, cuius plumbea glans in ciuem *Guillelmo* proximum reſiliit, altumque vulnus humero inflixit; adeò vt glandis educendæ nunquam facultas fuerit, è veſtigio & ipſe mactandus niſi ſe Monachum non eſſe proclamaſſet, in vnum ergo Guillelmum tota vis incubuit, qui vt erat ſolo attritus per ſummam crudelitatem multis vulneribus confoſſus eſt, & membratim conſciſſus, ac veſte inſuper detractâ ludibrio expoſitus & ad omnem iniuriam abiectus; totis quinque diebus ita iacuit; quoad pij quidam Catholici clanculò ſublatum, leuiter effoſsâ humo per noctem, qualicunque ſepulturâ donarunt. Progreſſi poſt hæc ad Cœnobium noſtrum impij prædatores nihil intactum reliquerunt, deiecta aut flammis abſumpta domicilia, templum operis ſplendidi magna parte dirutum, fornices lapidei totâ Eccleſiâ deturbati, ſpeculares feneſtræ picturis exquiſitis imbutæ minutatim fractæ, ſacræ imagines detractæ mutilatæ aut comminutæ ſunt, reliqua denique omnia obſtinato furore indignè proſtrata, conculcata, diſſipata ſunt. Rebus cum tempore pacatis, Nobil. . . . *l'Allemant*, à quo genus ducit Clar. V. D. . . . . *Gurpeanus* in ſupremo Senatu Claſſis Inquiſitoriæ Præſes, ruinas illas ex parte reparauit, Fundatoris propterea gratiam, vt audio, conſecutus, quam poſteri non immeritò tuentur. *Chaſtellerault.* *Alamand. Gurpeau.*

Martyrium duor. Hiſpan.

3. In *Hiſpaniâ*, duo è noſtris periere à *Mauris* mactati ſunt. Rebellauerant in regno Granatenſi Maurorum reliquiæ, ſed illi expectato ab Africanis ſuis auxilio mirabiliter defraudati, ac priùs quam in rem conſilium exiret virtute

Ioannis

1569. *Ioannis ab Auſtria* oppreſſi pœnas ſuæ temeritatis dederunt, atque inter cæteras non vltima erat bonorum proſcriptio & adiudicatio in fiſcum; ne qua autem fraus interueniret factum erat Chriſtianis mandatum, vt ſi quæ ab eis celari aut interuerti noſſent, apud Iudicem renunciarent, palámque profiterentur. Haud longè à Cœnobio noſtro Granatenſi Maurus quidam diues & opulentus, ex eorum familiâ qui *los Seiſes* dicuntur, magnam vim auri, ac prætioſæ ſuppellectilis plurimùm, in apogæo condiderat. Conſcius rei *R. P. Alphonſus Villamaior* dicti Cœnobij Corrector; vt Regi obtemperaret conſcientiamque liberaret, apud Officium quod reſciuerat enunciauit. Habitâ inquiſitione rem ita habere conſtitit, ſuntq; omnia quæ Mauri illius erat ad fiſcum damnata. Quantùm id Maurus ægrè tulerit nemo dubitare poteſt, qui ex hoc *Villamaiorem* mactandum ſibi propoſuit, & in præſens feciſſet ſi qua ſe dediſſet occaſio, ſed in longum dolor & animus premendus fuit. Menſe Octobri *Villamaior Oſſunam* petiturus, eodem die, quo *RR. PP. Petrus Cuellarius & Ioannes Vegelius Hiſpalim* per obedientiam proficiſcebantur, itineri ſe dedit. *Villamaioris* iter Mauro innotuerat, collocatis igitur quarta ſupra *Granatam* leucâ inſidiis, eo loco, qui *la Matança*, hoc eſt iugulatio dicitur, prætereuntem obſeruat. Sed ille aliâ viâ per occaſionem digreſſus, cùm *Cuellarius & Vegelius* regium iter inſiſterent; igitur ipſi in paratas inſidias venerunt, & à Mauris prodeuntibus intercepti miris modis excruciati & interempti ſunt. Dolebant illi *Villamaiorem* ſibi effugiſſe, in quem acceptam iniuriam vlciſci deliberauerant, ſed quando ita erat, hi ſatis apud eos rei habiti ſunt qui Chriſtianam religionem profitebantur, eo enim animo in eos irruiſſe argumento eſt quod omnes qui in comitatu erant ſæculares Chriſtianos pariter iugulauerunt. Et quidem *Cuellariam Vegeliumque* fortiter ſe geſſiſſe, atque omnes qui in comitatu erant ad martyrium exhortatos fuiſſe, vt qui ſolâ fidei causâ impeterentur, Hiſpanorum traditio eſt. Corpora iugulatorum & plagis toto corpore confectorum in via publica dimiſſa ſunt; quod vt *Loxa* (eſt oppidum in proximo) nunciatum eſt, à Magiſtratu ſublata in Cœnobio noſtro apud eoſdem *Loxanos* ſepulta ſunt. Tabellæ quædam à noſtris editæ *Vegelium* lapidibus obrutum perhibent. 1570.

de Cuellar. Vegel.

An. M. D. LXX.

1570. Viſitatio gen. Gallia & Priuil. à Rege.

1. INter bellicos ob religionem tumultus, qui in Gallia non remittebant *R. P. Petrus Heguenierius* ab antiquo Franciæ & Turoniæ Prouincialis, & *R. P. Ioſephus Tellierus* Collega Generalis, impigrè atque fortiter Gallicas Ordinis Prouincias ſingulaque Cœnobia de mandato *R. P. Marcelli Palmerij* viſitanda ſuſcipiunt, quod in turbulenta tempeſtate non parùm ad regularem diſciplinam conſeruandam profecit. Inter hæc & *Carolus* Rex beneficentiſſimus noſtris Priuilegium fori, quod ab *Henrico* II. an. 1553. primùm promeruerant, gratioſis litteris confirmauit, menſe Maio, apud *Caſtrum-Briantum* in *Cadetibus*, quod poſthac alij ſucceſſiuè Reges liberaliter condonarunt. At de illo priuilegio ad eum annum 1553. diximus. 1553.

2. Auguſto menſe, cùm factioſis de pace conuentum eſt, quæ Regis edicto promulgata exacerbatos hactenus animos ad mitiora ſtudia conuertit, ex quibus res noſtræ non minimum fructum ceperunt. Nam & *Auinioni* & *Narbonæ* de noſtris ciuitate donandis actum eſt, nuncque primum Cœnobiis quæ illis habemus factum eſt initium, procurantibus noſtris, viris ſtrenuis & ad res tractandas idoneis. Et quidem *Narbona* ciuium beneficio accepti ſunt, & frequenti ac quam optimo Vrbis loco conſtituti. Lentè ab initio hæc primordia proceſſerunt, quare nec in proximis Generalibus Actis habita eorum mentio eſt, rebus ſcilicet nondum vt decebat ſtabilitis, ſed anno demùm 1578. ex occaſione in Acta relata ſunt. Eccleſia *B. Antonio* Eremitarum parenti ſacra, magno indigenarum concurſu & deuotione frequentatur, *S. Antonij* memoriam recolentium, cuius Lipſana illic magna veneratione aſſeruantur. Opus præclarum & Conuentus Narbonæ. 1578.

1570. splendidum est, cui perficiundo *Reuerendissimus & Illustrissimus D. Franciscus de Ioyosa* Narbonensis, Tolosanus, & Rothomagensis Archiepiscopus S.R.E. Cardinalis tit. Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio non parum contulit, eapropter Fundatoris nomine donatus, magnâ omnium gratulatione, in Comitiis 1595. Auinionensibus an. 1596. Nobilis quoq; D. *Ioannes Maisonatus* Cursorum apud Narbonenses præpositus, quòd maius altare perornauerit multaque alia perfecerit præcipuorum Benefactorum catalogo ascriptus est. Sed indefessa Ciuium largitas, quâ nostros in dies prosequuntur & necessariis ad vitam copiosè instruunt omnem laudem atque gratitudinem supergreditur. Quæ mihi facta est monumentorum fide publica perscriptorum copia, nonnihil dissentit ab iis quæ per scriptos Annales habuimus. Quin certè nostri *Narbona* egerint ab hoc tempore negari non potest, in quibus excellebat *R. P. Martinus Rossellus* qui suis per plures annos concionibus tantam apud Narbonenses gratiam consecutus est, vt ipsi vltrò Cœnobium nostris dari satagerent. Ædes tamen illa *S. Antonio* sacra nonnisi biennio post nostris data est & concessa, petentibus ciuibus ab *Illustrissimo & Reuerendissimo D. Hippolyto Estensi* alterius *Hippolyti* nepote S.R.E. Card. & Narbon. Antist. de quibus alibi meminimus (quare non patruus modo, sed & nepos inter Narb. Antistites certò est reponendus) & is litteris Româ scriptis an. 1572. ind. 15. die vltima Iunij Narbonensiũ in nostros studium laudat causâ etiam additâ, *parce qu'auons experimenté la Religion de S. Françoũ de Paule estre bien secourable pour l'assiduité des oraisons & predications, nous estans grandement consolez puis trois ans ença de leur saincte predications & religieus exemples, &c.* h. quoniam experti sumus Religionem Minimorum S. Francisci de Paula, ad opem, orationum & concionum assiduitate ferendam, procliuem ac pronam esse, vt nobis à tribus hinc annis magna consolatio ex sanctis eorum concionibus & religiosis exemplis fuerit. Fecit præterea mandatum R. D. *Ioanni Bessoico* Narbonensis Ecclesiæ Canonico vt nostros in eius ædis possessionem mitteret, quod ille præstitit vi. die mensis Octobr. possessionem incunte *R. P. Ioanne d'Arellas* Prouinciale, atque vnâ *R. P. Rossello* quem diximus. Adstructum Cœnobium, quod occulto casu ad ann. 1609. igne absumptum est, sed breui per ciuium liberalitatem, atque imprimis *Illustrissimi & Reuerendissimi D. Francisci à Ioyosa* Card. Archiepisc. & Fundatoris beneficentiam, elegantiori & firmiori structura instauratum est. Situs denique Cœnobio est ad orientalem vrbis plagam, in vico cui ab antiquâ *S. Antonij* ædiculâ idem nomen est, proximè ad muros ipsius vrbis, septo tantum & hortis interiectis, qui latè ad Orientem Austrum & Aquilonem protenduntur. Ecclesia quatuor sacellis adornata est, gaudet autem Osse brachij S. Antonij ad quod solent solemnia iuramenta excipi, non sine magno animi terrore, vt quod perfidis id non soleat esse impune. Reliqua sibi constant. *Narbona* verò, quæ antiquioribus *Narbo* & *Narbo Martius*, atq; coniunctim *Iulia Paterna Narbo Martius*, Vrbs est inter Gallicas primaria, quæ magnæ Galliarum parti ad Austrum vergenti nomen fecit, à Veteribus contentiosè laudata, omnium instar habet encomium quod Sidonius Apollinaris carmine xxiii. cecinit in hæc verba:

1570. *de Ioyose.*

Meisonat.

Narbona.

Salue Narbo potens salubritate,
Vrbe & rure simul bonus videri,
Muris, Ciuibus, Ambitu, Tabernis,
Portu, Porticibus, Foro, Theatro,
Delubris, Capitoliis, Monetis,
Thermis, Arcubus, Horreis, Macellis,
Pratis, Fontibus, Insulis, Salinis,
Stagnis, Flumine, Merse, Ponte, Ponte,
Vnus qui venerere iure Dines,
Lenæum, Cererem, Palem, Mineruam
Spicis, Palmite, Pascuis, Tapetis
Solis fisc viris, nec expetito
Natura auxilio, procul relictis

Promens

1570. *Promens montibus altius cacumen,* 1570.
Non te Fossa patens, nec hispidarum
Obiecta sudium coronat agger.

Posita est autem vt canit Fortunatus lib. VI. c. VII.

——quà littora plana remordens
Mitis Atax Rodani molliter intrat aquas

Aude. id est, *Roberto* interprete, vbi *Atax* ex *Pyraneo* monte digressus *Narbonam* attingens intrat mare mediterraneum, quod *Rodanus* ipso torrentior freto inuadit. Nauale habet celeberrimum & opulentum de quo illud est Ausonij in Vrbibus Carm. XII.

Te maru Eoi merces, & Iberica ditant
Æquora, te Classes Libyci Siculique profundi,
Et quidquid vario per flumina per freta cursu
Aduehitur: tete tibi nauigat orbe κατάπλους.

S. Paulus Sergius de quo Acta Apostolorum meminerunt primus Vrbis Episcopus fuit,

Quo iure exultat proprio Narbona magistro;

ex hoc autem metropoleos dignitatem semper obtinuit. Sed de *Narbona* plus satis.

Concursus Auinionis. 3. At verò *Auinioni* vna nobis Cardinalis *Arminiaci* liberalitas & autoritas locum dedit, qui Vrbem ditionemq; Auinionensem Pontificis & Collegati iure ac imperio tenebat. Is enim ex quo nobis in Protectorem datus est Ordinis incrementum & decus omni ope procurauit. Cùm igitur autoritate gratiáque Auinionenses demeruisset, cùm ob priuata beneficia, tùm propter Vrbem ab hæreticis præseruatam, vt nostri, quos in amore habebat, ciues omnes beneuolos experirentur nullo negotio effecit. Erat in Vrbe antiquum Monasterium *de Miraculis* dictum, quod Moniales Ordinis nisi fallor Augustiniani incolebant, illæ verò in commodiorem sibi locum migraturæ quem in eadem Vrbe obtinent, vetus illud Monasterium vacuum reliquerunt, id verò inconsulto Cardinale fieri non poterat, data igitur occasione de Minimis suis cogitans illis antiquum hoc Monasterium comparauit. Ecclesia quidem angusta sed firmi & egregij operis sola ferè perstabat, reliquas ædes vetustate collabentes Cardinalis reparauit. Titulus Ecclesiæ est *B. Mariæ* seu *Nostræ Domine à miraculis* memorabili antè omnia origine, quam Valladierus serm. VI. de B. Virgine indicat. Sedente nimirùm *Clemente* VI. Pont. vnus aliquis reus de nefario quodam crimine peractus, flammis adiudicatus fuerat, is autem B. Virgine in patrocinium aduocata visus est ab eadem B. Virgine pallio protegi, tertiò autẽ ab incẽso rogo diuina vi expulsus, à circũstante turbâ, quæ id coràm geri viderat, ad Pont. deductus est isq; re cognita, Ecclesiam sub eo nomine condi mandauit, diploma Pontif. asseruatur apud S. Agricolam, illudque se legisse Valladierus testatur. Sacellis nunc ab vtraque parte operis eiusdem atque diximus succingitur, atque inter illa maius & augustius vnum *B. P. N.* *de Mornas.* *Francisco* sacrum, quod V. N. D. *de Mornas* egregiè perornauit, magna verò populi deuotione quotidianisq; votis frequentatur, quibus præsentem adesse Deum miracula crebra demonstrant: Agunt illic triginta & fortè plures è nostris, gaudentque Viridariis amplissimis & iucundissimis atque non ita pridem Palatio Ecclesiæ contiguo in quo institutus est Nouitiatus. Situs illi est intra Vrbis pomerium haud longè à muris versus Occidentem. *Arminiacus* Cardinalis vt eo loco post annos octo Generale Capitulum celebraretur procurauit, quo suæ erga nos liberalitatis vniuersos ex Ordine Patres conscios haberet, qui coràm, beneficentissimo Cardinali gratias egerunt & in Acta sua retulerunt. Est autem *Auinio*, seu vt veteres habent, *Auenio*, vrbs præclara, Comitatus *Venusini* in *Prouinciâ* caput, Pontificiæ ditionis, sita in sinistrâ *Rhodani* ripâ, leucis nouem supra *Arelatem Sextanorum*, viginti duabus infra *Valentiam Segalaunorum*, cum agri Auinionensis indigenæ *Cauares* ab Antiquis dicerentur. Episcopali fulget dignitate ex quo *S. Rufus* Pontificiam in ea sedem

Auignon. Venusy.

Digitized by Google

1570. collocauit, *Sixtus* IV. Pont. Max. ad metropoleos dignitatem euexit, per annos ſeptuaginta etiam Papali ſede fuit decorata & deinceps per Legatos Pontificios adminiſtrata, in quibus *Carolus* Cardinalis *Borbonius* eique Collegatus *Georgius* noſter Cardinalis *Arminiacus*, præcipuam ab omnibus laudem meruerunt. Iconem Braunius lib. II. tab. XIII. repræſentat. 1571.

Barcinonis Conuentus. 4. Forte & in hunc annum Domus Barcinonenſis conferenda, de qua tamen nonniſi ad ann. 1574. dicere propoſuimus.

Ob. P. Ioan. à Luſitania. 5. In Hiſpaniâ *R. P. Ioannes Luſitanus*, poſtquàm ciurata ſæculari militia, in qua magnum ſibi nomen adhuc iuuenis fecerat, annos quinquaginta & octo in magna vitæ aſperitate vixit, ſcholaſticis exercitationibus atque concionum gratia excelluit, inculpatis moribus ad exemplum præluxit, ſcientiam ſanctorum mirificè excoluit, & ſuis etiam tradidit, in priuata & publica fortuna induſtriam atque animum ſuum probauit, dierum & meritorum plenus in Conuentu noſtro Valentino ad patres ſuos appoſitus eſt, magno ſuperſtitum deſiderio qui hominem ſanctiſſimum ſibi ſubtrahi ægerrimè ferebant. Sed de illius laudibus Montoia & Donius noſtri pluribus egerunt.

1571. *An.* M. D. LXXI.

Capitulum Gen. XXII. 1. HAbita *Valentiæ* generalia ex Ordine Comitia, prout antè annos tres in Congregatione Romanâ conuenerat, quibus quidem ex iis quæ anteceſſerunt nulla poſſunt paria videri. Acta excepit *R. P. Gaſpar Paſſarellus*, qui præcipuas partes in eo Conuentu egit, & dignitate & ſapientia. Præcipuus enim autor fuit edendorum Statutorum, quæ in illis Actis præclara & copioſa leguntur. Imprimis dubitatum fuit, ob abſentiam Prouincialium *Neapolis & Apuliæ*, ſi potuerint illi vices ſuas aliis committere, atque hi ad ferendum ſuffragium deberent admitti. Cauſa dubitandi fuit Concilij Tridentini prohibitio edita in hæc verba, ſeſſ. XXV. tit. de Regularibus & Monialibus c. VI. *Nec in poſterum liceat Prouinciales aut Abbates, Priores aut alios quoſcunque titulares ad effectum electionis faciendæ conſtituere aut voces & ſuffragia abſentium ſupplere.* Sed *Paſſarellus* difficultati præuerterat rogatâ ſententiâ DD. Cardd. Concilij Interpretum, quam continuò protulit his verbis conceptam: *Congregatio Concilij cenſuit, ſi ex decreto & inſtituto Religionis ſuæ licet Superioribus abſentibus & legitimè impeditis ad Capitulum Generale aliquem fratrem mittere, qui tanquam eorum Procurator ſuo loco & nomine det vocem in electione, Concilium Tridentinum id non prohibuiſſe.* Atque ita inuiolabiliter deinceps obſeruari poſſe ac debere in omni electione noſtri cenſuerunt. Inſtituta duo noſtrorum Collegia, vnum in Monaſterio *Paulano* ab *Illuſt. D. Iſabella de Toleto, Caſtrouillarij* (Veteres *Apruſtum* ſeu *Sypheum* dicebant quod nos *Caſtrouillarium*) Ducissa, fœmina generis nobilitate primaria, pietate & omni virtutum genere clariſſima, fundatum & annuis prouentibus donatum, quæ interuerti aliiſque rebus applicari Patres prohibuerunt; alterum in Prouincia Bæthica quod *R. P. Hieronymus à Caſtro* procurauerat; qua ex occaſione, vt in ſingulis Prouinciis publici litterarum ludi aperirentur celebrarenturque decretum eſt. *Calabria* Conuentuum numero laborans in Superiorem & Inferiorem diſtincta eſt, *Aquitania* verò, quæ longo terrarum tractu protendebatur, in Prouinciam *Lugdunenſem* & *Tholoſanam* diuiſa pariter eſt, vt ad antiquum Prouinciarum cenſum duæ nunc primum accederent, vna nomine *Superioris Calabriæ*, altera *Tholoſana* dicta; quarum illa penultimum, hæc poſtremum locum obtinuit. *R. P. Auguſtinus de Arſona*, (ſic M.SS. habent) *Calabriam*; *R. P. Ioannes Signoret* ex Collega *Aquitaniæ Lugdunenſem* Prouinciam regendam accepit. Requirentibus autem Lugdunenſibus facta facultas Conuentus *Aroſ-Iulienſis* dimittendi, ob aëris intemperiem; quod reipſa continuò præſtiterunt, ciuibus quibus in amore erant grauiſſimè ferentibus & conquerentibus ſe ab optimis hoſpitibus atque conciuibus deſeri. Auditâ etiam Conuentus *Brancacurienſis* direptione vt quæ ex illius bonis recuperari poſſent in alterius Monaſterij vſum aut nouam erectionem conuerti poſſent

de Toledo.

de Caſtro.

Digitized by Google

1571. poſſent Patribus placuit. Sed hæc & huius argumenti alia in anteceſſum notauimus. At verò inter hæc, quam plura ad regularem diſciplinam, quâ conſeruandam, quâ ſtabiliendam, decreta prodierunt, vt quæ ad ius Capitulorum quæ vocamus intermediorum ſpectant; quæ ad formam & modum electionis aliaſque in ea cautiones ſeruandas pertinent; quæ ad Viſitationis incundæ rationem faciunt; quæ de pœnis imponendis, de grauioribus delictis in ſpecie puniendis atque caſtigandis obſeruari debent; atque huius generis haud pauca quorum vel Indicem texere operoſum eſſet. Non omittendum tamen Concilij Tridentini obſeruationem in his quæ Regularium propria ſunt ſeuerè atque grauiter indictam fuiſſe, tùm verò vt ne quis ad Cardinalem Protectorem præter *Gregorij* XI. conſtitutionem à *Sixto* IV. confirmatam & in vſum reuocatam quauis de causâ, recurſum, vt loquimur, haberet. In his igitur atque conſimilibus peragendis à die xx. menſis Maij ad xxv. tempus protractum eſt; quo demùm, Chriſti in cœlum Aſcendentis recurrente memoriâ, eligendi ſupremi in Ordine Antiſtitis cura incubuit, quæ Patres haud
Paſſarello. multum anxios habuit. *R.* enim *P. Gaſpar Paſſarellus*, qui ante annos tres vni *Palmerio* viſus erat inferior, & in præſens multrâ ſe ſapientiæ ac eruditionis laude commendauerat, omnibus ad vnum (quod eius fuit) ſuffragiis in ſummam dignitatem ſubuectus eſt; atque mox, ſolemni more, ab omnibus gratias Deo referentibus ac reuerentiam illi atque obedientiam deferentibus, in Eccleſiâ ſaluratus eſt. A Veſperis ſublecti Collegæ; Italus fuit *R. P. Vincentius à Pedemonte* Collega Prouincialis *Apuliæ* ac proinde abſens electus, Gallus fuit *R.*
Ficquet. *P. Nicolaus Ficquetius*, optatus ex Commiſſo Prouinciæ *Franciæ*, quem maturè pro inſigni ſuo merito laudaturi ſumus, Hiſpanus denique fuit *R. P. Anto-*
de Bezerra. *nius à Bezerra* cuius celebris apud Hiſpalenſes memoria quibus ſummo poſthac imperio præfuit, vt quandoque meminerimus. Rerum totius Ordinis pro-
Iudæ. curatio *R. P. Ioanni Iudæ* abſenti & Romæ apud Sanctiſſimam Trinitatem Correctoris officio perfungenti tertiò delata eſt, in quo non paruam virtutis ſuæ & induſtriæ commendationem accepit. In craſtinum pleraque ſancita ſunt, eiuſdem argumenti ac ea quæ in anteceſſum indicauimus; id inter cætera non eſt reticendum, Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Cardinalis *Sorbellonius* Ordinis Viceprotector litteras ad Patres dedit, quibus ſignificabat ſe Statuta Ordinis quæ *R. P. Gaſpar Paſſarellus* collegerat & nuper ediderat S. D. N. *Pio* V. obtuliſſe, viſaque illa eſſe Pontifici digna quæ in mores inducerentur, omninóque ab eo laudata & comprobata fuiſſe, quod certè Patribus gratiſſimum accidit, eapropter mandauerunt ſingulorum Conuentuum Correctoribus vt librum dictorum Statutorum comparare, atque apud ſe habere non prætermitterent, indicentes vltrà Prouincialibus atque Correctoribus omnibus & ſingulis vt ſi quæ in ſuis domibus Bullæ ſeu Diplomata Priuilegiorum &c. aſſeruarétur ea quamprimum exſcribi & autoritate publica recognoſci, atque *Romam* ad Zeloſum tranſmitti ſatagerent; ſub id Capitulo *Genuam* ad triennium aſſignato conſeſſus ſolutus eſt.

1571.

Procurator Gen. XXII.

Collegæ.

Gen. XXIII.

3. Iuuat hîc interponere beneuoli erga Romanos noſtros animi monimentum quod ab acerrimo veræ pietatis æſtimatore Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo D. *Carolo de Graſſis* S. R. E. Cardinale promeruerunt. Is ſe apud eos ſepeliri quod precibus atque ſuffragiis illorum ſpecialiter confideret mandauit. Sed præter inſtitutum in præſtantiſſimi viri laudes excurrerem quas copioſè Petramellarius & poſt eum alij proſequuti ſunt. Extat ipſius tumulus medio in Choro ædis Sanctiſſimæ Trinitatis cum hac inſcriptione.

D. O. M.

Carolo de Graſſis Bononienſi S. R. E. Card. viro integritate vitæ, ingenij acumine, ac verum tractandarum ſolertiâ quæ pro Chriſtiana Rep. per viginti annos adminiſtrauit, inſigni. Fratres fratri benemerenti poſuere. Vixit annos 52. *Obiit anno* 1571. 18. *Kalend. Aprilis.*

al. & magis lat. *de Graſſis.*

4. Magis ad nos pertinet funus alterum quod *Sicilia* extulit. *Cæcilia à Faccio* Panormitana, iam à puero tertium Ordinem profeſſa fuerat, ad eum à B. P. N.

Obit. Sororis Cæciliæ à Panormo.

1571. per visum vocata cùm incurabili vulnere decumberet, in quo quidem vt primùm accepta est per miraculum est restituta sanitati, deinceps verò tam multis virtutibus resplenduit, vt quam in eo natalium conditionem Patres desiderauerant (erat enim à Mauris progenita) mirabili omnium virtutum concentu ac vitæ innocentia compensauerit. Virginitatem studiosè coluit & perpetuò seruauit, abstinentiam seriò complexa, facilè reliquas virtutes, quæ omnes eo ferè fundamento nituntur assecuta est: Afflictis & deploratis suprà modum gratiosa fuit, opere ac verbo neminem non consolata. Sed vt breui absoluam, cùm *Drepanum* veniisset, ad celeberrimam tota illa regione B. Virginis Annunciatæ festiuitatem, quæ à Patribus Carmelitis die sancto Assumptionis solet peragi, nullis ad morbum signis præcurrentibus, leuiter tamen attacta, occulto ægritudinis genere, illucescente ipso Assumptionis die, sancto fine consummata est. Funus frequenti omnium Ordinum concursu, nihil obsistente quæ tum grassabatur contagiosa lue, curatum est. Omnes rerum nostrarum Scriptores eius memoriam magnis elogiis ornauerunt. Hoc autem, vt credo, pignore, in annum sequentem Drepanensem domum promeruimus. 1572.

An. M.D. LXXII.

1572. Conuentus Rhemensis.

1. TRes Conuentus hoc anno in acceptum relatos esse inuenio, *Remensem* nimirùm, *Ticinensem* atque *Drepanensem*. *Rhemi*, Campaniæ Gallicæ populi, bellicâ fortitudine atque fide in Romanos olim clari, quorum ciuitas *Durocortum*, seu *Durocorterum* à Veteribus dicta est, nunc autem obsoletis his nominibus vnum modò populi nomen retinuit, secundum dignitatis locum post *Æduos* Romanis rerum potientibus in Gallia tenuerũt; ad primum transgressi, quantùm ad res sacras, cum autore suo Antistite *Remigio* Christianam Religionem in vniuersum Galliæ regnum propagarunt. Non modò enim illorum Antistes Metropolitæ ac Primatis honore sublimatus est, sed Patriciatu Franciæ ac Ducis titulo primus inter Ecclesiasticos refulget. Ciuitas ipsa potens, ampla, nobilis, populosa, *Vidule* fluuio defluenti ab agris *Catalaunicis* insidet. Concesserant in eam Vrbem nostri *Bracancuriâ* pulsi, quorum aliqui ad hoc tempus *Carolì à Lotharingia* Card. & Archiepiscopi Principisque beneficentissimi hospitio vsi fuerant, ac nunc demùm in vetustissimam & sanctissimam Basilicam SS. Martyrum Cosmæ & Damiani, eiusdem incomparabilis Antistitis liberalitate, inducti, sub diem XVI. mensis Ianuarij, annuos quoque census ab eo impetrauerunt, & pro facultate quam illis fecerat Capitulum Generale *Bracancurensibus* quæ receperant bonis adauxerunt. Ita primùm frequens illic & certum domicilium nostri constituerunt. Sed non eædem semper rerum vices, *Carolo* enim Cardinale ac *Ludouico* etiam Lotharingo successore sublatis, intentata nostris controuersia super annuâ pensione, quam à *Carolo* acceperant. Chopinus rem omnem breuiter enarrat & persequitur, Monasticon lib. I. tit. III. his verbis: *Cùm ij Minimorum titulo Fratres, antiquis sedibus Lingonensis diœceseos exturbati essent maiorum ciuili tumultu Gallorum, exterres vacuosque excepit hospitio Rhemensis Antistes D. Remigij Aeteriarcha. Subinde etiam hic monasticam illis adem dedit, dicauit, dotauit in perpetuum Numinis cultum, eius ministerio Collegij Regularis, ex pacto conuento XVII. Kalend. Februar. an. 1572. quod amplissima Curia Parisiorum trino Decreto ratum manere iussit XIII. Kalend. Aprilis an. 1589. IX. Kalend. Quint. an. 1590. & IV. Idus Decemb. an. 1594. aduersus priuatos creditores Ludouici Lotharingi Rhemorum Archipræsulis Remigiano Cœnobio Præfecti. Horum quippe creditorum iure, potior visa est causa pensitationis annuæ nouis incolis pacta in diurnum sacri officij vsum. Quibus velut cumulo accessit gratiosum Ordini Principis Elogium codicillare, April. mens. an. 1596. in Senatu promulgatum III. Non. Quintiles consequentes. Ast Philippus Beccus qui Rhemensi iam Pontificatu fungitur eique nexâ B. Remigij Cœnobiarchiâ, propalàm oppugnauit pactitium illud Minimorum ex annuum, vti Ecclesiæ suæ onerosum & graue, nec solemni Canonum ritu seruato Ecclesiasticis fundis impositum. Quo argumento fretus, Iudicata Curiæ rescindi* Rhemi. Durocortum Veſle.

Digitized by Google

1572. *ſcindi ex libello Principi oblato poſtulauit, & abuſus ergo Patres Conſcriptos appellauit à Romano Clementis VIII. diplomate* III. *Idus Septemb. an.* 1597. *quod noui Minimorum Fani Rhemenſis fundationem dotemque conſtabilierat. Diſcuſſâ tandem ab Oratoribus fori controuerſiâ, Senatus cenſuit plenius deliberandum, ex pomeridiana cauſa Actione Villerij pro Minimis ſodalibus, & Preuoſti pro Archiepiſcopo Abba dicentium.* 1572. Atque hactenus inter malleum & incudem res noſtræ ſteterunt. Non defuit autem Lotharingorum Procerum liberalitas in exſtruendis ædibus, & nunc quidem primùm cum erectæ ſunt, ac poſteâ cùm incendio vaſtatæ ſub ann. 1570. reſtituendæ fuerunt. Certè, quod auditum ad hæc non fuerat, ab hoc ſtatim initio Correctoriatus illic eſt inſtitutus, tam copioſa ſcilicet familia poterat ex tunc eo in loco conſiſtere. Primus verò in Correctorem electus eſt *R. P. Iacobus le Glouſt*, vir ſolers, induſtrius & magnanimus. Baſilicâ quam diximus SS. Coſmæ & Damiani Martyrum antiquâ quidem (vt quæ *S. Remigij* Pontificatum antecedat quod ex eius Teſtamento liquet) ſed anguſtâ & arctâ noſtri ad ſacra myſteria vſi ſunt, quoad amplior eſt exædificata. Et hæc quidem cœpit conſtrui ad ann. 1583. non eſt tamen ſolemni ritu dedicata & conſecrata, niſi ad ann. 1630. quo demùm tempore ad diem XXV. menſ. Auguſti, *Illuſt. & R. D. Henricus Clauſſe Catalaunenſis* Epiſcopus, ſub tit. B. Virg. & D. N. Angelorum, eam inaugurauit, Lipſanodochiis cum ex argento, tum ex ære inaurato aſſeruantur inter ſacra reliquiæ SS. Martyrum *Coſmæ & Damiani, S. Sebaſtiani, SS. ex legione Thebæa*, itemque S.P.N. *Franciſci, S. Gomberti*, & *S. Bertha*. Fundationem iuuit Nobiliſſ. D. *Carolota Rapuel* Vicecomitiſſa *Haienſis*, in Fundatricum propterea numerum cum filiâ primogenitâ in Capitulo Genuenſi V. an. 1584. accepta, earum pietatem Deus remuneret. Sed & *R. D. Nicolaus Cheſneau* Remenſis Canonicus & ad S. Symphorianum Decanus vir ſcriptis & religione clariſſ. teſtamento libros ſuos noſtris legauit. Omiſſum nolim an. 1574. ſecundum in Prouincia *Francie* locum *Rhemenſi* Conuentui fuiſſe attributum, vt qui in *Bracancurienſis* locum ſucceſſiſſet, quem ad annum 1589. (eâ tantùm ſemel per moras dignitate in triennium abrogata) retinuit, cum ſcilicet *Bracancurienſis* in integrum reſtitutus eſt, quod & Capitulum Generale Auinioni I. habitum probauit, vt ex M.SS. conſtat.

Clauſſe. *Vid. an. 1590.* *Cheſneau.*

Pauia. Teſino. 2. Iam nunc in Italiam tranſgrediamur vltrà Padum, ibi enim *Papia* eſt, ſeu *Ticinum*, quarto lapide ſuprà oſtium agnominis fluuij, vrbs *Inſubrum* poſt *Mediolanum* (à quo in Auſtrum diſtat XX. millibus paſſuum) clariſſima, olim Longobardorum Regia, ideoq; in veteri ſaxo *Secunda Roma* (vt quibuſdam placet) nuncupata, Epiſcopali dignitate, Academiâ, Principatus titulo fulget, cæli temperie gratiſſimâ & ſaluberrimâ gaudet, ſagrum habet miræ vbertatis amœnitatiſque. vt propterea *Mediolani* hortus vulgo habeatur & appelletur. Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Hippolytus Rubeus* Ticini Epiſcopus, auitæ nobilitatis ſplendore ſummáque virtutis laude clariſſimus, ac poſt hæc S. R. E. Cardinalis digniſſimus, aſſentiente Ciuico Magiſtratu, & agēte *R. P. Dominico à Paterno, Lombardie* ſeu *Genuæ* Prouinciale, noſtris Eccleſia *S. Marci*, à ſacro Sodalitio Canonicorū S. Ioannis Baptiſtæ mouentem, donari procurauit, atque ita in Ciuitatem accipi. Opus cùm Cœnobij Eccleſiæ præclarum eſt, ſplendidum, multo iaſpide ac marmore perornatum, qua in re Ciuium in noſtros liberalitas & affectus non mediocriter elucent; neque verò plura per autores noſtros de *Ticinenſi* domo accepimus. Conuentus Papienſis. *de Rubeis.*

3. *Siciliam* inde nobis enauigandum eſt, vt *Depranenſium* ciuium in noſtros beneficentiam coràm intueamur. Et *Drepanum* quidem illius Inſulæ vrbs eſt, pulchra, potens, opulenta in orâ Mediterraneâ, versùs Occidentem, ſub *Eryce* monte, quam, ab *Lilybæo* promontorio decem & octo circiter milliaria ſepoſito, *Acinthius* amnis diuidit, è regione habens Inſulas *Columbariam*, *Probatiam*, *Eguſam & Sacram*, quarum munitione ſit ſecurior. Diœceſis eſt *Mazarenſis*, in tractu *Panormitano*. In eam verò vrbem inducti noſtri beneficio primùm Nobilis Viri *D. Franciſci Barleta* qui motus deuotione in B. P. N. & Ordinis ſui profeſſores, vetus quoddam Oratorium *S. Blaſio* ſacrum illis impetrauit, attinenſ-

Trapani. Monte di S. Giuliano. Capo Boeo. Fauagnana *Barleta.*

1573. que prædium multorum iugerum comparauit, ædes commodas & amplas exſtruxit, fauente *Carolo Aragonio* Prorege, ac *R. D. Antonio Lombardo, Maxara* Epiſcopo peramanter benedicente. Factum id hoc eodem anno, quia tamen ea parte inſalubrem aërem experientia docuit, aliquantò poſt in commodiorem locum noſtri commigrarunt. Is Monaſterio RR.PP.Carmelitarum, quod tota regione celeberrimum habetur, eſtque ſupra ciuitatem bis mille paſſibus in amœniſſimâ planitie ad Orientem, proximus, non ſine miraculo ad noſtros peruenit. Eius enim dominus *M. Ioannes Cuchillerus*, qui nunquam de illo vendendo potuerat conueniri, peſte quæ graſſabatur tactus pœnitere cœpit, vouitque ſi periculo per merita B.P.N. eriperetur, quod numerata pecunia vendere recuſauerat liberaliter donaturum, pro voto euentus fuit, pro euentu donatio conſtitit. Igitur in eo prædio, & ſacra ædes *B. Mariæ à conſolatione* nuncupata, & amplum iucundumque domicilium cœperunt inſtitui, quæ cum tempore in viſendam magnitudinem perducta ſunt. *Drepani* Iconem habet Braunius lib. 1. tab. xlviij.

1573. *d'Aragonia Lombardo.*

Cuchillerus.

An. M. D. LXXIII.

1573. 1. POſt direptum & incenſum antè aliquot annos Conuentum *Bracancurienſem*, pars noſtrorum ad Excellentiſſ. & Generoſ. *D. Ludouicum Gonzagam*, *Niuernenſium & Rethelenſium* Ducem cõfugerat. Is, pro ſuâ pietate, hoſpitio profugos accepit, & agere illos in ſuburbano Hoſpitali, cui à S. *Ludouico* nomen, voluit, ſpe facta etiam Conuentus eo loco ædificandi. Quare de optimi Principis in noſtros animo *R. P. Nicolaus Ficquetius* Prouinciæ Franciæ Commiſſus ad Capitulum Generale Valentinum ann. 1571. retulit, agebantque interim noſtri ac diuerſabantur in illo Xenodochio, vbi etiam iam tum Vicarius, qui qui res adminiſtraret, fuerat inſtitutus, vt conſtat ex Actis Capitularibus huius Prouinciæ. De ſua tamen fundatione antè hunc annum ſub die xxvi. Septemb. non pepigerat, quam & an. 1575. ad x. eiuſdem menſis, recognouit & amplificauit, cum iam ab ipſo anno 1573. primus Corrector ibidem fuiſſet inſtitutus *R. P. Ioachimus Bruiantus*. Ex hoc autem veniunt refellendi, qui ob prolem voto ſuſceptam multo antè factum Cœnobio initium ſcripſerunt. *Ludouicus* enim qui fuit *Federici* Ducis *Mantuæ & Margaritæ Palæologæ F.* ab anno 1566. *Henricam Clauenſem*, *Franciſci* Ducis *Cliuiæ & Margaritæ Borbonie* maiorem natu F. duxerat, ex quâ poſt biennium *Catharinam*, quæ *Henrico Aurelianenſi* I. Duci *Longauillano* poſteâ iuncta eſt, ſuſtulit. Ad ann. porrò 1600. adiunctis quibuſdam minoribus Sacerdotiis (quod ex litteris *Clementis* VIII. eo ipſo anno ad diem ix. Septemb. conſtat) rei domeſticæ anguſtiis liberaliùs conſultum eſt. Eccleſia *S. Ludouici* nomen retinet, in qua Sacratiſſimi Roſarij Sodalitas concedente *R. P. Hippolyto Maria Beccaria* Ordinis Prædicatorum Generale, per litteras die ix. April. an. 1598. datas, & probante Per-Illuſtri & *R. D. Philippo du Bec* Rhemenſi Archiepiſcopo, litteris an. 1599. exaratis, ad diem xvi. Iunij, erecta eſt. Sed & ad an. 1605. *Paulus* V. Pont. Max. *S. Reginæ* ſodalitium per litteras xv. Octobr. ſcriptas ibidem inſtituit. Gaudet quin etiam ſacris pignoribus SS. Martyrum *Zenonis & Mauritij* atque ſociorum eius. Locus eſt procul à populi frequentiâ, in ipſo ſuburbiorum aditu, quem circumſtant florentes horti, decurrentes riui, arua & ſyluulæ, quibus ad animi delectationem nihil ad modùm eſt iucundius. Eſt autem *Rethelium*, antiqui nominis oppidum, muris & arce munitum, & ampliſſimo agro nomen faciens, olim Comitatus titulo, nunc Ducatus, qui primùm Gonzagæ noſtro attributus eſt, clarum & illuſtre. Situs eſt illi ad *Axonam* fluuium ex Remorum finibus exorientem, qui ad *Compendium* in *Aſiam* labitur. Diſtat *Durocorto* Remorum leucis viii. *Lugduno Clauatum* xii. Maſſonus populos *Rethelios* dici vult vrbem ipſam *Regiteſte*, ſunt tamen qui diſſentiant & *Eſſuos* malint quam *Rethelios*, de Vrbe Coquilleus ex fide vt ait antiquorum MSS. aſſentitur, qui & nominis originem exactius perſcrutatur. Sed de *Rethelio* nonnihil in progreſſu.

Ficquetius.

Bruiant.

de Clemet. de Bourbon. d'Orleans. de Longueuille.

Beccaria. du Bec.

Rethel. Aiſne. Compiegne. Reims. Laon.

a. De

Digitized by Google

1573. 2. De reliquo hunc annum memorabilem nobis fecit beatus tranſitus *R. P. Coſmæ Magnozij*, viri humanioribus litteris & ſanctorum ſcientiâ eminentiſſimi, qui in prima iuuentute Ordinem ingreſſus, & in Conuentu *Alaquenſi* Prouinciæ Valentinæ profeſſus, vota excipiente *R. P. Ambroſio à Ieſu*, paulò poſt abreptus feruore quodam ætatis, & vitæ quadrageſimalis perpetua ſeueritate abſterritus, *Romam* profugit, vbi mutato habitu Mathematicum profeſſus & ad publicas lectiones admiſſus, magnâ ingenij laude floruit. Sed facti aliquando pœnitens, omni ope contendit à *S. Ignatio Loyola* vt in Societatem ſuam admitteretur, quod facilè doctrinæ merito impetraſſet, niſi prioris voti religio impediuiſſet, quâ tamen ſi à Pontifice ſolueretur facta illi ſpes Societatis ingrediendæ. At verò inter moras *Guichardus* noſter Generalis in Vrbem venit, quem cùm humanitate ſingulari præcellentem *Coſmas* obſeruaſſet, à Deo permotus animum ſumpſit ad Ordinem regrediendi, eáque de causâ *Guichardum* conueniendi, vt igitur apud ſe ſtatuerat *Guichardo* procidit ad pedes, factum expoſuit, veniam precatus eſt, quam nullo negotio promeruit, tantam præ ſe animi pœnitudinem præferebat, tantam non melioris modo frugis, ſed eximij cuiuſdam profectus ſpem faciebat. Et reuerâ ex hoc in tam abſciſsâ vitæ aſperitate perſeuerauit, vt meritò ad aliorum exemplum in omni virtutis genere veniat proponendus. Pau pertatem mirificè coluit, præter ligneam Crucifixi imaginem & Breuiarium nul la omnino ſupellectile vſus, corporis macerationi totum ſe dedidit quotidianis flagellationibus ſe ipſum toto corpore excipiens, panem aquâ maceratum pro omni obſonio ſæ piùs accipiens etiam in decrepita ſenectute, orationi pro maiori noctis parte vacans, & nullum omnino mortificationis (vt loquimur) genus prætermittens quo poſſet in ſpiritu proficere. In tantam cum tempore ſanctæ & religioſæ vitæ perfectionem progreſſus eſt, vt adhibitus iuniorum Fratrum ac Nouitiorum inſtructioni & educationi tot penè ſanctos formauerit quot erudiendos accepit. Ac præter hoc ab omni imperio & prælaturis adeò vehementer abhorruit, vt ne verbum quidem coràm ſe de vlla electione haberi pateretur. Nec minori auerſatione ab audiendis Confeſſionibus, quoad in ſe fuit, abſtinuit. In prædicando Dei verbo incomparabilem zelum, profundam doctrinam, indefeſſum animum ſemper prætulit. Nihil omnino de *Coſma* dici poteſt quod non ſit meritis eius diſpar longéq; inferius. A reditu ſuo in Hiſpaniam, cùm rerum mathematicarum cognitione celebris haberetur, à *Philippo* II. Hiſpaniarum Rege ad publica quædam opera recognoſcenda & emendanda inuitatus, nihil minùs egit à ſpe tanti Principis, & propterea publico iudicio licet inuitus Regis Coſmographus renunciatus eſt. Sed vt verbo abſoluam, *Coſmas* noſter malos dies ſic redemit, vt bonorum ac multorum dierum plenus ad Patres ſuos appoſitus ſit in Conuentu noſtro *Valliſoletano* die xv. menſis Auguſti, hoc ipſo anno. Et dies quidem pro voto & mercede fuit, locus autem pro merito ad maioris Altaris gradus illi in ſepulturam datus eſt. Effoſſa ex occaſione poſt annos quadraginta beati viri oſſa cœleſtem odorem afflauerunt, & vſquedùm miram fragrantiam ſpirant, quare ſepoſita religioſè aſſeruantur. Relegendi rerum noſtrarum Scriptores qui hæc pluribus proſequuntur.

1573. Ob. P. Coſmæ Magnozij.

Iuliam. 3. Obijt & ad hunc annum, die verò xxxi. menſis Martij, *R. P. Ioannes Iulianus*, poſtquàm annos quadraginta exegit apud noſtros. Profeſſus nimirùm fuerat *Nigeoni* die xix. Martij an. 1533. Eum anteà ex occaſione laudauimus. Acta Prouinciæ Franciæ ab eruditione doctrinaque ſingulari commendant. Secundùm apud Turonenſes Prouincialis, tanto eam regionem ſuæ pietatis odore longè latéque reſperſit, vt eius memoria ſanctiſſima hodiéque habeatur. Zelum ſuum in tuenda regulari obſeruantia multis commendauit, præſertim verò cum apud *Valentiam* à quibuſdam actum eſt de prorogãdo Superiorum tempore vltrà quam Regula definiuit, cùm enim illi de Pontifice ſupplicando conueniſſent (is erat *Iulius* III.) iamque ſcripto id poſcerent, *Iulianus* ſuis conuocatis fortiſſimè interceſſit, obtinuitque vt à Pontifice non audirentur. Extant etiamnùm hæc Acta in Conuentu noſtro ad arcem Pleſſiacam. Omninò

Ob. P. Ioannis Iuliani.

Digitized by Google

1574. magnis ille virtutibus inclaruit,& ſancto fine vitam inculpatam, ſanctam, glo- 1573.
rioſam concluſit, eo ipſo loco vbi gratiæ ſpiritum hauſerat.

Viſitatio gen. Gallia-rum & al. nonnulla.

4. Ex commentariis Prouinciæ Franciæ generalem Galliarum viſitationem demandatam fuiſſe *R. P. Roberto Brenallio*, quem antea laudauimus, eique Col- *Brenal.*
legas adfuiſſe *RR. PP. Nicolaum Ficquetium* ipſius Generalis Collegam Gallum, & *Martinum Dupre* biennio præcedente Correctorem *Ambianenſem* virum doctum & pium (qui profeſſus *Nigeoni* die XIX. menſ. Septembris, an. 1567. *Romæ* deceſſit, apud Sanctiſſimam Trinitatem ſepultus an. 1582.) inuenio. De reliquis ſuo tempore dicemus. Memoratu dignum quod noſter *Rolandus Guichardus* dedit charitatis gratuitæ, hoc eſt non ſua, ſed quæ Ieſu Chriſti ſunt quærentis exemplum. Ille *Burdigalæ* per annum integrum ſingulis penè diebus conciones habuit, ex quibus cùm paratam haberet occaſionem ſuæ familiæ illuc deducendæ & ſtabiliendæ, maluit Societatis Ieſu Patribus operam ſuam præſtare quàm pro ſuis allaborare, quod ſcilicet magnam eſſe iuuentutis erudiendæ neceſſitatem peruideret, ſi, quod habebat in animo extinctam à Rep. Chriſtianâ hæreſim vellet. Itaque eius opera & ſtudio ſedem in opulenta & pulchra vrbe hoc anno fixerunt; in quo *Rolandum* patruum *Simonem*, qui de aduocanda in Galliam Societate ſategerat, imitatus eſt. Verùm de his aliquando copioſiùs.

An. M. D. LXXIV.

1574. Capitulum Gen. XXIII

1. EXegerat ſuæ præfecturæ tempus *Gaſpar* noſter, cùm *Genuam* ipſe aliique ad generalem Conuentum venerunt, quod ante annos tres fuerat conſtitutum. Habita prima Seſſio die XII. menſis Maij, antè omnia verò electus qui Acta exciperet *R. P. Vincentium à Pedemonte* Collega Generalis Italus, qui Commiſſorum atque Vicariorum (deſiderati enim ſunt aliquot Prouinciales qui accedere non potuerant) litteras recognouit, tumque actum de aliquibus Conuentibus in reliquorum numerum adſcribendis. Et *Paſſarellus* quidem de tribus, quos accenſeri è re noſtra iudicabat, retulit.

Conuentus Martæ.

Primus fuit, *B. Mariæ de Monte* in inſulâ lacus Vulſini, quæ vulgò *Marta*, ex cognomine fluuio, ad cuius oſtium poſita eſt, appellatur, Antiquis inſula & fluuius *Lartes* dicta ſunt. In *Larte* igitur Inſulâ Conuentus inſtituendi ab anno 1559. ſpem fecerat Optima Princeps, Duciſſa *Farneſia*, cuius litteræ in altero Genuenſi Capitulo, eo quem diximus anno, perlectæ ſunt; ſed negotium ad *Farneſ.* Generalem & Collegas remiſſum in longas moras extractum eſt. Agente demùm *Paſſarello* noſtro, & Illuſt. & R. *D. Alexandro Farneſio*, S. Benedicti Monaſterium, quod incolæ Monachi aliò concedentes deſeruerant, liberaliter conferente, ſedem illic noſtri fixerunt. Proſpectu gaudet iucundiſſimo ac maximè diffuſo, tum etiam ipſius lacus piſcatione ſatis copioſâ, cuius prouentu à Fundatore donati ſunt. Haud procul eſt *Mons-Phyſcon* in cuius eſt diœceſi. *Martæ.* *Montisfaſcon.*

Conuentus Vulſinij.

Alter fuit *Sanctiſſimi Crucifixi*, in oppido *Volſinio*, celebri olim & Epiſcopali vrbe, cuius ſedes *Orepitum* ſeu *Orvietum* tranſlata eſt, ad lacum cognominem, Septentrionem versùs & *Volſinium* & *Orepitum* eſt, ager magnæ felicitatis oleo & generoſo vino exuberat. In eo oppido anguſtum noſtris domicilium, à Ciuibus vt quidam volunt, à Ducibus vt alij, donatum eſt, in quo tamen Eccleſia eſt quæ ob ſanctiſſimam quandam Crucifixi Imaginem magno indigenarum concurſu frequentatur. Situs illi eſt iactu lapidis ſupra oppidum, quâ iter eſt *Florentiam*. Atque hos Conuentus in præſens iuriſdictioni Generalis Patres ſubiecerunt. *Bolſena.* *Orvieto.*

Conuentus Parmæ.

Tertius denique fuit Conuentus *Parmenſis*, quem Excellentiſſ. Dux *D. Octauius Farneſius* militari gloriâ clariſſimus, *Alexandrum* fratrem imitatus offerebat. Et reuerâ nullis vnquam laudibus geminum illud par poterit vt dignum eſt celebrari, ſiue animi pietatem, ſiue geſtarum rerum magnitudinem, ſiue magnificentiam, ſiue quicquid aliud in hominibus laudari poteſt, prædicare voluerimus. Et quidem *Octauius* Dux in ipſa Vrbe ſuâ *Parmâ* noſtros liberaliter acce- *Farneſ.*

pit,

Digitized by Google

1574. pit, & in Eccleſiam *S. Ioannis Baptiſtæ*, quam facultate factâ per magnum vt vocant Magiſtrum ab Equitibus Melitenſibus receperat, induxit, collato ad vitæ neceſſaria cenſu annuo, & prædio quod proximum erat comparato. Situm eſt Monaſterium via (vt Montoia loquitur) Magiſtra, ad portam *Sanctæ Crucis*, cui exitus eſt in Meridiem. Sacris pignoribus non paucis dotata eſt Eccleſia. 1574.

Parma. Eſt autem *Parma* vrbs *Æmiliæ* nobiliſſima, quinque ab *Apennino* paſſuum millibus, cui nomen à *Parmâ* fluuio quo interſecatur. Eam Paulus Merula ſic deſcribit: Ædificiis eſt ſplendida, plateis ornata rectis largiſque, rebus ad vitam neceſſariis affluens, incolarum nobilitate ciuiumque frequentia celebris. Situ eſt admodum plano, cœlo ſummè ſalubri, eam neque hyems, neque æſtas affligit, &c. Ager ſuburbicarius amœnus eſt & frugum vitiumque optimarum fertilis, aquis medicatis paſcuiſque lætiſſimis felix. Iconem exhibet Braunius lib. 1. tab. xlviij. His annumerati *Remenſis* atque *Drepanenſis*, de quibus in anteceſſum diximus. At præter *Remenſem* in Galliâ *Reomenſis* quoque in cenſum eſt relatus, ſed is nobis excidit ignotâ (quod ſciamus) de causâ. Eum *R. P. Rolandus Guichardus* procurauerat, *Henricus* verò *Valeſius*, *Poloniæ* Rex ac mox *Franciæ*, nomine III. fundauerat, Ciues denique ipſi *Reomenſes*, ſeu *Ricomagenſes* omni ope iuuerant. Titulus erat *S. Mariæ Boni Auxilij*, vt Acta Generalia ſignificant. V tvt ſit ſiue per temporum iniquitatem, ſiue per maleuolorum artes nobis periit. Eſt porrò *Ricomagus*, ſiue *Reomum* frequens *Aruernia* municipium, in diœceſi *Claromontanâ*, tribus ab ipſo *Claromonte* leucis in Boream diſtans, vulgò *Riom.* De Cõuentu olim apud Ricomagum.

Riom. Napoli. In *Italiâ* denique his quos diximus, & alter acceſſit *Sanctæ Mariæ à Stella*, piis Neapolitanorum ciuium eleëmoſynis & largitionibus, ad ipſam Vrbem, in colle iucundo & amœno, extra portam *S. Ianuarij* quæ Septentrionem reſpicit, *Gulinifo.* inædificatus. Suſceptum opus à *R. P. Nicolao Gulinifo*, viro piiſſimo & regularis obſeruantiæ laude clariſſimo, qui & *Nauarri* Manuale ſeu Enchiridion Italicè redditum & notationibus doctis locupletatum edidit; eò autem perductũ illud eſt vt quinquaginta & plures inhabitent. Suſcipiendi cauſa duplex fuit, vna vt paratum ſeceſſum noſtri haberent, qui apud S. Ludouicum accedentium multitudine in dies opprimebantur; altera, vt ciues, qui deuotionis causâ per ſingulos Veneris dies vrbanum Conuentum adibant, nec poterant capi Eccleſiâ licet ampliſſimâ, illuc poſſent diuertere. Duo inibi Lectores Theologi frequentes habent lectiones & certè ad litterarum ſtudia ſeriò capeſſenda loci opportunitas inuitat. Eſt enim cum ædibus omnique ſupellectile quamoptimè inſtructus, tùm hortis florentibus atque feracibus ſuccinctus, ac denique cœlo ſuauiter temperato iucundiſſimus. Conuentum Neapolis II.

Porrò ſextum in Prouinciâ Neapolitana locum obtinet hic Conuentus, cum quintum *Auerſanus* ſibi vendicet temporis ratione, ſed quodnam porrò tempus illud ſit ne coniectura quidem aſſequi poſſumus, quapropter vel ex occaſione illius meminerimus neceſſe eſt. *Auerſa* veteris *Atellæ* ruinis inædificata, *Auerſa.* noménque apud aliquos ipſius *Atellæ* retinens Conuentus Auerſæ.

Vrbs in colle ſedet, validis circumdata muris,
Ciue frequens, pecorum locuples, gleba vbere dines,

media inter *Capuam* & *Neapolim*, octo ſcilicet paſſuum millibus vtrinque diſtans, Epiſcopatus titulo florens, ad *Clanium* amnem in *Campaniâ*, ſita eſt. In *l'Agno.* eam vrbem Ciuium *Auerſanorum* beneficio inducti noſtri, Cœnobium egregij operis & ſplendidi, nomine *S. Franciſci Paulani*, quem ſpeciali cultu Auerſani venerantur, extruxerunt. Atque hæc de *Auerſano* & reliquis Conuentibus ex occaſione dicta ſint. Subinde verò vtriuſque *Calabriæ* nomen quæ nuper in Prouincias inſtitutæ fuerant immutatum eſt, & inferior quidem ob reuerentiam B. P. N. qui ab ea ducebat originem, ſancti Franciſci Prouincia denominata eſt; Superior autem, vt ſimpliciter *Calabria* diceretur, conuenit, quod ita deinceps factum eſt. Huic porrò, Conuentus *Sancti Blaſij* qui aſcriptus anteâ Inferiori fuerat vindicatus eſt. Per reliquam ſeſſionem & priuata multa diſcuſſa compoſitaque ſunt & plurima ſancita quæ ad religioſæ diſciplinæ ma- Prouincia S. Franciſci.

1574. iorem cautionem pertinerent. Ex hoc autem, nonniſi ad quintum diem conuenerunt, qui fuit eius menſis XVII. antè omnia verò de Prouincia *Caſtellæ* diuidenda pertractum eſt, præcipua diuidendæ cauſa fuit itinerum longitudo, cùm *Valentiam* vſque protenderetur. Cauſam Patres probauerunt & nouam Prouinciam, atque inter reliquas vltimam, erexerunt *Aragoniæ* nomine, quam regendam *R. P. Gabrieli Hiſpano* commiſerunt, ac propterea Domum Barcinonenſem ex tunc per Correctorem adminiſtrari decreuerunt. Eius domus originem in certum tempus conferre non potuimus quod iam antè ad annum 1510. profeſſi ſumus, videntur mihi probabiliter ſcripſiſſe qui anno 1570. conſignarunt. Ad annũ tamen 1578. extra ciuitatem ad mare noſtri conſtiterũt, iis quæ ſuprà diximus locis ſubinde ac per vices mutatis, quo demùm tempore ſolemni ſupplicatione per Clerum & Ciues inſtitutâ Epiſcopo aſſiſtente *R.* ſcilicet *D. Dimaſo Loro* in vrbem inducti ſunt, & in poſſeſſionem miſſi domus ac latifundij ad Crucem Truncatorum, viâ Perpiniacenſi, quæ quidem per Ciuium liberalitatem illis collata fuerant. Anno tamen poſt hæc vndecimo h. 1589. in commodiorem locum, viâ ſancti Petri, agente *R. P. Hieronymo à Caſtro* Prouinciale, tranſierunt, vbi ſtabilem in futurum ſedem poſuerunt. Opus certè ſplendidum eſt & firmum, vltimam tamen adhuc manum operitur. Eccleſia B. P. N. titulum præfert, quam ſuo patrocinio & crebris miraculis ſublimiter attollit. Septem ab vtraque parte ſacella eam complectuntur, omnia inſigniter perornata, vnum inter alia *S. Eraſmo* dicatum votiuis tabellis ob frequentia miracula decoratum conſpicitur, & memini cùm illic eſſem me argenteum quoddam donarium vt fieri ſolet inter celebrandum accepiſſe. *Barcinonem* quam & Romani *Fauentiam* dixerunt Vaſæus, Tarapha, Florianus à Campo, Marineus Siculus, Hieronymus Paulus & alij plures deſcripſerunt, Braunius verò lib. 1. tabul. v. delineatam dedit. Hæc *Catalaunię* caput mediterranei maris littus nobilitat, eſt enim potens, pulchra, diues, amœna & ſi Marineo Siculo credimus, ædificiorum elegantiâ, littoris amœnitate, viarum munditie, vicorum rectitudine, æqualitate domorum, amœniſſimis hortis, quos variis arboribus & nonnullis palmis quæque domus cultiſſimos habet, forma denique rerum omnium & excellenti pulchritudine, cunctis profectò ciuitatibus anteponenda. Conuentu Iuridico, Academiâ, Epiſcopali dignitate nulli ciuitatum Hiſpanicarum ſecunda. In eadem ſeſſione multa quæ ad Moniales Ordinis ſpectarent aliaque conſtituta; in his autem, vt deinceps Horariæ preces ex præſcripto Breuiarij à *Pio* V. nuper recogniti & editi per vniuerſum Ordinem recitarentur, ad cuius formam correctum & diſpoſitum B. P. N. Franciſci Officium à *R. P. Gaſpare Paſſarello*, ac per *R. P. Paulum Conſtabilem* ſacri Palatij Magiſtrum ex commiſſione *R. D. Pyrrhi Tari* Viceſgerentis in Vrbe recenſitum, demùm verò ab ipſo S. D. N. *Gregorio* XIII. viuæ vocis oraculo à die XIII. Martij approbatum, vt in vſum admitteretur mandatum eſt, quod etiamnùm religioſè ſeruatur. In craſtinum & alterum diem nonnulla quoque ſancita, quæ nihil intereſt publicari. Die ipſo Aſcenſionis inita electio, vnanimi penè conſenſu ſummæ dignitatis faſtigio virum optimum & animi dotibus excellentem, R. *P. Valentinum à Maſſa*, *Neapolis* Prouincialem donauit, votum ipſe ſuum in R. P. *Virgilium à Caſtrofranco* contulit, duo inſuper R. P. *Antonius à Bezerra* Collega Hiſpanus & per Hiſpaniam Vicarius Generalis accepit. *Valentino* ſuffectus in regenda Prouincia Neapolitana R. P. *Stephanus à Maſſa*, ex Collega eiuſdem Prouinciæ. Decantato in gratiarum actionem SS. Ambroſij & Auguſtini hymno, ab omnibus nouiter electus ad obedientiæ profeſſionem in Eccleſia ſalutatus eſt. Eodem die cooptati Collegæ, tres hi fuerunt. R. P. *Benedictus de Benedictis à Nucibus*, de quo in progreſſu dicendum recurret, Italus: R. P. *Petrus Furberius* Gallus: R. P. *Gregorius à Valle bona* Hiſpanus: viri doctrinâ & prudentiâ conſpicui. Ex hoc actum de Zeloſo eligendo, ſed dubitatum, quando facultas erat à Regulâ non vnum tantùm eligendi, ſi plures habere conueniret, placuit vt pro Nationum diuerſitate tres deligerentur. Italia R. P. *Gaſparem Paſſarellum* poposcit; Gallia R. P. *Rolandum Guilleboux*

1574.

De Cõuentu Barcinonæ.

1510.
1570.
1578.

Lucis.

1589.

Barcelona.

Generalis XXIV.

di Maſſa.
di Caſtrofranco.
de Bezerra.

Collegæ.

Furberius.
de Valbona

Paſſarello.
Guilleboux.

(vt

Digitized by Google

1574. *de Caſtello.* (vt habent MSS.) ſibi ſumpſit. Hiſpania *R. P. Alfonſum à Caſtello* Collegam Prouincialem *Andaluziæ* optauit. Poſtridie priuatis quibuſdam negotiis compoſitis, vnáque aut alterâ ſanctione conditâ placuit, vt in proximum Conuentus Generalis *Maſſiliæ* haberetur, ſin minus *Barcinonæ*, quia verò nondum *Maſſiliæ* confederamus, datum *R. P. Rolando Guichardo* Prouinciali *Lugdunenſi* negotium de Conuentu in ea vrbe procurando; ſicque poſt omnia Congregatio dimiſſa eſt. 1574.

Martyrium P. Nicolai Ficquetij.

2. Sed iuuat hæc breuiter perſtrinxiſſe, vt ad alia excurramus, quæ hunc annum felicem nobis dicam, an luctuoſum? morte duorum è Gallis noſtris maximorum virorum *R.* inquam *P. Nicolai Ficquetij*, & *Simonis Guichardi* reddiderunt. Dubitatum quidem de *Ficquetio* ſi non alio tempore functus facto fuerit; ſed qui ampliùs differunt, non vident, pro eo tempore Commiſſum Franciæ *Ficquetium* non acceſſiſſe *Auenionem* aut *Barcinonem*, quod tamen ſupponunt, conſtat enim ex Actis Prouincialibus *P. Richardum du Val* Auenionem, & *P. Ioannem Salat* Barcinonem Prouinciæ Franciæ nomine fuiſſe allegatos. Omnino igitur mihi videtur, nec vltrâ, nec citrâ hunc annum rem accidiſſe, cum ſcilicet generali viſitationi *Brenallio* adiunctus incumberet. Sic autem accidit. *Tolosâ Narbonam* iter faciebat, cùm malè feriati nebulones è Caluini ſcholâ, ſanguinem vt videbatur ſpirantes, & productis armis mortem intentantes, hominem ex improuiſo adorti ſunt, Oblatus qui fortè aderat ſibi metuens clanculùm euaſit. *Ficquetius* imperterritus & ad omnem euentum ex tempore paratus ſubſtitit, fidem conſtanter profeſſus ad quam eiurandam per nefarios homines ſollicitabatur, qui vt fruſtrâ fuerunt, rabie accenſi iugulum hominis petierunt; rogatâ ille aliquantulùm orandi veniâ vix in genua ſeipſum Deo in ſacrificium oblaturus prociderat, cum diſploſo ſclopeto impetitus ac ſtrictis continuò enſibus confoſſus, forti agone ac glorioſo martyrio perfunctus eſt. Poſt aliquot dies inuentum corpus inde ſublatum *Graſſam*, quæ Abbatia eſt Ordinis Benedictini in diœceſi *Carcaſſonenſi* delatum atque ibi ſepultum eſt. In eius laudes effuſi rerum noſtrarum Scriptores multis eum elogiis ornauerunt, nec plures defuerunt qui procudi ac pingi eius imaginem cum martyrij encomio curauerint, nos ſummatim agonis genus & modum expreſſimus.

du Val. Salat.

Obit. P. Simonis Guichardi.

3. *Guichardus* mitiori ſed non planè incruento mortis genere occubuit. Verùm eius memoriam alienis malo quàm meis verbis celebrare *R. P. Theophilus Raynaudus* Soc. Ieſu Theologus clariſſimus, in mantiſſâ ad Indiculum SS. Lugdunenſium, Guichardi elogium compendio ſic colligebat: *R. P. Simon Guichardus* Ordinis Minimorum Præfectus Generalis xv. vir ſanctus & linguarum Græcæ præſertim ac Hebraïcæ peritiâ, (Chaldeæ, poterat addere, atque Arabicæ) Theologica item ſoliditate quam in Tridentino Concilio prodidit, rerum denique vſu, & exquiſita prudentia longè clariſſimus, eo autem hæreticorum ſalubriter contundendorum munere diuinitus donatus, vt paſſim audiret *Hæreticorum malleus*, non inani aut ſpecioſa magis quam ſolida appellatione. Id quod *Lugduni* primis illis ab hæreſi motibus qui Galliam omnem ſus deque conuulſerunt, teſtatum fecit. Idem *Guillelmo à Prato* Præſuli *Claromontano*, vias exquirenti quibus indemnem ab hæreſi præſtaret diœceſim ſuam, imprimis fuit, vt *Societatem Ieſu* tunc naſcentem euocaret in Gallias, ex quo guſtu Optimus Antiſtes accedente vſu Patrum *Laynij Salmeronis* & *Iaij* in Synodo Tridentina, adductus eſt vt tria Societati Collegia ſuo ære ſtatueret, *Billomi* vnum, *Mauriaci* in Aruerniæ montanis alterum, tertium *Lutetiæ* quod ab Epiſcopatu quē regebat *Claromontanum* dici placuit. Vitam religioſiſſimè exactam & magnis ac multis pro Chriſto & Catholica fide laboribus exercitam glorioſa mors excepit, illata ab aulico veriùs ſicario, qui œſtro reformato percitus, redeuntem ab reuocando ad ſanam mentem Epiſcopo defectionem ab Eccleſia & inceſtas nuptias cogitante, inliſâ validè ſtomacho gladij pila capulari, fractum ſenio & laboribus optimum Patrem letho dedit. Vir fuit planè inſignis, ac dignus quem æternæ memoriæ Cardinalis *Tornonius* in diplomate quo Cœnobij Lugdunenſis ipſo curante *P. Simone* erectionem ratum habuit

Digitized by Google

1574. „ verbis ampliſſimis exornaret, nominans virum per omnia religione & vitæ ſanctimoniæ eximium ac ſtrenuum Eccleſiæ Catholicæ athletam. Hæc grauis ille Theophilus ſimul & Philanthropus. Noſter autem *Simon Aquis Sextius*, quem ſibi locum, longo antè mortem tempore, in ſeceſſum, Deo & ſibi vacaturus, delegerat, viuendi finem fecit. De illius laudibus plura *Donius* noſter, qui & meminit ex tunc apud Prouinciales iactatum fuiſſe, magnam Reip. Chriſtianæ iacturam hoc anno contigiſſe, obitu trium maximorum hominum, *Caroli* nimirùm Regis, *Simonis Guichardi*, & *Oppedæ* Præſidis qui hæreticos in valle Merindolia flammis perdiderat. Et quidem (vt hoc obiter interponam) Optimus ille Princeps *Carolus* IX. Francorum Rex, antehac à nobis ex occaſione laudatus, poſt regnum annorum tredecim, immaturo fato, nobis & vniuerſæ Galliæ ſublatus eſt, Princeps certè longiori vita digniſſimus. 1575.

Obit. Sor. Dorotheæ la Grutta. 1532.

4. Succedat his funeribus & aliud quoque neceſſe eſt, Virginis nimirùm ſanctiſſimæ Ordinem noſtrum *Panormi* in Monaſterio SS. Angelorũ profeſſæ, vt ad ann. 1532. meminimus. Nomen illi *Dorothea la Grutta*, vitæ eius ſanctimoniam cum adhuc ſuperſtes eſſet plerique deprehenderant, plures ex communi fama venerabantur, qui quacunque neceſſitate tenerentur frequentes ad eam commeabant, nec vllus receſſit quem non ſalutari ope, licet verborum parciſſima, recreaſſet. Dies noctéſque orationi dedita & continuis penè ſtomachi doloribus conflictata nihil vnquam de vitæ auſteritate remiſit, ſed fractum laboribus corpus tabulæ ligneæ, caput ſubſtrato lapidi committebat. Nunquam illam aut gaudium extulit aut triſtitia depreſſit, ſed eundem vitæ tenorem ſemper tenuit, nec vultum aliquando mutauit quem talem omninò præferebat qualem Angelis eſſe fingeremus. Vt ſoror ſua, nomine *Baſſaella*, malo dæmone liberaretur exorauit, ipſa verò per reliquum vitæ tempus maligno ſpiritui colluctata morbum tandem collegit ex quo & deceſſit. Pro modo vitæ fuit & obitus, par in vtroque ſanctitatis fama & veritas. Prophetico ſpiritu & ſanitatum gratia effulſit. Et hanc ergo cum aliis Æternitas (quod credimus) beato ſinu in huius anni prouentum collegit. Relegendus *Donius* noſter qui hæc pluribus exequitur.

An. M. D. LXXV.

1575. Gallar. Viſitatio gener.

1. R. P. *Matthurinus Aubertus*, quem non ſemel ſed pro merito nunquam ſatis laudauimus, in vicem *R. P. Valentini à Maſſa* Generalis Gallicarum Prouinciarum viſitationem magno cum regularis obſeruantiæ incremento & fructu obiuit, vt me Acta & Commentaria Prouinciæ Franciæ docuerunt. Sed & eius ſubſcriptiones indicant imò & Acta Prouincialia ſuperioris anni Vicarium Generalem per Gallias fuiſſe inſtitutum, prout in Generali Capitulo nuper conuenerat. Quod quidem ex hoc in Galliâ fieri deſiuit.

Conuentus Perpiniact

2. Nuper verò erectam *Arragoniæ* Prouinciam, ſtudio ſuo & operâ, *R. P. Petrus Valdeſius* in ſignis Theologus noui apud *Perpiniacum* Conuentus acceſſione locupletauit Eum Montoia pro tempore Prouincialem facit, cum Acta Generalis Capituli *Auenione* celebrati *R. P. Marcum à Noa* exhibeant, ſed ſuſpecta mihi multis de cauſis eorum fides vt quandoque monuimus. Vt vt ſit *Valdeſius* noſter, priuſquam Ordinem profiteretur doctorali laureâ donatus, quâ valebat dicendi facundiâ gloriam B. P. N. longè latéque proferens, hoc enim ſibi argumentum ſæpè ſæpiùs proponebat, *Ruſcinonenſibus* perſuaſit, vt causâ opis eius experiundæ, Ordinis familiam ad ſe deducerent. Comparato igitur loco noſtri ad vi. menſis Aprilis in vrbem *Perpiniacenſem*, Comitatus *Ruſcinonenſis* caput, accepti ſunt. Pro verbo autem *Valdeſij* noſtri, miraculorum & opitulationum fides conſtitit, deinceps enim B. Franciſcum Paulanum votis ſuis adeò præſentem ſenſerunt, vt non facilè ſit miraculorum multitudinem comprehendere, vnum & alterum in fidem Montoia enarrauit, nec de illo Conuentu plura tradidit. Eſt verò *Perpiniacum* Epiſcopalis Ciuitas ad veteris *Ruſcinonis* ruinas exædificata, quam eiuſdem nominis fluuius è Pyræneis ortus alluit, is & *Theias* *de Valdes.* *Perpignan.*

Digitized by Google

1575. *Thelas* à Mela dictus creditur, ſita eſt inter *Narbonam* in Boream & *Gerundam* in Ortum ab hac xiij. ab illa xij. leucis diſtans in propugnaculum ab Hiſpanis aduerſus Gallos validè munita & peruigili præſidio firmata. Iconem Belforeſtus habet lib. 1. Coſmographiæ vniuerſalis. 1562.

Tet. fiue Rio de Roncille. Narbone. Gerona.

3. Franci noſtri ſtabilem Virduni ſedem ab hoc anno fixerunt. Diuerſati quidem in ea vrbe ſed incerto domicilio per aliquot inantea tempus, & annos plus minus ſex aut quinque, omnino videntur. Ab anno enim 1571. Abbas *S. Agerici* ceſſerat in eorum gratiam Prioratum *S. Ludouici*, rogante Per-illuſtri & *R. D. Nicolao Pſalmæo* Virdunenſium Epiſcopo, qui tamen noſtros in eum locum non videtur induxiſſe antè hunc annum, cùm pacta conuenta nonniſi hoc demùm anno, ſub die IX. menſis Maij, conſtet inita fuiſſe, *R. P. Simone Blanchardo* Prouinciale *Franciæ* pro ſuis ſtipulante, atque in alterum annum curante, vt ceſſio iam antè facta recognoſceretur & confirmaretur, tranſlato ad altare S. Ioannis Baptiſtæ in Abbatiâ *S. Agerici*, eiuſdem Prioratus titulo & officio, quod, ex litteris ad fidem exaratis ſub die XXXI. menſis Auguſti eo ipſo anno, certum eſt. Interim autem *Pſalmæus* è viuis ſublatus, qui condito maturè teſtamento nouæ domus incunabula, vt qui eius fundator haberi percuperet, ſubleuanda de ſuo prouiderat. Poſtmodùm tamen *Pſalmæi* teſtamento reſciſſo, eius in Epiſcopatu ſucceſſor Reuerendiſſimus *D. Nicolaus Boſmardus* nihilominùs valere donationem, quam Deceſſor in noſtrorum fauorem perſcripſerat, voluit & decreuit, litteris ad eam rem datis XVII. Auguſt. an. 1581. Deinceps verò amplior & prolixior *Boſmardi* liberalitas non defuit, qui noſtros ſibi ex triente hæredes moriens inſtituit ſcripto teſtamento ſub die 6. Aprilis an. 1584. etiam apud eos ſepeliri & tumulari deligens, ne ſuprema memoris ac beneuoli animi gratia deſideraretur. Duplex ei poſitum elogium eſt, vnum ſepulchrali monumento inciſum, quod antè medium altare proſtat, eſtque huiuſmodi: 1571. 1576. 1581. 1584.

Conuentus Virduni.

Blanchard. *Boſmard.*

Reuerendiſsimo Nicolao Bouſmard à Siureyo le Franc oriundo, ex Canonico & Archidiacono de Argona in Eccleſia Virdunenſi, Præpoſito Montis-falconis, Decano & Canonico Collegiatæ Eccleſiæ D. *Mariæ Magdalenæ, ad Epiſcopatum Virdunenſem aſſumpto, & cum ſigno fidei* X. *Aprilis* M. D. LXXXIV. *defuncto, hîc ſepulturæ per Venerabiles Dominos Canonicos & Capitulum dictæ Eccleſiæ Virdunenſis, maximo comitante Cleri & ciuium numero, ſequenti die, dato: Fratres huius Monaſterij, & Pauperes ciuitatis, nec non ipſius defuncti agnati & conſanguinei, hæredes ſcripti mæſtiſsimi poſuerunt.*

Alterum in tabella parieti affixa ſculptum, quod & exſcribimus.

Deo O. M. &

Reuerendiſsimi in Chriſto Patris Epiſcopi Virdunenſis Nicolai Bouſmardi, omni eleganti doctrina culti, antiquitatis imprimis & veteris memoriæ periti, multis & magnis virtutibus ornati, atque iis artibus primùm ad ampliſsima ſacerdotia & Eccleſiaſticos honores, deinde, poſt multos labores & legationes pro Reip. libertate Eccleſiæque dignitate ſuſceptas & fideliter geſtas, ad huius ciuitatis Epiſcopatum & Principatum, bonorum omnium applauſu, euecti, vita denique multis curis & vigiliis exercita functi, memoriæ. Nicolaus Bouſmardus Archidiaconus de Argona & Ioannes Bouſmardus Sereniſsimi Lotharingiæ & Barri Ducis in ſuprema Sammieli Curia Conſiliarius, fratris filij, hac in æde ſacra, quam & viuens patruus vnicè dilexit pieque coluit, & moriens bonorum ſuorum triente donauit, atque adeò ſepulturæ locum elegit, Tabulam hanc Dominicæ Cœnæ

Digitized by Google

1575. *historiam referentem è lapide candido & vario marmore sculpi & erigi curarunt. Vixit annos* LXXII. *obiit mortem die* 10. *mensis Aprilis Anno* 1584. 1575.

Quin & similiter celebranda nobis *Psalmæi* memoria, cui hoc in Cathedrali Epitaphium, ad augustum & superbum mausoleum:

Nicolaus Psalmæus à Caluo-monte ad fluuium Erram, humilibus quidem sed piis natus parentibus, priùs S. Pauli ad Virduni mœnia Abbas, postea ad Episcopatum Virdunens. vocatus, sanctè & religiosè de futura resurrectione cogitans, sepulchrum hoc cum adhuc in viuis ageret sibi extruendum curauit an. D. 1572. *in eo verò mortui corpus Clerus Populusq; Virdun. posuit an.* 1575. *die* 10. *mensis Augusti.*

At verò & alij perinde illius sedis Episcopi nostros suis prosecuti sũt beneficiis. Nam, & proximus *Bousmardi* successor *Carolus à Lotharingia* Card. *Vademontanus* nuncuparus, annuam illis lignationem ad necessarios ignis vsus liberaliter concessit ab anno 1586. Quo eodem anno *Sixtus* V. Pont. cessionem Prioratus *S. Ludouici*, omniaque ob eam causam à nostris pacta, plumbatis codicillis, sub die xxvii. mensis Aug. probauit firmaque ac rata esse decreuit. Post *Carolum* Card. sedit *R. D. Nicolaus Bucherius*, qui annuum censum quo se nostri Agericianis obligauerant beneuolentiæ ergò litteris ad diem xxiii. Ianuar. an. 1593. exaratis redemit. *Erricus à Lotharingiâ* munificentissimus Princeps salariam annonam, datis sub die xxix. April. an. 1600. litteris, erogauit, quam & successores indulserunt. *Carolus à Lotharingiâ* pientissimus Princeps, qui abdicato postmodùm Episcopatu Societati Iesu nomen dedit, *S. Carolo Borromæo* aram posuit & sacrauit, die vii. Septemb. ann. 1618. Sed & ciuium quamplurimi ab initio beneuolos se ac liberales præstiterant: atque imprimis *R. D. Iacobus de la Roche* Canonicus & Virdunensis Ecclesiæ Cancellarius; tum & *R. D. Richardus Cholet* eiusdem Ecclesiæ Archidiaconus, quorum ille ab ann. 1579. & die x. Februar. hic ab ann. 1581. & die vi. Septemb. cum nostris pepigerat. Præcipua fuit largitas & munificentia *D. Iacobi Maioreti* & consortis eius *Clarę de la Horgne* piæ admodùm feminæ & tertium Ordinem nostrum professæ, qui propterea in Fundatorum numerum accepti sunt, à Prouinciali primùm Capitulo an. 1582. tùm à Generali *Genua* V. celebrato an. 1584. Iacent in mediâ Ecclesiæ naui sub tumbâ marmoreâ, in qua *Iacobi* obitus ad diem xxix. Iun. an. 1588. *Clarę* ad xix. April. an. 1587. annotatur. Neque verò præterire nos debet memoria *D. Catharinæ Pseaume*, *Nicolai* Episcopi sororis & Ordinis Tertiariæ virginisque pientissimæ, quæ & in nostros benefica fuit, atque apud eos condita, in naui Ecclesiæ; instrato marmore, quod & mortis tempus præfert, annum videlicet 1601. diem verò S. Trinitatis, & hic fuit Iunij mens. xvii. Conueniebat autem vt beneficas mulieres non illaudatas sineremus, vt quarum ope res nostræ plurimùm constiterint, tum verò præcipuè quod earum pietas morumque sanctimonia non segniter ab antiquioribus nostris commendata fuerit, vt ipsi ex Commentario Conuentus Virdunensis, cum hæc & alia plura enotaremus, in generali visitatione, perspeximus & obseruauimus. Ex nostris etiam commemorandus venit *R. P. Guillelmus Leber* qui omnium studiosissimè hanc nouellam plantationem excoluit, vir quidem impiger & in Ordine propagando assiduus, quique gratiâ vsus Lotharingorum Principum apud quos in pretio fuit, hinc in eorum ditionem progressus florentissimæ quæ nunc est Prouinciæ initium fecit. Primus in eo Conuentu Corrector institutus ille ipse est ab an. 1578. Situs Cœnobio est intra eam Vrbis regionem quam *Mosa* perluit, proximè ad muros quibus penè adhæret, in eâ quoque Abbatia *S. Agerici* (quæ perperàm quibusdam *S. Henrici*) vnde nostris eius loci gratia constitit. Ecclesia sacris pignoribus decorata est, à *Psalmæo* quidem primo Fundatore, SS. Mauritij & sociorum; deinde verò à *R. D. Nicolao Lenoncuria*, *Iuuiniacensi* Abbatissâ, sanctissimæ Crucis, S. Martinæ & S. Dagoberti. Hæc de Virdunensi

1586. 1593. 1600. 1618. 1579. 1581. 1582. 1584. 1588. 1587. 1601.

de Vademont. *Boucher.* *de la Roche.* *Cholet.* *Maioret. de la Horgne* *Pseaume.* *Leber.* *Lenoncur. de Iuuigny.*

Digitized by Google

1575. Virdunenſi domo dicenda ſe legimus ex iis quæ in Cõmentaria nuper confe- 1576.
rebamus. Eſt autẽ *Virodunum* ſeu *Virdunum* (& ſi quæ ſunt huius generis nomina) vrbs Epiſcopalis in *Lotharingia* & *Campania* finibus, ſub *Treuirenſi* metropoli, inter *Catalaunum* ad Occidentem & *Metas* ad Ortum XII. leucis, à *Tullo* VII. in Boream & Circium. Alluitur *Moſa* maximo Galliæ Belgicæ flumine, quam à *Vogeſo* monte lapſus longo tractu percurrit. fuit olim in Circulo V. Imperij ſed demùm diuulſa *Henrico* II. Rege in Francorum ditione acquieſcit. De ea lib. 4. Itin.

Dehinc Verodunum celebratam Præſulis vrbem
Hic vbi fertilibus floret Lotharingia campis,

4. Ita per priuatos res noſtræ proficiebant, nec defuit publica per ſummos Principes gratia quæ nobis ampliùs huius anni memoriam commendaret. Nam *Henricus* III. Rex noſter, cui ad perfectam felicitatem vna defuit ſubditorum obedientia, quo ſemper noſtros affectu complexus fuerat omni eos fauore perornauit. Vt igitur è *Polonia* redux Gallici Regni habenas capeſſiuit, omnia quæ à Deceſſoribus meruerant Priuilegia, Immunitates & gratias, in ampliſſimâ & gratioſiſſimâ (vt loquuntur) formâ confirmauit, litteris regiis *Lutetiæ Pariſiorum* exaratis menſe Septembri, quæ in Senatu promulgatæ XXV. Nouembris inſequentis in Commentaria publica ſunt relatæ, altero dehinc anno apud Principalium Ratiociniorum Magiſtros, moxque in Curia Indictionum recitatæ, illorum quoque Ordinum approbationem acceperunt, & illius quidem die VIII. menſ. Auguſti, huius verò IV. Septembris. Cõfirmatio Priuileg. à Rege.

5. Sed & *Gregorius* XIII. Pont. Opt. Max. qui ab anno 1572. *Pio* V. Pontifici ſanctiſſimo, ex Cardinale S. *Sixti*, ſubrogatus fuerat, rogantibus Generali ac Zeloſos, de quibus diximus, ad diem X. menſis Octobris vniuerſa Priuilegia noſtra de plenitudine poteſtatis, & cum clauſula *non obſtante Concilio* &c. confirmauit & innouauit. Apoſtolicum diploma incipit, *Regimini militantis Eccleſiæ* &c. quod noſter de Pereinis & alij ediderunt. Sed in his amplius memorandis non libet immorari. Cõfirmatio Priuileg. à Pont.

1. ARragonij noſtri qui nuper *Perpiniaci* confederant ab anni initio *Cæſarauguſtam* quæ regni caput eſt & metropolis veniendi conſilium ceperunt, vt inibi familiam ſtatuerent atque ſtabilirent. Non fruſtrâ fuit conſilium fauente B. Virgine quæ illic præcipuâ deuotione colitur ex quo S. Iacobus ædem ſacram adhuc ſuperſtiti conſtituit, & quam noſtri ſuis votis præſentem adeſſe ſolito animi feruore precati fuerant. Qui autem negotium ſuſceperunt fuêre *R. P. Gabriel Hiſpanus* vir nominis clariſſimi & P. *Simon à Palatio*, qui vna ſpe fauituræ ſibi Virginis nixi, R. D. Archiepiſcopum & Ciuicum Magiſtratum adierunt. Mira res, incogniti antehac homines gratiam inuenerunt quam indigenæ ſatis ægrè promeruiſſent. In ciuitatem igitur illicò accepti, loco quem nunc incolunt per Ciuium beneficentiam donati ſunt, atque in eum inducti die XXVII. menſis Ianuarij, qui S. Ioanni Chryſoſtomo ſacer eſt. Qui præcipuè fauerunt nouæ domus incunabulis, à *Didaco Murillo* in hiſtoria Cæſarauguſtana memorantur, *D. Ioannes Vrrea* Comes *Arandæ*, *Ioannes de la Nuza* Iuſtitiæ Aragonũ Præfectus *Antonius de Ixar*, *Martinus de Bolea*, *Georgius del Frago*. Per hæc tamen initia in magnis rerum anguſtiis vixerunt, pane & aqua ſæpiùs contenti, & tuguriolo ſe continentes quod extruxerant. Ea res nobilis adoleſcentis animum permouit, vt quibus poſſet rebus illorum paupertatem ſubleuaret; quæ cauſa fuit vt in eorum familiaritatem penetraret virtutemque penitius noſſet, ac penè miraculo (vt ſæpè teſtatus eſt) tribueret, homines carne indutos in tanta rerum omnium penuria vitam poſſe traducere, præſertim cum eam voluntate magis quam neceſſitate perferrent. Erat tum ille in poteſtate patris, ſed ſui aliquando iuris factus, Cœnobium à fundamentis magnificè æ- Conuentus Cæſarauguſtæ.

Vrrea. de la Nuza. de Ixar. de Bolea. del Frago.

Digitized by Google

1576. dificandum & perficiendum curauit. Nomen illi *Ioannes del Cornal*, vir primarius & opulentus qui propterea à Fundatoris dignitate ac iure à Patribus *Valentiæ* congregatis ann. 1593. ornatus est, & Nobilis quoque *D. Maria Vertix* eius consors. Atque horum pietatem imitata Nob. *D. Anna Clauel*, & ipsa in Fundatricum albo à Patribus qui *Romæ* ad an. 1617. conuenerunt ascripta est. Ecclesia titulo gaudet *S. Mariæ à Victoria*, estque ampla, multis sacellis affabrè factis & pulcherrimè compositis circumducta, maius splendidissimo opere præfulget, cui alterum è regione Sodalitati Mancipiorum B. Virginis addictum & ipsum operis non contemnendi respondet. Totum ædificium cocto latere constat, cui tamen nec ad firmitatem, nec ad venustatem aliquid deest, vt ipsi cùm illac iter haberemus oculis hausimus. *Cæsaraugusta* verò vrbs est inter Hispanas nobilissima, metropoleos honore à *Ioanne* XXII. decorata, cultu in B. Virginem quam vocant à columnâ, ex qua scilicet S. Iacobo apparuit præcipua, in vestigiis augusti olim oppidi *Saldybæ*, quasi *Iubæ* domus à conditore dicti, exædificata, sita in ripa fluminis *Iberi*, loco plano, ex quo flumen insigni ponte lapideo (quem Strabo etiam memorat) traiicitur. Tota ciuitas est (vt eam Lucius Marineus describit) ædificiis, plateis, vicis, adornata, rerum omnium copiâ fertilis, equitibus nobilis, bonarum artium disciplinis exculta, mercatorum commerciis diues, mechanicis officiis decorata, campis, hortis & arborum fructibus abundantissima, Conuentu totius Regni Iuridico & Academia sublimata, & omnino talis vt Arragonici Regni metropoleos nomen non immerito ferat. Extat hoc de *Cæsaraugustâ* elogium in Epæneti Tribaldi:

Ioannes ille sic laudatur à Didaco Murillo *Iurado preminente de Caragoça hombre de lindo entendimiento, y de grande ingenio.* 1593.

1576. *del Cornal. Vertix. Clauel.*

Saragossa.

del Pilar.

Saldura Augustam veneratur prima columnam.

Sed & *Celtiber* qui iam nunc *Aragonius* laudes suas hoc exastícho apud eundem prædicat:

Ille ego Romanis iam formidabilis armis,
Iure Numantinis gloriar ortus auis.
Tota mihi debet cognomen Iberia pugnax
Vertice qua summo sidera celsa ferit.
Hinc fracto si fortè Orbis simul axe labascat,
Impauidam feriet vasta ruina caput.

Decretum Pontif. de Visitatorũ autoritate.

2. Inter hæc *Valentinus* noster de sua Visitatione cogitans, cùm nuper in Comitiis Genuensibus instituti fuissent Vicarij Generales, & quidem in *Hispania* Regis autoritate interedente qui hoc munere fungeretur fuisset deputatus, vt Acta Capitularia disertè meminerunt, veritus ille ne si vel ipse Visitationis gratiâ in illas partes transiret, vel suo nomine Visitatores allegaret, aliquam remoram à Vicariis illis paterentur, quos etiam inaudierat plusculum sibi autoritatis quàm par esset arrogare à *Gregorio* Pontifice vt Visitatorum supra Vicarios autoritas assereretur & omne perfugium quo aduersus eos adniti possent adimeretur per Apostolicum Rescriptum sub grauissimis & insolitis pœnis impetrauit. Rescriptum die XXVII. Martij datum incipit, *Ex pastoralis officij nostri debito, &c.* quod *de Pereinis*, & alij ediderunt.

Continentur Perusij.

3. *Arragonensium* seu *Celtiberorum* sedulitatem æmulati *Ligures* nostri *Perusium* ad diem XII. mensis Iulij comparato domicilio transierunt, quod acceptum *R. P. Dominico à Paterno* viro magnanimo & diligenti referre debemus, vti conijcio. Cœnobium in ipsa ciuitate muris iunctum, iucundissimo prospectu, salubri aëre multisque commoditatibus gaudet. Ecclesia *Spiritui Sancto* dicata piorum eleëmosynis in dies perficitur. Inhabitant viginti sex è nostris, qui & Theologicas lectiones illic habent & audiunt. Licet autem ex ipsius Vrbis nobilitate ac splendore priuata etiam decora colligere. *Perusium* enim seu *Perusia*, quæ & *Colonia Vibia* & cum adiuncto *Augusta Perusia* dicta legitur, *Hetruriæ* Vrbs est in finibus *Vmbriæ*, colli *Apennini* ad *Tiberim* insidens, naturâ loci permunita, ædificiis cum publicis, tum priuatis valdè nobilibus, amplis, excelsis splendida, incolarum frequentiâ, qui valere ingenio, & manu fortes esse apud Italos creduntur, florens, Episcoparus dignitate clara, Collegiis ampliſſimis & Academia *Constantinopolitana* suppari atque iuris professione superba. Regio penè nulla totâ

Perugia.

Digitized by Google

1578. la totâ Italiâ cultior & amœnior, vt quæ agrorum cultu, benignitate cœli ter- 1577.
ræ vbertate inter reliquas præstet. Sed hæc & alia *Marius Podianus* orator in-
signis peculiari libro exequutus est. Iconem habet Braunius l.iiij.tabul. lj.

An. M. D. LXXVII.

Catanzaro 1. NOn inutiliter hoc anno plerisque locis euram deducendæ familiæ no- 1577.
stri susceperunt. In superiori Calabria *Catacium* est, vulgus *Catanzarum* Conuentus
nominat, vrbs nobilis, populosa, diues, nulli totâ regione, nec elegantiâ nec Catanzari.
magnitudine secunda, vt Marasiotius perhibet, Episcopali sede Præfecturaq; Regia sublimis, à *Rhegio*, cui suffraganea est, c. millibus passuum in Boream, à *Scyllatio* xij. à *Crotone* xl. in Occidentem distans; ager cum rerum omnium copiâ, tùm præcipuè delicato vino, commendatur. In eam Vrbem ab indigenis & accolis qui B. P. N. singulari cultu venerantur, agente *R. P. Paulo à Briatico*, viro sancto & de religione quamoptimè merito, aduocati sunt, atque illi Ecclesiam in deuotionis suæ monimentum B. P. N. dicatam esse voluerunt. Agũt illic viginti è nostris quibus per benignitatem ciuium nihil deest ad vitæ commoditatem. Relatus denique hic Conuentus in Acta sequentis ad alterum annum Capituli, tam bonis initiis positus erat.

Conuentus Viterbij.

Viterbo. 2. In *Etruriâ*, *Ligures* nostri ab incœpto non desistentes *Viterbium* insederunt vrbem Pontificiæ ditionis, seu (vt loquuntur) Patrimonij, caput, Episcopali sede à *Cœlestino III.* decoratam, loco *Ferentij* vrbis vicinæ, sed per bellorum tumultus exciſæ. De illius nomine antiquo certant eruditi non minùs quam
Monte eli Viterbo. de Homeri natali solo, *Veiusa* quibusdam est, aliis *Longhola*, nonnullis *Etruria*, his *Elbij vicus*, illis Forum *Cassij*, pluribus *Vetulonia*, & quid non? Sed hæc non multùm ad nos. Iacet specioso spacioso que loco, *inguis Cyminijs* à tergo imminentibus, lapide quadrato ædificata, crebris turribus adornata & conspicua, fontibus irrigua, vrbicario agro bono & fertili felix, in quo medicatæ aquæ, & salubres fontes fluuijque frequentes, totam regionem nobilitant & exhilarant. Negotium promouit *R. P. Dominicus à Paterno* vir strenuus & in Ordine propagando indefessus. Cœnobium ad portam *Romanam* quæ & *S. Sixti*, vnde in almam Vrbem iter est, ad iactum ballistæ positum est. Ecclesia *B. Mariæ ab Arce* sacra, formam refert S. Petri in Vaticano, quantùm per eius angustias licet. Opus in dies perficitur piorum largitate. Diem initæ possessionis Iulij xxvi. annotant qui de rebus nostris scripserunt.

Ebuli, seu Euoli. 3. Sed & in hunc annum, felix *Campania* res nostras apud *Ebolitanos* non me- Conuentus
diocriter extulit. *Ebolum* haud procul amne *Silaro*, supra *Salernum*, in Orientem Ebuli.
xviij. millibus passuum, quo spatio amœna & florens planities tenditur, oppidum est opulentum frequens & clarum, quod eiusdem nominis fluuius alluit, *Campaniâ* Episcopali vrbe non longius quatuor passuum millibus. In eo iam olim condita fuerat Abbatia Ordinis Benedictini *S. Petro Apostolo* sacra, Fundatore (vt fama est) *Guillelmo Normanno II.* vtriusque Siciliæ Rege, cui ob pietatem, prudentiam & illibatæ autoritatis conseruationem, *Boni* cognomen factum est. Sed illa longum iam tempus deserta commendatò tenebatur. Illustrissimus autem & Reuerendissimus *D. Antonius Carafa* eo Sacerdotio ac supremo galeri honore à *Pio* V. exornatus, nihil habuit antiquius quàm vt exem-
Carafa. plaris & austeræ vitæ professores in illud Monasterium induceret. Habito igitur delectu nostros ad eam rem sublegit, & hoc anno in possessionem misit, attributis in annum perpetuis censibus & redditibus ex bonis ipsius Monasterij, quod *Gregorius* XIII. Pontif. Opt. Max. probauit & laudauit. Cœnobium Altari vt vocant priuilegiato gaudet, & antiquum *S. Petri* titulum retinet. Asseruant etiam nostri sacrum corpus *B. Bernery* Solitarij, cuius virtus in expellendis dæmonibus præsertim elucet. Agunt illi diem festum *Ebolenses* vt patrono suo xvii. Kalend. Nouembr. vt Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum qui in Martyrol. Rom. non sunt, meminit.

Conuentus Alcalæ Gãzulorum.

4. *Hispanis* nostris haudminus benè succesſit in tractu *Hispalensi*, est enim in

1577. eo tractu oppidum Ducatus titulo clarum, sed incerto mihi situ, vulgò dictum *Alcala de los Gançules*, sonat verò Hispanis *Alcala*, idem atque Arx siue Castrũ, quod nomen ab Arabibus acceperunt, *Ganzules* sunt qui fortes seu generosos interpretentur, sunt qui proprium familiæ nomen apud Mauros esse velint. Eius loci Dominus & Dux *D. Fernandus Enriquez. de Ribera*, de cuius progenie ac laudibus Alonsus Lopezius Nobiliarij Hispanici l. vj. cap. vij. agit, nostros illuc traduxit hoc ipso anno, & viginti esse voluit qui inhabitarent Cœnobium à se fundatum & annuo censu ad vitæ necessaria donatum. *R. P. Antonius à Bezerrá* Prouincialis Conuentus instituendi & stabiliendi præcipuus autor & actor fuit. Sed de illo haud plura Hispani (quod sciam) tradiderunt. 1578.

Not. nonnulla. 5. Capitulum Generale ad annos quatuor vt iamjam dicendum habemus certas ob causas fuit prorogatum. Inter moras, cum *R. D. Paulus Regius* Doctor Theologus Neapolitanus *vitam B. P. N. Francisci* Italicè atque elegantissimè conscripsisset eam *Valentino* nostro non dignitatis tantùm, sed longè magis virtutis & doctrinæ merito nuncupauit. Is verò postea *Vicensis* Episcopus operi suo quod hoc anno primum ediderat autoritatem comparauit.

An. M. D. LXXVIII.

1578. Prorogatio Capituli Gen. 1. IAm ab anno superiore ad generale Capitulum conueniendum fuerat, sed, sæuissimâ peste grassante & vbique ferè locorum insidente, haberi Conuentus non potuit. Etsi autem tanta necessitas iustam præbebat excusationem, ne quid tamen querelæ posset suboriri, eam dilationem Apostolico Rescripto probari *Valentinus* noster impetrauit. Nec annus modo sed & mensis atque dies moti sunt, vt conueniendi maior opportunitas daretur.

Conuentus Galesij. 2. Inter moras *Ligures* nostri nouo progressu facto *Gallesium* immigrarunt concedentibus Illustrissimo & Nobilissimo Duce *Altaëmpsij, Gallesij* Domino & Reuerendissimo *D. Nicolao Perneccio* eius vrbis Episcopo. Locum illis attribuit, sacrum maioris Ecclesiæ Sodalitium seu Capitulum, donato vetere Oratorio S. *Mariæ à Requie*, ad muros vrbis, haud procul sclopeti iactu, atque in illud, domicilio proximè constituto, ad diem ix. Martij transierunt. Rei procurationem *R. P. Andreæ Amodeo*, qui *Passarelli* loco Zelosum agebat & huic officio antè annum subrogatus erat, debemus, atque huic ipsi accepto ferenda responsio super ingressu mulierum in Conuentus Ordinis quam anno superiore ab Illustrissimis & Reuerend. Cardd. Concilij Tridentini interpretibus obtinuit. Rogauerat ille, si Regulæ nostræ, quæ Fundatricibus & Principibus fœminis è sanguine regio ingressum in Conuentus Ordinis permittebat, per *Motum proprium Pij* V. quo omnes facultates quibuscunque mulieribus factas reuocauerat, conferetur derogatum. Responsio S. Congregationis hæc fuit. *S. D. N etiam ex sententia Congregationu Concilij declarauit non censeri derogatum quoad Reginas & Fundatrices dumtaxat.* Et sign. *Franciscus Card. Alciatus.* Ita noster *Amodeus* ad res cùm publicas, tum priuatas intendebat. Euimuerò *Gallesium*, seu *Halesus*, Veteribus autem *Falisca*, vrbs est Episcopalis, ad *Tiberim* fluuium in *Etruria*, inter *Fescenniam* & *Hortam* ad iiii. M.P. ortu *Nicolai* P.M. clara, topho excisa, vt alia regionis eius oppida, inædificata, cuius figura in oblongum tendens orbem, pyro seu trocho persimilis est, Orientem qua parte longior est prospiciens, de qua ciuis eius Antonius Massa plura commentatus est.

1577. *Galesio.* *Galesio.*

Capitulum Gen. XXIV 3. Incunte Maio Capitulum Generale de quo dicebamus veniebat celebrandum, si mensis & dies prorogati non fuissent, in diem enim viii. Maij Ascensio incidebat, sed tempus in exeuntem ferè Iulium extractum est. Nec tempus modò sed & locus mutauit, visum enim fuerat, vt prædiximus, *Massilia* aut *Barcinone*, ob facilem nationum appulsum haberi oportere; sed Illustrissimus & Reuerendissimus *D. Georgius Armeniacus* Ordinis Protector *Anenionem* transferri, vbi moram trahebat, voluit & prouidit. Eò Patres ad diem xxiii. mensis Iulij applicuerunt, quo die cœperunt confedere, Illust. Card. Protectore in omnibus paterno affectu præeunte; imprimis electus qui Acta conscriberet. *R. P. Benedictus*

Armeniac.

1578. *Benedictus de Benedictis à Nucibus*, Collega Generalis Italus; in craſtinum diſquiſitum qui ad legitimos actus admittendi qui reiiciendi, eſſent, ſicque omnibus ad electionem apparatis, nec alterius cuiuſquam rei deliberatione interim habita, die demum XXVI. SS. Ioanni & Paulo ſacra Card. Protector cœtum initiauit, omneſq; de officio & eligendi conditionibus grauiter & ſeriò commonuit, nec mora collatis ſuffragiis, vno ad ſuum dempto, totius Ordinis Antiſtes renunciatus eſt *R. P. Ioſephus Tellerius*, nuper in Franciæ Prouincialem electus, & iam olim etiam adoleſcens publicis rebus magna cum laude adhibitus, certè pro merito nonniſi imparibus vnquam elogiis ornandus, de quo nobis ſermo futurus eſt poſthæc copioſior; electo magna & incredibili penè animorum exultatione omnes gratulati, decantato in gratiarum actionem hymno *Te Deum* ad genua in reuerentiam & obedientiam lætanter prociderunt. Conſeſſu à meridie inſtaurato cooptati *Tellerio* Collegæ, Italus quidē *R. P. Stephanus à Francica*, ex Cōmiſſo Prouinciæ S. Franciſci: Gallus verò *R. P. Vincentius Blancus*, ex Collega Prouinciali Lugdunenſi, cui ſummiſſus *R. P. Petrus Furnerius* Turonicæ Prouinciæ Commiſſus: Hiſpanus denique *R. P. Gabriel Hiſpanus*, ex Commiſſo Aragoniæ, de quo non ſemel honorificam mentionem fecimus. Inire Zeloſi electionem non prius libuit quàm de numero conſtitiſſet, re vltrò citroque iactatâ, reſciſſum eſt poſtremi Capituli placitum quo primùm tres fuerant introducti, vnumque ſolum totius Ordinis procurationi præfici oportere viſum eſt, continuò autem, ad illud officium vnanimi ſuffragatorum conſenſu & votis, ſubleuatus eſt *R. P. Ioannes Ropitellus* Prouincialis Tholoſanus, magnarum virtutum vir à nobis maturè vt dignum eſt celebrandus, cui ſuffectus in ea Prouincia regenda *R. P. Richardus Donellius* Commiſſus Franciæ, & ipſe multis nominibus commendabilis. *Tellerio* autem in adminiſtranda Franciæ Prouincia ſubrogatus *R. P. Petrus Nodæus*, ex Collega Generali in demortui vicem ſuffecto, iſque Prouinciæ illi gratiſſimus accidit. Sed de illo alius erit dicendi locus. Ad vltimum Prouinciales nuper (à die ſcilicet S. Michaëlis) electos ad annos quatuor in officio permanere placuit, vt ad antiquum electionum ordinem rediretur. In ſequentem & alterum diem, priuatis quibuſdam ex æquo & bono compoſitis, ac nonnullis ſanctionibus conditis, pluribuſque Conuentibus quos in anteceſſum memorauimus reliquorum numero aſcriptis, ac denique comprobata *Collectione Actuum Capitulorum Generalium*, quam *R. P. Iacobus Pichonellus* Turoniæ Prouincialis, aliis libris editis clarus (inter alios eſt *Speculum Confeſſioni inſtituendæ* non ſemel excuſus ac nouiſſimè an. 1624. Pariſiis apud Dionyſium Moreau) Patribus porrexerat, quamque hoc eodem anno Turonis edidit typis *Renati Siffleau*: atque ſub id Conuentu Generali *Barcinonem* ad diem ſanctum Aſcenſionis an. 1581. indicto cum pace ac gratulatione diſceſſum eſt.

1578.

le Tellier.

Gen XXV.

Collegæ.

le Blanc. Fournier.

Ropitel. du Val.

Procurator Gen. XXIV

Pichonneau

4. Inter Conuentus autem qui reliquis inſcripti ſunt *Complutenſis* inuenitur; in cuius tamen poſſeſſionem nonniſi die XVIII. Iulij, hoc eſt quinque diebus prius quàm Capitularis cœtus iniretur, noſtri miſſi ſunt. Scilicet pacta conuenta ſolùm probata ſunt, quæ aliquo antea tempore fuerant exarata. Nam & per abſentiam *R. P. Hippolyti Serrani*, Prouincialis, in deſignatum locum noſtros tranſiiſſe legimus, & *R. P. Hieronymum de Villegas* Collegij noſtri Rectorem fuiſſe qui cæteri præiuerit. Verùm vt rem à prima origine deducamus: Ab octo aut decem annis *Complusi* fuerat Collegium inſtitutum cuius mentionem faciunt Acta Capituli *Valentini* IV. an. 1571. & illud quidem ſitum ad *Aquatorum* portam, inter *Mauricorum* Collegium & Patres Auguſtinianos, ſed rerum anguſtiis eò redactum, vt penè de illo deſerendo conſilium eſſet. In tempore ſuis non defuit in cuius manibus ſortes noſtræ. Tantam enim paupertatem miſeratus vir Nobilis & Generoſus *Bartholomæus à Santoyo*, *Philippo II.* Regi primùm à cubiculo, dehinc pretioſæ ſupellectili Præpoſitus, de noſtris in Vrbem inducendis & optimo ciuitatis loco conſtituendis ſeriò cogitauit. Erant illi ædes magnificæ & quibus nullæ tota Vrbe ſplendidiores, inter Eccleſiam Maiorem & Portam *Poſtici* dictam, quas iuxtâ, Cœnobium etiam erat

Conuentus Complut.

dels Mauriques.

de Santoyo.

del Poſtigo.

Digitized by Google

1578. Sororum Carmelitarum excalceatarum, ſub titulo Conceptionis B.V.M. viâ quæ de *Imagine* dicitur, inter eandem Maiorem & S.Iacobi Eccleſiam, ab eis aliò migraturis locum comparauit *Bartholomæus Santoius* aſſentiente N.fœmina *D. Anna de Ondegardo & Zarate* conſorte ſua, quæ de ſuo nomine Cœnobium noſtrum *Sanctæ Annæ Minimorum* voluit nuncupari. Rem, Ciuicus Magiſtratus, & *R.D. Hieronymus Manricus* Canonicus Toletanus, & Compluti vacante ſede generalis Vicarius, probauit. Fundatorum liberalitas in his primordiis non 1580. hæſit, anno enim 1580. Eccleſiam præclari & firmi operis ædificare cœperunt. Ius patronatus, ad filium ſuum *D. Didacum à Santoyo* S. Iacobi Equitem, ac *D. Ioannam de Cordoüa* eius coniugem, illorumque liberos tranſmiſerunt, deficiente verò prole iiſdem ſubſtituerunt *D. Franciſcum à Santoyo, Sebaſtiani* fratris filium, vt reuera ad eum ius illud cum tempore tranſiit. Habetur illic præclarum Sodalitium *B. Virginis à Solitudine*, ſolemnem ſupplicationem, & quâ nulla ſolet eſſe tota ciuitate celebrior, die ſancto Paraſceues Sodales inſtituunt. Aſſeruatur & Crucifixi Imago ſanctiſſima, quæ ſæpiùs ad cœli fauorem implorandum ab incolis effertur, quorum votis nunquam non effectus etiam cum miraculo reſpondet. Supra modum ad hæc religioſa eſt *S. Anna* tutelaris noſtræ 1599. memoria, ex qua peſtifera lues, quæ anno 1599. *Complutum* populabatur, voto ab omnibus Ordinibus facto deſæuiit. Votum autem erat, feſtiuum deinceps diem ſacro ritu in eius honorem peragendum iri, addita omnium Ordinum ſupplicatione quæ annuatim ad noſtros procederet. Pro euentu & votum conſtitit. A latere quod vocant Euangelij ſacellum viſitur exquiſiti operis, quod *V.N. Ioannes de Viruega* & eius conſors *D. Maria de Xarana* B. Virginis Dormitioni conſecratum voluerunt & annuo cenſu donatum fundauerunt. *Paulus* V. priuilegio animæ Purgatorio eximendæ, cum res ſacra fieret decorauit, atque eodem priuilegio exornata ſunt ſacellum B. P. N. & alterum *S. Iuliano Concha* Epiſcopo dicatũ. Eſt autem *Complutum* nominatiſſimum oppidum *Matrito* finitimum, & Academiâ florentiſſimum, quam *Franciſcus Ximenius* Card. patrum noſtrorum memoriâ inſtituit. Situm eſt loco plano ad *Caracam*, ſiue vt aliis placet *Tagonium*, fluuium, vj. leucis à *Matrito*, xv. à *Toleto*, *Segontiam* & *Caſarauguſtam* versùs, rerum omnium quibus humanus vſus indiget copiâ, ſuiſque prouentibus adeo abundans vt nullis aliundè bonis opus habeat. Eraſmus iure optimo παράδεισον appellari poſſe cenſuit, ſed nos eius laudes non proſequimur quod alij copioſè fecerunt.

de Ond. gardo & Zarate. Manrique.

Alcala de Henares. Rio de Henares.

Conuentus Granullarij

5. Alteram Hiſpaniæ partem *Celtiberi* noſtri Deo ipſo prouidente occuparunt. Cum enim *Granullartenſes* Ciues, de Religioſa familiâ, cuius ope in Sacramentis accipiendis & rebus aliis ſpiritualibus percipiendis vti poſſent, ad ſe deducenda communi conſilio ad diem XIV. menſ. Octobris deliberaſſent, rei perficiendæ curam delectis duobus è ſuo corpore primariis viris commiſerunt, qui ea de cauſa Barcinonem venientes habita diſquiſitione nullos ſibi vtiliores futuros Minimis, qui vitæ auſteritate & quotidianis per merita B. P. N. miraculis in fama erant, arbitrati ſunt. Re igitur cum Patribus communicatâ quatuor ſecum abduxerunt, duce *R.P. Petro Valdeſio* viro verè magno & ad omnia parato, qui locum exſtruendo Monaſterio duodecim ab vrbe paſſibus degerunt. Is autem à publico ærario redemptus noſtris traditus eſt, in eoque 1579. intra breue tempus exædificata Eccleſia titulo *B. P. N. Franciſci*, ad diem IX. menſis Ianuarij anni proximè ſequentis eccleſiaſtico ritu initiata eſt. Acceptæ primùm poſſeſſionis diem, IX. Nouemb. h. ann. fuiſſe reperio. Nonnihil variat à Monteia, Petrus Iacobus Triſtan ciuis ipſe Granullarienſis, in vita B. P. Simonis Garciæ, qui addit Eccleſiam à *R.D. Iacobo Zapatero* permiſſu *R.D. Ioannis Diſma Loro* Barcinonenſis Epiſcopi an. 1580. fuiſſe benedictam. Poſt aliquot demùm annos Nobilis *D. Pignus Stephanus*, ac eius gener atque filia *Catharina*, non paruâ noſtros liberalitate proſequuti in Fundatores eiuſdem Conuentus accepti ſunt. Triſtano Fundatori eſt *Ioſeph Puig Eſtemey de Caldon* ciuis Barcinonenſis, quod credendum homini qui coram vidit & nouit. Ita ille in Vita F. *Ioannis à S. Maria* cap. VI. Pro illius denique populi votis ac deuotione ad in-

Puig Eſtemeñ.

terceſſionem

1578. terceſſionem B. P. N. tam crebra Deus miracula operatus eſt, vt non facilè poſſint vel compendio indicari. Montoia deuotum quendam Ordinis fuiſſe docet qui de illis colligendis laboraret, ſed necdum ſcimus quid præſtiterit, autſit in futurum præſtiturus. Eſt verò *Granullarium* (vulgò *Granollers*) oppidum Catalauniæ ſeu Gotholaniæ leucis IV. ſupra *Barcinonem* in Ortum, ad *Betulonem* (vt quibuſdam placet) fluuium, qui aliis *Subi*, nunc verò populariter *Beſos* dicitur. Agro feraci, læto & irriguo gaudet. 1578.

Granollers.

Beſos.

Conuentus Brunduſij.

6. In Italia etiam *Apulis* noſtris occaſio terminos ſuos proferendi vltrò ſe obtulit. *Brunduſium* enim à Ciuibus qui ſpeciali deuotionis affectu erga B. P. N. tenebantur inuitati, hoc eodem anno illic conſederunt. Cœnobium in ipſa quidem vrbe ſed muris contiguum, cæli benignitate quæ ibi ad purum viget liberius perfruitur. Nomen habet B. Virginis Annunciatæ. A viginti noſtris incolitur qui optimè ibi habent per Ciuium beneficentiam. *Brunduſium* Vrbs Salentinorum eſt, multis olim laudibus celebrata ſed maximè portu omnium tutiſſimo & capaciſſimo, nunc collapſa vnam Archiepiſcopatus & aliquot nobilium familiarum gloriam retinet. Sita eſt in orâ Boreali contra *Tarentium* à quo XXXVI. millibus paſſuum abeſt in Septentrionem, diſtat verò à *Bario* ad LXXII. in Occaſum, ab *Hydrunto* in Ortum L. milliaribus, interiacet *Aletium* quoque, de quo antè diximus. Mare potitur piſculento, cœlo clementiſſimo, agro fertiliſſimo, quibus bonis priſtinæ dignitatis imminutionem conſolatur.

Brindiſi.

Cõſecratio Eccleſiæ Nigeonenſis.

7. Poſt omnia & ex priuatis rebus hæc eſt memoranda Nigeonenſis Eccleſia tanto antè exædificata, necdum tamẽ dedicationis beneficium conſecuta fuerat. Rei apparandæ *R. P. Ioſephus Tellerius* ex quo in Prouincialem electus fuerat ſtudioſè allaborauerat, ſed eo iam abſente, qua diximus de cauſa, demũ peracta eſt. Sacros ritus obiuit *R. D. Henricus Meignenius* Dinienſis Epiſcopus, *Margaritæ Valeſiæ* Nauarrorum Reginæ in liberalibus ſtudiis præceptor permittente *R. D. Petro Gondio* Pariſiorum Antiſtite qui eo per ſe officio defungi non potuit. Dies Iulij menſis XIII. in quem Dominica poſt Pentecoſten IX. incidebat, feſtique *S. Anacleti* memoria, conſecrationi præſtitutus eſt, qui nec fruſtra abiit. Pompam ſua præſentiâ Rex & Regina præuerterant, qui ad primas vt loquuntur veſperas cum aulico miniſterio & comitatu in beneuolentiæ ſignum occurrerant. In craſtinum tantus fuit omnium Ordinum ab vrbe concurſus vt viæ propemedum fatigarentur, nec locus qui confertam multitudinem caperet vllus ſatis eſſe poſſet. Sed quo res maiori cum celebritate præſtantur, eò ſolent eſſe vulgi rumoribus & fictitiis narrationibus magis obnoxiæ. Id iam nunc contigit, cum tam multa præter veritatem efficta ſunt vt otioſam plebem in iis excogitandis luſiſſe credibile ſit. Alij exhumatum cadauer viri cuiuſdam nobilis cui nuper data fuerat ſepultura iactabant; Alij elatos in campanile diaboli opera nonnullos è noſtris impiè finxerant; Alij euerſam menſam cui aſſidebant diabolo illâc profugiente mentiebantur, nimirùm ipſi cum vino intaluiſſent in proximo hoſpitio menſem impulerant atque deiecerant. Atque hæc & alia figmenta confutare opus fuit, quod libello ea de re conſcripto fecit *R. P. Franciſcus Goracus* Florentinus Ordinis Prædicatorum Doctor Theologus, qui præſens adfuerat. Libellus è prœlo *Ioannis du Carroy* prodiit, eiuſque mentionem *Antonius Verderius* Bibliothecæ ſuæ inſeruit. At verò eius Eccleſiæ decora ſingula, quibus iam nunc renidet, non proſequimur. De ſacellis nonnihil ex occaſione ſignificauimus, & ſimiliter illuſtriora quædam monumenta quæ ibidem extant produximus; nec reticuiſſemus alia plura, niſi rerum eius Conuentus narratio, eam ob cauſam de qua diximus, diſſipata fuiſſet. Non poſſum tamen quin ſacra pignora, quorum alia intecta thecis argenteis inauratis affabrè factis, alia grandi Lipſanodochio concluſa religioſè aſſeruantur, commemorem. Imprimis igitur, de S. Cruce notabiles ſeparatim particulæ habentur, tùm è ſpinea Chriſti corona inſignis aculeus, deinde aliqua portio lactis B. Virginis Matris, quamplures verò B. P. N. reliquiæ, vtputa veſtes aliquæ, panis ab eo benedictus, ſtrati ac ceruicalis palcæ, litteræ per

Io Meignen. de Gondy.

Digitized by Google

1579. eum ſcriptæ, oſſa quin etiam nonnulla, poſtremò ex oſſibus SS. fragmenta pleraque vt S. Stephani protomartyris, S. Sebaſtiani, S. Innocentij ex legione Thebæa, SS. vndecim millium Virginum, SS. Innocentium, SS. Dionyſij Areopagitæ ſociorum, S. Taurini Ebroicenſis Epiſcopi, S. Reguli Siluanectenſis Epiſcopi, S. Ebregeſilli Meldenſis Epiſcopi, & aliorum quorum nomina ignorantur. 1578.

1579. *An.* M. D. LXXIX.

Indulgentia pro die S. P. N.

1. *Ellerius* noſter poſtquàm in Vrbem venit & ſalutato Pontifice confirmationem in officio accepit viamque ſibi fecit ad ampliores gratias promerendas, id vnum incunctanter egit vt in diem S. P. N. Franciſci pro ſingulis Ordinis domibus pleniſſimam quam poſſet Indulgentiam obtineret. Voti non defuit Pontifex, qui Calendis Aprilis cùm iamjam feſtum inſtaret, eius tenoris Indulgentiam tranſmiſit vt ſpem omnem exceſſerit. His enim qui ſingulas Ordinis Eccleſias, pœnitentes confeſſi & ſanctiſſima communione refecti viſitauerint atque ibi preces effuderint, *quoties id fecerint toties* plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem concedit & elargitur. Quâ quidem Indulgentiâ nullam in Eccleſia Dei maiorem eſſe pertendit *Montoia* noſter in vim illorum verborum *toties quoties*, de quorum ſenſu plurimas Doctorum Hiſpanorum è celebratiſſimis Academiis ſententias profert quas ipſe diligenter exquiſiuit, *de Pereiris* verò noſter ſummatim colligit, adduntque illi nullam omninò reperiri ſimilem niſi quæ conceſſa eſt Eccleſiæ S. Laurentij in Eſcuriali die *S. Matthiæ* lucranda in vicem & formam Iubilæi centeſimo quoque anno celebrati, etiam animabus in Purgatorio igne detentis ſuffragatura. Et hanc quidem *Pius* IV. ann. 1560. ſub die VII. Februarij primùm dedit, *Gregorius* verò noſter XIII. an. 1580. die XXIII. Decembris confirmauit. Ego inſuper addo eadem verborum formula conſcriptum eſſe Priuilegium animæ ſingulis quibuſque ſacrificiis liberandæ quo Nigeonenſes noſtri ab eodem Gregorio Pont. an. 1580. nono Calend. Auguſti, donati ſunt, nec dubitare me quin eiuſdem tenoris aliæ etiam Indulgentiæ reperiantur. Cæterùm Bulla qua donati ſumus incipit: *Ad augendam fidelium religionem & animarum ſalutem* &c. noſtri etiam ad longum exſcripſerunt, ſed nos actum non agimus.

Conuentus Syracuſanus.

2. In alterum menſem Siculis noſtris nouus Conuentus acceſſit. Die nimirùm Maij XXIV. *Syracuſas* tranſgreſſi Ciuium beneficio ſedem illic fixerunt. Cœnobio titulus *S. Antonij* Abbatis deuotione populi hæſit. Locus eſt extrà ciuitatem haud procul à mari lapidis tantùm iactu ſepoſitus. *Syracuſa* magni olim nominis Vrbs, nec re minor quàm opinione, vt quæ *Neapoli*, *Achradina*, *Tyche* & Inſula *Ortygia* ſeu *Naſſo*, totidem vrbibus, conſtaret, diu florens & glorioſa ſtetit, vt quæ etiam Archiepiſcopatus titulo & dignitate claruerit, nunc longè imminuta Epiſcopatu tantùm gaudet magnique illius nominis vmbrâ. Sita eſt in ora orientali ad *Plemyrium* promontor. inter *Catanam* in Boream XLVIII. & *Pachynum* prom. in Auſtrum XL. millibus paſſuum, ab *Enna* Siciliæ vmbilico LX. peninſulæ inſidet, vtrinque portu cincta qui famam apud Antiquos inuenerunt. Apud Scaligerum hodieque ſic gloriatur. *Syracuſa.* *Saragoſſa.* *Cabo di Maſſa.* *Olmeri.* *Cab. Piſſaro*

Illa ego ſum Roma labor atque iniuria Pœni
Pro me etiam ſtragis Gracia ſenſit onus.
Figere qua voluere alis in ſedibus arma
Exturbata iacent ſedibus orba ſuis.

Conuentus Caſtaniæ.

3. Et hic quidem non ſtetit Siculorum fortuna. Nam hoc ipſo anno ad diem XVIII. menſ. Octobris *Caſtaniam* immigrarunt. Cœnobium procurauit & ex parte fundauit *R. P. Franciſcus à Caſtania*, qui patriæ amore ductus opus ſuſcepit adiuuantibus perliberaliter conciuibus ſuis, quos ſemper ad melius inflammabat Nomen Conuentui *à Sancto Nicolao*. *Caſtaniam* Montoia deſcribit leucis II. à *Meſſana*, IV. à mari, atque illius diœceſis præclarum oppidum eſſe ait *Caſtania.*

& agro

1579. & agro fœcundo & vbere potiri, cui videtur Leander Albertus consentire. 1579.
Apud Mercatorem *Castaniam* inuenio intra *Melitellum* & *Agathyrsum* fluuios, supra posterioris nominis promontorium, longiusculè à mari subductam. In re incerta nihil habeo quod pronunciem. Factum autem eum progressum *R. P. Dominico à Mylu* Prouinciali idem Montoia disertè asserit, sed ex Actis Generalibus tam editis, quàm MSS. fuisse comperio *R. P. Simonem à S. Saluatore*, cuius nominis oppidum haud procul à *Castania*, idque multò probabilius esse arbitror.

4. Non disparem rebus suis exitum *Calabri* nostri ex occasione collegerunt. Pestis sæuissima *Pizzanos*, seu *Napetinos* ciues miserè populari cœperat, post humana remedia, quæ omnia nihil profuerunt, ad cœli præsidium confugiendum fuit. Votum igitur ciuitatis nomine *S. Rocho* nuncupatum est, addita conditio si eius intercessione sæua lues sisteretur templum eius nomini exædificandum, iuxtaque Cœnobium, iis tradendum qui studiosiùs diuino cultui vacare posse viderentur. Mira res, à voto statim aëris maliguitas absterſa & fugata, cœloque serenitas sua reddita, lues compressa & diuino beneficio exhilarati ciues, qui non diutius cunctati manum operi admouerunt, nostrosque ad se nouum Cœnobium inhabitaturos traduxerunt. Nomen illi à *S. Rocho*, & hodie quidem viginti sex illud incolunt. Opus egregiè promouit *R. P. Virgilius à Castro franco*, quem in antecessum laudauimus. *Pizzum* autem est oppidum elegantissimum, diœcesis *Miletensis*, ad sinum *Hipponiatem*, inter *Angitulam*, seu *Metaurum* fluuium, & *Vibonam*, seu *Vibonensim*. Saxo inædificatum est, quod mare circumluit, cœlo gaudet puro & salubri, fontes vicinos habet non paucos à collibus profluentes, prospectus omnis in mare, vt è fenestris facilè sit pisces inescare & auferre, hortis floret amœnissimis & iucundissimis rebusque ad vitam omnibus exuberat. Relege Marafiotium lib. II. cap. XXIII. *Napasium* sunt qui à veteribus nominatum velint, alij qui *Nepetiam*, nonnulli etiam *Sedecolam*, sed rem quæ in controuersia est non exagitamus.

Concentus Pizzi.

Pizz. Golfo di S. Eufemia. Angitula. Vibona.

5. In *Hispaniâ* non malè cessit *Andaluziis* nostris qui fines suos producere satagebant. *Asindum* enim inuitante Nobiliss. & Excellentiss. *D. Alphonso Perezio Guſmano* transierunt. Pro tanti Principis beneficentiâ optimè ac liberalissimè in ciuitatem accepti sunt, Cœnobio intra pomœrium constituto, cui *S. Sebastiani* nomen impositum. Agunt in eo viginti & plures pro ratione census quo ab optimo Principe donati sunt. Et *Guſmanus* quidem ille, cognomento Bonus, per omnia principem familiæ suæ referebat, quæ causa fuit vt primus Dux *Medinæ Sidoniorum* à Montoia diceretur, cum tamen septimus tantùm fuerit, quem errorem licet ex genealogia Comitum *Eleplanorum* apud Alonsum Lopezium lib. I. Nobiliar. Hispanici cap. X. recognoscere, simulque Fundatoris nostri laudes & progeniem colligere. *Medinam* verò seu *Methymnam Sidoniorum* antiquo vocabulo *Asindum* diximus, vnde successu temporis & *Assidonia* dicta est, ac demùm ab Arabibus *Medina Sidonia*, quibus *Medina* ciuitatem primariam siue metropolim significat. Sita est leucis IV. supra *Gades* in Ortum, ab *Hispali* XX. versùs *Calpen* in Meridiem, à *Casariana* V. Ducatus titulo ab *Henrico* IIII. Rege in gratiam *Ioannis Alphonsi Guſmani* ab anno 1445. & 1460. sublimata, in dies sese ad nostra vsque tempora in amplius extulit.

Perez de Guſman.

de Niebla.

Medina Sidonia.

6. In hunc denique annum iuuat rem gestam à *R. P. Petro Abulensi* conferre. Is cum à cæde *Sebastiani* Regis Lusitanorum, qua nihil est decantatius, *Philippi* II. iussu cum *Petro Venegasio à Corduba* Regis oratore *Marochium* veniſſet, non modò salutaribus consiliis Oratorem instruxit ad res suas agendas, maximè verò ad iuuandos Christianos qui à Barbaris detinebantur (qua de causa datus fuerat Oratori) sed ipse omni studio in conuersionem eorum qui à fide defecerant & consolationem aliorum qui in vinculis habebantur incubuit. Qua in re tantùm profecit, vt *Petrum Nauarrum* Matrito oriundum, & apud Marochianos eiuratâ fide carceri quem *Sagonam* vocant propositum, adeoque Christianis infestum vt eos quam pessimè poterat haberet, ad sanam mentem & pristinam fidem reuocauerit, cuius causâ mox à Barbaris apprehensus miserè

Factum memor. P. Petri Abulensis.

d'Avila.

Venegas de Carsona.

Digitized by Google

1580. diſcerptus eſt ac forti martyrio defunctus. Rem Orator ſuâ ad Regem relatione ampliſſimis verbis expoſuit, & *Ægidius Gonçalez* Abulenſis in Hiſtoria Matritenſi largiſſimè proſequutus eſt. 1579. *Eſpagnol.*

Obit. P. Gabrielis Hiſpani. Hominem denique Hiſpanum *Italia* extulit. Is fuit *R. P. Gabriel Hiſpanus* generalis Collega, de quo in anteceſſum non ſemel meminimus, eumque ſui multis laudibus præcellentem plurimi faciunt prædicantque, ac de illo vt nationis ſuæ ornamento gloriantur. Prouincias Caſtellæ ſapientiſſimè adminiſtrauit, nec minus valuit morum integritate ac innocentiâ, quàm ingenij præſtantiâ & peritiâ gubernandi. Septuageſimum ætatis annum attigerat cum *Tellerio* & Ordini vniuerſo defecit.

1580. *An.* M. D. LXXX.

Conuentus Motrilj. 1. DVm *Tellierus* noſter pro ſuo munere Gallias perluſtrat & ſanctiſſimis legibus inſtituit, Hiſpanis & Italis in faciendo progreſſu ſatis feliciter ſucceſſit. Primum enim Granatenſes noſtri anno vixdùm ineunte *Motrilium* conceſſerunt, à Ciuibus vocati, qui ſe beneficos apprimè oſtenderunt, quod vltro popoſcerant magno & indefeſſo ſtudio promouentes. Agunt apud eos triginta noſtri, quibus liberaliter & copiosè ſuccurrunt. Familiam illuc deduxit *R. P. Franciſcus de Henares* ſenior qui multâ gratiâ in illo populo ſemper valuit. Maius ſacellum à *D. Alphonſo de Contreras* & *Anna Gutierrez* eius conſorte fundatum eſt, fundationis ius ad *D. Matthæum Liſon* ciuico magiſtratu viginti quatuor apud Granatenſes fungentem à *Maria de Contreras* coniuge *Alphonſi* & *Annæ* F. deriuatum eſt. *Motrilium* diœceſis Granatenſis oppidum eſt in ora maris Iberici ad meridiem XI. à *Granatâ*, VI. à *Malaca* Ortum versùs, proximum *Selambinæ* & *Almeriæ*, Florianus à Latinis *Sex* & *Sexiſirmum*, populos verò *Sexitanos* & *Hexitanos* dictos eſſe pertendit, ab aliis tamen hæc oppido *Velez Malagæ* tribuuntur. *Motril.* *Contreras. Gutierrez. Liſon.*

Concurſus Fraxineti. 2. Continuò etiam *Celtiberi* noſtri ad *Idubedam* montem *Cæſaraugustæ* in Occaſum, vetus quoddam Oratorium, ignoti nominis oppido finitimum occuparunt. Oratorium quidem ab antiquo ædificatum in abruptâ rupe viſendæ magnitudinis, magno accolarum concurſu frequentabatur, ob B. Virginis Imaginem miraculis conſpicuam, quæ à limine collocata erat & cui nomen *B. Mariæ à gratia* ob miraculorum operationem. In illud beneficio Ciuium eius oppidi quod diximus, inducti ſunt noſtri, hoc ipſo anno die Ianuarij menſis XX. Oppidum verò populariter *Freſneda* dicitur, quod latinè *Fraxinetum* niſi fallor nominandum eſt, ſed obſcuri adeò nominis vt nullam eius mentionem vſquam fuerit inuenire. *Fraxinum* certè in *Arragonia* duabus à *Bilbili* leucis, XII. à *Caſaraugustâ* ſitum alicubi lego, & vt noſtrum eſſe credam non temerè adducor, nihil tamen affirmo. Ex quo illic noſtri confederunt amplioribus miraculis Imago ſancta coruſcauit, vnum & alterum in fidem noſter Montoia recenſuit; hoc mihi non videtur reticendum, Imaginem à limine in quo collocata erat ad maius altare tranſlatam, eô ſtatim ac ſponte rediiſſe vnde fuerat ablata & in priori loculamento reſediſſe. Ad annum 1595. hunc locum horroris & vaſtæ ſolitudinis inhabitarunt noſtri, quo demũ vt ab eo recederent à Generali *R. P. Gregorio Carbonello à Paulâ* iuſſi ſunt, quòd magno cum vitæ periculo eos illic agere accepiſſet. Nam & per hyemem altis & denſis niuibus ſic ſolebant obtegi & occludi, vt nullus ad eos aditus pateret nec ipſi poſſent foras procedere, quâ de causâ non ſemel omni ſe commeatu & obſonio cum præſenti vitæ diſcrimine vacuos inuenerunt, & nullo vnquam tempore infirmis poterat ſatis commodè ſubueniri. Et verò in extremâ rerum omnium penuriâ cum penè ſpes eos deſtituiſſet, diuina prouidentia non ſine miraculo deploratis illis adfuit & ſuccurrit. In eo tamen plus temeritatis quàm fiduciæ ineſſe arbitratus Generalis vt loco abſcederent mandauerat: Dolebat non parùm hoc mandatum *R. P.....* *Harpalio* Correctori, viro ſingularis modeſtiæ & reliquarum virtutum ac imprimis prudentiæ laude præcellenti, qui ad eius loci *Freſneda.* *Harpal.*

ſanctitatem

1580. ſanctitatem mirificè afficiebatur: accepto igitur generalis mandato *Fraxinetum* venit ac pro concione rem vt erat expoſuit. Oppidani tam bonos hoſpites longiùs abduci non tulerunt, locum igitur ædificando Cœnobio ſub die XXVII. menſis Septembris liberaliter donauerunt, in quem noſtri præcedente ſolemni ſupplicatione, cum prius omnia ritè ac ordine apparata eſſent, die ipſo Sanctorum Omnium Ciuibus applaudentibus & gratulantibus inducti ſunt. Situm eſt quamoptima Ciuitatis regione ſectoque lapide ædificatum, in quo viginti è noſtris agunt, præter quatuor qui in veteri quod diximus Oratorio permanent eaque peragunt quæ ad diuinũ cultum pertinent, ac ſubinde Vrbici Conuentus commodis ſolitudinis tædium ſubleuant & conſolantur. In eius denique Conuentus Fundatorem cum Patrum gratulatione acceptus eſt V. Clariſſ. *D. Ioſephus Seſſe* Regiæ apud Arragones Cancellariæ Præfectus ac S. Officij Conſultor, I. C. celeberrimus, de quo copioſius dicendum habemus: eodemque iure donata Illuſtriſſima *D. Maria Seſſe* eius filia, in Capitulo III. Barcinòn. an. 1629.

Seſſe.

1580.

3. Eodẽm penè momento triſtis caſus hanc noui incrementi lætitiam excepit. Die nimirum XXI. prædicti menſis Ianuarij *R. P. Petrus Valdeſius* ſtrenuus in eadem Prouincia Ordinis propagator diem ſuum obiit. Natus erat *Petrus* haud procul *Toleto*, humaniorum litterarum ſtudiis à puero deditus, æui maturior Iuriſprudentiam capeſſiuit, quam & *Toloſæ* poſtquam Doctor renunciatus fuerat, per aliquot annos magna cum celebritate profeſſus eſt. Redux in patriam, melioris vitæ propoſito habitum noſtrum induit, ſeriò extunc Theologiæ incumbens in qua magnos & penè incredibiles progreſſus fecit, verbi diuini prædicatione excelluit, apud Magnates & Principes ſuprâ modum gratioſus omnibus etiam officiis plebem demerebat. Exactâ prudentiâ & in rebus agendis mirabili ſolertiâ valuit, quam in Ordine proferendo maximè demonſtrabat. B. P. N. Franciſci gloriam & merita nunquam non prædicabat, tanto cum fructu, vt ad verbum eius miracula reſponderent. In hac & aliis exercitationibus glorioſum vitæ curſum peregit, qui cum propè eſſet vt metas attingeret, de proximo fine ſummonitus, rem pro concione denunciauit. Cùm enim apud *Villamlongam*, die XII. Ianuarij *S. Marcello* eius Vrbis patrono ſacrâ, è ſuggeſtu verba faceret, tam præſtò ſibi mortem imminere dixit vt vltra ſuggeſtum non aſcenderet, & reuerâ quinto demùm die *Perpiniaci* viuere deſiit. In proximo *Narbonenſi* agro nobilis cuiuſdam Equitis Galli exequiæ illo ipſo die agebantur, in funere orationem habuit vnus è noſtris qui *Narbonâ* vocatus fuerat, ab officio funeris cùm menſæ aſſideret in extaſim raptus non parũ conuiuas obſtupefecit, qui cùm inter ſe quærerent quid rei eſſet, ad ſe reuerſus pulſatâ manu menſâ; Benedictus, ait, Deus, ecce nunc cœlum boni Patris noſtri *Valdeſij* anima ſubiit. Aderant Hiſpani Equites, qui habita diſquiſitione, hoc eodem momento *Valdeſium* noſtrum Deo beatum ſpiritum reddidiſſe compererunt. Poſt annos ſeptemdecim effoſſum corpus nulla labe vel leuiſſimè attactum inuentum eſt, oculi non minus quam viuo ſplendebant, veſtis ipſa & quæ circumpoſita erant omnia pura ſinceraque apparuerunt, ita vt nec cingulum vlla vi diſrumpî potuerit. *Valdeſio* indiuiduus comes adhæſit, tum præcipuè in fundando Conuentu Perpiniacenſi, *F. Michaël Eſcolanus* magnarum virtutum vir & pro ſancto non temerè apud omnes habitus, in qua ille opinione deceſſit, conditus in Eccleſia noſtra Perpiniacenſi ne in morte à *Valdeſio*, quo rerum ſpiritualium magiſtro vſus fuerat, ſepararetur.

Obit. P. Petri Valdes.

de Valdes.

Eſcolano.

4. Hæc agebantur apud Hiſpanos cùm paria omninò apud Italos fierent. Nam & duo Cœnobia in acceptum retulerunt & beatum funus pariter extulerunt. Cœnobiorum vnum fuit in Prouincia ſancti Franciſci, hoc eſt *Calabria* inferiore ac ciuitate *Roſciano*. Inferiorem dico *Calabriam*, pro diuiſione à noſtris ad formam politici regiminis inſtitutâ, qui enim de geographia ſcripſerunt, *Superiori Calabriæ* ſeu *Magnæ Græciæ*, *Roſcianum* aſcribunt. In eam vrbem Ciuium rogatu traducti ſunt noſtri, *R. P. Dominico à Paula* Prouinciale præeunte. Nomen Cœnobio, quale ſolebat ab antiquo imponi, *Ieſu Mariæ* accep-

Conuentus Roſciani.

Digitized by Google

1580. ti dies Februarij 11. quo Purificatæ B. Virginis memoria ſolemnis habetur. 1581.
Roſcianum autem ciuitas eſt munitiſſima & Archiepiſcopali dignitate clariſſima, *Roſſan.* quæ longe lateque dominatur, à littore Sinus Tarentini III. paſſuum millibus diſtat, inter *Beſidianum* & *Thurium* cui ſucceſſit in Archiepiſcopatu, ſupra xx. paſſ. m. ager illi amœnus & fœcundus & ad omnia vitæ neceſſaria exuberans.

Conuentus Rupellæ. 5. Alterum fuit in Prouincia Calabriæ, & oppido *Amphiſa*, vulgò *Rupella*, *la Rotella.* quod in ora vlterioris Calabriæ colli tanquam promontorio imminet, inter *Locros & Cauloniam* VIII. paſſuum millibus, apud oſtia *Sagræ* fluuij. Fundatum *Alaro.* id agente *R. P. Paulo à Briatico* viro ſolerte ac induſtrio de quo antea diximus, ſed non pro tempore Prouinciali, vt vult Montoia, & petente Illuſtriſſima *D. Lucia Spinella* Caſtri veteris, quod in proximo eſt, Domina, ipſaque demùm *Spinella.* Ciuitate multis precibus expetente. Adierunt noſtri poſſeſſionem die x. menſis Iulij; eiſque cum tempore alterum fundatorem & quidem munificum & in paucis præſtantem Nobiliſſ. *D. Fabricium Carafam* eius loci Dominum, qui ſuis *Caraſa.* cùm opus eſt prouidet Deus, ſuſcitauit. Iactu ſclopeti procul eſt Cœnobium & ab oppido & à mari, eſtque diœceſis *Hieracenſis*.

Obit. Soror. Armeniæ Sanuto. 6. Funus denique, cuius meminimus, fuit ſacræ Virginis in Conuentu Septem Angelorum *Panormi* profeſſæ. Huic nomen *Soror Armenia Sanuto*, quæ poſt- *Sanuto.* quàm in magna vitæ auſteritate ac iugi rerum cœleſtium meditatione multos annos exegit, reliquum vitæ in acerbiſſimis & acutiſſimis doloribus ac penè incredibilibus, ad vltimum ſpiritum, duxit. Cùm enim aliquando ſpiritu abrepta & extaſim paſſa deſiderio tacta fuiſſet expiatorias alterius ſæculi pœnas ſufferendi, eas à Deo ardentiſſimè ac indefeſſis precibus expetiit. Qui autem petendi voluntatem largitus fuerat, votum accepit, permiſitque vt tam atrocibus ſuppliciis & pœnis cor illud ac corpus virgineum torqueretur, quantùm per humanam infirmitatem & præſentis vitæ ſtatum fas eſt, vt nullæ maiores infligi aut ferri poſſe viderentur. In iis doloribus, poſt diuturnam excruciationem & infatigabilem patientiam, ſacra virgo expirauit, viſa tunc diuina quadam luce ſuffundi & coruſcare à virgineâ Sororum caterua quæ lectum circumſiſtebat.

De tranſlatione Indulgentiæ die B. P. N. 7. Hæc priuatim diuerſis locis agebantur quæ poſteâ in totius Ordinis honorem deriuanda erant, cum *Romæ* ad vniuerſi Ordinis vtilitatem à *Gregorio* Pont. Opt. Max. rogatu R. P. *Ioannis Ropitelli* reſcriptum daretur quo Indulgentia nuper facta in diem feſtum B. P. N. declaratur tranſlata & transferenda, cùm ipſe dies feſtus (quod ſæpiùs contingit) transferetur. Apoſtolicum Reſcriptum datum die xx. Aug. incipit: *Aliàs omnibus vtriuſque ſexus* &c.

1581. *An.* M. D. LXXXI.

Conuentus Placentiæ. 1. MEnſe Martio ineunte *R. P. Iulium à Paula* Lombardiæ Prouincialis, vt tradit Montoia, cum tamen certum ſit *R. P. Benedictum à Nucibus* tunc Prouincialem in Lombardia egiſſe, ſed ipſe *Iulius* nulla tunc dignitate fulgens ſolâ gratia & induſtria ſuâ nixus, familiam noſtrorum *Placentiam* deduxit. Illuſtriſſimus *D. Guillelmus Fulgoſius*, in gratiam Excellentiſſ. *Octauij Far-* *Fulgoſ.* *neſij* Ducis Parmenſis & Placentini & *Iulio* noſtro agente, noſtris ceſſit anti- *Farneſe.* quum quoddam & anguſtum Oratorium titulo *Sanctiſſimæ Trinitatis*, cum iure Parochiæ & Prioratus quo gaudebat. In eum locum inducti noſtri nouas ædes & præclaras ponere cœperunt, quæ iuuante *Octauio* Duce ac beneficentiſſimo Fundatore, ipſiſque Placentinis Ciuibus pro ſuo modo fauentibus, in amplam ſatis magnitudinem & ſplendidam omninò pulchritudinem perductæ ſunt. In Eccleſia duo ſacella iaſpide multo eximiè adornata, vnum B. Virgini Matri, alterum B. P. N. ſacrum, & hoc quidem votiuis præterea donariis vndequaque oneratum, adeò multiplices gratias indigenæ & accolæ omnes per eius merita quotidie percipiunt. Opus ſua diligentia & ſollicitudine promouit *F. Dominicus Mingronius* Oblatus, magnæ vir probitatis & famæ, qui *Mingron.*

& con-

Digitized by Goc

1581. & conquisitis sacris pignoribus quamplurimis auro & argento inclusis Eccle- 150.
siam mirabiliter illustrauit. Allaborarunt etiam alij non obscuri nominis quos tempestiuè laudabimus. Agunt in eo Conuentu triginta vt minus è nostris, quibus est quam optimè per Fundatorum & Ciuium beneficentiam: *Placentia*, *Piacenza. Pò.* vetusta & nobilis ciuitas *Langhardiæ Cis-Padanæ*, seu *Æmiliæ* mille passibus ab ipso *Pado* ferè vbi *Trebiam* excipit, in loco peramœno iacet. Pulchritudine præstat, mirabili rerum omnium copia exuberat, propugnaculis & munitionibus validè firmata est, Ciuium claritate ac ingenuitate superbit. Vrbicus ager vini, olei, frumenti, omnisque generis fructuum fertilissimus est, salsis ac dulcibus aquis irriguus ex quibus bonis *Placentiæ* nomen inuenisse probabile est. Episcopatus & Ducatus titulo insignis est, ac rebus olim gestis clarissima. Eius laudes Scaliger hoc tetrasticho complectitur:

Nobilis antiquo porrecta Placentia mœnia
Hinc hostem, hinc rapidas fluminis arcet aquas.
Rara artes: gens scita, hilari sed dedita luxu
Ingenium angustæ vix patiuntur opes.

Capitulum Gen XXV.

2. Altero mense in finem exeunte ad Generalem Conuentum *Barcinonem* ventum est. Consessui factum initium die vltima eius mensis hoc est Aprilis, præmissâ forti & neruosâ exhortatione omnes ad officium excitauit, & ad ea sectanda quæ paci & regulari obseruantiæ commodarent animauit noster *Tellierus*, tumque de iis qui interesse deberent inquisitionem vt moris est habuit, quoad in crastinum solemni protestatione & absolutione ad cautionem factâ (quod deinceps inuiolabiliter placuit in omnibus Congregationibus ob- *Pineda.* seruari) delectus est qui Acta conscriberet *R. P. Gaspar Pineda*, vir solers & multæ litteraturæ, qui mox in Collegam Prouinciæ Bæthicæ assumptus est. Ad diem IV. variis sessionibus nonnulla nouiter constituta, quædam & abrogata, quorum vsus per experientiam minùs vtilis fuerat deprehensus, sed ea publicari & sigillatim proferri molestum & longum esset, quanquam *Tellery* nostri sapientiam, quo autore condita sunt, mirificè prodant, non reticenda tamen quæ in ipso *Telliero* inuictam animi magnitudinem commendant, eoque magis quod nulla eorum memoria in Actis editis relicta sit. Vnus & alter in Hispania Superiores autoritate R. D. Episcopi Patauini Apostolicæ Sedis per Hispanias Nuncij interposita *Tellerium* in sua visitatione nonnihil fuerant remorati, sed ille ratus hoc præiudicio non sibi sed dignitati & autoritati quam gerebat iniuriam fieri, non potuit ferre, vt quàm leuissimè delibaretur. Duo igitur Breuia à *S. D. Gregorio* XIII. impetrauit, quibus sua illi autoritas integra & salua etiam aduersus D Nuncij cognitionem & potestatem constabat, & illa quidem etiamnùm extare peroptandum esset. Actum inter hæc de Cœnobiis aliquot in reliquorum numero ascribendis, de quibus quidem dicere ex parte præoccupauimus duo aut tria nunc primùm commemoranda se offerunt.

Casalnouo. Vnum, in Prouinciâ inferioris Calabriæ dictâ S. Francisci, apud *Casale nouum* in *Salentinis* & diœcesi *Cassanensi* (est enim nunc *Cassanum* quod olim *Cosa* & *Co-* Conuentus Casalis noui. *sanum*) inter *Aletium* XXX. & *Tarentum* XX. millibus passuum, VIIJ. tantùm ab *Vria*, vbi veteribus fuit *Manduria*, siue *Mandurium*, cuius ruinis Cassanum inædificatum est, quod quidem in temporalibus Dominum agnoscit Principem Besidianensem. De nostris autem illuc inducendis egit *R. P. Dominicus à Paula* vir in Ordine proferendo industrius atque inexhaustæ diligentiæ, & in præsens certè pacta conuenta in fundationem inita fuisse necesse est, possessionem tamen non adierunt nostri antè annum 1586. & diem XXII. mensis Nouembris si Montoiæ credimus. Atque ibi optimè habent, & à proximi maris opportunitate, & ab agrorum bonitate quæ in eo tractu viget. 1586.

Alia duo Prouinciæ Franciæ cesserunt, primum *Nosiaci* alterum *Dieppæ*, de Conuentus Nosiaci. quibus diserte M. SS. meminerûr, cùm tamen in editis ne verbum vnum compareat. *Nosiacum* Pagus est in agro Parisiensi V. leucis ab Vrbe principe *Lutetiâ* *Nosy.* in Occidentem, à suburbano Regum nostrorum prætorio *S. Germani in Laya* vna tantum leucâ in transuersum summotus. In ea villâ, prædium rusticum ad

Digitized by Google

1581. gentis *Gondia* principalibus ædibus illustre, hortis atque viridariis peramœnum, omnique apparatu magnificum. Illustrissimus *D. Albertus Gondius* Franciæ vt loquimur Marescallus, Dux *Retzij Petri* Parisiensis Episcopi,& S.R.E. Cardinalis frater, & *Claudia Catharina Claromontia* lectissima fœmina eius consors, vt nostris quos in amore habebant gratificarentur,& eorum contubernio gaudere possent, ad suas illas ædes Cœnobium exædificarunt. Litteræ Ducis quas *Tellerius* ipse detulerat, in *Barcinonensi* Capitulo recitatæ omnium gratulatione & applausu exceptæ sunt ,& in annum sequentem primus in ea domo Corrector institutus est *R. P. Germanus Carré* annorum & meritorum plenus, cui proximè succesſit *R. P. Petrus Hebert*, ac alij deinceps ad *R. P. Ægidium Camart* qui anno 1597. electus beneficio electionis suæ non est potitus , quòd ex tunc post longas moras Conuentus dimitti certas ob causas placuerit,& has quidem nobis temporum iniquitas & calamitas pepererat, quas si exsuperare licuisset per Fundatorum liberalitatem sumptuosis nunc & opimis ædibus frueremur. *Claromontiam* Fundatricem speciali elogio Costæus noster commendauit.

1581. *Gondy. de Retz.* 1582. *Carré.*

Conuentus Dieppæ. *Dieppa* seu *Deppa*, celebre ac frequens municipium & emporium in ora Septentrionali, adeoque in faucibus Oceani Britannici, nomen habet à tenui fluuio, seu veriùs riuo qui Vrbem alluit, vt scribit Belforestus qui & Vrbem ipsam delineatam dedit, nec vno illo , sed & altero qui *Arca* dicitur irrigua est *Dieppa*, eoque tutissimam nauibus stationem præbet. Diœcesis est *Rothomagensis*, in finibus *Caletum*, sub temporali ditione ipsius Rothomagensis Archiepiscopi. Arce munita est quæ ab excelsa rupe Vrbi & Oceano imminet latéque in omnem partem dominatur. In ea Vrbe ab anno 1575. nonnulli è nostris Illustrissimo & Reuerendissimo *D. Carolo Borbonio* seniore, Archiepiscopo, qui & S.R.E. Cardin. familiares incolebant , sed in priuatis ædibus; quoad Cardinalis ipse locum ædificando Conuentui suo ære comparauit, quod factum anno 1580. die xi. Aprilis vt domestica Commentaria me docuerunt. Agebat apud Cardinalem *R. P. Ioannes Alart* Collega Prouincialis à nobis aliquando vt dignum est laudandus, qui de Cœnobio accipiendo Capitulum Prouinciale quod proximè habitum est interpellauit, sed proposita conditione docendæ iuuentutis, in quam conditionem Patres noluerunt consentire , nec pro Cœnobio Collegium accipere, res tamen Prouincialis arbitrio & iudicio permissa est, Cardinalis facilè conditionem remisit, quam vitæ nostræ instituto repugnantem intellexit, & ita factum vt de Conuentu in acceptum referendo in generali hac Congregatione *Tellerius* ageret, ex quo ipsi Dieppenſi Cœnobio natalis ac ortus, vt ita dicam sui ius computatum est , cùm ex aliis capitibus nonnulli sint qui videantur præferendi. Primarius in fundamenta Ecclesiæ lapis ab eodem Cardinale præsentibus Regni plurimis Proceribus & omnibus Ciuitatis Ordinibus solemni pompa collocatus est an. 1583. die VIII. mensis Iulij , quam posteà consecrauit indito nomine *B. Mariæ à bono portu*. Demùm verò morte præuentus & *Alarto* nostro munificentissimi Principis liberalitati, vt dicemus, non respondente, domum (quod habebat constitutum in animo) non absoluit; post omnia tamen nostris allaborantibus iustam perfectionem consecuta est, primúmque anno 1594. per Correctorem administrari cœpit, eoque nomine tunc institutus est idem ipse *R. P. Ioannes Alartus*. At verò *de Borbonio* fundatore præstat vt taceamus, quàm vt imparia excellentibus meritis pro nostra tenuitate delibemus.

1575. 1583. *Dieppa.* *Arqua.* *Alart.*

Hæc & quæ diximus alia constituta erant cùm illucescente Dominicæ Ascensionis festo ad IV. mensis Maij ad supremi Antistitis electionem vno eodemque omnes sensu & animo conuenerunt, omnium enim suffragatorum votis illicò electus est *R. P. Alphonsus*, seu *Ildephonsus Villamator* ex Commisso Prouinciæ Bæthicæ, suum ipse votum in Prouincialem suum *R. P. Franciscum de Hẽnares* contulit, primus ex Hispanis in hanc dignitatem subleuatus. Professus autem fuerat *Malacæ* ab anno 1556. necdum autem 23. ætatis annum egressus Cursum, quem vocant, Philosophicum prælegerat, tantùm à puero profecerat in litteris, quas studiosè semper coluit & in aliis fouit, humanitate ac morum

Gen XXVI *Villamator. de Hẽnares.*

suauitate

1581. ſuauitate inter omnes eminebat, rerum etiam temporariarum contemptu, modeſtia, prudentia & grauitate præcellebat, ſed in ante ceſſum de *Villampaiore* diximus, & in progreſſu ampliùs dicendum habebimus. Electo pto more obedientia exhibita eſt ſolemniſque in Eccleſia ſalutatio. Horis pomeridianis cooprati Collegæ, Italus *R. P. Franciſcus Longus*, ſeu *à S. Blaſio*, quod habent M. SS. aſſumptus ex Commiſſo Lombardiæ: Gallus *R. P. Iacobus Billaut*, anteâ Collega *R. P. Matburini Aubert* cùm Generalis per Gallias Vicarij officio fungeretur, malè dictus in editis *Villaault*, *&c*: Hiſpanus denique *R. P. Franciſcus Concha*, quem edita *Coccium* Latinè vocant ex Collega Prouinciali Caſtellæ, cui ſuffectus *R. P. Hieronymus à Caſtro*, & hi omnes probatæ virtutis & doctrinæ *Villamaiori* in officio adiutores meritò acceſſerunt. Rerum Ordinis Procuratio delata eſt *R. P. Benedicto de Benedictis à Nucibus* Lombardiæ prouinciali, quem ſuo tempore laudauimus, ei autem in ſucceſſorem qui *Lombardiam* regeret datus eſt *R. P. Matthæus de Anconâ*. De cætero præter nouam trium Prouinciarum inſtitutionem nihil actum quod publicam lucem mereatur. Prouinciæ autem de nouo erectæ ſunt, duæ in Hiſpania, vna in Italia. Et in Hiſpania quidem *Hiſpalenſis* detracta à Bætica ſeu Andaluziana: *Cataloniæ* diuulſa ab Aragoniæ Prouincia: in Italia verò *Tuſciæ*, ſeu *Etruriæ* diuiſa à *Lombardiæ* Prouincia, ſeu *Genuenſi*. Creati denique qui nouis Prouinciis præſiderent, Hiſpalenſi primùm *R. P. Petrus ab Ogeda*, tùm Cataloniæ *R. P. Gregorius Valbuena* ex antiquo Collega Generalis, denique Tuſciæ *R. P. Nicolaus Randanus*, quod M. SS. expreſsè ſignificant & continent. Placuit autem ſuum cuique Prouinciæ locum & ordinem exintegro aſſignari. Talis autem fuit: Prouinciarum I. *S. Franciſci*. II. *Turoniæ*. III. *Siciliæ*. IV. *Franciæ*. V. *Lombardiæ*. VI. *Aquitaniæ*. VII. *Andaluziæ*. VIII. *Neapolis*. IX. *Apuliæ*. X. *Caſtellæ*. XI. *Calabriæ*. XII. *Lugduni*. XIII. *Aragoniæ*. XIV. *Hiſpalis*. XV. *Tuſciæ*. XVI. *Cataloniæ*. Quibus in hunc modum compoſitis, locus futuro Capitulo deſignatus eſt Genuenſis Conuentus, & gratiis de more habitis Congregatio dimiſſa eſt.

Longo. Billaut. Collegæ. *Concha.* *de Ogeda. Valbuena. Randani.* Procurator Gen. XXV.

3. A diuiſione illâ Prouinciarum primi ſuos fructus Tuſci fecerunt, accepto *Piſis* domicilio ad portam Septentrionalem, quâ *Lucam* itur, vnde & illi nomen eſt. Traditio eſt ædes illas fuiſſe *S. Torpetis* Martyris, de quo Martyrologium Romanum hæc habet ad XVI. Kal. Iunij: *Piſis in Tuſcia S. Torpetis Martyris, qui magnus in officio Neronis primam fuit, vnuſque ex his, de quibus Paulus Apoſtolus ab Vrbe Roma ad Philippenſes ſcribit: Salutant vos omnes ſancti, maximè autem qui de Cæſaris domo ſunt: ſed poſteà pro fide Chriſti iubente Satellite alapis caditur, verberibus duriſſimè afficitur, ac beſtijs deuorandus traditur, ſed minimè laditur: tandem martyrium ſuum decollatione complenit* III. *Kal. Maij: ſed tamen feſtiuitas eius celebriùs hac die recolitur ob ſui corporis translationem.* Etiamnùm Sancti Martyris caput apud noſtros magna religione aſſeruatur, eiuſque nomen Cœnobium retinet. B. quoque P. N. Franciſci memoria ſtudiosè illic colitur, nec ab eo deſunt innumera beneficia, quod votiuæ tabellæ in ſacello eius appenſæ palàm faciunt. Totum Monaſterij opus ſplendidum eſt, firmum & amplum, quod Piſanis Ciuibus acceptò ferendum eſt. Adiere noſtri poſſeſſionem Iulio exeunte. *Piſa* ſeu *Piſa* ſtupendæ veruſtatis Vrbs eſt in *Etruriâ* quam *Arnus* interluit *Auſeris* ab vna parte ambit. Decem millibus paſſuum diſtat à *Luca*, XL. à *Florentiâ*, inter *Senas* ad Ortum L. & *Lunam* ad Occaſum XL. Archiepiſcopatus dignitate floret, Academiâ omnium diſciplinarum illuſtris eſt, & domicilio ac Sede Equitum S. Stephani nobilitata. De illa Petrarcha: *Vrbs eſt perueteſta, ſed decenti & decora ſpecie, & licet inter plana ſita, non tamen vt magna pars vrbium paucis turribus, ſed tota eminentiſſimis ædificijs apparens, vt & Maris potentiſſima, &c.* Plerique alij eius laudes celebrant, Scaliger.

Piſa. Conuentus Piſæ.

Piſa vetus, victi ſpoliis Orientis onuſta, &c.

Et alius quidam:

Antiqui ſplendoris adhuc monimenta ſuperſunt
Inclyta: marmoreis fulgentia tecta columnis,
Turris & inclinata Feru, &c.

1581. Sed hæc nos non agimus. 1582.

Electiones per compro. valent. 4. Incidit autem à Capitulo Generali dubium ſi electiones Vicariorum Prouincialium, de quibus diximus, aliorum etiam atque Collegarum quæ extant in Actis M.SS. deberent pro validis haberi, quod non ab omnibus Patribus in pleno Capituli conſeſſu, ſed à quibuſdam tantùm in quos reliqui compromiſerant factæ fuiſſent. *Villamaior* dubium ad *S. D. Gregorium* XIII. retulit qui Apoſtolico Reſcripto decreuit validas illas & ratas eſſe ac deinceps fore quæ ad eum modum inirentur nonobſtantibus, &c. Diploma Pontificium extat apud noſtrum de Pereinis & alios. Datum eſt hoc anno die xv. menſis Auguſti, incipit: *Exponi nobis, &c.*

An. M.D. LXXXII.

1582.

Conuentus Almunezarij. 1. NOn inutiliter noſtri diuerſis in locis induſtriam ſuam ad propagandum Ordinem explicuerunt. Septem enim Cœnobiorum prouentu fœcundus hic annus & lætus procedit. In quibus ordine temporis primas tenet *Almunezarienſe* in Prouincia Bæthica ſeu Andaluziæ, quod *R. P. Ludouici Cornelo* Prouincialis opera & ſtudio ad diem xxvi. menſis Ianuarij conſtitutum eſt, in ædibus quæ ante fuerant *Antonij de Frias*. Agunt in eo xviii. è noſtris, licet nullum ad hæc Fundatorem nacti ſint. *Almunezarium* Granatenſis agri oppidum eſt, ſupra *Malacam* in Ortum *Selambina* proximum atque inde *Motrilo* quod vna tantùm leuca ſupra *Selambinam* eſt, quibuſdam *Sex* dictum ab Antiquis videtur & *Exitanorum* fuiſſe oppidum, relegenda quæ de Motrilio diximus ad an. 1580. littori appoſitum eſt, nec plura de illo meminiſſe poſſumus niſi quod nomen origine Arabicum diuerſimodè ab Hiſpanis accipitur qua de re videndus Couarruuias in Dictionario Caſtellano. *Almunezar Malaga. Salobreña. Motril.*

Conuentus Anoiæ. 2. Succedit *Anoienſe* in ſuperiore Calabriâ, quod acceptũ die xxiv. Februarij debemus *R. P. Petro Groſſo* Prouinciali magnarum virtutum viro. Nomen habet à *Sancta Maria Gratiarum*. Eſt autem *Anoia* non procul à *Quinque frondibus* ad fluuium *Ierapotamum*, vt deſcribit Marafiotius locorum peritus. Eſt diœceſis *Miletenſis* apud Montoiam, iv. leucis à mari, ſed aëre graui & parùm ſalubri infeſtatur. In Acta tamen Generalia nonniſi anno 1593 quod notat Iſnardus relatum eſt, vt ſubdubitem ſi ſatis certa ſit temporis nota apud Montoiam, aut nos Iſnardus non fallat cum in nullis Actis aſcriptum inuenerim, ſed tantum ex occaſione iniectam illius mentionem prædictis Actis apud *Valentiam*, cùm ſcilicet primus in eo Corrector inſtitutus eſt *R. P. Franciſcus ab Oppido*. *Anoia. Cinquefrondi.* 1593.

Conuentus Valleſiæ. 3. Tertium ſequitur *Valleſianum* in *Catalaunia*. Eſt autem *Valleſia* frequens & nobile municipium ſupra *Tarraconem* in Meridiem, leucis quatuor vt vult Montoia ſubductum à mari, atque vt mihi apparet ad confluentem duorum fluuiorum, ſeu veriùs riuorum qui iuncti in *Thulcim* ſupra *Tarraconem* influunt, *Thulcis* verò ipſe *Tarraconem* præterfluit milliario ab vrbe decurrens. *Valleſia* ditioni temporali vt loquimur & ſpirituali *Tarraconenſis* Archiepiſcopi ſubiacet. *Valleſiani* deuotione in B.P.N. moti multis votis noſtros expetierunt. Habebant in proximo vetus quoddam Oratorium, ſeu Eremitorium nomine *S. Maria Magdalenes*, quod noſtris vltrò contulerunt, traditâ etiam reali quod aiunt poſſeſſione. Sed rem ab Archiepiſcopo probari conueniebat. Is erat Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Ioannes Ferrerius*, qui audita *Valleſianorum* ſuorum donatione, acceptam eam ratamque habuit, & publico inſtrumento ſub die x. Aprilis magnificè cõmendauit. Sexto ab hinc anno Valleſiani de noſtris in Ciuitatem traducendis aut propiùs admouendis cogitarunt, quo maior ſibi opportunitas eſſet cum illis communicandi, ex quorum cõſuetudine non parùm ſe proficere poſſe ſentiebant. Comparato igitur prædio, à primariâ vrbis portâ, quæ olim *Llobrecha* nunc S. Franciſci de Paula dicitur, non lõgiùs quadraginta pedibus, in illud noſtros totius Ciuitatis applauſu acceperunt, quod Tarraconẽſis Archipræſul Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Ioannes Tereſius* gratioſis litteris approbauit, conceſſâ facultate bonorum omnium quæ à priori illo Eremitorio mouebant *Valleſ. Tarragona. Francolin. Ferrer. Teres.* 1588.

Digitized by Google

1582. mouebat retinendi, poſſidendi, transferendi, atque inſuper impertitâ omnibus Chriſti fidelibus quam maximâ poterat peccatorum Indulgentiâ, qui ſupplicationi ad noſtrorum tranſitum inſtituendæ deuotionis causâ intereſſent. 1582.

1588. Litteræ datæ die Aprilis xx. eod. ann. 1588. Cœnobio nomen factum *Sancti Franciſci à Paula*. In Eccleſia magnifici operis Sacellum eſt *B. Mariæ de la Soledad*, dicatum, illicque inſtitutum ſub eodem nomine Sodalitium in paucis commendabile, quale ſcilicet nullum tota illa regione videatur. Prouincialem pro tempore accepti primùm Conuentus Montoia fecit *R. P. Hieronymum à Caſtro* cum tamen Acta Capitularia nos doceant fuiſſe *R. P. Franciſcum* (vt habent edita) *ab Ogeda*, vt MSS. *Noſella*, *Hieronymum* quidem ipſum nonniſi tempore tranſlati ad vrbem Conuentus eam Prouinciam rexiſſe mihi ſit admodùm veriſimile. Sed hæc breui perſtricta ſint.

4. Quartum iam nunc venit *Sueſſionenſe* in Prouincia *Franciæ*. Illud accepto ferendum *R. P. Petro Nodeo* Exprouinciali, qui ciuium Sueſſonenſium ſtudia ſibi & Ordini ſuo magnâ ſedulitate promeruit. Imprimis verò *V. C. D. Franciſci Bonzerai*, à Vectigalibus regiis (vt habent Acta Prouincialia noſtra) Electi, liberalitate conſilio & opera vſus eſt. Primus enim ipſe domum Collegio quod dicemus contiguam Nob. fœminâ *Suſannâ Braſſuriâ* eius conſorte aſſentiente, vt quæ illam ſibi proprio iure vendicaret, liberaliter perdonauit pactis conuentis ad diem xxv. menſis Aprilis hoc ipſo anno. Quod verò reliquum erat vt in Vrbem à R. D. Epiſcopo & omnibus Ciuium Ordinibus acciperentur, atque locus quem deſignauerant compararetur, *Bonzeraus* ipſe gratiâ conſilio & omni ope tam feliciter iuuit & *Nodæus* tam ſolerter animosè ac induſtriè totum hoc negotium procurauit, vt paria conſilio quod ceperant effecerint. Nam & Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus *D. Carolus de Rouſſy* Epiſcopus, qui ab anno 1559. hanc cathedram inſederat, & magna cum nominis gloria conſcriptis apud Tridentum Patribus aſſederat, longeque maiori pietatis & omnium virtutum famâ efflorescebat, noſtros paternâ charitate complexus omni fauore proſequutus eſt, ac litteris 1. die menſis Maij exaratis in Ciuitatem cum omni regularium Priuilegiorum iure admiſit. Et quarto poſt hunc die, Ciuico Magiſtratu & omnibus Ordinibus præter ſolitum conuocatis, referente H. V. *Sebaſtiano Herponio*, & audito Regio Cognitore, vt Ciuitate noſtri donarentur publico decreto ſancitum eſt. Sed rei cardo in recipiendo quodam veteri Collegio *Sanctæ Catharinæ* dicto & ab Abbatia *Sancti Ioannis in Vineis* mouente vertebatur. Atque hoc iam dicendum habemus. *Albertus Guignecurius* Eccleſiæ Sueſſionenſis Decanus locum extruendo Collegio ad Vrbis muros & viâ *Girodanâ*, vt tunc vocabatur, ab ipſius Eccleſiæ ſacris Sodalibus iam ab anno 1332. redemerat. Robertus tamen in Sueſſionibus Epiſcopis huius Collegij fundationem nonniſi an. 1345. ſub *Petro de Capù* ſeu *de Caprus* lxx. Epiſcopo aſcribit, ſed quæ ſcribimus ſunt certiora vt ex ipſis publicis monimentis exſcripta, quod *R. P. Petri Macaire* diligentiæ & indefeſſo ſtudio debemus. Albertus igitur Decanus loco quem diximus cõparato, anguſtum quoddam Oratorium *SS. Annæ & Catharinæ* ſacrum cum attinenti domicilio exſtruxerat, demenſoſque redditus octodecim Scholaſticis, Studiorum Præfecto, & famulo, alendis attribuerat, cum, re cognita fundatione, in generali maioris Eccleſiæ Sodalium conſeſſu ad feſtum ſancti Ioannis Baptiſtæ an. 1335. eodem iure ac Priuilegiis quibus Collegium *Sancti Nicolai* in ipſa Vrbe donatum eſt, placuitque vt *Hoſpitale Scholaſticorum* ſeu *S. Catharinæ* diceretur, quod poſterius magis obtinuit. Collegium autem Abbati & Conuentui S. Ioannis in Vineis (quod Monaſterium eſt Auguſtinianæ Canonicorum diſciplinæ celeberrimum ad Vrbem Sueſſionicam ab annis ſexcentis ædificatum, nunc verò in ipſa Vrbe poſitum eiq; ab eminentiſſimo colle imminens) *à Guignecurio* commendatum eſt, factâ poteſtate illius adminiſtrandi ac de illo vt res ferret prouidendi. Nolim tamen prætermiſſam eiuſdem rei narrationem, prout inſtituitur à *R. D. Petro Griſio* in Chronico Abbatiæ S. Ioannis Sueſſionenſis. Ea ſic habet. *Tempore* Michaëlis De bouus *ſiue* Deſboues *Abbatis* XVIII. *ordine, & Anno Domini* 1545. Au-

Nodæi. *Bonzerai.* *de Braſſeur.* *de Rouſſy.* *Herpon.* *de Guignecour.*

Conuentus S. Ioannis.

1332. 1345. 1335.

1582. bertus *Decanus Eccleſiæ S. Gervaſij Sueſſ. quandam Hoſpitalem domum conſtrui fecit in* 1582.
VicoGirundâ *dicto, quam ſcholaribus ſine ſcholaſticis clericis eruditionis in grammatica, eorumque magiſtro ac famulo, dotatam reliquit. In qua etiam Capellaniam nouam Deo, B. Mariæ & S. Annæ matri eius, necnon S. Catharinæ ſacram per Canonicos Regulares S. Ioannis in vineis, conſenſu Reuerendiſſimi Epiſcopi Sueſſ. Venerabiliſque Abbatis & Conuentus prafata Eccleſiæ S. Ioannis, deſeruiendam fundauit, pro cuius dotatione inter alia multa, domus quaſdam in quadriuio S. Remigij, in qua ſita eſt Capellania, conceſſit ſub obligatione trium Miſſarum quas per hebdomadam Curatus S. Remigij, in qua ſita eſt feſtis prædictarum Sanctarum celebrare tenebitur. Diſpoſitionem huius Hoſpitalis & annotationem ſcholarium proteruorum Abbati S. Ioannis, Curato S. Remigij & Canonico illi quem elegerit Abbas committit. Hæc autem Domus noſtris temporibus anno Domini* 1585. *Abbatis & noſtri Conuentus conſenſu fratribus Minimis in poſterum donata eſt, in qua nunc degunt, ibidem Eccleſia recens Clauſtro aliiſque locis regularibus conſtructis.* Hæc Griſius, ſed nos ad res noſtras regredimur. Stetit aliquot annos in optimâ diſciplinâ, ſed rebus per bella & publicas calamitates euerſis & ipſum collapſum eſt, atque inde emphyteuticâ elocatione ad priuatos vſus traditum. Et fundo quidem in noſtrorum gratiam Abbas & Conuentus prædicti, elocationis autem beneficio N. V. *Dionyſius Manſcurius* Epiſcopalis Caſtri Septimontani (dictum Septimontium quod montibus circumambiatur) Gubernator, eiuſque conſors lectiſſima fœmina *Nicolaa Eſguilliera, R. P. Nicolai Eſguillerij* viri doctrina & pietate apud nos eminentis proamita, ceſſerunt, atque hi aliis etiam iuribus de nouo ſibi acquiſitis noſtros donauerunt. Litteræ Abbatis *D. Maximiliani Grillierij* (qui commendatò ſcilicet dictum Monaſterium tenebat) paciſcente magno eius (vt loquuntur) Vicario *R. P. Antonio à Prato* & Priore ſinguliſque illius Monaſterij profeſſoribus aſſentientibus, ad diem XVI. Iulij menſis hoc eod. ann. expeditæ ſunt, noſtrorum nomine ſpondentibus *RR. PP. Petro Nodæo & Petro Charliero.* Sed reſignatione Maximiliani Abbatis cauſa nuptiarum haud longè poſt intercedente, qui partes eius in adminiſtranda Abbatia ſuſcepit Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Petrus Gondius* Pariſiorum Antiſtes ac poſtea S. R. E. Cardinalis, acta per Deceſſorem, litteris XXIII. Maij an.

1587. 1584. perſcriptis, approbauit atque confirmauit. Quinto autem anno poſtquam noſtri *Sueſſione* ſedem fixerant V. C. *Petrus Morcau*, qui poſtea Ordinem noſtrum ingreſſus morum ſanctimoniâ effulſit, ſtudio accenſus ad hæc initia

1588. qua poſſet ope ſubleuanda, prolixæ liberalitatis ſpem fecit pignuſque dedit, & in alterum annum fidem omnino exoluit, propterea titulo Fundatoris primarij à Prouinciæ Patribus ornatus, quem iam antè à Capitulo Generali Romæ V. celebrato promeruerat, id tamen à pleriſque Actis exſcriptorum incuria quod aliquando etiam animaduertimus excidit. Verùm hæc accuratè is quem anteà diximus *R. P. Macarius* in ipſius Morelli Vita exequitur. Acceſſit & Fundator alter poſt aliquantum tempus. Is fuit Excellentiſſ. & Magnificentiſſ. Princeps *Carolus à Lotharingia* Dux *Meduanæ*, militari gloria & animi pietate clariſſimus, qui ex bonis relictis ab *Honorato à Sabaudiâ* Marchione *Villarij* & Franciæ Archithalaſſo, cuius filiam *Henricam* matrimonio ſibi copulauerat, annuum & perpetuum cenſum noſtris attribuit, tanto eos amore complexus vt cor ſuum in ſacra æde noſtra Sueſſionenſi, vbi diem vltimum *Morello* noſtro ſalutis monita præbente, fortiter & generosè clauſit, condi voluerit, quod pignus tam acceptum noſtris, atque imprimis ipſi *Morello* fuit vt inſigni

1605. epitaphio quod aliquando legimus illud ornauerit. Acta Generalia an. 1605. Genuæ habita, fundationem illam memorant, & optimum Principem cum gratulatione Fundatoris nomine titulo ac iure cohoneſtant. Denique Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Hieronymus Hennequinus* eiuſdem Vrbis Epiſcopus, ex Pariſienſi Senatore ad eam dignitatem ſubleuatus, cuius mores (vt cum S. Fulberto Carnot. loquar) maturâ ſanctitate ſuauiſſimè redolentes Galliam vniuerſam nominis eius famâ impleuerant, quòd noſtros ſinceri amoris gratia proſequeretur ſeque beneficum in eos ac liberalem præſtaret, (in cuius ſuæ liberalitatis monimentum extat ſacellum *B. Hieronymo* ſacrum ad la-

Manſcur. Septmons. *l'Eſguillier.* *de Grillier.* *Du Pré.* *Nodé. Charlier.* *Gondy.* *Moreau.* *de Lorraine.* *de Mayenne de Savoye.* *Hennequin.*

tus

1582. tus Chori ſumptibus & impenſis eius conſtructum) Fundatoris elogio à Patribus qui ann. 1611. ad Generalem Conuentum *Maſſilię* apulerant decoratus eſt. In eodem Conuentu Sodalitium quod vocant Roſarij B. Mariæ Virginis ab anno 1587. inſtitutum, frequens nunc & copioſum ad magnã in dies celebritatem effertur. Nomen & titulus S. *Catharinæ*, qui Hoſpitalis fuit, Cœnobio adhæſit. Eccleſiæ XXVI. April. an. 1620. à Reuerendiſſimo *D. Carolo de Hacqueuille* Sueſſionenſi Epiſcopo conſecrata eſt. Et ſanctæ quidem Virgini ac Martyri *Catharinæ*, SSq; *Criſpino & Criſpiniano* Martyr. altare maius, minora duo ad odeium, vnum *S. Virgini Deiparæ & SS. Apoſtolis Petro & Paulo*; alterum SS. *Franciſco Paulano & Bernardo*; itidemque alia duo ad lævam Chori, ſuperius SS. *Hieronymo & Carolo Borromæo*, inferius SS. *Ioanni & Mariæ Magdalenæ* dicata ſunt. Opus totum ſecto & quadrato lapide conſtat, adeoque non firmum modò ſed elegans & ſplendidum eſt. Poſt omnia conuenit vt de Vrbe ipſa nonnihil ſubtexamus. *Sueſſionum Auguſta* in ripa citeriore ſeu ſiniſtrâ *Axonæ* fluuij, vrbs eſt potens, nobilis & clara, vltimumque Romanorum præſidium quo Siagrius à Clodouæo Rege noſtro deiectus eſt. In ea Romani legionem XXV. & fabricam armorum ſagittariam baliſtariam & clibanariam conſtituerant. Franci aliquando regia ſede illam dignati ſunt, cùm ſcilicet Regnum ſemel atque iterum in Tetrarchias diuiſum eſt. Comitatus exinde titulo donata principalibus ac regiis familiis nomen fecit. Multis denique ciuilium munerum dignitatibus ſemper floruit & etiamnùm floret. Sed à Chriſto celebratior quam à ſæculo. Chriſtianarum dignitatum apex, Epiſcopatus, in eâ præcipuus, non tantùm ſedis prærogatiuâ, de quâ hic verſiculus circumfertur

Soiſſons. Aoſme.

Vrbs debet verè hæc poſt Romam prima ſedêre:

ſed Epiſcoporum qui eam inſederunt gloriâ & ſanctitate. Monaſteriorũ & religioſæ diſciplinæ inſtituta illic maximè viguerunt. Alumnos & ciues ſemper protulit, Auguſta illa, religione morumque ſanctimoniâ claros & verè auguſtos, de quibus *Macarius* ille noſter multa ſuſcepit publicanda ad perpetuam Sueſſionum gloriam & memoriam, quod nos auidè magnoque ſtudio expetimur & expectamus.

5. *Sueſſionenſe* inſequitur, quintumque locum ſibi vendicat Cœnobium *Burgenſe* in Hiſpaniâ, quod agente *R. P. Ioanne Martinezio* Caſtellæ Prouinciali, & Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo *D. Chriſtophoro Vela* eius Vrbis Archiepiſcopo permittente, ad diem XXIV. menſis Maij Chriſti Domini Aſcenſione feſtiuum noſtri ſunt ingreſſi. Situm autem eſt ad portam S. Mariæ, intra muros & fluuium *Relançonem* vulgo dictum, vt habet Montoia, Marieta verò *Arlançonem* nuncupat, in prædiis quæ fuerunt *Ioannis Salmanticenſis* & *Ferdinandi à Caſtro*. Ab initio, loci ac rerum anguſtiæ aliaque incommoda in tantum noſtros preſſerunt, vt penè totum hoc negotium conciderit. Sed in tempore Deus adfuit, qui animũ fœminæ primariæ & opulentæ *D. Franciſcæ Perezæ* mouit ad opus liberaliter adiuuandum. Vidua erat N. V. *Ferdinandi à Caſtromaluenda* ciuis Burgenſis qui proximas Cœnobio noſtro ædes incolebat, de quibus ad ſe pertrahendis cum noſtros cogitare ſibi perſuaſiſſet, concepto inde odio, teſtamento cauit ne ſinerentur quocunque modo illas comparare. Sed fruſtrâ fuit hominis malè conſulti prouidentia, Deo enim viduæ animum tangente non ædes tantùm ſed copioſam hæreditatem noſtri ab eâ collegerunt, propterea Fundatricis iure ac titulo donata, quem ſucceſſu temporis ad *Hieronymum de Gaona* eiuſque poſteros tranſmiſſum Patres *Romæ* VI. congregati eidem confirmarunt. Inter cætera verò *Franciſca* noſtra conſtituit, vt quotannis puella Burgis aut Methymnâ Campeſtri oriunda & parentibus orbata in matrimonio collocetur eique quingenti ducati ad dotem numerentur, quod D. Archiepiſcopo & Conuentus noſtri Correctori commendatum eſſe voluit. Eccleſia totumque Cœnobium exquiſiti & ſumptuoſi operis, nulli omnium, quibus Ciuitas floret, vllâ in re (ſi Montoiæ credimus) cedit. Primùm denique illic Corrector inſtitutus eſt, ann. 1584. in Generali Conuentu Genuæ celebra-

Martinez.

Relançon. de Salamanca. de Caſtro.

Perez. de Caſtromaluenda.

de Gaona.

Medina del Campo.

Conuentus Burgorum.

1582. to; eoque nomine *R. P. Ioannes Breton* donatus est, qui ad eum confessum vt Actor Prouinciæ Castellæ accesserat. *Burgi* nobilissima quidem & ditissima Veteris Castellæ Ciuitas, quæ & olim Regia, nomen inuenit à pagis quos Germani Burgos vocant in vnum Ciuitatis corpus & formam conclusis, vt rerum Hispanicarum periti scribunt. Sunt verò qui *Brauum* ab Antiquis dictam velint, alij qui *Murbogerum Augustam*, rectiùs quàm qui *Mosburgum* inde formarunt, nonnulli & *Aucam*, nec desunt qui *Augustobrigam* putent. *Auca* quidem in Episcopali dignitate successit, *Augustobriga* verò longiùs ab eruditioribus constituitur, quàm vt *Burgis* possit conuenire. Nunc metropolica Sede gaudet ab 1571. an. 1571. Ipsa Ciuitas magnis & pulchris, nec minùs commodis ædificiis adornata est, & omnino multis magnisque rebus memorabilis, vt Braunius qui eam delineatam dedit lib. 1. tab. VI. ex Lucio Marineo longiùs prosequitur. 1582.

Conuentus S. Angeli. 6. Post Burgense annumerandum sexto loco *Aluntinum*, seu *S. Angeli*, in *Siciliâ* & *Messanæ* tractu. *Aluntium* certè, quibusdam id quod dicimus est *S. Angeli* oppidum, alij *S. Philadelphum* esse perhibent. Alberti descriptione ac Mercatoris delineatione adducor vt credam *Sant-Angeli fanum* ad fluuium *Agathyrium* supra eiusdem nominis promontorium (quod tamen alij aliter inflectunt) esse positum, tribus, vt Montoia noster indicat, passuum, millibus ab orâ maris subductum iuxtâ flumen, ora eadem quæ *Mylarum* maris scilicet Tyrrheni & in Septentrionem. In illud oppidum venerunt nostri beneficio. V. C. *Pauli Ciraulo*, qui se Fundatorem præbuit satis liberalem. Cœnobium est in ipsa Ciuitate, nomenque habet à *B. P. N. Francisco*. Accepti & inhabitati dies notatur mensis Octobris VII. Frustra est Isnardus qui Vrbem Episcopalem esse scribit, vt constat ex Indiculo Episcopatuum Siciliæ, deceptus nimirum fuit nominum similitudine, in Samnitibus enim est Episcopatus *S. Angeli*, sub *Cannossano* metropolite. *S. Angelo.* *f. Orlando. Cabo Orlādo* *Ciraulo.*

Conuentus Orbitelli. 7. Accensebimus denique in septimum, quod nulla diei & mensis notâ insigne, certum sibi locum inter reliqua vendicare non potuit. Illud verò est quod *Orbitelli*, *R. P. Nicolaus de Christignis*, qui posthæc Prouincialis Etruriæ multis nominibus inclaruit, ciuibus vltrò deferentibus, hoc anno constituit. Pacta conuenta inter ciues & homines nostros fidē faciunt fundationis, quam in se Ciues receperunt. Ædificium præclarum & absolutum, quod quidem dicti *R. P. Nicolai* diligentia & sedulitas perfecit. In Capitulo *Massiliæ* ad annum 1611. 1611. habito in Fundatorem allectus est Nobilisſ. *D. Nonius Gregenius* (si nomen illud rectè habet) *Orbitelli* Gubernator, modò Ecclesiam exstrueret ac perficeret, quod factum Montoia significat. Est autem *Orbitellum* vrbs antiqua & validè munita, quam Hispanus nunc præsidio firmatam tenet, ad lacum cognominem ac valdè pisculentum. Adiacet ingens Cherronesus & Promontorium quod vulgo *Mons Argentarius* dicitur, cui vno in latere *San-Stephani* oppidum, in altero *Portus Herculis* ab insula quæ in prospectu sic cognominatus. Cœnobium nostrum *San-Stephano* appositum est. Quibusdam *Orbitellum* est Antiquorum *Cossa* siue *Cosa*, sed hæc aliis *Ausedonia*, nonnullis etiam *Lancedona* est. Non desunt qui *Vrbatellum* pro *Orbitello* efferant, sed planè aberrant qui *Vrbem veterem cum Orbitello* confundunt & Episcopali sede illustrem perhibent. *Gregenio.*

Obit. Sor. Brigidæ Pilonæ. 8. Hunc annum claudet beatus (vt fides est) transitus sacræ Virginis Sororis *Brigidæ Pilonæ*, quæ in Monasterio Panormitano Septem Angelorum hoc anno decessit. In eo Conuentu quintùm Correctricem egerat, hoc est, annos quindecim per vices præfuerat, tanto ad omnem sanctitatem exemplo, & tam indefesso ad omnia labore aliis prælucens, vt mirum esset debili corpusculo adeò fortem animum inesse, qui nulla exercitatione, nulla assiduitate, nulla diuturnitate fatisceret. Verbo etiam pleraſque huius Ascaterij sacras Virgines ad capessendam sublimioris vitæ perfectionem erudiuit, & sic ad illud vitæ genus animauit opere ipso, vt meritò & iure credamus glorioso nunc bonorum laborum fructu illam perfrui. A cuius consortio ægrè diuulsam se ferens vna è sacris Virginibus quas educauerat, mox ad preces conuersa defunctam matrem lachrymosis vocibus compellebat ne se derelictam pro sua pietate vellet, amaram *Pilonæ.*

1582. amaram ſibi nimiò futuram vitam quàm extra eius contubernium exigeret, poſſe ſibi per illius merita eiuſdem gloriæ conſortium præſtari, rem miram, illicò beata puella lento morbi genere cœpit tentari, ac lecto decumbere quo intra vigeſimum diem conſummata eſt. 1583.

9. Nolim & hoc nobis excidere, ad diem XXIX. menſis Nouembris ſacras reliquias B. P. N. quæ ab incendio, quo per Hæreticos an. 1562. deflagrarat receptæ fuerant ſolemni apparatu in theca ſeu capſula argenteis laminis inductâ fuiſſe repoſitas. Quod factum à *R. D. Simone Gallando* Generali Vicario *R. D. Simonis à Malliaco* Turonenſis Archiepiſcopi pro tempore abſentis, & fori Eccleſiaſtici Præpoſito, &c. multis coram aſtantibus atque inter cæteros *R. P. Petro Haguenier* Prouinciale, aliiſque qui tum in eo Conuentu morabantur, qui quidem de receptis à ſe dictis reliquiis ad ſancta Euangelia fidem cum iuramento præſtiterunt. Aderat & Ill. ac *R. D. Ioannes de la Rochefoucault* Maiotis-monaſterij Abbas qui capſulam donauerat, quod hodiéque inſculptum laminæ inauratæ legitur in hæc verba. *Dei Diuique Feanciſci à Paula honori & cultui, admodum Generoſus Dominus Ioannes de la Rochefoucault Abbas inclytiſſimi Maiorum-monaſterij ſua ſumma & peruulgata pietate me dicauit an.* 1582. Vni ex iis qui ſacra hæc pignora ab incendio eripuerant gratitudinis causâ ſepulchrum datum eſt proximè ad cancellos Sacelli in quo B. P. N. iacebat.

Not. de reliquiis B. P. N. 1562.

Galland.

de la Rochefoucault.

An. M. D. LXXXIII. 1583.

1. ITalis noſtris & Hiſpanis ad terminos ſuos proferendos incumbentibus, pro voto, hic annus reſpondit. Neapolitani enim duobus Cœnobiis auctâ Prouinciâ ſuæ diligentiæ, ſiue opis diuinæ fructum retulerunt. Primum in amœniſſimo colle montis *Pauſilippi* à quo Neapolis ad ſecundũ lapidem viſitur, quod diuina reuelatione initiũ accepit. Nob. ſcilicet *Martus Antonius Feſtineſius* Neapolitanus ciuis, per viſum à B. P. N. admonitus, in quodam prædio ſuo ædem noſtris ponere conſtituit. Locus is eſt quem diximus non procul à mari & *Pauſilippo* monti coniunctus, quem mira ſitus iucunditas ad delectationem videtur effinxiſſe. Sed *Feſtineſius* præmaturâ & feſtinatâ morte nobis ſubductus, opus ad eam perfectionem quam ſibi propoſuerat non perduxit. Noſtri tamen hæc initia tam ſedulò excoluerunt, vt quæ hodie viſitur ædificij moles & ſtructura nihil ad magnificentiam deſideret. Titulus Cœnobio ineſt *Sanctæ Mariæ de Angelis* noſtriſque ſeceſſum præbet iucundiſſimum. Denique in Acta Capituli Generalis Romæ V. celebrati relatum eſt cum nempè hæc initia ſic coaluerunt vt viderentur non poſſe concidere. Electus in eadem Congregatione in primum eius Conuentus Correctorem, *R. P. Marcus Antonius de Cerui*. 1587.

Conuentus apud Neapolim. III.

Neapoli.

Feſtineſt.

2. Alterum ſtudio Cauenſium incolarum in ipſa Vrbe ſua conſtitutum eſt. Quod illi gratitudine fecerunt ac memoriâ rei apud ſe per B. P. N. geſtæ, qui vt traditio habet illac tranſiens de ſuis in Vrbem aduocandis prædixerat, locumque miraculo deſignauerat in quem eſſent inducendi. Locus autem is eſt quem nunc incolunt noſtri, nomenque habet *S. Mariæ ab Vlmo*. At verò *Cana* Epiſcopalis Ciuitas eſt, ad *Furorem* fluuium ex Apennino decurrentem, & à *Canâ Salernum* præterfluentem, à quo & à *Nuceria* quatuor paſſuum millibus diſtat, ſic dicta quod ſupra Conuallem poſita Cauæ ſitum habere videatur. Iuxta eſt Cœnobium illud Ordinis Benedictini antiquum & diues, de quo Canones meminerunt.

Conuentus Cauæ.

Cana.

3. Tertium in Italia Thuſcis noſtris acceſſit in Vrbe Principe *Florentiâ*, beneficio & liberalitate munificentiſſ. & Celſiſſ Principis *Franciſci Medicis* magni Etruriæ Ducis & *Mariæ* Seneriſſimæ Francorum ac Nauarræorum Reginæ Patris, qui tum *Ioannæ Auſtriacæ Ferdinandi I.* Imp. Filiæ demortuæ *Blancam* Venetam ſuperinduxerat. Cœnobium quidem anguſto loco ſitum & viâ quæ dicitur *Pelicani*, ſatis tamen magnificâ & ſplendidâ Eccleſia gaudet cui nomen à *S. Ieſepho* inditum incertâ nobis omninò de cauſa, ſed perſpecta populi deuotio-

Conuentus Florentiæ.

1583. ne in beatum Christi Domini nutritium, quæ in dies magis viget, longiusque progreditur per Orbem Vniuersum. Sedem habet in eo Conuentu Prouincialis, lectioneſque Philoſophicæ ac Theologicæ ibidem celebrantur. *Florentia* inter Vrbes Italiæ laus præcipua, fortunam eius Scaliger breui hoc carmine complexus est, 1583.

Florentia.

Parua fluentiſonis aggeſta Fluentia ripis,
Mollia de nitido nomina flore capit.
Faſula regnabat, verùm meliora ſecutus
Martius antiquas detulit amnis opes.
Diuitiæ Hera: Mercurius diſcrimina linguæ,
Mercurius varias ire redire vias:
Ambitioſa ferox bellatia flammea Mauors
Pectora: magnificam docta Minerua manum:
Iupiter oſtendit cœleſtes mentibus aulas
Sirenum tribuit dulcis Apollo ſonum, &c.

Etruriæ caput est & metropolis, atque adeò Archiepiscopi & Ducum sedes. Iacet in planitie collibus vndique in modum theatri circumdata, mediamq; *Arnus* fluuius ex Apennino eadem penè ac Tiberis origine decurrens interluit, quatuor lapideis pontibus operis firmi & pulchri iunctus. Ciuitas tota splendore atque elegantia reliquas Italiæ antecellit, nec facilè esset eius decora percensere. Media ferè *Mediolanum & Romam* inter, vmbilicum Italiæ tenere creditur. Iconem Braunius lib. 1. tab. xliv. dedit eiusque laudes breuiter indicauit.

Conuentus Oliuera.

4. Haud multo aliter cum Hispanis, quam cùm Italis actum est. Et primum Granatenses, agente *R. P. Ludouico Cornelio* Prouinciale, in oppidum recentioris nominis, *Oliueram* scilicet, immigrarunt. Oppidum est in diœcesi *Hispalensi*, sub ditione Ducum *Vrsonensium*, infrà *Astapam* Ortum versùs, & supra *Anticariam* in Septentrionem. Donatum illis Eremitorium *S. Sebastiani* nomine, sed à Clero intentata lite ob eam donationem cedere potius deliberauerant, quàm iudicium experiri. Misertus eorum vicem vnus ex ipso sacro Collegio vir opulentus & pius, ædes illis suas ac prædium concessit & tradidit, quas hodieque incolunt, exstructo religioso domicilio non contemnendi operis. Nomen Fundatori illi fuit *Ioannes à Palma Galanus*, ius verò fundationis ad Ordinis nostri Tertiariam eius gentilem eidémque agnominem cum tempore peruenit.

Oliuera. *Ossuna.* *Estepa.* *Antequera.* *Galan.*

Conuentus Ximenæ.

5. Tum verò in eodem tractu alterum quoque Cœnobium (quod in diuisione Prouinciarum Hispalensibus obtigit) in oppido nimirum *Ximena* diœcesis *Gaditanæ* instituerunt. Prima sedes fuit in Oratorio vetere ad oppidi partem Orientalem, mille ab eo passibus. Titulus inerat *Sanctæ Mariæ Angelorum*. Sed data occasione in commodiorem locum transeundi post viginti annos Ecclesiam *Sanctæ Annæ* in Oppido ipso acceperunt, & ad eam ædes sibi statuerũt, quos viginti solent inhabitare, quibus per ciuium liberalitatem optimè est. Situm *Ximenæ* non potui quauis adhibitâ diligentiâ explorare. Nomen, vt lego, Arabicum est, quod Hispani lucem siue rem lucidam & splendentem interpretantur. Ditionis est Ducum *Asindanorum*. adeoque in *Asindi* vicinia & infra eius districtum.

Ximena.

Visitatio Gen. Gallię.

6. Villamaior Generalis vices suas per Galliam *R. P. Matthæo Berdiero* ab antiquo Turoniæ Prouinciali commisit qui Prouinciarum visitationem dignissimè peregit. Adiunctus illi fuerat in Collegam *R. P. Ioannes Salutius* ex Correctore Nigeonensi & Prouinciæ Definitore, vir certè magnarum virtutum & imperterriti animi, qui cum Nigeonensi Cœnobio iterùm præfectus esset an. 1594. sanctissimè obiit. At verò *Berdierius* vltra annum sequentem vitæ metas non protulit, decessit enim apud Ambacienses nostros ad xxii. Septembris eo anno. Vir erat summæ mansuetudinis & regularis obseruantiæ tenax, qui nulli labori pepercit vt officium suum exequeretur.

Berdier. *Salut.* 1594. 1584.

7. Exciderat penè, hoc eodem anno S. D. *Gregorium XIII.* motu proprio Constitutionem

Digitized by Google

1583. Conſtitutionem ab antiquo in Ordine latam & ſæpiùs recuſam, de non recipiendis ad habitum & profeſſionem iis qui genus à Iudæis aut Hæreticis ducerent, ac de irritanda illorum profeſſione ſi neſcientibus obrepſiſſent, abrogaſſe, adiuncta tantùm exceptione de iis qui ex relapſis progeniti quartam generationem non excederent. Diploma Pontificium extat apud noſtrum de *Pereinis* datum die 1. Aug. incip. *Muneris noſtri eſſe putamus, &c.* Aduerſus illud Patres ad annum ſequent. Genuæ V. congregati intercedere deliberauerunt, adeò tenaces ſe puritatis in Ordine conſeruandæ præſtabant, ſed fruſtra fuit interceſſio eorum & ſtudium, vt *de Pereinis* annotauit. 1584.

An. M. D. LXXXIV. 1584.

Capitulum Gen. XXVI

1. TEmpus officio ſuo præſcriptum *Villamaior* exegerat, cùm ad condictum Patres ex Ordine vniuerſo Genuam ſe receperunt. Actis excipiendis præfectus eſt *R. P. Gaſpar Paſſarellus* pro tempore Vicarius Prouincialis Apuliæ, vt quem *R. P. Michaël Paſſarellus* Prouincialis morbo detentus ſuo nomine allegauerat. Præter ſanctiones quas plures à die v. menſis Maij ad x. ediderunt, & nos breuitatis cauſa prætermittimus, nihil admodùm egerunt quod in Commentaria referre debeamus. Nam de Cœnobiis, quæ acceptò habenda decreuerunt, ex maiori parte diximus ſimulque memorauimus, vt decebat, ſi qui Fundatores renunciati fuerint. Reliquum eſt vt aliquot Conuentus, quorum nunc primum memoria occurrit, in aliorum numero recenſeamus & hac etiam parte defungamur.

Conuentus Leontij.

Leontino. Primus ſe offert Leontinus in Sicilia. Eſt verò *Leontium* vrbs eius Inſulæ magni olim nominis, & Græcis rerum potiuntibus Epiſcopali dignitate clara, cùm ſcilicet *Syracuſæ* metropolitica ſede gauderent. Media eſt ferè inter *Catanam* ad Boream & *Syracuſas* in Auſtrum XXIV. millibus paſſuum, à littore v. tantùm *Militello.* ſubducta, lacubus circumfuſa, & *Pantagie* fluuio cincta, quam Silius lib. XIV.

Regnatam duro quondam Leſtrigone terram,

ad originem eius reſpiciens vocat; ſunt tamen qui à *Naxijs* primùm ædificatam tradant. In ea Vrbe ciuibus vltrò inuitantibus, & præeunte *R. P. Ioanne à Monteforti* Prouinciale, noſtri ſedem fixerunt, Cœnobiumque in ipſo Ciuitatis meditullio ſub inuocatione *S. Andreæ* poſuerunt, de quo non Acta modò Genuenſis huius Capituli, ſed Romani etiam poſt annos tres meminerunt. Et in dicto quidem Romano Capitulo primus eius Conuentus Corrector inſtitutus eſt *R. P. Lucas à Caſtania.*

Conuentus Maioricæ.

Secundus occurrit Maioricanus, cuius gratiam debemus *R. P. Simoni à Palatio*, qui in alteram Balearium Inſularum ſtudio propagandi Ordinis cum aliis Patribus eiuſdem propoſiti nauigauit. Ab Inſulanis quaſi cælo delati eſſent cum lætitiâ & inſolito gaudio accepti ſunt, illique ſuæ conuerſationis merito vt inſulam vellent incolere rogari meruerunt, attributo per moras exiguo & anguſto domicilio quod à Solitudine, patria voce *de la Soledad* cognominarunt, (licet noſtri quidam Sodalitatem, interpretentur.) Locus eſt extra *Maioricam* vrbem Inſulæ eognominem & primariam, quâ ſpectat Orientem, portamque habet S. *Antony* nomine, diſtat bis mille paſſus à Ciuitate ac totidem à mari, duodecim ſunt non plures qui in eo ſeceſſu morantur. Hæc initia ceperunt non contemnendum cum tempore incrementum, quoad verò in amplius educta ſint ſub Prouincia Cataloniæ, Aragoniæ, Valentiæ ſteterunt, deinde diſtracta Prouinciam per ſe fecerunt, de qua ſimul ac de Inſula reliquiſque Cœnobiis ſuo tempore meminerimus.

Maiorica.

Porrier. Tertius accedit Conuentus Porrienſis in Prouincia, hoc eſt Gallia Phocenſi, de quo in acceptum ferendo in Capitulo Auenionenſi I. verbum iam factum fuerat, eiuſque rei cura *R. P. Rolando Guichardo* Prouinciali Lugdunenſi commiſſa. Primordia certè illius ægrè admodùm proceſſerunt vt penè dimittendi conſilium conſtiterit, quod Acta huius Capituli ſatis ſignificant. Sed Nobiliſſ. & Potentiſſ. *D. Antonio de Glandeuez* Equite Torquato, Regique à Cubi-

de Glandeuez.

1584. culo' & Conſiliis, primo Vice-Comite *Porrerienſi*, qui Regibus quinque vltra citraque montes belli pacisque tempore terra & mari fidelissimè in variis expeditionibus est obsequutus (quas ei laudes Isnardus noster pangit) liberalitatem suam explicante, res ad bonum & optatum exitum perducta est. Montoia in colle positum Cœnobium mille passibus ab ipso vico Porrerienſi ad vetus quoddam Oratorium cui nomen *B. Mariæ à Sylua* tradit, Isnardus paucioribus ait tit. inesse B. Mariæ Virginis, esseque Diœcesis Aquensis, sed locum copiosius dilaudat in hæc verba: Horti multum spatiosi, terra fertilissima, fruitur fontis hanc irrigantis valdè copiosis aquis iisque optimis, sereno, sano & purissimo aëre, & ob vicinitatem nemoris necessario igne ad beneplacitum. De reliquo autem significat, in secessu exstructum Cœnobium ad iustam perfectionem adductum esse, ac redditibus annuis à munifico Fundatore donatum. Qui tamen de eius Conuentus origine studiosiùs inquisierunt, eius natales in ann. 1577. conferunt. *Porreria* Vice-Comitatus titulo elatæ, oppidum an pagus dicendæ sint nescio, similius verò est pagum esse quem Domini virtus ad eam dignitatem prouexerit. Situs autem illis est xv. milliaribus ab *Aquis Sextiis* in Ortum, VI. à *S. Maximini fano* in Occasum XX, à *Massilia* in Septentrionem, vt hæc spatia Isnardus locorum ipsorum inspector definiuit. 1584.

Hæc per occasionem horum Actuum de tribus illis Cœnobiis dicta sint. Ad electionem Generalis Antistitis veniamus. Die mensis Maij x. quæ festiuam Domini Ascensionem referebat, vnanimi suffragatorum consensu electio peracta est, cùm prius insolito more vota precesque quamplures habitæ fuissent. Electus autem est *R. P. Stephanus Carnealius à Francica*, vir non genere modò, sed longè amplius virtute sua nobilis & clarus pro tempore Prouincialis Calabriæ. Votum ipse suum (hoc enim tantùm desideratum est) in *R. P. Augustinum de Arsona* contulit. Submissus verò qui Calabriæ Prouinciam regeret *R. P. Andreas à Rhegio* Collegarum eius Prouinciæ vnus, eique suffectus *R. P. Lauentius à Monte alto*. Dici non potest quantâ exultatione omnium Generalis susceptus est, quâ deuotione salutatus, quâ obsequij testificatione præuentus, vt reuerâ multis ille nominibus merebatur. Summa in eo pietas & orationis assiduitas, cum pari modestiâ, affabilitate, prudentiâ, vigilantiâ & reliquis virtutibus certabat, quarum quidem singularia documenta semper, sed tum maximè cùm ad clauum sedit, præ se tulit. Eodem die vespertinis horis de cooptandis sibi Collegis ad Patres retulit. Sunt autem sublecti, ab Italia *R. P. Michaël Carafa* verbi diuini nobilissimus præco; à Galliâ *R. P. Simon Bidarius*, de quo amplior nobis sermo recurret; ab Hispania denique *R. P. Hippolytus Serranus* non obscuri apud suos nominis. Procuratio rerum Ordinis commendata est *R. P. Iulio à Paula* viro generoso & industrio, ad id ex Prouinciali Lombardiæ assumpto, cuius vices in regenda Prouincia, Patribus communi suffragio deferentibus, suscepit *R. P. Iacobus Morandus*, qui eo munere per tres annos consequentes præclarè functus est. Postridiè Ascensionis, post nonnullas electiones, eorum scilicet qui in diuersis Prouinciis desiderabantur, vnamq; aut alteram sanctionem, indicto *Aquas Sextias* Conuentu in proximum, facta est discedendi potestas huicque Congregationi finis impositus.

Generalis XXVII. *Carnealij.*

de Arsona.

Collegæ. *Carafa. Bidarius.*

Procurator Gen. XXVI

2. Ab hoc Capitulo Siculi quibus antehac in proferendis terminis suis optimè cesserat longè ampliùs progressi sunt. Nam ad diem XXI. mensis Iulij *Linguæ Grossæ* confederunt, & in ipso seu oppido seu Vico Monasterium sub nomine *B. Mariæ Lauretanæ* instituerunt. Atque in Capitulo Romano proximè insequēte, Correctorem primùm ei Cœnobio præfectus est, isque fuit *R. P. Balthazar à Massa*. Est verò *Lingua Grossa* supra *Sinum S. Thecle* VI. passuum millibus ab Oriente, inter *Canteram* & *Indicellum* fluuios hunc ad Austrum, illum ad Boream, sita, in radicibus Ætnæ montis, trigonum ferè cum *Castillione* & *Hieracio* efficiens. Nomen vt videtur recens est, nec eo minùs oppidum quantùm coniectura possum assequi.

Conuentus Linguæ grossæ. *Lingua Grossa.*

Conuentus Scalcæ. 3. Inde verò ad XXVII. Octobr. *Scalulam* siue *Scaletam* immigrarunt, beneficio *D. Cæsaris à Morchetta* (nisi nos nomen illud fallit) eiusdem loci Baronis *la Scaleta. de Morchetta.*

1584. nis & Fundatoris noſtri. Cœnobium SS. *Philippo & Iacobo* Apoſtolis ſacrum 1585.
eſt, quod duodecim tantùm inhabitant. *Scalula* (quod magis latinè dicitur)
ad fretum Siculum ſeu Meſſanenſe, mille tantum paſſibus à littore poſita eſt,
de Namari. infra radices montium *Namanorum* haud procul *Meſſanâ* in cuius diœceſi
eſt.

4. Denique non hic ſtetit Siculorum progreſſus, ad alteram enim Inſulæ Conuentus
partem hoc eodem anno tranſgreſſi ſunt. *Panormo* enim littus legentibus in O- Thermarũ.
rientem, ſuperato promontorio quod nunc *Bongerbino* dicitur, *Himera* fluuius
Thermini. occurrit & ad fluuium *Therme*, ab eo *Himeria* cognominatæ, vt ab aliis Thermis
in eadem Inſula diſtinguantur. De his canit Sillius lib. IV.

Littora Thermarum priſca dotata Camena &c.

Ad eam verò ciuitatem noſtri venerunt ab incolis inuitati, qui & illis Eccle-
ſiam *Sanctæ Mariæ de Gratia* liberaliter ceſſerunt, iuxta quam Cœnobium exæ-
dificari publico ære curauerunt. Situs illi eſt intra ciuitatem in edito colle
versùs Orientem, vnde proſpectus etiam in mare iucundiſſimus. Agunt in eo
viginti è noſtris, quibus omnia vitæ neceſſaria largiter à ciuibus miniſtrantur.
Nonnulli ſunt qui nomen S. P. N. eidem Cœnobio faciant, quod habet cum
multis aliis commune.

5. Hiſpanis ſuæ etiam partes non defuerunt in producendis finibus ſuis, Conuentus
Giron. Hiſpalenſes enim Excellentiſſ. & Nobil. *D. Petro Giron* primo Duce Vrſonen- Morcnis.
ſi & aliquando apud *Neapolim* Prorege, quem antea laudauimus, & cuius pro-
ſapiam Alonſus Lopez lib. v. Nobil. Hiſpan. c. 7. exequitur, Fundatore,
Moron. Offuna. *Moronem* traducti ſunt. Id oppidum eſt ditionis *Vrſonenſis* v. leucis ab ipſa *Vr-*
ſone, *Nebriſſam* versùs in Occidentem, *Arucces* veteres dixerunt vt Cluſius ex an-
tiq. Inſcript. colligit. Alij *Arucos* accolas & incolas dictos, oppidum *Aurigiam*
contendunt. Cœnobium noſtrum in planitie Vrbi proximâ, quæ iter eſt *Hiſ-*
palim, titulum præfert *S. Sebaſtiani*, opus necdùm abſolutum triginta capit è
noſtris, quibus per ciuium beneficentiam optimè eſt.

An. M. D. LXXXV. 1585.

1. NOn vnius generis ſunt quæ in hunc annum habemus conſignanda. Pro- Decretũ de
piùs ad inſtitutum noſtrum ea primùm memorabimus quibus non eſt feſto B.P.N.
definita diei aut menſis nota dehinc reliqua ordine temporis perſtringemus.
Sixtus V. qui nuper Petri Cathedram demortuo *Gregorio* XIII. conſcenderat,
præter ſpem Deo ita prouidente ad illud dignitatis faſtigium ſubuectus; cum
prius non minore prouidentia ex Ordine ſancti Franciſci in ſacrum Senatum
allectus fuiſſet; anteâ *Felix Perretus*, mox Cardinalis *de Montealto* tit. ſancti Hie-
ronymi nuncupatus, vir morum grauitate, doctrina, pietate ſublimis, & ad ex-
tremum iuſtitiæ tenax, ab initio Pontificatus gratum animi ſui monimentum
extare volens in B.P.N. Franciſcum diem illi feſtum duplici vt vocant ritu die
11. Aprilis per vniuerſam Eccleſiam quotannis celebrandum decreuit, eum-
que faſtis ſeu Tabulis Eccleſiaſticis atque vt vulgatius loquimur Calendario in-
ſcribi, cum adiectione duplicis feſti, omnibus per Orbem Eccleſiarum Prælа-
tis diſtrictè mandauit. Apoſtolicum reſcriptum plures ediderunt, incipit: *In*
cæli throno qui ſedet Rex omnipotens &c. Datum an. 1585. Pontif. 1.

2. Hoc ipſo anno Siculi noſtri ad extremam Inſulæ partem quæ *Lybiam* in Conuentus
C. Boo. Coco Occaſum reſpicit, vnde & promontorium *Lilybæum* dictum eſt, conceſſerunt. Marſalæ.
Eiuſdem nominis in ora Vrbs eſt olim Epiſcopali dignitate fulgens & multùm
ab antiquis commendata, nunc abrogata dignitate nomen quoque mutauit &
Marſala. *Marſala* dicitur. Agnominem fluuium habet Meridiem versùs, *Acilinum* vero
in Septentrionem, à *Drepano* XVIII. millibus paſſuum, XII. à *Mazara*, vel ſi eam
longiore interuallo metiri volumus, à *Panormo* in Auſtrum LXXXV. ab *Agrigento*
Lalista. LXXXII. poſita eſt. In eam verò inducti ſunt beneficio Nobiliſſ. Equitis *D. Ioan-*
nis Antonij Laliotæ, & agente *R. P. Franciſco à Caſtania* viro miræ probitatis &
non obſcuræ ſanctimoniæ. Cœnobium in planitie ſitum eſt quingentis paſſi-

1585. bus à Ciuitate in Ortum, nomen habet à *S. P. N. Francisco*, cuius virtus ad pa- 1585.
tranda miracula in gratiam incolarum mirabiliter in illa regione se prodidit. Hortis gaudet amplissimis & copioso fontis irriguis. Opus eximium est, secto lapide constans totaque specie ac forma visendum, ad quod absoluendum *N. V. D. Vincentius Laiseta* Fundatoris ex fratre filius, non parùm contulit. Accepti dies nobis non constat, ideò extra ordinem illud recensuimus. Nunc ad rationem temporis res nostras exigimus.

Conuentus Anticariæ. 3. Ad diem Februarij mensis XVI. Granatenses nostri *Anticaria* sedem fixerunt *R. P. Damiano Correa* Prouinciale. Cœnobium quamoptimo Ciuitatis loco situm in dies perficitur quod dum procedit viginti quatuor inhabitant. Hæc antè annos plures Montoia, quidni & iam perfectum est & à pluribus incolitur? vtinam & ipse singula quæ ad huius domus nostræ originem faciunt tradidisset. *Anticaria* Vrbs est Vuandalitiæ, & Granatensi regno contermina, leucis V. supra *Malacam* versùs *Astigim*, ab ipsa *Astigi* XV. totidemque ab *Hispali* distans, olim Maurorum Regia, situ peramœno, salis fœcunditate, lapidum fodinis, & figulina celebris vt habet Braunius qui & eam graphicè sculptam exhibuit & pluribus descripsit l. II. tab. IV. *Singyliam* nonnulli dictam ab antiquis putant, sed fluuius à quo nomen perhibetur accipere longiùs abest quàm vt id videatur *Anticaria* posse conuenire. *Antequera.*

Conuentus Hieracij. 4. Ad diem Martij XV. Calabri nostri partibus suis non defuerunt, qui præeunte *R. P. Petro Grosso* Prouinciale suo, *Hieracium* commigrarunt. Est autem *Hieracium* vrbs magnæ Græciæ, in ora maris *Ionij*, ad *Zephyrium* promontorium, Episcopali dignitate florens sub Rhegino Metropolite, nomen recentius quibusdam ab Accipitris augurio dum vrbs conderetur videtur impositũ, suffecta *Naritiæ* à *Locris* olim conditæ, de qua illud est Virgilianum *Grossier. Gierac. Cab. Berson.*

Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri.

In eam vrbem venerunt nostri à Ciuibus inuitati, locumque acceperunt in edito colle ad Orientem bis mille passibus à Ciuitate. Hinc nomen factum Cœnobio *Sanctissimæ Trinitatis à Monte.* Magna fuit Ciuium in eos liberalitas, qui non locum tantùm donauerunt, sed annuos prouentus censusque beneficentissimè contulerunt. Agunt in eo quadraginta nostri quibus omnia copiosè suppetunt. In acta nonnisi ann. 1605. relatum est, vt Isnardo videtur, idque 1605.
Locrensis nomine, sed iniecta illius mentio ex occasione tantùm, nec satis mihi constat si hoc ipsum est de quo Acta illa meminerunt, non enim satis cum Montoiæ nostri relatione conueniunt.

Obit. Card. Armeniaci Protect. 5. Felicem hunc rerum nostrarum cursum tristis casus excepit. Incunte scilicet Iunio *Georgius* ille *Armeniacus* Ordinis Protector beneuolentissimus nobis fatali necessitate *Auenioni* surreptus est. Vir comitate, humanitate, ac liberalitate præstans & litterarorum fautor eximius, *Thuano*, qui eius elogium (sed nescio quibus interpolatum parergis) amplius exequitur Historiarum lib. LXXXII. aliquanto breuius apud Petramellarium legitur, à quo Antonius Sanderus illud ferè descripsit quod habet decad. 5. n. VI. Nos in Protectore Religioso singula perquiremus & in præsens longiori laudatione abstinebimus.

Protect. VI. 6. Auditâ *Georgij* nostri morte *Sixtus* V. Ordinem *Ludouico* seu quod Italis magis placet *Aloysio Atestino*, qui parem in Senatu Purpuratorum neminem, fortè nec æmulum, habuit, optatissimo delectu commendauit, quam ille curam vltrò complexus diu non sustinuit, quod tempestiuè dicemus.

Obit M. A. Mureti. 7. Intercurrit Marci Antonij Mureti obitus qui paucissimis diebus *Armeniaco* Cardinali superfuit. Non vna nobis causa est memoriæ illius celebrandæ. Præterquàm enim apud nostros in vrbe sepeliri voluit, multis officiis animum suum in res nostras approbauit. Non vltimum illud est, quòd Officium die festo B. P. N. recitandum post reformatum à *Pio* V. Breuiarium rogante *Passarello* ac demùm *Gregorio* XIII. approbante concinnauerit & ex antiquo recognouerit, addito gratitudinis causa hoc carmine, quod cum Officio ipso circumfertur.

Delitiæ

by Google

1585. *Delitias & opes ſummè Franciſcus amauit,* 1585.
Non quas vulgus opes delitiaſque putat.
Chriſto poſſe frui clauſo ſub pectoris arca,
Has ſibi delitias, has ſibi duxit opes.
Iunit cum tenuis victus faciliſque parata,
Ne mentem pondus corporis opprimeret.
Iunctum craſſo texta ſubtegmine veſtes,
Vt te Chriſte animo celſius induceret.
Te fretus poſuit magnis ingentia templa
Sumptibus, argenti cùm tamen eſſet inops.
Te fretus mortu pallentia claustra refregit,
Extinctiſque iterum viuere poſſe dedit.
Reddidit & cæcis viſum mutiſque loquelam
Et ſeſe innocuis ignibus expoſuit.
Nil etiam veritus Scyllam, nil ille Charybdim
Veſte ſubiecta per mare fecit iter.
Aſpice nos, pater alme, tuis ſtipendia caſtris
Qui facimus, leges inſequimurque tuas
Ne nos immunda ledens contagia carnis,
Ne nos in præceps callidus hoſtis agat.
Ne nos ſollicitent huius mala gaudia mundi
Hæc precibus præſta, dux que paterque tuus.

Nos igitur Mureto qualemnam gratiam referemus? Laudes certè illius amplioribus verbis non poſſumus quam Thuanæis proſequi: *Marcus Antonius Muretus*, ait ille, *Ratiaſti Lemouicum apud nos* (Gallos) *natus natura debitum perſoluit prid. Non. Iunias cum annum* LIX. *egreſſus eſſet, ingenio præſtanti & ad omnia nato præditus, quod in politiori litteratura præcipuè exercuit, vtriuſque linguæ peritia clarus & latinè ſcribendi facultate inſignis ad quæ omnia acerrimum iudicium attulit. Is primùm literas humaniores Lutetiæ profeſſus, deinde Burdigalæ & Auguſtæ Auſciorum, Pictauij etiam & Tholoſæ iuri ciuili operam dedit, atque inde relicto ſummo ſui apud ſuos deſiderio in Italiam conceſſit anno huius ſeculi* LIV. *& Venetiis ac Patauij ſexennium commoratus poſtremò Romam ampliſſimis conditionibus ab Hippolyto Ateſtino Cardinale inuitatus, in illius & poſt eius mortem in Aloyſij Ateſtini Cardinalis familia conſenuit, maiore ſemper ad eruditionem ac facundiæ præſtantiam facta cum ætate acceſſione, mortuum laudauit Franciſcus Bencius tanto præceptore dignißimus diſcipulus, coram celebri cœtu ad S. Trinitatis in colle Hortulorum congregato, vbi & Muretus teſtamento condito ſepeliri voluit.* Sepulto elogium aſcriptum, quod Laurentius Beyerlinck ad Opmeeri ſupplementum retulit. Sic ſe habet:

Hic Marci caros cineres Roma inclyta ſeruat,
Quos patria optaſſet Gallia habere ſuos.
Stat colle hortorum tumulus, ſtat proximus aſtris
Qua propiùs puro contigit ille animo.
Tu ſacros latices lacrumans aſperge Viator,
Et dic, Heu linguæ hîc fulmina fracta iacent!

Et infra:

M. ANTONIVS MVRETVS LEMOVIX.

ad Dei miſericordiam obtinendam piorum precibus adiuuari cupiens corpus ſuum poſt mortem hoc loco ſepeliri iuſſit attributis mille ſcutatis huius Monaſterij Sodalibus impoſitoque onere perpetui Anniuerſarij. Nicolaus de Pelleué *Cardin. Senon. Teſt. Exec. poni mandauit.* Vixit an. LIX. menſ. II. obiit prid. Non. Iun. CIↃ. IↃ. LXXXV.

8. In hæc gratitudinis monimenta fuerat excurrendum oblatâ occaſione, nunc in viam redeamus, & cœptum curſum peragamus. Siculi certè noſtri Conuentûs Calaç. Hegonis.

Digitized by Google

1585. aſpirante fortunâ conatus ſuos non remiſerunt & ad diem Iunij menſis XIII. 1585.
Calatam Herenn tranſgreſſi ſunt. Vrbs ea eſt ſupra *Hipparim* fluuium, ab *Enna* *Calata girone.*
in Auſtrum XXIV paſſuum millibus, à *Platia* XV. diſtans, in dioeceſi Syracuſana, *Terra ampla.*
Ptolomæo *Iſpenim* dictam Leander Albertus credit. Cœnobium in ea inſtitutum noſtris eſt, titulo *S. Antonij* Abbatis, Ciuitate ipſa, in opus quod præclarum eſt & ſplendidum & in vitæ neceſſaria, impenſas liberaliter faciente, adeoque Ciuibus Fundationis gratiam debemus. Prima quidem initia ſatis ægrè
1593. proceſſerunt, quare in Acta referri non meruit antè annum 1593. poſtquam illa inconcuſſam firmitatem acceperant.

Conuentus Romanus 3. Andreæ. 9. Inter hæc ſatagebant *Carneualius* Generalis & *Iulius à Paula* Zeloſus vt Italis ſuis in Vrbe domicilium compararent, Galli enim voluntate B. P. N. quam publico inſtrumento expreſſam ferebant, ſubnixi, neminem alterius nationis in ſuo Sanctiſſimæ Trinitatis ſodalitio admitti poſſe contendebant. Erat in Vrbe Parochialis Eccleſia *Sancti Andreæ de Fratte* nuncupata (Frattas Itali *S. Andreæ de Fratte.*
rubos, virgulta, ſenticeta, ſæpes vocant) ad radices *Montis Pincij*, manu ſiniſtra qua in proximum Montem Quirinalem tenditur. Nomen illud Eccleſiæ factum à loci vaſtitate, quam temporum calamitates loco totius olim vrbis cultiſſimo induxerant. Eam verò Eccleſiam regebat homo Calaber *Renda* oriundus nomine *Petrus Peruginus*, quo cum familiaritas *Stephano* & *Iulio* noſtris in- *Perugino.*
terceſſerat, ex qua factum, vt homo ſtudioſus & amans hominum ſuæ gentis, in gratiam eorum Eccleſiâ omniq; iure ſuo ac beneficio cederet pactâ tantum ad vitam annuâ penſitatione. Ceſſionem *Sixtus* V. Pontifex ratam firmamque fore decreuit, noſtroſque animarum curâ onerauit, attributis omnibus quâ directè quâ indirectè ab eo loco mouentibus, nominatis etiam qui iura noſtra tuerentur & Apoſtolica autoritate vindicarent &c. cum clauſulis inſolitis, irritantibus &c. Editum diploma Pontificiæ conceſſionis & gratiæ VII. Id. Sep-
1587. temb. h. eodem anno, atque illicò poſſeſſionem noſtri adierunt. Relatum id in Acta proximè in ipſa vrbe celebrata, inſimul & conſtitum ne cui Prouinciæ addiceretur ſed vnius Generalis ditioni & imperio ſubiaceret. *Sixtus* V. Pont. cum Cardinalis *Atteſtini* teſtamentum reſcidiſſet, ex iis quæ in Conuentus noſtri *Ferrarienſis* gratiam legauerat, partem delibauit quam huic domui reſtaurandæ (temporum enim iniuria & vetuſtate penè collapſa erat) impendi voluit & mandauit, ſed partem quàm minimam, cum tamen in alios vſus maximam diſtraxiſſet. At verò cum tempore ſuis Deus affuit. *Octauius* enim *Bufalus* Filinæ *Bufal.*
Marchio & Patricius Romanus nobiliſſimus nouam Eccleſiam dirutæ vetere à fundamentis ducere conſtituit & ſuſcepit, erogatis in opus nouies mille ſcutatis, quibus opus in non contemnendam magnitudinem eductum eſt. Interuenit Marchionis mors immatura & præceps, ſed *Angelus* frater eiuſdem animi & virtutis hæres, non eſt paſſus vt tam excelſa & pia conſilia ſimul exciderent. Opus tamen necdum abſolui ad extremum potuit, & vſque nunc beneficam manum aliquam, quæ præclarè cœpta perficiat, præſtolatur. *Octauius* autem Marchio adhuc ſuperſtes quotannis ſolebat die feſto B. P. N. quatuor puellis, quæ ſeruandæ virginitatis ſtudio tenerentur, dotem numerare, cum prius inter Miſſæ ſolemnia coram Altari maiore velum accepiſſent: eam in rem perpetuos reddirus aſſignauit & teſtamento reliquit, facta Correctori eiuſdem Conuentus & Rectori Eccleſiæ, hoc eſt illi ex noſtris qui eo officio pro tempore fungeretur, optione puellarum quotannis eligendarum, modò Româ oriundarum, in quo non parùm pietatem ſuam Fundator ille noſter commendauit. Alia pleraque ſunt quæ poſſemus ad eius loci decus & gloriam meminiſſe, vt quæ in noſtrarum gratiam diuinitùs edita ſunt, ſed præſtat Chronici modum tenere quam in ſingula excurrere.

Conuentus Vicénarum qui & Patiſienſis. II. 10. In alterum menſem ſua Gallis per munificentiſſ. Regem *Henricum* III. gratia non defuit. Ab altero anno piiſſimus Princeps, ſeceſſum deuotionis cauſâ meditatus, Prioratum *Vicennenſem* Ordinis *Grandimontenſis* ad ſe receperat & ab eodem Ordine in perpetuum diſtraxerat. Nam & *Dionyſius Huraltus*, qui *Huraut.*
commendatò Monaſterium illud tenebat, ſpondente procuratorio nomine

Philippo

Digitized by Goog

1585. *Philippo Huraltо Chiuernio* Galliæ Procancellario, ius omne ſuum in Regis gra- 1585.
de Neuille. tiam ciurauerat, & *R. P. & D. Franciſcus à Noua-villa* Iunior, Ordinis totius Abbatem Generalem agens vt ab Ordine ſuo alteri cuicumque pro Regis voluntate ac Pontificis beneplacito addicendum diuelleretur & in perpetuum ſupprimeretur, paciſcentibus Regis nomine *Philippo Huraltо Chiuernió & Claudio Marcello* ſummo Ærarij Præfecto, ad diem menſis Aprilis XXVII. conſenſerat, cùm interim Rex Ordinis eiuſdem indemnitati conſulens Collegium *Mignonium* Pariſiis ſitum cum vniuerſis iuribus ſuis atque actionibus in *Grandipontenſes* tranſcripſiſſet, vt ſtudiorum causâ illic poſſent agere qui Pariſios mittebantur. Pacta conuenta rata & firma eſſe Rex edixit litteris vt vocant patentibus apud *S. Maurum de foſſatu* ad diem XIV. menſis Maij, eodem ipſo anno 1584. exaratis. Re ad Pontificem *Gregorium* XIII. delatâ, in omnia de quibus conuenerat conſenſit, dictamque diſtractionem, ſuppreſſionem, tranſlationem Apoſtolico Reſcripto Kalendis Octob. dato confirmauit, & ex tunc alteri Ordini quem Rex elegerat, addictum, vnitum & (vt loquuntur) incorporatum eſſe Prioratum illum conſtituens, adeoque & nouum Ordinem iuribus omnibus atque actionibus quæ iam olim Grandimontenſibus conuenichant ſubſtituit. Ad annum ſtetit hæc tranſlatio & ſubſtitutio, cùm Rex mutatâ certis de cauſis voluntate, noſtros in eam domum *Nigeone* traduxit & ipſo B. Lucæ peruigilio in 1585 17. Oct.
poſſeſſionem miſit, tumque primùm decantato veſpertino Officio coràm Rege, ſtabilem in futurum ſedem fixerunt. *Sixtus* V. inſtante Rege factum probauit, Minimos in omnia cùm Grandimontenſium tùm aliorum iura quam ampliſſimis verbis aſſeruit, edito diplomate ad diem Ianuarij menſis XXV. an. 1586. quod in Acta inſinuationum quas vocant relatum & deſcriptum poſtea 1586.
eſt. Rex ipſo ann. 1587. menſe Auguſto, apertis codicillis, locum & omnia 1587.
inde mouentia, perpetuis futuris temporibus noſtra eſſe ac fore, nullâ ſibi aut cuiquam reſeruatione indultâ, voluit, declarauit, edixit. In eandem poſtea ſententiam *Henricus* IV. Rex inuictiſſimus pronunciauit, litteraſque Regias & patentes conceſſit apud *Fontem-Blandi* menſ. Octob. an. 1599. quæ ſub al- 1599.
terum annum in Senatu & in Rationalium conſeſſu promulgatæ, ſolemni ritu 1600.
in Commentariis deſcriptæ ſunt. Quare in ſacro Conſiſtorio cum *R. P. & D.*
de la Faur. *Rigaldus Vaurenſis* Abbas Grandimontanus intentatâ lite noſtros vexaret, ſilentium illi perpetuum aliiſque omnibus impoſitum eſt, noſtriſque vindicata poſſeſſio quam Regum beneficio conſecuti fuerant. Ita ius noſtris adeò legitimè quæſitum, inconcuſſum hactenus & inuiolatum manſit. Verùm vt ad primam originem recurramus. *Vicennenſis* ſaltus denſo nemore conſitus, haud longè ab Vrbe *Lutetiâ*, quâ ſpectat in Orientem, Regum venationi dicatus erat. Nominis origo incerta, ſunt qui *vitam ſanam* dici debere affirmant, nec omninò abludit hodiernum nomen vt vernaculè ſonat, licet vt ſcribitur non parùm videatur abhorrere; res omninò conuenit, aër enim totâ illa regione ad parum defœcatus ſalubritatem ſenſibiliter ſpirat. In eo ſaltu *Ludouicus* VII. Rex, Iuuenis dictus, Monaſterium Grandimontenſibus inſtituit, poſt annos 112. quàm Ordo ille incœperat, (hoc eſt an. 1164. cum Ordo an. 1076. cœpiſſet) *Stepha-* 1164. 1076.
de Licinac. *no de Licinaco* Generali Correctore IV. adhuc ſuperſtite. Inſtituti fructum Rex ad alterum annum retulit, natus enim ei *Philippus*, à rebus geſtis *Auguſtus*, à conditione natiuitatis *Adeodatus* nominatus, qui demùm ann. 1183. magnam ſaltûs 1183.
partem muris circumdedit, ambitu *Lutetiæ* ipſius (vt fama eſt) pomœrium exæquantibus, qui hodieque ſuperſunt. Vrbem versùs Caſtrum ſiue Arcem exædificauit mirabilis operis, turribus, muris, foſſis, probè munitam, ſpatio & pulchritudine paucis comparandam. Intra ſeptum, quingentis paucioribus pluribuſve ab Arce paſſibus, Monaſterium ipſum eſt antiqui operis ac firmi, querceto ſuccinctum, muris ſuis in longum & latum exporrectis clauſum, aquis
Fontenay. è proximo pago cui *Fontanetum* nomen per tubos plumbeos deductis irriguum, & omninò tale vt ad ſeceſſum nullus poſſit eſſe locus iucundior. B. Mariæ Virgini ſacrum eſt, quod Grandimontenſibus Monaſteriis omnibus eſt ſolemne. Eccleſia tabulato diuiſa, in ſuperiorem atque inferiorem ab *Henrico* III. Rege

1585. distincta est, superior pictis lacunaribus tam pulchrè composita, vt Paradisi speciem quandam referre videatur. Ad antiquum Cœnobij opus nouum accessit longo tractu ductum in alterius Claustri formam & in iustam magnitudinem subleuatum, cuius fundamenta vidimus collocari fauente ac liberaliter promouente Nobiliss. & Clariss. *V. D. Nicolao Nouauillæo Villaregio*, à Secretis Regni Quatuoruiro sub Regibus *Carolo* IX. *Henrico* duobus & *Ludouico* XIII. qui familiam nostram suâ semper ope plurimùm iuuit. Ab antiquo etiam priuatorum quàm plura beneficia & fundationes hanc domum variis redditibus, censibus atque iuribus, auxerunt, sed eas commemorare præter institutum nostrum esset. Suam *Henricus* Rex III. à Patribus qui *Romam* V. ex Ordine vniuerso conuenerant acceptam & ratam haberi per litteras fategit, quibus etiam postulabat vt duo sibi è nostris concederentur qui semper in eius comitatu essent, atque his Patres cum incredibili animorum exultatione ac gratulatione annuerunt. Antehac verò, hoc est an. 1586. Corrector in ea domo primus institutus est *R. P. Ioannes Curianus*, vir magnanimus, plus & doctus, quem in progressu amplior manet laudatio. Dignum porrò est quod obseruetur Grandimontenses vulgo *Bonos-homines* fuisse nuncupatos, omniaque illis sub eo nomine donata fuisse quæ in fundationes aut alio titulo irrogata sunt, qui verò singulis domibus præerant *Correctores* primùm fuisse dictos; hæc autem omnia quàm aptè nostris, in *Gallia* maximè, conueniant, superuacaneum est adiicere. Sed & huius domus Correctorem, qui subinde Prior est appellatus, Cancellarium egisse conchyliati Ordinis à *Ludouico* XI. Rege nostro, sancti Michaëlis nomine instituti, sunt qui affirment, eamque illi dignitatem perpetuò adhæsisse quoad ab Ordine Grandimontensi non est distracta, licet iam olim domus hæc commendatò teneretur. Ego vnum *Venearium* Ebroicensem Episcopum & huius domus Priorem ea dignitate functum lego, quam vt credam Prioris nomine illi collatam nihil est quod persuadeat. Nostris denique possidendi aliquando huius Cœnobij spes nonnulla iam antè affulserat, cum scilicet *Carolus* Rex IX. pro suâ in nostros beneuolentiâ illud ab an. 1573. obtulisset, cupiens penes se habere quos præcipuo amore diligebat. Nam & ipse in Arcem *Vicennensem* secesserat, in quâ & paulò post vitæ finem accepit, quæ causa fuit huius consilij subuertendi. Hæc verò nos docent Acta Prouincialia eiusdem anni, quæ rei apud Regem agendæ curam *R. P. Iosepho Tellerio* Prouinciali commissam meminerunt. Sed omnia per temporum vices diuina Prouidentia sic temperat vt nihil eam frustretur.

1585. de Neuille Villeroy.

Conuentus Alnetensis. Enimuerò *Vicennensis* illa domus non sola per se consistebat, sed annexis præterea duabus aliis domibus gaudebat. Vna, non procul *Agenduco* siue *Prouino*, *Alneti* nomine, altera supra *Compendium* vltrà confluentem *Axonæ* & *Æsiæ*, *Bona domus* nomine. Prima est diœcesis Senonensis, secunda, Suessionensis, de quibus cùm ita ferat occasio amplius dicendum est. *Alnetensis* domus à proximo pago nomen accepit, qui fortè inter alnos constitutus ex eo *Alnetum* cognominatus est. Prima huius domus Fundatio in gratiam Grandimontensium Vicennensium facta est ab *Henrico* I. Comite Palatino Campaniæ & Briæ *Ludouici* Regis VII. genero, qui ob insignem erga Ecclesias liberalitatem *Largus* dici meruit, & *Trecis* quidem *S. Stephani* Ecclesiam exædificauit, multisque bonis locupletauit, in quâ & sepultus est, Episcopis verò Trecensibus priuilegia & gratias concessit de quibus Camusatus in Henrico Trecensi Epis. 57. Nec multò posterior Vicennensis hæc Fundatio, anno nimirùm 1168. peracta est, datis in continentem trecentis terræ iugeribus vallo per ambitum lato & profundo succinctis, & ad omnia ferè vitæ commoda instructis, vt quæ pratis, syluis, stagnis & aratiunculis occuparentur. Atque hanc donationem *Theobaldus* IV. posthumus, cognomine *Magnus*, Campaniæ & Briæ Comes Palatinus, *Henrici* nepos & posteâ *Nauarræ* Rex, à morte scilicet auunculi sui *Sancij Fortis*, an. 1231. Calend. Iunij confirmauit, cum interim *Theobaldus* III. pater & *Blanca* mater *Sancij Sapientis*, *Nauarræ* Regis F. & *Berengaria* Reginæ Angliæ Soror, pleraq; alia minora beneficia contulissent. Ecclesiam B. Mariæ Virgini sacram con-

1168.

1231.

Prouinc. Annoy. Compiegne.

strui

1585. ſtrui curauit Nob. Eques *Henricus à Nucibus*, dictus *à Campaniâ*, qualem hodie 1585.
de Noyers. Champagne conſpicimus operis firmi & ſplendidi, ab an. 1203. Hæc domus, *Vicennenſi* ad- 1203.
nexa diutiſſimè permanſit, quoad negligentibus Commendatariis, *Grandimontenſi* Monacho credita eſt, qui eam per reſignationem Sandionyſiano Monacho tradidit, atque ſic deinceps à *Vicennenſi* diſtracta per vices mutauit, ad vltimum verò in manus *R. D. Hieronymi Hennequini, Sueſtonenſis* Epiſcopi, quem in anteceſſum laudauimus, peruenit, qui pro ſuo in noſtros affectu Vicennenſi capiti ſuo reſtituendam & reüniendam facta eam in rem procuratione ſub die XXIII. Martij an. 1599. conſenſit, faciendamque vnionem Summo Pontifici remiſit. Is erat *Clemens* VIII. qui Apoſtolicis litteris iuxta conſenſum dicti D. Epiſcopi reſtituendam, reüniendam, & (vt loquuntur) reincorporandam edixit, prout de facto reſtituit, &c. ac ſi nunquam diuulſa, ſeparata & diſtracta fuiſſet. Litteræ Idibus Auguſt. an. 1600. datæ, Regiis patentibus codicillis menſe Maio an. 1600.
1601. apud *Fontem-Blandi* exaratis, prout iacebant, confirmatæ ſunt. At patentes Regis litteræ in Senatu & apud Rationales recitatæ an. 1605. publicis Commentariis aſcriptæ ſunt, & illis quidem die Ianuarij menſis XV. his verò X. Februarij, ac ſic deinceps iuris fuit Vicennenſium noſtrorum, cui tamen (vt mox dicemus) certis de cauſis & cum legitimâ cautione ceſſerunt. 1601.

Conuentus Bonæ-domus.

Bona-domus, quæ in veteribus inſtrumentis *de Erloy* cognominatur, quia in nemore ſic dicto ædificata eſt, vt videre licet apud *Duchennium* in hiſtoria Mommoranciaca vbi veteres quaſdam chartas ex Archiuo Vicennenſi deſcripſit, à *Philippo* II. Auguſto *Ludouici* VII. Vicennenſis Fundatoris filio, poſt quinquaginta & quinque annos, quàm Vicennenſis cœpit inſtitui, fundata eſt, an. nimirum 1219, ad menſis per circuitum ducentis quadraginta nouem, & quod 1219.
excedit terræ iugeribus circumductâ foſsâ munitis, quæ partim arationi apta, partim ſtagnis, pratis, ſyluis inſtructa & inſeſſa, præter vſum maioris ſyluæ quæ
de l'Aigue. ab *Aquila* (neſcio an ab *Aqua*) denominatur, quem eundem vſum valere voluit *Anſoudus* Miles *Offemontij* Dominus, vt qui cum Rege ius in ea ipſa ſylua participaret, litteris an. 1252. menſe Decembri confectis. Eam domum, qui 1252.
Vicennenſem commendatò acceperunt, ſemper tenuerunt, vt conſtat ex inſtru-
le Ventur. mentis locationis, nomine *Caroli* Cardinalis *à Lotharingiâ, Gabrielis Venaurij, Ebrecenſis* Epiſcopi, & aliorum, initis, quoad cum ipſa *Vicennenſi* domo ad nos peruenit.

Erectio Cœnuculi Alneti & Bonæ-domus;

Vtramque verò poſteâ diſtrahi Vicennenſes noſtri conſenſerunt, rogatu *R.*
Dupre. *P. Antonij Dupre* Prouincialis, ea conditione vt ſarta tecta repararentur, noſtrique Cœnobio per ſe conſtituto inhabitarent, cum regreſſus cautione ſi ſecus fieret aliiſque clauſulis publico inſtrumento expreſſis, quod Patres Prouinciæ an. 1622. probauerunt. Cum autem ad annos decem per Vicarios adminiſtratæ 1622.
fuiſſent, hoc demùm an. 1632. Correctores acceperunt, prædicto *R. P. Antonio Dupre* tertiùm in Prouincialem electo. Et *Alsetenſi* quidem præfectus eſt *V. P.* 1632.
Nicolaus Gernaſius ab annis quinque continuis in eadem domo Vicarius: *Bonæ*
Gernais. Ringard. verò *domui, V. P. Antonius Ringardus*, qui olim inhabitauerat. Hæc de *Vicennenſi* domo ſuiſque appendicibus dicenda nobis fuerant, quâ ex occaſione videbamur etiam de Ordine Grandimontenſi & eius Inſtitutore S. Stephano à Mureto nonnihil addituri, ſed actum ab aliis qui de Inſtitutorum Monaſticorum origine ſcripſerunt non agimus, ne multos tamen ſuo voto fruſtremur & vt rem ſatis obſcuram expetentibus communicemus, Vitam S. Stephani ex Officio Eccleſiaſtico quo Grandimontenſes vtuntur deſcribemus qualem ex M. SS. Vicennenſibus nanciſci potuimus. Ne tamen quæ noſtra ſunt longius differantur ad huius anni calcem reiiciemus.

Conuentus Villalonis.

11. Habemus enim duo adhuc Cœnobia in cenſum referenda, quibus *Caſtella* & *Aragonia* factæ ſunt auctiores. Primum eſt, quod in ipſo Sanctorum Omnium pernigilio *R. P. Franciſcus Rodriguez* Prouincialis cum ſuis inſeſſit apud *Legionenſes*, in municipio frequenti & nundinis celeberrimo quod populariter *Villalon* dicitur. Id ab Antiquis *Auiam Luiam* nominatum Hiſpani plerique obſeruant, pro *Luia* tamen nonnulli *Luia* legendum putant, ſed quid ſi *Luiæ*

Digitized by Google

1585. cognomentum inditum est ad distinctionem *Aniæ Iuliæ* quæ in Gallià nostra Phocensi? Nihil affirmo. *Villalon* haud procul *Foro-Egurorum*, suprà *Palantiam* in Occasum, infra *Legionem*, in cuius diœcesi est, in Austrum, mediis ferè in campis quæ ab Ortu *Estola* fluuio ab Occasu *Palantino* etiam fluuio, ab Austro amne *Durio*, à Boreâ montibus *Asturicensibus* claudunctur. Accepti sunt in eo municipio nostri die quem diximus, in ædibus primùm foro proximis, quas subinde mutauerunt, comparata enim beneficio Nobil. & Generos. *D. Ioannis Alphonsi Pimentel* Comitis *Benauentani* VIII. (de cuius laudibus & prosapiâ Lopezius Nobil. Hispan. l. III. cap. IV.) S. Andreæ Parochiali Ecclesiâ muris ipsius oppidi ad portam, quâ iter est *Maiorgam* oppidum in viciniâ Comitatus etiam titulo clarum & familiæ Pimentellorum hæreditarium, contigua, Cœnobium ad eam exstruxerunt, remissa Ecclesiæ *S. Petri* animarum curâ. Quæ omnia *R.D. Franciscus Truxillo* Legionensis Episcopus litteris suis comprobauit. In eo Cœnobio *R.P. Lucas à Montoia* sacra B.P.N. Francisci lipsana quæ à Comite Luxensi acceperat deposuit, ea verò ad plura miracula valuerunt & in dies salutari ope sua non parùm ad omnia morborum genera proficiunt. Primus Corrector in Capitulo Generali Rom. V. an. 1587. adhibitus est *R. P. Gaspar à Balbea* vir doctus & pius.

1585.
Medina de rio sicc.
Ysla. Carrion. Ducro.
Pimentel. de Benauent.
Truxillo.
de Balbea.

12. Alterum est *Cascantense* apud *Nauarros*, tit. *B. Mariæ à Victoriâ*, in quod Aragonij nostri hoc anno & die mensis Nouemb. XXI. transierunt. Factum id Ciuium beneficio & gratiâ, qui propterea maius Altare patronatus iure ac nomine retinent. Sacellum verò B.P.N. sacrum, Nauarræ Prior; & alterum B. Mariæ Angelorum dicatum Prior *Verlangæ* eodem sibi iure vindicant. Sed & Acta 1587. Capituli Generalis Romæ VI. celebrati Nob. Virum *D. Ioannem Firminum à Veteri-monte* in alterius sacelli Fundatorem ascriptum habent. Ecclesia magno per totam regionem nomine celebratur & frequens ad eam populi concursus habetur. Hortis gaudet spatiosis & viuario peropportuno instructis. *Cascantum* noti apud veteres nominis oppidum est, Nauarræ & Aragoniæ conterminum, leucis duabus supra *Turiasonem* versùs *Iberum* fluuium totidem, à *Tutela* quæ *Ibero* adiacet, inter *Cæsaraugustam* ad Ortum leucis XII. & *Calagurrim* ad Occasum leucis VII. *Turiaso* autem vrbs est Episcopalis in cuius diœcesi *Cascantum* esse puto. Meminit nostri *Cascantensis* Conuentus *D. Petrus Iacobus Tristan* in Vita B.P. Simonis Garciæ qui sanctam vitam feliciter eodem in loco sicut ante prædixerat finiuit. De *Cascante* autem Tribaldus hoc elogium habet:

Cascante. Tarazona. Ebro. Tudela. Saragossa. Calahora.

Cascanto *Pomona suâ dat ab arbore poma.*

Not. de S. Stephano Grandimõtensi.

13. Sed quando & nos ad finem anni procurrimus, præstanda sunt promissa de vita S. Stephani Grandimontensium Institutoris, & sequitur totidem lectionibus quot spatiis distincta.

VITA S. STEPHANI GRANDIMONTENSIS ABBATIS.

Ex officio quod in Transitu eius recitari solet à Grandimontensibus.

FVit in Aruerniæ *partibus homo quidam nobilis* Stephanus *nomine, de* Tierno *Dominus, cuius vxor* Candida *nuncupabatur. Cui diuino nutu natus est filius, qui semper virgo permansit, & in signum corone quam meruit de nomine patris* Stephanus *est appellatus. Quem progenitores sui more nobilium diligenti studio educarunt, cùm ad intelligibiles peruenisset annos ad addiscendum litteras tradiderunt, tanto carius eum diligentes, quanto elegantioris formæ & bonæ indolis puer cœpit apparere.*

Crescente itaque puero & in litterarum scientia magis magisque proficiente, & interea corpore S. Nicolai *translato à* Myrea *ciuitate ad vrbem quæ* Baro *appellatur, præfatus nobilis vir* Stephanus *cœlitus inspiratus illic cum multis aliis ad orationem procedens, filium suum puerum* Stephanum *Domino præordinante secum duxit, quia eum antè omnia diligebat, & ideo absque eo esse non poterat.*

Vnde cùm per Beneuentanam *completis orationibus feliciter remearet, puer idem oblatus Deo qui parvulos suscipit infirmatus est. Eo verò tempore Beatus* Milo *prædictæ Ciuitatis*

Digitized by Google

1585. tatis Archiepiſcopatum regebat. Huic viro de quo loquimur cognitus à iuuentute in finibus Aruerniæ vnde genus habuerat. Cui Archiepiſcopo nobilis prædictus filium ſuum commendauit, vt infirmitatis eius curam ageret, & ſi viueret eum erudiret. Erat enim puer Stephanus iam duodenus. Volebat autem omnipotens Deus quatinus puer ea ætate ſibi ſeruire inciperet qua filius ſuus à parentibus ſecundùm carnem ad templum deductus eſt. Et quemadmodum puer Ieſus remanſit in Ieruſalem, ſic puer iſte remanſurus erat in itinere Deo diſponente. 1585.

Sicque nobilis prædictus caro pignore deſtitutus, deſolatus ac mœſtus ad propria reuerſus eſt. Poſt paucos verò dies, diuina operante clementia, puer ſanus factus eſt, & quaſi oblitus patris & patriæ, hilaris & gaudens in terra fuit aliena. Vnde Archiepiſcopus velut pius pater & fidelis doctor, apud quem duodecim annis moratus eſt, bonitatem & diſciplinam, & ſcientiam ipſum ſtudioſius edocuit, ac ipſum à ſcholis vacantem cùm ſuæ dioceſis placita pertractabat pedibus ſuis aſſiſtere faciebat.

Puerilia igitur Stephanus metas excedens, defuncto Archiepiſcopo Romam ingreſſus, cum quodam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali per quatuor annos permanſit, & de diuerſis diuerſarum Religionum actibus, & diſpenſationibus totius Eccleſiæ, Catholicos viros ſæpiſſimè diſputantes audiuit, & de prædictis edoctus, à Romano Pontifice cui benè notus erat deuotiſsimè petijt, vt ordinem quem in Calabria obſeruari didicerat per quandam religioſam congregationem, arctâ viâ incedentem & vnanimiter in Clauſtro ſine proprio viuentem, & obedientiam humani generis reparatricem pro ſuis viribus cuſtodientem, & mundum ſibi & ſe mundo crucifigentem, & in cruce Chriſti gloriantem, in ſuorum remiſsionem peccatorum ſibi alicubi obſeruare concederet. Cui Chriſti Vicarius quod petebat conceſsit & omne bonum quod ageret ei in pœnitentiam & virtutum præmium iniunxit.

Et diſcedens à Curia Romana Tiernium redijt, ſed paruam ibi faciens moram, à parentibus, fratribus, cognatis & amicis, qui de regreſſu eius admodum gaudebant, ſolus latenter receſsit, & in Aquitaniam ad nemoroſum montem qui non longè diſtat ab vrbe Lemouicarum & Muretum dicitur, Chriſto ducente peruenit. Vbi facto de virgultis paruo tugurio anno Domini milleſimo ſeptuageſimo ſexto, triceſimum agens ſuæ ætatis annum Deo in fide catholica ſe ſeruaturum ſpopondit: & cum quodam annulo, quem de omni ſubſtantia mundi habebat, ſemetipſum caſtiſsimum Virginem Chriſto deſponſauit, & ibidem in ieiunijs & orationibus continuis ſeruiens Deo die ac nocte vltra ad ſeculum non rediens quinquaginta annos ferè complenit: ſciens quod quærentibus & diligentibus Deum frequentia hominum & copia rerum nociua ſunt, vtilia verò paupertas & ſolitudo, vt eſt terra ſolitudinis montis prædicti Mureti ſilueſtris & ſterilis ac ferè omni tempore hyemali hominibus inſueta, aſſueta feræ, afflictionem corporis illi offerens & requiem mentis promittens.

A die namque conuerſionis eiuſdem, cibus eius panis & aquæ fuit, & interdum farinule ſiliginee modica ſorbitiuncula, quæ cæteris caterarum farinularum ſorbitiunculis minus ſapida neceſsitati vtcunque ſeruit non delectationi. In ſenectute tamen à triceſimo ſcilicet conuerſionis ſuæ anno, modico vino vſus eſt propter ſtomachum, quem ciborum ariditas & penuria nimis arctauerat. Verumtamen diſtrictionis ſuæ regulam & menſuram poſsibilitatis ſuæ nemini imponebat, ſed quemadmodum inchoauerat ſibi quidem crudelis & aſper aliis pius longéque moderatior erat. Sciebat enim quod ſecundum collatam ſibi cœlitus gratiam, alius alio fortior eſt, & non omnia poſſumus omnes.

Cumque duo Legati Cardinales in Galliam miſsi ipſum in ſolitudine Mureti viſitaſſent, & de eius conuerſione diligenter inquiſiuiſſent, octauo die ab eorum receſſu, pridie Nonas Februarij nullo tamen dolore vexatus ſe totum contulit doctrinæ diſcipulorum ſuorum & orationi. Sciuit enim per Spiritum ſanctum diem ſui obitus appropinquare. Quibus quærentibus quomodo poſt eius mortem ſine temporalibus viuerent, reſpondit; Deum ſolum vobis relinquo cuius ſunt vniuerſa, cuius etiam amore cuncta pariter ac voſmetipſos reliquiſtis, ſi amando paupertatem ei conſtanter adhæſeritis nec à veritatis via declinaueritis, ipſe iuxta prouidentiam ſuam qua mirabiliter gubernat omnia, vobis quod expedire nouerit largietur. Et quinta die dolore inuaſus, in oratorium portatus, finita Miſſa, poſt ſacram Vnctionem & receptionem corporis & ſanguinis Domini, fratribus fientibus pſalmoſque cantantibus, octogeſimo ætatis ſuæ anno, in ordine Diaconatus, ſexta feria, ſexto Idus Februarij dicens: In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, feliciter migrauit ad Dominum.

1586. Benedictus Gononus Stephani noſtri vitam noniſſimè recenſuit in opere de Vitis Patrum Occidentis, nihilo tamen minus hanc æquo Lectori gratam & acceptam fore mihi perſuadeo. 1586.

1586. *An.* M. D. LXXXVI.

Conuentus Caſtallæ. 1. Hic annus vno tantùm aut altero ſucceſſu cui ſit definitus dies inſignis haberur, pluribus verò qui ſolam ipſius anni notam præferant. De illis igitur primùm dicemus. Ad diem VIII. menſis Maij, *Valentiâ Caſtrum altum* Hiſpani noſtri progreſſi ſunt, & domicilium à parte Septentrionali procul ab oppido quantùm eſt iactus exploſi ſclopeti acceperunt. Eum locum anteâ tenuerant Franciſcani excalceati, ſed premente penuriâ & rerum anguſtiis, illum deſeruerant, ſubinde verò noſtris facta eſt ſpes per accolas fortunæ melioris. Et reuerâ ſatis prolixâ liberalitate illos proſequuti ſunt, exædificatâ Eccleſia quatuor ad vnumquodque latus ſacellis inſtructâ, Clauſtro etiam non contemnendi operis ac reliquis ædibus elegantèr exſtructis, accedit hortus ſpatioſus ac ferax quem copioſus fons irrigat. Titulum retinet *Sancti Sebaſtiani* quem olim habebat. Accepti gratiam Hiſpani referunt *R. P. Marco de Noa* (quidem legunt *de Noya*) pro tempore Prouinciali, qui magnum apud ſuos nomen rerum geſtarum gloria & magnitudine prometuit. *Caſtum-altum* eſt, quod nunc *Caſtalla*, ſiue vt ſcribit Eſcolanus, *Caſtralla* vocatur, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Regno Valentiæ, ſuprà *Illicitanum* ſinum, ad fluuium à quo ſinui nomen, leucâ vnâ ab *Apiario* (nunc eſt *Biar* ſeu *Biaz*) qua iter eſt *Alontem* ſeu *Ilicem*, infra radices montis ſibi cognominis, quadringentis ædibus conſtans & in ditione nobilis *Latrenum* familiæ, qua de re multis agit Eſcolanus in Hiſtor. Valent. l. IX. cap. XI. *Caſtalla.* *Golfo d'Alicante.* *Biar.* *Alicante.* *Latrenes.*

Obit. Card. Ateſtini Protect. 2. Anno in finem exeunte ſublatus nobis beneficentiſſimus ille ac omni laudatione maior Cardinalis *Ateſtinus* qui ante annum familiam noſtram ſingulari amoris teſtificatione in fidem ſuam atque clientelam receperat. Eum nos quidem laudare conuenit ſed cùm nulla meritis eius par eſſe poſſit oratio id alienis verbis peragemus, nec melius credo quam Auguſti Thuani Hiſtor. l. LXXXIV. *Abſtulit hic annus* (inquit ille) *Ludouicum Ateſtinum Cardinalem generis humani delicias, quidni enim tantum virum vel Titi elogio citra inuidiam appellem? patre* Hercule II. *Ferrariæ Duce & matre* Renatâ Ludouici XII. F. *natum, vt ab cognominem ſic magnitudine animi parem, munificentia verò in omnes quibuſuis Principibus qui ſunt aut fuerunt longè ſuperiorem, ita vt in ea Vrbe in qua tanquam in publico Chriſtiani Orbis theatro tot annis admirationi omnibus fuit, Theſaurus pauperum, ſacri Collegij ſplendor, aulæque Romanæ ornamentum dici meruerit; quod vel auguſti oris verè regia forma præ ſe ferebat. Sanè* Io. Baptiſta Porta *Neapolitanus, qui inſigne phyſiognamicon opus conſcripſit, non ſolum illud ex dicauit ſed ipſius imaginem tanquam eximium effictæ ad omnes virtutes ejus exemplum libro præſcripſit. Igitur quod alij in vaſtis ædificiorum molibus & otioſis diuitiis exſtruendis inſumunt, id ille totum demerendis hominum per liberalitatem voluntatibus ac tenuiorum fortunis ſublemandis impendit, eas ſolas veras opes ſe poſſidere exiſtimans, non quas ſeruaret, aut ad ſplendorem & vſus priuatos ſepoſuiſſet, ſed quas amicorum neceſſitatibus non rogatus donaſſet.* Et poſt aliqua de illius erga res Gallicas affectu interiecta. *Tandem continuus arthritidis doloribus attenuatus & nimio nitus vſu debilitatus neruis, accedente ad incommodam valetudinem publicè rerum noſtrarum merore in lætalem morbum incidit, ex quo commendata prius Deo anima cum maximè ſerios de rep. cum* Ioanne Viuono Pizanij *Marchione Regis apud Pontificem dignißimo Oratore &c. habitos ſermones, animam benè de regno & genere humano meritam* III. *Kal. Ianuarij creatori ſuo reddidit. Vixit annos* XLVII. *& vi vita tot beneficiis in omnes veluti diſperſa fuit, ſic & funus diuiſum, nam cor in Gallia* Auguſtæ Auſciorum, *cuius ciuitatis Archiepiſcopus erat, viſcera* Romæ *ad B. Ludouici condita ſunt, corpus* Tybur *portatum & iuxta* Hippolyti *patrui in Franciſcanorum templo tumulatum fuit. In huius funere duo celeberrimi totâ Italia viri ingenij vim exercuerunt* Baptiſta Guarinus, & Leonardus Saluiatus, *quorum alter Latina, alter Italica oratione, virum omni gloria dignißimum laudauit.* *Viuon.*

Digitized by Google

1586. uit. *Modum & rationem Historiæ excedat qui tot liberalitatis ac tot in omni genere hominum benefactorum regia magnificentia & humana pietate collatorum exempla quæ toto Orbe Christiano depradicantur colligere velit*: His addo præclarum de illius funere carmen quod *Guillelmus Blancus* Vencienſis poſtea Epiſcopus cecinit: 1586.

Cur voluit Princeps Roma ſua viſcera condi?
An quia viſceribus condita Roma ſuis?
Cur voluit magnum Gallis cor vt eſſet in orbe?
An quoniam cordi Gallia magna fuit?
Cur voluit pulchro ſepeliri Tybure corpus?
Annè in deliciis quod ſibi Tybur erat?
Fallor, habet magnum cor Gallia magna, quod excors
Audito patris funere facta fuit.
Viſcera Roma tenet, tam ſacro Principe rapto,
Quod ſua viſa ſibi viſcera Roma rapi.
Tybur habet corpus, quoniam ſua corpora ſenſit
In partes ſeſe diſſociare ſuas.
Gallus, Romanus, Tyburs, cor, viſcera, corpus,
Senſere auferri reſtituique ſibi.

In communi luctu non communis lugendi cauſa nobis fuit, quibus tantum columen citiùs ſubtractum eſt.

Protect. vtr & Vicepro-tector.

3. *Sixtus* Pontifex à morte tanti Principis nos homini domeſtico & familiari quem nuper ſacrâ purpurâ exornauerat, commendauit. Is fuit Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Ioannes Caſtruccius*, qui ex Archiepiſcopo *Theatino* in ſacrum Senatum anno ſuperiore xv. Kalend. Ianuar. allectus eſt, & ex hoc ad nouem annos familiæ noſtræ prouidentiam egit vt ampliùs ad illud tempus meminerimus. Per vices autem publicis rebus adhibitus & ob eas Româ progreſſus in Protectoris officio Collegam accepit, quem in Cardinalitia dignitate ſuſcipienda conſortem habuerat, Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum *D. Hippolytum Aldobrandinum* poſteâ *Clementis* VIII. nomine Summum Pontificem, qua de re in progreſſu dicendum recurret. Pergimus ad ea interim quæ hunc annum ſimili euentu contexuerunt. A lætis & felicibus auſpicamur.

Caſtrucci.

Aldobrandino.

Conuentus Venetiarum

4. *Carneualius* Generalis propagandi Ordinis admodùm ſtudioſus non Romæ tantum Italis ſuis domicilium comparare contendit, vt anno ſuperiore diximus, ſed eos *Venetias* inducere toto animo procurauit. Quam in rem *RR. PP. Nicolaum à Chriſtiano* & *Ioannem Baptiſtam à Sarracina* Procuratores inſtituit, & cum mandatis ab an. 1584. quo primùm in Generalem electus fuerat *Venetias* allegauit. Ad annos ferè duos certam ſibi ſedem conſtituere non potuerunt vſi interim hoſpitio Nobil. & Generoſ. Equitis *D. Antonij Milcaconne* (ſi nos in eos nomine Montoia non fallit) qui eos liberaliter apud ſe habuit. Hoſpitum vicem, hoſpes & ipſe apud Venetos Nobiliſſ. *D. Cæſar Caraſa*, miſertus, quâ erat apud Senatum gratiâ illos tam opportunè iuuit, vt eos ciuitate donari poſt longas illas moras impetrauerit. Ciuitate donatos Nobil. *Quirinorum* familia neceſſario fauore continuò excepit, quæ ſacram *S. Bartholomæo Apoſtolo* ædem cum hoſpitali domo attinente illis attribuit, Senatu laudante, Patriarcha probante, ac Summo Pontifice confirmante. Cognomen ædi erat *S. Bartholomæi à Caſtello*, quod à regione in qua ſitum eſt retinebat, caſtellũ verò eſt quod *Olivolum* Veteres dicebãt. Vetuſtate collapſa ædicula, poſt annos duos quàm noſtri cœperant incolere, viſa eſt reſtauranda, quod factum fauentibus *Quirinis* & noſtris allaborantibus, neque id breuius & melius poteſt quam inſcriptione primarij lapidis in fundamenta miſſi memoriæ commendari. Ea verò eſt quæ ſequitur.

Milcaconne.

Caraſa.

Quirini.

Huius Ædis Minimorum ſancti Franciſci de Paula, Diuo Bartholomæo Apoſtolo dicatæ, reſtaurandæ fundamenta iacta fuerunt à Fratribus eiuſdem Ordinis, Sixto V. Pontific. Max. Paſchali Ciconia Duce Venetiarum, Ioanne Triuiſano Patriarcha, Franciſco, Marino, Ioanne & Aloyſio de

Digitized by Google

1586. *Quirinis Fundatoribus : anno à Natiuitate Domini* M.D.LXXXVIII. 1586.
1588. Gratiam igitur Cœnobij apud Venetos instituti debemus primùm *Quiriais* Fratribus *Hieronymi* FF. quorum maior natu *Franciscus* non tantum generis nobilitate, sed scriptis etiam prosa versaque oratione inclaruit, *Marinus* Concordiæ Episcopus pietate præstans & in nostros omnium beneficentissimus hanc ipsam ædem sacris pignoribus incomparabilis pretij exornauit: tum etiam *Paschali Ciconiæ* Duci ac *Ioanni Triuisano* Patriarchæ, qui lapidem primarium magna cum celebritate ac totius penè Ciuitatis concursu in fundamenta miserunt, quorum memoriam non possumus ad gratitudinis vicem dignius commendare, quàm sepulchralibus inscriptionibus, quibus eos posteritas dignata est : Paschali Ciconiæ hoc ascriptum est apud Crucigeros.

PASCHALIS CICONIÆ VENETIARVM PRINCIPIS MEMORIÆ SEMPITERNÆ.

Qui post remp. domi & foris è dignitate sæpius administratam, post Cretensem Insulam cui per decennium summo cum imperio præfuit in nauali ad Echinadas prælio incolumem reseruatam, qua causa Cydones illi statuam in foro E.C. Patriæ suæ tandem Princeps mira omnium consensione creatus, eam pariter per decennium tanta assiduitate & diligentia gubernauit, vt de eius commodis atque vtilitatibus non prius finem fecerit quàm animam efflauerit, & ad superos cum diu æternitati suæ interfuisset non sine opinione sanctitatis euolauit. Obiit die 11. *April.* M.D.XCV. *ætatis suæ* 85. *&c. Principatus* IX. *&c.*
Ioanni Taruisino hoc alterum in Cathedrali & sacello à se condito, ab vna quidem parte:

Ioannes Triuisanus Iur. Vtr. Doct. Patriarcha Venetiarum D. Cypriani Abbas, omni virtutum genere ornatissimus & in obeundo munere Episcopali præstantissimus hanc aram D. Ioannis Euangelistæ dicauit, dotauit & sepulchrum sibi vivus posuit CIↃ.IC.LXXXVIII.

Ab altera verò:

Patriarchales prouentus valde auxit, annexa Abbatia S. Cypriani, Sixti Papæ autoritate ac Senatus fauore. Vixit annos 87. *Patriarcha* 30. *Abbas* 60. *Decessit* III. *Non. Aug.* CIↃ.IↃ.XC.

Parem denique gratiam *D. Cæsari Carafæ*, si non maiorem habere nos conuenit. Is Ecclesiam vt diximus restauratam & meliori formæ redditam magnificentissimo lacunari per *Ioannem Contarenum* eximiis picturis decorato, à quo & gentilitia suæ familiæ illustrior & Principum, *Pauli* videlicet IV. Pont. Sum. *Caroli* Cardin. *Tiberij* Ducis *Nucerini* & *Ioannis Paliani* etiam Ducis, symbola suspiciuntur, exornauit, ac sacello ad maioris Altaris dextrum latus condito amplificauit, in quo suæ gentis monimentum posuit ascripto ad memoriam suæ beneficentiæ hoc bipertito elogio, ad dextram:

Cæsar Carafa filius Diomedis fratris Illustrissimi Tiberij Carafæ Ducis Nuceriæ, patria relicta aliam inuenit Senatus Veneti erga se benignitate, vbi in spem certam sibi posuit hanc domum quietis vsque ad diem mundi vltimum:

Et ad sinistram:

Vt plures apud Deum hoc respectu pro se Sanctos deprecatores haberet, Cæsar Carafa Beati à Paula Francisci familiam summo studio traducendam impetrauit, vbi ipse sibi & posteris suis Sacellum ac monumentum ædificandum curauit.

Frustra post hæc adiiciam singulari pietate B.P.N. à Venetis coli, quorum liberalitas non modò in ædibus ad nostrorum vsum exstruendis se prodidit, sed

deuotio

1586. deuotio in ſingulos dies in ſacrâ illius æde frequentandâ ſe oſtendit, tum maximè feriis ſextis frequens ſolet haberi concurſus, quem diuinitus edita miracula nunquam non remunerantur. Relegendus Sanſouinus in Venetia lib. II. tit. Sanct. Franciſcus de Paula, quo nomine communiter Cœnobium noſtrum compellatur. At de Vrbe ipſa Venetiarum quid dicam cuius dignitati, nobilitati, præſtantiæ laus omnis impar eſt? Situm indico, in æſtuariis intimis *Sinus Adriatici* ſeu paludibus Gallicanis, inter Vrbem Romam ad Meridiem ccxe. paſſ. millibus *Viennam* Auſtriæ in Boream ccclxxv. *Mediolanum* in Orientem clxv. Inſulas modicas circiter lx. complectitur. Laudes Poëtis permitto: Actius Syncerus Sannazarius. 1586.

Viderat Adriacis Venetam Neptunus in vndis
Stare Vrbem & toto ponere iura mari:
Nunc mihi Tarpeias quantumuis Iupiter arces
Obijce, & illa tui mœnia Martis, ait:
Si pelago Tibrim prafers, Vrbem aſpice vtramque
Illam homines dices, hanc poſuiſſe Deos.

Scaliger pater:

Perusia barbaricis tellus Oenotria turmis,
Pertulit impoſiti pondera dira iugi.
Ipſa ſuos fleuit populares Roma Quirites:
Senſit & indomita noxia tela manus.
Haud tulit hoc Genius: cuius fatalibus auſis
Tutior in medio Roma renata mari eſt.
Clara virum Virtus animo: inſatiata cupido
Imperij: vaſta non numerantur opes.
Iupiter, haud temerè tua ſunt ita diſſita cali
Mœnia, ſi poſſunt tangere, parte cares.

Hæc illi, nec minora reliqui omnes prædicant, & quid non Audebertus noſter ſingulari poëmate quo torquem ac Equitis dignitatem promeruit? Addo numerale diſtichon quo fundatio indicatur,

Vrbs exCVLta VIrIs ferroqVe togaqVe ſVperbIs
FLVCtIbVs ÆqVoreIs nobILe ſVrgIt opVs.

Iconem exhibuit Braunius lib. I. tab. xliii. Hiſtoriam ſcripſit Sanſouinus innumerique alij, nos paucula hæc tenuiter ex occaſione libauimus.

5. *Nuceriam Venetijs* tranſgrediamur, vbi & ad hunc annum noſtri ſedem fixerunt. fruſtrâ enim eſt Montoia qui ad ann. 1588. differt & qui eum ſequitur Iſnardus, Acta enim Generalia M. SS. inſequentis proximè anni *Nucerinum* Conuentum diſertè aliis aſcribunt. Eſt autem *Nuceria*, de qua loquimur, non illa *Vmbriæ* vrbs ad *Tiniam* fluuium, ſed *Picentinorum* Vrbs mediterranea, Epiſcopali dignitate fulgens ſub metropolite *Salernitano*, ad *Sarnum* fluuium ſita, viij. millibus à *Salerno*, xx. à *Neapoli* viij. item à *Stabiis Pompeij*, ix. à mari, cui cognomen factum *à Paganis* quod in ea Sarraceni è Sicilia eiecti ſub Frederico II. habitarint. In eam Vrbem inducti noſtri ab Ill. *D. Fabricio Pagano* Nucerino Patritio, qui prædium attribuit, in quo Cœnobij iacta fundamenta, eius quamprimùm morte interueniente, ſatis ægrè poſtea proceſſerunt, non defuit tamen Ciuium beneficentia quibus adiuuantibus opus ad non contemnendam magnitudinem perductum eſt, & eorum quidem liberalitate noſtri etiamnùm ſuſtentantur. Nomen habet *S. Mariæ à Sanitate*, neque his plura nouimus. Addo, *Nuceriam* dictam videri ab antiquis *Lucriam*, cuius agri præſtantiam laudat Cicero, vt reuerâ hodieque amœniſſimus eſſe atque vberrimus ac pagorum multitudine decoratus conſpicitur.

Conuentus Nuceriæ.

Nocera delli Pagani.

Pagani.

6. In eodem tractu ad maris littus *Meſſa* eſt recentioris nominis Vrbs, & ad diſtinctionem *Lubrenſis* cognominata, Epiſcopali titulo florens, IV. paſſuum millibus à *Sorrento*, cui ſubeſt vt metropoli ſuæ, contra *Capreas* Inſulam, quam exaduerſo proſpicit è promontorio *Minervæ*. Diſtat à *Neapoli* xxx. paſſuum millibus, interiecto gurgite Neapolitano. Cœnobium in ea Ciuitate noſtris con-

Meſſa.

Digitized by Google

1586. ſtitutum, fundatrice nobili *Lipamelorum* familia, cui titulus eſt *SS. Proceſſi & Martiniani* Martyrum. In Actis alterius ab hoc anni deſcriptum eſt, ac deinceps in aliis vt cauſa ſe obtulit. 1586.

Not. de Cõuentu Coriliani. 7. Sed neque in præſens reticendum, Corilianenſes noſtros ædiculæ cuidam, quam ſibi B. P. N. lapidis iactu procul ab reliquo opere vt ibi ſecretius ageret poſuerat, ab annis cxx. & quod excurrit ædificatæ, iam nunc verò ſeu vetuſtate, ſeu alio caſu collabenti, maioris ambitus baſilicam circumduxiſſe, veteri nimirùm illâ reuerentiæ ergò (vt decebat) ſeruata, quod factum multis deinceps miraculis ad imaginem B.P.N. quæ illic perſtabat editis gratum ſibi atque acceptum Deus oſtendit. Nonnulla in fidem, noſter Montoia expoſuit. Statum id & ſolemne, Imaginem quam diximus in futuræ pluuiæ ſignum, ſi quando petitur à cœlo, ſudorem magnâ copiâ emittere. Singularia pleraque ſunt vltrâ communem fidem, vtputa homini toto corpore ab ruina parietis comminuto præſtitam ex tempore incolumitatem, & ſi quæ ſunt eiuſmodi. Sed hæc commemoraſſe præter inſtitutum noſtrum fuerit. Non poſſum tamen hoc quod ſequitur prætermittere, licet poſt annos nouem acciderit. Rogauerat B.P.N Franciſcus, cùm ageret Coriliani & maioris altaris fundamenta poneret, ab incolis qui circumſtabant, ſi quando Turcæ agrum ſuum deuaſtaſſent, ſi quando bruchus vineas aut ſegetes exediſſet, ſi quando denique Corilianenſes angina laboraſſent; reſpondentibus illis ab hominum memoria nihil ex iis accidiſſe, tollens ipſe lapidem quem in altaris fundamentum miſit, cum hic lapis, ait, à fundamento deficiet, tùm ex iis quæ dixi aliqua Corilianenſibus contingent. Acceptum id tanquam quod fieri minimè poſſet. Sed cum poſt hos centum triginta & plures annos effuſa in vineas atque ſegetes bruchorum multitudo cuncta depaſceretur, eodemque momento Eccleſia noſtra interdicto ſubiecta eſſet (quod factum iure an iniuria non diſquirimus) quidam *Marianus Malagrinus*, *Ioannis* qui tertium Ordinem noſtrum profeſſus fuerat, nepos, populum ſubmonuit de ſancti viri prophetia quam ab auo acceperat, ipſique ex traditione nouerant, & verò iam nunc tempus adeſſe quod ille prædixerat, nec vanam *Mariani* interpretationem euentus docuit, ſublato enim ad tumultum populi interdicto, animalcula illa turmatim quaſi audito claſſico conglobata in mare ſe dederunt quæ fluctu reciprocante in littus poſthæc eiecta & in aceruos conglomerata in miraculi memoriam quam diutiſſimè perſti-
1595.
terunt.

Obitus P. Bartholomæi à Paterno. 8. *R. P. Bartholomæus à Paterno* poſt annos ſeptem quàm Ordinẽ noſtrum profeſſus fuerat, & quamprimum Sacerdos ordinatus eſt, viuendi finem fecit, cum tantâ ſanctitatis opinione, vt de eo prædicare poſſimus quòd conſummatus in breui expleuerit tempora multa, necdum enim annum 25. exceſſerat & adeò tamen patientiâ excelluerat, eiuſque tam illuſtria documenta dederat, vt vulgo Iob alter haberetur & diceretur. Inuictâ igitur animi conſtantiâ perſtitit aduerſus diaboli machinationes & hominum perſecutiones, quibus eum multis modis, Deo ſic prouidente ad ſerui ſui meritum & gloriam, exagitauerunt. Nunquam vel minimo verbo de vlla iniuria quam paſſus fuiſſet ſenſum dedit, ſed humiliter ſe ad omnia tantoperè abiecit, vt incredibilis humilitas admirationi omnibus eſſet. Ieiunium perpetuum coluit ex quo religioſam veſtem induit, feſtis tantum diebus parciſſimè cibos deguſtans, vt ieiunium ſoluiſſe videretur. Vt vixit ſic & mortuus eſt nondum exacto ætatis anno xxv. *Paterni* apud ſuos conditus, vbi piè illius memoria colitur.

Obit. Soror Stephanæ Serafinæ. 9. Suo etiam funere hunc annum nobis triſtem reliquit, ſibi fauſtum ac felicem nacta eſt, Soror *Stephana Serafina*, Laicam *Panormi* in noſtro Septem Angelorum Monaſterio profeſſa. Morum enim ſanctimoniâ ſic eluxit, vt non ſatis poſſit eius virtus, humilitas præcipuè atque abſtinentia & pœnitentia, prædicari. Certè ingenioſa fuit ad varias domandæ carnis artes inueniendas. Pedes nunquam induit etiam grauiter læſa, ſed ſi quid offendiſſet diſſimulabat & ferebat. Quotannis triduanum ante Paſcha ieiunium nullo cibo aut potu ſoluebat, ſemel tantùm dierum altero fel ſumebat, quod nullo vnquam anno prætermiſit. *Serafina.*

Digitized by Goo

1586. termiſit. Ad pedes omnibus continuò penè procidebat, culparum veniam rogans quæ nullæ erant, ob eam cauſam ſæpè ab aliquibus repulſam paſſa patientiam ad humilitatem adiungebat. Vitæ ſimilis exitus fuit, ſed ſanctitatis famâ & omnium veneratione cumulatus. 1587.

An. M. D. LXXXVII. 1587.

1. GEneralis Conuentus quem haberi *Aquis Sextiis* antè annos tres conſtitutum fuerat *Romam* Pontificis autoritate traductus eſt. Factum id peſtilentiæ cauſa quæ in *Prouinciâ* graſſabatur. Cùm autem eadem de cauſa non poſſent omnes ad conditum diem occurrere, ac plerique in ipſo aditu Italiæ probandæ ſanitatis ergo ad dies quadraginta ſiſterentur, Pontifex motu proprio celebrationem Capituli à die ſancto Aſcenſionis ad Pentecoſtes prorogauit. Quod autem in præſens priuatâ de causâ factum eſt neſcio quomodo in futurum ita obtinuit vt hic dies ad eam rem ſtatus & ſolemnis deinceps ſit habitus. Ea de re noſter *de Pereinis* diſputat in notationibus ad ipſum Breue, ſed nullo certiori argumento nititur quàm quod vſus & conſuetudo hanc interpretationem induxerit. Datum Breue die v. Maij incip. *In his quæ ad ſacrarum Religionum regimen* &c. Vtrumque Breue ab initio Congregationis quæ cœpit die XIV. menſ. Maij ex originalibus à *Carneualio* exhibitum & perlectum eſt. *Carbonello.* Mox in Actuarium electus *R. P. Gregorius Carbonellus à Paulâ* Prouincialis *Tuſciæ*, cùmque interim priuata quædam compoſita fuiſſent, adornatâ in conſtitutum diem electione idem ipſe ad ſupremam Ordinis dignitatem ſubleuatus eſt. Aderat Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Ioannes Baptiſta Caſtruccius* Ordinis Protector, qui electo benedixit & gratulatus eſt, atque ad eius exemplum reliqui omnes in gratiarum actionem effuſi ſunt. Sed & ipſe Cardinalis Protector Patribus denunciauit mentem Sanctiſſimi eſſe vt electo cuicunque Generali ad triennium, officium poſſit ſi aptus & idoneus ad res gerendas iudicetur prorogari. Re autem ipſa Pontifex amplius aliquid præſtitit, litteris enim ſuis de facto Generalatum ad ſex annos extendit, Correctoriatum verò ad annos duos, quod illo ſuperſtite obtinuit, licet Galli noſtri ſæpiùs aduersùs illas litteras reclamauerint, vt quibus B.P.N expreſſa volũtas interuerteretur quod Acta noſtra Prouincialia ſingulis penè annis repetunt & inculcant. Non extat (quod ſciam) Breue illud, certè non eſt à quoquam noſtrûm editum quod puto ex induſtria factum, ne rei exoſæ memoria ſupereſſet, aut ſaltem ideò quòd abrogatum poſtea fuerit, vt ſuo tempore dicendum habemus. Collegarum electio vltrà eum diem non eſt dilata, fuerunt autem, Italicæ nationis *R. P. Ioannes Baptiſta Piſanus* ex Collega Prouinciali Tuſciæ, cui ſuffectus *R. P. Angelus Mandinus*, cum ipſi Generali ſummiſſus fuerit ad eandem Prouinciam regendam *R. P. Anſelmus Stocchus*, Gallicæ, *R. P. Pontius Iambart* Commiſſus Franciæ & ab antiquo Prouincialis: Hiſpanicæ *R. P. Rodericus Ximenes* ex Commiſſo Hiſpalenſi. Cooptatus in Zeloſum *R. P. Stephanus Carneualius à Francia* qui Generalatus officium peregerat. Quibus ad eum modum compoſitis vt maturè ad ſua quiſque rediret aſcriptis qui de nouo acceſſerant Conuentibus atque Fundatoribus, electiſque Superioribus & Officiariis qui deſiderabantur (quod iam antè meminimus) vt nulla in præſens ſtatuta conderentur placuit, ſed vt in proximum ſinguli Prouinciales de iis in perpetuum ſtabiliendis quæ ad perfectam abſolutamque regiminis formam conducere viderentur referrent, itaque indicto *Valentiam* Capitulo Conuentus in pace dimiſſus eſt.

Capitulum Gen. XXVII.

Tranſitio Cap. Gen. in diem Pẽt.

Gen. XXVIII

Protogatio Generalatus.

Collegæ.

di Piſa.

Iambart.

Ximenes.

Procuratoris Gen. XXVI

2. Hoc eodem anno *Sixtus* Pontifex iam ab Idibus Aprilis Eccleſiam S. *Vitalis*, efflagitantibus Societatis Ieſu Patribus, qui Nouitiatum eo loco inſtituerant, titulo Cardinalitio exonerauit, & noſtris nimiò credulis aſſentientibus qui honorem non onus cogitabant, in noſtram *Sanctiſſimæ Trinitatis* Eccleſiam tranſtulit. Atque illo primum titulo exornatus eſt Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Carolus à Lotharingia* dictus *Vademontanus*, *Ludouicæ* Chriſtianiſſ. Reginæ frater, qui ex Diacono Cardinali *Sanctæ Mariæ in Dominica* Preſby-

Titul. Card Sanctiſſimæ Trinitatis.

1587. ter factus est sub prædicto tit. *Sanctissimæ Trinitatis* (est enim vt vocant Presbyteralis) sed post aliquot menses, ætate, litteris ac pietate florens Princeps, vitam cum morte commutauit, *Nancæi* in æde Franciscanorum condirus. Obiit autem hoc eodem anno III. Kalend. Nouemb. vt tamen *Ciaconi* continuator ad alterum annum differat, deceptus librarij errore apud *Robertum* in Tullens. 76. Ab obitu *Caroli* hunc eundem titulum suscepit Illustrissimus & Reuerendissimus *D. Franciscus à Gaudiosa* (*de Ioyeuse*) quem ad ann. 1594. retinuit. Sed de Francisco alibi, de cæteris verò titularibus suo tempore mentionem habebimus. 1588.

3. Obiit hoc anno & mense Aprili, *R. P. Robertus Brenallius* postquàm annos quadraginta in sancta professione perseuerauerat & multis virtutibus inclaruerat. Sed nos eius laudes antehac non semel subindicauimus.

1588. *An.* M. D. LXXXVIII.

Conuentus Codicori. 1. HAud inutili prouentu hic annus nobis arrisit. Ex temporis ratione primi se offerunt qui res nostras promouerint *Etrusci*, & memorabili quidem die, secundo nimirùm mensis Aprilis qui vt B.P.N. festiuus est, ita nouo successu non parùm iucundus esse debet. Ad *Sagim* vnum ex *Padi* ostiis, quod & *Gaurum* dicitur, Vicus est florens & amœnus, cui vulgò est nomen *Codigorò* quasi caput Gauri, Merula *Codicorum* appellat, nonnulli à fossa *Cauro* quæ non procul est nuncupatum volunt, quod habita situs ratione multò probabilius est, visitur enim *Codicorum* ad Insulam quam *Padus* & *Olane* fluuiolus supra eiusdem nominis oppidum efficiunt, longiùs à *Gauro*, sed propè ad *Caurum* fossam in *Adrianorum* paludibus. Vt vt sit, *Codicorum* in ditione est Ducum *Ferrariensium*, suprâ *Ferrariam* in Ortum, & in diœcesi *Comaclensi*. Ad eum autem vicum traducti sunt nostri beneficio Nob. *D. Camilli Solegatij*, vt habet Montoia, qui fundum cum attinentibus hortis attribuit, in quo Cœnobium exædificatum est, non vastum quidem, sed commodum & elegans, cui adhæret splendida Ecclesia tribus vt vocant nauibus distincta & titulo *Nostra Domina de Rosario* nobilis & glorioſa, sed magis incolarum deuotione, quæ in Sodalitio sub eo nomine instituto non mediocriter feruet. *Garo. Codigoro. Cero.* *Pò. Volana.* *Comacchio. Solegato.*

Conuentus Fublini. 2. Ad diem XII. Aprilis Nob. & *C. V. D. Petrus Poſſemius*, Cantor & Officialis Ecclesiæ Meldensis, ac Episcopi magnus (vt loquuntur) Vicarius, gentilitium prædium, in agro *Meldensi*, ad pagum *Fublinum*, cum variis perpetuisque redditibus, gratuitâ largitione Patribus Prouinciæ Franciæ donauit, atque in possessionem omnibus ritè apparatis illos ad diem X. Iunij mensis proximè insequentis misit. Primam ille donationem secundâ subinde ac tertiâ, inexhaustâ 1514. liberalitate, adauxit, quoad in viuis esse desiit, ad diem V. Octobr. an. 1614. & tunc etiam ex testamento non pauca nostris largitus, apud quos condi voluit. Iacet medio in Choro, instratâ marmoreâ tabulâ quatuor leunculis ex fusili ære sustinentibus, circumductâ hac inscriptione: *Hoc sub tumulo iacet corpus Illustrissimi & probissimi viri D. Petri de Pouſſemie Cantoris & Officialis Meldensis, qui solus in auito fundo & de suo hoc Cœnobium fundauit & dotauit ad numerum* XXI. *Religiosorum, ad cuius æternam memoriam hoc monumentum erigi curauerunt hæredes eius ex minimo. Obiit* 5. *Oct.* 1614. *æt.* 65. Primùm Cœnobio nomen fuit à *B. Maria V.* atque sub eo nomine in Acta Generalia an. 1593. relatum est, mutauit tamen cùm Ecclesia per Episcopum consecrata est & de Fundatoris nomine titulum *S. Petri* accepit. Ea autem consecratio seu dedicatio Ecclesiæ an. 1605. Kalend. Maij à Reuerendissimo *D. Ioanne de Veteri-Ponte*, Meldensi Episcopo solemniter peracta est. Ius fundatricum *Poſſemij* nostri sororibus à Capitulo Auinionensi II. delatum est, quod hodie N. V. *Iacobus des Prés* Proprætor Compendiensis natalium prærogatiuâ sibi suisque tuetur. Locus est ad secessum accommodatus & maximè opportunus, cui etiam nihil deesset ad iucunditatem si aquæ penuriâ non laboraret. Sed nos de re- *Pouſſemie.* *Fublaine.* *de Vetere-pont.* *Des Prés.*

1588. de rebus Fublinenſibus ſpeciale Chronicon poſt hæc dabimus. 1588.

3. Porrò liquet Pariſienſes noſtros ſecundas in ordine propagando tenuiſſe quod ad hunc annum attinet, Etruſci tertias repetunt, adeoque *Mutinam* recurrendum, in qua ſedem ad XVII. Iunij fixerunt comparatâ *Sancti Barnabæ* Parochiali Eccleſiâ, quam Ciues illis detulerunt, *Sixtus* Pontifex confirmauit. adnexâ etiam animarum curâ, quam delectus ad id vnus è noſtris ſuſtinet Solet autem magno populi concurſu frequentari, nec tota ciuitate celebrior Parochia tum maximè ex quo ſacellum *Sancto Carolo Borromæo* erectum eſt. *Mutina* verò *Æmiliæ* vrbs eſt, haud procul *Apennino*, quam *Formigo* torrens attingit, diſtat *Regio-Lepidi* paſſuum millibus XV. Bononiâ XX. vna eſt ex duodecim Tuſcorum coloniis, adeoque vetus & antiqua, olim quidem altiore verſus montes loco, nunc ſitu planiore, lauta certè ac ſplendida, Epiſcopali dignitate floret ſub Bononienſi metropolite. Agri fertilitas maxima, cùm à frugibus tum præcipuè à vino melioris notæ, quod *Tribianum* dicitur. Conuentus Mutinæ. *Modena.*

4. Alternarunt & iam ſecundò vices cum *Etruſcis Franci* noſtri qui *Lotharingiam* altiùs penetrarunt, aduocante Nobiliſſ. & Clariſſ. *V. D. Ioanne Lenuncurio* ſupremo Iudiciorum in Lotharingia Præfecto, noſtri Balliuum vocant (ita nimirum habent Acta Prouincialia ſecus quàm nonnulli ſcribunt) & lectiſſima fœmina *D. Barbara de Puy-du-fou* (quæ nobilis eſt apud noſtros familia) *Lenuncurij* conſorte. His caſtrum erat & nobile prætorium quatuor leucis à *Nanceio* in Ortum duabus à *S. Nicolai* fano, ad pagum vulgo dictum *Serres*, ad illud cùm vellent aliquod ſuæ pietatis monumentum ſtatuere, in noſtros homines qui *Virduni* cum magno ſanctioris vitæ exemplo agebant, oculos coniecerunt, illiſque Cœnobium *Sanctiſſimæ Trinitatis* titulo ad illud ſuum prætorium, opere ſumptuoſo, exædificarunt. Acceptî diem Nouembris III. annotant qui de rebus noſtris ſcripſerunt, cùm prius de ſua voluntate ad Capitulum Prouinciale *Nigeoni* celebratum Fundator retuliſſet, vt ex Actis conſtat. Quæ præter hæc Montoia & alij narrant, alio mihi teſtimonio comperta non ſunt. Primus Correctoris nomine illud Cœnobium rexit *R. P. Nicolaus Richardus* in Comitiis Prouincialibus ann. 1594. electus, vt qui de illa domo plurimum aſſiduitate ſuâ & continuis laboribus meruiſſet. Iam verò antè in Acta Generalia *Valentiæ* v. habita deſcriptum fuerat, & aliis adnumeratum. Conuentus Serræ. *de Lenoncourt.* *de Puy-du-fou.* *Serres.* *Richard.*

5. Eodem menſe, ſed incerto (quod ſciamus) die, Itali noſtri qui *Venetiis* nuper confederant *Brixiam Veneta* ditionis Vrbem ſuorum coloniam deduxerunt, Ciuico quidem Magiſtratu inuitante, Nobiliſſ. autem Viro *D. Vincentio Zumbano* imprimis fauente ac opus promouente. Collata illis ſuburbana Parochialis Eccleſia tit. *S. Ioannis Baptiſtæ*, quod Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo *D. Franciſco Moroſino* vrbis Epiſcopo laudante, factum eſt. Rem omnem apparauit & ad exitum perduxit *R. P. Nicolaus Randanus* apud Venetos Generalis Vicarius Agunt in eo Cœnobio triginta & plures è noſtris, cùm tamen neçdum extremam manum opus acceperit. Porrò *Brixia* in *Cenomanis* ciuitas eſt peruetuſta, diues populoſa, ampla, Epiſcopali dignitate fulgens ſub Mediolanenſi Archipræſule. Sita eſt ad *Garciam*, ſiue vt alij malunt, *Melam* fluuium; ſuprâ ipſum *Mediolanum* in Orientem paſſuum millibus lx. *Veronam* versùs. Arce inexpugnabili & magno à Venetis præſidio firmata ſuperbit, ſicut & aliis quampluribus ædificiis cum priuatis tùm publicis, de quibus agunt qui eius Vrbis decora plenius proſequuntur. Sed præſtat Scaligeri carmine concludere: Conuentus Brixiæ. *Zumbano.* *Moroſino.* *Breſcia.*

Quæ pingues ſcatebras ſpeculâ deſpectat ab altâ,
Poſtulat Imperij Brixia magna vices.
Cœlum hilarum, frons læta vrbi, gens neſcia frandis
Atque modum ignorat diuitis vber agri.
Si regeret patrias animis concordibus æras,
Tunc poterat Dominis ipſa tubere ſuis.

6. Feruntur & alia duo in acceptum eſſe relata Cœnobia, ſed quæ in certum menſem aut diem conſignare non poſſimus. Vnum eſt in Italia, & Prouincia Neapolitana quod ad ann. 1586. perperàm à Montoia deſcriptum eſſe Conuentus San-Geotgij.

Digitized by Google

1588. coniicio. Inter *Calorem* & *Tamarum* fluuios in *Samnitibus* haud procul furcis Caudinis, ac eo fermè situ quo antiqua *Beneuentum* steterit, vicus est amœnitatis miræ, cui *Sancti Georgij* nomen, *Tamari* oræ orientali finitimus, qui quidem sub ditione ac imperio nobiliss. *Spinellorum* familiæ, quantùm ad sacra vnum S. Modesti Abbatem ex Ordine Canonicorum Regularium agnoscit. In eo vico nostris Cœnobium exædificatum est tit. *B. Virginis Annunciatæ*, quod disertè Acta Generalia an. 1593. meminerunt. Sed cuius id beneficio aut liberalitate factum discere non potuimus, aut de illo plura rescire. 1585.

Conuentus Gueluæ. 7. Alterum denique in *Hispaniâ*, & tractu *Hispalensi*, adeoque in ipsa diœcesi *Scutllana*, qua ad æstuarium Bæthicum pertingit. Supra enim æstuarium illud *Luxia* est & *Vrium* fluuij duo, nisi fallor ex antiquis tabulis, quorum ille vulgo *Rio Odier*, hic *Rio Tinto* appellatur, qui & latinè alter *Iberus* est, ambo in æstuarium ipsum profluentes, ad quorum fauces municipium est portu florens & opulentum, populariter *Guelua* nominatum, quod forte ab Antiquis *Onobalsturia* dicebatur. In ditione est Ducum *Asindi*, hoc est *Medinæ Sidoniæ*. Vt autem illic sedem acciperent, suâ tantum industriâ & incolarum benignitate nixi, nostri fategerunt. Primus Cœnobio situs fuit in ipsa maris ora, sed ob æstum reciprocantis Oceani satis incommodus, quare post annos quatuordecim in oppidum eiusque viam primariam, quæ *à portu* dicitur, transmigrarunt. Agunt in eo XXIV. è nostris necdum cooptato Fundatore, quanquam *Isnardus* nescio quem ex Actis Massilienſibus requirit, sed frustra, disertè enim Conuentus Granullarienſis & Prouinciæ Aragoniæ illic mentio est. *Rio Odier. Rio Tinto.* *Guelua.*

Martyrium F. Thomæ Feltoni. 8. Enimuerò nihil æquè hunc annum illustrauit ac martyrium, quo beatæ memoriæ F. *Thomas Feltonus* iin Anglia perfunctus est. Is postquam *Duaci* & *Remis* bonas litteras altè imbibit, Ordinē nostrum *Remis* professus est, in quo non paruos ad virtutem profectus fecit, itaque necdum Sacerdos obtenta in patriam missione, *Roberto*, seu quod alij malunt, *Iacobo Clarksono* Presbytero adhæsit, quocum traiecit in Angliam. Ibi non longas moras egit cùm in perquisitorum manus incidit, zelo nimirùm abreptus & feruore quodam ætatis exæstuãs, nihil poterat quod ad religionem pertineret dissimulare. Ad primam igitur quæstionem, vltrò nomen suum conditionemque ac consilium quo in Insulam transierat professus est. Nomen certè ad rem peragendum satis esse poterat, adeò fuit apud Anglos exosum ex quo *Ioannes Feltonus Thomæ* pater, Apostolicas *Pij* V. litteras aduersus *Elizabetham* Reginam *Londini* ad valuas Episcopalis Palatij affixerat, eáque de causâ suspendio necatus, & membratim, vt Angli solent in traditores agere, dissectus fuerat, quod quidem nobile nobilis viri martyrium *Sanderus* lib. VII. de Visibili Monarchia multis celebrat, & Catholici Scriptores Angli atque Exteri ferè omnes. Non statim tamen ad supplicium postulatus est *Thomas* nostes, siue id ætati donatum est, siue spes erat per eum posse Catholicorum consilia resq; detegi, sed per menses tres continuos carceris squalore maceratus est. Tandem cùm nullis minis aut cruciatibus inuicta beati adolescentis constantia potuisset impelli, à carcere ad patibulum tractus, cum *Clarksono* Presbytero de furca suspensus, exsectus & discerptus est, quod ad diem Augusti mensis XXVIII. Anglicano Martyrologio ascriptum legitur. De die quidé vnus est *Ioannes Stous* qui dissentiat, in aliis quoque circunstantiis nonnulli discrepant, de facto tamen constat, & generosum certè agonem plurimi celebrarunt præter *Stowum* quem diximus, vt sunt, Thomas Bosius, Ioannes Gibbonus, siue Autor certaminis Ecclesiæ Anglicanæ, Lucas Montoia, Eduardus Richstonus, Andræas Eudæmon-Ioannes & alij. Ac nouissimè *Ioannes Molanus Corcagiensis*, qui hoc elogio memoriam eius commendauit. *Thomas Feltonus Collegij primùm Duacensi Academicus, deinde Religiosus maximi illius Minimorum Ordinis Sancti Francisci de Paula, cui, cùm supremi infimam diuinitus amplectitur, infimi in Religiosis Ordinibus supremum (vt loquuntur Mathematici) debemus adiudicare, obstaerum fidei Catholicæ professionem: Hounslouiæ 28. Aug.* 1588. Sed solida Thomæ nostri gloria ex martyrij adeptione constitit.

Non frustrà his adiecerim *R. P. Franciscum de las Cuenas* Prouincialem Hispalensem

1589. lenſem geſta & vitam B.P.N. Hiſpanis ſuis vulgari ſermone communicaſſe li- 1589.
bro Cæſarauguſtæ apud *de Robles* fratres edito, quod factum benè vertit.

An. M.D. LXXXIX.

Conuentus Cabræ.

1. INitiarunt hunc annum *Cordubenſes* noſtri proſpero ſatis ac felici ſucceſſu, quem ſimiles nonnulli, ſed longè plures diuerſi, exinde conſecuti ſunt. Igitur illi *Agabram* ſeu *Ægabram* (nunc eſt *Cabra*) *Cordubenſis* agri oppidum, Comitatus dignitate præcellens, haud procul *Via Regia* à Septentrione, leucis XIII. ſupra *Aſtigim* versùs Orientem, v. à *Tucci* in Occidentem, paucioribus ab *Aurigia* ex eadem regione, ad diem XIX. Februarij menſis immigrarũt. Quod factum beneficio Illuſtriſſimæ *D. Franciſcæ Fernandeziæ à Corduba* Duciſſæ *Viæ Regiæ* & *Agabrenſis* Comitiſſæ, noſtri vero Conuentu apud *Agabram* Fundatricis munificentiſſimæ, cuius pietatem & animum in noſtros imitatus Nobiliſſ. *D. Antonius à Corduba & Cardona* eius ex fratre filius & hæres, Dux *Sueſſæ* & *Somæ*, (de quorum progenie relegendus Alonſus Lopez ab Haro lib. v. Nobiliar. Hiſpanic. c. IV.) Cœnobium egregiè perfecit, vt nullo apud Andaluziam inferius habeatur. Eſt acommodatiſſimus ad ſeceſſum locus, atque in eo plures è noſtris morum ſanctimonia reſplenduerunt, de quibus tempeſtiuè dicemus.

Cabra. Vaina Eſtija. Martos. Moron. Fernandez. de Cordoua.

Semilla.

2. Simili exitu diſpar *Hiſpalenſium* conſilium proceſſit. Collegium ſcilicet in ipſa *Hiſpalenſi* Academiâ inſtituendum ſuſceperunt, vt magnorum qui illic affluunt ingeniorum conſuetudine ad bonas litteras adoleſcentes noſtri feliciore conatu incitentur. Commodùm autem ſe obtulit ad ſumptus operis faciendos lectiſſima & nobiliſſ. fœmina *D. Anna Maria à Leiua, Sanchij Martinezij à Leiua* Ducis clariſſimi F. conſors autem *D. Franciſci Duartij* apud Hiſpalenſes Indiarum Præſidis primarij. Atque de illorum progenie ac laudibus relegendus Alonſus Lopezius ab Haro Nobiliar. Hiſpan. l. x. cap. xxv. Et quidem pientiſſima Fundatrix non partem modò impenſarum ſuſtinuit, ſed Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi *D. Rodericis à Caſtro* Archiepiſcopi, ac S. R. E. Cardinalis gratiam promeruit, atque vt aſſentiretur, quod ægrè facturus videbatur, impetrauit. Situm verò eſt Collegium, viâ quæ vocatur Palmarum, & alterâ item quæ Alneti ſeu Populeti, ſub tit. *B. P. N. Franciſci.* Necdum opere perfecto agebant illic quinquaginta è noſtris, qui ſubinde non contemnendo exquiſitioris doctrinæ nomine ſeſe commendarunt, & in dies commendant.

Leyua. Duarte.

de Caſtro.

Conuentus Nannetis.

3. Parem in Gallia ſucceſſum apud *Nannetes* res noſtræ ſortitæ ſunt. Noſter nimirùm *Rolandus Guichardus*, vir opere potens & ſermone, prædium quod antè annos plures *Anna Britanna* noſtris contulerat & Eccleſiam *S. Antonij à Padua*, quam *Franciſcus* II. Britannorum Dux & *Annæ* pater extruxerat & noſtris dederat, cùm illuc ad conciones per Aduentum & Quadrageſimam habendas veniſſet repetere aggreſſus eſt. Nam vt ſemel de factâ noſtris ab antiquo donatione dicam, *Franciſcus* ille, qui vltimus *Britannis* imperauit, gratiam, eius quam diximus Eccleſiæ *S. Antonio à Paduâ* ſacræ & à ſe conſtructæ noſtris iam olim fecerat, quod ex litteris *Caroli* VIII. Regis an. 1491. exaratis perſpectum eſt, vt 1491.
quibus eam donationem à *Franciſco* Duce ac cognato vt loquitur ſuo factam laudat. *Anna F.* domum præterea & prædium extra vrbem, ad eum locum qui foſſa ſeu fouea dicitur, attribuit litteris v. Ianuarij an. 1498. datis, & à ſe ſubſcriptis, quare Nannetenſem fundationem ab eadem Regina *Nigeonenſi* conjunctam aliquando legiſſe memini, quod omninò conueniebat, *Nigeo* enim Britannicæ Ducum familiæ domus fuit, quam Hoſpitium ex veteri more vocant. Locum illum extra Vrbem nunc R R. PP. Capuccini obtinent & inhabitant. Vtraque donatio per tempus nobis effluxit. Ad priſtinum autem ius noſtros reſtituit beneficentiſſimus Rex *Henricus* III. litteris ab anno 1587. confectis ex quibus repetitionis actio data, ſed in longum protracta per occupatores, ita demùm compoſita eſt vt Eccleſia *S. Antony* cum ſuo agro noſtris cederet, quam hoc primùm anno aut etiam altero tantùm quod alius placet, adierunt & incolere cœperunt. Sed rerum domeſticarum premente penuria Magnificen-

1498.

1587.

Hoſtel de Bretagne.

Digitized by Google

1589. tiſſ. Princeps *D. Philippus Emanuël à Lotharingia Mercurij* Dux, & in Britannia Prorex, atque lectiſſima eius conſors *D. Maria à Luxemburgo*, quibus ob pietatem nulla vnquam laus par eſſe poterit, non domum tantùm operis firmi & ſplendidi exędificarunt, ſed multis largitionibus ad vitæ neceſſaria noſtros proſequuti ſunt. Quam eorum largitatem Nobiliſſ. Princeps *D. Cæſar Borbonius* Dux *Vindocini* & Munificentiſſ. Princip. *D. Franciſca à Lotharingia Philippi* & *Mariæ* filia & hæres, nouis incrementis per vices adauxerunt. Relatum id in Acta
1593. Generalia an 1593. & Fundatoris nomen ac titulus *Mercuriano* cum vnanimi Patrum gratulatione delatus eſt. Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Philippus à Becco* ex *Venetenſi Nannetenſis* Epiſcopus, ac poſtea *Remenſis* Archipræſul, noſtros benignè complexus Principum animo & liberalitati pro ſua parte libentiſſimè reſpondit. Sed nemo paria fecit *R.D.Carolo à Burgo-nouo, Philippi ſucceſſori*, viro æterna memoria digno, qui frequens apud noſtros & *R.P. Andreæ Chaſtuan*, non obſcuræ ſanctitatis homini familiaris, tanquam pater cum filiis mira beneuolentiæ ſignificatione verſabatur, & ſollicitè animarum ſibi commiſſarum ſalutem eis commendabat, gratulatus ſæpè quod ſuam ſibi eo in ſtu lio & curâ operam præſtarent. Lethali morbo apud Carnutes detentus noſtros ad extremum ſpiritum ſibi adeſſe voluit, & apud vnum aliquem generali confeſſione conſcientiam expiauit, datiſque præclaris Chriſtianæ pietatis documentis ita ſe ad mortem comparauit, vt ſanctæ & inculpabili vitę ſimilis exitus reſponderit. A morte in ſcriniis inuenta cilicia & flagella, quibus carnem ſanctiſſimus Antiſtes affligebat. Obiit autem ann. 1617. die XVII. menſis Iulij, apud *S. Petrum in Vallea*, vt vocant, ſolemni apparatu depoſitus. At verò nos prætereire non debet ſocietas & neceſſitudo quam RR. PP. Carthuſiani Nannetenſes cum noſtris inierunt, communicatis ſcilicet vltro citroque ſuffragiis quibus fato functorum animæ iuuari ſolent. Quam in rem extat ipſorum Carthuſianorum pactio ſub die XXX. menſis Martij an. 1605. quam Capitulo generali ſedente approbari ad x. inſequentis Maij ſategerunt. Eſt verò *Nanneiis* ſeu *Nannetum*, quæ & *Conditicum* & *Condietum*, in Armoricis vrbs primaria, circa Ligeris oſtia, vbi alios duos fluuiolos excipit, loco peropportuno ſita, olim ſedes Regum ac poſteà Ducum Britanniæ, Comitatus titulo quem Ducis Primogenitus hæreditariò ſortiebatur inclyta, Epiſcopali verò dignitate florens quam illic *B. Clarus S. Petri* diſcipulus inſtituit, adeoque Nannetes S. Petrum pro tutelari habent & colunt. De *Nannetibus* atque *Britannis* hæc inter alia Scaliger:

de Lorraine de Luxembourg.

de Bec.

de Bourgneuf.

Nantes.

Tanta illic pecorũ tanta eſt opulentia fœtum, vt
Cum Cereris certet vomere magna Pales.
Quid varias referam piſcoſa ſub æquora turmas?
Abditaque ignoto littera capta mari?
Ne partire plagas, vt partis des mihi partem,
Sed Galli hæc dicas integra regna ſoli.

Obit. P. Ioãnis Cannart.

4. Ac verò poſtquam læta hæc & iucunda memorauimus, in alia deinceps ſtylus vertendus eſt & lachrymis imbuendus, quas funera non pauca hoc anno elata promerentur. Imprimis autem *R.P. Ioanni Cannarto* qui anno ineunte Vicennenſibus noſtris ad mortem ſimul & meliorem vitam præiuit, iuſta perſoluimus. Natus id apud Sueſſiones, à puero litterarum ſtudia diligenter excoluit, quibus animi puritatem & pietatem ſemper adiunxit. Poſt humaniores litteras Theologicis imbutus, in vtriſque magnam ingenij laudem conſecutus eſt. Et Sorbonicis quidem ſociis aſcriptus poſt legitimos Scholæ actus Doctorali laurea meritiſſimè donatus eſt. Sed quantum doctrinæ merito excellebat, tantùm ad humilitatis profeſſionem interiore ſenſu inuitabatur, quem ne fruſtraretur annum excedens quadrageſimum Ordinem Minimorum non ſine multorum admiratione complexus eſt, in eoque profeſſus an. 1583. die XXII.
1583. menſis Martij apud Nigeonem. Necdum verò annum ſanctæ profeſſionis ſextum expleuerat cùm carne ſolutus ad beatam vt credimus vitam euolauit. Tam breui ſcilicet ſpatio temporis eam ſanctitatis opinionem contraxerat

Cannart.

cùm

1589. cùm apud ſuos tum apud exteros, vt non ſine cauſa dubitaretur maiores in myſtica an in Scholaſtica Theologia progreſſus feciſſet. Sic verò hanc illi alteri ducem præmittebat, vt cùm ſe ab omni qui ſæpè contingit errore ſecurum præſtaret, non deſineret præterea ſuis in ea facultate inſtituendis continuò vacare. Cùm igitur in eo prælegendi munere in Vicennenſi ſeceſſu noſtro verſaretur & nuper in Collegam Prouincialem fuiſſet honoris gratia cooptatus, medio in curſu cum incredibili ſuorum luctu & dolore abreptus eſt. Ediderat adhuc Baccalaureus *Compendium Rethoricæ* in Pariſienſi Academia famigeratum, quod ſæpius recuſum, editionis an. 1585. apud *Dionyſium à Prato* vidimus & legimus. In ſchedis quoque illius extabat *Summa Priuilegiorum Ordini noſtro à Summis Pontificibus conceſſorum*, quam *R. P. Antonius Stephanus* inſigni gratitudinis exemplo hoc eodem anno in lucem proferri, typis *Ioannis Corbon* Pariſienſis bibliopolæ, procurauit. Habebat præter hæc non pauca magni moliminis opera quæ quoniam vltimam autoris manum non acceperant non paruo noſtro & omnium ſtudioſorum detrimento cum ſuo autore deciderunt. 1589. 1585.

Abſolu. 5. Deſideratus etiam hoc anno ab ineunte Ianuario *R. P. Hieronymus Abſolu*, vir doctus & myſticæ Theologiæ imprimis callens, qui præclaros ſuæ diſciplinæ alumnos extulit, verboque ſuo ac exemplo mirificè informauit. Attingebat profeſſionis annum modò XVI. vt quam ſcilicet Nigeoni die 11. Martij an. 1573. emiſerat. Et ab eo quidem tempore, tanto ad omnẽ virtutis & pietatis exercitationem exemplo illuxit, vt merito illius memoria in benedictione ac veneratione habeatur. Audiui ſæpiùs *R. P. Petrum Hebertum* qui eum ſpiritualis vitæ inſtitutorem nactus fuerat, magno cum animi ſenſu eius nobis laudes ediſſerentem, cùm in priuatis colloquiis, tum in publicis ad Nouitios prælectionibus. Et quidem ſi præclarum eſt laudari à laudato viro, *Hieronymus* ille noſter præconem habuit omni laude maiorem. Tabulæ Siculæ quas noſter Pariſius edidit Hieronymum prædicant quòd Epiſcopus fieri conſtanter recuſauerit. Qua tamen de re nihil me à ſenioribus noſtris audiuiſſe memini. Hoc certè alterumque illud funus Prouinciæ Franciæ moleſtiſſimum accidit. Obit. P. Hieronymi Abſolu.

Iaban. 6. Apud Turones non immaturum quidem ſed memorandum nobis tertium funus contigit, *R.* ſcilicet *P. Robertus Iaban*, vir priſci moris & ſimplicitatis ingenuæ poſt annos LVII. quàm pœnitenti vitæ addictus erat, multis interea dignitatibus perfunctus (quod anteà quandoque ſignificauimus) ipſius etiam Turonenſis Prouinciæ aliquando Prouincialis, *Ambacis* XVIII. menſ. Decembris annorum & meritorum plenus ad meliorem & permanentem vitam vocatus eſt. Obit. P. Roberti Iaban.

7. Sed & *R. P. Stephanus Carnealius à Francica* pro tempore Procurator Generalis negotiorum causâ in Siciliam traiiciens, validâ tempeſtate iactatus, poſt multa ſubmerſus eſt. Quod genus mortis tota olim vetuſtas exhorruit, ſed fruſtrâ, quilibet enim caſus hominem ſanctum occupet Deo nihilo minus conſtat, in quo quidem *δυναστία* ponenda eſt. Cuius rei cùm in ſanctiſſimis hominibus frequentia ſatis exempla poſſint haberi, hoc certè *Carnealij* noſtri contemnendum non eſt. Fuit enim iam inde ab vtero tantâ cœleſti gratiâ præuentus, vt in iuuenili ætate ſenilem grauitatem præferret, quam deinceps ſingulari pietate ac doctrina excoluit. Nunquam niſi de geniculis priuatas preces recitabat, & recitandarum gratiâ ſæpiùs adibat Eccleſiam, vbi captata ſeceſſus opportunitate cor ſuum in Dei præſentia effundebat. Singulari cultu Virginem Matrem proſequebatur, & quotidianis precibus illius ſibi opem ſollicitè conciliabat. Verbo abſoluam, nulla in *Carnealio* virtus deſiderabatur, eumque ingenij ac exquiſitæ qua pollebat doctrinæ fructum ſtudioſè collegerat. Quid ergò ſi hoc acerbiſſimo caſu defunctus eſt, propterea ne videbitur bene actæ vitæ naufragium feciſſe? Imò perhorreſcendum mortis genus ſuo ipſe periculo quâ laborabat infamiâ & execratione abſoluit. Sed ad mitiora redeamus. Obit. P. Stephani à Francica.

8. In Hiſpaniâ *R. P. Philippus à Mancleña* qui annos quadraginta in eodem vitæ tenore ſemper apud noſtros perſeuerauit, occultam humilitate ſanctitatem mortis gloriâ, genere ac modo, reuelauit. Videri quidem poterat copioſè ſan- Ob. P. Philippi à Mancleña.

Digitized by Google

1589. ctus, qui verbo nunquam visus est offendisse, qui dicto promptior ad omnem obedientiam fuit, qui nullum prætermisit officium quo posset cuiquam esse vtilis, qui assiduis doloribus & ægritudine continuâ tentatus ne momento quidem deiectus est, qui se post omnia inuicto animi robore ad omnem patientiam, humilitatem, abiectionem exercuit, sed tum maximè sanctitas eius eluxit, cùm proximus morti, cuius nullum tamen indicium præferebat, conuocari fratres omnes in Chorum exorauit & à Correctore impetrauit, id præter morem factum omnibus admirationi fuit, quæ subinde multo fuit vehementior, cùm *Philippus* noster mediâ in coronâ de geniculis verba fecit veniam sibi ab omnibus postulans & affirmans mortem sibi antè horas viginti quatuor imminere. Ad quæ verba nemo non attonitus hæsit. Inde in cellam se recipiens, vnctione sacrâ ritè perceptâ (iamiam enim Missam celebrauerat & in Viaticum Eucharistiam sibi ipse ministrauerat) crucem in manus accepit, séq; non secùs ac si feretro illatus esset composuit, atque ita circumstantibus fratribus ac in lachrymas effusis, quas gaudium, quas tristitia expressérat, spiritum vltrò visus est creatori reddidisse. A morte tanto fulgore vultus resplenduit, & corpus adeò suauem dolorem exhalauit, vt hæc in non dubia beatæ vitæ argumenta sumerentur. Ita Gueluacensis domus prima initia beatus Pater suâ morte consecrauit. Funeri conferta multitudo plebis occurrit, excita sedibus suis horum mirabilium famâ & rumore, sed famâ res ipsa præstabat quam oculis, quam naribus, quam animo & mente hausit. Conditum corpus loco maximè humido, vt qui mari proximus esset atque alluuionibus crebris infestatus, post annos tredecim extractum (cùm sedes scilicet nostrorum mutata est) inuentum est integrum & incorruptum atque cœlesti odore fragrans, & sic suaueolens vt muſci naturam induisse videretur, vestes nullâ parte decisæ, nullâ corruptione delibatæ, nulla tabe infectæ, non secus ac eo ipso die quo corpus terræ mandatum fuerat, colorem suum statumque seruauerunt. Insigni ex hoc & singulari loco reconditum ab omnibus venerationem nunc habet quam meretur. 1589.

9. In eodem Hispaniâ & Conuentu Vallisoletano *R. P. Hieronymus à Sancto Dominico* viuendi finem fecit, atque hunc sui non obscuro sanctitatis nomine celebrant, vt qui summa pietate, eximia manſuetudine, assidua orationis frequentatione ac magnis omnino virtutibus excelleret. *de San-Domingo.*

Ob. P. Hieronymi à S. Dominico.

10. Agmen claudat *R. P. Ioannes Abarca*, qui Prouinciam Aragoniæ & Conuentum Cæsarauguſtanum suo splendore non parùm illustrauit. Quâ primùm potuit ætate Ordinem nostrum professus, ab ipso tyrocinij sui exordio miram vitæ austeritatem complexus est, solemnia ieiunia solo pane & aqua contentus peregit, minora nonnullis leguminibus adhibitis temperauit, per ea nunquam piscibus vsus aut obsonio alio, quam abstinentiæ formam seuerè tota vita retinuit. Orationi tantoperè deditus erat, vt à mediâ nocte, quâ ad preces matutinas surgebat, orans in Choro ad auroram perseueraret, ea verò ex oriente vt plenus erat spiritus feruore sacris operabatur, cum tanto pietatis sensu vt circunstãtes ad eundem affectum accenderet. Frequenti verberatione seipsum dilacerabat, quoad copiosum sanguinem mitteret, Deo pro peccatis quæ ab hominibus admittebantur satisfacturus, in tantum ipse aduersus peccatum odio exardescens, vt se multis ac miris modis affligeret si quem eo teneri persentisceret. Charitate in proximum verè mirabilis fuit, adeò se promptum ad omnium ministeria quibus iuuare aliquem posset, præsertim verò infirmos & laborantes, demittebat. Hinc ortum habuit quotidiana eius precatio in gratiam animarum quæ purgatorio igne pœnas luunt, quam ad horam proferre non intermittebat. Accidit aliquando vt publici carceres fortuito igne deflagrarent, pro gentis more nostri ad ferendam opem accurrerunt, ecce autem cum alij aliis intendunt, *Ioannes* noster sanctissimam Christi Crucifixi Imaginem quæ in sacello religiosè seruabatur à flammis peti animaduertit, nihil cunctatus in medios ignis vortices irruit, atque inter flammas in genua procumbens coràm sancta Imagine adorat, & prece peractâ eam in manus su- *Abarca.*

Obit. P. Ioannis Abarca.

mit

1589. mit & ab incendio, illæſus ipſe ac ne pilo quidem correptus, recipit, quod omnes manifeſto miraculo tribuerunt. Sed hominum opinionem & plauſum *Ioannes* auerſatus, contracto poſtmodùm lethali morbo, quo cum diu magnâ & penè incredibili patientiâ colluctatus eſt, mori quod in dies faciebat deſiit vt melius viueret. Obiit hoc ipſo anno die menſis Decembris xxi. qua ſancti Thomæ memoria celebris eſt. 1590.

An. M. D. XC. 1590.

1. ETſi Patres Prouinciæ Franciæ in Actis huius anni, miſerrimam omnium quæ præteritis ſæculis extiterit calamitatem temporis fuiſſe profiteantur, non alibi tamen aliquod fuiſſe rerum noſtrarum incrementum reperio. Et calamitas quidem temporis quæ tum in Gallia viguit ex publicis Commentariis repeti poteſt, nec enim vacat funeſtas quæ per factiones fuerunt tragœdias recenſere, aut confoſſum (quod ſæculo exhorreſcant) Regem & à ſuis pulſum hæredem Regni commemorare. Profectò ea narratione ſatis me luculenter functum arbitrabor, ſi dixero, nullam non hoſtilitatem toto Regno ſpecie religionis fuiſſe peruagatam. At verò inter hæc res etiam noſtras floruiſſe nec alio quidem loco id planè mirum videri poſſe quis neget? Sed ad rem. Ante annos duos Clariſſ. & Nobiliſſ. Eques *D. Chriſtophorus à Baſſompetra* Præfectus prætorio apud Lotharingos & nobil. pariter atque pientiſſima eius conſors *D. Ludouica de Radeual* noſtros ad ſe traducere, atque Cœnobium illis exædificare, in ruſtico prædio & Caſtro ſuo *Harouellenſi* cogitauerant. Sed cum eodem tempore *Lenuncurium* apud *Serras* locum noſtris attribuiſſet, mutato conſilio magis opportunum & rebus noſtris magis commodum eſſe viſum eſt, ſi *Nanceium*, quæ vrbs eſt primaria & Ducum ſedes, transferentur. Et quidem per turbulenta tempora illuc noſtri tranſgreſſi ſunt ac ſtabilem impoſterum ſedem figere cœperunt. *Chriſtophorus* Fundator magnificæ & illuſtris domus fundamenta poſuit, cenſuſque annuos attribuit, ſepultus ipſe in ſacello egregij operis & marmoreo tumulo conditus cum nobiliſſima coniuge, quorum memoriam inſcripta litteris aureis vncialibus Tabula marmorea, præ foribus Eccleſiæ, commendat æternitati. Ea ſic habet

Conuentus Nanceij.

de Baſſompetra.

de Radeual.

D. O. M.
BONORVM OMNIVM AVTORI PRIMO, FINI VLTIMO:
BEATO FRANC. DE PAVL. MINIM. ORD.
FVNDATORI, EIVSQVE SOBOLI,
BASSOMPETREÆ PIETATIS AC MVNIFICENTIÆ
PERPETVVM MONVMENTVM.
CHRISTOPHORVS BASSOMPETREVS, *Baro de Harouel, Remouille, Sereniſſ. Lotharing. Ducis aulæ ſimul ac fiſco generalis Præfectus, cum iam à puero Chriſti auſpiciis Barbarorum Eccleſiæ hoſtium legionibus debellandis ætatis ac belli tyrocinium poſuiſſet, hinc virtutis vt annorum acceſſione vir factus, tum ſuorum Principum, tum ipſorum quoque Chriſtianiſſ. Regum ſtipendiis pluribus eximia laude confectis, feciſſet fortiter, quin etiam certaminibus quatuor ſtataria pugna ſigniſque collatis non interfuiſſet modò, ſed & militaris tribunus Germanicis Equitibus quingentis ac mille præfuiſſet, belli & pacis ornamenta complexus vſquequaque fortitudine & ſapientia floruiſſet, hoc Cœnobium cum præcipuæ nobilitatis fœmina* LVDOVICA DE RADEVAL *ſtudiis atque opibus ei coniunctiſſima coniuge ſua fundauit, dotauit, erexit.* M. D. XCII.

quo nimirùm tempore opus nonnihil profecerat. Verùm præmatura libera-

Digitized by Google

1590. Iissimi Fundatoris mors res nostras retardare potuisset, nisi Magnificentiss. & Excellentiss. Princeps *Carolus* III. Lotharingiæ Dux pro sua in nostros benignitate nouæ domus incunabula beneficentissimè fouisset, manumque vltimam cœptis per Bassompetram imposuisset. Quod animi tantâ promptitudine ac beneficâ manu præstitit, vt summa gratulatione à Patribus *Valentiæ* an. 1593. congregatis inter præcipuos & insignes Fundatores acceptus sit. Hanc verò patris beneficentiam *Henricus* II. F. cognomento *Pius* longissimè superauit, qui voto prolis gratiâ nuncupato *Nicolaam & Claudiam* filias ex *Margareta Gonzaga* consorte piissimâ, eiusdemque voti participe deuotissimâ, sustulit; quod ille beneficium omnibus postmodùm officiis & assidua gratitudine coluit, ac suæ quidem gratitudinis perenne monumentum extare voluit posità Cruce intra Claustri ambitum, cum hoc præter cætera elogio 1590.

D. O. M. V. M.
B. Francisco
de Paula.
Henrici II. *Lothar. Cal.*
Bar. Ducis &c.
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ
Gonzaga chara parit coniux, Deus optime vota
Reddidit & hic titulus crux tua semper erit.
M. DC. XIIX.

Cœnobium verò redditibus auxit & operibus amplificauit. Sed de *Henrico* commodiùs alio loco meminerimus, sicut & de *Francisco* fratre Vadani-montis Comite qui Fundatorum etiam numero ascriptus est. Cœnobio titulus quidem est *Sanctæ Mariæ Lauretanæ & S. Ioannis Baptistæ*, quibus quidem nominibus atque B. P. N. anno demùm 1613. ad diem XVI. Iunij à *R. D. Ioanne Porcellete Maillanæo* Tullensi Episcopo consecrata est: situs verò in Vrbe noua quam *Carolus* Dux ad veterem producto pomerio adiicere hoc ipso anno curauerat. Omnia in eo per Fundatorum largitatem splendida, magnifica, elegantia, quæ sigillatim describere operæ pretium esset nisi longum id & fortè molestum pro Chronici modo videretur. Non possum tamen quin vnum alterumvè Epitaphium quo singularium benefactorum memoria commendatur describam, imprimis verò quod in supremo ab Euangelij latere sacello extat in hæc verba conceptum:

D. O. M. V Q; M.

Hic primus iacet qui primus huius sacelli fundamenta iecit Claudius Bonuetus Clariss. Nobiliss. quem spectata Carolo III. & Henrico II. Lothar. Ducibus probitas & solertia ad honores non vulgares euexit, fuit nempè in Camera Lotharingici Rationarij auditor, tum codicillorum Ducalium exceptor, postmodum à consiliis, dein vnus à libellis secretioribus, qui dum Principis iussa exequitur foris, nondum XL. *annis expletis nobis eripitur, sed sat vixit qui benè vixit, tu qui hac transis piis Manibus benè precare. Viuere desiit ann. à partu Virg.* 1614. *die* 21. *Octob.*

Tumulanda in eo sacello superius postmodum elegit.

Eodem sub marmore tumulatur Barbara Rennel, *quæ annos nata* XLV. *obiit mens. Septemb. an.* 1629. *quos mutuus amor dum viuerent ita coniunxit vt mors separare non potuerit.*

Tum & hoc alterum in sacello B.P.N.

D. O. M.

Siste gradum Viator, noli profano iacentem conculcare pede, ne decus hic sepultum & patriæ simul & vrbis conculces. Nam conditus hoc tumulo

quiescit

Digitized by Goo

1590. *quieſcit Nob. D. Ioannes Bailliuy Dominus in Heudemont, Sereniſſ. Lotharingiæ Duci Henrico II. quondam à Conſiliis, Supplicum libellorum Magiſter, publicarum rationum Auditor, tam caſte integreque perfunctus muneribus vt haberent in illo quod amarent probi, quod timerent improbi, quod imitarentur iuniores, quod probarent ſenes, quod omnes vt morum exemplar intuerentur. Tu ni malus es defuncti Manibus illachryma, funde preces. Obiit an. ætatis xl. ſalutis humanæ* M. DC. XXI. *menſ. Octob. die* I. 1590.

Catharina Renella coniux amantiſsima tanto viro orbata commune hoc monumentum ſuperſtes curauit, vt quæ coniugalis thori fuerat viuenti ſocia, mortuo pariter eadem eſſet & ſepulchri. Vixit annos xli. extremumque diem clauſit x. Maij an. M. DC. XXXII.

At reliqua eius domus vt & Eccleſiæ decora libẽs volens prætermitto, pauciſq; ſub hæc vrbem deſcribo: *Nanceium* certè vrbs eſt Lotharingicæ ditionis primaria, elegans, fortis, opulenta, ſub diœceſi Tullenſi, quam pro tempore quo nobis locus in vrbe datus eſt *R. D. Chriſtophorus à Valle* adminiſtrabat, vir in noſtros beneuolus & paterna charitate propenſus. *Naſium* à Veteribus dictam ſunt qui arbitrentur, ſed recentiores non conſentiunt qui hoc nomen alteri loco vindicant. Eam *Petrus de Blarrorino* Nanceidos lib. I. planiſſimè deſcribit vt fruſtra fuerit qui velit aliquid addere, præter incrementum quod *Carolo* Duce vt diximus accepit. Sic autem ille

Parua ſed arthoo nunc cunctis nota ſub axe
Vrbs ſedet (vrbis habens ſi forſitan oppida nomen)
Leucenſes inter populos gentemque Voſagam
Ac Barrenſe ſolum, ſurgente & prouida bello,
Quæ quo pacis amat iucundius otia, quoue
Dedicit lites annoſius armaque tanto
Irritata feros fert iracundius hoſtes.
Namque ſitu nec non foſſa muroque, ſuperbas
Aſſernata minas cum ſulphure ſaxa vomentes,
Deſpicit hæc rigidi furias & fulmina Martis:
Exultatque loco piſcoſum accedere Murtham,
Qua parte auroram naſci ſpectamus & Eurum
Nanceium *vocat hanc vetus incola, nomine quondam*
Obſcuro, verum geſtis iam rebus & armis
Percelebri & quod nunc argentea tranſuolat aſtra.
Hic Ducibus ſedes. (Et poſt pauca) *Ditionis opimæ*
Aſt ager eſt huius, nam cœlo hæc terra benigno
Subiacet imprimis, & dulces humida riuos
Excipit incolumem mortalibus æëra ſpirans. &c.

2. Iiſdem penè initiis in vrbe ipſa Pariſiorum domus eſt inſtituta. *Henricus* enim à *Ioyoſa*, *Anna* Ducis Galliæque Thalaſſiarchi & *Franciſci* Cardinalis frater, Comes Buchagij, & mortuo fratre Dux Ioyoſæ, poſtquàm fato functa eſt eximia coniux ſua *Catharina Nogareta*, Spernonij Ducis ſoror, Ordinem Capuccinorum ſingulari pietatis exemplo capeſſurus ab an. 1588. & die menſis Aug. XIX. teſtamentum condiderat, & Nigeonenſibus noſtris *Deini-villam* in Carnotibus totumque eius dominium legauerat, ſed Ianuarij inſequentis die II. reſciſſo teſtamento codicillos conſcripſit, quibus ſuburbanam domum ſuam, Capuccinorum Cœnobio finitimam, ad portam S. Honorati, *Nigeonenſibus* ipſis, vt propiùs ad vrbem Monaſterium extruerent donauit, appenſo etiam grandi ære ad opus perficiendum. Id verò nunc primùm cœpit, eamque domum noſtri ſtatuerunt incolere, præfecto Vicarij nomine qui moderaretur nouo Conuentui, tamen donec res optimo ſtatu eſſent Nigeonenſi Correctori ſubderetur. Steterit ad aliquod tempus ſic inſtituta de nouo colonia, ſubinde

de Ioyeuſe. *Nogaret.*

Domus Pariſienſis ſuburbana.

Digitized by Google

1590. vero in Vrbem migrauit, ſed incerta ſede, quoad per *R. P. Oliuarium Chaillou* poſt vices ſæpius mutatas remque totam derelictam à deceſſoribus, ſtabilita demùm atque firmata eſt. Sed hæc ſuo tempore meminerimus. Sub hoc denique tempus oblatam familiæ aliò deducendæ occaſionem iidem Patres ſeriò amplexi erant, iuuabant ſtudia ciuium vltrò noſtros efflagitantium, iuuabat eorum induſtria qui primi ad eam rem iter aperuerant, ſed vt ſunt res hominum mutabiles reſtincto ciuili bello & ciuibus in alias partes inclinantibus, negotium effectu caruit, quod ideò ſilentio premere ſatius eſt quàm ſpecialiùs inueſtigare. 1590.

Obit. Sororis Mariæ Dudraciæ.

3. Hunc denique annum funere ſuo inſignem fecit nobilis & pientiſſima fœmina, tertium Ordinem profeſſa, *D. Maria Dudracia, Adriani Dudracij* Vicecomitis *Haienſis* & Senatoris Regij, atque *Carolina Rapuella*, F. coniux verò *Iacobi Avrillotti* in ſupremo Senatu Conſiliarij. Hæc virtute non minus quàm genere nobilis, gratiâ ſanitatum, prophetico ſpiritu, contemplationis dono ad exſtaſim vſque diuinitus illuſtrata eſt. Largitate in pauperes verè mirabilis fuit, ſed præſertim in ciues ſuos Pariſinos, cùm obſeſſæ vrbis causâ graui penuriâ premerentur. Non poſſunt certè ſingulæ virtutes eius breui oratione comprehendi. *R. P. Antonius Stephanus* laudes eius ſpeciali ſermone proſequutus eſt, quam hoc ipſo anno *Ioannes Carbonus* Pariſienſis typographus edidit. Epitaphium eidem aſcripſit, quod hodieque legitur in ſacello S. Sepulchri D. N. apud Nigeonenſes noſtros vbi condita eſt, breui quoque ad eius effigiem quam excudi curauit elogio ſic eam commendauit: *Maria Dudrac nobilis Patritia, viduitatis ornamentum ſæpè in mentis ecſtaſim rapta. Obiit* XI. *Septemb. an.* 1590. *ætatis ſuæ* 46. Sed & hoc quod filij ſcripſerunt nobis excidere non debet: *Dudrac.* *Rapuël.*

D. O. M.
S.

Nobilis & veterum ſerie dignata parentum,
Dives eras, forma conſpicienda bonis.
Quid iuuat hic rerum ſplendor, niſi nomen inane
Vt ferat & fragili luceat altus ope?
Fortunæ hæc bona ſunt terrâ linquenda, nec amplum
Poſt obitum pariunt vita abeunte decus:
Sed tibi ſyderei flammis mens arſit amoris,
Eque ſolo in cælum rapta, ſecuta Deum es.
Ætheriis hoc munus fuerat, terriſque negandum,
Vtque ſuum nobis abſtulit ipſe Deus.

IACOBVS ET IOANNES AVRILLOT OPTIMI LIBERI DVLCISS.
M. BENE MERENTI H. M. P.

Obit. Sororis Annæ le Lieur.

4. Mariam imitata Nob. *D. Anna le Lieur, Renati Viuiani* Rationum regiarum Correctoris vxor, tertiumque Ordinem profeſſa, non minori conſimilium virtutum & orationis ſanctæ gratia refulgens, eodem tumulo condi meruit, cùm ipſi Mariæ ſeptem tantùm menſes, & quidem in luctu & mœrore, ſuperfuiſſet. Obijt enim III. April. an. 1591. *le Lieur. Viuian.*

Obit. P. Alphonſi à S. Auguſtino

5. Exciderat penè alterum funus illo non minus clarum & illuſtre, ſed nobis vt ita loquar magis proprium *R.* nimirum *P. Alphonſus à S. Auguſtino* Hiſpanus, *Illiturgi* ab an. 1551. & Iunij menſis die 27. Ordinem noſtrum profeſſus, ætate iam prouectior, cùm ab eo tempore annos triginta nouem in duriſſimo vitæ inſtituto exegiſſet, ad octuageſimum ſextum progreſſus, ad præmium æternæ mercedis euocatus eſt. Magnam cum *R. P. Antonio à Regibus* amicitiam coluit, quam in diſpari ætate idem vitæ perfectioris propoſitum conciliauerat. Et de *Antonio* quidem ad annum ſequentem meminerimus, de *Alphonſo* autem Hiſpani memorant virum fuiſſe virtutis heroïcæ ac eminentis, quam ſui abiectione quantùm poterat occultabat, etiam ſe ad vilia quæque miniſteria vel cùm Superiorem ageret vltrò dimittens, ſecretum ſemper & in omnibus affectans, ſine quo virtutem conſtare non poſſe ſibi perſuadebat. Cùm iter habuit peragendum pedibus inceſſit, panem mendicato accipiens quantùm in diem ſatis eſſet.

Digitized by Google

1590. esset. Conuentu pedem non extulit nisi obedientia vel necessitas exigeret. Ingenioſus erat ad corporis macerationes, quas nullo vnquam tempore intermiſit. Eo die quo mortali ergaſtulo ſolutus eſt ad matutinas preces ſurrexit, ſacrũ peregit, moxq; fatiſcens præ ſenio corpus ferre cùm nequiret, Extremã vnctionem poſtulauit, qua percepta ſuauiter ac feliciter obdormiuit. Atq; is fuit optimi ſenis exitus. Obijt autem *Vrreræ*, ſepultus in Clauſtro Cœnobij quod illic habemus, loco inſigni ac præcipuo, hodieq; vt sãctiſſimus in veneratione habetur. 1591.

6. Sed & tertium quartumque præcipuè nobis celebranda ſe offerunt. *La Mazere.* Primum eſt *R. P. Arnalds la Mazere* magni apud Aquitanos ſuos nominis. Ordinem ille ſacerdotio initiatus ſuſcepit, tantoque feruentius in omnia macerationum genera incubuit quantò re magis deliberata & certiori conſilio ad illud vitæ inſtitutum acceſſerat. Sui deſpicientiam reliquis virtutibus in fundamentum præſtruxerat. Secedendi adeò ſtudioſus fuit, vt colloqui ſæcularibus, niſi grauiſſima de cauſa, omninò refugeret, ſilentiumque nunquam ſolueret per tempus quo ex Regula ſeruandum eſt, extra illud verò nemini colloqueretur, niſi neceſſitas exigeret aut fructus aliquis ſperaretur. Orationi ſupra modum (ſi modus in hoc ſtudio eſſe poteſt) addictus erat, in quam priuatim totus incumbebat, cùm interim ad publicas preces primus occurreret alioſque omnes præueniret, ab iis verò, dum mente recoleret qui per pſalmodiam affectus animum perſtrinxerant, ſoleret à ſenſibus abſtrahi. Vnica veſte per frigus per calorem vſus, aliam penès ſe non ſeruabat, paupertatem tanto animi deſiderio amplexus vt neceſſaria nollet admittere. Abſtinentiâ fuit mirabili, perſæpè nimirùm ad panem nullum obſonium adhibebat, vino ſemper abſtinebat. Quid de reliquis dicam macerationum generibus? Feſſos artus nudæ tabulæ frequentiùs committebat. Regulam manuſcriptam habebat penes ſe, nec vnquam dimittebat, ſimiliter & diſciplinam, quam vocamus, eâque ſæpiſſimè ad largam vſque ſanguinis effuſionem ſeipſum dilacerabat. Rem diuinam facere nunquam omittebat, vt etiam *Sammathanæ Toloſam* vno itinere ac pedes, per milliaria xxviij. quibus inter ſe diſtant, ad ſacrum celebrandum nonnunquam veniſſe obſeruatum ſit. Familias perplures rexit multotieſque ad dignitates Ordinis vocatus eſt, quas inuitus, nec vnquam abſque copioſa lachrymarum vi ſuſcepit. Quibus in muneribus ita manſuetudini ſeueritatem, grauitati facilitatem coniunxit, vt ſubditorum animos in omnem quam vellet partem flecteret. Denique vir ſuis chariſſimus & ſanctitatis opinione venerabilis, iam tum Viceprouincialis officio fungens vitæ finem ad hunc annũ accepit Toloſæ ſepultus ad S. Rochi vbi an. 1559. à die ix. Octob. profeſſionẽ emiſerat. Obit. P. Arnaldi la Mazere.

Haguenier. 7. Alterum verò eſt *R. P. Petri Haguenier* qui Prouinciam Franciæ ſemel, Turoniæ quinquies, ſumma cum laude adminiſtrauit, ipſis dignitatibus vt ita dicam immortuus. Nam eo ipſo anno quo apud Turones quinto Prouincialatu exceſſerat poſt duos non integros menſes ad meliorem vitam tranſijt. Oriundus erat Blaſiâ iuxta Bracancuriam, in ſacris profaniſque litteris admodùm profecerat, leni mitique ſupra quàm credi poteſt animo nulli non charus & venerandus fuit, pietatis merito excellens vitæ innocentia tanta vixit vt in eo peccaſſe Adam non videretur. Alias eius laudes vt ſe dedit occaſio interſperſimus. Obijt xxviii. Nouemb. ſepultus in Choro Conuentus Pleſſiacenſis ad maius altare & à latere Euangelij, qui honos vni illi ex omnibus Ordinis noſtri profeſſoribus meritorum & ſanctimoniæ cauſâ delatus eſt. Obit. P. Petri Haguenier.

An. M. D. XCI. 1591.

1. MAiorem huius anni partem rebus apud ſe geſtis Hiſpani vendicare poſſunt. Nam & Cœnobiis vno alteroque inſtitutis gauiſi ſunt, & ſtrenuos in vinea Domini operarios cœlo reſtituerunt. Ac menſe quidem Martio eiuſque xix. die *Seruariæ* (vulgo *Ceruera* eſt) ſedem fixerunt, progreſſu in eam vrbem, *Barcinone*, cui proxima eſt, facto. Et autor quidem eius Conuentus ad nos recipiendi, fuit *R. P. Hieronymus à Caſtro* vir impiger & diuini verbi præco Conuentus Seruariæ.

Ceruera.

Digitized by Google

1591. nobilissimus, cum eo cederent R R. P P. Minores de Obseruantia, in commodiorem locum (ni fallor) migraturi. Originem verò eius Cœnobij quod illic habebant prædicti PP. Minores altiùs repetendam, nemo melius & certiùs quàm *R. P. Franciscum Gonzagæ* enarrabit. Sic igitur ille tertiâ parte suæ historiæ in Prouin. Cathaloniæ Conuent. XIV. *Cùm Serenissimus Aragoniæ Rex atque Barcinonensium Comes* Iacobus I. *qui ob res magnificè & magna cum æquitate gestas* (Baleares *namque* Insulas *acquisiuit & florentissimum* Valentiæ *regnum expugnauit*) Forteunatus Sanctusque *agnominatus est, primitiuos nostræ Religionis Patres singulari quodam amore prosequeretur, fundum eis cum omnibus iuribus prouentibusque ad se pertinentibus ad superædificandum ibi Conuentum propè* Ceruariam Vicensis *diœcesis oppi-*
1245. *dum sub anno à Christo Saluatore nato* 1245. *liberalissimè contulit. Cumque huiusmodi regia liberalitati oppidanorum fauor accessisset præsens Conuentus* S. Mariæ de Iesu *sacer intra breuissimi temporis spatium nobis prodijt. Verumtamen* Ioanne II. *Aragonum Rege*
1460. *ac* Ferdinandi V. *Hispaniæ Regis Patre* Cathalanis *anno Domini* 1460. *bellum quod per continuos decem annos duraut inferente huiusmodi Conuentus solo æquatus extitit. Re verò ad pacem deducta atque bello absoluto commisit præfatus* Ioannes *Rex tum Serenissimæ eius coniugi* Ioannæ, *tum quoque Illustrissimo Regni Aragoniæ Cancellario ac S. R. E. Cardinali* à Cardona, *vt alium Conuentum infrapræfati* Ceruariæ *oppidi mœnia in alterius destructis locum ædificandum curarent. Quod & illi non minus liberaliter quàm religiosè exequuti sunt. Cessit tamen is Conuentus in Conuentualium Franciscanorum Pa-*
1567. *trum ius ad annum vsque Domini* 1567. *quo ad eiusdem Ordinis Obseruantes ex* Pij V. *Pont. Max. decreto translatus penes eos mansit. Interim religiosissimus Pater F.* Bartholomæus à Perpiniano *regularis obseruantiæ alumnus atque disertissimus Ecclesiastes destructū huiusmodi Monasterium sub anno Domini* 1516. *ex communibus ac peculiaribus sumptibus pientissimorum huius oppidi incolarum atque etiam quorūdam nobilium heroum in suis ditionibus circa præfatum oppidum commorantium, præsertim illorum qui ex inclyta* Marlesiorum *familia originem ducunt, eleëmosynis liberaliter collatis resarciendum reparandum atque Obseruantibus huius Prouinciæ Patribus adiudicandum curauerat. Cùm igitur istius habitatio multò commodior alterius incolatu esset, eo derelicto hunc Patres retinendum censuere.* Perplexam hanc esse Gonzagæ narrationem cùm de migratione in alterum Conuentum verba ad postremum facit nemo non videt; sed iuuari potest ex eo quod Montoia noster annotat, Cœnobium scilicet quod extra muros erat & à *Ioanne* Rege dicatum fuerat, fuisse quandoque restauratum & pristino splendori tedditum. Egerunt igitur nostri cum prædictis Minoribus vt in vrbanum illud Monasterium succederent ab anno 1588. procurante imprimis *R. P. Michaële de Rodenas*, sed re in longum protractâ, eo demùm tempore ac modo quem prædiximus exitum habuit. *R.* scilicet *P. Hieronymus à Castro*, probante Apostolico per Hispanias Nuncio, & Vicensi Episcopo recognoscente, in possessionem missus est à *R. D. Michaële Palmarola* magno vt loquimur Vicario Episcopi Vicensis. Quod factum *Philippus* II. Rex autoritate sua confirmauit, litteris Segobiæ datis XI. Iunij an. 1592. Iam nunc verò multis Sodalitiis floret, imprimis verò frequentatur sacellum *S. Magno* Tarraconensi Martyri sacrum, ab *Hieronymo Moxonio* non ante annos quinque supra viginti exædificatum, vbi fons miraculis clarus quem sanctus martyr eduxit & scaturire fecit, habetur. Dies illi festus agitur XXV. Augusti, siue vt contendit Ferrarius XXIX. priorem tamen Romanum Martyrologium retinet. Est porrò *Seruaria* municipium frequens in edito colle, iuxta iter *Cæsaraugustâ Barcinonem*, inter *Ilerdam* & ipsam *Barcinonem* supra *Tarraconem* quæ ad mare, Comitatus titulo à *Petro* IV. Arragonum Rege ab anno 1353. insignitum. Sunt autem qui *Seruariam*, alij qui *Ceruariam* scribere malint.

1592.

de Rodenas

à Castro Vich.

Palmarola

Vicar. olim Ausa.

Moxon.

Ceruera.

1515.

Ob P. Hieronymi à Castro.

2. *Ceruariâ Segobiam* ad Regem pertexerat noster *à Castro*, cùm eodem venit *R P. Martinus Sanctius* Castellæ Prouincialis, causa Conuentus in eâ Vrbe constituendi, qui vt *Hieronymo Castrensi* occurrit in bonum omen id accepit, nec sua eum spes fefellit, industria enim *Hieronymi* prima Cœnobio initia facta sunt, impetrato primùm à Rege diplomate, tum facultate à *R. D. Andræa Pacheco* eius Vrbis Episcopo data. Quæ tamen priusquàm optatum exitum sortirentur,

Sanct. de Castro.

Pacheco

Hieronymus

1591. Hieronymus ipſe laboribus fractus, & fatiſcens corporis infirmitate quam ſtudiis litterarum, concionum aſſiduitate, itinerum frequentatione contraxerat, carne ſolutus eſt, ſuaque morte huius Cœnobij exordia conſecrauit. Natus fuerat *Abulæ*, & ab anno 1564. Ordinem noſtrum in Conuentu *Vbedenſi*, Prouinciæ Granatenſis, ſub die 11. Februarij, profeſſus, deinceps multis cum dignitatibus, tum dotibus inclaruerat. Concionator Apoſtolicus inſtitutus ob dicendi miram facultatem linguamque diſertiſſimam, quas dotes integritate morum inculpataq; vita & vitiorum continuâ infectatione cumulauerat, nullum finem prædicandi verbi, quantum per vires licuit, habuit. Prouincialis aliquando in *Catalonia* electus inſignia prudentiæ & humilitatis argumenta dedit, ſuo munere cum incredibili bonorum omnium gratia & laude perfunctus. Libris aſſiduè inuigilabat, otium etiam in aliis vehementer deteſtatus, quo fiebat vt ad ea præſtanda quæ per aliquam diligentiam conſequi poſſent inepti permanerent. Verbo potens fuit neque minùs opere, quorum vnum ab altero ne leuiter quidem diſſentiebat. Nec mirum ſi bonam famam imò & clariſſimam hiſce virtutibus ſibi conciliauerat, ita vt mortui cadauer certatim omnes *Segouiæ* Ordines religioſi tanquam pretioſum & ſanctum pignus expoſcerent, cum fato vt ante diximus functus eſt. Sed *Sancius* hoc optimum nouæ domus fundamentum fore non immeritò arbitratus, vt in ſacello Parochialis Eccleſiæ S. Michaëlis deponeretur, illicque interim aſſeruaretur procurauit. Natus erat annos ſexaginta, cùm beata vt credimus immortalitate donatus eſt. 1591. 1564.

3. Poſt aliquot dies ab obitu noſtri *Hieronymi*, ſedem noſtri *Segouiæ* fixerunt, comparatis ædibus ab *Andrea Moreno* ciue Segobienſi, fructum induſtriæ eius colligentes quem moriens dederat. Et quidem haud longum tempus potuit intercedere, ad diem enim xx. Aprilis in eas ædes conceſſerunt, quæ certè cùm ſint optimo & celeberrimo Ciuitatis loco poſitæ maiori deuotione ac concurſu frequentantur. Nec vna hæc eſt frequentatæ domus cauſa, imò longè præcipua eſt *B. Mariæ*, cui *à Salute* nomen, Imago miraculis clara, quæ hodiernum in diem vigent. Nullo in præſens Fundatore gaudet, ſunt tamen quatuor ſupra viginti qui inhabitant. Denique *Segouia* Hiſpaniæ Tarraconenſis Vrbs eſt in finibus *Arenacorum* Epiſcopatu clara ſub Toletana metropoli in Regno Caſtellæ Veteris. Haud procul Eſcuriali ſita eſt, ab *Abula* in Ortum non procul leucis x. medio ferè itinere leuc. xvii. inter *Vallisoletum* & *Complutum*, hinc in Boream, illinc in Auſtrum. Viſendus illic Romani operis Aquæductus planè mirabilis. Lanificij præcipua ibidem officina. Sed hoc imprimis memorabile, quod meminit Vaſæus. Nemo in ea conſpicitur ocioſus, nemo mendicus niſi qui per ætatem aut morbum opus facere non poſſit, cum nulli deſit vnde victum quærat aut in quo ſe exerceat. De nomine nonnulla diſputatio, ſed quod hodiéque retinet ab antiquo videtur immutatum. Marieta etymon non probat quod aliqui protulerunt, vt *Segouia* dicta videatur quod *ſecus Gouiam*, cuius nominis mons ſit in proximo, ſitum habeat. Sed in hæc inquirere præter inſtitutum noſtrum eſt. Conuentus Segobiæ. *Moreno.* *Segouia.*

de los Reyes 4. Enimuerò memorabilis antè omnia *R. P. Antonij à Regibus*, viri per omnia eminentis, obitus, quo Hiſpanos ſuos luculenter nobilitauit. Ille Cordubâ oriundus, quâ primùm potuit ætate, Ordinem noſtrum complexus eſt, Illiturgi ad diem xvii. menſis Februarij an. 1554. profeſſus, cum anno 1537. natus fuiſſet Iunij menſis die xii. quo peruigilium *S. Antonij à Padua* occurrit, ex quo nomen Antonij retinuit. Cognomen à patre Alonſus fuit, quod profeſſionem emiſſurus mutauit amore Regum qui Chriſtum in cunabulis adorauerunt. Patri nimirum nomen erat *Petrus Alonſus*, matri verò *Maria Diaz*, ambo Chriſtiana fide ac pietate clari apud Cordubenſes habebantur. A prima igitur ætate filium, quem votis precibuſque impetrauerant, litteris diligenter ac ſedulò inſtitui curauerunt. Bona educatio ad hoc profecit vt annum decimum ſextum attingens de religioſæ vitæ propoſito non pueriliter cogitaret, quod vt explorauit *R. P. Alphonſus de Aquila* ſenior quartùm Prouincialis Granatenſis in Ordinem noſtrum quem ardenter expetebat admiſit. Prima ſpiritualis vitæ Ob. P. Antonij à Regibus. *Alonſo. Diaz.* *de Aquila.*

Digitized by Google

1591. tyrocinia ſic exegit vt non docendus ipſe, ſed alios docturus acceſſiſſe videretur, tantam de ſua virtute ac pietate admirationem dederat. Studiis ſubinde litterarum adhibitus Philoſophiam & Theologiam non leuiter decurrit, ſed ea cognitione ad maiorem pietatis exercitationem vſus, conſultò & ex animi propoſito à concionibus lectionibuſque, quibus habendis par eſſe poterat, abſtinuit. Totum igitur ſe Theologiæ myſticæ dedidit in qua mirabiles progreſſus fecit. Orationi aſſiduè vacabat & eadem ſemper illam qua cœperat precatione finiebat ex pſalmo cxlii. ſumpta, nimirum: *Doce me facere voluntatem tuam quia Deus meus es tu.* Opus nullum aggrediebatur niſi præmiſſa precatione hac altera: *Fiat in omnibus Domine diuina voluntas tua.* Humilitate ſupra cæteras virtutes excelluit abiiciens ſe infra quàm credi poteſt. Ad obedientiam ita promptus fuit, vt editis diuinitus miraculis teſtimonium acceperit à ponderatore ſpirituum Deo. Abſtinentiam coluit maximè abſciſſam & ſeueram, duos aut tres ſæpiùs dies ieiunus ab omni cibo & potu perſeuerans, tribus per hebdomadam diebus ex vſitato more nihil præter panem & aquam ſumebat, quod faciebat ſedens in terra dum alij menſæ accumberent. Hunc vitæ tenorem perpetuò ſeruauit. Cilicium ſub interulâ laneâ continuò geſtabat, nudis vt plurimum pedibus incedens. Quibus diebus ſeipſum pane ſolùm & aqua macerabat, iiſdem ſe crudeli flagellatione, priuſquàm ſurgerent alij de menſâ, excipiebat. Ex quo habitum induit nunquam in culcitra & lecto dormiuit, pernoctare ſolitus in Choro, vbi ſe verberibus ad ſanguinis profuſionem diſcindebat, quinquies quandoque in noctem verberatione repetitâ, ferreis ad eam rem catenis vtebatur & totum pauimentum ſanguine reſpergebat. Mira omnino ſunt quæ præter hæc de illius pœnitentia feruntur. Dæmonum infeſtatione vexatus, tam fortiter aduerſus eos egit, vt non ipſe modò victor ſemper euaſerit, ſed etiam alios ad victoriam de communi hoſte ferendam mirabiliter adiuuerit. Prophetico ſpiritu & miraculorum gratia non caruit. In omnes ita beneficus fuit vt à plebe audiret *Sanctus Pater de los Reyes*, ab Epiſcopo autem & præcipuis Cordubenſibus incolis *Inſtrumentum pacis & omnium Pater* diceretur, vt qui in conciliandis inimicorum animis inſolita virtute præcelleret. Demùm verò diuturna inediâ, maceratione, aliiſque exercitationibus exhauſtus cùm ſe interim in aliorum quoque ſalutem impendiſſet (Nouitiorum enim eruditionum curam ferè ſemper ſuſtinuit) ad diem xv. menſis Auguſti, hoc anno viribus & animo defectus eſt. Cùm enim Miſſæ celebrandæ causâ ſacras veſtes induiſſet, collabens præ infirmitate in genua, non potuit vltra procedere: porrecto igitur ſacro Viatico & Vnctione infirmorum ſuſceptâ, cum lachrymis & quanta fieri poterat animi alacritate, in publicas preces intentus & ad ſingula reſpondens vt Sanctum decebat, expirauit. Ab obitu melior illi ſpecies & corporis habitudo eſſe viſa eſt, qui enim anteâ extenuatus & macilentus erat, poſthac pleniore vultu & inuido colore nitens apparuit. Funus omnium ordinum affluentia & concurſu celebratum eſt, hodiéque ſepulchrum eius magnâ veneratione colitur. Hæc breui de homine ſanctiſſimo perſtrinximus ne modum inſtituti operis excedamus. Singularia pleraque Donius & Montoia proſequuti ſunt, ſicut & Triſtanus, qui ſemel atque iterum in eius laudes excurrit. Hoc illi publicum elogium in Romanâ Tabulâ inſcriptum eſt: *R. P. Antonius de los Reyes Hiſpanus Zelo pœnitentiæ & carnis mortificatione admirabilis & diuinis viſionibus & miraculis clarus.*

1591.

Obit. Sorotis Pelagiæ Leonti.

5. *Antonio* præmortua Sor. *Pelagia Leontia*, Mylis in Sicilia oriunda, Angelicæ quam ad an. 1559. laudabamus germana & ipſa tertium Ordinem noſtrum profeſſa vt primum per ætatem licuit. Leui ſomno defuncta per reliquam noctem orationi vacabat, humi ſæpiùs cubans, ſeque ad carnem aſtricto nodoſo fune macerans. Nihil ad panem & aquam feriis ſextis adhibebat, neque ſolemnibus quæ ex præcepto Eccleſiæ celebrantur ieiuniis. Vt aduerſam fortunam expertis ſua ope prodeſſet, ſeipſam rebus omnibus exuit & ad extremam pauperiem redegit. Vulgo Mater pauperum dicebatur. Perditæ vitæ fœminas plures ad bonam frugem verbis, precibus & omni modo reuocauit, in quo ze-

Leonti.

lum

Digitized by Google

1591. lum ſuum mirabiliter & nunquam ſine fructu explicauit. Vitam quadrageſimalem perpetuo ſeruauit. Virginitate illibata floruit. Angelum comitem & omnibus palàm apparentem ſicut & Angelica ſoror habuiſſe creditur. Integris ſenſibus, animo in Deum intento, iubilans & orans, animam creatori reddidit die XII. Iunij. Tertia & illi ſoror *Blaſia* magnæ ſanctitatis virgo, ſed de cuius exitu nihil ſpecialiùs accepimus, niſi quod tertium quoque Ordinem profeſſa nulla re ſororibus ceſſerit. *Pelagie* hoc elogium Santorius Pariſius noſter aſcripſit *Refugium extitit afflictorum.* 1591.

6. Sed ne res Siculas diuidamus & hoc addimus. *R. P. Ægidius Moncurtius à Claromonte, Typum omnium Scientiarum* edidit *Lugduni* apud *Ioannem Veyrat* hoc eodem anno. Liber eſt Scotica ſubtilitate contextus & conciſa breuitate multiplices difficultates ad omnem Philoſophiam ac præſertim Theologiam Scholaſticam pertinentes comprehendens, quem plerique qui doctorium libros recenſuerunt non immeritò laudauere. Moncurtius floret.

7. In hunc annum Cœnobij noſtri Pictauienſis originem Robertus in Epiſ. Pictauienſ. 97. confert, Montoia in ſequentem protrahit: Parum refert vtrum affirmemus, Res ſic habet: *Cæſaroduni* de incerto tumultu incertior fama ferebatur, eius rumoris quidam è noſtris Pleſſiaci degentes conſcij, cùm nihil minus eſſent, habiti ſunt, in eos ſeuerè ac præter Iudiciorum æquitatem inquiſitum & animaduerſum eſt, quæ cauſa fuit vt Pictauium nonnulli profugerint poſtquàm ſuos in iis anguſtiis ad declinandam Iudiciorum acerbitatem conſilio & omni ope iuuerant, id quod poterat videri capitale, vt erant illa tempora. Hoc verò tam benè illis vertit, vt in ciuitatem accepti fauente Nobiliſſ. & Clariſſ. *D. Carolo Coſſæo Briſſaco* apud Pictauos Præpoſito, ex tunc ſedem illic figere cœperint. Nec defuit Reuerendiſſimi *Godofredi de Sainct-Belin* Epiſcopi ſtudium in eos atque liberalitas, qui vetus quoddam ac penè collapſum & dirutum Collegium illis attribuit, in quo ædicula firmi ac ſplendidi operis *B. Mariæ Virg.* ſacra, qua hodieque noſtri vtuntur. Collegio nomen fuit *Gelaſinum* ſeu *à Gelaſio*, quod Montoia meminit, ſeu veriùs *Agelaſinum*, vt habet Belforeſtus. Ea propter delatus prædicto Reuerendiſſimo Epiſcopo Fundatoris honos & titulus à Patribus qui ann. 1593. Valentiæ conſederunt. Subinde verò plura incrementa & per vices accepit, vt ob eam rem primario Fundatori ſecundus tertiuſque adlecti ſint, nobilis ſcilicet D..... *d'Archambaud* qui fundi partem ceſſit, & nobil pariter *D. Nicolaus Contant* ſuperindicti apud Pictauos vt vocant Receptor, qui non pauca beneficia noſtris ſemper præſtitit, reſque illorum peramanter fouit. In cuius gratiæ partem omninò venit memoranda lectiſſima eius conſors *D. Dionyſia Paſſard*, quæ & ipſa magno affectu rebus noſtris allaborauit. Eſt quidem *Pictauum* ſeu *Pictauis*, atque *Pictauia*, quæ Ptolomæo & aliis *Auguſtoritum*, vrbs ampla & vaſta cliuo inſidens, qui inde in latiſſimam planitiem abit. Alluitur *Clani* ſeu *Clanio* amne, qui *Planus* etiam dicitur imò & *Clennis* vt tradit Maſſonus ex veteribus monumentis, aqua ſatis copioſa manat altiſque ripis circumducitur, anguſti ſtrictique aluei, adeoque leniter fluit vt reſidem aquam ſtagnantemque diceres. Epiſcopali ſede florentiſſimâ & antiquiſſimâ gaudet ſub metropoli Burdegalâ, *Godefridus* ille noſter per annos XXXV. illam tenuit, à quo vnus ei moderatur in præſens Reuerendiſſimus & Clariſſ. *D. Henricus Ludouicus Caſtanæus Rupipoſæus* qui omnem laudationem factis & meritis ſupergreditur. Academiam habet Iuris profeſſione præſertim claram & valdè famigeratam, de qua ſatis ieiunè Middendorpius lib. 6. meminit, at Scaliger Pictauium celebrans præcipuam inde laudationem aſtruxit hoc tetraſticho: Conuentus Pictauij.

Si ſtudium eſt anima, veniunt à corpore vires
Gallisque à meritis poſcit vtrumque ſibi:
Hæc ſtudia; aliæ belli exercentur amore.
Pictauium *eſt animus, cætera corpus erunt.*

Coſſæi Briſſaci. Saint-Belin. Agelaſii. Archambaut. Contant. Paſſard. Poitiers. le Clain. Chaſtaigner. de la Rochepoſay.

Iconem dedit Braunius l. 1. tab. VIII. & Belleforeſtus in ſua Coſmographia. Hoc verò vnum in rebus Gallicis recenſemus quia etſi alia ſciamus ſatis auſ-

Digitized by Google

1591. picatò conſtituta, exitum tamen non habuerunt initiis parem, ſed cum publi- 1591.
cæ rei fortuna variauit etiam ipſa dilapſa ſunt.

Conuentus Mantuæ. 8. Enimuerò & ſuæ Italis partes non defuerunt, *Mantuam* enim Ducum beneficio inducti ſunt ad diem IV. menſis Maij, ſolemni & publica ſupplicatione inſtituta ab Eccleſia S. Blaſij, ad locum quem illi debebant incolere. Quod factum, vt cœpi dicere, Ducum beneficio, Excellentiſſ. inquam *Vincentij Gonzagæ Guillelmi* F. *Leonoræ Medicææ Franciſci* Magni Ducis *Etruriæ* F. & *Vincentij* conſortis, atque *Leonoræ Auſtriacæ Ferdinandi* Imp. F. *Vincentij* Ducis matris qui *Gonzaga. Medicæ.*
1593. aliquot è noſtris alendis ſumptus fecerunt, atque anno poſt hunc ſecundo primarium in Eccleſiæ fundamenta lapidem poſuerunt, Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo *P.* ac *D. Franciſco Gonzaga* ex Ordine Minorum, eiuſdemque Ordinis ſupremo Antiſtite, Mantuano pro tempore Epiſcopo ſacros ritus obeunte, ſub diem menſis Martij XXV. facto Chriſtianæ ſalutis initio celeberrimum, atque is
1602. ipſe R. Epiſcopus anno 1602. eandem Eccleſiam Sabatho antè Dominicam III. poſt Paſcha quod in diem 27. menſis Aprilis incidebat conſecrauit. Hoc Cœnobium Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Ferdinandus Gonzaga* ex S. R. E. Cardinali Dux Mantuanus, multis & pretioſis pignoribus ſacris locupletauit, in quibus filum eſt à B. Virgine Maria ductum, pars oſſis B. Pauli Apoſtoli & B. P. N. Franciſci lipſanum quoddam ſacrum, ſuntque illa lapide achate atque auro incluſa; Reuerendiſſimus verò *P. Gregorius Carbonellus à Paula* impræſentiarum Generalis, poſteâ Epiſcopus *Neocæſarienſis* & Abbas *S. Barbaræ* apud Mantuanos, non parum ad eius ornamentum & incrementum contulit. Datus denique in primum Correctorem *R. P. Bernardinus Venetus*, cum domo ſcilicet optimè conſtituta Patres Genuæ VII. conſiderent. *Mantua* porrò vrbs *Mantua. Mincio. Lago di Garda.*
eſt Galliæ Tranſpadanæ in *Cænomanu*, poſita eſt in medio paludum quas *Mincius* ex lacu *Benaco* progrediens efficit, paludes iunguntur eximiis Pontibus per quos aditus eſt in vrbem, complexu ampla, publicis ac priuatis ædificiis ornata, plateis, templis, foris egregiè inſtructa, ſitu loci & arte munitiſſima, ſed nuper à Germanis militibus intercepta, direpta & vaſtata eſt, dum *Carolum Gonzagam* Principem optimum & ex Duce Niuernenſi Mantuani Principatus hæredem (quem habemus pro ſuis in nos beneficiis ampliùs laudandum) hoſtilibus armis proſequuntur. Noſtri eo turbine inter primos implicati ſunt, vt qui agerent in ſuburbio, rebus tamen compoſitis locum in vrbe acceperunt liberalitate magnificentiſſ. Ducis *Caroli*, quoad rebus ſuis aliter conſuluerint. Sed de vrbe ipſa hoc inſuper addendum eſt. Epiſcopatus dignitate fulget ſub Aquileienſi Patriarcha. Inter Italas vrbes habetur antiquiſſima. Situs illi eſt inter *Brixiam* & *Regium Lepidi* Auſtrum verſus XXXVI. paſſ. mill. inter *Cremonam* ad Occ. XL. & *Ferrariam* in Ort. l. *Mantuam* laudat Virgilius Æneid. X. Silius Italicus planiſſimè hoc diſticho:

Mantua Muſarum domus, atque ad ſydera cantu
Euecta Andino & Smyrnæis æmula plectris.

Scaliger pater in Vrbibus ſpeciali carmine, ex quo eſt hoc tetraſtichon:

Clara viris, felix Ducibus, dine inclyta Cycno
Quem vitreus aluit Mincius Andu aquis.
Mantua dines auis magno non ceſſerit Orbi
Tota tamen parte hac vincitur ipſa ſui

Iconem dedit Braunius l. II. tab. I.

Priuileg. conf. à Pont. 9. Ad vniuerſum Ordinem ſpectat Confirmatio & Innouatio Priuilegiorum quam *Gregorius* XIV. vir ſanctis moribus, atque benignus, vt habet in eius elogio Spondanus, ab altero anno & die V. Decembris *Vrbano* VII. duodecim dierum Pontifici ſuffectus, vltro nobis contulit ſub die V. menſis Iulij, quæ his verbis incipit: *Ordinem veſtrum optimæ famæ odore redolentem, ac in Patris & Inſtitutoris veſtri B. Franciſci de Paula veſtigiis ambulantem meritò complectimur, &c.* Noſter de Pereinis & alij eam ediderunt. Sed quando incidit mentio Pontificis Optimi, non poſſum quin commemorem quod à *R. P. Iacobo Emardo* Romæ tunc agente audiui. Aliquando miratum Pontificem illud quadrageſimalis inediæ inſtitutum,

1591. inſtitutum, ad quod ſolemnibus votis obligamur, voluiſſe de illo nobiſcum diſpenſare, ſin minus aliquid remittere de auſteritate ac ſeueritate quam tenemus; quod vt inaudierunt noſtri ad Pontificem conuolarunt, ac ſummis precibus expetierunt, vt hoc ſuum vitæ inſtitutum illibatum ſibi poſteriſque conſtaret, quod ſi vellet aliquid ſibi gratificari omnem in futurum relaxationis aut remiſſionis ſpem adimeret. Hoc ſtudium Pontifex ſummoperè probauit & laudauit, noſtriſque ob eam cauſam prolixiùs deinceps fauit gratiamque omnem præſtitit. 1591.

An. M. D. XCII. 1592.

1. CVm paratum noſtris exitium eſſe videretur in Galliâ, quòd ſe in Regis Eccleſiæ Catholicæ nondum reconciliati gratiam publicas preces fundere poſſe pernegarent, *Aquitani* noſtri ad extremas Bigerronum oras & ad Pyræneos montes Nobiliſſ. Equitis beneficio conſederunt. Is fuit *D. Raymundus Cardillacus Sarlaboſius* vir clarus & generoſus quinquaginta cataphractorum Equitum ductor &c. qui noſtros ad ſe traduxit & inſtituendi Cœnobij in dynaſtiâ quadam ſua primus autor & Fundator fuit. Locus mihi non ſatis compertus eſt per vllas Geographicas tabulas, noſtri *Tornacum* vocant, Vrbemque volunt eſſe in diœceſi Tarbenſi, quâ *Tarba Pyrenees* reſpicit, reſpicit autem ad Orientem & Meridiem. Et *Tarba* quidem ad *Atyrum* fluuium ſita, Epiſcopali dignitate fulgens, *Bigerronum* metropolis habetur, *Tornacum* verò, vt audio, ab ea non procul ad *Pyrenees* montes pertingit. In eo igitur oppido *Sarbaloſius* prima fundamenta iecit non contemnendi operis, ſed quod abſoluere non potuit præmaturâ morte interceptus, eſt tamen illi Fundatoris nomen decretum in Actis Generalibus anni conſequentis & ipſum Cœnobium in reliquorum albo deſcriptum, ſub titulo *B. Mariæ de Caſtello*: quare non parua hæc fuiſſe initia credendum eſt, & certè poſthac incolarũ benignitate ac noſtrorum induſtriâ non ægrè admodum coaluerunt, manum præſtante *R. P. Ioanne Signoreto* Prouinciale viro non conſtantis modò & intrepidi animi virtute, ſed & morum integritate venerãdi, qui cum *Sarlaboſio* de fundatione pepigit. Sed certiora, poſtquàm edocti ſumus, veniunt reponenda. *Tornacum* vnâ tantum & alterâ leucâ vitrà *Tarbam* in Ortum ad *Larodionis* ripam ſitum eſt, & *Larodio* quidem periculoſus & aquis inflatus amnis, inde in Occidentem deflectens, rigato *Bigerronum* agro, ad *Malburgetum* oppidum in *Atyrum* influit. Cœnobium ad læuam *Larodionis* in loco plano, deductâ per foſſam ab ipſo fluuio aquâ ad Septentrionem quoque alluitur, quàm in vſus ſuos noſtri arte corriuant, diſtat ab oppido per interiectum amnem & inſtratum ſublicium pontem paſſibus quingentis. Eccleſia duobus ſacellis inſtructa eſt, quorum alterum *S. Lucie* dicatum eſt, quam oppidani, ſicut & B. Virginem cui dicata eſt ipſa Eccleſia, multis votis ac precibus frequentant. Condendi Monaſterij facultas irrogata per Reuerendiſſimum *D. Saluatum Diharſe* Tarbenſem Epiſcopum ad xx. Ianuar. hoc ipſo anno, eaque ſignificat valdè gratum ſibi eſſe acceſſum noſtrorum in ſuam diœceſim, eiſque liberum eſſe conciones habere ad populum & pœnitentiæ ſacramentum vbilibet adminiſtrare, in perpetuum decernit. Sarlaboſius ad proximi menſis Maij diem xxii. de fundatione Cœnobij pepigit.

Cardillac de Sarlabous. *Tornay.* *Tarbes.* *Adour.* *Larod.* *Malbourguet.* *Diharſe ou de Hiarce.* Conuentus Tornaci.

2. Quod etiam anno ſuperiore incertum ferebamus de Pictauienſis Cœnobij origine, id nobis poſteâ conſtitit, ex litteris Reuerendiſſimi *D. Godofredi de Sainct Belin* Pictauienſis Epiſcopi, quas accepimus à *R. P. Antonio Iardino* rerum Ordinis ſtudioſo inueſtigatore. Illæ ad hunc annum noſtros Pictauium veniſſe memorant, aliaque ſubindicant quæ non melius quàm ex ipſis litteris poſſimus intelligere, ſic igitur habent:

S. Belin. De Conuentu Pictauij.

Godofredus de S. Belin Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Pictauorum Epiſcopus, Ad perpetuam rei memoriam. Vniuerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis Salutem in Domino ſempiternam. Ex commiſſi nobis deſuper Paſtoralis officij debito, Religioſorum quorumlibet Deo famulantium neceſſitatis & vtilitati libenter intendentes & illa quæ præ-

Digitized by Google

1592. *terea prouide gesta reperiuntur vt firma perpetuo & illibata permaneant libenter cùm à nobis petitur nostro munimine roborantur : Cum iisce calamitosis temporibus, per fidei Catholica hostes, edificia, Conuentus, Monasteria illorum profanantur, denastantur & contra verè Christianos propugnacula & defensiones constituuntur, contra vicissim eisdem Religiosis Conuentus, Ecclesias & Cœnobia alibi confici & erigi curamus. Sanè pro parte dilectorum nobis in Christo fratrum Minimorum sub Regula S. Francisci de Paula petitionis series continebat, quod ipsi saeviente contra eos hæreticorum & eos fouentium malitia, hisce bellorum & tumultuum temporibus, in ciuitatem nostram Pictauiensem, quasi ad tutum refugium* circa mensem Octobrem an. 1592. *effugientes excepti sunt* &c. *Nos itaque visis præmissis & matura desuper habita deliberatione & consideratione, huiusmodi supplicationibus inclinati, piis eorum votis annuentes* &c. *in honorem Dei Conuentum dicti Ordinis fratrum Minimorum S. Francisci de Paula, loco dicta Capella* de Gelassy *Ecclesiam dicti Conuentus, omnibus melioribus modo, via, iure & forma quibus magis, melius & validius de iure possumus, eadem auctoritate perpetuò erigimus, ac omnes & singulos dictarum Cappellæ & domus fructus, redditus & prouentus, iuraque, obuentiones, emolumenta & alia quæcunque eidem Conuentui etiam perpetuò applicamus* &c. *Datum Pictauij in nostris ædibus anno Incarnat. Dn.* 1594. XII. *Calend. Martij.* 1592.

1594. Et ex his quidem liquet in quod tempus nostrorum in vrbem aduentus conferendus sit, concesserant tamen in prædictam Ecclesiam ab anno 1593. priùs
1593. ab ipso Episcopo sacris ritibus repurgatam, vt ex aliis eiusdem litteris sub eum annum constat. Interim verò apud Franciscanos nostri diuersati eorumque hospitio vsi, omnem humanitatem experti sunt, quod memori & grato animo recolimus. At verò prædicta Capella Fundatorem habuerat Reuerendissimum *D. Petrum de Sacierges* Lucionensem Episcopum, qui Cancellarius & Præses Mediolanensis fuerat Georgio Cardinale Amboso Prorege, obiit autem die IX. Septembr. ann. 1514. sepultus in hac ipsa Capellâ, quam perficiendam curauerat Nobil. & *R. D. Tussanus Fené* Subdecanus Sancti Hilarij Magni apud Pictauos, Petri nepos, quique in auunculi sepulchrum posteâ illatus est. Donationem nostris factam suo postmodùm tempore Augustissimus Princeps & Rex noster *Henricus* IV. diplomate Nanneti exarato an. 1598. die IX. Aprilis
1598. confirmauit. Quo eodem anno *Saubelinus* Episcopus Sodalitium in ea ipsa Cappella instituit sub inuocatione *Sanctæ Mariæ* seu *Nostræ Domine à miraculis*, cuius se confratrem primum inscripsit. Actum id ipsis Calendis Quintilibus. Atque hæc iuuat de Conuentus Pictauiensis origine suo loco repetiisse.

de Sacierges

Fené

Gallorũ studium pro religione & obsequio in Regem.

3. Sed vt ad ea reuertamur quæ ab initio dicebamus. Cùm per Galliam religionis causa versaretur, ideoque in partes animi distracti essent, nostri autem quâ necessitate, quâ voluntate, confœderatos aduersus Regni hæredem affectarentur, rebus tamen ad Regem inclinantibus & quampluribus locis per vim iam & arma occupatis, vt nullo religionis discrimine preces pro salute Principis haberentur, qui Regis partes sequebantur omni conatu contendebant. In ea conflictatione diu multumque nostri hæserunt, sed tum præcipuè in eos tempestas deferbuit cùm anno proximo abiuratâ hæresi Princeps æternâ memoriâ dignus auitis sacris restitutus est. Fortiter tamen illi repugnarunt, negantes se posse, absque Pontificis veniâ, nondùm reconciliato per eum Principi, per orationes publicas communicare, qua in sententiâ tàm obstinato animo perstiterunt, vt periculum Regno exulandi quam proximè adierint. Sed hunc zelum optimi Principis clementia peruicit; & animum principis nostrorum sedulitas & diligentia, vt veniam à Pontifice impetrarent, promeruit. Primùm enim viuæ vocis oraculo facultas illis indulta quam poposcerant, tùm scripto etiam tradita, in quo cum nostrorum suprâ cæteros officium & sollicitudo eluxerit, ex eo præcipuam à Principe gratiam retulerunt, vt qui Deo pro conscientia fidem seruassent & Regis sui studiosissimos se præstitissent.

Obit. P. Ioannis Calderoni.

4. Huius anni quod reliquum est mors, quæ maximam tempori messem facit, occupauit. In Hispaniâ, viuis exemptus est *V. F. Ioannes Calderonus Nauarrus* ad diem XXVIII. Martij, quo Sabbatum sanctum agebatur. Oblatum professus fuerat in Conuentu *Toletano* ætate iam prouectâ, sed vitiosis prauisque affectibus

1592. affectibus haudquaquàm corruptâ, quod rarùm in iis eſt, qui ſerò ſæculum dimittunt. Modeſtiâ ſingulari eminebat, placidiſque moribus nemini non gratioſum ſeſe præbebat. Ad obedientiam promptus & alacer, verbo citiùs ad opus incumbebat. Per annos viginti ad ſtipem corrogandam in Eccleſia Matritenſi ſedit, mirabili patientiâ & probitatis exemplo, notus omnibus, & ab omnibus pro merito laudatus. Orationi ſæpiùs intendebat, &, quantùm illi vacuum fuit, de geniculis orabat. Lampades, quæ plurimæ in Eccleſia lucere ſolent, ſpeciali deuotionis affectu curabat. Afflictos & pauperes verbo atque opere conſolabatur, agens omnia ex officio ſinceriſſimæ charitatis, quam & linguâ & reipsâ præferebat. Obiit Eccleſiaſticis ſacramentis munitus cùm ad hymnum Angelicum *Gloria in excelſis*, campanæ pulſarentur, quas vt audiuit, præ gaudio exultans, ſublatis in cælum manibus, ſibi ad reſurrectionis præmium ſignum dari exclamauit, atque in ea voce Angelo quàm homini ſimilior expirauit. Ad funus præſtò fuerunt ciues Matritenſes ex omnibus ordinibus tanto concurſu, quantus eſſe poterat ad pompam longè celebertimam. Veſtis quâ tegebatur in fruſta populi ſtudio diſcerpta eſt, dum ſibi quiſque optat pignus ab homine ſancto, vt credebatur, auferre. Biennio poſt, corpus eius integrum & nulla parte delibatum inuentum eſt, cùm operis causâ ſepulchrum in quo iacebat effoſſum eſſet. 1592. 1594.

5. In Italiâ funus alterum celebratum eſt, hominis non vnâ morum ſanctimoniâ, ſed inſuper doctrinâ, dignitate, autoritate præcellentis. Fuit is *Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Gaſpar Ricciullus à Foſſo* Archiepiſcopus *Rhegienſis*, quem per vices non ſemel laudauimus, nec operæpretium fuerit ea quæ per occaſionem ſparſim libauimus hîc congeſta repræſentare. Poſſumus quod de S. Auguſtino prædicat vir clarus Voluſianus, virum ſcilicet eum eſſe totius gloriæ, de Gaſpare noſtro non minori iure circumferre. Quid enim memorem aut theologicæ doctrinæ ſoliditatem, aut dicendi facundiam, aut morum grauitatem, quam priuatim & publicè præ ſe tulit? Quid replicem collatos in eum honores, gratias, dignitates? Obit. R. P. Gaſparis à Foſſo.

——— mens ardua ſemper
A puero, teneriſque etiam fulgebat in annis
Fortunæ maioris honos, &c.

imo verò malim honorum deſpicientiam prædicare, quam ex animo ille coluit. A *Gregorio* XIII. ad purpuram non obſcurè deſignatus, importunis precibus miſſionem ab Vrbe obtinuit, vt eum honorem declinaret. Non poſſum tamen reticere aliorum in eum ſtudium, quo virtus eius pro merito æſtimetur. Ab anno 1555. cùm à morte *Marcelli* II. paucorum dierum Pontificis pro deligendo ſucceſſore comitia inſtaurata eſſent, quibus electus eſt *Ioannes Petrus Caraffa* dictus *Paulus* IV. *Ricciullus* noſter Epiſcopus pro tempore Caluienſis, multis Cardinalium votis atque ſuffragiis ad ſupremam illam in Eccleſia Catholicâ dignitatem poſtulatus eſt; quod cùm non ſemel ita factum ſit, priuatis etiam quibuſdam per aliqua ſuffragia deſideratis, non poteſt præter fidem haberi. Quid poſthæc, virtutem eius, probitatem, pietatem, doctrinam reliquaſque dotes laudare aggrediar? Verè dicam, licet cum poëta prophano 1555.

Eſt aliquod meriti ſpatium quod nulla furentis
Inuidiæ menſura capit.

Hoc faſtigium *Gaſpar* noſter maturè attigit, vt fruſtrâ ſim ſi ad eam altitudinem attingere me poſſe confidam. Obiit apud Eccleſiam ſuam Rhegienſem, votis pauperum, lachrymis viduarum, orphanorum fletibus cumulatus, qui prolixam eius imo & inexhauſtam liberalitatem in dies experiebantur. Die XXVIII. menſis Decembris animam efflauerat, tertium poſt diem terræ mandatus eſt, hoc interim tempore ad populum expoſitus viuenti quàm mortuo ſimilior apparuit. Natus erat annos 96. minus diebus nouem. Exequias celebrauit funebremque orationem habuit Reuerendiſſimus *D. Ioannes Camarota* Meſſanenſis Theologus inſignis, & Epiſcopus *Bebienſis*, Gaſpari noſtro in *Camarota.*

Digitized by Google

1593. Episcopali munere adiutor, in argumentum orationis hæc Apostoli verba prætexuerat *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse*, in quæ ad Gasparis nostri laudationem dignissimè perorauit. Anno demum 1603. cùm immanis pirata *Cigala* Rhegium occupasset Gasparis nostri sepulchrum, suffossum, dirutum, expilatum est, illiusque ossa per summam inhumanitatem cremata & in ventorum ludibria dispersa sunt. In quo non disparem à *B.P.N. Francisco* fortunam sustinuit, vt possit fortè dici, cui viuenti animus ad martyrium non defuit ei iam mortuo ad animum martyrium adfuisse. *R. P. Franciscus à Maida* Orationem quam in Concilio Tridentino Gaspar noster habuerat edidit quod iam ante submonuimus, alia quædam ab illo supersunt quæ qui habent videant si possint publico inuidere.

1603.

Vid. an. 1562

1592.

An. M. D. XCIII.

1593. Comentus S. Agathæ.

1. MVltiplici rerum narratione hic annus pertexendus est, vt qui non gestis tantum in præsens abundet, sed pleriſque, quibus non satis certa origo debeat locum facere. A die mensis Februarij III. Calabri nostri, præeunte *R. P. Petro Samblasio* Prouinciale suo, locum quem *B. P. N. Franciscus* sibi ipse delegerat, vt plurimis per noctem visis & apparitionibus significauit, insederunt. Is est apud *S. Agatham* Oenotriorum oppidum, quod *Artemisium* veterum fuisse interpretantur, quarto miliari à *Temesa*, quæ nunc *Malnitum* dicitur, eodemque spatio à *Pholoe* distans, in cuius agro *Isaurus* fluuius oritur. Merula oppidum Episcopale perperàm facit, est enim diœcesis *S. Marci*, seu *Argentani*, vt vel ex topographia constare potest. A littore VIII. passuum millibus subductum est, olim ditionis Principis Besidiani, nunc nobilis apud Consentios, sed priuatæ familiæ. Relegendus Marafiotius l. IV. cap. XXXIII. In eo municipio B.P.N. Franciscus adhuc superstes locum suis faciendum prædixerat, & intento digito designauerat, quod non semel posteâ per visum oppidanis aliquibus patefecit & in memoriam reuocauit. Longum tempus extractum est, quoad beati viri prædictio effectum consecuta sit. Id nunc primùm ita contigit. Nobilis vir & ciuis Santagathanus *D. Marcus Aurelius de Iordanis* prædium quoddam suum opimum & locuples, vt Cœnobium in eo exstrueretur, nostris testamento legauit, illud erat quod beatus Pater suis optauerat. Id adeò ciuibus Santagathanis gratum iucundumque accidit, vt omni studio nostros ad se traducendos curauerint, quorum prolixa liberalitate factum vt breui non contemnendum opus processerit. Cœnobium *S. Mich. Archangelo* sacrum magna oppidanorum deuotione frequentatur. Primus in eo Corrector institutus *R. P. Theodorus Blondus* ex Commisso Prouinciæ S. Francisci in Comitiis Generalibus Genuæ VII. celebratis, in quibus & Fundatricum gratia Nobil. DD. *Lendemine & Faustinæ, Marci Aurely de Iordanis* filiabus, in paterni beneficij memoriam, collocata est.

Sãt Agatha. Maluito. Pholoe. Esaro.

de Iordanis

Obit. P. Alphonsi Villa-maioris. 1584.

2. In mensem alterum, hoc est Martium & eius diem XIX. incurrit mors *R.* admodùm *P. Alphonsi Villa-maioris* ab anno 1584. Exgeneralis, qui ad hunc diem in Conuentu Motrilensi, (de quo ad an. 1580. dicebamus) priuatim egit, eo secessu ad pietatis exercitationem & mortis obeundæ meditationem plurimùm delectatus, ita quod interim pedem ab eo non extulerit, ad omnia regularis obseruantia munia tàm sedulus vt simile studium à Nouitio desiderari non potuisset. Ac ipse quidem solebat dicere, tanto quemque ad arctissimam obseruantiam & minimum quodque obsequium magis teneri, quantò pluribus aut maioribus apud suos muneribus perfunctus fuerit. Nihil eo humilius, nihil continentius, nihil moderatius. Ad eum, tanquam ad oraculum, causæ omnes cùm publicæ, tùm priuatæ totius regionis deferebantur, nec locorum longinquitas, aut solitudo ab eo studio populum, aut alium quemquam retardabat. Hoc vnum sibi pertimescendum putabat, si ad aliquam in Religionis præfecturam iterùm adhiberetur. Mors eius non paruum omnibus, qui hominem nouerant, luctum dedit, tum vel maximè quod necdùm fato maturus videretur,

Digitized by Google

1593. videretur, quinquageſimum enim tertium ætatis annum non exceſſerat. Funus inſolitâ populi multitudine celebratum, vt vix ad ſepulchrum efferre corpus fas fuerit, veſtem qua indutus erat certatim quiſque ſibi optabat & fruſtratim diſcerpebat, nonnulli erant qui ſudario faciem leniter abſterſiſſe pro magno ducebant. Anno demùm 1610. petente *Alphonſo de Contreras* Fundatore illius oſſa & venerandi cineres ad maius ſacellum tranſlata ſunt, ſolemni ritu id peractum, & decantâ Miſsâ, & oratione laudatoriâ tanquam in ipſo funere habitâ, mirus etiamtum populi concurſus fuit, mirabilior ſenſus de virtute ac ſanctimoniâ ipſius, qui apud omnes ſupra modum vigebat. 1593. 1610.

3. Ad diem Aprilis x. noſtri *Mantuâ Veronam*, quæ inde xxiv. paſſ. mill. diſtat, progreſſi ſunt, cum necdùm anno integro *Mantuæ* conſediſſent. Autores Cœnobij apud Veronam inſtituti fuerunt Excell. & Generoſ. Comites *Maximus* & *Auguſtinus Iuſti*, nobiliſque ciuis *Iulius Cigala*, qui fauente Senatu & aſſentiente Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo *D. Auguſtino Valerio* Epiſcopo & S. R. E. Cardinale, veterem quandam Baſilicam ædeſque proximas in Campo Martio ſitas noſtris donandas curauerunt. Cœnobium, dirutis ædibus, nouo & continenti opere poſthæc duci cœpit, quod è noſtris triginta & duo incolunt, nomen habet à *B. P. N. Franciſco*, primuſque illius Corrector à Patribus VII. Genuæ confidentibus nominatus eſt *R. P. Ioannes à Paterno*. Habentur ibidem Theologicæ lectiones. Denique *Verona* Vrbs ampliſſima eſt & nobiliſſima, ſub ditione Venetorum, à *Venetijs* LXII. paſſuum millibus, à *Brixia* in Ort. xl. inter *Ferrariam* ad Euronotum & *Tridentum* ad Circium circitor l. floret Epiſcopali dignitate ſub *Aquileienſi* Patriarcha, ortu gloriatur Antiſtitum XXXVII. qui Eccleſiæ Iudicio in cœlites vindicati ſint. Interluitur *Atheſi* fluuio, cui pontes quatuor inſignes ſunt impoſiti. Natura, ſitu, pulchritudinem ædificiorum, arcium munimentis aliiſque propugnaculis nulli ex Italicis Vrbibus ſecunda, qua de re proſtat Elogium ad portam Vrbis munitiſſimam. Agro quamoptimo & rerum omnium feraciſſimo gaudet, laudes igitur Veronæ ſuæ præter fidem non pangunt Scaligeri pater & filius cum ille ſic canit

Iuſto. Cigala. Conuentus Veronæ. Verona.

Italiæ canimus ſemper-florentis ocellum,
Calliope nequeat grandius vlla loqui.
Aucta deis, auctura poli Verona Quirites:
Quot ciues, tot habens ſydera digna Ioue.
Non animi non ingenij vigor acrior vſquam:
Nulla creat plures Martia terra Duces.
Transferre in cælum voluit ſibi Iupiter: atqui
Clarior in noſtris maluit eſſe locis.

Hic verò tale initium carmini fecit:

Ocelle mundi, ſydus Itali tæli,
Flos Vrbium, flos, corculumque amœnarum
Quot ſunt, erunt ve, quot fuere, Verona:
Brenni ſmaragde, Tranſpadane berylle
Gallorum iaſpis, margarita Benaci,
Apex ſupremus elegantiæ rerum
Et meta ſumma, Dædalæque naturæ.
Quam fronte pronâ facibuſque ſummiſſis
Vrbes adorent, & libenter agnoſcant
Sublime maieſtatis ardua lumen: &c.

4. Præceſſerant ab hoc & aliis fortè annis aliorum Cœnobiorum origines, & hæ ſunt quas in hunc annum corriuare debemus, cùm nunc primùm illarum mentio per Acta Capituli Generalis occurrerit. Et quidem in vna Prouincia Neapolitana trium nobis ineunda ratio eſt, quæ certiori loco non poſſimus reponere. Primum ſit quod apud *Nolam* ciuium liberalitate ac eleëmoſynis conſtitutum eſt, ad viam quæ in Apuliam ducit, iuxta Cœmeterium plurimorum SS. Martyrum, qui Diocletiano Imp. paſſi ſunt ſanguine dedicatum, & *S. Felicis* Preſbyteri latebrâ memorabile. Nomen accepit à *B. P. N. Franciſco*, Conuentus Nolæ.

Digitized by Google

1593. quem ciues Nolani peculiari cultu venerantur. Opus præclarum est & magnificum. Non pauci sunt qui inhabitant, eisque per ciuium beneficentiam ad vitæ necessaria satis abundè est. *Nola* ipsa Vrbs antiqua est, *Neapoli* ad duodeuiginti passuum millia proxima, Episcopali dignitate floret, perperàm à quibusdam *Sidicinum* credita. De illa Silius Italicus canit. 1593. *Nola.*

Campo Nola sedet crebris circumdata in orbem
Turribus, & celso facilem tutatur aditu
Planitiem valle.

Sed augustiùs Paulinus ille Nolanorum decus & gloria, eam commendat cum agens de concursu populorum ad tumulum S. Felicis, sic loquitur:

Vrbes innumeras vnâ miramur in Vrbe.
O felix Felice tuo tibi Præsule Nola,
Inclyta ciue sacro, cœlesti firmata patrono
Postque ipsam titulos Romam sortita secundos,

atque in eandem sententiam aliquammultis locis eadem fermè repetit.

Conuentus S. Arpini. 5. Alterum sit, quod apud *S. Arpinum*, altero ab *Auersa* stadio, extructum est. Montoia noster *S. Arpinum* ab antiquis dictum esse vult *S. Elpidium*, & hunc quidem *Elpidium Atellæ* Episcopum fuisse, ac ei festum diem agi XXIV. Maij reperio, sed omissâ hac controuersiâ, eius nunc nominis viculus est *Atellæ* ruderibus inædificatus ad *Clanium* fluuium, itaque Sanfelicius *S. Arpinum* qui hodie dicitur *Atellam* esse ac dici debere contendit, sed vsus inualuit vt *Auersa* nomine *Atellæ* accipiatur, vt quæ quam proximè sita, Vrbis dignitatem ius & nomen ab eadem tulerit. In eo vico Nobil. & Generos. *D. Alphonsus Sanchez, Grotulæ* Marchio domicilium nostris posuit, angustum quidem sed iucundum atque commodum, sub titulo *S. Mariæ à Stellâ*: cum tempore incrementum accepit, tumque demùm Corrector in eo institutus in Comitiis Generalibus Romæ VI. habitis, fuitque is *R. P. Philippus à Capua.* *San-Arpino d'Agno.* *Sanchez.*

6. Tertium in eodem tractu Cœnobium hoc vtroque (nisi fallor) antiquius, loco valdè obscuro nec mihi nisi per scriptores nostros cognito situm, aliis tamen annumerandum venit. Gesunense id à loco dictum, est autem *Gesunium* viculus ignobilis, inter montes *Salerno* proximos, nec plus octo stadiis sepositos, ad amnes duos piscolentos & tructis abundantes. Cœnobium ab oppidanis & accolis pro sua in B. P. N. deuotione constructum est, cuius tamen initia lentè ac ægrè processerunt, quare & in præsens Patribus Valentiæ confidentibus dimittendum esse visum est, & certè iam olim decretum fuerat, vt nulli nisi in copiosis vrbibus acciperentur. Interim hoc fidem de antiquitate facit. Rebus tamen postea in melius dispositis retentum est, eique Corrector præfectus in Generali congregatione Romæ VI. celebrata *R. P. Ludouicus à Criptalitis*, quæ causa fuit vt Isnardus noster antè id tempus in censum illud non retulerit. Conuentus Gesunij. *Gesuni.*

Conuentus Pontis-Æsiæ. 7. In Prouincia Franciæ duo alia nobis commemoranda essent, si eum habuissent exitum, quem hæc initia promittebant. Vnum fuit ad *Pontem-Æsiæ*, alterum *Rothomagi*. Sed de Rothomagensi dicendum recurret. Pontæsianum verò haud multò post nobis excidit. Res habuit in hunc modum. Ad ripam citeriorem *Æsiæ* domus Hospitalis est siue Leprosaria, titulo *B. Mariæ Magdalenæ*, cuius administratione vir quidam nobilis, sed sectarius & à Catholica fide alienus fungebatur, dum igitur per turbulenta tempora Pontæsiani Catholicorum partibus adhærerent, nostri domus illius administrandæ & inhabitandæ ius acceperunt, quo non excidissent si paciscì cum homine sectario ad ius quod habebat redimendum voluissent, aut certè non reformidassent; sed rebus haud diu post in pace compositis omnibusque ad pristinum statum restitutis loco cedere necesse fuit. Atque vt hoc strictim adiiciam, *Pons-Æsiæ* leucis septem à *Lutetia Parisiorum* in Austrum supra confluentem *Æsiæ* in *Sequanam*, satis copiosa vrbs est, Normaniæ finitima, quam non immeritò *Briuam-Æsiæ*, vt legendum apud Antiquos, multi sunt qui opinantur. *Pontaise.* *Oyse.* *Seine.*

8. In Prouincia Hispalensi duo quoque recensenda veniunt, sed quæ perennauerint.

Digitized by Google

1593. nauerint. Primum quidem Fratrum, ſecundum autem Sororum, ſiue Monialium eſt. Illud apud *Luciferi-fanum*, hoc in ipſa Hiſpalenſi vrbe. *Luciferi-fanum* Latinis eſt quod φωσφόρου ἱερὸν interpretatur Strabo, quodque appellatum etiam addit (à Latinis ſcilicet) Αὐγουσταδόβιαν, nonnulli ſunt qui *Aſtam coloniam* putent, hodie Hiſpanis *San-Lucar de Barrameda* dicitur. Vrbs eſt portu celebris & opulenta, leucis xv. ab Hiſpali, ad oſtia *Batis* fluuij, leucis 11. à Mneſthei portu. In ea Nobiliſſ. & Generoſiſſ. *D. Alphonſus Pereſius de Guſman*, Cœnobij noſtri apud *Methymnam Sydoniam* Fundator, vt ad an. 1579. meminimus, noſtris locum fecit, attributis ædibus Palatio ſuo proximis atque Eccleſiæ, quã nunc R R. P P. de Mercede captiuorũ occupant, quo loco annos plures noſtri ſteterunt. Id in Acta Generalia huius anni relatum eſt. Datâ poſthæc opportunitate in commodiorẽ locũ concedendi, mutauerunt, & ad mare vbi naues appellunt laxiore & ampliore ſpatio ſibi comparato nouas ædes extruere cœperunt in quibus plures triginta è noſtris diuerſantur. Hanc verò migrationem ad an. 1599. contigiſſe Montoia ſubindicat.

1593. Conuentus Luciferifani.

San Lucar. de Barrameda.

de Guſman.

9. *Hiſpalenſe* Sororum Cœnobium fortuitò initium accepit. Ab anno 1548. Ordinis noſtri Moniales, ad Hiſpalim eamque partem quæ vltra *Batim* plano ſitu reſidet, vulgoque *Triana* dicitur, (quæ cauſa eſt vt Bæti præter ſolitum exundante pars illa ſoleat aquis infeſta eſſe) confederant. Ad hæc verò, non eò vnquam excreuerant aquæ vt loco abſcedere oportuerit, ſed hoc demùm anno tanta fuit inundatio, vt aquis largiter & altè diffuſis, neceſſe fuerit, in tutiorem locum demigrare. Cùm igitur Moniales noſtræ, quæ magno illic numero ſolent habitare, in vrbem ipſam quæ montoſo ſitu extra periculum eſt profugiſſent, poſtquam dies aliquot in ipſa vrbe manſerunt, conſilium ceperunt proprias ſibi ædes comparandi, vt ſi quando in ſimile periculum recíderent paratum haberent perfugium. Vt igitur animo conſtituerant ita etiam factum eſt, eiſque conſtitutum Cœnobium in quo iam nunc plures ſexaginta inhabitant, præter ſeptuaginta quæ *Trianæ* ab antiquo agere ſolebant, quarum numerus non eſt propterea imminutus, id modò illis commodi, vt ad ſorores ſuas vbi periculum ab inundatione fuerit poſſint ſe recipere. Situs Monaſterio eſt viâ quæ populariter dicitur *de la Sierpe*. Alphonſus Morgadus Hiſtoriæ Hiſpalenſis lib. v. cap. xviii. honorificentiſſimam earum Monialium mentionem facit. Atque hoc vnum extra occaſionem Actorum Generalium memorauimus, neque enim Sororum Monaſteria video in cenſum fuiſſe relata, ſed aliquorum tantùm mentionem ex obliquo iniectam eſſe obſeruo.

Moniales Hiſpalenſes II.

10. At verò nunc de ipſa Generali Congregatione cuius frequenter mentio incidit & ordine quidem ſuo dicendum habemus. Pentecoſte in diem menſis Iunij vi. incidebat, quem ad diem Capitulum celebrari ante annos ſex *Sixto* V. Pont. placuerat. Conuenerunt ad id tempus quorum intererat, ſeque *Valentiam* in Hiſpania, qui locus fuerat in Comitiis Romanis indictus, receperunt: Sed cùm omnes haud ſatis maturè occurriſſent, ne quis fraudem ſibi factam poſſet obtendere, non eſt inita congregatio antè peruigilium Pentecoſtes, quo demùm die factum congregationi exordium, peractâ primùm re diuinâ, tùm habitâ inquiſitione, vt moris eſt, de admittendis in conſeſſum aut ab eo reiiciendis. Sed ecce dum huic recognitioni cœperunt allaborare Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Ioannes à Ribera* Valentinus Archiepiſcopus & Antiochenus Patriarcha præſtò fuit cum litteris Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi *D. Camilli Caëtani* per Hiſpanias Apoſtolici Nuncij cum poteſtate Legati à latere, aliiſque inſuper à *Philippo* II. Hiſpaniarum Rege, quibus certè, vt in eius Congregationis Præſidem ac moderatorem acciperetur, Nuncius quidem mandatum faciebat, Rex verò precabatur. Id vt erat inſolitum moleſtè accidit Patribus, ſed tamen parendum fuit & quod dolebat reticendum. *R.* etiã *P. Cornelius à Rogiano* in Zeloſum demortuo ab annis tribus *R. P. Stephano à Francica* ſuffectus, cum litteris Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi *D. Ioannis Caſtruccij* Protectoris locum ſibi fieri in eo conſeſſu poſtulauit, cùm id tamen Zeloſis ex iure non conueniat vbi Capitulum extra Vrbem Romanam

Capitulum Gen. xxviii.

de Ribera.

Caëtani.

de Rogiano.

1593. habetur; prævaluit tamen autoritas Protectoris, quæ non contemnendis ra- 1593.
tionibus nitebatur & Apostolica potestate in hoc facto decernebat. Ex hoc
omnibus ac singulis quâ decebat diligentiâ recognitis delectus est in Actua-
Gen. xxix. rium *R. P. Isidorus Samblasius* Tusciæ Prouincialis, atque post omnia proponen-
te Illustrissimo & Reuerendissimo *D. Ioanne* Archiepiscopo tractatum si con-
ueniret, vt alternatim Cismontani ac Transmontani Generalatu potirentur,
cumque instaret D. Archiepiscopus vt res ad suffragia deduceretur, *Carbonellus*
Generalis habitâ honoris præfatione sibi aut cuiquam fas esse negauit ea de re
sententiã proferre, quæ præter, imò cõtra, Regulã videretur, & omninò tanti
hoc momenti esse vt ad Pontificem deferendum videretur. In qua exceptione
confessus in crastinum solutus est. Illucescente igitur sancto die Pentecostes
& conuentu instaurato, post solemnes preces, collatis sine morâ suffragiis,
idem ille qui in Actuarium optatus fuerat. *R. P. Isidorus Samblasius* ad supremam *Samblasio.*
Ordinis dignitatem subleuatus est, non minori felicitate in ferendis suorum
votis quàm anteâ vsus, in vtraque nimirùm electione nullum planè (nisi suum,
quod necesse fuit) desideratum est. Eo successu non parum exhilarati Patres,
decantato in gratiarum actionem hymno *Te Deum Laudamus*, suam de more obe-
dientiam, sed insolitâ prorsùs animorum exultatione, professi sunt, R. D. Ar-
chiepiscopo ad omnia præsente, ac frustra ex suæ gentis hominibus aliquem
pro sua commendatione desiderante. *Isidorus* noster *Consentiâ* oriundus ex no-
bili *Samblasianorum* familiâ genus ducebat, sed magis morum nobilitate præ-
cellebat, vt qui semper cum pietate probitatem coniunxisset. Modestiam
præferebat verè mirabilem & iucundâ grauitate conditam, agebat cum suis
mansuetè, comiter & liberaliter, quod eum faciebat supra modum amabilem;
omnium quieti & tranquillitati studebat, ex quo dum moderatus est pax &
concordia mirificè floruerunt. Quod autem erat reliquum vt *Isidoro* Collegæ
sublegerentur, & rerum procuratio homini perito demandaretur, id continuò
ad eundem diem præstitum est. Et Collegæ quidem fuerunt, *R. P. Dominicus à* *à Marchia*
Marchia ex Vicario Prouinciali Calabriæ inferioris, quæ Prouincia S. Francisci
dicitur, assumptus pro Italica natione, atque huic votum suum pro Genera-
Collegæ. latu *Isidorus* noster detulerat: *R. P. Gaspar Dinetus*, quem demortuo *R. P. Pontio* *Dinet.*
Iambarto in visitatione Franciæ ab anno 1590. *Carbonellus* in Collegam sibi ac- *Iambart.*
ceperat, pro Gallica natione delectus: *R. P. Hippolytus Serranus* antehac eodem *Serran.*
officio perfunctus pro Hispanica natione cooptatus. (Atque vt hoc obiter in-
terseram, is quem diximus *R. P. Pontius Iambartus* apud RR. PP. Cœlestinos Pa-
risiis viuendi finem fecit, cum apud eos nostri *Nigeone* profugi ob tumultus
bellicos hospitarentur, & prolixa eorum charitate, dignâ quæ perpetuum ani-
mis nostris inhæreat, vterentur. Et ipse quidem sanctæ professionis annum
XVII. non excedebat, sed ætate prouectus Ordinem ingressus fuerat doctrina
& virtutibus à sæculo non mediocriter instructus, quæ causa fuerat vt primo
quoque tempore in Prouincialem Franciæ sublimaretur, atque mox in Gene-
ralis Collegam; quo quidem officio cùm fungeretur, & *R. P. Ioanni Salutio* ex
Correctore Noziacẽsi Vicario & Visitatori Generali adlectus esset, magnisque
virtutibus ac præsertim animi fortitudine inclarescceret, in medio cursu, eo quẽ
diximus loco & tempore, abreptus est, & apud ipsos Cœlestinos sepultus, vbi
beatæ quod credimus ac speramus animæ consortium mortalis gleba præsto-
latur.) Post omnia, non dissentientibus votis in Procuratorem Generalem
Procurator Gen. XXVIII. electus est *R. P. Benedictus de Amicis* Italus, vir prudentia clarus, consilio matu-
rus, doctrina præcipuus, vt gerendis rebus aptior esse nullus posset. Ad alte-
rum diem priuatis quibusdam rebus compositis lectæ fuerunt litteræ *S. D. N.*
Clementis VIII. qui ab anno 1592. & Ianuarij die XXX. paucorum dierum aut
mensium tribus ex continenti Pontificibus successerat, quibus liberum facie-
bat Patribus, qui ab vniuerso Ordine conuenerant, vt acta per *Sixtum* V. de-
cessorem, quoad Generalatus & Correctoriatus prorogationem tempusque
celebrandi Generalis Capituli, recognoscerent, atque iis de rebus vt magis
commodum videretur statuerent, iam tum autoritate Apostolica ratum ac fir-
mum

1593. mum esse decernens, quicquid per eos ex communi consilio deliberatum & actum esset. Non multũ fuit ea deliberatio versanda, cùm non semel apud Apostolicam Sedem de reducendo Superiorum tempore ad Regulæ terminos plerique intercessissent, placuit igitur vt deinceps ad triennium Generales & Zelosi, Correctores ad annum ex antiquo more permanerent; visum verò è re magis esse vt Generalis Congregationis celebratio ad diem sanctum Pentecostes differretur, vt etiam vsus obtinuit, habui tamen penes me M. SS. quæ diem Ascensionis præferebant. Iisdem litteris facultatem faciebat Opt. Pont. vt etiam *Pij* V. constitutio, de numero Definitorum ac eorum qui ad Capitula generalia deberent accedere, simili modo recognosceretur, cui quidem, quantùm est ad Definitores, standum esse, quantùm verò ad Electores illos, plenius deliberandum atque cum ipso Pontifice communicandum esse, visum est. Interim certè, sicut & deinceps, *Pij* V. constitutio illibata & inconcussa quoad vtrumque caput mansit & religiosè obseruata est, nullum tamen Pontificis, qui consulendus erat ex Patrum sententia, responsum quod sciamus extat. Multis exinde sanctionibus editis, cùm ex plano, tum per responsum ad dubia in medium prolata, quas quidem longum & molestum esset percensere; plura Cœnobia de quibus scilicet in antecessum memoriam fecimus in Acta perscripta sunt, eorumque Fundatores adscripti atque suis elogiis cum grati animi professione ornati, quod ex iis etiam constat quæ prædiximus. Agitata deinde controuersia, quam congregatis Patribus *Clemens* VIII. Pont. per litteras in forma Breuis remiserat, vtrùm conueniret Conuentum *SS. Trinitatis* in Vrbe quod hactenus inualuerat solis Gallis addictum esse an mixtim ab aliis quoque nationibus inhabitari; Galli qua potuerunt ope omnique conatu obstiterunt quo minus res ad suffragia deduceretur quod tamen frustra fuit, aliis numero, loci ac temporis occasione, præualentibus, quare ad Pontificem confugiendum fuit, qui re tandem per se cognita Gallos in pristinum ius vindicauit; sed recrudescente per vices controuersiâ, *Paulus* V. Christianissimo Rege nostro intercedente omnibus exteris perpetuum silentium decreto suo imposuit quod tempestiuè meminerimus. Consultus eâ de re Nauarrus in nostrorum gratiam pronunciauit, vt ex Consiliis editis manifestum esse potest, sed in hæc longiùs excurrere præter Chronici modum fuerit. Ad vltimum Comitia *Genuam* indicta sunt, cùm tamen priùs ad *Catalanorum* supplicationem eorum Prouincia quæ paupertate ac penuria premebatur *Aragonensi* adiuncta esset; vacantibusque officiis per diuersas Prouincias prouisum esset, ac Generali quidem electo in regenda Prouinciâ Tusciæ *R. P. Aloysius à Turano*, siue quod habent M. SS. *à Taranto*, suffectus esset. Atque hunc exitum confessus ille habuit. 1593.

11. Anno in finem exeunte, ad diem scilicet mensis Nouembris XVIII. Calabri nostri *Nicotera* domicilium acceperunt. *Nicotera* nomen græcum est, sed recentius, Vrbis, quæ in Calabria vlteriori non procul à freto Siculo, à vetustioribus *Medama* dicebatur ob eiusdem nominis fluuium qui agrum *Nicoterensem* percurrit. Sita est in monte aëris saluberrimi, Episcopali dignitate fulget sub Rhegino metropolite, distat à *Tropea* VIII. mill. passuum in Ortum, Scyllæum versùs ad XXX. Relegendus de Nicotera Marafiotius lib. II. c. XVI. Autor deducendæ in eam vrbem familiæ fuit *R. P. Petrus Grossus* à nobis anteâ laudatus, cum Prouinciam Calabriæ *R. P. Andreas à Tropea* cuius memoria in benedictione est, administraret. Fundator autem fuit Nob. Eques & I. V. Doctor *D. Antonius Rocca*, qui pietate non minus quàm litteris excelluit. Cœnobio nomen à *B. P. N. Francisco* impositum, pro voluntate Fundatoris, qui eum speciali cultu & deuotione prosequebatur. Inhabitant viginti quatuor è nostris. Locus est extra ciuitatem ad secundum aut tertium lapidem. Sed hactenus de Nicotera.

Nicotera. *Messina fl.* *Grossius.* *Rocca.* Conuentus Nicoteræ.

12. Ecce porrò dum annus exoluitur sublati nobis qui meritò desiderentur. Turbam non moror & cum Libitina messem omnium non facio. Prodeat qui mortis dignitate antecellit *R. P. Iosephus Torres* Perpiniacensis. Iter per *Torres.* Martyr. P. Iosephi Torres.

1593. agrum *Iuncariæ* faciebat in societate multorum sæcularium cum derepentè in eos irruerunt latrones duce *Lamandra* sectario. Primo impetu septem vel octo de viatoribus cæsi, qui auidos prædones placare data pecunia, quam rogabantur, aut noluerant aut non potuerant. *Iosephi* nostri germanus vir locuples qui aderat, pactus de redimenda vita, nefariorum manus euasit. Sed frustra pro fratre multo maius pretium obtulit, addita nimirùm à nefariis prædonibus conditione vt quando sacerdos erat veritatem sanctissimæ Eucharistiæ & sacrificij Missæ abnegaret. Quod facinus animo ille ac verbis detestatus, in tantùm impios prædatores aduersùm se accendit, vt strictis ensibus quaquauersùm impetitus crudeliter confossus sit, cùm interim non desineret intenta voce veritatem Sanctissimæ Eucharistiæ profiteri. Corpus à morte viuidum, coloratum, nitens, tanquam quod ex animæ gloria resplenderet, *Iuncariam*, quod oppidum est leucis VIII. à *Gerundâ*, perlatum est, atque in Ecclesia parochiali honorificè conditum, vbi hodieque à fidelibus venerationem habet. Quidni enim hunc vt sanctum Martyrem prædicemus qui ne perderet veritatem perdidit vitam? 1593. *Iuncaria.*

13. Hispani ad hunc etiam annum celebrant *R.P. Ioannem à Sancto Michaële*, *Rucensibus* oriundum, virum modestia insignem, Theologicæ facultatis gloria sublimem, verbi diuini nobilissimum præconem, verbis parcum & prudentem, operibus austerum & formidabilem, qui multos annos cùm priuatim egisset, ad regimen postea vocatus suorum desideria & vota superauit, fuit enim domesticæ rei promouendæ studiosissimus, obseruantiæ regularis tenax atque (vt verbo euangelico absoluam) dispensator fidelis. Obiit hoc anno *Camerena* in senectute bona & virtutibus atque meritis cumulata. *de la Riua.*

Obit. Sororis Agnetis à Quesada.

14. Hos consequetur non comparatione meriti sed sexus conditione, *R.M. Agnes de Quesada* nobilitate generis apud Granatenses clara, sed virtutibus longè illustrior. Annos nata XXVIII. religiosæ vitæ institutum capessiuit, quo in consilio perducendo inuictam animi fortitudinem præstitit. Expetebatur ardentibus votis ad nuptias, rem parentes vrgebant, nulla quæ à diuitiis, nobilitate, pulchritudine possent esse inuitamenta deerant, sed procos repulit, parentes deuicit, seipsam superauit. Nec mirum si hoc initio facto ad magna & *de Quesada.*

1551. insolita progressum fecit. Ab anno 1551. *D. Ioannes Tellez-Giron* Comes Vraniæ Moniales instituti nostri *Archidonam Illiturgi* deduxerat, vt ad eum annum summonuimus, eius rei fama longè perducta est, & cùm nobiles plures puellas, tùm

1552. *Agnetem* nostram ad sanctum vitæ institutum suscipiendum excitauit. Altero igitur à fundatione illius Cœnobij anno sacram vestem nobilis puella induit, præ gaudio in lachrymas soluta & cum non obscurâ sanctitudinis demonstratione, quam postea per omnem vitam exhibuit. Cordi antè omnia humilitatem habuit, suique abiectionem, quam vt pluribus documentis manifestauit, tum hoc equidem quam maximè, impetrata semel venia vt se ad aliarum pedes abiiceret dum mensæ recumberent, singularumque pedes oscularetur, tantus eam indignitatis suæ sensus inuasit, vt per annos viginti nulla die prætermissâ hoc idem officium ex animo & corde præstiterit. Paupertatem deinde sic complexa est, vt præter vnicam vestem quam gerebat, aliam nec admitteret nec seruaret. Nunquam nisi in tegete ac sparteo puluinari somnum capiebat, quæ per annos triginta loco angustissimo sub gradibus quibus in superius tabulatum ascendebatur tenuit. Ferreo ad carnem cilicio vtebatur. Assidua penè fuit ad Christi à cruce pendentis imaginem quæ in Choro prostabat. Passionis eius meditationem continuè versabat, in has voces sæpius erumpens, *O mi crucifixe Iesu!* Singulis diebus coram prædicta imagine sese verberibus conficiebat. Perstabat in Choro ab horis matutinis quæ media nocte recitantur, ad Primam, quæ sextâ solum ante meridiem concinitur, fixis in terram genibus orans. Luctam cum infesto dæmone gessit nec à certamine vnquam nisi victrix abscessit. Ad panem & legumina nullum aliud obsonium adhibebat. Ieiunium quadragesimale, quod nobis perpetuum, nunquam soluit. In pauperes infirmos & captiuos indeficientem charitatem, quantum dabatur, exercuit. Patienter

cum

Digitized by Goog

1593. cum omnibus egit. Fracta denique laboribus & piis exercitationibus, poſt ſanctæ profeſſionis annos 40 ætatis ſexaginta octo, perceptis rite ſacramentis, dũ Paſſio Chriſti legeretur, in his verbis *Et inclinato capite tradidit ſpiritum* ad ſponſum euolauit. Ad funus occurrerũt deſtituti omnes, pauperes, viduæ, orphani, qui cum lachrymis matrẽ vt vocabant ſuam ſuumq; præſidiũ requirebant. Celebratũ deniq; illud eſt ab Eccleſiæ maioris ſacris Sodalibus, à Dominicanis Patribus & noſtris. Corpus loco inſigni depoſitum ad memoriam. Sanctorius noſter in Tabula hoc *Agneti* elogium aſcribit, *Integerrimæ vitæ lumine conſpicua.* 1593.

ab Arce. 15. Præiuit Agneti ad ſublimem perfectionis viam *R. M. Maria ab Arce, miranda* vt habet Sanctorius *obſeruantiæ Virgo*, quæ *Arthidonam* cum aliis venerat cauſa inſtituendi Cœnobij. Ea duce ac magiſtra in tantum *Agnes* profecit vt non paruam inde gloriam ipſa collegerit. Suis tamen propriiſque virtutibus etiam *Maria* inclaruit. Nunquam à Choro abfuit, atque vt de geniculis non Choro tantùm intereſſet, ſed cibum quoque ſumeret, Capitulumque quod vocant frequentaret, obtinuit, atque id illi perpetuum fuit. Herbis modò, atque ſæpiùs, pane non adhibito, ad refectionem vtebatur. Piſcem nunquam comedit. Præter veſtem ac breuiarium nihil penes ſe habuit. Orationi vacabat aſſiduè, frequenter in mentis extaſim rapta & extra ſe poſita vt ne inclamantes quidem exaudiret. Multa diuinitùs per eam edita eſſe pro conſtanti habetur. Eodem vitæ tenore ad obitum perſeuerauit, qui ætate decrepitam, mente vegetam, piis exercitationibus inuigilantem occupauit. Pro re mira habitum, quòd callum non contraxiſſet quæ genubus ſemper inſiſtebat. Incertum nobis quando defecerit, ſed tamen iuuat magiſtram diſcipulæ copulaſſe, non enim video qui commodior illi locus poſſit obtingere, aut nobis dari. Obit. Sorot. Mariæ ab Arce.

An. M. D. XCIV. 1594.

1. PAuca quidem nobis in hunc annum prouenerunt, ſed paucitati dignitas præſtat, ſi modò nec ipſa deſit. Quod de rebus quas memorandas habemus neque affirmare neque negare volumus. Certè per turbulenta tempora & poſt longas moras, noſtros, nunc demùm *Maſſilia* certam ſedem fixiſſe me non ſemel fuiſſe admiratum fateor. Impotenti priuatorum ciuium libidine quam Hiſpanus fouebat *Maſſilia* ab anno 1589. premebatur, ſuique Regis obſequium detrectabat, per eam occaſionem noſtros locum ſibi ad Vrbem inueniſſe profectò mirum eſt, quod tamen ita factum neceſſe eſt ſi tempus conſtat quod Montoia Cœnobij noſtri ad Maſſiliam origini præſcribit. At verò Iſnardus qui ad ann. 1578. refert, niſi ſatis infirmâ coniecturâ niteretur, vt aliud longè de origine illa ſtatueremus induceret. Cùm enim Montoiæ ſermo ſit de loco quem noſtri nunc extra Vrbem occupant, non temerè videri poſſet eos qui per annos ſexdecim illic egerant Vrbe ipſa pulſos, illum ſibi locum iam nunc prouidiſſe. Sed omni procul controuerſiâ (ſunt enim & qui ab vtroque autore illo diſſentiant, & in an. 1583. natales huius noſtri Cœnobij coniiciant) malim priori ſententiæ quam planam diſertamque video, aſſentiri, quàm inutilem hîc diſputationem texere, vt tamen ſciam ab annis plus minus viginti noſtros de *Maſſiliâ* cogitaſſe. Sed conſilia pro voto non ſuccedunt, & ſunt etiam quæ longiùs protrahantur, maximè dum publicæ calamitates intercurrunt quæ his temporibus frequentes quidem fuerunt & aſſiduæ. Sed ad rem. Noſtri Maſſiliæ conſederunt Ciuium beneficio, Rege deinceps ac Senatu probantibus. Situs Cœnobio noſtro eſt qua parte vrbs aditum habet à terra, vbi Cæſar eam oppugnaturus bellicum apparatum expediit. Locum planiſſimè deſcribit Lucanus lib. III. de bello Ciuili Conuentus Maſſiliæ.

Haud procul à muris tumulus ſurgentis in altum
Tellurs, parnum diffuſo vertice campum
Explicat

hæc nunc planities *Sancti Raphaelis* dicitur, vnde proſpectus eſt in Vrbem ac mare villaſque adiacentes ruſticaque prædia iucundiſſimus. Septum longo ſpa-

Digitized by Google

1594. tio tenditur, muris clauſum, vineis & oliuetis conſitum atque ciſterna irriguum. Eccleſia non ampla quidem, ſed ornatu ac decore præcipua, pluribuſque ſacellis circumducta, nomen habet *S. Mariæ ab Angelis*. Extat tamen publicum hoc peractæ conſecrationis monimentum. *Die* IX. *Aprilis* 1617. *fuit conſecrata hæc Eccleſia noſtra & dedicata S. Raphaeli Archangelo per Reuerendiſſimum D. F. Iacobum de Turricella huius ciuitatis Maſſilienſis Epiſcopum*. Ex quo videri poſſet dubia tituli alterius autoritas, niſi qui agunt illic de vtroque fidem facerent. Reliquum opus amplum, commodum, abſolutum. Plures è noſtris illic degunt, in quos Ciues Maſſilienſes nunquam non benigni ac liberales fuerunt. Debemus autem *R. P. Rolando Guicharde* primam eius Conuentus procurationem, pro quâ vir impiger & ſui Ordinis amans diu multúmque laborauit. Sed & Reuerendiſſimo *D. Friderico Raganeau* (ſic nomen eius exhibet Noſtradamus, quod Roberto eſt *Ragueneau*) Maſſilienſi Epiſcopo, qui pauperculæ domus incunabula benedictione ſua conſecrauit, nos conuenit eſſe gratioſos. Igitur nobis adprecatoribus 1594.

Ragueneau.

in Epitaphio Anſelmi Decani Lamdunenſis. *Marſeille.*

Quâ viuens viguit comitetur gratia functum.

Obiit autem ann. 1598. Poſt omnia verbum quoque de *Maſſiliâ* faciendum eſt vt hoc indicio loci dignitas eluceſcat. Maſſilia igitur in profundum mare prominens (vt eſt in Panegyrico ad Conſtantinum) & munitiſſimo cincta portu in quem anguſto aditu Meridianus refluit. Sinus mille quingentis paſſibus terræ cohæret, qua firmiſſimis turribus frequens murus opponitur. Situm quoque deſcribit Cæſar lib. II. de Bello ciuili. Sed ex recentioribus Geographis, Maſſilia vrbs frequens portu & emporio celebris, leucis XV. ab *Arelate* in Ortum & Eurum, V. ab *Aquæ-Sextiæ* in Meridiem, petroſo quidem in loco & remoto ſinu velut in angulo maris locata eſt, non procul ab Oſtiis *Rodani* quæ ſupra ipſam vrbem in Occaſum, proximè tamen *Arcum* ſiue *Iris*, qui Ptolomæo *Canus*, intercurrit, & ab altera parte *Vilna* fluuiolus, ad eam verò Galliarum partem & tractum pertinet qui *Narbonenſis* dictus eſt, ſiue vt preſſius loquamur ad Prouinciam quæ inde vocabatur Maſſilienſis: fruſtra fuerim in recitandis laudibus quas Maſſiliæ veteres tribuerunt. De Chriſtiana S. Paulinus carmine ad Cytherium

Arlet. Aix. le Roſne. Arc. Veaune.

——poſita Gallorum ſolo
Maſſilia Graiûm filia,
Alumna ſanctæ Ciuitas Eccleſiæ.

quibus verbis ſitum, originem atque religionem eius Vrbis indicat. Et de religione quidem prædicant Maſſilienſes primum in ea Epiſcopum ſediſſe *S. Lazarum, Magdalenæ & Marthæ* fratrem, cuius laus eſt in Euangelio. S. Victorem pro tutelari colit, & omnibò quod habet Maſſilienſium ſigillum

Aëribus immenſis Vrbs fulget Maſſilienſis.

Sed hæc, quantùm eſt ad inſtitutum noſtrum, breui perſtrinxiſſe ſatis eſt. Iconem dedit Braunius lib. II. tab. XII. & alij qui geographica ſcripſerunt.

Conuentus Anconæ.

2. Itali non diſparia Gallis fecerunt conſtituto *Ancona* domicilio, cuius gratiam *R. P. Ignatio à Capua* Theologo clariſſimo & incomparabili Eccleſiaſtæ referendam habemus, & ei quem huius operis adiutorem nactus eſt *P. Auguſtino à Marino*. Et certè Ignatius noſter concionum merito Anconitanos ſibi conciliauit, qui à die XXI. menſis Martij de noſtris ciuitate donandis communi conſilio deliberauerant & per quàm honorifico grauiſſimoque Senatuſconſulto ſuſcipere decreuerant, nec defuit effectus collatâ noſtris ad diem Iunij menſis XXIX. ædiculâ ſacrâ, cui nomen *S. Mariæ à miſericordia*. Hæc vetuſtate quidem veneranda nec longè à portu, in arcto tamen poſita erat, quare ad alterum annum illos in ampliorem laxioremque locum amplificatâ beneficentiâ ſuâ & liberalitate Ciues traduxerunt. Erat enim Parochialis Eccleſia *S. Primiano* Vrbis tutelari dicata in ipſo portus aditu, vltra prominentem in mare aggerem cui pharus impoſita, nec procul ab Armamentario quod ad ipſius aggeris caput in receſſu interiore viſitur. Hanc temporum iniuriâ collabentem, magnis ſumptibus reſarciri, aut nouam maioribus impenſis excitari opus erat, alterum

1594. alterum hoc quod tamen longè difficilius, magno animo & abſque cunctatione aggreſſus eſt R. P. Ignatius, nec vltra Septembrem proximum diſtulit, deiectâ primùm veteri baſilica & ductis alterius nouæ fundamentis, fuit imprimis Reuerendiſſimus Epiſcopus, tum nobiles plerique ciues, præ omnibus autem *D. Bartholomæus Fardinus* Patricius Anconitanus & Cardinali *Caſtruccio* affinis. Poſtquam opus perfectum abſolutumque fuit Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Carolus à Comitibus Romanus* Epiſcopus Anconitanus & S. R. E. Cardinalis è vetere ſacriſtia tumulum marmoreũ in quo *S. Primiani* Epiſcopi & Martyris corpus requieſcit, in nouum illud templum tranſtulit, & ſub maiori altari condidit, aſſiſtentibus Archiepiſcopis *Firmiano* & *Theatino*, Epiſcopis verò *Lauretano* atque *Recanatenſi* & *Senogallienſi*. Actum id die x menſis Maij an 1609. ſolemni omnium ordinum ſupplicatione inſtitutâ. Tumulo inſcriptum hoc elogium

1594.

Fardini.

de Conti.

Obiit 5. Nõ. Decem. 1615 fuerat creatus Card. die 9. Iunij 1604.

1609.

Hic iacet corpus Beati Primiani Epiſcopi & Martyris, qui fuit Græcus.

Agitur illi dies feſtus Dominica ſecunda in Quadrageſima, Ferrarius autem eius memoriam habet, die xxiii. menſis Februarij, in Catalogo Sanctorum qui deſiderantur in Romano Martyrologio. Multis exinde miraculis hæc ædes inclaruit, quæ non ſolo hoc pignore gaudet, ſed etiam Imagine B. Virginis Matiæ per quam eduntur nonnulla diuinitus, atque hanc ſub altari etiam conditam ſeruant. Agunt illic noſtri numero ſatis copioſo, nihilque illis per ciuium beneficentiam ad vitæ neceſſaria deeſt. *Ancona* porrò vrbs eſt *Piceni*, maritima, iacens ſub *Cumero* promontorio quâ ſe in mare torquet. *Ancona* à veteribus dicta græcâ voce, ob cubiti formam quâ ora flectitur. Portus imprimis laudatur vt aditu opportunus, nauium capaciſsimus, naturâ & arte validiſsimus. Epiſcopali dignitate floret ſub metropolite Firmiano. Præcipuam eius laudem Scaliger pater hoc tetraſticho ſignificat.

Ancona.

M. Santo è M. Guaſco.

Denictrix pelagi tutò anfractibus Ancon
Oſtentat placidi commoda vara ſinus.
Nimirum Dea quæ voluit capere Vrbis honores
Lenia ſic voluit reddere ſceptra maris.

Diſtat *Piſauro* ad Occaſum, *Firmio* ad Ortum, xl. mill. paſſ. aut circa; *Româ* verò ad cl. in Boream. Iconem dedit Braunius lib. 1. Tab. xlvi. cum deſignatione locorum quibus noſtros per vices donatos eſſe diximus.

3. Hoc eodem anno *Henricus* IV. inuictæ magnitudinis Princeps, poſtquàm armis & clementia ſuos deuicerat, & *Lutetiam Pariſiorum* Regni caput Regumque ſedem menſe Martio triumphans inuectus fuerat, in homines noſtros cum primis ſe beneficum atque liberalem præſtitit, conceſsâ omnium retrò priuilegiorum confirmatione, quibus per Romanos Pontifices Regeſque Deceſſores donati fuerant. apertis codicillis & litteris *Lutetiæ* menſe Aprili exaratis, quæ ad diem xi. menſis Auguſti in Senatu promulgatæ in Acta relatæ ſunt, apud Rationum Præfectos ad xxvii. Octobris recitatæ Commentariis quoque inſcriptæ fuerunt, denique & à Regiis Quæſtoribus ad xx. Decembris comprobatæ, nos in anni finem deduxerunt. Sed & anno proximè inſequenti & die Maij menſis xxvi. in Vectigalium Curiâ eandem gratiam promeruerunt, ac demùm recuperatoribus quoque Palatinis, ſiue ſupplicum libellorum Magiſtris ad diem v. Maij an. 1600. placuerunt. Atque ita omnium Ordinum ſententiâ edictum, vt ratæ ac firmæ perſiſterent. Sed iam nos hoc Regis beneficium alibi commendauimus.

Cõfirmatio Priuileg. à Rege.

1595.

1600.

4. Quidni & hoc ſtrictim commemoremus? Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo *D. Franciſco à Gondioſa*, ſiue *Toioſa* Cardinale in Epiſcopalem titulum prouecto, Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Petrus Gondius* Pariſiorum Antiſtes digniſſimus, ad titulum Sanctiſſimæ Trinitatis etiam tranſgreſſus eſt, quod noſtris vltrò efflagitantibus iucundiſſimum accidit. Tertiò hoc Titulari gauiſi ſunt ad annum 1616. quo deceſſit, quod fortè iam tum amplius exequemur.

de Tolouſe. Gondy.

Card. Gondius titularis S. Trinitatis.

1616.

5. Non poſſum autem quin & funus accenſeam *R. P. Ioannis Salatij* doctrinâ & pietate præſtantiſſimi, qui nuper Generalis per Galliam Vicarius inſtitutus,

Salat.

Obit. P. Ioannis Salatij.

Digitized by Google

1594. in præsens Nigeonensis Corrector, quo munere diuersis in locis sæpè functus fuerat; vitam caducam & miseram cum æternâ & beatâ (vt credimus) commutauit. Fuit enim à puero rerum diuinarum apprimè studiosus, vt in Scholastica Theologia non multos pares, in Mystica superiorem neminem haberet. Et quidem diuinorum patiens habitus est, quo nihil est in ea professione sublimius. At verò & ab hominibus indigna passus, dum familiæ sibi commissæ causâ boni & seduli pastoris officium constanter exequitur, videri potest non immeritò martyrium potius feciſſe quàm mortem obiisse, quid enim aliud quàm martyrium dixerimus esse mortem ex tormentis consecutam? Hunc sibi possunt in exemplum proponere, qui gregis excubias agunt si velint suo munere fortiter defungi. Sed singularia quæ in longum abirent non prosequimur, & iam antè nonnihil de *Salutio* diximus. 1595.

Ob. P. Andreæ Foleri.

6. Memoria quoque dignus est *R. P. Andreas Folerus* Presbyter Anglus, & causa fidei per tres antehac annos in tetrâ & crudeli custodiâ detentus, qui Ordinem nostrum professus post annos sex in cœlites (vt piè creditur) receptus est, sanctæ enim & illibatæ conuersationis exemplo per id tempus refulsit. Diem suum obijt Suessione, primus ei elogium quod merebatur Donius noster reposuit.

An. M. D. XCV.

1595.

Conuentus Sinopolis.

1. NOn paruo rerum nostrarum incremento hic annus Italis atque Hispanis constitit. Atque imprimis feliciter actum cum *Calabris* qui agrum *Rhegium* incolunt. Is à *Rhegio* ad *Terram-nouam* protenditur si Marafiotium audimus, in eo autem tractu propius ad *Terram-nouam* est *Sinopolis*, castrum vt Itali vocant, amœnum & aëris salubritate iucundum ad radices Apennini, in colliculo decliui situm, non longè à duobus fluuiolis qui tructarum & anguillarum copiâ commendantur. *Sinopolim* à Veteribus *Liconium* dictam legisse mihi videor. In eius agro Mercurius, quem argentum viuum communius vocant, nascitur, effoditur quoque argentum, cuius ibi copiosa vena, sed & nitrum niue candidius è fonte ibidem manat. In eum autem locum immigrarunt nostri beneficio Excellentiss. Principum *Scillæ*, *D. Vincentij Rufi & Mariæ* eius consortis, qui voto prolis gratiâ facto Cœnobium nostris in hac sua dynastia ponere tenebantur. Factum id hoc anno ad diem XXI. mensis Februarij, postquàm fulgentissimum puerum *Nicotera* Comitem dictum susceperunt, qui parentis vtriusque pietatem æmulatus, multæ in nostros beneuolentiæ & liberalitatis fuit. Nomen habet à *B. P. N. Francisco*, in eoque agunt sexdecim è nostris, in quos Fundatorum & oppidanorum beneficentia nunquam desiderata fuit.

Sinopoli.

de Scillæ Rufo.

Conuentus Fontium.

2. Ordine temporis, apud Hispanos in Aragonia, *Fontanum*, succesſit, dictum à *Fontibus*, oppido Comitatus dignitate claro, in Aragonum finibus, secùs *Iberum*, infra *Cæsaraugustam* Ortum versùs atque meridiem, supra *Dertusam* Catalauniæ vrbem Episcopalem in contrariam partem, quod ab aliquibus putatur esse *Neriobriga* Veterum, quanquam alij dissentiant. In oppidum illud inducti nostri ad diem Maij XVIII. per suos Dominos siue Comites, Illustrissimum scilicet *D. Carolum Fernandium ab Heredia*, & lectissimam eius consortem *D. Catharinam Baltazaram à Luna*, quæ ad maius altare condita est. Titulus Cœnobio *S. Annæ*. Opus non amplum quidem sed elegans & affabrè factũ, picturis etiam decorum. Octodecim sunt qui beneficio prædictorum Comitum illic diuersantur & aluntur. Atque hæc quidem ita scribit Montoia, operæ tamen pretium fuerit Capituli Barcinonensis II. articulum transcribere: *Considentibus Patribus ad petitionem Commissi Aragoniæ admissus fuit Conuentus* sanctæ Annæ de la Victoria *ville* de Fuentes, *ædificatus ab Ill. D.* Ioanne Carolo Fernandez ab Heredia *eiusque nobilissima vxore* Catharina de Vera *Comite de Fenice Dominus domus & Baroniæ de Mora & Alcala magnæ sylvæ, qui quidem idcirco inter nobilissimos Ordinis nostri Fundatores recepti fuerunt*. Hæc autem quæ inter se nonnihil dissentiunt vt conciliari possint non liquet.

Fuentes.

Fernandez de Heredia.

de Luna.

3. Ab

1595. 3. Ab *Hiſpania* in *Italiam* remigrandum & *Neapoli* tranſeundum in *Calabriam*. In tranſitu autem ſe offert memoranda ipſorum Neapolitanorum progreſſio. Erat ad portam *Capuanam*, quâ non eſt in ea Vrbe celebrior, ædicula *S. Sebaſtiano* ſacra, cui domuncula, quam tres aut quatuor Ordinis Minorum Conuentualium vt loquuntur profeſſores ab antiquo incolebant, adiacebat. Cùm autem diutiſſimè in ea ſteriſſent non magno rerum ſuarum profectu (quod mirum videri poteſt ob loci opportunitatem) de diſceſſione cogitarunt, re poſtmodùm cum maioribus ſuis communicatâ mandatum acceperunt domus illius deſerendæ, quod factum hoc eodem anno. In ædiculâ illâ, iam olim inſtitutum *S. Sebaſtiani* nomine Sodalitium erat cui ſpectabiles plerique Ciues nomen dederant, atque hi diſceſſionem illam ægerrimè ferentes de aliis ſubintroducendis conſilium ceperunt. Noſtri maximè idonei viſi ſunt qui deſtitutam domum releuarent. Re igitur ad *R. P. Felicem à Marino* dictum *à Neapoli* pro tempore Prouincialem delatâ, noluit eorum deſideria fruſtrari ſi modò ſponderent facturos ſe modis omnibus ne rerum penuriâ noſtri etiam abſcedere cogerentur. Quod cùm vltrò ſpopondiſſent, atque inſuper prolixioris liberalitatis quàm peteretur ſpem feciſſent, acceptâ facultate ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo *Annibale à Capua* Neapolitano Archiepiſcopo, & ſolemni ſupplicatione inſtitutâ, in vacuum locum noſtri conceſſerunt ipſis Calendis Iunij. Factum benè vertit, mutato primùm ædis nomine & aſcito in patronum *S. P. N. Franciſco*, tum intra breue tempus ductis noui operis fundamentis à *Bramato* nobili Architecto. Eccleſia pro ſuo modulo Vaticanæ formam refert, ſoletque multo concurſu frequentari, atque in dies amplioribus incrementis domus ipſa effloreſcit. Anni ſunt quatuordecim ex quibus viginti è noſtris eum locum inhabitant.

1595. Conuentus Neapolis IV.

4. Tranſgreſſis in *Calabriam* citeriorem haud diſſimilis occurret progreſſio, cuius memoria eò fortè gratior, quòd eius denunciatorem iam olim habuerimus B. parentem noſtrum. Serus quidem euentus fuit, ſed nihilo minus certò deſignatus. In Diœceſi *Coſanenſi* quæ paret *Ruſcianenſi* Archipræſuli, oppidum eſt *Caſtrum-villare* nunc dictum quod Veteribus *Apruſtum* & *Sygaum* fuit, editiſſimo impoſitum iugo & Ducatus titulo à *Carolo* V. donatum, in ditione tamen eſt Principis Beſidianenſis, ab ipſo *Beſidiano* XXII. paſſuum mill. in Occaſ. à *Coſano* VI. *à Balbia* VII. *Morano* proximum, nec niſi quarto lapide ſepoſitum, martyrio ſuo ſeptem BB. Ordinis Minorum profeſſores illud ſummoperè illuſtrarunt. Ad diem menſis Iunij XXIII in illud traducti ſunt noſtri, præeunte *R. P. Dominico à Paula* Vicario Prouinciali per abſentiam *R. P. Petri Samblaſij*, & ſumptus fauente Nobil. *D. Octauio Ponzo* vt legit Montoia, ſeu *Ponce* vt Iſnardus habet, cui propterea Fundatoris nomen delatum eſt. Titulum à *B. P. N. Franciſco* in prophetiæ olim editæ memoriam accepit. Opus in dies procedit. Manna ibi copioſum legitur, & optimum, quo cum Calabria felix habeatur, nullibi tamen abundantius nec melioris notæ ſolet colligi.

Conuentus Caſtri-villanij.

Caſſano. Caſtro-villare.

Ponzo.

5. Vno & altero funere, luctuoſus dicam an beatus hic annus fuit? Certè Soror *Marina à S. Georgio*, apud Panormum ſanctimonialis profeſſa, ſancto (vt credimus) funere illum beauit. Quid enim aliud poteſt videri de Virgine inculpata, cui ad integritatis amorem & ſtudium nulla virtus defuerit? Et quidem *Marina* noſtra præterquàm innumeris virtutibus effulſit, in oratione aſſidua, in corporis macerationibus induſtria & infatigabilis fuit. Virtutum ſuarum tot præcones habuit, quot ei fuerunt familiares. De ſingulis nihil prædico ne longum faciam. Vnius patientiæ laus abundè eſt ad reliquarum coniecturam. Solet ſiquidem ea virtus non vitia tantùm excoquere, ſed animi dotes alias perficere atque ornare. At verò *Marina* noſtræ non ſatis fuit caſus, qui frequenter in vita conſueuerunt incidere, conſtanti animo & deliberato excipere, ſed maius aliquod argumentum in quo ſe exerceret depoſcens morbum à Deo exorauit, quocum inſolito modo conflictaretur. Pro voto igitur per annos quadraginta ſolutis artubus remiſſiſque neruis nullam vitæ functionem habuit expeditam, cum acutis præterea doloribus pungeretur. Id verò

Obit. Sororis Marinæ à S. Georgio.

Digitized by Google

1595. illi non tantum non graue, ſed gratum iucundumque accidit. Summo in eum modum patientiæ exemplo ad vitæ metas decurrit, prænunciato etiam antè tertium menſem obitu ſuo, tantò expeditior ad ſponſum migrauit quantò fuerat corpore impeditior dum vixit. Ad v. Auguſti menſis diem mortalitatem depoſuit vt immortalis gloriæ decus indueret. Faxit Deus vt eodem virtutum tenore ad idem beatitudinis conſortium tranſeamus. 1596.

Obit Card. Caſtrucci Protectoris.

6. *Martiæ* haud longùm ſuperfuit Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Ioannes Baptiſta Caſtruccius* Ordinis Protector, qui præmaturo fato, annos nimirum non plures LIV. natus, dum *Piſarum* balnea legit & inde *Lucam* patriam ſuam inuiſit, functus eſt. Generis nobilitatem priuatis atque propriis virtutibus tranſgreſſus fuerat, quarum merito adhibitus primùm libellis ſupplicibus à *Sixto* V. mox in Vaticanum ſodalitium cooptatus, dein ad Archiepiſcopatum *Theatinum* ſublevatus, in ſacrum poſteà Collegium allectus, & morte *Alexandri* Card. *Riary* Signaturæ Iuſtitiæ præfectus, tot dignitates non impari omnium virtutum quæ deſiderarentur exiſtimatione ſuſtinuit. Annos nouem ſuam Ordini protectionem (vt vocant) cum ſui nominis non parua gloria & Ordinis profectu ac decore non contemnendo præſtitit. Obiit die XVI. menſis Auguſti, laudatus in funere à *Tegrimo Tegrimio* totus apparatus impenſas præſtante Repub. patria, cui & hoc epitaphium, in D. Franciſci vbi conditus eſt, appoſitum:

Ioanni Baptiſtæ Caſtruccio tit. SS. Ioannis & Pauli Presbytero Cardinali Signaturæ Iuſtitiæ S.D.N. Præfecto.

in quo licet hominis modeſtiam admirari qui ne mortuo quidem ſibi laudes aliquas tribui voluerat.

Clemens VIII. Protectore agit.

7. Ab eius morte *Clemens* VIII. Pont. in ſuam ipſius fidem clientelamque Ordinem accepit, vt qui aliquando per abſentiam *Caſtruccij* vice illius res Ordinis cognouerat, ſumma nunc dignitate pollens per ſe cognoſceret, tantoque potentiùs ac liberaliùs ſingulis conſuleret. Quod fecit quo tempore in Petri cathedra ſedit, hoc eſt ad an. 1605. tunc verò demùm *Paulus* V. de Cardinali Protectore prouidit vt eo tempore meminerimus. 1605.

1596. *An.* M. D. XCVI.

Viſitatio Ger. Galliç.

1. *Amblaſius* Generalis ex quo fuerat electus, Hiſpaniarum antè omnia, tùm Italiæ, viſitationi pro ſuo munere incubuit, quo minus tamen in Gallias veniret anguſtiæ temporis obſtiterunt, ſua igitur vice *R. P. Rolandum Guichardum* virum impigrum & regularis obſeruantiæ zelatorem allegauit, eique in Collegam adiunxit *R. P. Iacobum Gloſtum* optimum ſenem & inuictæ fortitudinis atque virtutis hominem cum pari pietatis ardore ac probitatis exemplo coniunctæ, vt *R. P. Petrum Hebertum* ſæpius prædicantem audiui. Atque is, cum *Guichardo Ambiani* hærebat viſitationis gratiâ, cum, morbo tentatus exitiali ſub alterum annum, ad incipientem hunc vitæ curſum perduxit & piè ac feliciter obiit. Ad ſanctæ profeſſionis annum XLIII. penè iam excurrerat, interim apud ſuos multis dignitatibus ornatus, fuerat enim profeſſus Nigeoni ad diem XII. menſ. Februarij an. 1553. *Le Glouſt.*

Capitulum Gen XXIX

2. Sub hæc, tempus appetiit Conuentus Generalis celebrandi. Antè annos tres *Gennam* indictus fuerat nec quicquam incurrerat quod captum conſilium inuertere potuerit. Pentecoſte ad diem II. menſis Iunij occurrebat. Maturè igitur ad locum deſignatum omnes quorum intererat conuenerunt, ſolúmque deſiderati Siciliæ & Bæthicæ Prouinciales, qui ſe datis litteris excuſauerant & idoneos Vicarios ſubſtituerant. Inita Congregatio ipſis Calendis Iunij, atque ante omnia productæ litteræ S. D N. *Clementis* Papæ VIII. quibus pro ſuo in noſtros amore atque ſuſceptâ nuper Protectoris prouidentiâ, Generalis futuri electionem commendabat, dehinc & prolatæ ordinationes Monita & Memoralia vt loquuntur eiuſdem Sanctiſſimi duodecim capitibus comprehenſa

Digitized by

1596. prehenſæ quibus regularis obſeruantia in melius efflorescceret. Non ſunt hactenus editæ niſi quæ Italicè ſcriptæ ſunt, cùm tamen & Latinæ datæ fuiſſent, hoc inter vtraſque diſcrimine, vt à ſenioribus & probatis viris omnique exceptione maioribus audiui, quòd illæ ſolos Italos obligarent, hæ ad vniuerſos Ordinis profeſſores pertinerent. Sed ni fallor eadem vtrarumque ſententia, quam ab Italicis quando aliæ præſtò non ſunt ſummatim exprimimus. 1. Electiones omnes omni procul paſſione aut affectu peragantur, prout à Concilio Tridentino ſtatutum eſt, non cenſeatur canonica electio niſi vox vna ſupra medietatem exceſſerit. 2. Non liceat Superioribus vocalem quemquam loco mouere tribus antè Correctoris electionem menſibus, niſi fortè ob notorium ſcandalum, neque vocalis habeatur qui antè tres menſes localis non præextiterit. 3. Generalis curet vt imperata Pontificis impleantur. 4. Proprietas quæcunque ad radicem extirpetur. 5. Infirmi dum carnibus vtentur Conuentu non exeant, ſub pœna priuationis ad triennium. 6. Generalis primarios Conuentus perſonaliter viſitet, rationem viſitationis quoad licebit ipſi Pontifici redditurus. 7. Tres Collegæ Generalis eligantur iudicio maturi, nullaque ipſi Generali conſanguinitate aut notoria neceſſitudine coniuncti. 8. Collegæ ipſi ſub pœna priuationis ad quinquennium Generali viſitanti ſemper adſint &c. 9. Idem cenſeatur de Collegis Prouincialium atque ipſius Generalis. 10. In quibus Prouinciis litterarum ſtudia non ſunt inſtituta omni diligentia procurentur. 11. Examinentur à Superioribus in ſacris conſtituti, ſuſpendanturque qui viſi fuerint minus idonei. 12. Profeſſi ſub Nouitiorum Informatore ad duos aut tres annos pro iudicio Correctoris permaneant. In hunc modum ſcribebat Optimus Pontifex, ſiue, vt verius loquar, ita ex eius mente decernebant qui pro tempore præpoſiti fuerant Regularium reformationi. Sed præter ſecundum, quintum, octauum & fortè vltimum, reliqua iam olim in Generalibus Congregationibus fuerant conſtituta & vſquedùm religiosè obſeruata. hæc verò ipſa pleriſque in Prouinciis vſu ipſo & conſuetudine introducta, pœnæ tantùm ſub quibus edicebantur videri poterant aliquantò graniores & quintum fortè ſtatutum commoda quadam interpretatione mitigandum. Quare his perlectis cum omni reuerentia omnes ad obediendum ſeſe paratos ſuccłamarunt, interim dum apud Pontificem Ordinis Procurator ageret vt quæ occurrebant difficilia & ambigua mollirentur & explanarentur. In ea porrò deliberatione congregationis tempus extractum eſt. Poſtridie, peractis vt conueniebat ſacris & inſtaurato cœtu, antè omnia in Scribam electus

1596.

de Tamayo. eſt *R. P. Franciſcus à Tamayo* Bæthicæ Vicarius Prouincialis, quod perendie non licuerat, continuò ad Antiſtitis Generalis optionem collata ſuffragia, quæ

Generalis XXX.

de Mena. omnia & ſingula in *R. P. Petrum de Mena* Caſtellæ Prouincialem iure ac merito inciderent. Suum ipſe in *R. P. Felicem à Neapoli* ſiue *à Marino* (quod antehac monuimus) Neapolitanum Prouincialem contulerat. Accepit & ſucceſſorem in regenda Caſtellæ Prouincia *R. P. Franciſcum Rodriguez* Correctorem

Aranda de Duero. Madritenſem. Et ipſe quidem *Randa* oriundus, à puero ad omnem virtutis & doctrinæ exercitationem ita ſe comparauerat, vt vtroque nomine præſtantiſſimus euaſerit. Vir itaque fuit miræ grauitatis & ipſo conſpectu venerabilis, moribus inculpatus, dicendi facultate atque concionum gratia clarus. Prouinciam Arragoniæ, tùm & Caſtellæ, ac demùm Ordinem vniuerſum ſingulari prudentiæ laude gubernauit. Scripſit in ſuorum gratiam B. P. N. Franciſci Vitam patriâ linguâ, Paulum Regium Vicenſem Epiſcopum imitatus, additis tantùm quibuſdam moralibus excurſibus ad inflammandos Lectorum animos, hocque ipſo anno Matriti edidit. Meditabatur Ordinis Chronicon, ſed morte præuentus nihil perfecit. Biennio poſtquàm Generalis officio functus eſt meritorum & dierum plenus obiit Matriti, hoc autem eſt an. 1601. Inter ſchedas libellus inuentus eſt Latinè ſcriptus cui titulum fecerat *Interrogationes Clericorum*, is quia perfectus & abſolutus erat altero anno in lucem datus eſt. Petro autem noſtro impræſentiarum ſic electo quaſi qui Dei munere obtigiſſet, omnes gratulatorium carmen concinentes ad obedientiam vt fit prociderunt.

Randa oppidum præclarum Caſtell. veteris ad *Durium* fl.

1601.

1600.

Digitized by Google

1596. Collegæ. Ad eundem diem horis pomeridianis cooptati *Petro* muneris adiutores, quos solemus Collegas dicere. Italus fuit *R. P. Horatius de Reatis* morum honestate prudentia & solertia præstans : Gallus *R. P. Rolandus Guillebour* (vt M. SS. constanter præferunt) vir maturus & probatæ virtutis atque absens electus, qui ante annos viginti Zelosum egerat vt ad an. 1574. meminimus, sed hic ætate fatiscens & visitationum labori impar paulò post excusatus est, cui suffectus *R. P. Stephanus Angerius* non autem *R. P. Rolandus Guichardus*, quem frustra Isnardus electi alterius *Rolandi* vice suppositi reclamantibus M. SS. & omni rerum nostrarum historia: Hispanus denique felici sorte obtigit *R. P. Franciscus à Tamayo*, vir doctrinæ probitate ac mansuetudine præcellens, & iam antè in Actuarium vt diximus electus. In crastinum dilata Zelosi sublegendi prouidentia, nocte discessum vrgente, quâ maturè initâ suffragiorum prærogatiuam meruit *R. P. Isidorus Samblasius* Exgeneralis, omnium non temerè dignissimus iudicatus, vt qui sapientissimè res Ordinis curauisset, easque apprimè notas & perspectas haberet. Deinceps pleraque per occasionem constituta quæ molestum esset percensere, sicut & quæ in antecessum exposuimus de Fundatoribus aut Cœnobiis in hæc Acta relatis, iteratò non memoramus. Hoc porrò nefas est à nobis prætermitti, plures Prouincias ab aliis distractas, iam nunc cœpisse institui ac per se stare. Prouincia *Valentiæ*, quæ diuisâ olim Cathaloniâ nomine Arragoniæ comprehendebatur, eidemque iterum coaluerat, tertio diuisa est & iam nunc *Valentiæ & Aragoniæ* Prouincias per se stare illisque nominibus censeri placuit. Valentinæ Prouinciæ termini fuerunt constituti Regnum ipsum Valentinum, cùm *Insulis Balearibus*, datusque in primum Prouincialem *R. P. Ioannes de Lebera* ex Commisso Aragoniæ ad hoc ipsum Capitulum. Aragoniæ, cum regno cognomine, Nauarra & Cathalonia fuerunt attributæ.

1596. *de Reatis.* *Guillebour.* *Angerius.* Procurator Gen. xxix. *de Lebera.*

Conuentus Maioricæ II. Sed præstat nostrorum progressum in Balearium maiori Insula cuius nunc primum mentio incidit non reticere. Ad ann. 1584. nostros propè *Maiericam* constitisse dicebamus, inde in ipsam vrbem transgressos fuisse necesse est, non modò enim prima sedes illa, cui à solitudine nomen, sed *Maiericanum* Cœnobium disertè in his Actis memoratur, de cuius quidem origine nihil præterea certi habemus. Situm est in ea parte quæ *Vrbs Vallis* appellatur sic dicta quod depressa sit in planitiem, cùm altera pars in montem assurgat, & regione partis eius quæ Terminus dici solet gallico vocabulo, hoc est *Berme*, viâ molis seu aggeris vulgò *del muelle*, nulla quidem in alterutrâ vt loquuntur Vrbe celebratior est, itaque & ob situs opportunitatem & causâ pietatis in *B. P. N. Franciscum* Cœnobium nostrum multo concursu frequentatur. Nomen illi & ab eodem *B. P. N.* in eaque ad quadraginta è nostris paratum domicilium, vt reuerâ totidem sunt qui inhabitant & liberaliter ab Insulanis necessaria quæque percipiunt. Multa diuinitus per merita B. P. N. illic eduntur, quæ oppidanorum, beneuolentiam suprâ quàm credi potest conciliant. Imprimis memoranda liberalitas Spectabilis viri D. *Petri Liebre* (sic eum nominant Hispani qui gallico nomine dicebatur *le Lieure* vt ab iis accepi qui hominem nouerunt) patriâ Genuensis, origine Galli, sed qui domicilium sibi *Maiorica* elegerat. Is obseruatam non semel à prædonibus & naufragio nauim quâ illi merces aduehebantur, non sine certâ & præsenti B. P. N. quam implorauerat ope, primùm copiosos annuos redditus nostris largitus est, ac subinde pecuniam multam ad Cœnobij opus perficiendum numerauit, quâ de causâ semel atque iterùm Fundatoris titulus ei delatus est, vt constat ex Actis an. 1599. & 1605. Instituta in eodem Cœnobio Sodalitas B. Virginis *à Solitudine* quæ quidem & sodalium numero & pietatis actibus, in paucis, floret. Pingi solet vt audio B. Virgo, quam sic cognominant, solitaria & genu flexa ad crucem orantis aut verùs lachrymantis habitu. Et de Maioricensi quidem Cœnobio haud amplius quidquam didicimus. At verò non huius vnius accessione terminos suos produxerunt, sed vno & altero insuper locupletati sunt.

Maioricæ *Maiorica* *le Lieure*

Conuentus Muri. In eadem insulâ & diœcesi *Maiorcensi*, oppidum est, *Murus* nomine, octodecim *Murus*

1596. cim vt audio paſſuum millibus ab ipſa *Maioricâ* Orientem versùs, paruúm quidem illud nec valdè opulentum, indigenarum tamen deuotione præcipuum qui noſtros ad ſe multa cum beneuolentia traduxerunt eiſque quale potuerunt domicilium conſtituerunt in quo duodecim ſunt qui eorum beneficentiâ largiter & copiosè vtuntur. Nomen habet à *Sancta Anna* & in dies opus accipit incrementum. Atque huius quidem Acta noſtra in præſens memineruntur. 1596.

Campus. Eodem penè ſitu deſignatur alterum oppidum, cui *Campi* nomen eſt, *Maiorica* ſcilicet ad Orientem, ſed nonniſi quindecim paſſuum millibus procul. *Campenſes* nihil minus *Murenſibus* præſtiterunt. Nam & noſtros vltrò ad ſe vocatos in ſocietatem acceperunt & pari numero alunt. Cœnobium *Sancto Franciſco Paulano* ſacrum eſt. Origo haud magis certa quàm aliorum, id modò conſtat non antè hoc tempus factum illi initium, imò aliquantum poſterius aliis fuiſſe, ita tamen vt prima origo non poſſit ex monumentis quæ habemus liquidò explorari. His vt opus erat interpoſitis ad reliquarum Prouinciarum inſtitutionem progrediamur. Prouincia *Lugdunenſis* alteram ex ſe protulit, *Prouincia* dictam, ſiue vt hodie loqui malunt *Prouence*, huicque in Prouincialem præpoſitus eſt *R. P. Hieronymus Durandus*, quem habemus tempeſtiuè laudandum vt virum verè magnum, virtute, doctrina, facundia & reliquis dotibus, quæ nomen cuiquam facere poſſunt aut debent. In cenſu Prouinciæ *Lugdunenſis* numerati Conuentus *Cabilonenſis & Diuionenſis*, eorumque causâ, Lugdunenſi Prouinciæ vtraque *Burgundia* eſt aſcripta. De illis tamen ſub anni finem dicere ſatius erit ne hoc excurſu narratio noſtra plus æquo diuellatur. *Sicilia* quæ vniuerſim collecta vnius Prouinciæ nomine cenſebatur, bipartitò diſtincta eſt, conſtitutis ex tranſuerſo terminis ab *Agathyrſo* in *Eubœam*, versùs *Panormum* & *Meſſanam*, hinc verò nomen vtriuſque Prouinciæ, vnius *Meſſanenſis* alterius *Panormitana* dictæ, attributo Meſſanenſi antiquitatis iure, Cœnobioque Monialium Meſſanenſium cui *S. Elia* nomen annumerato, quod quidem de ſolo nobis nomine innotuit, vt neque de origine neque de ſitu aut aliis eius inſignibus explorati quidquam ad nos vſquedum peruenerit. Panormitanam Prouinciam primùs regendam accepit *R. P. Michaël à Meſſana*. A Prouincia *Francia*, quæ *Lotharingiam* vſque protendebatur vt ſua iam multitudine laborabat, prout antè annos quatuor in Capitulo Prouinciali conuenerat, diſtracta eſt copioſa & numeroſa Prouincia, *Campania* dicta, quæ *Campaniam Gallicam & Lotharingiam* comprehendebat; & aſcripto *Fublinenſi* Conuentu *Briam* quoque ipſam complectebatur, quod tamen poſtea reſciſſum eſt. Præfectus erectæ de nouo Prouinciæ *R. P. Ioſephus Tellerius* quem nominaſſe ſatis eſt ad eximiam commendationem. Cœnobia quæ in ditione Venetorum erant per Vicarium à Reuerendiſſimo P. Generali conſtitutum regebantur, nunc verò & noſtrorum qui agebant in prædictis Conuentibus & ipſius Reip. nomine ſupplicatum eſt vt in Prouinciam erigerentur, quod illicò factum, idque publico totius Ordinis bono fieri Patres adprecati ſunt, ſed ſucceſſu temporis in priſtinam conditionem reciderunt quòd electionum libertate imminutâ non liceret alios quàm eius gentis homines in Prouinciales optare, poſtmodùm tamen libertate reſtitutâ quam conueniebat ad ius eligendi Prouincialis redierunt. Iam nunc, primus Venetis Prouincialis datus eſt, *R. P. Nicolaus de Chriſtianis*, qui nuper & hoc eodem anno Acta Capitulorum Generalium & alia quorum in ordine vſus eſt *Venetiis* ediderat ad publicum commodum, vir altàs de tota Prouincia illa quamoptimè meritus, dignuſque probitatis & eruditionis gratiâ, qui tanto munere fungeretur. Inter hæc priuata nonnulla promulgata & publicata ſunt, vt fuit Breue S. D. N. *Clementis* VIII. pro Bibliotheca *Neapolitana* ne libri eius diſtraherentur, datum die XIX. Decembr. 1595. ſed hæc & ſimilia fruſtra memorentur. Ad vltimum, proxima Comitia *Lugduni* haberi placuit, quod ſi quid obſtaret, pro Generalis voluntate aliò transferrentur, modò id maturè Prouincialibus denunciaretur, ita Conuentus in diem VI. Iunij protractus, tùm demùm ſolutus ac dimiſſus eſt. 1595.

Durand.

Cabilon. Orlan. Terracina.

Conuentus Campenſis.

Moniales Meſſanæ.

Digitized by Google

1596. Concursus Cabilonis.

1596. 3. Nobis inde in Burgundiam remeandum est, eiusque primariæ vrbes adlegendæ *Cabilo & Diuio*, quibus locis nostrorum Cœnobia initium vt diximus ceperant. *Cabilo* siue *Cabellio* aut etiam *Cabilonum* siue *Cabilinum* & si quæ sunt huius generis, vrbs est Episcopalis apud *Æduos* ad dextram *Araris* ripam, leucis XIII. à *Matiscone* in Meridiem, XVI. à *Diuione* in Boream, XXI. ab *Augustoduno* in Cæciam, Laudatur à Braunio & Merula vt eximiè felix, agri vberrimi, cœlique saluberrimi, & ille quidem Iconem exhibet lib. IV. tabul. IV. depromptam ni fallor à Belliforesto in sua Cosmographia. Patronum habuit S. Stephanum, à Childeberto Rege habet S. Vincentium. Sedem regiam ibi posuit Guntramnus Lotharii I. F. Frustrà longiùs excurram in clarissimæ Vrbis laudationem. Relegi potest Robertus in Gallia Christiana, præter eos quos iam diximus. Comparatis in ea vrbe per priuatos amicos commodis ædibus, vt in ciuitatem à populo & ciuico Magistratu acciperentur nostri fategerunt. Reuerendissimus *D. Pontus Tyardeus* Episcopus vir doctrinæ gloria & morum integritate præcipuus, & qui ad hunc annum eo cedente in onus ac dignitatem 6 Cal. Nouemb. successit Reuerendissimus *D. Cyrus Tyardeus*, *Ponti* nepos, hoc est ex fratre filius, rem autoritate sua & litteris probauerunt. Principia hæc exigua & dubiæ spei magnâ industriâ & diligentiâ nostri excoluerunt, atque cum eis optimi & liberales ciues *Philippus & Ludouicus Guilland* fratres, quorum ille maioris Ecclesiæ Canonicus pietate, doctrina & charitate in pauperes; hic partium in Auditorio Cabilonensi Patronus, mira vitæ austeritate ac præcellenti rerum diuinarum studio excelluit, vterque in nostros beneficentissimus fuit, erogatâ pecuniâ & donatis prædiis in Cœnobij fundationem, quâ de causâ delatus eis Fundatorũ honos & titulus in Actis an. 1599. Auinioni II. celebratis. *Ludouicus* an. 1615. æt. LXIV. meliori vitæ redditus apud nostros honorificentissimè sepultus est. *Philippus* ad an. 1631. superuixit annum tum agens LXIX. peste sublatus à sodalibus tamen tanquam sui Collegij ornamentum terræ illatus est. Subinde piissima & lectissima fœmina *D. Francisca Languet de Ponton* quæ hodieq; septuagenaria maior viuit suam in nostros liberalitatem exporrexit, atque ædificandæ splendidi operis Ecclesiæ maiores sumptus fecit, eapropter à Patribus Barcinone II. considentibus Fundatricum iure ac priuilegiis donata, non sine speciali suæ gratitudinis testimonio. Inditum Cœnobio nomen *B. Virginis Assumptæ* quam præcipuis votis Cabilonenses colunt & venerantur. Positum est secus Ecclesiam maiorem quâ Ortum à summo capite respicit, proximè ad vrbis muros intra portam S. Mariæ & portam Glebæ seu Mottæ. Nec importunè accidet, si memoriam *Clariss. V. D. Stephani Bernardi* qui apud nostros Cabilonenses sepeliri elegit ascripto Epitaphio quod nuper in manus meas incidit celebrauero. Illud sic habet

Cisalp.

de Tyard.

Guilland.

Languet.

Bernard.

Viro Clariss. STEPHANO BERNARDO Diuionensi, *qui Blesensibus Comitiis facundissimus tertij Ordinis Orator, Ciuitatis suæ Maior, in suprema Burgundionum Curia Senator Regiique sigilli Custos, Massiliæ summi tribunalis Præses & oppressa tyrannide libertatis Restitutor, Cabilonensium decennio æquissimus Prætor, multa consecutus, plura meritus, dum ad maiora in terris vocatur cælo dignior visus, cunctis Ecclesiastici Iubilæi perfunctus officiis, postera die, subita non improuisa morte, incredibili familiæ consternatione, Vrbis mœrore, Prouinciæ desiderio sublatus est anno* M. DC. IX. *ætatis* LVII. *Martij natalis sui* XXIII. *relictis à* Margareta Parradina *Coniuge præmortua è* XIII. *liberis* V. *superstitibus.*

Ioannes Bernardus *F. in Cabilonensi Præfectura successor, aliique liberi optimo ac suauissimo Patri ex testamento in æde* Minimorum *mœrentes posuerunt.*

Ascriptum quin etiam hoc numerale distichon

Vere

Digitized by Google

1596. *Vere novo decvbit qvonavs, scilicet illi* 1596.
Lex necis ut lvcis nec sine nocte dies.

Crechard. Eum verò pro funere laudauit *R. P. Claudius Crechard*, de quo dicemus in Scriptoribus noſtris.

L'Oncbe. Reyne. Suſon. Langres. Autun. Beſançon. Lion. Troies.

4. *Diuio* Burgundicarum Vrbium primaria, Ducum olim ſedes & Iuridici Conuentus ſtatio nobiliſſima, *Oſcara* & duobus aliis fluuiolis *Regina* & *Suſione* alluitur, *Andomatunno Lingonum*, in cuius diœceſi eſt proxima, quam nolim aliis quàm Claudi Roberti V. C. verbis prædicare, cui ſcilicet, Diuio Vrbs eſt *edium elegantiâ, multitudine Ciuium, mœnium & arcũ firmitate celebru, Gubernatoris ſeu Proregis ordinaria ſede illuſtris, inter Auguſtodunum & Veſontionem ſita, à quibus circiter xv. leucis diſtat, media inter Lugdunum & Trecas, xxxv. circiter leucis hinc inde remota* (Lugdunum nempè ad meridiem Trecæ ad Septentrionem Auguſtodunum verſus Occ. Veſontio in Orientem à Diuione recedunt) *aëris & aquarum ſalubritate, ſoli vbertate amœnitateque gaudens, orthodoxa & anita religionu tenax nouarum dogmatum inimica, iam olim à Gregorio Turonenſi & memorata & laudata*, nuper etiam inſigni elogio ab Andræa Suſſaio V. Clariſſ. in libro de Monogamia Epiſcopali decorata. Iconem dedit Belforeſtus in Coſmographia, ſed hæc plus ſatis ad inſtitutum noſtrum Accepti in eam Vrbem noſtri hoc anno No- Conuentus Diuionis.

Fremyot. biliſſ. *D. Benigno Fremyot* in Senatu Præſide, atque ab altero anno Ciuitatis

d'Eſcars. Maiore ad populum annitente, quod Robertus in ſua Diuione annotauit, probante autem Reuerendiſſimo *D. Carolo d'Eſcars* Lingonenſi Epiſcopo generis nobilitate, dignitatis, autoritate Regum & populi amore clariſſimo. Ab hoc initio ſedes illis incerta & dubia multiſq; difficultatibus per aduerſarios impedita (& hi quidem nunquã & nuſquam probis deſunt) ad vltimũ tamen certo loco noſtri conſtiterunt, ſuoque iuri quod per aliorũ iniuriam deſeruerant reſtituti ſunt, eapropter in Comitiis Generalibus Romæ VI. habitis Nobiliſſ. &

de Bellegarde. Generoſiſſ. *D. Rogerius de Bellegarde* Prorex, & *Auguſtus Rogerij* Frater Caſtri Diuionenſis præfectus, aliique Proceres & Senatores primarij, quorum fauore ſtabilem deinceps ſedem in eadem vrbe fixerunt in patronos & Protectores

de Frazans allecti ſunt. Nobil. verò D. *Benignus de Frazans*, fiſcalis exceptor apud Iſnardũ, collato ære annuo ius & honorem Fundatoris conſecutus eſt. Quin & Nobi-

de Bueil. liſſ. & Clariſſ. fœmina *D. Anna de Bueil, Rogerij* Proregis conſors, ob præſtitos annuos cenſus Fundatricum numero cum Patrum gratulatione aſcripta eſt. Situs Cœnobio eſt ad Eccleſiam parochialem *S. Michaëlis*, infra nobilem *S. Stephani* Abbatiam, in parte vrbis orientali, nomenque habet à *B. Virgine* ſiue (vt loquuntur) *Noſtra Domina à Lætitia* cui feſtum agunt ad diem XXI. menſis Nouemb. qui Præſentationi eiuſdem B. Virginis ſacer eſt, atque hac fortè de cauſa illum Præſentationis titulum ineſſe Cœnobio Iſnardus tradidit. Illud denique nomen traxit (vt audio) à vetere Oratorio quod illic aliquando extitit.

5. Hæc & alia per aliquos noſtrũm viros gnauos & induſtrios diuerſis in partibus agebantur, cum alios virtute præſtantes & merito (nihil enim turbam moramur) feralis parca occupauit. Itali ſuum celebrant *R. P. Antonium Riſoleum* Cruculenſem, qui annum ætatis nonageſimum, ſanctæ profeſſionis ſeptuageſimum prætergreſſus, ſancto fine *Spetiani* obiuit. Ingreſſum Religionem ab anno 1509. nonnulli tradiderunt quod conſtare non poteſt cum iis quæ conſequenter affirmant, ad ſummum ab anno 1519. ſanctioris inſtitutum ſuſcepiſſe oportet, adeoque ad annos LXXVII. in eo vitæ propoſito peregiſſe. Tanto autem tempore, quibus virtutum ornamentis effulſerit, quanta morum ſanctimonia præcelluerit, non poſſumus oratione conſequi. Abſtinentia, quæ certum eſt primumque perfectioris & obſeruantioris vitæ fundamentum, in tantùm illi cordi fuit, vt à primo ingreſſu eam ſanctiſſimè coluerit, ad panem & aquam herbas modò & radices quoad vixit adhibens, eum inediæ modum ne per graues quidem ac periculoſos morbos, quantùm quantùm Medici vrgerent, ſoluens aut remittens, niſi fortè facto à ſuperioribus mandato, vt ſuam obedientiam profiteretur, amygdala & mala punica eiuſque generis fructus præter ſolitum ſumeret. Veſtem quam ſemel induerat nunquam depoſuit,

Obit. P. Antonij Riſoleo.

Riſoleo

1596. nisi cùm alterius sumendæ absoluta necessitas fuit; vbi enim resarciendæ tantùm opus fuit, siue id per se, siue per alium posset præstare omninò non exuit, vidisses centonem rudis panni veriùs quàm vsualem vt ita loquar amictum corpori circumpositum. Correctoris onus sæpè sed nunquam nisi repugnans & inuitus datoque per obedientiam mandato subiuit, quod tamen illi adeò feliciter cessit, vt res domesticæ cùm spirituales tum temporariæ nunquam maius incrementum, quàm eo procurante viderentur accipere. Subducebat se hominum conuersationi quantùm fas erat, nec sermonem aliquando cum quoquam nisi de rebus diuinis aut ad mores spectantibus habere voluit. Hortum manibus colebat, laborem sibi persuadens ad reliquas corporis macerationes adiiciendum, quo caro fortius & potentius subigeretur, quod eius exemplum plerique ex aliis solebant imitari. B. Virginem supra modum charam habuit, in eius obsequium sese totum effundens, quod frustra non fuit, aliquando enim è scala qua in superius tabulatum ascendebatur prolapsus qui eo casu totis membris atterendus videbatur, B. Virginem albis indutam & diuino lumine circumfulgentem visibili specie præstò habuit sibi auxilium ferentem, & vtroque brachio amplectentem, vt ne minimùm quidem læderetur. Si quis à carne sensus titillaret continuò seipsum verberatione conficiebat, eâ tam sæpè, nullâ instante diaboli suggestione aut carnis incitamento, vsus, vt pleraque loca sanguine quem flagellis proliciebat aspersa conspicerentur. Nonnunquam & admoto igne seipsum vstulabat, vt tenui hoc æterni qui sceleratos manet ignis specie, ab admittenda vel leuissima tentatione absterreretur. Pro vitæ modo exitus fuit. Corpus tanquam sacrum aliquod pignus infra maius Altare conditum est, tanta fuit sanctitudinis eius opinio, quæ hodieque apud omnes perseuerat. 1597.

Obi P. Ioannis de Lucena.

6. Hispani suum quoque memorant *R. P. Ioannem à Lucentia* Illiturgitanum, generis nobilitate, animi magnitudine virtutum & doctrinæ fama conspicuũ. Hic annum quinquagesimum in Religione peregit, charus suis, externis venerandus, prudentia & gubernandi arte præcipuus, atque hoc demùm anno dierum & meritorum plenus è viuis sublatus est. Memoriam eius celebrant RR. PP. Ordinis Sanctissimæ Trinitatis vt qui apud suos prudentiæ suæ autoritatis & mansuetudinis non contemnendum specimen reliquit cum facta sibi potestate à Reuerendissimo *D. Ferdinando Delgado* Giennensi Episcopo, & sanctæ Sedis hac in parte (vt loquuntur) Commissario, de rebus illorum cognouit, vt Castellæ Prouinciam à Bæthica sua Andaluziana sub ann. 1571. separauit. *de Lucena.* *Delgado.*

Obi P. Ioannis Beican.

7. Quidni & nos annumeremus accenseamusque nostrum *R. P. Ioannem Beican*, quando illo virtutis merito & suorum gratitudine, præter solitum, epitaphio à Nigeonensibus, apud quos pestifera lue occubuit, decoratus est? Nondum ille vndecimum professionis annum expleuerat cùm aura pestilenti afflatus interiit (fuerat enim professus an. 1585. ad diem XXVIII. Octob. & hoc anno eiusdem mensis die IV. obiit) tam breui nihilominus tempore adeò sedulam fidelem & irremissam in getendis rebus operam nauauerat, tantumque de sua pietate, integritate, prudentia exemplum ediderat, vt eius mors ab omnibus grauissimè accepta sit. *de Beican.*

An. M. D. XCVII.

1597.

Ob P. Henrici Mori.

1. NIhil præter funestam mortis imaginem ad hunc annum occurrit. Vnius & alterius quorum Annales nostri cum laude meminerunt funus exequar. Ambiani *R. P. Henricus Morus* Anglus, *Thomæ* illius Cancellarij & Martyris vt nostri perhibent nepos, hoc est ex filio filius, aut ei certè proximo sanguine iunctus, post lentum illud martyrij genus quo in dies maceramur ad duodecim annos pertractum, in cœlum (vt credimus) euolauit. Exulabat ille fidei causâ cum gentilibus & agnatis qui *Remis* eum educandum in Seminario suæ gentis curabant, peruenerat autem ad octauum decimum ætatis annum, *Morus.*

cum

1597. cum pertæsus sæculi & melioris vitæ proposito animatus Ordinem nostrum magno & irrequieto ardore complexus est, vestem sacram *Remú* induit, professionem emisit *Nigeoni* ad diem XXVIII. mensis Octob. an. 1585. piè admodum & religiosè vixit & anno demùm ætatis XXX. cœlo iam maturus ad XXIV. mensis Maij, quo Pentecostes peruigilium incidebat, beato fine consummatus est, cùm *Ambianum* dolo interceptum Hispani tenerent, & ab inuicto Rege nostro arcta obsidione premeretur. 1598. 1585.

de Hailly. 2. Nec frustra sanè adiiciam *R. P. Ioannem de Hailly* virum antiqui moris, inculpatæ vitæ, singularis pietatis qui annum pœnitentis illius vitæ quam profitemur quinquagesimum primum supergressus, in bona senectut e ad mens. Septembr. *Nigeoni* requieuit. Ob. P. Ioannis de Hailly.

An. M. D. XCVIII. 1598.

1. FEliciter (vt credo) hunc annum inierimus à cœlesti fauore, quo Siculos B. P. N. ad vota promptus & præsens beauit. *Sicilia* qua longè latéq; patebat immani æstu torrebatur, & Aprili nondum exorto spes futuræ messis decoxerat, ardebat cœlum non secùs ac si fulgura micarent, proximum que videbatur vt ignis cœlo decideret. In ea rerum desperatione quæ Insulanos omnes attonitos habebat, non poterat auxilium nisi à præpotente Deo expectari. Præstò autem id fuit, interuentore adhibito B. P. N. qui vocatus in vota supplices libens exaudit. *Catana* enim de ipso Aprilis mensis quo eius memoria recolitur, *R. P. Bernardus à Catana* Societatis Iesu concionator egregius & pietatis laude præstantissimus, cùm ipse opem toto animo magnaque vocis contentione ad populum verba pro concione faciens deprecatus est, tum ad eadem studia populum permouit; ecce autem illis misericordiam à Deo auxilium à B. P. N. inclamantibus, rem miram ac penè præter votum, subitò cœlum mutauit, inductisque nubibus obscuratum derepentè in pluuiam solutum est, quæ tam largiter effusa est vt templo excedere domumque repetere, nisi proxima iam nocte fas nemini fuerit. Ex hoc cœlum temperatius terræ fruges in tempestiuam maturitatem perduxit, atque in præsens Siculi miraculum vocibus tollere, interuentori suo gratias habere, beneficium prædicare non destiterunt. Miraculum à B. P. N.

2. Consecutus posthac progressus quidni & ipsi B. P. N. fauorem suum proroganti suisque vltrò porrigenti acceptus referatur? Sed ad rem. *Campania* quæ nuper in Prouinciam per se constiterat, procurante *R.* illo *P. Iosepho Tellerio* viro diligente ac rerum Ordinis vehementer studioso terminos suos longius produxit. In ea Lotharingiæ parte quæ Mosellanica dicitur, adeoque in ipsius Mosæ ripâ, inter *Virdunum* in Corum & *Vallicolerium* in Africum; vrbs est cui à *S. Michaële* nomen, ex antiqua scilicet huius nominis Abbatia quam eo loco *Vulfoldus* seu *Volfandus* Maior Domus *Childerici* III. ad ann. 667. condidit acceptum, nunc corrupta per vulgus voce *Sammielum* audit pro S. Michaële, Conuentus illic Iuridicus ac supremus totius Lotharingiæ sedem habet, ex quo non parum celebritatis eidem Vrbi accessit. Extra pomœrium in ipsis suburbiis ædes erat *S. Theobaldo* sacra, & Prioratus nomine qui ab ipsâ moueret Abbatiâ insignis; eam, Illustrissimus & Reuerendissimus *D. Carolus à Lotharingia Caroli* Ducis & *Claudia Francica* F. Argentinensis & Metensis Episcopus, ac S. R. E. Cardinalis qui ad an. 1607. superstes fuit, nostris cedere, voluit & curauit, recepto in Abbatis & Conuentus emolumentum omni censu, locus tantùm nostris est attributus vt restauraretur, nimirùm ita conuenerat, remque Pontifex perscripto iu fidem diplomate comprobauit. *Tellerius* opus cœpit quod subinde perfectum est, ab ipso tamen initio plures è nostris antiquam domum incoluerunt. Itaque proximis Comitiis in Acta Cœnobium relatum est, hoc est non longiùs anno in proximum consequente. Perperàm Isnardus ad Comitia an. 1605. protractum significat, omninoque fallitur cùm Illustrissimum & Generosiss. Principem *Carolum à Lotharingia* Ducem *Meduanum* illius Fun- Conuentus San-Michaëlis.

Verdun. Vaucouleur.

Sain Miel.

1598. datorem perhibet, Sammielenſem ſcilicet pro Sueſſionenſi Conuentu legit, quod certo certius eſt. Nuper denique hoc eſt ann. 1629. Nobiliſſ. *D D. Anna de Haraucourt* vidua, & *Maria Barbara de Haraucourt*, ſorores, ob collatam huic Conuentui pecuniæ ſummam quandam Fundatricum priuilegiis ad vitam donatæ ſunt. Eadem gratia, ſed nullo tempore circumſcripta, prorogata eſt ad nobil. fœminam D.... *Dotel*, & eius ſororem D..... *de Ragercourt*, quod factum necnè fuerit Sammielani Cœnobij gratiâ, vt vult Iſnardus, non auſim affirmare, id enim ex Actis non ſatis liquet. 1598.

Conuentus Piſauri. 3. Ligures etiam noſtri iam antè in *Picenum* progreſſi, hoc eodem anno *Piſauri* conſederunt. Eſt verò *Piſaurum* vrbs Piceni, aliis *Vmbriæ*, in orâ *Senonum* ad *Iſauri* oſtium, inter *Ariminum* ad Occ. xxv. M. P. (xl. ab *Ancona* in eandem partem) & *Fanum* ad Ortum vi. Epiſcopali fulget dignitate ſub metropolite *Vrbinate*, inde xx. M. P. in Septentr. Deſcribitur à Merula, Emporium Italiæ celebre, mercimoniis diues, amplum, ſplendidum, pulchris ædificiis ornatum, plateis perelegans, ſitu peramœno maximéque fertili, cœli tamen grauitate laborans, &c. Condita in longitudinem, cum in modum vt ex foro ad quatuor vias proſpectus pateat, ea tamen quæ ad *Iſauri* pontem tendit cæteris longiore. Præter Curiam ſumptuoſam aliaſque nobiles ædes Arcem ad littus habet munitam & pulchram ab *Ioanne Sfortia* conditam, &c. Scaliger ad nominis etymon alludens hoc in *Piſaurum* carmen cecinit *Piſaro.*

Hic Romæ fulſit primum ſpes vltima victæ:
Vnde loco atque vrbi nomina ducta canunt.
Dum Gallus Romana actis imitatur anitis
Arma, premens arma Romula victor adeſt.
Poſtquam è ſollicita poſuit diſcrimina mente:
Torpuit occulto dextra ſolata metu.
Ah! quid agis ſoboles priſcorum inuicta Deorum?
Rerum non auri ſumma petenda tibi eſt.

In eam vrbem inducti noſtri beneficio quidem Reuerendiſſimi *D. Cæſarii Benedicti* Vrbis ipſius Epiſcopi, agente verò *R. P. Ignatio à Capuâ*, quem non ſemel laudandum habuimus. Ille domum & prædium à *D. Ioanne Baptiſta Antonelio* Doctore comparauit, noſtriſque tradidit, vt Cœnobium inædificaretur. Hic doctrinæ concionumque merito populum ſibi ac ſuo Ordini procurauit. Situs Cœnobio eſt non longè à portu, ſed quam proximè ad Portam vrbis quæ in eum ducit. Nomen inditum *S. Franciſci de Paula*, cuius præſentem opem Piſaurenſes nunquam non experti ſunt. Memorabile votum quod an. 1604. vniuerſi
1604. ciues pro ſuo Duce (hoc eſt Vrbinate) obtinendæ prolis gratia nuncuparunt, cuius compotes argenteam Ducis effigiem per Oratores ſuos *Cæſarodunum* miſerunt, aſcripto voti ſui tenore quod omiſſa epigraphe ſic habet:

Sancte Pater quæ animo tibi dat deuotus Iſauri
Accola cum lachrymis, ſuſcipe vota libens.
Ora, age tu antè Deum ſupplex, naſcatur vt alter
Succeſſor tanto maximus Imperio.
Tunc templum anguſtum ſacraſque dicabimus aras
Proni humileſque Deo, munera grata tibi:
Cuius longinquas læti miſimus ad oras
Oſſa veneratum gratia ſi dabitur.

Templum ex voto, Piſauri.

Redditum votum an. 1606. ob natum *Franciſco Mariæ Roueræ* II. *Vrbini* Duci
1606. VI. *Federicum* Principem, magnæ indolis puerum, ſed qui ſpem patris & Vrbinatium atque Piſaurenſium præmaturâ morte ſublatus deſtituit, quod ſolet votiuis pueris ſæpiùs contingere. Sed nunc alia nobis agenda ſunt.

Viſitatio Gen. Gall. & alia nonnulla. 4. *Humblotus* noſter à duobus annis profeſſus Ordinem noſtrum, tam breui tempore ſic inclaruerat, vt doctrinæ famâ paucos habere videretur pares & ſuperiorem fortè neminem. Ea cauſa fuit vt cùm in occurſum *R. P. Nicolai Riccardi* Viſitatoris Generalis *Matiſconem* vſque progrederetur, per illam occaſionem *Theophilum Caſſagrinum* Miniſtrum Caluiniſtam, qui publico ſcripto Catholicos

1598. tholicos Doctores nuper lacessiuerat & prouocauerat, adorsus fuerit atque instituta solemni collatione profligandum susceperit. Quod reuerâ tanto cum fidei ac Religionis splendore consecutus est, vt *Cassagrinum* primo conspectu fuderit, deiecerit in congressu, ac demùm cum perpetuo aduersariæ partis dedecore triumpharit. Et huius quidem Collationis circumstantias singulas in præsens enarrare operæpretium esset nisi *Humbletus* ipse Acta perscripsisset, & hoc eodem anno Lugduni apud *Ioannem Pillehote* edidisset, præterquàm fieri potest vt in *Humbloti* Elogio hæc amplius & copiosius exequamur. Enimuerò non importunè aut extra rem adiecerimus *R. P. Petrum de Mena* Generalem, cum per se Galliarum visitationem obire non posset, vt qui temporum angustiis aliisque rebus quas habebat agendas distineretur, vices suas commisisse *RR. PP. Petro Heberto & Nicolao Riccardo*, quorum ille cum *Aquitaniæ* Exprouincialis nouissimus esset adeoque Aquitaniam ipsam non posset visitaturus relegere; in partem oneris ac dignitatis allectus hic alter fuit, qui *Aquitaniam* nimirùm attinentesque Prouincias perlustraret. Ambo certè officium suum sapienter impleuerunt, & commissas sibi Prouincias virtutis suæ ac sapientiæ gloriâ perfuderunt. 1598.

5. Sed necesse iam est vt ad vita & officio simul functos transgrediamur. Agmen ducet *R. P. Petrus Nodeus* qui Kalendis Iunij caducam vitam æternæ & permansuræ commutauit. Hunc non semel in antecessum laudauimus, vt qui eruditionis & magnarum virtutum gratiâ, simul atque fieri, potuit ad Ordinis dignitates vocatus, eas vtiliter & gloriosè sustinuerit, nec deinceps ab illis vacauerit quantùm per Regulæ necessitatem licuit. Annum sexagesimum sextum ætatis excedebat quando eum mors occupauit, cùm tamen à professione vigesimum septimum non ampliùs impleuisset, accessit igitur multæ iam ætatis ad Ordinem, & pro ætate sapientia & rerum vsu consummatus, quas dotes cum in eo nostri admirarentur primo quoque tempore ad publica munera pertraxerunt. Regulam an. 1596. Parisijs apud *Ioannem Corbon* imprimendam curauit, prout illi fuerat demandatum à Prouinciali Capitulo, præmisit autem ipsi Regulæ Compendiariam enarrationem Institutionis Ordinis nostri cum breui Generalium Indiculo, quod aliâs tempestiuè meminerimus. Ab anno autem 1578. ediderat Declamationem aduersus execrandum errorem Maleficorum, Sortilegorum, Incantatorum, Magorum, Diuinatorùm, &c. qui occultè in Gallia pullulabant, viginti & octo capitibus comprehensam, Parisijs apud *Ioannem du Carroy*. Laudatur à Verdiero in Bibliotheca. Publicis atque priuatis Ordinis rebus promouendis sollicitè allaborauit, & postquam multa solertiæ suæ, virtutum, eruditionisque documenta dederat, sancto fine quieuit.

Obit P. Petri Nodæi.

1596.

1578. *Declamatiõ contre l'erreur execrable des Malefices, Sorciers, Enchanteurs, Magiciens, &c.*

6. Ab Hispania qui hunc comitatus sit habuimus *R. P. Bartholomæum Martinezium* sanctitate celebrem & quem sui maximoperè commendant. A puero scilicet institutum nostrum capessiuit, cùm Hispalim studiorum causa venisset, vbi sub die XXIX. mensis Maij, ab an. 1556. professus est. Iam tum verò placidis compositisque moribus ad reliquæ vitæ coniecturam sic præluxit, vt coætaneorum nullus non eum modestiæ & sanctitatis intuitu amaret, coleret, reuereretur. Philosophiam ac Theologiam magna cum ingenij laude percurrit, ac deinceps accedente vsu Concionator eximius ac verè Apostolicus euasit. Peruadebat corda tanquam ignitis verborum iaculis, quæ scilicet animarum zelus & interior ardensque charitas accenderat. Verbis vita exactissimè respondit. Abstinentiam reliquis præstruxit, hancque ipsam adeò mirificè coluit vt illarum nulla desiderari potuerit. Paupertatem, abstinentiæ semper comitem, non minori studio & animi destinatione obseruauit, præter Breuiarium & Disciplinam atque necessarios aliquos libros, vtputâ Biblia & Concordantias, nihil in cella voluit admittere. Cilicium perpetuò gestauit, nudis intra calceos pedibus nunquam non incessit, quoad primus autor fuit societatis Excalceatorum è nostris, qui scilicet relictæ per Regulam Superioribus optioni, vt pro regionum necessitate calceamentorum vsus permittatur aut

Ob. P. Bartholomæi Martinez.

Digitized by Google

1598. abdicetur, in illis caloribus vltro cedendum ſibi eſſe arbitrati ſunt, quod abſque vllo charitatis diſpendio à quibuſdam in Hiſpania ſolet obſeruari. Atque hi Ducem *Bartholomæum* noſtrum merito venerantur. Concordiæ inter aduerſarios conciliandæ gratia excelluit, qua vna ferè de cauſa è Conuentu in publicum progrediebatur, tùm verò ad eum venerationis ergò populus confertim affluebat. Generis & natalium abiectionem candidè profitebatur & tam opportunè, vt alios quantumuis nobiles ſuæ elationis pudefieret. Prolixam in pauperes charitatem exercuit per difficilia maximè caritatis tempora, quod non fruſtra fuit homini Dei totique Cœnobio, annona enim quæ ad dies quindecim ſupererat, in ſextum menſem manifeſto miraculo prorogata eſt, vt ſerui ſui ſanctitatem Deus remuneraretur. Sed & Reuerendiſſimus *D. Antonius Pazos* Cordubenſis Epiſcopus perſpectâ *Bartholomæi* noſtri charitate conſimili ſtudio incenſus eſt, ſuiſque in communi illa neceſſitate largiter erogatis, omnia *Bartholomæi* arbitrio credidit. Gratia curationum pollebat, qua etiam pauperes ipſos & afflictos mirabiliter iuuit. Patientiam ipſe in acutiſſimis doloribus inuictam planè prorſuſque incredibilem præſtitit, vt quid verò patientiam prædicamus hominis qui ſe quotidianis acerrimiſq; verberationibus ad ſanguinem dilaniabat, & tantùm non conficiebat? Prouinciã Andaluziæ pluraq; Cœnobia per vices ſanctiſſimè rexit, ad quæ officia nunquã non inuitus & repugnans acceſſit, in tantum enim priuatæ vitæ addictus erat, vt auerſo eſſet animo ab omni dignitate publicaque functione. Familiaris erat Duci *Sueſſano*, qui cùm *Romam* Orator ab Hiſpaniarum Rege miſſus eſſet, homini ſibi charo & venerando vt videbatur gratificaturus, à Pontifice impetrauit vt Vicarius Generalis per Hiſpaniam autoritate Apoſtolica conſtitueretur, vt rebus ipſius Ducis adminiſtrandis præficeretur, vt ab oneribus Ordinis grauiorique diſciplina eximeretur, trinas ille litteras à Pontifice in eam ſententiam accepit, quas apud ſe ita preſſit vt nonniſi ab eius morte innotuerint cùm inter illius ſchedas inuentæ ſunt. Incidit autem beati viri obitus in diem Auguſti menſis xxxi. ex lenta febri quam contraxerat à die *S. Bartholomæi*, cùm *Lucentiam* vſque colligendi tritici cauſa (quæ erat hominis obedientia & humilitas) progreſſus fuiſſet. Ex quo autem decubuit, inſtantem ſibi mortem præſentiens, nullum finem fecit expiandorum per ſacramenta, lachrymas, & orationes admiſſorum, memor Auguſtinianæ illius ſententiæ, non eſſe tutum homini Chriſtiano abſque pœnitentia è vita diſcedere. In extremis laboranti adfuit *R. P. Franciſcus Paëz* Paëz. in cuius manibus expirauit, Angelo ipſe ſimilis, totoque corporis habitu in cœlum intentus, vt ſuo iam itinere ſpiritus dirigi videretur. Funus magna pompa & frequenti populo curatum eſt. Reculæ eius ardentibus votis ob tanti viri memoriam expetitæ, Roſarium in Vrbem Duciſſæ *Sueſſanæ* tranſmiſſum eſt, *Pradenſis* Comitiſſa cochlearium accepit, alij alia, quorum eſſe ſalutarem vſum experientia docuit. 1598.

Obit. P. Dominici à Caſtro-blãco.

7. Alterum denique ab Hiſpania funus producendum quod agmen claudat. Illud fuit *R. P. Dominici à Caſtro-blanco* qui *Valliſoleti* ad diem xvii. menſis Decembris occubuit. Annum ſanctæ profeſſionis xlvii. excedebat, per illud tempus aduerſa ſemper valetudine, quod ſibi ad virtutem profuiſſe cum familiaribus gratulabatur. Id tamen imprimis curauit, ne prætextu fatiſcentis corporis & infirmi otio ſe dederet, quod ſciebat maiori exitio futurum. Itaque ſemper aliquid operis tractauit corporiſque laborem ad reliquas exercitationes adiunxit, vt annum etiam ſeptuageſimum prætergreſſus hortum ſtudiosè coleret. Enimuerò doloribus & aſſidua fatigatione fractus ita quod erigere ſe non poſſet, hilarem tamen vultum & ad pietatem egregiè compoſitum præferebat. Monialibus Ordinis quæ apud *Fontes Legionis* inſtitutæ erant, priùs ſcilicet quàm *Trianam* deducerentur, aliquando præpoſitus eſt, eaſque verbis, exemplo & opere omni ad ſublimioris vitæ genus diligenter & ſollicitè informauit. Quartana ſublatus eſt, quæ eum ad annos quatuor continuos antè mortem exercuit. Morienti *R. P. Lucæ à Monteia*, qui eum Patris vice obſeruabat, operam ſuam præſtitit, perceptis ille ſacramentis quam religioſiſſimè,

in

1598. in pauimento vt deponeretur multoties poſtulauit, in eo Sanctorum multo- 1599.
tum ſtudium æmulatus, quod cùm per importunas preces obtinuiſſet vix dum elatus lecto in ſinu prædicti *R. P. Monteia* interius gaudium vultu & ore teſtatus, in his verbis expirauit *Maria mater gratiæ* &c. Vtinam & nos mortem Sanctorum obeamus!

An. M. D. XCIX. 1599.

1. ANtè annos tres Conuentum generalem *Lugduni Segusianorum* haberi placuerat, additâ exceptione, ſi ad illud tempus commodum id & opportunum videretur. *De Mena* Generalis pro facultate ſibi à Capitulo factâ, vt *Auinionem* transferretur edixit, præſentes cauſæ plures erant, quas maturè per Prouincias ſignificauit. Illuc igitur omnes conuenerunt. Ad tertium Cal. Iun. Pentecoſte incidebat. Comitia ſeptimo eaſd. Cal. inita ſunt ſub veſperam cum ſcilicet Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Carolus à Comitibus* Auinionenſis Prolegatus & Reuerendiſſimus *D. Ioannes Franciſcus Bordinus* eiuſd. vrbis Archiepiſcopus præſto fuiſſent. Perperàm noſter Montoia Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum *D. Franciſcum Mariam Taurufium* Prolegatum & Archiepiſcopum fuiſſe memorat, qui antè biennium Eccleſiam *Senenſem*, iam tum ab anno Cardinalis, regendam acceperat. Prolegatus antè omnia litteras à S.D.N. *Clemente* VIII. quibus ei congregationis huius moderatio credebatur exhibuit, gratum id Patribus fuit, non tantùm voluntate Pontificis ſed Prolegati merito & in noſtros beneuolentiâ. Perlectis iis litteris confeſſus in craſtinum dimiſſus eſt. Eo tùm inſtaurato, antè omnia *R. P. Franciſcus à Tamayo* Collega Generalis Hiſpanus elegantiſſimâ & doctiſſimâ oratione Patres compellauit & de officio Generalis nomine admonuit, ſubinde ſuffragatores cenſiti ac recogniti, moxque in Actorum exceptorem ſelectus eſt *R. P. Petrus Hebertus*, qui ex Vicario & Viſitatore Generali in Commiſſum Franciæ allegatus fuerat. Ab hoc autem die ad Pentecoſten publica multa & priuata compoſita ſunt atque conſtituta, in anteceſſum ea memorauimus quæ ad Cœnobiorum & Fundatorum inſtitutionem pertinent, vnius tantum in præſens mentio incidit quam modò reponemus, hæc interim ordine ſuo ex multis delibare ac proponere nos conuenit. Bæthica Prouincia quæ & Andaluziæ, quòd longiùs, diffuſa Cœnobiorum etiam numero, ac multitudine vt ita dicam ſua laboraret, in duas diſtincta eſt, vna *Granatæ*, altera *Hiſpalis* Prouinciæ nomen accepit, & vnicuique illi Conuentus aſcripti ſunt qui in eius nominis tractu cenſeri ſolent. Id iam antè factum in Capitulo *Barcinonenſi* 1. incerta nobis de cauſâ non ſubſtiterat, quod ex hoc ac deinceps firmum & inuiolatum permanſit. Granatenſi Prouinciæ ius antiquæ ſedis relictum, Hiſpalenſi præfectus eſt *R. P. Hieronymus à Guaſca*, cuius poſthæc memoria recurret. Correctori Conuentus Sanctiſſimæ Trinitatis in Vrbe ius aſſertum eſt præcedendi Prouinciales intra ſuæ iuriſdictionis terminos, id iam longo vſu & in vim aliorum ſtatutorum obtinebat, nunc verò mota ob eam rem controuerſia, de nouo vindicatum eſt, huius tamen Statuti ſenſum alium noſter de Pereinis ad Conſtitutionem VII. *Pauli* V. eſſe voluit, eamque præcedentiam ex profeſſo nuper impugnauit, at verò Iſnardus noſter nuperrimè in Conſiliis & Reſponſis quæ ad Codicem Minimum edidit Conſ. XI. vtrumque aduerſus de Pereinis fortiſſimè propugnauit. Poſtulanti Commiſſo Valentinæ Prouinciæ vt diſtractis Balearibus Inſulis quæ per Vicarium Generalem regerentur ſua Valentiæ Prouincia eùm Arragonenſi vniretur quò poſſet ſumptus facere quos conuenit, aſſenſum fuit, accedente tamen Summi Pontificis autoritate quæ vnionem probaret ac ordine præſcripto vt habita Pontificis licentia de Prouinciali prouideretur.

de Comit. Bordini. *de Tamayo.* *Hebert.* *de Guaſca.*

Ambo *Henrici* IV. Reg. & Mariam Mediceam exceperunt. De Carolo vid. ad an. 1594.

melius fortè *à Guaſca.*

Quibus ad eum modum ſtabilitis inter Cœnobia illud eſt annumeratum quod prædiximus, *Panormitanum* inquam II. ad muros Vrbis, è regione portæ Nouæ, ſupra Palatium regium, inde procul paſſibus mille, in prædio quod Sep-

Panormi.

Conuentus Panormi II.

Digitized by Google

1599. tentrioni obuerſum eſt. Illud autem donauit Nobilis & Generoſ. Eques *D. Franciſcus Grauina* Catanenſis (Montoiæ eſt *de la Viña*) qui & ſumptus fecit peramplis ædibus conſtruendis, ea propter. Fundatoris nomine ac iure cum Patrum applauſu donatus, ipſe autem ad opus hoc ſuſcipiendum incitatus fuit deuotione in B.P.N. quem ſibi fauentem non ſemel expertus fuerat. Et quidem aliquando vouerat ſe decimam bonorum quæ de nouo acquireret Ordini appenſurum, quantùm per merita B. P. N. ſuccederent, ab eo voto præter ſpem locupletatus, quod diximus Cœnobium à fundamentis ponere aggreſſus eſt, ac demùm in iuſtam magnitudinem perduxit. Hæc primordia ſuo fauore non parum iuuerunt Reuerendiſſimus *D. Didacus de Aedo* Archiepiſcopus Panormitanus & Dux *Maquedanus* Prorex, quibus autoribus, pro Hiſpanorum more, nomen Cœnobio factum *S. Mariæ à Victoria*. Eo receſſu noſtri ad colligendum animum vtuntur, eſt enim percommodus & iucundus, ſunt autem triginta qui inhabitant. Iſnardus fallitur qui acceptum tradit an. 1596. in Capitulo Genuenſi vi. Montoia qui ad annum ſequentem differt præter fidem Actorum Capitularium facit, quod tamen deſignat diem, inducit vt credam initam ad eum fuiſſe poſſeſſionem, cùm prius donatio peracta eſſet iamq; nunc ædes exſtruerentur. Is autem eſt Maij xx. quo vt par eſt credere in nouam demum noſtri migrauerunt. 1599. *Grauina.* *Aedo.*

Protractus in diem ſanctum Pentecoſtes conſeſſus his aliiſque rebus perficiendis incubuit, at eo tandem die peractis ſacris Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo D. Prolegato præſente, Generalis Antiſtitis electio inita eſt, quam non poſſumus de reliquo ſinceriùs quàm Actuarij viri optimi verbis exponere: *Conſpirantibus*, inquit ille, *animis ſumma pace & alto ſilentio, diuinoque Spiritu afflante omnium votis (vno duntaxat excepto) via ſcrutinij admodum* R. P. Hieronymus Durandus *inſigni pietate, doctrina & morum integritate præditus vir, necnon prouincia Prouincialis in bene meritum totius Ordinis Generalem aſſumptus eſt, quem ſumma humilitate profuſiſque lachrymis tantum onus renuentem, ad templum, Deum collaudantes deduxerunt Patres, vbi præſtandæ obedientiæ arrham & reuerentiæ primitias eidem Reuerendiſſimo Patri, manuum deoſculatione, ſumma omnium lætitia & iubilatione, obtulerunt.* Sublecti etiam ad eum diem Collegæ, ad alterum Zeloſus ſeu Procurator Generalis: Collegæ fuerunt, Italus quidem *R. P. Franciſcus Longus à Coriliano* Vicarius Prouincialis Calabriæ, vir probus doctus & prudens. Gallus verò *R. P. Petrus Hebertus* nunquam abſque laudatione nominandus, quod iam ante fecimus & deinceps præſtabimus: Hiſpanus denique *R. P. Emanuel de los Cobos* & ipſe multis animi dotibus inſignis. Zeloſus autem fuit *R. P. Stephanus Angerius*, ex Collega Generali, cum elogio modeſtiæ, prudentiæ, ſummæque in rebus gerendis peritiæ, cooptatus. Electo Generali ſummiſſus *R. P. Franciſcus Humblotus* qui Prouinciam regeret, atque huic meritas laudes, ſi Deus dederit, cum tempore appendemus. Calendis Iunij, cœtu poſtremùm inſtaurato nonnulliſque ſanctionibus edictis, tum maximè quibus de celebrandis Studiis cautum eſt, proxima Congregatio *Valentiam Edetanorum* indicta eſt, atque in eo verbo diſceſſum. *Durand.* *Hebert.* *de los Cobos.* *Longo.* *Humblot.*

P. Gaſpar Dinet fit Epiſc.

2. Iacobus Seuertius tradit in ea Congregatione *R. P. Gaſparem Dinet* Prouincialem Lugdunenſem omnium nationum votis ad Generalis vt loquitur amplitudinis miniſterium fuiſſe expetitum, eum autem oblatæ Epiſcopalis dignitatis conſcium, excuſſaſſe, ac *R. P. Hieronymi Durandi* electionem procuraſſe, vt quem virtutis & doctrinæ merito clariſſimum haberet ac noſſet. Vt vt ſit, certum eſt Gaſparem noſtrum, qui antehac regius Eccleſiaſtes & Conſiliarius fuerat renunciatus, Reuerendiſſimo *D. Lucâ Alamanni* ad ſedem patriam *Volaterranenſem* tranſlato, cùm per plures annos *Matiſconenſem* Eccleſiam ſapientiſſimè rexiſſet, in eadem Matiſconenſi tanto patrono deſtitutâ ſucceſſiſſe, ac Pontificias quidem litteras, quibus eius Eccleſiæ adminiſtratio Gaſpari deferebatur, iv. Nonas Auguſti hoc eodem fuiſſe perſcriptas; noluit tamen ille inaugurari ante diem ſanctum Epiphaniæ, quem ſibi natalitium præcipuo cultu proſequebatur, quod ita præſtitum, Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo D. Cardinale *Dinet.* *Alamanni.*

Digitized by Google

1599. Cardinale *à Ioyoſa* præeunte, ac præſidia ei afferentibus Epiſcopis *Arnaldo Serbino* Niuernenſi & *Franciſco Pericardo* Abricenſi, in Sacello *B. Mariæ* intra clauſtra inſignis Abbatiæ *S. Germani à Pratis* ad muros Pariſienſes. Verùm dè Gaſpare alius erit dicendi locus, interim relegi poteſt Seuertius qui in eius laudes copiosè diffunditur in Chronologiâ hiſtoricâ Epiſcoporum Matiſconenſium. 1599.

de Ioyeuſe. Serbin. Pericard.

3. Ecce autem dum annus in finem procurrit plures nobis inſignes viri ſublatiſunt. Hi tres in Annalibus noſtris locum iam inuenerùnt. *R. P. Ioannes Romero*, Hiſpanus, è campo *Laminitano*, Theologus & Concionator eximius, qui apud ſuos & exteros inſolita eruditionis & probitatis famâ celebratus eſt, ab illis ad munera & dignitates domeſticas ſtudiosè poſtulatus & deſideratus, ab his in magna reuerentiâ & honore habitus, ita vir egregius ad vitæ metam gloriosè properabat, magis nixus virtutis conſcientiâ quàm hominum æſtimatione ac iudicio, cùm deficientibus ad conciones habendas viribus receptui cecinit & in Conuentum *Toletanum* ſeceſſit, vbi de morte ſeriò cogitans nihilominus litterarum aliquid ſemper verſabat, quare locupletem interim Bibliothecam inſtruxit & comparauit, ac demùm anno ſanctæ profeſſionis LII. expleto, ad glorioſum boni laboris fructum die menſis Iunij XXIV. euolauit. Obi. P. Ioſais Romero.

4. *D. F. Marcus Breton* & ipſe Hiſpanus loco etiam eodem oriundus, ſed profeſſione laicus breuique tempore abſumptus (ad ſeptimum enim religioſæ vitæ annum vix dum progreſſus fuerat) magno per vitam ſanctimoniæ ac pietatis exemplo refulſit. Quantùm ſibi per obedientiam vacare licebat totum ſe dabat orationi, quam coràm Sanctiſſimo Sacramento peragebat. Nihil eo humilius, nihil continentius, nihil ad obedientiam promptius. Præcipua modeſtiæ laus illi fuit, ſanctæque conuerſationis cum ſæcularibus, vbi ex obedientia cum eis agere cogebatur, vt plurimùm enim colligendis eleëmoſynis ſolebat adhiberi. Prophetiæ ſpiritu non videtur caruiſſe, vt quem conſtat infirmanti mortem intra certum tempus deſignaſſe, cùm tamen non acceſſiſſet ad eum. Pleriſque adeò aſſiduus ad orationem videbatur, vt ſubiret mirari quod ſibi otium ad colligendas eleëmoſynas acciperet. His aliiſque virtutibus homo Dei apud mortales gratioſus interiori ſanctimoniâ clariùs reſplendebat. Lecto decumbens vltimam ſibi horam adeſſè prætagiit, perceptis igitur incredibili cum pietate ſacramentis, & inſtituto ad Imaginem Chriſti è cruce pendentis dulciſſimo colloquio, in eius amplexu & oſculo tranquilliſſimè obdormiuit, *Matriti*, vbi ſacra veſte induta ſpiritum gratiæ hauſerat, quo ex Cœnobio à quo ingreſſus eſt non diſceſſit. Ob. F. Marci Breton.

Rando. 5. *R. P. Arſenius Rando* Mediolanenſis, perſpectæ virtutis homo & dilectus Deo atque hominibus, tanta fuit morum ſanctimonia, tam aſſiduus in oratione, tam frequens in charitatis operibus, vt ab vniuerſis pro ſancto coleretur, nulluſque eſſet, non è plebe ſolùm, ſed ex primariis ac principibus, qui non venerationis ergò ad genua eius procideret ſibique ab eo benedici pro magno duceret. Morali Theologia cum primis eruditus, multa in eo genere reſpondit, multa ſcripſit vtiliter & appoſitè ad conſcientiarum inſtructionem & conſolationem, quæ hodieque ſuperſunt. Placentini Conuentus per annos octodecim res magno ſtudio promouit, ac demùm bonorum dierum & operum plenus & ſanctitatis opinione cumulatus viuendi finem cum anno fecit. Menſe nimirùm Decembri in eodem Placentino Conuentu obiit & inſigni loco depoſitus eſt. Obit. P. Arſenij Rando

6. Dignus & qui aliis accedat *R. P. Iacobus Maſſelin*, qui tertiùm apud Turonenſes Prouincialis fuit. Vir erat ſimplicitatis columbinæ, manſuetudinis eximiæ omninóque incomparabilis. Per difficillima tempora multorum Cœnobiorum res domeſticas, publicas etiam Prouinciarum ſapienter, fortiter, & feliciter geſſit. Ab hæreticis multa paſſus Deo illum protegente conſtans ſemper & intrepidus perſtitit, nihilque quod agendum haberet vllo terrore prætermiſit. Annum quinquageſimum ſecundùm ſanctæ profeſſionis prætergreſſus non ſine ſuorum tamen deſiderio mortalibus exemptus eſt, Turonis Ob. P. Iacobi Maſſelin.

Digitized by Google

1600. die VI. menſis Decembris cum anno 1547. die XVIII. m. Octob. apud *Ambianos* ſacræ militiæ nomen dediſſet. 1600.

An. M. D. C.

Concentus Rothomagi 1. NOui Sæculi exortum R. admodùm P. *Gaſpar Dinet* in Epiſcopum Matiſconenſem electus, ſua, vt diximus, conſecratione inaugurauit, ac deinceps etiam rebus noſtris promiſſa fælicitas aſpirauit, ex hoc tãto maior quantò illæ centeſimum à morte B. P. N. annum propiùs attingebant, ad illud enim tempus fore vt ampliùs efferrentur beatus vir prædixerat. Ineamus hanc rerum noſtrarum progreſſionem & noui temporis curſum ab actis apud Rothomagum in Normannia, quæ manifeſtum melioris fortunæ argumentum con-
1573. tinent. Ab anno nimirùm 1573. Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Carolus* Cardinalis *Borbonius* Archiepiſcopus Rothomagenſis & noſtri apud *Dieppam* Cœnobij Fundator, noſtros in Vrbem ſedis ſuæ inuitauerat locumque obtulerat quem incolerent, ſed obiectis nonnullis impedimentis res non ſucceſſit. *de Bourbon.*
1591. Anno autem 1591. Illuſtriſſimus & Generoſiſſ. *D. Carolus à Lotharingia* Dux *Meduanæ*, fauente Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo *D. Carolo* Cardinale *Borbonio* iuniore alteriuſque *Caroli* nepote, illos in vrbem induxit, quibus quidem initiis promouendis Nobil. & Generoſ. Vir. ..... dominus *de la Malleraye* ſe *de Lorraine de Mayenne de la Malleraye.*
1596. beneficum præſtiterat, non perſtiterunt tamen in ea vrbe vltrà annum 1596.
1593. cùm interim eius Cœnobij in Acta Generalia ann. 1593. referendi curam *R. P. Ioſephus Tellerius* Prouinciæ Franciæ Commiſſus non prætermiſiſſet, ſed, poſtquam per illud tempus ibi conſederunt, ſubſecuta rerum mutatione multiſque aduerſariis impellentibus ad ruinam, cedendum fuit tempori & hominibus, quoad Deus pro ſuis melius aliquid prouideret. Id iam nunc factum agente *R. P. Ægidio Camart*, qui per Aduentum cœperat concionibus ſuis potentiorum gratiam promereri & cum aduerſariis in gratiam redire. Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Carolus Borbonius* Archiepiſcopus *Antonij* Regis Nauarræ F. gentilium ſuorum veſtigiis inſiſtens & *Camartum* & reliquos è noſtris magnâ charitate complexus eſt, litteraſque ſuas ad Cœnobij erectionem ſub die v. menſis Maij hoc ipſo anno expediuit. Repetitis igitur bonis quæ in illo diſceſſu *Fublinenſibus* conceſſa fuerant, prima iam nunc ſtabilis impoſterum ſedis initia conſtituta ſunt, quæ ſubinde multis priuatorum largitionibus firmata nullius tamen tam ſalutarem opem, tàm prolixam liberalitatem, tàm promptum & expeditum animum quàm Nobiliſſ. & Clariſſ. *D. Vincentij de Ciuille* domini *de Bouuille* in ſupremo apud Normannos Senatu Præſidis, & in præſens & in futurum noſtri experti ſunt, eapropter Fundatoris loco ſemper habitus eſt. Et certè non operam tantum ille præſtitit, ſed beneficium etiam, vt conſtat ex donatione hoc eodem anno ſub die XI. menſis Decembris publico inſtrumento firmatâ, in Actis tamen Generalibus nulla (quod ſciam) mentio extat hominis beneficentiſſimi. Acceſſit ad *Camart.* *de Ciuille. de Bouuille.*
1601. alterum annum ſub die XXX. Aprilis Nobilis & Cl. Viri *D. Petri Hinſelin* regis apud Pariſios rationibus Præfecti & *D. Mariæ Denets* eius conſortis memoranda largitio palatinæ domus, quam ceſſerat Illuſtriſſimus & Generoſiſſ. *D. Carolus à Lotharingia* Dux *Albæ-malæ* ſe in Belgium recipiens, vbi poſtea Cœnobium ex integro fundauit, delatus ea de cauſa *Petro* & *Mariæ* in ſignum benefactorum
1602. titulus in Comitiis Barcinonenſibus an. 1602. Eadem quoque gratia nobili & pientiſſ. fœminæ *D. Iſabellæ du Moncel* viduæ Præſidis in Senatu Rothomagenſi primarij ob fundatum ſacellum delata eſt, nec plures cum tempore defuerunt qui ſuis beneficiis exorientem familiam proſecuti ſint. Non prætermittenda memoria Inuictiſſ. & Clement. Regis noſtri *Henrici* IV. qui prædiorum, agrorum & vniuerſim bonorum omnium quæ noſtri cõparauiſſent aut poſtea compararent morticinam poſſeſſionem gratioſis litteris aſſeruit, ſub die XXIX. menſ. *Hinſelin. Denets.* *du Moncel.*
1601. Octobr. an. 1601. atque hæ in Senatu recitatæ & in commentaria relatæ ſunt
1602. die XXIV. menſ. Maij ann. 1602. Sed nec Illuſtriſſimi ac Generoſiſſ. Principis

Henrici

Digitized by Google

1600. *de Monteſſier. de Ioyeuſe.* *Henrici Borbonij* Dueis Mompenſeriani & in Normannia Proregis, ac lectiſſimæ potentiſſimæq; fœminæ eius conſortis D. *Henrietæ-Catharinæ à Ioyoſa*, quorum fauore ac liberalitate non paruum incrementum res noſtræ in ea Vrbe ceperunt. Primus in ea domo Corrector inſtitutus ad proximum annum *R. P. Franſſure. Ioannes Franſſurius* vir antiqui moris & probatæ virtutis, quem Abbauillenſes noſtri extulerunt anno demùm 1633. ad diem vltimum menſis Decembris. Prætergreſſus ille tùm ſanctæ profeſſionis annum LXVII. ætatis LXXXV. cum interim & morum iucunditate omnibus amabilis & inculpatæ vitæ gloriâ venerandus apud ſuos in priuatâ publicâq; fortunâ (nam perſæpè familiarum regimini, aliiſque muneribus adhibitus eſt) tantum ætatis exegiſſet. At verò ſitus *Rober.* Rothomagenſi Cœnobio eſt in Vrbis regione aquilonari quâ *Robetius* fluuiolus delabitur pergens in *Sequanam*, non longè à ſepto *S. Audoëni*, proximè ad parochialem Eccleſiam S. *Viuiani*, ſub æde ſacra Patrum Societatis Ieſu, quæ alto excelſoque faſtigio tantùm ſupra noſtram eminet quantùm hæc à terra ſuſtollitur. Nomen retinet B. Mariæ Virginis, quod Actis an. 1593. inſcriptum *Rouen.* fuerat. Vrbs ipſa *Rhotomagus* ſiue *Rhotomagum*, quæ *Rodonium* etiam & *Rodomus*, totius Neuſtriæ ſeu veriùs Normanniæ primaria, olim Ducum, nunc Iuridici Conuentus ſedes, Archiepiſcopali dignitate fulgens, ad *Sequanam* ſita eſt, vbi *Seine. Andete.* *Albulam & Robetium* excipit, circumpoſita montium iuga populoſam vrbem in arcto tenere videntur; latiſſimos tamen inſidet pratorum campos ſola multitudo anguſtias facit, quâ verò Sequanam proſpicit quaſi profuſo ſinu ſe aperit, in quem Oceani diuitiæ omneſque merces exoticæ, vt in emporium totâ Europâ celeberrimum, confluunt. Sed præſtat Scaligerum laudes eius canentem audire;

1600. 1633.

Tranquilla ſpecies & imago plurima vitæ
Sola, aut cum paucis Neuſtria dines eris.
Illecebræ omne genus fundit tibi blanda Voluptas,
Quæ deſunt Orbi nec ſibi totus habet.
Gens numeroſa, ferox, Arctoi limina Mundi
Mutauit terris vberioris agri.
Expulit affines belli diſcrimine Francos?
Ceſſit & inuictis terra Britanna viris.
Ignoti Oceani domina es: neque Gallia magnum,
Te ſine, Regina nomen habere poteſt.

Hæc quæ de tota gente prædicat, *Rhotomago* inſcripſit, & certè illa felicitas potentiſſimæ illi vrbi propria & natiua eſt. Iconem dedit Braunius lib. III. Tabul. VII. & antè hunc Belforeſtus in Coſmographia.

Sauona. 2. Non diſpari ſucceſſu Ligures *Sauonem* progreſſi ſunt, vrbem antiquiſſimam, Epiſcopali ſede claram, ſub Mediolanenſi metropolite, ædificiis ornatam magnificis, in ora occidua inter *Genuam* & *Albingaunum*, vtrinque ad XXX. paſſ. millia, proximè ad ruinas *Sabatæ* vrbis exciſæ, vnde & *Sabatium vadum* nonnulli *Sauonem*, ſeu *Sauonam* interpretantur. Ad eam vrbem quâ proximè riuus decurrit, extrâ portam *S. Ioannis* ædes fuit Equitum *S. Lazari* templo inſignis, quam olim ceſſerant Ordinis Minorum profeſſoribus, quibus à zocolis nomen apud Italos; at his incertâ nobis de causâ inde abſcedentibus, *Sauonenſes* Ciues in eius loci poſſeſſionem venerunt, eumque alendis & educandis orphanis pupilliſque addixerunt, cùm autem de noſtris ad ſe traducendis conſilium cepiſſent, is omnium quam maximè commodus viſus eſt vt in eum reciperẽtur, amotis igitur pupillis in illas ædes inducti noſtri ad diem XVIII. menſis Februarij. Nouis incolis magna largitione plures è ciuibus præſtò fuerunt, vt intra breue tempus quæ vetuſtate collapſa erant reparata fuerint, & noui operis Cœnobium exſtructum quod viginti quatuor commodè capiat. Nomen *S. Lazari* retinet, hortiſque ſuccingitur amplis & amœnis, decurrens illâ riuus fœcunditate præſtat & iucunditate, haud longiùs ſcloperi iactu ab vrbe ſitum eſt. Conuentus Sauonæ.

3. Non abſimili etiam prouentu inferiores Calabri gauiſi ſunt conſtituto Conuentus Lõgobardi.

Digitized by Google

1600. apud *Longobardos*, seu *Longobardum* domicilio, cuius autor fuit *R. P. Petrus Samblasius* Prouincialis, qui nomen B. Virginis Assumptæ indidit. Angusta quidem domus, incolarum tamen benignitate gratiosa, qui B.P.N. memoriam hominesque nostros religiosè colunt & obseruant. *Longobardum* autem vicus est agri nitentis, fertilis & amœni, diœcesis *Tropiensis*, iuxta mare, quingentis fortè passibus ab eo recedens, patria est virorum in Ordine nostro illustrium, quorum tempestiuè meminimus, sicut & *Tropia* in cuius agro est. Sed certiora rei benè gestæ vestigia relecturi in nostram Galliam reuertamur, à qua interim hoc excursu Italiam salutasse operæ pretium fuit. 1600. *Longobardo*

Conuentus Surgerarii. 4. Supra *portum Santonum* ad leucas v. assurgit nobile ac frequens municipium siue oppidum, *Surgerias* ab antiquo vocant (& *Surgeriarum* quidem *castrum* & Ecclesiam Goffridus Vindocinensis non semel memorat) loco plano situm, & medio ferè itinere inter *Rupellam* nuper sectariorum & factiosorum arcem in Gallia famosissimam, sed inuicta Regis nostri virtute debellatam, prostratam, excisam; & *Angeriacum*, seu *S. Ioannem Angeliacensem*, alterum olim damnatæ religionis propugnaculum, quorum illa Occidentem, hoc Meridiem respicit. Ad ipsum oppidum nullo ferè interuallo viculus est *S. Ægidij iuxta Surgerias* nomine, quod quidem accepit à domo vt loquuntur Eleemosynaria, cuius nos antiquitatem opus est breuiter indicare. *Guillelmus* IV. Dux Aquitanorum cognomento Geoffredus (quantùm ex litteris mox proferendis aliisque ab argumentis coniicio) primus eius domus Fundator fuit, quanquam nullum ad hæc monimentum exter quo constet de prima fundatione, sed hæ donationis litteræ habentur omnium antiquissimæ, quibus de constituta iam domo mentio est. Illæ sic habent. *Surgeres.* *La Rochelle.* *S. Iean d'Angelis.*

Omnibus Iesu Christi fidelibus notum est, quia Dominus dixit illos esse beatos & sui regni participes qui pauperes in hospitiis suis recipiunt & eos cibo potuque reficiunt, quia quod illis factum est ipsi Iesu Christo attribuitur, sicut ipse ait: Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. *Hac sententia & plurimis præceptis Euangelicis,* VV. *Comes Pictauiensis commonitus pro salute animæ suæ, tempore* Radulphi *Episcopi, terram in qua domus eleemosynaria iuxta* Sanctum Ægidium *constructa est, Deo & Priori suisque successoribus liberam à decima & à venda & à pasquerio propriarum rerum & ab omnibus consuetudinibus dedit, vt fieret in eadem Hospitale in quo pauperes hospitarentur & infirmi ac debiles confortarentur. Concessit etiam illi & posteris eius similiter nemus quantum ad ædificationem domorum & ad calefaciendos pauperes opus fuerit. Hoc donum factum fuit in Ecclesia* S. Andreæ *audientibus* R. de Domnone, A. præposito. P. Bartholomæo. V. Bardono. V. Sarpentino. *Istius autem doni beneficium* Arueus *concessit istu testibus &* R. Geldomo, G. Mascelino. VV. Maigo. G. Iussello. C. Maigo, *vt defensores & conseruatores huius domus essent.*

In quibus quidem pleraque insunt accurata indagatione dignissima, mihi certè de *Radulpho* Episcopo quinàm fuerit, aut cuius loci Antistes non constat, Burdegalensem fuisse ascriptus postmodùm locus indicare videtur, iudicent peritiores & quorum in his inuestigandis studium versatur. Quod enim aut de Burdegalensi aut Pictauiensi aut Xantonensi prima mihi cogitatio suggesserat, nullo potui ex illarum Ecclesiarum tabulis documento comprobare. Subsecutæ ad an. 1127. aliæ *Othonis* Aquitanorum Ducis & Comitis Pictauorum litteræ, quibus & Fundatio perscripta est, teste Domino *Henrico* Xantoñ. Episcopo. *G.* Abbate de *Tenaill*, &c. die 1. Ianuarij. Sed in his quoque multa sunt quæ difficultatem faciant, cùm neque de *Othone* Duce, neque de *Henrico* Episcopo, neque de Abbatia *Tenaill.* explorati quicquam habere potuerimus, & hæc igitur meritò ad maiorum gentium historicos deferantur. *Richardus* autem Regis Angliæ Filius Comes Pictauiensis ad an. 1169. fori priuilegium concessit, siue vt pro tempore illo loquamur, de non respondendo in iustitia nisi coram seipso, dat. apud *Chesiacum.* At verò ille, *Richardus* est *Henrici* II. filius & sui nominis primus apud Anglos Rex. Et idem ipse an. 1179. litteris apud *Motulum* exaratis donationem Dominæ Reginæ Matris suæ comprobauit, vetustamque illam *VVuillermi* (sic nomen illud reddit) proaui sui quam verbore-

1127. Obsecuasi quandoque Abbatiam *de Tenaille* in agro Rupellano.

1169.

1179

nus

1600. nus deſcripſimus. Donatio matris habetur non aſcriptâ temporis notâ, ſed perſonæ tantùm ac loci hoc indicio: *A.* Reginæ Angliæ, Ducisſæ Aquitaniæ & Normanniæ, & Comitiſſæ Andegauenſis, apud *S. Ioannem de Angeriaco*: hoc autem eſt *Alienoræ*, quæ *Henrico* II. poſt datum à *Ludouico* VII. Francorum Rege repudium nupſerat. Aliæ demùm litteræ ipſius *Richardi* ſub an. 1181. 1189. in eiuſdem domus gratiam perſcriptæ leguntur. Sed ad alterum ſæculum morticinæ poſſeſſionis ius ab *Alphonſo* Regis Franciæ filio (hoc eſt *Ludouici* VIII. & Sancti itidem *Ludouici* fratre) huius domus incolæ conſecuti ſunt, litteris *Rupellæ* an. 1248. in Vigilia *S. Bartholomæi* expeditis; quin & is ipſe aliis codicillis an. 1268. menſe Nouemb. apud *Longum-pontem* cæduorum lignorum conceſſionem probauit & confirmauit, & in his quidem ſe Comitem *Pictauienſem* & *Tholoſanum* ſcribit. Ad alterum annum hoc eſt 1269. *Alfonſus* filius *Ioannis* illuſtris Regis *Ieruſalem*, Comes *Augi* & *Trancæ* Camerarius Deceſſorum donationes confirmat apud *Chiſiacum* menſe Maio. Sęculo etiam decimo-tertio *Ludouicus* Rex Franciæ & Nauarræ (is eſt *Ludouicus* X. cognomento *Hutinus*) approbat recenſionem bonorum factam ab *Hugone de Cella* milite, virtute litterarum ipſius Regis, quas *Carnotis* ad diem XXVIII. menſis Septemb. ab an. 1310. dederat, aliis litteris *Pariſius* datis menſe Aprili an. 1315. Atque hæ omnes litteræ recognitæ & approbatæ ab *Eduardo* Regis *Franciæ & Angliæ* primogenito, Principe *Aquitaniæ & Vualliæ* Duce *Cornubiæ*, Comite *Ceſtriæ*, in villa *Rupella*, XII. die Auguſti an. 1372. His incrementis (neque enim iuuat vlteriùs progredi) quamoptimè conſtituta domus longum tempus permanſit in poteſtate Canonicorum Regularium S. Auguſtini, qui ob cauſas nobis incognitas ceſſerunt Canonicis Secularibus, atque his demùm exactis, boniſque per temporales dominos & alios diſſipatis, tanquam priuatum ſacerdotium adminiſtrabatur. Id verò noſtris poſt omnia conferendum ſtuduit *Surgeriarum* Toparcha Nobiliſſ. & Generoſiſſ. Eques *D. Carolus à Fonſeca* Luſitano auo in Gallia progenitus, quod & factum eſt impetratâ procuratione ad reſignandum abs titulari homine ſibi familiari & noto, in cuius vim Reuerendiſſimus *D. Nicolaus Cornu de la Courbe* Santonum Epiſcopus, noſtris Sacerdotium illud & omnia illius iura, litteris ad diem XIII. Octobris, aſcripſit, cùm reſignatio ſub die XXIX. Iulij menſis edita fuiſſet. Rem poſtmodum *Clemens* VIII. P. M. ac *Paulus* V. recognouerunt & ſuis diplomatibus probauerunt. Interim *R. P. Iacobus Turgotius*, Prouincialis ſui nomine *R.* nimirùm *P. Sebaſtiani Sommairei* poſſeſſionem adiit die XVIII. eiuſdem Octobris menſis. Ad alterum ann. hoc eſt 1601. Munificentiſſ. rex noſter *Henricus* IV. donationi aſſenſit, patentibus litteris *Lugduni* menſe Ianuario datis, quæ an. inſequenti recitatæ in Senatu ad diem XV. menſis Februarij in Commentaria relatæ ſunt. Quo eodem anno in Comitiis Generalibus Barcinone habitis accepta fuit Fundatio & Actis inſcripta, delato Fundatoris nomine ac titulo ei quem diximus Nobiliſſ. *D. Carolo à Fonſeca*, de cuius proſapia relegendus Duchenius in hiſtoria genealogica Mommoranciorum. Hunc exitum in Gallia & Italia res noſtræ habuerunt.

1600. 1121. 1189. 1248. 1268. 1269. 1310. 1315. 1372. 1600. 1601. 1601.

5. Hiſpani duos è ſuis celebrant qui ſanctam vitam beato fine concluſerunt. Ambo profeſſione laici erant nec virtute aut merito impares. Vni nomen fuit *F. Ioannes Baptiſta à Baëza*: Alteri *F. Ferdinandus Moreno.* Ille *Malacæ* hic *Granatæ* finem ſuum obiit. Ille conſiliorum Euangelicorum ſtudioſus obſeruator, à puero vt ea condiſceret altéque imbiberet omni ope contenderat, quæ maior factus vt opere præſtabat, ita & iunioribus per omnem occaſionẽ ingerebat, de illorũ ad religioſam vitam neceſſitate ſublimiter ac ſapienter differens. Totos triginta annos ſolo pane atq; aqua ſeſe continuit, obſoniũ omne quod prætereâ porrigebatur, impetratâ per Superiores facultate, in egenos & mẽdicos erogabat; quibus fouendis & alendis ſeipſum totũ impendebat. Quod inde reliquũ erat temporis orationi ac rerum cœleſtiũ meditationi dabat, quam in multam ſæpiùs noctem producebat, ſomnum libans potius quàm accipiens, feſſos enim artus nudæ tabulæ ad pauculas horas committebat. Qui cum eo vitam duxerunt, illum à patientia, corporis maceratione, orationis aſſiduitate, charitate

Obit. F. Ioannis de Baëza.

de Fonſeca

de Baëza.

1600. in pauperes ita laudabant vt miraculo tribuerent vitæ inſtitutum quod tenebat. Obſeruatum etiam aliquando per miraculum in magnam copiam excreuiſſe quæ largienda pauperibus deferebat, in quo Deus famuli ſui charitatem voluit aliquatenus remunerari. Hoc tandem anno fatiſcentibus per ætatem viribus ad ampliorem (vt credimus) remunerationem carne ſolutus euolauit, pauperibus patrem ſibi ſuum ſubtractum ſublatumque lachrymantibus. Iacet in Clauſtro Conuentus noſtri Malacitani. 1601.

Ob. F. Fernandi Moreno. 6. Alter ille *F. Fernandus Moreno* annis quadraginta ſacriſtam egit apud Granatenſes noſtros, ne per eam quidem occaſionem cum ſecularibus familiaris, quibus nihilominus charus & reuerendus fuit. Etſi enim longa cum illis colloquia ſubterfugeret, accedentes tamen quantùm per officij ſui neceſſitatem erat comiter excipiebat & patienter ferebat. Vir fuit affectus tenerrimi, multæ innocentiæ & exactæ tenaciſque obſeruantiæ. Tam ſedulus in iis peragendis quæ ex officio curanda ſuſceperat ſemper fuit vt totus operi incumberet, animo interea dùm tam quieto & tranquillo ac ſi nihil ageret. Paupertatem mirificè coluit, præter neceſſarias veſtes alia ſupellectile nulla omninò vſus, ſæpiùs in ſacriſtia ſomnum capiebat ſcamno aut arcæ incumbens, in cibo ac potu ſupra modum parcus & abſtinens fuit. Parem vitæ finem conſecutus eſt, qualis ſolet eſſe mors ſanctorum, inter lachrymas enim quas intimus pietatis ſenſus expreſſerat deceſſit. Conditus eſt inſigni loco ad memoriam, plerique ab eius morte in eundem locum inferri ob ſanctitatis eius opinionem elegerunt. *Moren.*

Obit. Sor. Elizabethæ Crispo. 7. Ex Italia etiam Siculi ſuam *Elizabetham Criſpo* ſanctimonialem in Cœnobio Panormitano profeſſam, morum integritate ac vitæ auſteritate claram proferunt. Sanctorius Pariſius ab eximiâ charitate commendat. Prophetico ſpiritu actam ſunt qui commemorant. Laudatur à pœnitentis & abſtinentis vitæ genere nunquam intermiſſo, quod mirum fuit in tenera puella, quæ ad annos ſexaginta ſeptem in religione atque in eodem viuendi propoſito & inſtituto perſeuerauit. Obiit hoc ſæculo ineunte ad diem XXIV. menſis Aprilis. *Criſpo.*

Indulrum Apoſtolicũ. 8. Sub finem anni *R. P. Hieronymus Durandus* Generalis à *S. D. N. Clemente* VIII. facultatem impetrauit recognoſcendi litteras quas noſtri à Sede Apoſtolica in gratiam ſuam retuliſſent. Id erat neceſſarium ne quis Apoſtolicæ Sedi per fraudem obreperet. De Pereinis noſter in Summa Priuilegiorum edidit, incipiunt *Exponi nobis nuper feciſti, &c.* Dat. die V. menſis Decemb.

1601. *An.* M. D. C. I.

Moniales Anticatiæ. 1581. 1. ITalis penè ſolis in Ordine propagando hic annus ceſſit. Hiſpani tantùm *Archidonâ* Moniales *Anticariam* deduxerunt, poſtquàm ipſi annos iam ſexdecim in ea vrbe confederant vt ſuo in anteceſſum tempore meminimus. *R. P. Didacus Arias de Valcarcel* Prouincialis Granatenſis eius rei autor fuit, quam multis ab initio difficultatibus præpeditam feliciter explicuit. Nam intrà breue tempus domicilium illic conſtitutum in magnam celebritatem ſublatum eſt, vt ad quinquaginta nobiles virgines & vitæ ſanctimoniâ, totâ regione, illuſtres, primo quoque tempore inhabitauerint. Nec verò plura de illo Cœnobio per Hiſpanos ſcriptores didicimus. *Antiquera.*

Conuentus Vriæ. 2. Ad Italos itaque regredimur quibuſcum felicius & liberalius actum eſt. In *Salentinis* die Martij menſis III. apud *Vriam* incolere cœperunt nouam domum ſibi Ciuium beneficio & liberalitate oblatam. Situs illi ad muros Vrbis quamproximus, nomen habet à Sancto Vrbis Patrono, *Barſanuphio* ſeu *Barſanuphrio*, quem nonnulli ſimpliciter *Barſanum* nominant. Et hunc alij Eremitam Ægyptium, alij Vrienſem Epiſcopum fuiſſe volunt, nonnulli etiam eundem cum Abbate Gazæ in Palæſtina, cuius mentio eſt in Martyrologio Romano ad XI. April. faciunt. Refertur in Tabulas Eccleſiaſticas, cùm ad XXX. diem menſis Auguſti, tùm ad VIII. Februarij, quæ poſtrema illi feſtiua eſt apud Vrianos. Regius & Romæus inter SS. regni Neapolitani recenſent, atque copioſius de illo meminerunt. Montoia noſter, & Iſnardus eum ſecutus, *Marſinofrium*

ex

1601. ex *Barſanuphio* deformarunt. Sed ad noſtram Vriæ ſtationem ex diuerticulo redeamus. Agunt in ea non multò plures duodecim è noſtris qubus per ciuium charitatem abundè eſt, vt qui ſingulari cultu B. P. N. venerentur, ſuoſque omni officio proſequantur. Eſt autem *Vria*, *Salentinorum* ſeu *Iapygiæ* vrbs antiqua, inter *Brunduſium* XVIII. paſſ. mill. & *Tarentum* XXVIII. ab Aletio XXX. in meridiem, quæ olim Epiſcopali ſede nobilis ſub Tarentino metropolite, nunc Brunduſinæ Eccleſiæ copulata eſt, & in Marchionatus titulo, qui nobiliſſ. *Balciorum* genti hæreditarius eſt, acquieſcit. 1601.

Oria.

3. *Vrianorum* beneficentiam imitati *Ennenſes* in *Siciliâ*, *Panormo* noſtros ad ſe traduxerunt, collatâ veteri baſilica ciuici cuiuſdam Sodalitij *B. Mariæ Lauretanæ*, cuius nomen hodiéque retinet, exſtructo ad eandem ſacram ædem ſplendido domicilio, quod octodecim è noſtris inhabitabant opere nondum perfecto. Quamoptimo loco ſitum eſt Cœnobium & in illud frequentes Ciues commeant, qui noſtrorum operam in rebus ſuis exquirunt. *Caſtrum-Ioannis* nunc eſt quod veteribus *Enna* fuit, Vrbs ſcilicet in monte cognomine qui in ipſo Siciliæ meditullio eminet, latâ, iucundâ & florenti planitie diffuſus, aquis ſcatens, & antro ad Aquilonem in quod abreptam, fabulantur Proſerpinam famigeratus. Ab Ouidio laudatur

Conuentus Caſtri-Ioannis.

Caſtro-Giouanni.

——— *culto fertilis Enna ſolo.*

Diſtat *Panormo* in Occid. lxx. paſſ. mill. *Leontio* in Orient. XLVIII. Videſis Leandrum Albertum in ſua Sicilia.

4. Meſſanenſibus pariter atque Panormitanis in eadem Inſula ceſſit, inſtituto, apud *Condrum* diœceſis Meſſanenſis vicum in aduerſa *Meſſanæ* orâ, paſſibus mille à mari, circa caput amnis qui vulgò *Frundoni* dicitur, Cœnobio, cuius Fundator fuit Illuſtr. *D. Paulus Bonfilius* eiuſdem loci dynaſta Baronis nomine. Receſſus eſt iucundus quidem ſed anguſtus, vt quem duodecim tantùm inhabitent.

Conuentus Condri.

Condro.

Bonfilio.

5. Menſe demùm Octobri ac XXVIII. ipſius die, Ligures noſtri *Sergianam* conceſſerunt inuitati à Reuerendiſſimo *D. Ioanne Baptiſta Saluagio* nobili Genuenſi & Sergianæ Epiſcopo, qui rogata Ciuium ſententia omnibuſque aſſentientibus in antiquam *S. Andreæ* Baſilicam, in qua olim Epiſcopalis ſedes fuerat conſtituta, noſtros induxit. Templum quidem amplum ac præclarum decem ſacellis præter maius altare conſtans, ſed in ipſa populi frequentia & ciuitatis medio poſitum, quod reliquis ædibus adſtruendis facit anguſtias, in dies tamen opus producitur atque perducitur vt ſpes ſit nulli fore ſecundum in ea Prouincia. *Saluagius* ille nunquam non in noſtros paterno affectu propenſus, vt qui eis familiariter vſus fuerat cum *Genua* verſaretur, æterna nobis memoria recolendus eſt, quippe qui beneficium vltrò ac ſua ſponte detulerit & omni ope ſua, quam Deus caſſam eſſe non ſiuit, promouerit. *Sergiana* ſeu *Sergianum* Etruriæ Vrbs eſt in finibus Ligurum quibus & paret, ad proximas antiquæ & nobilis vrbis *Lunæ* ruinas exædificata, quarto ab oſtio *Macræ* milliari ſurſum ripa orientaliore, vt à quibuſdam non immeritò *Noua Luna* dicatur, tranſlata etiam in eam Epiſcopali ſede ab exciſa *Luna*, diſtat *Genuâ* lxv. paſſ. mill. *Lucâ* xxx. tantùm, *Sarzana* hodie dicitur.

Conuentus Sergianæ.

Sarzana.

Magra.

6. Hoc progreſſu exultabat Italia cum interim ſuus Hiſpanis luctus non defuit. Sublati enim illis viri duo præſtantes de quibus Annales eorum meminerint. Vnus fuit *R. P. Petrus Ruyſſius à Viſitatione*, Toletanæ primùm Eccleſiæ Preſbyter [illegible] oriundus erat, & iam tum apud ſuos in magna exiſtimatione, quam confirmauit edito *Calendario perpetuo* ad vſum Eccleſiaſticum, quod *Toleti* prodiit an. 1578. & eius quidem compendium poſteâ excuſum eſt *Ingolſtadij* apud Dauidem Sartorium an. 1594. & *Antuerpiæ* an. 1617. atque alibi non ſemel recuſum. Vt autem erat in computo Eccleſiaſtico verſatiſſimus, cum ea de cauſa Romam naui peteret, ac ſuborta tempeſtate poſtquam Barcinone ſoluerat in præſentaneum naufragij periculum incurriſſet, vouit, ſi ſaluus & incolumis euaderet, religioſum illud vitæ inſtitutum ſe amplexurum in cuius profeſſorem aliquem primùm incideret, ſedata ſub hoc votum tempeſtate

Ob. P. Petri Ruys.

1578.
1594.
1617.

Digitized by Google

1601. Maioricam quæ in conſpectu aderat applicuit, è naue autem portum aſcenden- 1601.
ti præſtò fuit vnus è noſtris quem voti præſtandi cupidus illicò rogauit vt in
Cœnobium deduceret, nec mora votum explicuit, de vita eius inquiſitum, ac
tandem voti compos factus apud amicos exinde iactabat pereundum ſibi fuiſ-
ſe niſi tùm periiſſet. Scripſit cùm adhuc Maioricæ degeret *Faſciculum florum*
ex vniuerſis Pſalmis ſingularibus ad pietatem incentiuis concinnatum, Hiſ-
panicè titulus eſt *Ramillete de flores de todos los Pſalmos*, quâ quidem linguâ
1589. ſcriptus eſt, & *Maiorice* editus an. 1589. Maiori per hæc operi intentus, an-
nos viginti ſex libro de Cæremoniis Eccleſiaſticis inſudauit, quem vbi perfe-
cit recognoſcendum porrexit ſacræ Rituum Congregationi, cùm autem ſimi-
lis argumenti opus Cardinalis Sanſeuerinas fuiſſet meditatus, obſtitit quomi-
nus *Ruyſſij* liber in lucem daretur, quin & interceptum ſcriptum non potuit
ab eo recuperari. Ægrè hoc accepit vir ſtudioſus & induſtrius, quare contra-
cto periculoſo morbo haud diu ſuperfuit. Subinde tamen præreptam ſibi cæ-
nodoxiæ occaſionem gratulabatur. Obiit Romæ menſe Aprili ſepultus in æde
noſtra S. Andreæ de Frattis. Eum noſter Triſtanus copioſiùs laudat de Vita
B. Gaſparis Boni cap. IV. Nam & abſtemium fuiſſe ait, & receſſus amore atque
obſeruantia præcipuum & prædicandi verbi diuini zelo ſuccenſum repræ-
ſentat.

Obi. F. Philippi à Canſeco. 7. Alter fuit *D. F. Philippus de Canſeco* profeſſione laicus, quem in exem- *de Canſeco.*
plum Iudiciorum Dei erga homines proponere poſſumus. Is enim ſingulari à
puero pietatis laude præfulgens, vt propterea in eius gratiam pleraque diuini-
tùs edita credantur, tùm illud præcipuè quod in caduca domo conſtitutus de
nomine ſæpiùs euocatus ruinam euaſerit, quæ ſtatim conſecuta eſt, poſtquam
plures annos in ſancto vitæ propoſito quod profitemur perſeuerauit, ſeque
tormentis ac macerationibus ex quiſitis præter ordinem afflixit, aliaque per-
egit quæ magnum illi ſanctimoniæ nomen comparauerant, iuſta ſed incognita
Dei voluntate in amentiam incidit ab ann. 1599. quæ tantùm inualuit vt in
Hoſpitale S. Ioannis Baptiſtæ Toleti deducendus fuerit, vbi etiam catenis con-
ſtringendus quandoque fuit ac duriter habendus, morbo præter ſolitum vr-
gente, qui tamen per interualla remittebat. Id quod illi humanitùs accidit
nos admonet infirmitatis noſtræ. Sed quo ſors noſtra calamitoſior, eò magis
diuina in nos gratia eluceſcit. *Philippo* igitur noſtro ſanitas mentis reſtituta lon-
gè priùs quàm eum mors inuaderet, tùm verò & vicem ſuam & loci conditio-
nem cœpit exhorrere, ſed ſublatâ poſthac altiùs mente Dei totum ſe proui-
dentiæ commiſit, & voluntati eius dulciter & ſpontè acquieuit. Cùm verò
diem ſibi extremum adeſſe perſentiſceret, perceptis ritè ſacramentis, miraque
multa in gratiarum actionem ob ea quæ ſibi cum proſpera tum aduerſa conti-
giſſent, verbis geſtibuſque proferens, ſuauiter obdormiuit. Ab eius morte quæ
vitæ præluxerant ſubſecuta ſunt miracula, cerei per duodecim & amplius ho-
ras inconſumpti nec tantùm leuiter delibati, ad eius feretrum, omnibus miran-
tibus & obſeruantibus, arſerunt, corpus ſqualore ac ſordibus conſitum cæle-
ſti quodam nitore atque candore niueo refulſit, palàm Sanctus à plebe incla-
mabatur. Fato functus eſt Maio exeunte & in noſtro S. Bartholomæi Cœno-
bio ad ſacellum B. P. N. conditus. Sic nos Deus per varia tentamenta ſibi pro-
bat & in finem perducit.

Votum ob prolem. 8. Hunc denique annum impetrata prolis gratia Excellentiſſ. & Gene-
roſiſſ. Principi *Franciſco à Lotharingia* Vadani-montis Com[illegible] & Nobiliſſ. eius
conſorti *Chriſtiana Salmea* qui ab an. 1597. menſe Aprili nupſerant, ob votum *de Salmea.*
B. P. N. Franciſco nuncupatum memorabilem fecit. Ad decimum enim men-
ſem, hoc eſt Martium ann. 1602. nobiliſſima fœmina maſculo partu numero-
ſam ſobolem initiauit. Hic de nomine patrui, Ducis Lotharingiæ, *Henricus*
dictus, Marchio Hattonij-Caſtri cognominatus eſt, ſed præmatura morte oc- *Hatton-Caſtel.*
cupatus (quod ſolet votiuis pueris contingere) terrena imperia cœlo commu-
tauit. *Carolus* natu poſterior *Henrico*, Lotharingicæ ditionis habenas à morte
patrui capeſſiuit. Parentes pro ſuo voto in Ordinem benefici etiam votiua
veſte

1601. veſte puerum ad annum induerùnt, ab hac origine plura per tempus beneficia prouenerunt, quæ nos tempore ſuo non prætermittemus.

An. M. DC. II. 1602.

Capitulum Gen. XXXI

1. D*Vrandus* Generalis Hiſpaniarum viſitatione detentus Galliam obeundam commiſerat *R. P. Franciſco Humblote*, eique *R. P. Petrum Hebertum* Collegam ſuum adiunxerat, illi officio ſuo præclarè functi indutis Barcinonem Generalibus Comitiis, eo ſibi ad Pentecoſtem occurrendum habebant, cum interim ex *Habana* Inſula, quam Hiſpani multi duce *Petro Martinez de Oñate* incolebant, *Hiſpalim* nunciatum eſt fœuiſſimâ peſte per Inſulam graſſante & multam vbique ſtragem edente vt nihil non inuaſura videretur, hoc ſibi demùm aduerſus contagioſam luem præſidij fuiſſe, vt B.P.N. Franciſcum in vota vocarent, cuius nomini vt primùm inſtituta ſolemnis ſupplicatio ad diem 11. Aprilis qui ſpecialiter ei feſtiuus eſt, inducta derepentè tanta ſalubritas eſt vt ne peſtilentis quidem illius affectionis veſtigium primo quoque tempore ſuperfuerit. Pentecoſte in diem Maij XXVI. incidebat; ad illud igitur tempus omnibus Barcinonem conueniendum erat, Durandus enim Generalis Valentiâ eô Capitulum ſeu Congregationem Generalem transferri autoritate Apoſtolica ſategerat. Inierunt autem ſua Comitia tertio antè Pentecoſtem die, præmiſſis ſolemnibus ſacris, cumque iam in deſignatum Capitulo locum ſe recepiſſent adfuit Reuerendiſſimus *D. Alonſius Coloma* Barcinonenſis Epiſcopus, qui litteras Patribus exhibuit, cùm ab Illuſtriſſimo *D. Dominico Genaſio* Apoſtolico per Hiſpanias Nuncio, tùm à Rege *Philippo* III. quarum prioribus quidem illius Congregationis moderatio ei committebatur, poſterioribus verò vt id gratum acceptumque Patribus eſſet, idque ſibi dare vellent Princeps optimus poſtulabat, iis perlectis, non priùs reſpondit Durandus quàm Apoſtolicum Breue S.D.N. *Clementis* VIII. quod vir prouidus & ſagax impetrauerat recitatum eſt. Eo, facultas quam Nuncij per Hiſpaniam (quippè qui vice Legati à latere fungantur) ſibi ſumunt vt pro ſua voluntate qui Regularium congregationibus etiam generalibus præſint ſibi ſubſtituant, abrogabatur, liberumque fiebat Patribus ne quem quantalibet à Nuncio autoritate fultum aut dignitatem præcellentem in ſuum conſeſſum admitterent. Breuis lectionem ſua ſententia *Durandus* excepit, dixitque, licet Patres Nuncij mandato planè ſoluti ſint, videri tamen ſibi Reuerendiſſimum D. Epiſcopum non eſſe reiiciendum, imprimis vt Regi optimo ac beneficentiſſimo gratificarentur, tum vt Epiſcopali dignitati quam poterant reuerentiam haberent, denique vt ipſi *Coloma* Epiſcopo de ſe benè merito magniſq; virtutibus & eruditione clariſſimo animum ſuum teſtificarentur, additâ tamen exceptione ne cui ex hoc facto præiudicium creatum eſſe intelligeretur. In Generalis ſententiam omnes iuerunt, tantóque optimus Antiſtes delatum honorem gratiùs accepit, quantò id, magis voluntate quàm neceſſitate factum eſt. Nec mora *Durandus* alias Apoſtolicas litteras protulit, quibus *Valentiâ Barcinonem* Capitulum fuerat euocatum, vt ita conſtaret qua id poteſtate qua de cauſa præſtitum eſſet, quod cum ſuo ſilentio Patres omnes probauiſſent, tùm ille ſublata voce (concionator erat eximius) orationem habuit elegantiſſimam qua coniunctum honori quo defungebatur onus luculenter admodùm exaggerauit, vt omnes ſcirent quàm in præſens graue negotium in Antiſtite deligendo agerent. In craſtinum alterumque diem de cooptandis Cœnobiis atque Fundatoribus, de Prouinciis diuidendis ac de nonnullis ſanctionibus ad religioſam diſciplinam pertinentibus edendis pertractatum eſt, cùm antè omnia delectus fuiſſet ad excipienda congregationis Acta *R. P. Adrianus Thierry* Collega Prouincialis Lugdunenſis.

Martinez de Oñate.

Coloma.

Genaſi.

Et quidem in Fundatoris aſcripti plures quorum anteâ meminimus cum Cœnobia ipſa in primam originem ſuam contulimus, vnum eſt cuius antè hoc tempus mentio non occurrit à die tantùm V. menſis Aprilis conſtitutum. Id antea

Conuentus Mancetæ.

Digitized by Google

1602. fuerat RR.PP.Carmelitarum excalceatorum, & ſecundum quidem quod in Hiſpania poſſederant. Primùm enim exeunte an.1568. in vico diœceſis *Abulenſis* nomine *Duruelo* fuerat conſtitutum, inde verò ad an. 1570. in oppidum cognominatum *Mancera de Abaxo* tranſierunt, atque per tempus cùm plura diuerſis locis ac in opulentis vrbibus accepiſſent alterum hoc dimiſerunt, in quod inducti noſtri pactis melioribus conditionibus ab illuſtriſſima & pientiſſ. fœmina *D. Iſabella à Leyua Ludouici Toletani* conſorte ac Petri (quem Fundatorem Montoiæ perhibet) matre, de quorum progenie relegendus Lopezius ab Haro Nobiliar. Hiſp. l. iv. c. xi. & l. x. c. xxv. Et *Iſabella* quidem in his Actis Fundatricis titulo ac iure donata eſt, agente *R. Petro Amoraga* Caſtellæ Prouinciali, qui eius Cœnobij accipiendi autor fuit. At verò nomen Cœnobio eſt ab *Aſſumpta Virgine Maria*, cuius imago multæ venerationis illic habetur a populo frequentata & votiuis muneribus decorata, quam ob cauſam R. *D. Franciſcus à Gamarra* Epiſcopus Abulenſis, hoc populi ſtudium collatâ quam potuit ampliſſimâ Indulgentiâ proſecutus eſt. *Mancera* Hiſpanis eſt, quod latinis ſtiua ſeu manicula in aratro, huius autem nominis oppidum illud in Abulenſi diœceſi eſt, vnicâ leucâ ſemotum ab altero & notiori oppido quod *Peñaranda* dicunt, & illud *Abulam* ſupra eſt in Occidentem, vt ex tabulis Geographicis perſpicitur. 1602.

1568. 1570.

de Leyua. de Toledo.

Amoraga.

de Gamarra.

Conuentus Manx.

Suboſcura quoque in iiſdem Actis mentio iniecta eſt Conuentus in Prouincia Phocenſis Galliæ à Barone quodam inſtituti. Quæ res ampliùs mihi ab Iſnardo innotuit. Conuentus enim ille *Manenſis* eſt in diœceſi *Ciſtaricenſi*, quem à fundamentis erexit Nobil. & Generoſ. Eques *D. Melchior de Fourbin* Marchio *de Ianſon*, Baro *de Villelaure*, &c. (cuius familiæ Ioannes & Palamedes in hiſtoria Prouinciæ magnis laudibus celebrantur) transfuſo in primogenitum, Marchionem hodie Manenſem, Fundatoris nomine ac titulo. Cœnobium in cliuo montis poſitum, amœniſſimo ſitu, mirabili proſpectu, aëre ſaluberrimo & puriſſimo, hortis ſuccinctum florentibus & benè compoſitis vt nullibi non iucunditas & elegantia aſpiret, Iſnardus tradit, atque hæc ſunt quæ de illo Conuentu ad nos peruenerunt. Qui tamen nuper de rebus *Prouincie* mihi teſcripſerunt accepti annum 1612. volunt, adeoque in Cœnobiis nonum annumerant poſtponuntque Tolonenſi. *Mana* denique oppidum eſt ſatis frequens ac elegans Ciſteroni in Corum ad *Arcum* fluuium in vulgaris Tabulis Marchionatus dignitate nuper auctum vt antea ſignificauimus.

Prouinciæ autem, quas in hoc conſeſſu diuidi ac per ſe ſtare placuit, duæ fuerunt *Lombardia & Maiorica*. Illa ex *Genuenſi* antiqua diſtracta eſt, quanquam vtriuſque nomina inter ſe confundi videam. Hæc à *Valentina*, cui ab annis aliquot adhærebat, vt anteâ diximus. Lombardiæ (vt hodie à Genuenſi diſtinguitur, in hac enim diuiſione nomina nominibus commutata ſunt) aſſignato poſtremo loco *Genuenſi*, quæ in præſens priorem & longe antiquiorem tenet, Prouincialis datus eſt *R. P. Gabriel Cicala* Genuenſis, Concionator eximius, qui quarto poſt anno à *Paulo* V. Pont. Opt. Max. ad Ducem Vrbinatem miſſus, cum magnâ ſui nominis gloriâ eam legationem obiuit. Quod noſter de Pereinis in ſuo Prælato quæſt. 1. cap. 3. vt eius rei conſcius annotauit. *Maiorica* Prouincialem accepit *R. P. Simonem à Palatio* à nobis etiam laudatum & virum certè ſtrenuum, primumque illius Prouinciæ parẽtem ac promotorem egregium. Sanctiones denique graues quidem & ſanctæ, ſed quas moleſtum eſſet atque ab inſtituto quod iam ante cepimus alienum huic narrationi attexere continuò editæ ſunt. Illuceſcente demùm ſancto Penteeoſtes die vnanimi ac penè mirabili conſenſu ex Collega Generali ad ſupremum dignitatis faſtigium ſubleuatus eſt *R. P. Petrus Hebertus*, quem ad id muneris cœli ſuffragium non obſcurè deſignauerat. Cùm enim in Gallia moram traheret haud multo antè quàm iter inſtituendum erat ad Ordinis Comitia, nonnihil tentatâ valetudine, veritus ne ſibi vires ad eam peregrinationem non ſufficerent, rogatâ Medicorum ſententiâ excuſare ſe ab illa profectione deliberauerat. Sed *R. P. Ioannes Allartus* prophetiæ gratiâ præditus, extrâ ſe factus vt ſolebat, per diuinam reuelationem

Cicala.

Palatio.

Generalis xxxii.

1602. uelationem cognouit non alium quàm *Hebertum* in Antistitem Generalem electum iri, perspecto etiam conatu omnium qui ad eam dignitatem aspirarent & niterentur, sed frustra, quæ singula designatis singularibus circumstantiis personarum & actionum Superioribus secretò exposuit, qui apud *Hebertum* egerunt, celatâ sui consilij causâ vt iter aggrederetur, ipso *Allarto* vires & valetudinem satis firmam vltrò spondente ac contestante. Ita vir profundæ humilitatis nescius ac præter voluntatem ad certos honores perductus est. Renunciatâ electione parùm fuit quin eum animus reliquerit, tantus eum dolor inuasit ob sensum quem habebat indignitatis suæ, sed quantùm ille doluit, tantùm reliqui omnes gauisi, qui ad genua procidentes & in gratiarum actionem effusi obedientiam insolita exultationis significatione illi præstiterunt. Recepto ille animo, de cooptandis ad eundem diem Collegis sollicitus fuit, sunt autem cooptati, ex Italiâ *R. P. Dionysius Cortesius* Collega Neapolitanus, cui summissus *R.P. Paulus à Francica*; ex Gallia ille quem diximus *R.P. Adrianus Thierry*, qui suffragatorem in Collegatu Prouinciæ Lugdunensis habuit *R. P. Simonem Tallurium*; ex Hispania *R.P. Melchior Spinosa*; nec minor cum cura sollicitum tenuit pro deligendo Generali Procuratore, is autem fuit clarissimus ille *R.P. Franciscus Humblotus*, cui suum votum ad dignitatem quam ipse consecutus est *Hebertus* Generalis contulerat, hic autem ex Prouinciali Prouinciæ & Galliarum Visitatore assumptus in regenda Prouincia successorem accepit *R.P. Andream Chauineau* virum multis nominibus à nobis non semel commendatum & commendandum. Deinceps pleraque composita, quoad, indicto ad proximum triennium *Gennam* Capitulo, Conuentus solutus est.

1602.

Corte:.

Thierry. Taillenr. de Spinosa.

Humblot.

Chauineau.

2. In his Actis perstricta nonnullorum Conuentuum mentio, vt de iis breuiter inquiramus, nos admonet. Nam & Bergomatibus nostris datum Correctorem lego, & Prouinciales nostros à Nicianis ciuibus expetitos oblata hæreditate amplissima obseruo. *Nicia* seu *Nicæa* illud est Liguriæ oppidum, in Ducatu *Montisferrati*, inter *Aquas Statiellas* VI. & *Astam Pompeiam* X. pass. mill. in quod quidem de nostris traducendis cùm Ciues, vt diximus seriò cogitassent, eiusque rei promouendæ cura electo Generali demandata esset, incurrente postmodùm impedimento quod nescimus, Ciuium studium & præsens occasio effluxit. Quod non mirum rebus nondùm constitutis, at verò de Bergomensi Cœnobio, quod incrementum cepisse non paruum necesse est cùm iam nunc Corrector est institutus, alia videtur ineunda ratio, sed cùm illud in censu quem plerique Scriptores nostri dederunt non reperiatur, nescio, si absolutè dicendum est excidisse, aut illos tantùm præteriisse. Nihil equidem ego aut affirmare, aut negare possum, visum est tamen illius memoria prætermitti à nobis non posse, cuius Acta Generalia meminerunt, quod & diserte recenset noster *Nicolaus de Christianis* in epistola quam præmittit Vitæ B.P.N. Venetiis an. 1596. editæ, quapropter & Vrbis ipsius aliquod indicium submittendum est. *Bergomum, Langhardiæ Trans-Padanæ* Vrbs in *Cænomanis*, ampla & probè munita, Episcopali dignitate florens, sub *Mediolanensi* metropolite, ditioni tamen *Venetorum* adquiescens, in monte *Orobiorum* sita est XXX. mill. pass. inter *Mediolanum* & *Brixiam*, de qua plura melioraque Geographi.

De Cõuentu Niciæ & Bergomi.

Nizza di Provenza. Nisse.

Bergamo.

3. Significata insuper Patribus Valetani cuiusdam in Prouincia incolæ voluntas nostrorum in hæredes sibi ascisendorum, quam illi gratam acceptamque habentes prærogata gratitudine Benefactorum albo virum pium ac beneuolum ascripserunt, Durandus verò Exgeneralis in Prouinciam patriam suam redux ita excoluit hanc amici hominis voluntatem, vt primo quoque tempore Cœnobij fundamenta posuerit in quo ipse diutius versatus sic omnia composuit, vt nihil ad elegantiam & amœnitatem in ea domo desideretur. *Valeta*, vbi constitutum Cœnobium, pagus est diœcesis *Tolonensis*, ab ipsa *Tolonis*, seu *Tolonij* vrbe mille quingentis passibus in Septentrionem distans, non procul à *Capi* fluuio, qui ad Ortum oppido ipsi Valetano inde in mare pergit. Amplissimum inibi prædium nostris liberaliter perdonauit vir ille pius & amicus *Ludouicus Augias* Isnardo, qui aliis *Ludouicus Elziar*, in quo elegantis & splendidi

Conuentus Valetæ.

La Valeta. Toulon. Capeau.

Augias. Elziar.

Digitized by Google

1602. operis Cœnobium à fundamentis exstruxit, cum eiusdem operis Ecclesiâ cui titulus inditus *B. Mariæ de Monte Oliuarum*, census annuos copiosos attribuit, multaque contulit propter quæ beneficentissimi Fundatoris nomen promeritus sit. Locus ipse oleis vndequaque consitus, pomis abundans, mirtetis excultus, spatioso viuario instructus, aquis viuisque fontibus irriguus, nonnullam paridisi vt vocant terrestris imaginem adumbrat. 1602.

R.P. Antonius de Boulogne fit Episcopus.

4. Interea dùm *R.P. Antonius à Bolonia* Ordinem nostrum apud Lugdunenses professus, & *Dineto* nostro Matisconensi Episcopo indiuiduus vitæ comes perpetuusque assecla, inter quos ea necessitudo virtutum similitudine coaluerat, ad Ecclesiæ *Dinienſis* sub *Ebredunensi* Archiepiscopatu regimen, Reuerendissimo *D. Claudio Coquelet* resignante, assumptus fuerat, & à mense Aprili plumbatos codicillos *Clementis* VIII. *P. M.* quibus eo sacerdotio cohonestabatur, impetrauerat, non tamen inauguratus antè diem 11. mensis Iunij quo Sanctissimæ Trinitati dominicus sacer dies recurrebat. Peracti consecrationis ritus, in Ecclesiâ Monasterij Moniálium S. Petri Lugdunensis, Reuerendissimo *D. Ioanne Fabro* Archiepiscopo *Tarsensi* & *Ebredunensi* Propontifice præeunte, suffragantibus verò *RR. DD. Gaspare Dineto* Matisconensi, & *Roberto Berthelot* Damasceno, Episcopis. Ecclesiam *Dinienſem* per se adiit die XXIII. eiusdem mensis, solemniter à sacris Sodalibus exceptus & saluratus. *Dinia* porro *Sentiorum* Vrbs in Prouinciâ, *Bleuna* fluuio insidens, qui à proximo in Ortum *Vesulo* monte delapsus, in *Benium* supra *Cisteronem* influit. Hanc Ecclesiam *Antonius* noster placidè ac sanctè per aliquot annos administrauit, ipse siquidem vir fuit mansuetudinis laude ac morum integritate præcipuus, corporis tamen infirma valetudine, qua per tempus ingraueſcente ad diem XXIII. mensis Septemb. an. 1615. in vículo diœcesis & ditionis suæ non procul Vrbe ipsa sex passuum millib. cui *Tanaro* nomen, consumptus est. Corpus in Vrbem perlatum ad *S. Hieronymum* depositum est, atque ibi medio in Choro conditum exstructo lapideo tumulo cui viri clarissimi effigies incubat, vt per litteras *Mersenno* scriptas à *V. Cl. & R.D. Petro Gassendio* eiusdem Ecclesiæ Canonico Theologo & secretioris Philosophiæ eruditissimo perscrutatore ac Scriptore dignissimo, singulatim didici.

de Bologne. *Coquelet.* *le Faure Dinet. Berthelot.* *Digne. Blanne. Vesule. Rens.* 1615. *Tanarum.* *Gassendi.*

Conuentus Fani.

5. Ad IV. eiusdem mensis Iunij nuper instituta Lombardiæ Prouincia nouâ domo adaucta maioris progressus spem fecit. Ea Fanensis fuit, *S. Spiritus* nomine, quod retinet à veteri ædicula Sodalitio ciuium insigni, quæ iactu lapidis ab vrbe posita eorundem ciuium ac sodalium beneficio nostris cessit, agentibus *RR. PP. Hieronymo Augustino*, & *Michaële à Neapoli* verbi Dei præcone clarissimo. Prolixè fauit R. D. Fanensis Episcopus, & Nobil. ac Generosiss. Eques D..... *Rusticuccius*, *Hieronymi Rusticucci* Card. frater, alijque proceres, quorum liberalitate angusta domus subleuata est non sine fiduciâ maioris per tempus incrementi. Et nuper quidem Nobil. fœmina *D. Portia Parceli* Fundatricis titulo donata est, in Capitulo scilicet Barcinone tertiùm celebrato ann. 1629. *Fanum* est quod & *fanum Fortunæ*, Vrbs *Vmbriæ*, siue *Piceni* Episcopalis, non magna quidem sed elegans, in monte sita, & præterlabente *Argilla* fluuio irrigata, inter *Pisaurum* ad Occ. & *Senogalliam* ad Ortum, hinc XV. illinc V. pass. mill. dissita, pluribus eam Geographi commendant.

Rusticucci. *Parceli.* *Fano.*

Conuentus Albingauni

6. Ad alterum mensem Ligures etiam diuisionis suæ primum fructum dederunt *Albingaunum* vsque progressi, vbi ad diem Iulij XVIII. confederunt promouentibus primariis ciuibus Cortanis, Cipolanis, Astensibus, Lengueglianis, aliisque primæ nobilitatis. Et quidem *D. Prosper Cipola* præclarum B. P. N. sacellum excitauit, totius verò Cœnobij opus non contemnendum vltimam tamen manum non accepit. Situs est amœnus & commodus, tùm præsertim ab alluente mari. *Albingaunum* enim vrbs *Liguriæ* littoralis & Episcopatu clara, quingentis tantùm à mari passibus summota est, situ plano gaudet, sed grauiore cœlo quandoque vrgetur, tùm scilicet cùm in vicino flumine *Centa* cannabis maceratur, alioquin opulenta est, rebusque necessariis affluit, *Genuâ* distat lx. pass. millib. in Occid. *Albintemelium* versus XI.

Corta. Cipola. de Aste. Lengueglia. *Albenga.* *Vintimiglia*

7. Enimuerò

Digitized by Google

1601. *de la Barreda.*

7. Enimuerò qui tot ſucceſſibus exultans annus procedebat non fuit expers grauioris fati cùm ad finem decurreret *R.* enim *P. Ioannes de la Barreda* nobilis Matritenſis Hiſpanus ſuæque familiæ primogenitus poſt annos triginta quinque quàm profeſſus fuerat, nobis ſublatus eſt. Vir fuit obſeruantiæ zelo mirabilis, quam exemplo primus ipſe præſtabat, abſtinentia, orationis ſtudio, morum integritate, prudentiâ in rebus gerendis ſuiſque moderandis excelluit. Ordinis officia plura & ſæpius, magnâ cum laude reliquarum omnium virtutum, exercuit. Iuniorum ſollicitam curam egit quos ad pietatem ac litterarum ſtudia modis quibus poterat informabat, eorumque animos opere, verbo, totiſque viribus excitabat. In Aragonia & Catalonia vbi Prouincialem non ſemel egit, pro Apoſtolo (quod vulgus prædicabat) colebatur. Humilitatem tam ſeriò complexus vt in dignitate conſtitutus ad colligendas oſtiatim eleëmoſynas iret, quod ſi tardiùs ad aliquod officium occurriſſet, vel tum etiam cùm ab omnibus vacare debebat, veniam precaturus ad Correctoris pedes ſtatim procidebat. Paupertatis ſupra modum ſtudioſus nihil non neceſſariũ apud ſe admittebat. In eo vitæ tenore ad ſeptuageſimum annum progreſſus, in Conuentu Cæſarauguſtano die menſis Auguſti IV. viuendi finem cum mortalibus fecit. Prænunciauerat antea eum ſibi diem extremum fore, nec prius deceſſit quem apparente ſibi B. Virgine ſecurior ad Dominum migrauit. Tum verò ad tertium Prouincialatus annum procurrebat, omnes igitur qui aderant ad B. Virginis aduentum in genua procumbere pro ſua autoritate monuit. Funus omnium Ordinum concurſu celebratum eſt; tanta verò de illius ſanctimonia communis opinio inualuerat vt veſtem eius certatim in fruſta qui aderant diſcerperent. 1603.

An. M. DC. III. 1603.

Conuentus Campiniaci

1. VBerrimo fructu hic annus redundauit. Primas ordine temporis Galli tenuerunt, Itali & Hiſpani rerum numero ſuperiores fuerunt. In Gallia ſcilicet vnicum Cœnobium nobis inſtitutum eſt, & illud quidem *Champigny Vede. Londun.* *Campiniaci* ad *Vidam* fl[illegible]ium, ſexto milliari ab *Inſula-Burchardi*, *Iuliodunum* versùs, in finibus *Pictonum* & *Turonum*. Ea vrbs Ducum Monpenſieriorum, ex regia Borboniorum familiâ, ditioni ſubiacet, quam & arce valida tuentur, & in arce quidem ſacra eſt ædes, quam vulgò Sanctam Capellam vocant, vbi eorundem Ducum ſepulchralia monumenta extant. In ea Vrbe, Illuſtriſſimus & *de Bourbon.* Generoſiſſ. Princeps *Henricus Borbonius* Dux *Montu-penſierij*, à nobis anteâ laudatus, noſtris locum fecit extructo à fundamentis inſigni Cœnobio, vt hoc pignore prolis gratiam aſſequeretur, quàm emiſſo nuper voto ſibi per merita B. P. N. non defuturam certò ſpondebat. Rerum tamen ſupremus & iuſtus moderator in præſens votum non exaudiuit, ſed in ſecundum ab hinc annum *de Ioyenſe.* diſtulit quo demùm ab Illuſtriſſima coniuge *Henrica Catharina Ioyoſa* fulgentiſſimam puellam ſuſtulit poſt annos octo à matrimonio. Nata nimirùm illa *Gaillon.* eſt die XV. menſis Octobris an. 1605. apud *Gallionem* in Normania, nomen *Mariæ* in baptiſmo ſuſcepit, parentis morte quæ ann. 1608. die Februarij menſis XXVII. contigit vnica & vniuerſalis Monpenſeriæ ſtirpis hæres relicta eſt, adeoque *Henricus* IV. Rex eam *Gaſtoni* filiorum natu poſtremo deſpondit, ac demùm an. 1626. die menſis Auguſti VI. in Eccleſiâ Conuentus noſtri *Nannetenſis*, vnico illi Regis noſtri fratri Duci *Aurelianenſium Gaſtoni*, matrimonio copulata eſt, ſed anno necdùm vertente optima Princeps & ſui ſæculi deliciæ, poſtquàm partu ſoluta eſt, filiam enixa miræ pulchritudinis & indolis ſub die XXIX. menſis Maij, ſecundinis prægrauata, cum luctu Galliæ vniuerſæ, animam egit ac meliori vitæ reſtituit ad IV. menſis Iunij. Primarius lapis in Cœnobij fundamenta miſſus eſt hoc anno die Februarij menſis XX. mittendo præfuit *Monpenſierij* nomine Nobil. *D. Henricus Bremontius Bellesbatij* dynaſta qui & ſacellum *de Bremont Beleſbat.* priuatis ſumptibus adſtruxit in quo conditus eſt. Reuerendiſſimus *D. Godofridus de Sainct Belin* Pictauenſis Epiſcopus hanc fundationem gratioſis litteris 1608.

Digitized by Google

1603. laudauit atque confirmauit. *R. D. Petrus Buræus* ad *Sancti Maximi Caïnonenſis* Canonicus & Parochialis Sancti Iacobi Eccleſiæ Rector, vir eruditione ac pietate clariſſimus non parùm ad huius domus incrementum contulit, vt quam non ſæmel attributis cenſibus adauxerit, inſignium Benefactorum numero habitus, & ampliori laude niſi adhuc in viuis eſſet proſequendus. *Monpenſierius* fundator in ipſo ætatis flore (annum 35. non prætergreſſus) nobis, totique Galliæ ſublatus ſpes omnium in medio curſu deſtituit, nec enim facilè dici poteſt quàm funeſtus Optimi Principis caſus acciderit, nos meliùs, quàm inſculpto ad ſepulchrum elogio, eum laudare non poſſumus, id extat in Sancta Capella Campiniacenſi hoc modo bipertitum. 1603. *Buré.*

Deum timens, ab Eccleſia nunquam deficiens, Regi obſequens, Patriæ amans, parentibus obediens, nulli nocens, omnibus proficiens, regni decor, principum ſplendor, aulicorum honor, populi amor, Henricus Borbonius Monpenſierius iacet hic, time.

Henrico Borbonio Duci Monpenſerio, Domino Dombarum, Proregi Normanorum, Principi præſtantiſsimo, generis ſplendorem ſummis virtutibus æquanti, Pio, Forti, Pacifico, de quo in vita iure vnquam quæſtus eſt nemo, quod immaturus obiit dolent omnes, quod breuia fuerint ſpatia vitæ non queror, vitæ quod iſti periit æternæ eſt datum.

Conuentus Populationis Ducis Gandiæ.

2. In Hiſpania & tractu Valentinenſi duobus locis noſtri conſtitêre, procurante *R.* ac *B.M.P. Gaſpare Bono* Prouinciale. Primùm quidem apud *Populationem Ducis Gandiæ*, ita enim vocare libet quod Hiſpanis eſt *la Puebla del Duque de Gandia* in domicilium acceperunt vetus quoddam Eremitorium *SS.* martyribus *Coſmæ & Damiano* ſacrum, tenue profectò illud & anguſtum, ſicut & locus ipſe qui nobis nonniſi per Scriptores noſtros innotuit, licet illud populationis nomen in regno Valentino plurimùm obtineat, ſpes autem eſt pro affectu incolarum Cœnobium noſtrum opere ac ſitu non mediocriter amplificatum iri. Poſſeſſio inita Dominicâ Palmarum quæ in XXIII. Martij menſis incidebat. Audio certè locum leuc. x. à Valentia, VIII. à Gandi[illegible] XVII. à Denia procul eſſe. *la Puebla del Duque de Gandia.*

Conuentus Viuarij.

3. Deinde verò in oppidum quod vulgò *Viuel* dicitur conceſſerunt. Id in tractu *Xericano* ad *Palentiam* fluuium qui nunc ab inſidente *Sagunto* nomen habet, enimuerò *Xerica* Vrbs eſt antiqua & validè munita leucis 11. à *Segobrica*, x. à Valentia, quâ iter eſt *Cæſarauguſtam* & hæc quidem ab aliis *Edeta* à nonnullis *Orobeſa* ab aliis *Oſicerda* veterum eſſe putatur, *Viuarium* verò inde ſequitur, ita enim dicendum eſt oppidulum illud *Viuel*, vt tradit Eſcolanus, quod alij fruſtra *Belſinum* ab antiquis vocatum eſſe contendunt. In vertice montis quod oppido imminet Oratorium erat *S. Michaëli* ſacrum, ad quod multorum iugerum ager à noſtris comparatus eſt vt inhabitare poſſent, quod hoc anno præſtitum agente *R.* illo *P. Gaſpare Bono.* Sed anno poſt hæc ſecundo h. 1605, die x. Iulij quæ *S. Chriſtophoro* patrono ſuo à Valentinis regnicolis feſtiua peragitur, ad ipſum oppidum deſcenderunt, nouamque domum ſub nomine *S. Franciſci de Paula*, permittente Reuerendiſſimo *D. Feliciano de Figueroa* Segobricenſi Epiſcopo & aſſentiente R. P. Priore *S. Michaëlis Regum* ex Ordine S. Hieronymi, in cuius temporali ditione *Viuarium* eſt, ciuibus verò adplaudentibus & neceſſarios ſumptus facientibus, erexerunt. *Viuel.* *Murviedro* *Xerica.* *Segorue.* 1605. *de Figueroa.* *S. Miguel de los reyes.*

Conuentus Foſcaldi.

4. In Italia plures Prouinciæ aliquam multis locis terminos protenderunt. Nam & *Calabri Paulâ* in proximum caſtrum ſeu oppidũ *Foſcaldum* Marchionatus titulo nobile, tribus paſſ. millib. ab ipsâ *Paulâ*, vnico à mari diſtans, vnde *Vrennam* B.P.N. matrem oriundam ab initio diximus, fauente Illuſtriſſimo & Generoſiſſ. *D. Franciſco Spinello* Marchione, cui nuper Fundatoris nomen iuſque Patres aſſeruerant, ac pluribus ab eadem familia communicauerant, agente verò *R.P. Antonio à Foſcaldo* Prouinciale, migrauerunt. Opus egitis quampluribus è cœlo miraculis, quæ Montoia ex parte recitat, proceſſit, incolæ certatim omnes *Foſcaldo.* *Spinello.* *di Foſcaldo.*

Digitized by Goog

1603. omnes nullo sexus discrimine allaborauerunt, adeò pretiosa fuit *Vienne* ac filij eius apud Deum & homines memoria. Nomen habet à *B. P. N. Francisco*, quem Foscaldenses religiosissimè colunt atque venerantur. 1603.

Maratea. 5. Alteri quoque Cœnobio in Calabria initium fuit in diœcesi *Cossinensi*, & ignoto, quod sciam, præter quàm à Scriptoribus nostris loco, cui *Maratea* nomen haud procul à mari passibus mille. Incolæ ipsi homines nostros sibi optarunt quos illuc deduxit *R. P. Antonius à Foscaldo*. Titulo gaudet *S. Leonardi*, atque ibi non plures duodecim è nostris agunt. Conuentus Maratææ.

Bagnuolo. *Lenza.* 6. Longobardi & Ligures eodem passu, atque anno superiore, progressi, paria quoque retulerunt. Illi enim proximè ad *Regium-Lepidi*, viâ Æmiliâ, in loco fertili, pulchro, amœno, cui *Balneolum* nomen, consederunt. Id supra *Regium-Lepidi* ad sinistram ripam *Anitiæ* seu *Nitiæ* fluuij medio itinere inter *Montecium* & *S. Martini fanum* Gonzagarum familiæ paret, è qua quidem Illustrissimus & Generosissimus Princeps *Alphonsus Gonzaga* Alexandri F. Nouellariæ & Balneoli Comes in nostros beneuolus Cœnobij eo in loco instituti autor ac Fundator fuit. Vxorem duxerat *Victoriam Thomæ* Marchionis Capuani F. Card. *Columnæ* ex matre neptem. Ac ipse quidem titulum Cœnobio à *B. P. N.* elegit, cuius se patrocinio commendatum peroptans ibidem condi voluit. Nouellariâ igitur illuc perferendus à nostro *R. P. Hieronymo Brutturio* quem copiosiùs laudandum habebimus, pro funere Laudatus est, in æde quam Nouellariæ habent RR. PP. Societatis Iesu ipso *Alfonso* Fundatore Oratio typis edita extat grauitatis & eloquentiæ plena, quam olim leuiter delibaui, nunc verò plura quæ tum obseruabam meminisse non potui. Et hoc igitur incremento Lombardia fines suos explicuit. Conuentus Balneoli.

Sestri. Teglia. Moneglia. *Leuante.* 7. Ligures verò Genuâ *Segestrum* orientale ac *Tegulium* transgressi, *Monile* iuxta, quod nomen à vitiferis collibus acceptum est, in loco miræ iucunditatis & pulchritudinis acquieuerunt. Merula *Castellum Orientis* vocat, quod simpliciter *Leuante* aut cum adiuncto *Castello di Leuante* popularibus dicitur. Id splendidè ædificatum, circumiectis vndique peramœnis apricisque collibus, vallibusque nitidis, à Leandro Alberto describitur. Ædes autem sibi ac prædia in eo comparauerunt nostri ab *Pelegrino Merano* mercatore opulento, numeratâ pecuniâ ex bonis nobilis adolescentis *F. Adeodati Lomellini* qui nuper institutum nostrum susceperat. *Meranus* haud longè post multa in opus contulit, propter quæ etiam Fundatoris nomine donatus est. Inditum nomen à *B. P. N. Francisco* quem incolæ speciali cultu prosequuntur. Eum denique locum primùm adierunt ad diem Septemb. xxv. *R. P. Albertus Beratus à Tortona* solitudinis amore, orationis assiduitate, atque abstinentia strictissimâ, Sancti nomen superstes adhuc apud populum suosq; promeritus, in eo secessu multos annos egit & sanctissimè conuersatus est. Conuentus Leuantij.

Abruzzi. 8. Oblata per id tempus occasio in Sammites progrediendi, qua de causa Reuerendissimus *P. Petrus Hibertus* Generalis mandatum dedit *R. P. Nicolao à Remna* vt eius rei procurationem susciperet, collata ei Vicarij Generalis potestate. Nunc igitur primùm ille beneficio Illustrissimi Marchionis Guastensis *D. Inici d'Auales & Aquino* Equitis Velleris aurei (apud Chiffletium 306.) sedem apud *Vastum* siue *Guastum* ipsum, quod antiquis *Histonium*, vetus ac pernobile oppidum, apud oram *Frentanorum*, ad *Trinium* fluuium inter *Anxanum* & *Thermulas*, hinc x. illinc xviii. pass. mill. fixit. Atque in ea regione antè annos duodecim nostro *à Remna* & aliis agentibus quatuor aut quinque Conuentus accesserunt, ex quibus ad ann. 1614. coaluit Prouincia cui nomen factum *Aprutij*, datusque in Prouincialem autoritate Apostolica *R. P. Bartholomæus Rosa*. Illorum quoniam tempus iniri ad liquidum non potest operæpretium erit iam nunc meminisse. *il Guasto.* *Trigno.* *l'Anzano.* Conuentus Guastj. 1614.

Orsagna. 9. Non multo postquam *Histonij* domicilium fuerat acceptum noster *à Remna* familiam in oppidum *Vrsauam* ad fluuium *Forum* deduxit. Mihi aliquando visum est *Ortonam* pro *Vrsana* dicere, ac loci quidem propinquitas potuit nullo negotio hunc errorem inducere, quidni & nominum cognatio, est enim *Orton* Conuentus Vrsanæ.

Digitized by Google

1603. quæ nunc *Ortona*, *Vrſana*, quæ *Orſagna*, vt facilè non ſit in alterutram partem iudicium ferre. In eam tamen quam dixi Scriptorum noſtrorum autoritate propendeo. Cœnobij Fundator fuit Illuſtriſſimus *D. Philippus Colona* qui annuos prouentus ad ſuſtentationem duodecim fratrum attribuit. 1603. *Colona.*

Conuentus Teatis. 10. *Teate* poſt aliquot annos tranſgreſſi anguſto per tempus loco ſeſe continuerunt, quoad Dominus Fundatorem illis prouidit Cl. & Nob. Virum *D. Gaſparem Guani* & pientiſſimam eius conſortem, qui ob ſua in noſtros beneficia Fundatorum titulo in Generalibus Comitiis Romæ VII. celebratis ornati ſunt. Cœnobio nomen *B.P.N. Franciſci* pro Fundatorum voluntate datum eſt. *Teate* porrò ſeu *Teatea*, in *Marrucinis*, Vrbs eſt in edito colle ſita, VII. paſſuum millib. à mari, XII. inter *Atriam* ad Occid. & XV. *Anxanum* in Ort. quam *Clemens* VII. ad metropoleos dignitatem euexit. Siluis *Teate magnum* vocat. *Chieti.* *Guani.*

Conuentus Atriæ. 11. Ab *Teate* venerunt *Atriam* ſiue *Adriam*, quæ vrbs eſt Epiſcopalis in arduum montis iugum elata, medio ſpatio inter *Helainum* ſiue *Matrinum* & *Vomanum* fluuios, VII. paſſ. mill. à mari ſubducta. Ducatus etiam titulo clara; in eam autem beneficio ciuium & accolarum inducti ſunt noſtri, quòd propenſo in B.P.N. affectu memoriam eius chariſſimam habeant. *Atri.* *Piomba.* *Vomano.*

Conuentus Ripaltæ. 12. In eodem tractu *Ripalta* eſt ignoto quidem nobis ſitu, niſi eadem fortè eſt quæ ſimpliciter *Ripa* infrà *Teate* ad *Lentum* fluuium conſpicitur, ſed rem dubiam mihi faciunt alia eiuſdem nominis oppidula, quæ nonnullis littoribus in eâ ipſa regione aſſident. Conſtans tamen apud noſtros *Ripaltæ* mentio dubitare non ſinit aliquod eſſe ſic dictum oppidulum in Samnitum agro, vt tamen certi non ſimus vbinam ſit locatum. Eo igitur in loco noſtris domicilium ab Illuſtri & Generoſo Equite Neapolitano *D. Cæſare Caracciolo* conſtitutum eſt, qui & ad duodecim fratres alendos cenſus adnumerauit. *Aquila* demùm *Salmonæ* atque *Caſennæ* conſederunt ſed tardiùs quàm vt in præſens de his nos dicere conueniat. *Ripalta.* *Lento.* *Caracciolo.*

Conuentus Æſij. 13. Exciderat huius ipſius tractus *Æſinum* Cœnobium, quod Acta Barcinonenſia ann. 1629. in memoriam reuocant vt cui locum antè *Vrſanenſe* attribuant. Ab iis tamen nihil præter nomen habemus, cùm ipſius Cœnobij tùm Correctoris quem Patres eidem Cœnobio præfecerunt. Is autem fuit *R. P. Hieronymus à Piſauro*. Quod igitur nobis reliquum eſt, quam poſſumus loci deſignationem damus. *Æſinum* in *Piceno*, vrbs eſt Epiſcopatu clara, quæ nomen habet ab *Æſi* fluuio *Picenum* ab *Vmbria* diſterminante ad Occ. quo vrbs quidem alluitur, de cuius verò nomine hoc Silij carmen circumfertur *Ieſi.* *Eſino.*

Quis Æſis regnator erat, fluuioque reliquit
Nomen.

Diſtat autem *Æſium* ab *Ancona* XV. paſſ. mill. quot à *Sentino*, X. ab *Auximo*, XII. à *Senogallia*, ſeu *Senegallica*. Patronum colunt Æſini *S. Septimium* Epiſcopum & Martyrem cui ad XXII. menſis Septemb. feſtus dies agitur. *Ancona.* *Saſſoferrato* *Oſmo.* *Senigaglia*

Confirmatio Priuileg. à Pont. 14. Dum hæc geruntur *Hamblotus* Generalis Procurator apud *Clementem* VIII. egit de confirmandis & innouandis Deceſſorum Priuilegiis Ordini noſtro conceſſis, quæ quidem Pontifex ipſe per otium & tempus recognouerat, id autem ille perliberaliter & gratioſè fecit edito diplomate ſub die XV. menſis Iunij cui eſt initium *Iniunctis nobis Apoſtolici muneris ratio poſtulat*, &c. eo autem Priuilegia noſtra omnia confirmat ex certa ſcientia & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quæ clauſula quid operetur diſputant Iuriſperiti & nominatim noſter de Pereinis qui bullam Pontificiam publicauit poſt Laërtium Cherubinum & alios.

Ob. P. Didaci à Pontoia. 15. At verò neque hic annus luctu vacauit quem fecerint noſtrorum funera. Ea tantum recolo quæ iam ſunt à noſtris celebrata. *R. P. Didacus à Pantoia* Hiſpalenſis, Concionator Apoſtolicus, qui pro ſua in B. Virginem Matrem deuotione ac expreſſo voto nunquam verba faciebat ad populum niſi ſumpto in manus roſario & miraculum aliquod eiuſdem B. V. merito editum ſub finem concionis ediſſerens, quod quidem per annos triginta præſtitit. Aſpertimo vt plurimùm indutus cilicio, nihilominus in prædicando verbo Dei deſudabat *de Pantoia.*

Digitized by Google

1603. sudabat, nec quicquam de sua contentione remittebat. In cibum nihil admittebat quod gulam proritare posset, si quid faceret ad gustum puluere aloës, quem semper deferebat ad eũ vsum, respergebat, fessos artus nudo sæpius solo committebat vt somnum caperet. Vnica veste contentus, ne mutabat quidem nisi dissolutâ texturâ vsui esse posse desiisset. In lachrymas ita liquefiebat, vt, siue sacris operaretur, siue orationi vacaret, siue populum hortaretur, magnam tum illarum vim copiamque profunderet. Totas etiam noctes nixus in genua orationi dabat. Animarum zelo tanto tenebatur, vt quod suum erat ex integro ad proximi salutem impenderet. In perfectionis via consectanda sic sibi constitit vt nec minimùm se ab ea dimoueri pateretur. Fractis per ætatem viribus in secessum *Vtrerensem* qui B. Virginis sacrario insignis est, vt suo tempore diximus, facultate à Superioribus per multas preces impetrata se recepit, nimirùm sub eius patrocinio quam summoperè viuus coluerat defunctus acquiescere cupiebat. His atque aliis exercitationibus inuigilantem mors occupauit, imò mortem occupauit ipse, quam perceptis inter multas lachrymas sacramentis securus & gaudens expectauit, iam tum enim cum præ foribus adesset, petiit vt sibi liceret Symbolum Nicænum cum adstantibus fratribus decantare, mirum dictu, ad finem decurrit alternatim ipse aliis occinens atque in iis verbis, *Et vitam venturi sæculi Amen*, expirauit. Ad funus plenis viis adcolæ occurrerunt, erant qui pedibus oscula figerent, qui admotis rosariis salutarem attactum expeterent, qui concisis laciniis vestem discerperent. Inter alios Lusitanus Mercator opulentus solo beati pignoris aspectu ad meliorem vitam sic immutatus est, vt Zacchæum Euangelicum fuerit imitatus, quod ab iis qui hominem nouerant pro miraculo habitum est. *Didacus* in sepulchrum illatus omnium oculis conspicuum & expositum, ne facilè tanti viri memoria decideret. 1604.

Gugliazo. 16. *V.* Soror *Hieronyma Gugliazo* viam vniuersæ carnis ingressa post exactos in sancta professione annos 66. sanctæ vitæ odorem ad nos vsque transmisit. Professa fuerat Panormi ab an. 1537. in Conuentu Septem Angelorum, atque per totum illud tempus in eodem vitæ cursu perseuerauit. Deuotione nimirùm præcipua fuit, rebusque diuinis summoperè addicta, regularum maximè obseruans, patiens in aduersis ac per omnia diuinæ voluntati suauiter adquiescens. Humilitatem præter cæteras virtutes adamauit, quæ causa fuit, vt ciborum reliquias sibi sumeret ab aliis sororibus, nec præter eas aliud obsonium admitteret, his etiam se indignam vltrò agnoscens. Sed quæ infra omnes alias tantùm se demittebat non temerè ad excelsius præmium sublata creditur. Obit. Sor. Hieronymæ Gugliazo. 1537.

An. M. DC. IV. 1604.

Torre-Ximeno. *Torre del campo.* MVltiplici rerum nostrarum successu hic quoque annus insignis fuit. Auspicati Granatenses in Hispania, qui ad diem Februarij mensis xxvi. *Turrem-Ximeniam* diœcesis *Giennensis* oppidum validum & egregiè munitum, quod à conditore *Ximenio* nomen habet, sed incomperto nobis situ (nisi fortè Turris-Campestris quæ in agro Giennensi à Geographis exhibetur eadem sit quæ & Ximenia) transierunt, deducente *R. P. Ioanne Pinna de Celis* Prouinciale à nobis non semel laudando, qui à Rege Hispaniarum *Philippo* III. Cœnobij eo in oppido ædificandi facultatem impetrauerat datam apud S. Laurentium in Escuriali die xiii. Nouembris proximè antecedentis. Fundatricem se nostris obtulerat pientiss. & clara fœmina *D. Elizabetha de Guiral*, quæ & in opus illud se liberalem munificamque præstitit, ius autem illud deinceps pia pariter & clara fœmina *D. Ioanna Cuello de Lazarraga* obtinuit. Conuentus Turris-Ximeniæ.

de Guiral. Cuello de la Zarraga.

2. Per id tempus Generalis in Hispania Vicarius erat *R. P. Rodericus Ximenes*, qui hoc anno Concionem edidit à se habitam apud S. Paulum Hispali die octaua Canonizationis S. Raymundi de Peñafort, id iubente *R.* admodum *P. Gaspare à Cerduba* Regis Confessario, qui & aliam ab eodem in festo S. Hyacinthi P. Rodericus Ximenez floret.

Digitized by Google

1604. Granatæ pronunciatam typis mandari voluerat. Sed neque hæc postrema concio, neque alia nostri *Ximeny* opuscula innotuerunt nobis, Montoiam verò nullorum meminisse omninò miror, primam illam orationem Matriti cusam apud *Ioannem de la Cuesta* quandoque vidimus. 1604.

Conuentus Burgetti. 3. Hispanos consecuti Ligures qui ad diem XXVI. mensis Martij, proximè; ad Burgettum, inter *Genuam* & *Albingaunum*, ac supra hoc quidem paulo plus v. passuum millib. in ipsa maris orâ consederunt. Erat enim quingentis ad illud passibus in prominenti colle antiquum Prochodochium cum Ecclesiâ optimè compositâ sub inuocatione *Spiritus Sancti*, ab Hospitali Romano eiusdem nominis & *de Saxia* cognominato mouens. Sed cum id non satis commodum esset excipiendis pauperibus qui ad oppidum diuertebant, in illud transferendum ipsum Hospitale incolæ curauerunt. At verò locus inædificatâ Ecclesia & domo contigua insignis atque ad secessum perquàm accommodatus non erat omnino deserendus, itaque Illustrissimus & Generosiss. Princeps *Ioannes Andreas Doria* eius nominis II. & pientiss. & lectissimaq; fœmina eius consors *D. Ioanna Colona* eum ad se receperunt, ac nostros prolixiori liberalitate prosequuti illuc induxerunt. Gaudet iisdem Indulgentiarum gratiis & erogationibus quibus ipsum Hospitale Romanum, adeoque in numeris longéque ampliss imis. *Borgetto.* *Doria.* *Colona.*

Conuentus Montis-leonis. 4. Successêre Calabri, ne temporis ordinem quoad constiterit prætereamus, qui ad diem XI. mensis Iulij *Montem-leonis* insederunt Vrbs ea est vlterioris Calabriæ apud *sinum Hipponiatem*, inter *Consentiam* XXXVIII. & *Rhegium* I. pass. millib. veteris *Hipponij* ruderibus proximè inædificata, vnde & *Hipponis*, seu *Hipponij* & *Vibonis Valentiæ* (quod alterum apud antiquos *Hipponij* nomen fuit) vocabulo, à quibusdam intelligitur. Olim sedes Episcopalis fuit sub Archiep. Rhegino quæ inde *Miletum* vrbem proximam ad V. pass. millib. translata est. Ducatus etiam titulo eminet qui Colonarũ familiæ adhæret. In quam quidem venerũt beneficio Nobiliss. & Generosiss. Principis *Petri Francisci Rauaschery* (si nos Montoia in hoc nomine non fallit) qui liberalitate in nostros, deuotione in B. P. Franciscum nulli vnquam cessit, operâ verò *R. P. Ioannis à Maida* Theologi & Concionatoris præclari. Miletensis Episcopus nostris inducendis in nouam domum adfuit, qui & sacra cum incredibili populorum applausu peregit. Actum id die XI. mensis Iulij. Cœnobium amœnissimo in agro collocatum, iactu lapidis iuxta vrbem, quâ prospectus est in mare versùs Occasum. *Montes-leone.*

Conuentus Castilionis 5. Hoc eodem tempore qui Picenum è nostris incolebant *Castillionem* diœcesis Senogallien sis oppidulum cuius situm explorare nullâ diligentiâ potuimus translati sunt. Subiacet is siue pagus, siue vicus, aut etiam oppidum ditioni Marchionum gentis Roboreæ *Iulio* II. Pontifici cognatæ, è qua quidem Illust. & *R. D. Iulianus à Rebore* S. Laurentij in Campo boario Abbas, ac demùm *Paulo* V. Pontif. Referendarius Apostolicus, nostris Cœnobium eo in loco ære suo collocauit, quod præstitit ob salutem sibi periculosè ægrotanti statim à voto B. P. N. nuncupato restitutam, nam ea ipsa nocte quâ vouerat visus ei per somnum ipse B. P. periculo eum liberans saluum que ac incolumem esse denuncians, quod reipsa illicò animaduertit. Adiutores operis aduocauit sibi probè cognitos Ordinis nostri professores *P P. Andream à Perusio & Cæsarem à Neapoli* qui eius liberalitate benè vsi, suâ insuper industriâ rem valdè amplificauerunt. Ille siquidem census tantùm qui quatuor alendis satis essent erogauit, at illi qui octodecim sufficerent comparauerunt. Factum illi contubernio initium die XVI. mensis Iulij hoc anno. Ecclesia *B. Antonio* Abbati ab antiquo dicata fuit, cuius inibi Sodalitium extabat, nunc *Sanctissimi Crucifixi* nomen habet ob imaginem miraculis & diuina virtute conspicuam, quæ ibidem magna religione seruatur & à populis studiosissimè colitur, ac consimili quidem studio B. P. N. memoriam incolæ & accolæ prosequuntur. *Castillionet.* *di Rouere.*

Conuentus Metarum. 6. Incerto sub hunc annum tempore nonnullæ Cœnobiorum fundationes, quas vocant, feruntur. Prima sit Metensis in Galliâ Belgicâ, siue vt presiùs loquamur, in Lotharingiâ, Sodalitij, cuius instituendi gratiâ iam ab an. 1602. 1602.

Illustrissimus

1604. Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Carolus* Cardinalis *à Lotharingiâ* Metenſis Epiſcopus à nobis in anteceſſum laudatus, quatuor (vt vocant) Cappellanias Epiſcopales vt primùm vacarent noſtris ceſſerat & contulerat. Quam eius liberalitatem æmulatæ pientiſſimæ ſorores eius, *Elizabetha, Maximiliani Bauariæ* Ducis conſors, & *Antonia Ioannis Vuilhelmi, Cliuiæ* D. vxor, ab eo tum tempore ad coëmendum fundum nonnulla erogauerant. Non ſunt tamen noſtri ciuitate donati antè hunc annum, quo Inuictiſſ. & Clementiſſ. Rex noſter liberam eis inædificandi Cœnobij facultatem fecit, apertis vt vocant codicillis ſub die xxxi. menſis Ianuarij. Sub id & priuati plerique beneficos ſe præſtiterunt, vt inter cæteros Nobil. *Ioannes & Magdalena de Beauuau*, quod ex Commentariis Conuentus nuper obſeruabam. At verò ſacerdotiorum de quibus diximus vnionem *Clemens* VIII. Pont. litteris hoc eod. anno & menſe Iulio datis approbauit; quas & valere decreuit *Paulus* V. ſub dat. iii. Non. Iul. 1605. qui & deinceps alia in eam rem edixit, pactaq; ac conuenta inter Illuſtriſſimum & Reuerendiſſ. *D. Annam d'Eſcars* Card. *de Giury* nuncupatum Metenſem Epiſcopum, & noſtros, rata & firma eſſe poſtremùm conſtituit per litteras Calend. Iul. an. 1611. exaratas. Ipſe tandem Illuſtriſſ. Card. noſtrorum non immemor fuit, quorum ex teſtamento penuriam ſubleuandam curauit. Quas autem ædes noſtri comparauerunt fuiſſe arbitror Nobil. & Generoſ. *D. Caroli de Marteau* Toparchæ *de S. Prim, Mardigny, Lorris*, &c. qui apud noſtros ſepulturam elegit. Cuius quidem in noſtros animi hæredes nactus eſt Nobil. & Vener. FF. *Annam* ad *S. Romarici* & *Philibertam* in *Spinalenſi* Collegio virgines ſacras, quas Canonicas dicunt, adeoque collatum illis Fundatricum ius & nomen in Actis Barcin. an. 1629. Situs eſt ipſis ædibus ad Parochiam S. Eucharij non procul ab *Alimannorum* Porta, ad quam Hiſpanicum *Caroli* V. PLVS VLTRA Gallorum virtute defixum eſt. Adſtructa ſecùs viam publicam. non ſumptuoſi quidem, ſed elegantis operis ædicula ſacra quam *B. Mariæ Lauretanæ* & *S. Nicolao* noſtri deuouerunt. Maius Altare ſecto & candido lapide affabrè ſtructũ multoque marmore adornatum curauerunt maioris Eccleſiæ Sodales ſacri pro ſuâ in noſtros beneuolentiâ, incentore cumprimis ſui Chori moderatore (quem Decanum appellant) Per-illuſtri ac *R. D. Ioanne Foés.* Præcipuum denique ſacri eiuſdem Collegij ornamentum & tertij Ordinis noſtri decus immortale, *R. D. Ioannes Grojan Burgundus* neceſſaria ope noſtris ſubuenit, cùm eos ſibi hæredes teſtamento legit. Extat eius rei monumentum, aureis litteris vncialibus inciſum mármori, ad ſacellum S. Caroli Borrhomæi, quod extruendum ille ſategerat. Id verò eſt huiuſmodi:

de Beauuau

d'Eſcars. de Giury.

de Marteau.

Foés.

Grojan.

D. O. M. VQ; M.

Seu incola es ſeu aduena lege & intellege. Venerabilis pientiſſimuſq; Dominus D. Ioannes Grojan Columerijs in Burgundiæ Ducatu natus, Eminentiſſimo primum Cardinali de Giury à Conſilijs & Secretis, tum Romæ Protonotarius Apoſtolicus, inde Metis inſignis Cathedralis Eccleſiæ Canonicus & Archidiaconus maior, incolatum in cælo & Chriſti hæreditatem captans, Chriſtum ipſum in ſuis Minimis ſcripſit hæredem. Obijt die vltima Iunij anno M. DC. XXXII. *parentis maximi deſiderium in cordibus, monimentum in hoc fundato ab eo S. Caroli ſacello, cineres ſub ipſo aræ primariæ fornice Minimi filij locarunt.*

Abi modo & longius abeundum cogita.

Robertus Metenſ. Epiſc. & R. D. & P. Martinus Meuriſſius in eorundem Epiſcoporum hiſtoria Cœnobij huius noſtri obiter meminerunt. *Metis* portò ſeu *Meta*, aut etiam *Diuodurum Mediomatricum*, vna olim ex primariis quatuor Germanici Imperij vrbibus in Circulo v. nunc Gallici Imperij limes & propugnaculum, Vrbs eſt Epiſcopalis, in qua primùm S. Clemens Petri Apoſtoli diſcipulus ſediſſe dicitur, ſub metropoli Treuirenſi à qua xiii.

Metis.

Digitized by Google

1604. leucis distat in Meridiem, cum *Virdumo* autem atque *Tullo* triangulum quasi æquilaterum XVII. leucarum interuallo constituit, insidet ipsa confluenti *Mosellæ* & *Salæ*, in ampla planitie, cuius tamen area paulùm prominet vt in eo Veterum ratio in condendis Vrbibus agnoscatur, quod obseruat Diuæus. Sed nos vrbis decora non prosequimur quod multi eleganter & copiosè fecerunt. Non mihi tamen tempero quin Venantij Fortunati elegantem descriptionem proferam & adscribam, 1604. *Verdun. Toul. Moselle. Seelle.*

Gurgite cæruleo pelagus Musella *relaxat,*
Et mouet ingentes molliter amnis aquas.
Lambit odoriferas vernanti gramine ripas,
Et lauat herbarum leniter vnda comas.
Hinc dextra de parte fluit qua Salia *fertur,*
Flumine sed fluctus pauperiore trahit.
Hic vbi perspicuis Musellam *cursibus intrat,*
Alterius vires implet, & ipse perit.
Hoc Metis *fundata loco speciosa, coruscans,*
Piscibus obsessum gaudet vtrumque latus.
Delitiosus ager ridet vernantibus aruis,
Hinc sata culta vides cernis & inde rosas.
Prospicis vmbroso vestitos palmite colles,
Certatur varia fertilitate locus.
Vrbs munita nimis quam cingit murus & amnis, &c.

Nouissimè supremum in ea Senatum seu Conuentum Iuridicum (nostri Parlamentum vocant) Rex noster instituit.

Conuentus Insulæ Venusinæ.

7. Altera sit *Insulana*, in Comitatu Venusino & Gallia Phocensi, quam adornauit Spectabil. & honorandus Ciuis Insulanus *D. Petrus Bertrand*, in dies verò adauget, perficit, consummatque *D. Honorata Bertrand* Fundatoris filia, cuius charitati ac beneficiis in nostros nulla fortè est quæ possit beneficentia comparari, Cœnobio nomen à B. Virgine inditũ, situs peramœnus & miræ iucũditatis, hortus amplissimus aquâ viuâ irriguus quæ à medio Clausto scaturit. Nonnulli natales huius Conuentus ad an. præcedentem referunt. Est autem *Insula* oppidum diœcesis Cabellicensis, & *Cabellio* quidem ad *Druentiam* fluuium, non procul tamen à fonte *Sorgiæ* & *Valleclausæ*, Insula autem in ipso Sorgiæ alueo, adeoque nomen habet à loco in quo constituta est, solet *Venusina* cognominari ab ipsa regione quod anteâ subindicabamus. *Bertrand. Isle. Canaillon. la Durance. la Sorgue. Vaucluse.*

Conuentus S. Spiritus.

Tertia denique est *San-Spiritana*, cuius nominis nobile municipium est ad pontem *Rhodano* impositum operis magnificentissimi, vt qui mille ducentos passus longus sit, viginti duobus fornicibus subnixus, & pauimento eleganter instratus, supra *Auenionem* in Septentrionem leucis VIII. intra fines diœcesis *Vceticensis*. Nõnulli ab antiquo *Planasiam* nomen ei loco faciunt. Fundatio autẽ ipsa tribuitur ab Isnardo, qui potuit coram nosse, *V. C. D. Ægidio Magnin* & chariss. eius consorti *D. Catharinæ du Gat*, qui etiam addidit Nobil. D.... *de Maillan* suis sumptibus Ecclesiam exædificasse, cui propterea ius etiam Fundatoris collatum sit, sed alij non obscurè significant dictum *Ægidium* Fundatorem toparcham fuisse *de Maillan*, ideoque hoc illi cognomen adhæsisse, qua de re nihil est quod affirmem. Nec verò desunt qui nullum Cœnobij eius fundatorem esse scribant, & Insulano præferant ad an. anteced. Cœnobio titulus inest B. Mariæ Virginis sicut & Insulano. Vtraque fundatio Actis anni proximè insequentis mandata est, ascriptâ etiam Masanensi, sed quæ excidit, adeoque haud ampliùs memoranda. *Masanum* diœcesis Carpentoractensis oppidum est, ipsi *Carpentoracti* finitimum. *Pont S. Esprit.*

Obit. B M. P Gaspatis Boni.

9. Hæc gerebantur cùm plerique viri magni nobis absumpti sunt. Omnium instar esse posset bonæ memoriæ *R. P. Gaspar Bonus*, sed illi duos ex eadem natione adiungemus ad funeris honorem viros verè magnos & Gaspari suppares. Enimuerò, quid dignum Gaspare potest per nos elogium pangi? Occupauit industriam' nostram fama publica, occupauere scriptores nostri plures,

1604. plures, Gualius, Triſtanus, Montoia, Hiſpani: Victonius, Donius, Coſtæus, Galli. Verbo igitur perſtringimus quod illi ampliori oratione complexi ſunt, in quo ſi videbimur tanti viri nomen & meritum in angusto coarctaſſe, hoc habebimus operæ noſtræ pretium quod inſtituti noſtri metas non tranſilierimus. *Gaſpar* Valentiæ in Hiſpania natus an. 1530. die v. Ianuarij. Patrem habuit Lombarienſem Gallum *Ioannem* nomine, matrem Ceruerâ Valentiæ oriundam *Iſabellam Ioannam Monçon*, virtute commendatos ſed bonis fortunæ vacuos & victum vili arte quærentes, quæ cauſa fuit *Gaſpari* adhuc puero multæ pietatis exercendæ, quod ille tam ſolerter & ſtudiosè præſtitit, vt hoc fundamento ad ſummum ſanctimoniæ & perfectionis culmen peruenisſe videatur. Parentes in maxima rerum omnium egeſtate animum puero ad litterarum ſtudia feciſſe mirum eſt, puerum eo animo parentibus ſubueniſſe, vt demenſos neceſſarioſq; cibos ſibi ſubduceret longè mirabilius eſt. Parentes per illam paupertatem nihil admiſiſſe quod Chriſtiani nominis & præſtantiſſimorum morum integritati atque dignitati non reſponderet mirum eſt, puerum in Religioſam ſodalitatem S. P. Dominici ſuſceptum, à propoſito, pietatis qua parentibus teneretur intuitu reſiluiſſe, ſacramque veſtem propterea non induiſſe, cum alia vis nulla id efficere potuiſſet, longè mirabilius eſt. Parentes à ſua inopia maioris virtutis argumentum ſemper accepiſſe mirum eſt, puerum parentibus in ea contentione nunquam non ſuperiorem fuiſſe longè mirabilius eſt. Ab eo certamine in ſæcularem militiam adoleſcens tranſijt, ſed quæ poſuerat pietatis rudimenta ſæculi vitæque illius licentia non corrupit. S. Martinum inter arma imitatus eſt qui domi ad conſimile virtutis exemplum ſe compoſuerat. In eo tamen vitæ genere noluit eum Deus longiores moras trahere, quàm quæ ſatis eſſent, vt aliis militibus continentiæ, probitatis & pietatis exemplum dare ac relinquere poſſet. Reuocatus eſt igitur ſed inſolito quodam caſu quem per Dei prouidentiam incurrit. Conſerta cum hoſtibus manu fortiſſimè pugnabat, cùm illi tamen facto impetu acriùs incumberent ex imperio & arte Hiſpanis cedendum fuit, retrò igitur acies in qua Gaſpar ſtabat referebatur, cùm equo in profundam quæ illic erat voraginem ſeu puteum incidente, ipſe ſublapſus equo penè attritus & totis membris confractus eſt, quin & illac præteriens hoſtium aliquis vibratâ haſtâ grauiter eum in capite vulnerauit. In eo vitæ periculo *B.P.N. Franciſcum* inuocauit, vouitq; ſi euaderet capeſſurum ſe Ordinem quem ille inſtituerat. Succeſſit (vt verbo dicam) ſupra votum militi noſtro, qui, præterquàm quod Chirurgis videbatur, breui ſanitatem recuperauit. Indéque ad Ordinem noſtrum dimiſſis primùm copiis aduolans, benignum ac fauentem inuenit *R. P. Ioannem à Victoria* Prouincialem, qui altiori mentis inſtinctu *Gaſparis* vocationem perpendens, fore præuidit vt ad ſummam religioſæ vitæ perfectionem aſſurgeret. Nec eum ſpes fefellit, ab ipſo enim tyrocinio in tantùm ſe virtus eius extulit vt proiectiores quoſque pudefieret illa in homine rudi & inexperto (vt videbatur) ſublimioris propoſiti perfecta & inuicta expreſſio. Anno redeunte ſolemnibus votis ſe obligauit ſub die XVII. menſis Iunij, ſiue (quod Montoia præfert) Auguſti an. 1561. ac deinceps maiori ſemper animo irremiſſoque conatu ad meliora chariſmata & præcellentiorem perfectionis metam aſpirauit. Et quid iuuat de ſingulis dicere, quæ integro ac ſingulari libro non ſatis equidem commodè mandarentur? Excedit vim omnem atque copiam orationis, ipſa virtutum quæ in Gaſpare dilucebant multitudo & præcellentia. Humilitatem imprimis coluit, ſed profundam & ſinceram, ſenſus inerat propriæ indignitatis quam verbo & opere profiteri non deſiſtebat. Exemplorum abundè eſt quæ hominis mentem prodant, ſed quæ nobis reticenda ne præter inſtitutum longiùs abeamus. In acerrimis doloribus præſtitit patientiam verè mirabilem. Inſano tumore ſcrotum quandoque diſtendebatur ob inteſtina quæ defluxerant, iamque obſtructo ad egerendam vrinam meatu neceſſariò incidendum fuit, ductæ quatuor in profundum plagæ quarum vnâ veſica exonerabatur, acutos ab ea inciſione dolores ac penè continuos paſſus diu inter hæc tor-

1604. menta patientissimè ac placidissimè vixit, si quando ea doloris acerbitas remittebat in gratiarum actionem solebat erumpere, hisque se verbis recreare, *Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam*, quoad in finem, angelicum hymnum retexeret. Conuitia verborumque contumelias mitiùs accepit quàm suas laudes vulgus hominum audire consueuerit. Sine intermissione, quod Apostolus hortatur, orauit, diei noctem coniungens, nixus in genua, ac sæpenumerò longumque tempus extensis in Crucis modum brachiis, atque coram pendentis à Cruce Christi Imagine, quam subinde lachrymarum profluuio irrigabat. Dæmonio multipliciter congressus est, artes arte ac perseuerantia in orando repulit & obstinatum hostem inuicta fortitudine peruicit. Visus plerunque ab eo congressu diuino quodam lumine ac splendore circumfundi cum etiam internus ardor quidam toto se illius vultu proderet. Illibata corporis animique puritate ac virginali pudicitia enituit, corpus ea de causa durissimè semper habuit, cilicio vsus & quotidiano verbere ad multam sanguinis profusionem. Sic nimirùm in officio continetur quod alioquin aduersùs stimulum solet recalcitrare. Acerrimus fuit vitiorum reprehensor & vindex, in quo animi sui castitatem diuinique honoris zelum celare vt maximè vellet non poterat. Sic qui Deo pleni sunt, seipsos (vt ita dicam) capere contineréque non possunt. At nec ipse Deus quin se in eos qui huiusmodi sunt superfundat pro sua bonitate non continet. Certè in nostro Gaspare tanta se diuinæ gratiæ plenitudo refuderat, vt gratuitis etiam donis in proximi salutem effluceret. Præstò illi erat curationum gratia, sermo sapientiæ, spiritus prophetiæ & reliqua dona quæ à Theologis gratuita nominantur. Quid multa? supremum ipse diem suum prænunciauit non semel, atque ad eum vitæ exitum sic se comparauit vt ab extremo illo actu si reliqui defuissent non temerè Sanctus haberi credique deberet. Quod vt ad narrationis compendium dicimus, ita nec à verò quicquam alienum affirmamus. Anno ineunte *D. Sebastianus Peralta* Sacerdos Valentinus & Astrologiæ peritus Iudicium publicauerat de magna coniuctione quæ hoc eodem anno accidit, atque inter cætera morituram prædixerat Religiosi Ordinis professorem incognitæ sanctitatis, sed quam Deus multis ac frequentibus miraculis reuelaret, &c. id ratum fixumque in Gaspare nostro nemo dubitauit cum de illius morte nunciatum est, quæ ad diem mensis Iulij XIV. qui S. Bonauenturæ sacer ac festiuus est, incidit, ac de *Peralta* Iudicio sic demùm omnes censuerunt ac si diuinitus editum esset. Facto igitur concursu ad sacrum illud depositum, antè diem tertium quàm prostiterat inhumari non potuit, atque eo triduo tot tantisque miraculis ad populi vota Deus respondit vt fidem quæ de illis narrantur superent, ac eo quidem temporis elapso spatio, nonnisi per vim & autoritatem, cœleste pignus ab oculis manibusque populi abstractum est & in hypogæo conditum. Vix vlla est orationis facultas quæ incensum illud multitudinis studium pro dignitate repræsentet. Ad sepulchrum deinceps conueniens populus non minorem ad operanda miracula virtutem persensit, eaque in dies se longius & latius explicuit magnas mirasque omnis generis ægritudinum curationes operata. Quæ tandē causa fuit, vt decernente Illust. *D. Ioanne Ribera* Patriarcha Antiocheno Archiepiscopo Valentino corpus ab hypogæo eductum & feretro conditum, quod holoserico panno magnificè ac eleganter instratum erat, in priuatum quoddam altare sublatum sit. Actum id an. 1609. die mensis Septemb. XX. solemni supplicatione instituta, & tanta cum festiuitate, vt si publicò Romani Pontificis Iudicio vindicatus esset maior peragi (vt verbo absoluam) non potuisset. Reuerendissimus *D. Thomas de Espinosa* Marrochianus Episcopus & Valentinæ diœceseos Generalis Visitator sacra peregit, laudationem *R. D. Gaspar Escolanus*, Licentiatus, S. Stephani Rector, Synodalis Examinator. & Regni Valentini Historiographus, eleganti oratione complexus est, omnes Ciuitatis Ordines frequentes, conferti, supplices, adfuerunt. Beatus ab omni populo magna voce inclamatus, hodieque hoc nomen per populorum studia retinet. Eius priuatim ad vota vocandi facultatem fecit Illustrissimus Archiepiscopus,

Digitized by Google

1604. piſcopus, præſcriptâ verborum formulâ quam deſcribimus.

Priuatæ Commemorationes pro B. Gaſpare Confeſſore Ordinis Minimorum. 1604.

Ant. ad Benedictus. Mirabilis Deus in Sanctis ſuis dedit virtutem & gratiam B. Gaſpari Confeſſori ſuo ad impetrandas ſanitates, benedictus Deus in ſæcula.

Verſ. Delectare in Domino. *Reſp.* Et dabit tibi petitiones cordis tui.

Oremus. Domine Deus noſter miſericordiæ tuæ arctiſſimè adhæreamus & in te pacificè conquieſcamus, interceſſione B. Gaſparis Confeſſoris tui ſuffulti, cuius commemorationem hilari vultu recenſentes, diuino fauore Spiritus ſancti conſolati honorificè celebrare poſſimus. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Ant. ad Magnificat. Cucurrit multitudo populi ad locum vbi iacebat corpus B. Gaſparis Confeſſoris, afferentes ægros qui curabantur ab infirmitatibus ſuis.

Verſ. Suſcitat Dominus de puluere egenum.

Reſp. Et de ſtercore eleuat pauperem.

Oratio. Domine Ieſu Chriſte qui per famulos tuos miracula in dies operaris & nunquam per ipſos te patrem oſtendere deſinis: propitius reſpice, vt meritis B. Gaſparis Confeſſoris tui poſt huius vitæ curſum te eorum primum autorem in cœlis clarè videre mereamur. Qui viuis & regnas, &c.

Patres verò qui Maſſiliæ an. 1611. & Romæ an. 1623. conſederunt, vt omni ope illius in Beatos ac Sanctos referendi negotium apud Sedem Apoſtolicam ageretur decreuerunt, ſed hæc eorum conſilium multa in hunc diem protraxerunt. Aderit cum benè volet qui cætera præſtitit. Primus Beati viri res geſtas ſcripto mandauit & edidit *R. P. Vincentius Guilielmus Gual* apud Valentinos noſtros Lector Theologus, prodieruntque Valentiæ an. 1610. typis Vincentij Franco.

10. Sed fidem nunc noſtram liberemus ac quos diximus funeris comites Gaſpari ſubiungamus. Vnus ille eſt *R. P. Melchior Ximenez*, quem in anteceſſum quandoque laudauimus. Is annum ætatis nonageſimum prætergreſſus nihil vnquam de regulari obſeruantia remiſit. Eruditione humaniorumque litterarum cognitione præſtabat, nam & annos multos in Gallia Rethoricam profeſſus erat, & non Gallicè modo per id tempus didicerat, ſed etiam Italicè nouerat, quibus præſidiis non parum ad profundiorem eruditionem profecerat. Valebat ingenio, memoriâ & rerum peritiâ. Erat inter conuerſandum gratus, affabilis, iucundus. Domo per multos annos (niſi cum obedientia cogeretur) non eſt egreſſus, receſſu enim ac ſolitudine ſupra modum capiebatur, quòd tùm Deo ac ſibi vacare liceret. Deferebantur tamen ad eum tota ciuitate ambiguarum rerum iudicia, quas breui, liquido ac tutè componebat & conciliabat. Multis perfunctus officiis in quibus probitas eius & ſolida virtus pleniùs enituit, ac tum pleniſſimè iuſtitiam ex verbo euangelico impleuerat, cum, vegeta nihilominus ſenectute, *Malacæ* hoc anno conſumptus eſt. Floret apud ſuos & exteros ſanctitatis opinione. Ob. P. Melchioris Ximenez.

11. Alter eſt *R. P. Ioannes ab Ortega* Doctor Theologus Academiæ Oſſunenſis, qui Theologiam ſupra viginti annos legit & publicas quandoque Academiæ cathedras moderatus eſt. Inſtitutum noſtrum fruſtra renitentibus agnatis ſuis, primùm atque Theologicâ laureâ donatus eſt, ſuſcepit. In ſcholaſticis exercitationibus & prælectionibus plurimùm valuit, cæteróqui tanta fuit animi ſimplicitate ac innocentiâ, tanta morum integritate, tantâ rectitudine, vt ab vtero ſanctus planè videretur. Progreſſus ad ſeptuageſimum ætatis Ob. P. Ioannis de Ortega.

ab Ortega

1605. annum in eodem perpetuoque vitæ tenore, omnibus gratiosus ab omnibus de- 1604.
sideratus, in libertatem filiorum Dei Assumptæ hoc (vt videtur) anno eductus est.

Ob. P. Ioannis Seignouret. 12. Quidni & in hoc consortium accersam è Gallià nostrâ *R. P. Ioannem Seignouret*, quem sui Aquitani multis nominibus commendant? Virtutum enim merito nunquam à dignitate, quantum per instituta nostra licet, vacauit. Aquitaniæ Prouinciam quartùm rexit, suis omnibus summoperè charus & reuerendus. Per continuos triginta & amplius annos non cessauit à prædicando Dei verbo, singulis Aduentus & Quadragesimæ feriis, non minori fructu quàm plausu. Morum sanctimonia simul atque animi eruditione, dicendi facundia, gubernandi peritia celebratus fuit. Post annos quadraginta octo quàm indefesso cursu ad perfectioris vitæ metas properauit, in mortem incurrit, quæ laboribus finem, meritis coronam, imposuit. Et ita depositus est ad patres suos in Cœnobio Tolosano S. Rochi, die ipsa S. Michaëlis Archangeli XXIX. Septemb.

Obit. Sororis Mariæ Pharoniæ. 13. Præcesserat ab initio anni & die Ianuarij mensis XXIII. funus Virginis sanctimonialis apud *S. Eliam* (cuius nominis Cœnobium est *Messanæ*) ordinis nostri professæ. Nomen illi Soror *Maria Pharonia*, genere quidem nobilis, sed magè virtutum exemplo. Genus trahebat ab illustri Pharoniorum familia, è *Pharonii.* qua fratrem ipsa habuit Catanensem Episcopum *D. Antonium Pharonium*, nepotem Syracusarum quoque Antistitem *D. Paulum Pharonium*. A primis annis durum vitæ institutum, quod Moniales Ordinis nostri tenent, vltro complexa est, longamque ætatem in eo perseuerauit. Nulla virtus aut pietatis exercitatio fuit in qua non excelleret, vt adhuc superstitis sanctitas, à domesticis & externis obseruaretur, prædicaretur, coleretur. Tabulæ Romanæ elogium ei ascripserunt, Siculæ, *Pœnitentiæ specimen* indigetant. R. P. Octauianus Caietanus è Societate Iesu memoriam eius in Chronico Siculo quod edidit celebrat. Cœlesti lumine dum spiritum ageret mirabiliter circumfusam qui adierant obseruarunt, quo autem sensim morti vicinior, propinquiorque fiebat eo lumen clariùs ac splendidiùs enitebat, quoad tandem miro quodam fulgore viuidum vegetumque, cum ipso piissimæ Virginis spiritu, in cœlum subire visum est. Hoc æternitatis præsagio sanctitas eius maiorem apud mortales fidem venerationemque promeruit.

An. M. D. C. V.

1605.

Conuentus Muchamieli. 1. Viguit hoc anno nihilominus quàm superioribus rerum nostrarum progressio, apud Italos præsertim & Hispanos. Et hi quidem anno ineunte *Valentiâ* versus *sinum Illicitanum* progressi, ad ignoti ferè nominis oppidum, *Muchamiel* vocant, in diœcesi *Orcelensi* consederunt. Describitur à nostris vna leucâ supra portum *Illicitanum*, secùs fluuium eiusdem nominis vbi à Geographis collocatur, si qui coniecturæ locus esse posset, quantùm videtur à nomine, antiquorum *Apiarium* siue *Mellariam* dicendum crederem, quod magis illi videtur conuenire quàm oppido *Biar* siue *Binar*, quod recentioribus placet. Sed nihil affirmo. Ad illud *Muchamielam* ædicula erat *B. Mariæ V. à Monteferrato* sacra & Eramo insignis, quam *R. P. Martinus Villagomezius* à Reuerendissimo *D. & P. Andrea de Valaguer*, *Orcelis* Episcopo impetrauit, in eamque suos die sancto Epiphaniæ induxit, anno tamen in proximum sequente in oppidum ipsum migrauerunt, longiùs enim à populi frequentia & necessariis ad vitam commodis alter ille locus positus erat, cœperuntque Cœnobium ad turrim *Morterellam* quæ interiacet oppido & suburbanis ædibus exædificare, titulum verò à *B. P. N. Francisco* imposuerunt.

Muchamiel. Origuela.

de Villagomez de Valaguer

1606.

Conuentus Veræ. 2. Ad VI. Martij Granatenses in *Virgos* transierunt, quorum nunc oppidum *Vera* dicitur, quod ab Antiquis *Varcam* siue *Abderam* nominatum aliqui volunt, de origine ac significatione nominis Hispani non conueniunt, sunt qui à vere *Veram* deducant, & significatam dicant cœli aëriisque temperiem, alij ab Arabibus

Vera.

Digitized by Google

1605. bibus nomen repetunt aiuntque campum ſiue planitiem debere intelligi, ſed hæc ab inſtituto noſtro tantiſper aliena ſunt. *Varea* igitur Vrbs olim Epiſcopalis in ora *Baſtetanorum* littorali, in confinio regni *Muricenſis* & *Granatenſis*, inter *Carthaginem* nouam IX. & *Charidemum* promont. v. leucis ſita eſt, atque à *Virgi* quidem proximus ſinus Virgitanus qui nunc *Golfo de Cartaiena* nomen accepit. In eam ſuos eduxit *R. P. Ioannes Piña de Celis* Prouincialis apud Granatenſes, & domicilium quod iam tum ſexdecim caperet inſtituit. 1605.

Conuentus Florentiæ II.

3. Hoc progreſſu auctæ res Hiſpanorum, nec minus benè cum Italis actũ. Nam & Neapolitani & Tuſci terminos ſuos produxerunt, conſtitutis illi duobus (niſi fallor) domiciliis, hi vno ad Florentiam. Diximus iam antè annos pluſquam viginti Cœnobium in Vrbe ipſa *Florentiâ* exædificatum, nunc verò primùm aut certè haud multùm ante hoc tempus alterum loco amœniſſimo extra Vrbem ac ſecus muros excitatum eſt, beneficio Nobiliſſ. Equitis *D. Alexandri Strozæ* Florentini ciuis, non defuit tamen liberalitas Mediceorum & Auſtriacorum Principum, qui ſumptus ad homines noſtros alendos pro ſuâ munificentiâ contulerunt. Nomen habet à *B. P. N. Franciſco* quem accolæ pio animo proſequuntur.

Firenze.

Conuentus Capuæ.

4. Illi *Capuam veterem* venerunt, quæ nunc ingens pagus *S. Mariæ* nomine, duobus à *Capua noua* ſtadiis, vbi antiqua nobilis olim & præclaræ Vrbis monimenta viſuntur, & Cœnobium quidem noſtrum antiqui Capuani Capitolij ſiue Palatij ruderibus inædificatum creditur. Gaudet ſaluberrimo aëre cœlique temperie iucundiſſima, proximarum verò vrbium opportunitate quam maxima. *Capua* vt dixi paucis inde paſſibus ad *Vulturnum* fluuium Vrbs Archiepiſcopali dignitate clara, magnifica ſatis & commodè habitata, *Neapolis* Vrbium tota regione mater XVI. paſſ. millib. haud amplius diſſidet. *Vulturni* oſtiũ & mare ad duodecimum lapidem eſt. Ager multa rerum vbertate omniumque deliciarum copiâ diffluit. Autor eius Cœnobij fuit *R. P. Ignatius à Capua* eloquentia & eruditione tota Italia celeberrimus, cui ob inſigne meritum publicam ſtatuam Veneti dicauerunt, opus permiſit & probauit Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D.* & *P. Robertus* Cardinalis *Bellarminus* Archiepiſcopus Capuanus è Societate Ieſu, qui & nomen indidit ſui tituli *S.* nimirùm *Mariæ in Via-cæli*. Solet ab incolis & aduenis magno concurſu frequentari.

S. Maria.

Capua.

Conuentus Caſertæ.

5. A *Capuâ* in proximam ad quatuor ſtadia vrbem Epiſcopali ſede florentem & Comitatus titulo inſignem *Caſertam* nomine, quam & *Tifatam* ſunt qui dictam velint, vnde nomen montibus qui *Campaniam* à *Samnio* diſterminant, atq; inter *Capuam* & *Nolam* protenduntur, quibus & *Caſerta* inſidet, conceſſerunt. Tempus haud omninò certum eſt ex Annalibus noſtris, non temerè tamen ad hunc annum conſignari poſſe ac debere iudicauimus. Fundatorem ſe nobis vlterò exhibuit Illuſtriſſ. & Generoſiſſ. *D. Andreas Matthæus Aquauiua Arragonius*, *Caſertæ* Princeps & *Bellantij* Marchio Aurei velleris Eques apud Chiffletium 309. qui Cœnobium apud luculentum prædium ſuum ædificari voluit, nomenque habere à *B. P. N. Franciſco*, quem ſpeciali cultu venerabatur. Agitur dedicationis eius anniuerſaria memoria Dominicâ primâ menſis Maij, quo potiſſimùm tempore magnus fit omnium accolarum concurſus qui vota ſua perſolutum veniunt.

Caſerta.

Aquauiua d'Arragon.

Capitulum Gen. XXXII

6. Intereadùm tempus appetiit generalis Conuentus celebrandi. *Genuam* indictus erat, quò ad Pentecoſten veniendum fuit, ſecundo antè die, Maij ſcilicet XXVII. conſedere cœperunt. *Hebertus* Generalis de rebus in ea congregatione gerendis elegantem grauemque orationem habuit, ac ſubinde nonnullas priuatorum controuerſias ex æquo & bono compoſuit. In craſtinum de conſcribendis & accipiendis ad ea Comitia Patribus cognitum eſt (à ſingulis enim Prouinciis actores deſtinantur, de quibus videndum eſt ſi legitimè ac ritè ſint electi) cooptatis vt decebat omnibus, qui Acta exciperet datis ſuffragiis electus eſt *R. P. Hieronymus Brutarius* Prouincialis Lombardiæ, vir doctus & eloquens, vt anteà meminimus. Altero demùm die qui fuit XXIX. Maij ſacro Pentecoſtes feſto celebri, adornatæ, viâ vt loquuntur Spiritus ſancti, ele-

Brutarius.

1605. Generalis XXXIII.

ctiones nullo negotio feliciter succeſſerunt. Matutinis horis *R.P. Stephanus Augerius* vnanimi ſuffragatorum conſenſu in totius Ordinis Generalem ex Prouinciali Venetiarum delectus eſt, aſcripto in Actis luculentiſſimo elogio, vt reuerâ de illo dici poſſit Deceſſorum neminem fuiſſe qui gratior acciderit. Delata ei poſt ſolemnes precationes obedientia ex ritu & more. Veſpertinis horis conſimili animorum & votorum paritate ſublecti Collegæ. Italus fuit *R.P. Eugenius Campo clarus*: Gallus *R.P. Bartholomæus Prouſt*: Hiſpanus *R.P. Marcus à S. Hieronymo*, quos omnes meritis laudibus opportuniùs proſequemur. Nec mora, in Zeloſum cooptatus *R. P. Hieronymus Durandus* antiquior Generalis, pluribus incertũ ſuffragiis an maiori deſiderio, qui ab omnibus palam & apertè depoſcebatur. Deinceps verò inſtaurato per duos dies conſeſſu plures ſanctiones editæ ſunt in publicum priuatumque commodum, ſed de his, vt cœpimus, non agimus: in acceptum etiam relata ſunt quæ ab vltimis Actis memorauimus magnâ parte Cœnobia, Genuenſis Prouincia in antiquum locum reſtituta eſt qui Lombardiæ inconſulto datus fuerat, hæc inquam & ſimilia conſtituta ſunt, de quibus aut iam egimus, aut in futurum dicemus. Vnum nobis excidit *Semurienſe* in *Mandubiis* Cœnobium, aut veriùs nobis eius nunc primum mentio ſe obtulit, quam opus eſt vt retractemus, ſi prius tamen indicto Maſſiliam in proximum Capitulo finem his Actis factum fuiſſe dixerimus.

1605. *Angier.*

Collegæ. Procurator Gen. XXXIII.

Prouſt.

Conuentus Semurij.

7. Age igitur nunc *Semurium* adeamus vrbem Ducatus Burgundiæ in diœceſi Auguſtodunenſi, regia præfectura, quam Bailliuatum vocant, inſignem. Ea eſt ad *Armentionem* fluuium, *Auguſtodano* in Septentrionem, *Altiſſiodoro* in Orientem, *Diuioni* in Occaſ. *Mandubiorum* primaria, tribus conſtat partibus, ſuis ſingulæ muris inſtar oppidi cinctæ, ſitus illis inæqualis inter rupes & montes, ad quos planus ab Oriente tantum patet aditus, in veruſtis monimentis dicta legitur *Sine-muro* & *Sinemurus*, recentiores Geographi *Sinemurium* vocauerunt Iconem dedit Belforeſtus in ſua Coſmographia. Memorabile in ea maius templum B. Mariæ ſacrum & Benedictinis ſodalibus addictum, in quo B. Virginis annulus aſſeruatur. Ad pontem Armentionis fluuij, quâ decliuis mons, Hoſpitale eſt quod vocant S. Iacobi, atque in proximo Cœnobium noſtrum abſoluti & magnifici operis, quod *R.P. Petrus Petaſius* architecturæ, ſed & totius encyclopediæ peritiſſimus delineauerat. Nomen ab hoſpitali ſeu Xenodochio cui coniunctum eſt retinet S. Iacobi proinde titulo eſt inſigne. Incolæ in noſtros ſe liberales & beneuolos nunquam non præſtiterunt. Reuerendiſſimus *D.* & *P. Petrus Saulnier* Æduenſis Epiſcopus apud Robertum lxxxvi. prolixè fauit & nouæ domus incunabula ſtudioſè fouit.

Semur en Auxoi S. Armentin.

* Electio Pont. Rom.

8. Ecce autem dum ſe noſtri ad generalem congregationem apparant geminata morte Sedem Apoſtolicam deſtitutam fuiſſe nunciatum eſt. Nam & *Clemens* VIII. Pontificiæ ſollicitudinis onere preſſus, poſtquàm duodecim annos integros Eccleſiam ſanctiſſimè rexerat & Pontificis verè Maximi laudem promeruerat, die menſis Martij III. ad ſuperos (vt meritò creditur) fuerat euocatus; & qui locum eius magna purpuratorum Patrum ſuffragatione capeſſiuerat *Leo* XI. intra paucos dies maiori Chriſtianæ Reip. luctu dicam, an damno abſumptus fuerat & cœlo reſtitutus. Ac in Leone quidem priuatæ ſpes noſtræ cum publicis perierunt, quod vt obiter indicem ex iis quæ de illius electione ab Andræa Victorello prædicantur, non erit importunum. *Primo* ait *Aprilis die* in D. Franciſci de Paula *Sancti tituli à Leone X. nobilitati &* Medicæorum Pàtroni *pervigilio an.* 1605. *Cardinales ampliſſimi Apoſtolorum cœtum referentes diuino ſpiritu afflante Cardinalem Florentiæ priſcæ virtutis & exempli Senatorem, quem integritas fuco non oblita, inſignis morum candor, fidei proferendæ ardor, animi magnitudo, munificentia, humanitas, rerum vſus, oris grauitas, ſpeciei maieſtas commendabant, &c. ad Apoſtolicæ Sedis apicem prouexerunt.* His vero vt diximus, ſublatis & Comitiis denuò inſtauràtis *Camillus* Cardinalis *Burgheſius* in ſupremum totius Eccleſiæ Antiſtitem & Chriſti Vicarium, conſentientibus conſcriptorum Patrum animis & votis, electique meritis exigentibus, cum populorum plauſu & acclamatione delectus eſt optato *Pauli* V. nomine. De cuius quidem in ſe animo

Digitized by G

1605. mo ac beneuolentia noſtri non temerè confiſi ſunt, qui conditos apud ſe *Marcum Antonium* Pontificis Patrem, *Flaminiam Arſaliam* matrem, *Horatium* & *Hieronymum* fratres, & eiuſdem gentis alios, quaſi depoſita Pontificiæ benignitatis pignora tenebant. Spei euentus non defuit, nuper enim electum Pontificem cùm *Augerius* Generalis ex more ſalutaret, atque Ordini Protectorem poſtularet, eundem, quem antè donatum ſacra purpurâ *Scipionem* nepotem ſuum, in rerum Eccleſiaſtici Status omnium, etiam militarium, præfectum ſupremumque moderatorem delegerat, Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum *D. Marianum Perbenedictum* Camertem *SS. Marcellini & Petri* Cardinalem Ordini noſtro Protectorem, non obſcura ſui erga nos animi ſignificatione, dedit. Atque is inter Protectores, quorum fidei & diligentiæ commendati ſumus, ſi Clementem Pont. dignitatis cauſa vt decet excipimus, octauus, nihil minùs à Deceſſoribus egit quò rebus perſoniſque Ordinis conſuleret. Sed hæc nos in progreſſu amplius exequemur. Pontifex ipſe, hoc eodem anno, cùm accepiſſet quàm breui ſpatio Generalatus officium definiretur, & quàm eſſet difficile vt per illud tempus, quod trium tantùm annorum erat, Prouinciarum viſitatione, quæ in dies amplificabantur, Generales perfungerẽtur, aliiſque de cauſis, motu proprio, ex certâ ſcientiâ, & merâ deliberatione ſua à nullo impulſus aut rogatus, vt ipſe profitetur, & iam electum Generalem, Collegas & Zeloſum ad annos ſex in officio permanere, ac eligendos deinceps integro ſexennio ſuum officium quacunque contradictione poſtpoſitâ, exercere voluit, mandauit, & edito diplomate Calendis ipſis Octobris cui eſt initium, *Cùm ſicut accepimus, &c.* ſanciuit. Extat apud noſtrum de Pereinis, & alios. Enimuerò Pontificis Optimi mentio nos admonet vt familiæ ſuæ memoriam, quam in æde ſanctiſſimæ Trinitatis priuatis cùm ipſe, tum nepos Scipio monimentis conſecrarunt, publicam (niſi velimus ingrati videri) faciamus. Quæ igitur in Romana æde noſtra & gentis Burgeſiæ ſacello proſtant monimenta reponimus.

1605. Protector VII.

Prorogatio Gen. ad annos ſex.

Monimenta gentis Burgeſiæ.

D. O. M.

Mar. Antonio Burgeſio Aduocatorum Conſiſtorialium Decano, magno Pauperum aduocato, variis in muneribus publicis apud octo Pont. Max. expectatæ prudentiæ & integritatis. Camillus Bononiæ Vicelegatus, Horatius Curiæ cauſarum Cam. Apoſt. Gen. Auditor. Franciſcus & Ioannes Bapt. Filij poſuere. Vixit ann. lxix. menſ. xi. d. xi. obiit poſtrid. Id. Iun. 1574. Iidem hoc ſacellum annuo reddito attributo ad rem diuinam faciendam curarunt.

D. O. M.

Flaminiæ Arſaliæ rari & incomparabilis exempli fœminæ, matri optimæ Camillus Bononiæ Vicelegatus, Horatius Curiæ cauſarum Cam. Apoſt. Gen. Auditor, Franciſcus, & Ioannes Bapt. Vixit an. xlv. Obiit prid. Id. Decemb. 1575. Hieronymo ſumma ſpe & animo & ingenio prædito fratri chariſſimo, poſuere. Vixit an. xxiii. d. xv. Obiit xiv. Cal. Decemb. 1578.

Horatio Burgeſio Cameræ Apoſtolicæ Auditori, in maiori de ſe excitata ſpe vita functo. Vixit ann. xxxvi. menſ. viii. d. xv. Obiit v. Non. Octob. anno 1590. Paul. V. Pont. Max. fratri ſuo optimo.

D. O. M.

Hortenſiæ Burgeſiæ matronæ generis ſplendore, pudicitia, omnique muliebri laude clariſſimæ, Scipio Burgeſius S. R. E. Presbyter Card. Pauli V. Pont. Max. ſororis filius, Maior Pœnitentiarius ac Bononiæ Archiepiſc. matri pientiſſimæ ac bene merenti poſuit, ætatis ann. xxxvii. Obiit die xiii. Iunij 1598.

Digitized by Google

1605. *Vt quotidiano ſacrificio in perpetuum animæ Hortenſiæ Burgeſiæ ſuffragentur huius templi Sacerdotes, Scipio Burgeſius Card. pietatis in opt. parentem memor, annuo attributo redditu officiosè curauit, &c.* 1605.

Ob. F. Ioannis à S. Maria.

9. Viciſſim autem hi tumuli nobis in mentem reuocant noſtrorum funera, quibus hunc vt cœpimus annum abſoluamus. Et certè quibus ego laudibus prædicem beatæ memoriæ virum qui hunc ab initio annum ſuâ morte conſecrauit, neſcio. Ille Oblatum quidem profeſſus atque adeò profeſſione nouiſſimus, virtutum tamen exemplo & miraculorum patratione quamplurimis excelluit. Oriundus ille *Lacunæ Valliſoletani* agri pago, tribus ab Vrbe ipſa Valliſoleto paſſ. millib. diſtante, patre agricola & magna rerum domeſticarum penuria laborante, nomen habuit *Ioannes à S. Maria*. Natus annos quatuordecim, paterna domo Hiſpalim profugit deſiderio melioris fortunæ, ſed cùm experientia eum docuiſſet inter ſæculi turbas magnum ineſſe ſalutis periculum, poſtquàm annos ſex in eo vitæ lubrico pependerat, gradum figere, vbi quam maximè poſſet extra aleam conſiſtere, deliberauit. Cùm igitur ad noſtros *Trianam* diuertiſſet, animique propoſitum inter expiandum peccata viro probo & prudenti communicaſſet, viſum ſibi eſt noſtrum viuendi inſtitutum conſilio quod ceperat maximè accommodatum. Zelo enim pœnitentiæ ſuccenſus, hoc quam maximè optabat vt duriſſimum ſibi vitæ genus contingeret. Cùm igitur noſtro durius nullum crederet, magno illud animo expetiit, quam gratiam ille an. 1553. conſecutus eſt. Ab eo tempore totus incubuit in perfectioris ſublimioriſque vitæ ſtudium, humilitas eius continentiaque tanta, tàm promptus ad obſequendum animus, vt in ipſo tyrocinio magiſtris crucem figeret, qui ſupra nauram aliquid in eo mirabantur. Sed cùm tempore hoc demùm conſecutus eſt, tanquam qui nunquam defecerat, nunquam remiſerat ſeſe, vt longo alios interuallo poſt ſe reliquerit. Annos totos triginta quatuor calceos non induit, ſed nudis pedibus inceſſit per acutos lapides, lutulentas vias, & omnis generis offendicula, quibus tamen inquinatus aut læſus aliquando non eſt. Per annos quadraginta vino abſtinuit, pauciſque tantùm ad panem leguminibus vſus eſt, quoad ingraueſcente ætate per obedientiam nonnihil vini deguſtauit veriùs quàm bibit, tantumque alterius obſonij atque vini admiſit quantùm neceſſarium erat ne ſuperiorum mandatis reluctatus videretur. Lecto nunquam viſus eſt decubuiſſe, recipiebat ſe vt ſomnum caperet infra gradus, quibus in ſuperius tabulatum aſcendebatur, adeò anguſto loco vt niſi cum magno corporis cruciatu poſſet conſiſtere. Non prius autem ſe in ſordidum angulum recipiebat, quàm alij ad matutinas preces euigilaſſent, cùm ipſe ad illud tempus in Choro perſtitiſſet, orationi, quam fixis genibus ſemper habebat, inſiſtens, atque ſe duriſſima & penè incredibili verberatione dilanians. Vnica veſte contentus nullũ præter eam indumentũ admiſit, cilicio nunc ex pilis, aliquando ex ſparto, nonnunquam ex ductitio ære contexto carnem affligebat, hocq; vnum veſti ſupponebat aliâ interulâ nunquam vſus, & ex illis quidem vnum aut alterum induebat cum de ſolito rigore nonnihil ex neceſſitate remittendum erat. Homo enim ad ſubigendam carnem ingenioſus, ſibi ipſe inuiſum hactenus inuſitatumque cilicij genus confecerat, ſoleas vaccinas ære ductitio alias aliis ſic intexuerat, vt in loricæ modum corpus circumponerent conſtringerentque à ſcapulis ad crura, ſoleis infixi claui qui punctim corpus ferirent, eo ille tormento tantùm nonnunquam premebatur vt animi deliquium paſſus in terram quaſi exanimatus procideret, cuius certè caſus cùm alij alias cauſas prætexerent, nemo tamen vnquam crudele inuentum deprehendit. A morte ſolummodò id cognitum, cùm eo tamen cilicio vtplurimùm indutus eſſet. Hoc autem ſibi tùm Illuſtriſſ. & Nobiliſſ. *D. Ioanna de Sandouala, Ioannis Manuelis Perez de Guſman* cõſors votis omnibus expetiit, nec denegandum fuit pientiſſ. fœminæ quod petebat. *Guſmannus* enim maritus Comes tunc *Niebla*, ac mortuo patre Dux *Methymnæ Sidoniæ*, ex voto B. P. N. nuncupato natus, filius erat *Alfonſi* cognomento *Boni* Fundatoris noſtri aliquammultis

1605. quammultis locis munificentiſſimi, vt anteâ meminimus. Vterque inter Equites aurei velleris annumeratus, & pater quidem apud Chiffletium 245. filius verò 528. recenſetur. Inter hæc *Ioannes* noſter à laboribus non ceſſabat colligendis per vrbem eleëmoſynis inſudans, quas admodùm copioſas ſanctitatis quæ apud populum increbuerat merito & intuitu accipiebat. Nemo enim non ſperabat ſe à Deo, ſerui ſui meritis, in centuplum remuneratum iri. Nec vana fides, adhuc enim ſuperſtes quamplurima miracula edidit & patrauit. Mortuos enim ſuſcitaſſe dicitur, aut certè pro mortuis habitos, plures quos Medici deplorauerant reſtituit, & contrario quam vtile per homines videretur remedio liberauit; effuſos in vineas bruchos nocentiaque animalcula oratione fugauit, in verbo eius piſces prenſi ſunt non ſemel, poſtquàm omnis hominum ars & induſtria defecerat; res occultas, longè poſitas, futuras propheticâ gratiâ certiſſimè cognouit, deprehendit, prænunciauit; infusâ etiam ſcientiâ ſcholaſticas difficultates altiſſimè penetrauit & diſſoluit. Sed hæc aliaque multa ſingillatim non enarramus, quæ iuſtam hiſtoriam deſiderant & noſtrum inſtitutum ſupergrediuntur. Nec attinet dicere quem finem exitumque habuerit, qui ad eum modum vixerat. Per vltimam ægritudinem in lectum generoſus athleta non reclinauit, cùm tamen in proximo mortem perſentiſceret ſibique diem extremum adeſſe ſemel & iterum de morbo rogantibus ſecurè ac dubio procul reſpondiſſet. Ipſo die quo viuis exceſſit, cùm ad auroram pulſaretur, monendum rogauit Correctorem ſibi de rebus ad exitum & Chriſtianum finem neceſſariis prouideret, eum ſibi diem ſupremum eſſe ac mox de ſtatione diſcedendum, nemo dubitauit quin vera homo Dei loqueretur: ipſe igitur ſe ad mortem aliis iuuantibus, ſana mente, integris ſenſibus, de futuris circumſtantes admonens & exhortans, comparauit, horam non tranſgreſſus quam deſignauerat, eodem illo die, quietè, tranquillè, ſuauiter expirauit. Dies is fuit 11. Februarij, cui Occurſus Domini nomen à Græcis, & quo nos B. Virginis Purificationem recolimus. Corpus tres integros dies ex populi voto coram proſtitit, dici non poteſt qui concurſus, quæ frequentia, quæ celebritas ſeruum Dei exceperit. Funus peractum ſolemni pompa, ſacrumque pignus inſigni loco depoſitum miraculis in dies coruſcat. Votiuæ illi tabulæ plures appenſæ ſunt & ad ſepulchrum lampas dies noctesque ardet. *Xera limitanea* tam pretioſo munere gaudet vbi per annos xxxv. continuò verſatus eſt. Maioris templi Sodales & Ciuicus Magiſtratus ad alterum annum de miraculis & vita eius inquiri per litteras petierunt ne tanti viri memoria excideret. *R. P. Rodericus Xmenes* Prouincialis Hiſpalenſis ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo D. *Ferdinando Niño à Guenara* Hiſpalenſi Archiepiſcopo litteras impetrauit, quibus ea res R. D. *Alphonſo Canallero de los Olmos* Archiepiſcopi apud Xeram Vicario committebatur. Ex ea facultate proceſſus haberi cœpit quo inſignia & plurima ſerui Dei miracula comprobata ſunt & indubitata ſanctitas deprehenſa. Patres Barcinone nuper congregati de illius Beatificatione vt loquuntur proſequenda & impetranda decreuerunt. Tabulæ Pariſienſes Zelo pœnitentiæ & vitæ auſteritate admirabilem atque ſilentij cuſtodem ſtrictiſſimum indigetant, aliæ luculentiora etiam elogia continent.

Xera de la frontera.

Ximenes. Niño de Guenara. Canallero de los Olmos.

10. Sed nos non vltra progredimur, niſi fortè ad allegendum funeris comitem quem nobis hoc eodem anno *Matritum* dedit. Nimirùm in ea regia vrbe *R. P. Ioannes Ponce de Leon* ciuis ipſe Matritenſis è primariâ familiâ, poſtquam annos quadraginta in auſterâ profeſſione perſeuerauit & communem viuendi rationem inſolitis ac ſingularibus virtutibus exaggerauit, naturæ conceſſit & nobis ſublatus eſt. Seceſſus ac ſolitudinis præcipuo amore tenebatur, quam nemo (dicebat) vnquam eſt aſpernatus niſi qui expertus non fuit, eiuſque dulcedinem per otium non guſtauit. Pietate in Deum, modeſtia, grauitate quam prona & dulci affabilitate condiebat inſignis fuit. Aduerſa ſemper valetudine vſus, ſuorum tamen ſtudia qui eum ad Ordinis dignitates depoſcebant non effugit, quas ille ſuam infirmitatem cauſatus, quoad potuit, aut deuitauit, aut recuſauit. Non potuit tamen efficere quin Regis ſui commendatione

Ob. P. Ioãnis Ponce de Leon.

Ponce de Leon.

Digitized by Google

1605. apud Patres Valentiæ quintùm consistentes ad supremam Ordinis dignitatem flagitaretur, quod eo inscio apud optimum Principem virtutis eius admirator Illustrissimus & Reuerendissimus *D. Garsias de Loaisa* Toletanus Archiepiscopus procurauerat. Sed qui per se oblatas dignitates declinauerat, quæsitam Deo prouidente non accepit, ne à cella protraheretur qui eam vnam singulariter adamabat. Priuatam igitur vitam quam delegerat sic egit, vt meritis ac virtutibus plenus, & apud suos gratiosus obierit. 1605. *de Loaisa.*

An. M. DC. VI.

1606.

Conuentus Castilionis. 1. CEcidit & ad hunc annum rebus nostris feliciter. Et certè nostrorum industriæ & labori ad propagandum Ordinem felicitas splendidè ac pro voto aspirauit. Itali & Hispani designatum habent tempus Cœnobiorum quæ acceperunt, reliqua in incertum feruntur. Primi ex Italis Lombardi ad fines Cremonensis & Cremensis agri constiterunt, anno primum ineunte & die Ianuarij VI. Est enim supra *Ripalitellam*, in dextra *Serij* amnis ripa *Castilio*, propugnaculum olim à Cremonensibus exædificatum aduersus Cremenses quâ proximè illos contingunt, quare non malè, puto, à quibusdam *Castrum-leonis* nominatum est, subiacet ditioni *d'Analorum* Marchionum, de quibus iam antè diximus. Quingentis ab ipso *Castilione* passibus perstabat vetus ædicula *B. Maria à Stella* nuncupata, cui sub eo nomine festum peragitur die VIII. Septemb. quâ eiusdem B. Virginis Natiuitas recolitur. In eam nostros induxit *R. D. Iulius Vertura* facultate abs Illustri & Reuerendissimo Cremonensi Episcopo accepta; adstructum Cœnobium, non amplum quidem, sed elegans, nitidum, & affabrè compositum est. *Rinoltella. Serio. Castiglione, d'Analos. Vertura.*

Conuentus Neruij. 2. Ligures paria Lombardis fecerunt *Genuâ Neruium* progressi ad Orientalem Genuensium oram. Vicus est modicus quinque passuum millibus infra Vrbem loco quidem prominenti situs atque in ipso maris littore, sed cui ad amœnitatem salubritatemque nihil deest. Inibi sedem fixerunt nostri & ad XXIX. Septemb. domicilium sibi constituerunt loco admodùm commodo, in quo neque hortorum deliciæ, neque aquarum venæ naturalis abundantia desideratur. Iuuerunt hæc primordia cùm incolæ, tum Ciues Genuenses, qui oblectationis causâ in eum vicum rusticatum veniunt; atque imprimis Cl. & Nobil. *V. D. Andreas Facius*, qui eius operis præcipuus incentor fuit. *Nerui.*

Conuentus Saldañæ. 3. Hispani, Ligures aliquãto tẽpore præuerterant, ad diem nimirùm eiusdem mens. Septemb. VIII. *Legionem Castellani* transierant, & in Vrbem Legionensis agri quam populares *Saldaña*, vocant accepti fuerant. Ea ad montes eius regionis & caput *Palantiæ fluuij* supra *Legionem* in Ortum. Nostris verò in oppidum illud deducendis operam dedit Clar. V. & *R. D. Martinus de Cardenas* Doctor Theologus, Generalis Ordinis *S. Antonij* per Hispaniam ac deinde Prior *S. Michaëlis de Escalada*, qui ædes à nobilibus Equitibus *los Rumines de Celis* comparauit & redditus annuos attribuit. *R. P. Sebastianus de Baibas* Prouincialis rem promouit obtenta Regis facultate atq; R. Legionensis Episcopi *D. & P. Andreæ Casso* licentia, qui quidem nostros magna charitate ac beneuolentiâ complexus est. *Saldagna. Carrion. Leon. de Cardenas los Rumines de Celis. Casso.*

Conuentus Venasci. 4. Galli Prouinciales agente *R. P. Ioanne Brano* Scoto ab hoc anno locum in oppido diœcesis *Carpentoractensis* nacti sunt. Id oppidum illocatum montibus à decurrente non procul fluuio *Nesca* nomen habere videtur, *Venascum* enim dicitur, siue vt aliis placet *Venaisum* vsus tamen alterum illud nomen magis probat, *Carpentoracte* supra est in Vulturnum, *Montibus* & S. *Desiderij* fano propinquum in ditione Pontificia. Et locum quidem ad illud oppidum largitus est R. *D. Horatius Caponius* Florentinus Carpẽtoractensis Episcopus, ædem nimirùm perantiquam, licet angustam, incolarum tamen & aduenarum magno miroq; concursu frequentatam, vt quam *B. Mariæ à Vita* Imago diuinis virtutibus conspicua & à qua est ædiculæ nomen, commendat. Magnas ab initio rerum angustias experti anno demùm 1613. ampla pientissimæ matronæ *Nesque. Venasque. Carpentras, lez Montagnes S. Didier. Capon.*

1613.

largitione

Digitized by Google

1606. largitione recreati ſunt, & ſatis numeroſam familiam illuc deduxerunt. Nobilis nimirùm D. *Magdalena d'Eſſa*, vt legit Iſnardus, vt verò habet diploma *de Lagnet.* *Vrbani* VIII. an. 1625. ſub die 14. Ian. *de Lagnet*, Domina de *Cauſans* (quæ ditio eſt in eadem Prouincia) pecuniam noſtris numerauerat ædificãdo Conuentui pro arbitrio Patrum impendendam, *R. P. Hieronymus Durandus* pro tempore Prouincialis eam nouæ huic domui attribuit quæ alioqui defluxiſſet, nobili verò fœminæ Fundatricis honos in proximis generalibus Comitiis meritò delatus eſt. Verùm de donatione Magdalenæ relegendum prædictum *Vrbani* VIII. diploma quod in Regiſtro Pont. dabimus. Situs Cœnobio peramœnus, quod Iſnardo qui coram vidit credendum eſt. 1606.

5. Lugdunenſes etiam Optimi Principis *Henrici Borbonij Monpenſerij*, quem *Bourbon.* non ſemel laudaimus, liberalitatem & magnificentiam experti ſunt. Is ob ſuſceptam ad alterum annũ prolem gratias interuentori ſuo B. P. N. habiturus veteris Caſtri locum & rudera in Principatu *Dombarum* apud *Montem-Merule*, ſecùs *Ararim*, illis donauit. Adiunctus eſt Prioratus *S. Trinitij* qui ſupra ipſum *S. Trinitr. Montmerle.* *montem Merule* verſus Orientem in ipſo *Dombarum* agro non procul omninò eſt. De prole *Henrico* Duci conceſſa diximus in antecelſum. De Caſtro id tantùm accepimus, ab antiquo inædificatam monti arcem quæ longè lateq; per *Ararim* dominaretur, eamq; gentis *Borbonie* fuiſſe, quam demùm proſcripto *Carolo* familiæ Principe *Franciſcus* I. Rex deijci & ſolo æquari mandauerit. Mons *Saone. Maſcon. Lion.* ipſe vnde *Merula* nomen acceperit non conſtat, certè ab *Araris* ripa ſenſim aſſurgit, infra *Matiſconem* quæ ad Septentrionem & ſupra *Lugdunum* in aduerſam partem ſiue Meridiem. Adhæret permodicus viculus, cui ab eodem monte nomen. Caſtri aream noſtri occupant, vbi non contemnendi operis Cœnobium exſtruxerunt. Aedes ſacra, *B. Mariæ Virginis*, à qua nomen ducit, Imaginem habet ad quam multa diuinitus eduntur. Eam frequentant accolæ, ſed qui *Ararim* nauigant præcipuè B. ipſam Virginem inuocare conſueuerunt eiq; vota ſua nuncupare. Omninò ſeceſſus eſt maximè iucundus, & ad colligendum animum aptiſſimus, quem *R. P. Ludouicus de la Riuiere* præclaro ru- *de la Riuiere.* per opere adauxit & decorauit, ſed longè præſtantioribus ingenij & calami monimentis excolere non deſinit. Conuentus Montis-Merulę.

6. At Franci non vno loco ſedem fixerunt, quod *R. P. Claudij Viuierij* Franciæ tunc primùm Prouincialis, indefeſſo ſtudio, perſpectiſq; meritis debent. Ille nimirùm & *Caſtro Theodorici* & *Compendij* miro applauſu concionatus à Ciuibus expetitus eſt, vt deducta ſuorum familia gratiam prorogaret quam prærogauerat. Id in Acta Prouincialia huius anni relatum, ac ſubinde miſſi qui nouas ſedes adornarent. Prima Caſtro-Theodorici ſtatio haberi cœpit, quæ Ciuium liberalitate ac noſtrorum laboribus exculta intra breue tempus mirificè profecit. *Caſtrum-Theodorici* ad fines *Campanie* & *Brie*, ac huius quidem vt vult Duchenius caput, Vrbs eſt elegans & ſatis copioſa. Nomen habet à conditore ac prima loci conditione, in edito nimirùm colle caſtrum inædificatum fuit atq; per tempus eò confluentibus populis domicilia hinc inde inſtituta ciuitatis tandem formam acceperunt. Ea hodie Ducatus titulo præcellit, ac regia præfectura in reddendis Iudiciis, non ita pridem donata eſt. Inſidet *Marne. Eſperney. la Ferté ſous Iouarre.* *Matronæ* fluuio, *Sprnacum* inter ac *Firmitatem Auculphi*, ſubiacetq; in Eccleſiaſtico foro *Sueſſionum* Antiſtiti. Cœnobium noſtrum in ſuburbio, quod vocant *S. Criſpini* ab inſigni Parochiali Eccleſia qua gaudet, (id ab occidente Vrbis eſt) infra ipſam Parochiam loco in præterfluentem *Matronam* decliui poſitum eſt, & eo quidem percommodo vt qui ſcaturientibus aquis irriguus, florentibus hortis exhilaratus, longè lateq; fuſo proſpectu delectabilis ſit, & ad ipſum vſque fluuium pertingat. Opus affabrè factum, eleganter concinnatũ & abſolutum eſt. Titulũ pro veteri more *Viuierius* indidit à *Ieſu Maria*. R. *D. Hieronymus Henriquinus* Sueſſionum Epiſcopus cœptum laudauit & omni fauore proſequutus eſt, à die XXII. menſ. Martij hoc ipſo anno ædificandi facultate conceſſâ. Lapis primarius in Eccleſiæ fundamenta miſſus eſt anno in proximum conſequente ac Iulij menſis die XXVII. *Viuierio* ſacros ritus obeunte, Conuentus Caſtri-Theodorici 1608.

1606. ac præſente Nobiliſſ & pientiſſ. fœmina *D. Catharina Vrſina* Marchionis Trainellenſis ſorore. Non defuerunt Regis litteræ in rei confirmationem, ac demùm prolixa liberalitas Ill. & Generoſiſſ Principis *D. Franciſci Aurelianenſis* Comitis *Sam-Paulani*, &c. ac lectiſſ. pientiſſq; fœminæ *D. Annæ Nomparis Cammõtiæ* eius conſortis, quam quidem pro merito qui velit laudare, non poſſit niſi ore Hieronymiano Paulæ Romanæ laudationem replicauerit. Hi annuos reditus copioſos & liberales ad an. 1615. præſtiterunt quibus ſe paupercula domus ſuſtinuit, decretus illis Fundatorum honos cum elogio, quod ſuis tamen beneficiis & egregiæ in nos volũtati par eſſe non potuit. Eccleſia, vt loquimur, dicata fuit die IX. menſ. Septembris an. 1618. à R. *D. Renato de Breſlay, Trecenſi* Epiſcopo facta poteſtate à *R. D. Hieronymo Hennequino Sueſſionenſi* Antiſtite, qui ad alterum annum x. Martij ſenio confectus & Gallicanorum Præſulum antiquiſſimus obiit.

1606. *d'Orleans. de Cammõ.*

1615.

Conuentus Compendij

7. Statio altera *Compendij* haud diſſimilem exitum habuit, quam qui ad alterum annum prorogant non conſultò faciunt, id cùm poſſim pluribus documentis probare, vnum quod occurrit tantùm accipio, & illud non Compendienſi modò ſed & Caſtrothericenſi aliiſq; diocœſeos Sueſſionenſis domibus honorificum, & dignum profectò quod huic Chronico inſeratur, etſi plura huiuſmodi non deſint quæ prætermiſimus. Eſt autem facultas noſtris conceſſa per R. Sueſſionenſem Epiſcopum ſæpiùs à nobis laudatum, ſed cuius animus perſpici meliùs non poteſt quàm cum ab eo ipſo ſuiſq; verbis exprimitur. Illa ſic habet.

HIERONYMVS DEI SANCTÆ Q; SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA SVESSIONENSIS EPISCOPVS.

Dilectis nobis in Chriſto Fratribus, Preſbyteris ac Religioſis Ordinis Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula Conuentus Compendienſis. Salutem in Domino ſempiternam.

CVm nihil antiquius habeamus quàm vt religionis Catholicæ cultus in hac noſtra diœceſi Sueſſionenſi indies augeatur, quodque vt expeditius fiat, noſtrum ſit, eos qui totis in id incumbunt nervis, noſtris fulcire præſidijs: è re noſtra viſum eſt vos fratres ſaluti animarum apprimè inuigilantes ad id muneris gnauiter proſequendum noſtris auxiliis proſequi. Quapropter vobis nunc in hoc noſtro prædicto noſtra Diœceſis Conuentu commorantibus, aliiſque Patribus ac Fratribus in poſterum Superiorum veſtrorum iuſſu illuc deſtinatis, eorumdemque examine probatis, vt in dicta vrbe Compendienſi, cæteriſque vrbibus, oppidis ac villis prædicta noſtræ Diœceſis conciones ad populum publicè habere, diuina Officia celebrare, Sacramenta Euchariſtiæ & Pœnitentiæ adminiſtrare, à caſibus & cenſuris nobis tam iure communi, quàm particulari, veletiam conſuetudine reſeruatis (his exceptis quæ ad forum contentioſum deducta fuerint) abſoluere, inſuper & vota commutare, omnibuſque indultis & conceſſionibus Summorum Pontificum pro Ordine veſtro vti, poſſitis ac valeatis, auctoritate noſtra licentiam ac facultatem vobis in Domino facimus ac impartimur: mandantes omnibus ac ſingulis Preſbyteris, Decanis, Curatis, Capellanis, cæteriſque Eccleſiarum Rectoribus aut eorumdem Vicarijs in dicta noſtra Diœceſi exiſtentibus quatenus vos ſine vlla contradictione ad præmiſſa benignè admittant & excipiant. Datum Sueſſione anno Domini 1606. die verò 14. menſis Auguſti.

Hier. Ep. Sueſſionenſis.

Locatis primùm ædibus ſe noſtri continuerunt in magnis certe rei familiaris anguſtiis, ſed patientia peruicit, quoad melior fortuna illis affulgeret. In Vrbe celebris eſt Abbatia, *S. Cornelij* nomine, Ordinis Benedictini, quæ tamen prius Clericis fuerat attributa. Eius enim conditor *Carolus Caluus* centum Clericos conſtituerat, qui ſub Præpoſito primùm, tùm ſub Decano ſacra ibi myſteria peragerent. *Carolo Pio* ſeu *Simplici* Rege Decanus ille cœpit ſecedere ac ſibi ædem ſacram ponere *B. Petro* dicatam, in qua Clericos qui Sacramenta miniſtrarent agere voluit, cenſebatur tùm Decanatus nomine. Sed anno demùm

Digitized by Google

1606. demùm 1150. *Ludouico* VII. cui cognomen Iuuenis, Regnante, Clericis abire iussis subintroducti Monachi, quibus vt Abbas imperabat apud *S. Cornelium*, ita & ad *S. Petrum* Prior præfectus est, vnde posthac Prioratus nomen habuit, quem ad hoc tempus commendatò tenebat *R. D. Simon le Gras Claudij* patrui, qui eodem iure *S. Cornelium* administrat, Coadiutor, nunc verò & Suessionum dignissimus Antistes. Et *Claudius* quidem locũ nostris cessit suo & nepotis nomine, pactis conuentis ad diem VI. Octob. an. 1609. in quæ & Conuentus ad alterum diem consensit; *Simon* verò qui tum Parisiis degebat, die mensis eiusdem XXII. acta per patruum & Conuentum probauit & confirmauit. Accesserunt denique Pontificis & Regis litteræ, qui suprema potestate pacta hæc & conuenta sanciuerunt. Titulus, iura & priuilegia eiusdem Prioratus salua manserunt Priori, & altari quod vocant *Gratiæ* in S. Cornelij addicta sunt. Ita post tertium annum quàm *Compendij* versati fuerant (quod ipsum Acta illa disertè memorant) Prioratum *S. Petri* cœperunt incolere, amplis deinceps & spatiosis ædibus exædificatis. Denique Nobiliss. & pientiss. fœmina *D. Laurentia Claromontia Mommorancij* Conestabilis vidua constituto non admodùm copioso censu ad an. 1621. nonnihil penuriam & tenuitatem eius domus subleuauit. Fundatricis eapropter titulo à Patribus Romæ VI. considentibus aucta & decorata. Est verò *Compendium*, quæ & *Carolopolis*, oppidum *Valesiæ*, vt quibusdam placet primarium, certè à diuturno Regum nostrorum domicilio, quibus ob venationẽ in delicijs fuit, vrbis Regiæ iamolim nomen accepit, sita est ad *Æstiam* fluuium infra confluentem *Axonæ*, *Siluanecto* distat leucis VI. Nouiomo V. Sunt qui & *Conuicinum* nuncupatam velint, & *Compendij* nomen ex eo deriuent quod ad formam Constantinopolis composita fuerit à *Carolo Caluo* cùm eam curaret instaurandam, atque adeò non *Carolopolim*, sed *Carlenoplim* ab eodem fuisse cognominatam, autores habeo qui affirment situm antiquum mutauisse, & nunc magna ex parte locum occupare, qui ab antiquo *Cultura*, seu *Clausum Caroli Magni* diceretur. Frustrâ adiecerim iusilli quoad sacra dicere Suessionum Episcopum.

1606.

le Gras.

1609.

du Treillis.

de Clermon.

Compiegne.

8. Francis Aquitani haud imparia consecuti sunt domicilio apud *Blauiam* constituto, sub nomine *S. Mariæ à Bono portu*. Eius autor fuit Nobiliss. *D. Paulus Esparuesius Lussanus* Arcis Blauiensis Gubernator, &c. vir pacis & belli artibus egregius & amore in nostros præcipuus, qui eos in ipsam arcem traduxit vt solatium sibi, militi auxilium, in rebus quæ ad Deum sunt compararet. Initus contractus ad diem Martij XVII. Sacra igitur ædes & ad eam domicilium non contemnendi operis, imò & elegantis, in ipsa arce, loco ad prospectum commodo & eminente, constituta sunt. Rem sollicitè promouit *R. P. Ægidius Camari* Prouincialis, qui primarium lapidem eius quod nunc extat Cœnobij ad XIII. Maij 1607. cùm interim nostri commodatis ædibus vsi essent, ac deinceps vsi sint, quoad opus processisset, misit; probauit & laudauit *Henricus* IV. Rex Inuictiss. Clementiss. litteris ea de causa exaratis, quibus regiam in nostros liberalitatem explicuit. Illustrissimus & Reuerendissimus *D. Franciscus d'Escoubleau* Card. *Surdissius* Burdegalensium Archiepiscopus, qui nostros Romæ familiariter nouerat, nouæ domus incunabulis benedixit & gratulatus est. *Ludouicus* XIII. Rex noster, Orbis deliciæ & terror, certos nuper redditus attribuit. *Blauia* validum atque munitum propugnaculum est, & oppidum, ad dextram *Garumnæ* ripam quatuordecim à *Burdigala*, triginta ab ostio ipsius *Garumnæ* passuum millibus, paucis continetur soli iugeribus, sed à peruigili & forti præsidio defenditur. *Garumna* eo loco bis mille ac ducentos passus patet, quos vltrâ tormentis agantur hostes si qui se putent elabi posse. Ausonius igitur non inconcinnè *mitteremem Blauiam* vocauit. Sed hæc copiosius Geographi.

d'Esparuesius & de Lussan.

de Sourdis.

Blaye. Garonne. Bordeaux.

Conuentus Blauiæ.

9. Ad XIII. mensis Iulij, *Paulus* V. Pont. solemni rescripto probauit Iudicium Illustrissimorum & Reuerendissimorum Cardd. *Pompeij Arigonij* & *Hieronymi Pamphilu* abs *Clemente* VIII. & *Leone* XI. deputatorum, instante Augusto, Pio Felici Rege nostro *Henrico* IV. ad cognoscendam controuersiam quæ inter

Conuentus Rom. S. Trinitatis Gallis vindicatur.

Digitized by Google

1606. Gallos noſtros & aliarum nationum profeſſores vertebatur, ſuper inhabitatione Conuentus Sanctiſſimæ Trinitatis in Vrbe, dùm ſcilicet hi nullo diſcrimine ab omnibus cuiuſcunque nationis incoli poſſe ac debere contendunt, illi è contra ſolis Gallis iam inde à *B. P. N. Franciſco* attributum fuiſſe, & ab eis tantùm teneri ac regi debere tuentur. Causâ ceciderunt exteri, noſtriſq; ad-
1605. iudicata poſſeſſio in quam olim venerant. Ab altero iam anno & die xx. Iulij datum Iudicium, nunc primùm à Pont. comprobatum & promulgatum eſt eo quod diximus Reſcripto, cui quidem initium eſt *Romani Pontificis in quo diuina, &c.* Edidit noſter de Pereinis & alij. Nauarrus de noſtrorum iure iam olim diſputauerat, quam diſputationem in Conſilia ſua retulit. Sed & Pontifices *Iulius* III. ab an. 1553. die xxv. Septemb. *Pius* IV. ab an. 1565. die xxii. Februarij eodem parique Iudicio noſtros vindicauerant. Et verò quoniam hactenus illa non ſunt publicata, fert animus ad huius Chronici finem Pontificium Regiſtrum dare quo ſingula edita ineditaq; proferamus, contra quàm ab initio ſtatueramus. Certè *Iulij* III. Reſcriptum in eadem verba contexitur, quibus & illud *Pauli* V. vt ex eo poſſit intelligi Opt. Pont. Deceſſorum menti voluntatique inhærere, ac iuxta illam ab eo fuiſſe pronunciatum. Sed & conuenit vt originem Iuris quod noſtri propugnarunt & cuius veſtigia nonnunquam indicauimus, quando ad nos nuper beneficio *R. P. Antonij Iardini* peruenit, aperiamus. Ea autem eſt voluntas & conſtitutio B. P. N. quam & ſcripto mandauit ne ignara poſteritas poſſet addubitare. Omnino ſic ſe habet. 1606.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis. F. Franciſcus de Paula Ordinis FF. Minimorum humilis Inſtitutor ac S. Sedis Apoſtolicæ gratia & conceſſione omnium Eremitoriorum, Oratoriorum & locorum eiuſdem Ordinis vbicunque conſtitutorum, necnon Congregationis fratrum religioſorum & perſonarum aliarum ſub regulari obſeruantia in eiſdem degentium Superior licet immeritus & Generalis Corrector, Salutem in Domino.

Nos piè conſiderantes Regiam Maieſtatem Franciæ nobis & Ordini noſtro præfato compararſe locum Conuentus noſtri Sanctiſſimæ Trinitatis in monte Pincij in vrbe Romana, Eapropter ad ipſius beneficij per nos recepti memoriam, & vt omnes Fratres noſtri Ordinis in dicto Conuentu reſidentes in diuini cultus perſolutione reddantur in fauorem animarum dictorum benefactorum memoriores: Volumus & ordinamus quod à modò in poſterum dictus Conuentus Beatiſsimæ Trinitatis in monte Pincij in vrbe Romana regatur, & inhabitetur per fratres Gallicæ Nationis quamdiu inuenientur qui inibi reſidere & cultui diuino inſiſtere voluerint: ſin autem, vbi nulli reperirentur, qui omnes in Chriſto vnanimes eſſe debemus, illum per alios regi & inhabitari volumus: pariterque vbi bonis ſupportare poterit vltra quam reperiantur habitantes Gallicæ Nationis, alios etiam aliarum Nationum mixtim reſidere volumus. Datum in Conuentu noſtro de Ieſu Maria nuncu-
1501. *pato propè Turones die* IX. *menſ. Iulij an.* 1501. *præſentibus Conreligioſis noſtris Fratribus Bernardino de Cropulatu, Ioanne Comitis & Renato le Clerc. Correctore teſtibus ad præmiſſa vocatis. Et ſignatum. De mandato dicti R. Patris F. Franciſci de Paula Inſtitutoris, Bourreau Apoſtolica & Imperiali autoritatibus Notarius.*

Et certè omnia & ſingula quæ poſthac prodierunt Iudicia ad eam formam compoſita ſunt, vnique huic fundamento innituntur.

Obit. B M. Sor. Gratiæ à Valentia. 10 Sed age, quæ nobis beatè functorum meſſis in hunc annũ prouenit? Multiplex certè atque pretioſa. Primitias cœlo intulit, beatæ memoriæ Soror *Gratia Valentina*, Ordinem tertium profeſſa, quæ longam centum duodecim annorum

1606. norum ætatem maioribus multò virtutibus meritisque supergressa erat. Va- 1606.
lentinam cognominant à diuturno eius vrbis domicilio, progenita quidem & matre Valentinâ, sed quæ in Aragonia nupserat, vbi *Gratia* nata est loco qui *Mançarena* popularibus dicitur, sed orbata parente in prima pueritia Valentiam à matre perducta est. Ab illa ætate sic eam pia mater instituit, vt vitium ignorasse potiùs quam non sensisse videatur. Formâ præstabat eximiâq; pulchritudine, cuius gratiâ ne quas pati posset insidias, annos non plures tredecim nata statuit nullum præter Christum amatorem admittere, atque illicò fulgentem comam quasi paratum procis laqueum generosè abscidit, ac paulo maior castitatem vouit apud virum grauissimum Ordinis Prædicatorum professorem, quem sui propositi & voti conscium esse voluit, vt quo ad expiandam more Christiano conscientiam vteretur. Ex hoc ad sublimioris vitæ genus continuò aspirans, hoc imprimis studuit, ne sensu rei cuiusquam temporalis posset affici, sed omnes æquè contemneret ac paruipenderet. Hoc gradu qui dubitet in quam se virtutum potuerit altitudinem efferre, quàm sublimem vitæ rationem contingere, quod sanctitatis fastigium adipisci? Virtus eius ab hoc statim principio nulli non qui eam nosset mirabilis apparebat. Nunquam visa est oculos sursum tollere aut quenquam mortalium in faciem aspicere, silentium colebat penè perpetuum, si qua se loquendi necessitas offerebat paucis altéq; perpensis verbis rem expediebat, occupato semper animo ad res diuinas, ne minimùm ab ea occupatione abstrahi se patiebatur, humilitatem, modestiam, obedientiam ac reliquas virtutes quis posthæc requirat? Abstinentiâ fuit præcipuâ, vt quæ ad panem & aquam obsonium nullum adhiberet, nisi fortè solemnibus ac festis diebus, herbas prætereâ crudas, ficus aut fructus nonnullos tenuiter libaret, eâ tamen perpetuâ lege vt vltrâ panem nihil coctum sumeret. Intrâ septem annos ne guttam solùm aquæ dum sibi vult ab oblata bibendi delectatione temperare hausisse legitur. Mortua matre ac auia, quibuscum vixerat coniunctissimè, omnem illis reuerentiam subsidiumque præstans, post factos funeris sumptus omnia in pauperes larga manu erogauit, vt ipsa deinceps posset mendicatò viuere, quod illis superstitibus non potuerat; quanquam ex tunc paupertatis amore, vili se tugurio condiderat, in quo præter duas aut tres papyraceas Imagines, ad quas orans meditansq; pernoctabat, nihil admiserat. Sed præter votum à primariis quibusque ciuibus expetita ob virtutis meritum, in aliena quidem domo, sed certo tamen hospitio habitauit, quod nonnisi semel atque iterum & ex necessitate mutauit. Vbique autem eo se virtutis exemplo commendauit, vt beatissimi crederentur qui eam apud se habere mererentur. Vt primùm *Valentiam* nostri venerunt, ac de vitæ instituto quod tenerent déq; *B. P. N. Francisci* vita & miraculis audiuit, exultans in spiritu hoc demum illud esse quod sibi iam olim animus præsagiebat ostendit. Ex quo enim cum nostris de rebus ad animam suam pertinentibus communicauit, omninò statuit Tertij quem vocamus Ordinis institutum amplecti, quod indutâ religiosâ veste ac emissis post annum votis, addito præter alia perpetuæ quadragesimalis inediæ voto, vt sibi ad amplius meritum abstinentia quam seruabat proficeret, solemniter an. 1540. professa est. Habuit vitæ, vt loquuntur, spiritualis institutores viros eximios, *Ioannem Lusitanum*, *Gasparem Bonum*, *Hieronymum Molinam*, *Paulum Marcellinum*, per quos vt didicit, sic & vicissim per eam illi didicerunt, quantùm inter hominum & Sanctorum scientiam differat. Primum vitæ tenorem nunquam omninò remisit. Cùm apud fœminam nobilem concessisset eaque illi cubiculum honesta & eleganti supellectile adornasset, primùm ingemuit, & ad vnum aut alterum diem quæ fuit eius prudentia presso dolore, tùm rogauit liberum sibi esset eo quem vellet apparatu viuere; sic igitur abiectâ omni supellectile præter tabulam & sarmenta, quibus fessos artus committeret, lapidem quem supponeret capiti & quo pro mensa vteretur, papyraceas Imagines B. Virginis SS. Francisci, Iosephi, Antonij, quos speciali cultu obseruabat, nihil retinuit, quod ad eum modum perpetuò sibi seruandum proposuit. Cilicio à teneris annis induto, aliâ

1606. interulâ nunquam ad mortem vſa eſt. Quotidianis ſe flagellis dilacerabat. Panem accipiebat mendicatò, eumque habebat gratiorem quàm qui vltrò domi porrigebatur, id nobiles hoſpites inuiti etiam ferre cogebantur. Pauperibus eleëmoſynas colligebat, Hoſpitalia, priuatas domos, in quibus agri decumberent circumiens, & omni eos ſubſidio proſequens. Peccatorum conuerſionem ſollicitè curabat. Animabus quæ purgatorio igne luunt ſingulari charitate ſuffragabatur, audita nonnunquam eſt cum illis colloqui, & ad plures dies continuò lachrymas fundere, ſuſpiria imo de pectore ducere, nuſquam omninò progredi, cùm de illis iuuandis ſatageret. Quid plura? Eò ſe virtus eius, eò ſe merita extulerant, vt multis miriſq; modis eam dæmones exagitarent, quod certamen à primis annis ingreſſa nunquam deſtituit, obſtinati illi deficere malebant quàm deſinere, ipſa fortiter, conſtanter, generosè perſeuerans, contra ſemper ſtetit, luctam iniit, victrix ſemper euaſit. Eò duriores congreſſus ſuſtinebat quò magis in virtute proceſſerat, vt etiam impoſitis plagis, Deo ita permittente, quaſi duplicatâ victoriâ, quandoque palæſtram exierit. Cùm autem vt ſolent illi varios ſonitus ederent, ſuſque deque verterent quæ apud eam erant, & multiplici tumultuatione omnia miſcerent, quærentibus qui eſſent illi tumultus ſolebat reſpondere, validos ingenteſque ſorices eſſe qui huc illucque diſcurrerent ſibique moleſti eſſent. Sed fruſtra celare tentauit, quod non ad exercitationem modò, ſed etiam ad maiorem gloriam Deus euenire permiſit. Certè ab illa pugna magno circumfundi lumine & tota irradiari ab obſeruantibus conſpecta eſt. Nec defuit à cœlo aliud præmium victoriæ, nam & gratiâ prophetiæ & dono miraculorum & cœleſti ſcientiâ præfulſit. Certè Tabulæ omnes in vita & morte miraculis conſpicuam præferunt. Quod cùm multis exemplis conſtet, noſque conſcij ſimus nonnullorum quæ in Belgio nuper operata ſunt, ea tamen omnia quòd præter inſtitutum noſtrum longiùs abeant miſſa facimus, & ſignaculo mortis hæc quæ breui perſtrinximus obſignamus. *Gratia* noſtra centeſimum duodecimum annum attigerat, & tanto ſpatio ad metas irremiſſo ſpiritu cucurrerat, cùm viribus fatiſcentibus leui quindecim dierum ægritudine mortalem ſarcinam depoſuit. Diem ſibi ſupremum XVI. Ianuarij *S. Antonij* patroni ſui peruigilium conſtanter deſignauit; quò magis corpus per morbum deprimebatur, eò animus liberior ad diuina ferebatur. Exitum ſuum verbis, operibus, miraculis, præter ſolitum commendauit. Tenuem illam ſupellectilem quam anteâ dicebamus, veſtes, cilicia, & huius generis reliqua, cupidè ac certatim primariæ fœminæ diripuerunt. Vir nobilis eius hoſpes brachium abſcindere voluit; & feciſſet, niſi noſtri obſtitiſſent. Elata eſt ſolemni apparatu, coronam habebat in capite, manu palmam geſtabat, veſtis argenteis ſtellulis diſtinguebatur, flores aſperſi quaquauersùm erant. Ad funus omnes cum Clero Religioſi Ordines accurrerunt, populus ciuitate totâ effuſus circumfluebat, vix potuit à manibus veſtem conſcindentium aut alia diripientium ſeruari, vis & induſtria fuerunt adhibendæ vt in templum vſque deferretur. Locata eſt in ſublimi feretro intrâ ſepta ſacelli *B. Mariæ à Victoria*, poſt aliquot dies in paratum inſigne monumentum, clàm populo vt violentia vitaretur, illata eſt. Fragrabat odore cœleſti, membra nihilominus tractabilia erant quàm ſi animata fuiſſent, ſpecies illi quæ iuuenculæ & melioris habitudinis puellæ, ſpirabat *Gratia* gloriam, quod hodieque miracula teſtantur. Abrumpo, per Gratiam ad gloriam aſpiremus.

Ob. P. Simonis Garciæ.

11. In eadem Hiſpania & in proximum menſem, alterum maturæ cœlo meſſis manipulum falcifera mors præſecuit. Nimirùm *R. P. Simon Garcia* Februario exeunte & die XXVII. eius menſis nobis ſublatus & cœlo (vt credimus) reſtitutus eſt. Fuit enim vir magnarum omninò virtutum & ſolidæ pietatis. Et pietatem quidem cum lacte ſuxerat, præcipuo ex tunc animi affectu B. Virginem veneratus, cuius patrocinio niſus ad maiora ſenſim conſcendit. Pueritiam enim quam impolluto calle ac præclaris moribus tranſierat, adoleſcentia, virilis ætas excepit, tantò poſthàc ornatiores & omni genere virtutum magis effloreſcentes, quantò à prima ætate maiorem pietatem rerumque

Digitized by Google

1606. que diuinarum ſenſum imbiberat. Vigeſimo igitur ætatis anno in noſtrorum contubernium acceptus, ſemper de virtute in virtutem viſus eſt aſcendiſſe. Quæ cauſa fuit vt pluries ad regendas domos poſtulatus, informandorum etiam Nouitiorum curam ſemper ferè ſuſtinuerit. Sed vt alterum illud officium vehementer & ſeriò auerſabatur, ita in hoc exercendo placidè hilariterque verſabatur, vtrumq; tamen ex æquo dignè ac magnificè implebat. Sed quæ coniuncta illi dignitas & præeminentia non faciebat ad animum, præterquàm eum grauabat procuratio rei familiaris quæ multipliciter ſeceſſûs amantem diſtrahit & cruciat. Sola igitur eum obedientia potuit ad illud officium accipiendum inducere, in hoc verò ſe tam ſollicitum & accuratum præſtabat, vt ab eius diſciplina qui prodierunt viri præcellentes & clari Magiſtro amplum ſatis teſtimonium reddiderint. Manſuetudo eius animiq; lenitas inter conuerſandum, magnis ſimul ac paruis eum ſummoperè amabilem fecerant. Vigilantiam tamen ac ſeueritatem in ſuorum moribus caſtigandis, quãdiu Superiorem egit, non prætermiſit. Inuictâ patientiâ perſtitit aduerſûs iniurias, nec vlla potuit vi aut arte vnquam irritari, ſi quando apparebat commotior, omnis motus in hæc verba, Benedictus Deus, vt quid hoc feciſti aut dixiſti, reſidebat & abibat. Nec vana laudatio quod ab eius ore nullum præter benedictionis verbum (vt tamen ad iram ſtimularetur) exciderit. Magno regularis obſeruantiæ zelo tenebatur, nihil tamen obiurgatione, ſed precatione potiùs & ſupplicibus verbis agebat. Carnem vigiliis, ieiuniis, verberibus fortiter ſubigebat, adeò vt ſeipſum his macerationibus cõfeciſſe mortemq; acceleraſſe credatur. S. Euchariſtiæ cultum & adorationem, modis omnibus commendabat, ipſe ad illud ſacroſanctum myſterium ſic afficiebatur, vt nihil aliud animo videretur obuerſari. Ex quo ſacerdos factus eſt nunquam à ſacro peragendo ceſſauit. Non vacat de reliquis fidei noſtræ ſacramentis myſteriiſq; dicere quæ piiſſimi viri animum abripiebant. Non poteſt tamen eius in pauperes charitas ſine piaculo reticeri. Nihil ad eos aut efferebat aut efferri patiebatur, quin priùs deguſtaſſet, vt ne inconditum quid illis porrigetur, ſæpius ipſe panẽ dabat, iuſcula infundebat, aliaque inuicto charitatis affectu miniſtrabat. Leproſos & impetigine horrentes non exhorruit, ſed benignam ad illorum curationem manum præbuit, & ad comprimendam naturalem auerſationem vinum quod libauerant eodem vaſe bibit. Præmiatus eſt hanc *Garciæ* virtutem Deus, nam in eius manibus annona pauperibus eroganda ſenſim & ad oculum multiplicata eſt. Malus eum genius variè infeſtauit, exercuit, perſecutus eſt, aliquando illum coram S. Sacramento antè mediam noctem genuflexum & orantem, in forma moloſſi frementis & latrantis catenâq; collum reuincti, non ſine terrore, aggreſſus eſt. Sed diligentibus Deum monſtra in bonum conuertuntur. *Caſcantum Caſaraguſtâ* iturus in comitatu R. P. Prouincialis Arragonij cuius Collega erat, de morte ſua in diſceſſu nunciauit, morbo vt illuc venit leuiter tentatus iterùm iterùmque diem ſibi ſupremum præſtò eſſe, licet annos natus non plures quadraginta ſex, affirmauit, ſe igitur omnibus Chriſtianæ pietatis officiis ad exitum comparauit, ac poſt percepta ritè Sacramenta Crucem ſuauiter exoſculatus, manibus roſarium & diſciplinam tenens, ſeptimo ex quo decubuerat die, ad eam quæ ſurſum eſt Ieruſalem aſpirans, & ab imo pectore ductis ex Pſalmo his verbis *Quemadmodum deſiderat cervus ad* &c. ſpiritũ Creatori reddidit. Corpus pulchrum, nitidum, tractabile, odorem etiam fragrantiſſimum afflabat. Funus ſolemni pompa & magno populi concurſu atq; inſolita veneratione curatum eſt. Laudationem eius vir doctus, & pius ex ordine S. Bernardi peregit, qui Simonem Virginem atq; in ea puritate quam à baptiſmo retulerat obiiſſe, magno ſed vero elogio affirmauit. Noſtri alia etiam elogia dederunt. Montoia de tranſitus eius tempore Triſtano non conſentit, ſed huic fidem accommodamus qui de propinquo rem potuit meliùs explorare.

12. At verò neq; in Gallia ſeges opima defuit, quàm media hyeme collegit apud ſe qui tempora noſtra diſpenſat. Virum ſcilicet optimum & ſanctum, quæ

Ob. P. Toſtatus Allardi.

Digitized by Google

1606. non parcit cuiquam Parca demessuit, *R.* inquam *P. Ioannem Allardum*, *Sachio* magno, qui vicus est in Decanatu *Pontii-S. Maxentiæ* diœcesis *Belsacensis*, oriundum, annos iam natum sexaginta sex, & quadragesimum quintum sanctæ professionis emensum. Tabulæ Parisinæ eum prædicant, columbinæ simplicitatis virum ac spiritu Prophetiæ insignem, quem Dæmon sæpiùs in oratione positum, miris & variis modis exagitauerit, quod elogium etsi præcipua capita ex quibus laudes eius confici possint, comprehendat, non est tamen facilè singula sedisserere, & omnino longiùs abduceremur si excurrere in illas proponeremus. Satius fuerit nulla dicere quàm de multis pauca, malim tamen aliorum voluntati obsequi, quàm sensui meo indulgere. Tumulum igitur dabo quem olim venerationis ergò, ad viri optimi memoriam in schedulis sepositeram, postquàm alius excidit quem studiosis quibusdam anteâ communicaui. Pro elogio erit, vt tamen æquo breuior & infra meritum hominis Dei videatur. Illic sic habet: 1606. *Allard.*

Locus est ei B. Ant. Imago quæ à limine paternis latis stabat.

R. P. IOANNES ALLARD
DIOECESIS BELLOVACENSIS
A S. ANTONIO AD ORDINEM MINIMORVM IMPVLSVS
DIVINÆ VOCATIONIS BENEFICIVM
MVLTIS PER TEMPVS GRATIIS ET VIRTVTIBVS CVMVLAVIT.
MORIBVS PAVLVM SIMPLICEM PERFECTISSIME RETVLIT,
NIHIL EO HVMILIVS, NIHIL EO CONTINENTIVS.
INVICTVM AB ORATIONE SPIRITVM VIX VNQVAM RELAXAVIT,
PROPHETIÆ DONO PALAM INCLARVIT.
PER DIVINAS VISIONES EDOCTVS PLVRIMA RENVNCIAVIT
PVBLICA, PRIVATA.
FIDEM DICTIS EVENTVS PER OMNIA ET SINGVLA PRÆSTITIT.
DÆMONVM TERRICVLAMENTIS ET ASTVTIS MOLITIONIBVS,
QVAS FREQVENTER PASSVS EST,
NVNQAM DIMOTVS A CONSTANTIA.
IN MAGNAM APVD HOMINES FAMAM HIS MVNERIBVS VENIT:
FAMAM TAMEN ET HOMINES NESCIVIT.
IVVIT SVOS ATQVE EXTEROS QVIBVS POTVIT MODIS ET OFFICIIS.
GRATVS ET FACILIS OMNIBVS.
DIVINORVM PATIENS ANIMVS E CORPORE TANDEM ELVCTATVS,
NOBILE SPOLIVM RELIQVIT:
QVOD SVORVM MANIBVS ELATVM ET SEPVLCHRO CONDITVM,
DE ANIMÆ CONSORTIO ET SOCIETATE IVSTAM MERETVR VENERATIONEM
PENVLTIMA DIES AN. M. DC. VI.
VLTIMA FVIT SEPTVAGENARII SENIS ET GAVDII NOSTRI,
NIGEONI AD SEQVANAM.
ERIT CVM COELO RECIPIEMVS. O TEMPVS! O ÆTERNITATEM!

Hac leui opera qui tanti viri laudes metietur, nesciet vnquam qualis quantusq; fuerit. Animus mihi est singulari libro facta eius prosequi & ideò manum de tabulâ.

13. Colligati & in fasciculum beato, quod speramus, æuo fruentium *RR. PP. Martinus*

Digitized by Google

1606. *Sanz. de Portillo.*

PP. Martinus Sancius & Franciſcus à Portillo Hiſpani. *Martinus* genere *Nauarrus à* teneris primiſq; annis inſtitutum noſtrum ſuſcepit, & doctrinæ, ac virtutis merito ſæpiùs regimini cùm domorum, tum prouinciarum adhibitus eſt, etiam per Hiſpaniam Viſitatorem & Vicarium Generalem egit. Candore animi, morum integritate, pietate, in Deum excelluit. Diuini certè honoris, publici boni & incrementi rerum Ordinis nemo ſtudioſior. Regulæ ad amuſſim obſeruandæ commendationem ſeriò ſuſcepit, obſeruantiæ exemplũ ſemper præ ſe tulit. Sanctè prorſus vixit, ac ſimilem vitæ finem, poſtquàm longo curſu ad metas excurrerat & magnum ſui deſiderium excitauerat, *Matriti* conſecutus eſt. Hilaris ipſe, ac gaudens cùm illachrymarentur alij, ad Chriſtum migrauit, hoc quidem anno, ſed incerto die ac menſe, quem ſciamus. *Franciſcus* cui à natiuitatis loco cognomen, quod diximus, fuit, ſingulari & ipſa obſeruantia enituit, paupertatem imprimis coluit, annis ſexaginta in ſancto vitæ propoſito egit, quibus præter veſtem, ac breuiarium nihil penes ſe aliud habere viſus eſt. Nunquam niſi pedibus inceſſit, per iter ad quindecim & viginti dies ſolo pane, ac fortè nonnullis leguminibus aut fructibus mendicatis vſus, quod mitum fuit in homine proceræ & craſſioris habitudinis. Nulli laborì parcebat, quo poſſet vtilis eſſe ad res Cœnobiorum promouendas, ea de cauſâ cùm multas peregrinationes & difficilia itinera obiiſſet, ac ſæpiùs huini cubaret, multas & graues infirmitates contraxit, quibus per integrum decenniũ mirâ patientiâ colluctatus, ſancto tandem fine quieuit apud *Valliſoletum*. Et hi ergò cum pietate dormitionem acceperunt, quorum memoriam ſine piaculo non potuimus præteriiſſe.

1607. Obit. PP. Martini Sãcij & Franciſci à Portillo.

de Vega.

14. Hoc ipſo tempore floruit *R. P. Alfonſus à Vega* vir Theologiæ moralis cognitione clarus, qui ſtudio indefeſſo aliquid ſemper elucubrabat. Edidit *Summam caſuum conſcientiæ*, ab an. 1594. typis primùm mandatam, ac deinde an. 1598. recuſam, deinceps verò ſæpiùs, & quidem hic apud nos editionem habemus an. 1606. *Matriti* apud *Ludouicum Sanchez* tomis duobus in fol. Edidit & *Speculum Curatorum* an. 1610. ibidem. Reliquit *Priuilegiorum Ordinis noſtri collectionem* accuratam & doctiſſimis notationibus illuſtratam, tùm etiam librum alium cui titulus eſt *Opuſculum aureum*, quo ſingulos Canones qui ad ſtatum ſacerdotalem ſpectant, miro artificio diſpoſuit & diligenter explicauit. Hæc verò non edidit ob afflictam per multos annos valetudinem, licet ad annum ætatis ſeptuageſimum peruenerit. Eius memoria non parum apud ſuos venerabilis eſt, non modò eruditionis nomine, ſed etiam eximiæ pietatis.

Floret P. Alfonſus de Vega.

An. M. DC. VII. 1607.

Conuentus Caſtri-veterani.

1. EVndem curſumqẽ ab annis ſuperioribus cœperãt, etiam ad hunc res noſtræ tenuerunt. Et quando ita fert animus & occaſio, age, de Italis primũ videamus, & vltrà cõtinentem in Siciliam enauigemus. Qua parte Inſula meridiem ſpectat, ſupra promontorium quod à tribus fontibus nomen habet, intra fluuios *Arenas* in Occ. *Madinum* in Ort. *Entella* eſt, veteris nominis Vrbs, in mõte condita, iam nunc exciſa, ſed cui *Caſtrum-Veteranum*, copioſum & nobile oppidum, Principatus titulo clarum, videri poteſt ſucceſſiſſe. Sunt tamen qui Entellam hodie ſupereſſe longius ſupra *Caſtrum-Veteranum* affirmant *Panormo* diſtat XXVII. paſſ. mill. vtrinq; verò X. à *Salemio* & *Iuliana*, VI. à mari, ſummotum eſt. In illud oppidum noſtros traduxit Ill. & No biliſſ. fœmina *D. Ioanna Arragonia Pinnatela & Colona* in cuius ditione Caſtrum-Veteranum erat, quæ poſteà nupſit *Petro Toletano*, *Villæ-Franca* Marchioni V. apud Mediolanenſes Proregi viro fortiſſimo & nominatiſſimo, quæ intra oppidi ſeptum & viâ *S. Leonardi* locum ædificando Conuentui attribuit, ædem ſacram *B. P. N. Franciſci* titulo exædificauit, & munificam ſe Fundatricem exhibuit, in quo gentilitiam *Hectoris Pinatelli* Ducis *Montis-Leonis* in noſtros beneuolentiam, & liberalitatem exſuſcitauit. Nobilis etiam Eques & ciuis

Caſtri-Veteranum.

Aragon. Pinnatelo y Colona de Toleto

Apud Chiffl. *Carolus Aragonius.* eorum locor. D. Eques 299.

Digitized by Google

1607. *D. Ioannes à Maio*, atq; *Bartholomæus* eius F. multis copioſiſq; beneficiis noſtros proſequuti ſunt. Sed in continentem remigremus. 1607.

Conuentus Fumi. 2. In orâ maris *Adriatici* qua *Picenum* in Cæciam obtenditur, antiqua ac primaria Vrbs & Colonia eſt iam inde ab antiquo *Firmum* dicta, quod nomen hodieq; retinet. Hinc inde *Leta* & *Tigna* fluuij ex Apennino in mare procurrũt, & ad *Tignum* quidem portus eſt Firmanorum. Metropolis dignitate ſublimata eſt. Diſtat æquali ferè ſpatio xxv. mill. paſſ. à *Laureto* & *Aſculo*, xl. ab *Ancona* in Ortum & Eurum. R. *D. Sulpitius Conſtantinus*, *Nucerinus* in *Campaniâ* Epiſcopus patriâ Firmanus ab an. 1598. cùm maioris Eccleſiæ ſacris Sodalibus egit, vt ædem *S. Petri*, extra portam quæ in mare ducit, iam penè deſtituram noſtris cedere vellent. Quod illi vltrò fecerunt ab anno 1599. & die XIII. menſis Maij, non ipſâ tantum baſilicâ, ſed prædio & aliis ad eam attinentibus liberaliſſimè condonatis. Nobil. *D. Vlpianus Conſtantinus*, *Sulpitij*, ex legitimo matrimonio F. rem per patris abſentiam procurauit, & Fundatoris nomen patre deferente ſuſcepit, poſſeſſionem tamen ante hunc annum & diem xx. menſis Aprilis non iniit, cùm aduocatis *R. P. Paulo à Neapoli* & *F. Matthæo Sanſeuerinate* aliiſq; inhabitandi factum eſt initium. Ill. & R. *D. Alexander Strozius* Archiepiſcopus, beneuolum ſe ac liberalem in noſtros omni ope demonſtrauit. Ciuicus Magiſtratus, & omnes ciuitatis Ordines inſolito plauſu eos acceperunt. Nobil. *D. Conſtantia Tibaldi*, *D. Ioannis Antonij Victorij* conſors, ſingularibus beneficiis nouam domum iuuit & ſubleuauit. *R. P. Hieronymus Bruſurius*, verbi Dei præco eximius, de quo non ſemel meminimus, doctrinæ merito & vitæ exemplo non parùm apud Firmanos profecit. Quin & à cœlo noſtri opem prometuerunt, editis enim per B. P. N. merita pluribus miraculis animi ciuium tantò firmius, quantò diuinius conciliati ſunt, peruulgatis tredecennialibus in ſingulas ferias ſextas votis apud eum populum, quæ quidem, Deo benè fauente haud irrita cuiquam fuerunt.

Fermo. *Leto mortu* *Tenna.* *Conſtantini.* *Tibaldi.* *Victorio* *Bruſura.*

Conuentus Veſuntionis. 3. Auguſtiùs quinetiam & liberalius cùm Gallis noſtris actum eſt. Lugdunenſes qui ab aliquot annis in vtramq; Burgundiam progreſſi fuerant, hoc anno in vtraque, Deo mirabiliter aſpirante, ſedem variis locis fixerunt. In Comitatu certè ipſam metropolim vrbemq; maximam Sequanorum inſederunt, quæ quidem *Veſuntio*, *Biſontio* & *Chyſopolu* dicta eſt, in quibus etiam nominibus variæ inflexiones contigerunt, *Dubim* fluuium circumfluẽtem habet, media eſt inter *Dolam* & *Montem-Belicardum* leucis xii. procul à *Baſilea* in Occaſ. xx. Chiffletius ſingulari libro laudes eius & reliqua decora elegantiſſimè & doctiſſimè complexus eſt. Merula quantùm eſt ad inſtitutum noſtrum ſatis aptè deſcribit: *Vrbs*, ait, *hoc tempore magnifica, ad hoſtium impetus ſuſtinendos & propulſandos, cùm naturâ, Dubis beneficio, tùm validiſſimis propugnaculis mirum in modum munita, ſiluoſis vitiferiſq; montibus egregiè cincta, piſcium fructuumq; delicatiſſimorum affluentiâ valdè diues. Intra mœnia ſunt horti ſpatioſi, vineta, viridaria aptiq; ſtudiis & meditationibus receſſus. Archiepiſcopatus dignitate clara eſt.* &c. At verò mœnibus, quæ decurrens *Dubis* alluit, ad radices collis *Dianæ*, antiquum Monaſterium adiacet, duplici olim titulo inſigne, nam & *B. Mariæ* & *Laſſianum* cognominatum eſt. A priori titulo nomen Portæ ipſius Vrbis, infra montem *Cælium* ſupra ipſum monaſterium quam proximè. Illius verò primam originem ac progreſſum, vt ex Chiffletio colligamus operæ pretium eſt. *B. Flauia Mater S. Donati* Veſuntionenſis Epiſcopi, apud ipſum Chiffletium xxv. *poſt mariti obitum*, vt ſcribit Ionas autor coætaneus in vita S. Columbani, *Monaſterium puellarum conſtruxit, in ſupradictâ Vrbe Veſontionis, & omni munimine roborans multarum puellarum congregationem adunauit. Tanta autem in eis viri Dei (S. Columbani) gratia flagrauit, vt omnia phaleramenta præſentis vitæ contemnentes, ad Omnipotentis Dei cultum anhelarent.* Paulo aliter veteres membranæ, quas Chiffletius exſcripſit, quæ ipſi S. Donato eius Monaſterij fundationem aſcribunt. Sic illæ habent *Suo denique tempore (à S. Donato) matre eius Flauiâ cooperante, ex propria hereditate aliud in eadem Vrbe nobile ſanctarum Monialium in honore B. Mariæ eſt ædificatum Cœnobium, in quo requieſcit eadem Flauia in pace, & Siruidis eius filia virgo ſacratiſſima, eiuſque*

Reſanſon. *le Dous.*

1607. *einſq; loci Abbatiſſa.* Similiter & antiquus Epiſcoporum catalogus de S. Donato: *Ædificauit autem Eccleſiam. S. Pauli, in quaetiam in Domino requieſcit: & Iuſſanum monaſterium cum matre ſua Flauia, quae ibi ſepulta eſt.* Inſtituta in eodem monaſterio Parochia, iam ab ipſa origine. Acta enim *S. Migetij*, qui proximè *S. Donato* ſucceſſit, id ſatis ſuperq; ſignificant, his omninò verbis: *In alijs verò Eccleſijs Parochialibus inſtituit Fontes fieri, videlicet in Eccleſijs S. Mariae Iuſſani monaſterij*, &c. At verò infra annum Chriſti 700. diſſipatis Sacrarũ familiarum bonis res Eccleſiaſtica in eas anguſtias deuenit, vt *Eccleſia Iuſſani monaſterij* & aliæ, *in quibus ſingulis ſingulæ fuerant olim congregationes*, vt eius temporis autor tradit, vix ſuum quæq; ſacerdotem ſuſtentare poſſet, quod in Tetradio II. Chiffletius annotauit. Quare ad illud vt videtur tempus, *S. Bonifacio*, qui per Germaniam & Galliam Legatum Apoſtolicum egit, ordinante, ad Benedictinos Monachos abiit, ac temporis ſucceſſu *Balmenſi* Abbatiæ ſubditum eſt Prioratus nomine, *Balma* verò Cluniacenſibus per litteras *Friderici* Imp. 1153. & *Adriani* IV. Papæ 1155. ceſſit, ac proinde Iuſſanũ etiam monaſterium. In priores per tempus anguſtias reciderat, cùm noſtris (vt loquitur Chiffletius in *S. Donato*) *conceſſum eſt ad habitandum, & pia* (vt addit in *Ferdinando*) *quae ipſorum Inſtituti ſunt obeunda munia. In eo verò* (vt eſt apud eundem Chiffletium) *ſuper altare quoddam aſſeruantur in capſâ ligneâ, oſſa quaedam muliebria, certè alicuius, cui ſua quondam virtus opinionem peperit ſanctitatis, ſed quae tandem illa, altum vbiq; ſilentiũ. Si qui eſt locus conjecturae, ego aut* Flauiam *eſſe dixerim S. Donati matrem, & illius monaſterij ſaltem ex parte fundatricem* (*piam vtiq; faminam, cui prolem Deus & eam prolem miraculo conceſſerit, quaeq; ſe Deo & ſuas opes & liberos gratum holocauſtum conſecrarit,*) *aut certè ipſius filiam* Sirudim (*quibuſdam* Surudim) *eius monaſterij Abbatiſſam, cùm vtramq; ibidem ſepultam conſtet.* Ill. & R. *D. Ferdinandus de Rye* ab an. 1586. per *Sixtum* v. Archiepiſcopus inſtitutus, qui hodie quadrageſimum nonum ſui ſacerdotij annum attingit, pauperculæ domus incunabula multo fauore ac amore proſequutus eſt, ſuæq; tandem beneuolentiæ maiora & certiora pignora dedit quæ nos tempeſtiuè memorabimus. Allecta in Fundatricem Nobil. & pia fœmina *D. Anna de Groſpain* (cuius mater *Ornaci* Cœnobium nobis inſtituit) Nobil. primum *D. Samſonis Malarme* Toparchæ *de Lorray*, ac demùm Nobil. & Generoſi D. *Claudij de Poligny* Baronis *de Traues*, ſecundis nuptiis conſors, quæ noſtros pluribus beneficiis & non contemnenda largigitate demeruit. Cooptatæ etiam poſthàc, Illuſtris & deuota D..... Comitiſſa *de S. Amour*, & lectiſſima *D. Suſanna Recy*, conſors primarij & ſpectabilis Ciuis *D. Hieronymi de l'Iſola*, qui paterno in noſtros animo ſuã ab illis opem numquam ſiuit deſiderari. At verò (quod mihi nuper vir grauiſſimus referebat) ab Vrbico Concilio in ciuitatem accepti noſtri ad diem Martij XXVII. quod Ferdinandus Archiepiſcopus probauit ad IX. Maij inſequentis, operâ & ſtudio *R. P. Hippolythi Raulini*, qui per Quadrageſimam conciones in ea Vrbe permaximo ſingulorum Ordinum applauſu habuerat. Sunt & qui obſeruent, religioſiſſimum virum Ciſtercienſis Ordinis Congregationis B. Mariæ Fuliẽſis profeſſorem aliquando prædixiſſe illam ædem Noſtris eſſe ceſſuram, quòd ſæpiùs ab interiori adyto noſtrorum ritu concinentes, ſibi viſus eſſet audiſſe cùm inibi energumenis per exorciſmos Eccleſiæ liberandis operam ſuam nauaret.

1607.

1153.
1155

de Rye

Groſpain. Malarme de Poligny. de Traues.

S. Amour. Recy Iſſola

4. Enim verò cùm Iſnardus in indiculo Prouinciæ Comitatus Burgundiæ, quem nouiſſimè contexuit, non obſcurè inſinuet *Ornacenſem* Conuentum tempore *Biſuntinum* anteceſſiſſe, nobiſq; iam nunc de illo mentio inciderit, omninò conuenit ne longiùs memoriam eius protrahamus. *Ornacum* igitur, quod & *Ornatum* ab aliis dici animaduerto, àpopularibus autem *Ornans* appellari ſolet, ipſius Biſuntinæ diœceſis oppidum eſt inter excelſiſſimos montes interfluente *Lupa* piſcoſo amne collocatum, ſupra *Veſuntionem* in Ortum, quod quidẽ *Clar. vir. Nicolaus Perrenotus Granuellanus Caroli* v. Imper. Cancellarius *Antonij* Archiep. & Cardinalis pater ortu ſuo & natalibus illuſtrauit. Vrbs eſſe videtur Merulæ, quam Antoninus ponit in itinere quod ducit *Media-*

Conuentus Ornaci.

Ornans. Lonne.

Digitized by Google

1607. *Iano* per *Alpes Graias*, *Argentoratum*. In illud autem inducti noſtri, beneficio Nobil. & pientiſſimæ fœminæ, tertium ordinem noſtrum profeſſæ *D. Laurentiæ Franciſcæ d'Ourſan D. de Voyenne*, viduæ Cl. & Nob. *V. D. Ioannis de Groſpain* Toparchæ *de Belmont*, &c. cuius pietatem vt diximus imitata filia res noſtras apud *Veſuntionem* liberaliſſimè promouit, vteo debeat eſſe illarum beneficẽtia gratior, quo largitas amplior fuit & hæreditaria quadam gratitudine profluxit. Nomen habet Cœnobium à *Purificatione B. Mariæ V.* quod ad eum fortè diem inhabitari cœperit. Et reuerâ ex iis quæ hactenus de eo Cœnobio à noſtris ſcripta ſunt, ita ſtatuendum iam olim coniiciebam, cùm me certiora pro ſua in omnes humanitate *R. P. Franciſcus la Goutte* apud Sequanos iam nunc ſecundùm Prouincialis edocuit. Ab anno ſcilicet 1605. & die Iunij XXVII. delatum noſtris à Magiſtratu & Populo Ornatenſi ius ciuitatis nobili quam diximus fœmina procurante, dum tamen facultas à Principibus Bruxellæ agentibus expectatur non eſt inita poſſeſſio eius loci, quem nunc incolunt antè ann. 1606. quo demùm ad diem Auguſti menſ. XXVII. Crux ſolemni ritu defixa. Itaq; in ſuperiorem annum, quod ab initio non temerè ſuſpicabar reuocanda eſt. Nec verò prætereundum, iam olim Ornatenſes pleroſq; Ciues, agente *R. P. Ioanne Franciſco de Binans*, ſe B. P. N. deuouiſſe tertiumq; Ordinem fuiſſe profeſſos, quos inter pietate animiq; ſtudio eminebat Franciſca Fundatrix, quæ apud noſtros honorificè condita eſt. Sed & recolendum eorundem Ciuium votum, qui cùm peſtilentia graſſante ſpopondiſſent ſe quotannis feſtiuam B. P. N. memoriam ritu Dominici diei celebraturos, abſterſa ſtatim contagioſa lue ſalubritatem recuperauerunt.

1607. *d'Ourſant. Groſpain.* *la Goutte.*

5. In Ducatu verò Burgundiæ, non infrequens municipium diœceſis Auguſtodunenſis, quod à præterlabente fluuiolo cui inſidet *Aballo* dicitur, diſtat verò *Autrico Senonum* ſeu *Altiſſiodoro* leucis VI. *Auguſtoduno* XV. noſtros benignè accepit, agente *R. P. Petro Petaſio* viro impigro, & ſi alius quiſquam doctiſſimo, communi verò totius Ciuitatis concilio & deliberatione, ad diem XXV. menſis Martij. Attributum noſtris prædium à Ciuibus ſatis amplum, inædificatum Cœnobium & ædes ſacra titulo *B. Virginis Aſſumptæ*, incolarum largitate opus conſtitutum, ductum, & abſolutum eſt. Eccleſiam, ſede vacante, ac *R. D. Dionyſio Simoni de Marquemont* Lugdunenſi Archiepiſcopo iure Regaliæ commendatâ, *R* admodùm P. & *D. Robertus Berthelot* Epiſcopus Damaſci ac Propontifex Lugdunenſis ab Ordine Carmelitarum aſſumptus, Dominicâ in Paſſione quæ in diem V. menſis Aprilis incidebat, anno 1615. conſecrauit. Sacellum ipſi Eccleſiæ adſtructum, ex latere vt vocant Euangelij à Nobiliſſ. & Generoſiſſ. *D.* . . . . *de la Magdelene* Marchione *de Ragny Claudij Auguſtodun.* Epiſcopi fratre, in gentilitium ſepulchrum, in quo ipſe conditus eſt.

Conuentus Anallonis.

Analon. Auxerre. Autun. *de Marquemont.* *Berthelot.*

Conuentus Burdigalæ

6. Aquitani præeunte *R. P. Aegidio Camarte* Prouinciale ſuo, *Burdigalam* & ipſi conceſſerunt, tumultuario iam nunc domicilio ad Arcem *Haënſem* (*Caſtellum Fari* veteres Chartæ apud Duchenium indigetant) ſe continentes, illius quidem deiiciendæ conſilium captum fuerat, areaq; cùm ruderibus Rege vltrò concedente noſtris donata, ſed res in longum extracta ſucceſſum non habuit, hodieq; anguſto illo ad Arcem loco conſiſtunt. In alterum annum lapis in fundamenta iactus ſolemni apparatu cum inſcripto Fundationis elogio quod *Gabriel Corbeus*, ſiue Continuator eius Ioannes Darnalius in Chronico Burdegalenſi exſcripſit. Nullo autem certiore monimento poſſumus rem ipſam commendare aut diſertius exprimere, igitur & nos illud tranſcribemus. Sic omninò habet.

Deo Opt. Max. Patri Spirituum, Vitæ fonti: Deiparæ Virgini Mariæ, Gratiarum largitrici: S. Franciſco de Paula Minimorum Patrono: ac S. Rocho, Burdegalenſis Ciuitas *Cœnobium iſtud iampridem votum nunc exoluit. Cuius primarium lapidem Nobiliſſ. ac Fortißimus Dominus D.* Alphonſus d'Ornano, *Mareſcallus Franciæ, Aquitaniæ* Prorex, *Ciuita-*

Digitized by Google

[1607. *tis Maior, Virginis ſeruus, belli fulmen, pacis aſſertor populi deliciæ, Mi-* 1607.
nimorum tutela, ingenti pietatis ardore poſuit, adſtantibus ſibi ſex Viris Iuratis, ipſa S. Rocho dicata die XVI. *Auguſti* M.DC.VIII. *in obſignationem gratæ mentis ob extinctam luem qua multos annos Ciuitas intabuerat. Fixa ibidem Crucis Imagine ipſo Aſſumptionis Deiparæ ſolemni feſto* XV. *Auguſti* 1608.

Henrico IV. Francorum & Nauarræorum Rege volente ac confirmante, probante Senatu, F. Ægidio Camart Prouinciale Minimorum.

R.D. Ioachimus le Venier magnus, vt loquuntur, Vicarius pro Illuſtriſſimo & *R.D. Franciſco* Card. *Surdiſio* Burdegalenſium Archiepiſcopo ſacros ritus obiuit. Ciuici Magiſtratus, quos Iuratos vocant, erant *Motta-Moncius*, *Boucheſius*, *Patius*, *Sam-Martinus*, *Galliotus*, *Soſciundus*, quorum nomen pro beneficio poſteritati commendandum venit. Verùm vt rem vnde primùm cœpit deducamus, & ſingula quæque propriùs deſignemus. Adhuc ſuperſtes B. P. N. Ordi-
de Foix. nem ſuum Illuſtriſſimo & *R.D. Ioanni de Foxo* Burdigalenſium Archiepiſcopo ſtudioſiſſimè commendauerat, cuius rei memor Archiepiſcopus, vigeſimo poſt mortem beati viri anno noſtros ad ſe vocauit, quibus Monialium ſanctæ Monicæ, ſeu Auguſtinianarum Monaſteriũ ab annis triginta deſertum & vacuum donauit, quod non poteſt melius quùm ex litteris ad fidem perſcriptis intelligi, quas ex parte deſcribimus:

IOANNES DE FVXO *Dei & Sanctæ Sedis Apoſt. gratia Burdigal. &c. Nos verò conſiderantes quod officium Ordinariorum & Epiſcoporum eſt prouidere diuino ſeruitio & illud augmentare & prouidere ne deſtruatur, etiam quod prædictus Ordo Minimorum non poteſt manuteneri propriè in locis paruis, & in quibus non ſunt piſces, cum dicti fratres nunquam comedant carnes, & etiam quod nos alloquuti ſumus cum præfato S. Franciſco dum viuebat in humanis, & quod prædictus Sanctus hortatus eſt nos vt vellemus habere recommiſſam Ordinem ſuum, &c.* atque poſt multa *commiſimus ac committimus* D. Ioanni de Caſtro Serrutio *ſacræ pag. ac I.V. Doctori* S. *Sedis Apoſtolicæ Protonotario, &c. Vicario noſtro generali, &c. quatenus haberes ſe inquirere ſuper vacuitate ac deſertione dicti loci, &c. Quibus conſideratis ac benè palpatis & ruminatis habito conſilio cum multis viris doctis, vt Deo & Virgini glorioſæ deſeruiatur in omnibus Horis Canonicis, & ne noſtri ſubditi ac ciues fruſtrentur in præfatis, & vt fiat mutatio bona & optima, dedimus ac damus conceſimus & concedimus prafatum locum vulgariter dictum* les Auguſtines, *cum pacto quod Altare maius dedicetur in honorem Dei & Virg. Mariæ & S. Catharinæ Virg. & Mart. &c. Datum ſub ſigillo noſtræ Camera die* XXVIII. *Julij* 1527. Hanc Optimi Antiſtis donationem *Franciſcus* I. Rex noſter gratioſis planè litteris apud S. Germanum menſe Ianuatio an. 1527. (ex antiquo ſtylo) confirmauit, *Clemens* verò VII. Pontif. ad v. inſequentis Februarij decreto ſuo in ciuitate Vrbeuetana expedito ſanciuit, cùm priùs ad 11. Aug. noſtrorum nomine poſſeſſionem
Deſtrac. de Marca. de Laſſe. iniſſent *RR.DD. Ioannes Deſtrac* & *Raymundus de Marca* Preſbyteri & procuratores à noſtris conſtituti, eos inducente *R.D. Ioanne de Laſſe* Archiepiſcopo à ſecretis. Eo in loco noſtri aliquamdiu egerunt, ſed rebus turbatis abſcedere coacti, nunc primum *Camartus* noſter repetitionis actionem intentauit, Ciues ex ea occaſione votum, cuius rei erant, attributo loco quem diximus exſoluerunt, pro ſententia & decreto Vrbici Concilij quod ad XIII. Februarij an 1608. habitum eſt, & illud R. Archiepiſ. ad XXVIII. eiuſd. menſ. ratum eſſe voluit. Ad VII. igitur inſequentis Martij eo loco ſedem noſtri fixerunt. Quod Rex Auguſto menſe datis Lutetiæ Pariſiorum litteris probauit. Situs Cœnobio eſt infra Eccleſiam Parochialem *S. Eulalie*, quam habet ad meridiem, vnde in Arcis Phari area proſpectum habet; Caſtrum ipſum ad Occidentem eſt muris vrbis à Septentrione ambitur, quâ fluuiolus *Peugneus* perlabitur, viâ quâ iter eſt ad S. Andræam (quæ Cathedralis eſt) ab Oriente clauditur. Et hæc quidem non pigebit addidiſſe. At verò Vrbem ipſam quis dignè celebrauerit? Nomen Ve-
Bourdeaux. teribus Recentioribuſque conſtat *Burdigala* vel *Burdegala*, Biturigum Vibiſco-

Digitized by Google

1607. rum colonia est, & Aquitaniæ II. quam *Guiennam* vocant, metropolis, non se- 1607.
de tantum Archiepiscopali, sed Iudridico etiam Cõuentu (nostri Parlamentum dicunt) præfulgens, sita est ad oram occiduam *Garumnæ* fluuij, aduersa ripa collibus surgit amœnissimis vitiferis & vario arborum genere consitis, bicorni flexu in nascentis Lunæ modum Garumnam excipit & quasi portum efficit, verè tamen totus ipse Garumna portus est & Nauale tutissimum & amplissimum, Michaël Hospitalis de portu satis eleganter:

—— terraque marique potentem
Burdegalem, portus vbi fluminis vnda capaces
Mille carinarum facit æstu inflata marino.

Media est inter *Santonas* in Boream & *Baionam* in Merid. hinc XXVI. & alia via XXXIV. leucis, illinc XXI. distans, *Tolosa* in Circium ad XXX. posita est. Iconem dedit Braunius l. 1. tab. IX. Vinetus ad Ausonium, & alij. Nec vacat nobis tantæ Vrbis decora prædicare, vnum hoc aut alterum ex Ausonio delibabo, dicamque Burdigalam

—— insignem Baccho, fluuiisque virisque,
Moribus, ingeniisque hominum, procerumque Senatu.
— — — clementia cæli
Mitis vbi, & riguæ largæ indulgentia terræ,
Ver longum, brumæq; breues, iuga frondea subsunt,
Feruent aquoreos imitata fluenta meatus, &c.

7. Franci, quos vocant alij Parisienses ab vrbe principe, non minora fece-
Conuentus Niuerni. 1605. Votum Ducis pro impetranda prole.
runt. Ab anno scilicet 1605. Illustriss. & Generosiss. *D. Carolus Gonzaga* Dux Niuernensis, &c. nunc & Mantuæ Princeps, ac lectissima pientissimaque eius consors *D. Catharina à Lotharingia* die ipso Pentecostes publico voto se obstrinxerant si per merita B.P.N. prole donarentur ad Cœnobium in beneficij memoriam exædificandum, quod si mascula obtingeret Francisci nomen imposituros ac Minimorum veste ad tempus induturos promiserant. Votum exceperat *R. P. Claudius Viuertus* pro tempore Corrector Nigeonensis, mox verò in Prouincialem electus qui eam gratiam Optimis Principibus à Deo per suos exorari sollicitè procurauit. Dilatum nonnihil votum, ex mora optatius fuit ac multò desiderabilius, tandem verò ad postulata Deus respondit, & anno 1606 exeunte *Catharina* se prægnantem sensit, atque ad alterum inceptum de voto exoluendo cogitauit, rata feliciùs partum sibi prouenturũ, si eam gratiam prærogaret. *Viuertum* igitur Prouincialem significata voluntate sua *Niuernum* vbi tum hærebat, venire per litteras rogauit, præstò ille fuit ad Principum preces, moxque illi facta optio loci ad exstruendum Cœnobium designandi pactis conuentis ad fundationem illicò exaratis & obsirmatis. Nec res longiùs abiit, locum Viuierius delegit extra Vrbem ad aggerem qui vocatur Franciscanorum quòd iuxta olim Cœnobium eius Ordinis ab *Iolanda Burgunda Niuernensi, Ioannis*, cognomento *Tristani*, *à Francia*, *S. Ludouici* Regis ex *Margarita à Prouinciâ* filij consorte, exstructum & fundatum fuisset, sed illud postmodùm in Vrbem translatum est, ac eundem penè sitùm iam nunc nostri obtinent) eoque loco inædificatus Conuentus iactis ad diem XI. Iunij fundamentis in quæ primarium lapidem misit *Carolus* Dux *R. D. Eustachio du Lis* Niuernensi Episcopo benedicente, adstante Clero, & omnibus Ciuitatis Ordinibus in gratiarum actionem solutis & effusis, quæ lætitia in vanum non cessit, sexto enim post eam celebritatem die fulgentissimum puerum *Catharina* enixa est, cuius ortum fausta vndique ac vbique gaudia consecuta sunt. Opus ex quo cœpit nunquam destitutum est quoad vltimam manum accepit, in quo inexhaustam Ducum liberalitatem qui mirantur, multò magis magnificentiam suspicerent, si coràm liceret intueri. Sed nos verbis non prædicamus quod oculis solis vsurpandum est. Natum Principem facultate impetratâ & Generalis nomine *Viuertus* in baptismo suscepit, eique pro voto parentum *Francisci* nomen imposuit, *Retheliorum* Dux à parentibus institutus eo veluti cognomine noscebatur. Sed præclaræ indolis & magnæ spei Princeps post annos quinde-

de Gonzague. *de Lorraine.* *de Viuier.* *de Bourgogne.* *de Nevers.* *de France.* *de Provence.* *du Lis.*

cim

Digitized by Google

1607. cim ſublatus in cœlum, vt quo terra indigna eſſet, magnum ſuis luctum fecit. 1607.
Pater Princeps magnanimus, eodem hypogæo quo noſtri deponuntur, condi voluit, ne frater (aiebat) noſter, à reliquis fratribus ſepararetur. Funus omni pietatis officio noſtri proſequuti ſunt, ſcriptis etiam carminibus memoriam eius celebrarunt, tetraſtichon hoc quod excerpſimus non inelegans viſum eſt:

Franciſci meritis Franciſcus naſcitur Orbi
Illuſtri at ſterili ſanguine progenitus.
Franciſci meritis Franciſcus naſcitur Aſtris
Sic pia dextra tulit quem pia dextra dedit.

Obiit autem die XIII. menſ. Octobr. an. 1622. *Euſtachius* Epiſcopus cui hoc a- 1622.
nagramma non immeritò aſcriptum eſt, *Dulcis piuſque paſcit Niuernenſes oues*, huius ſuæ dulcedinis pietatiſque noſtros ſemper participes fecit, vtinam qui vigeſimum nonũ ſui ſacerdotij annũ implet S. Pharonis-Meldenſis annos videat aut etiam exuperet. Nec prætermittendum conſecratam ab eodem Reuerendiſſimo Eccleſiã nomine *S. P. N. Franciſ.* die XXV. menſ. April. 1627. *R. P. Petro Tillotio* Correctore. *Neuernum* verò ſeu *Niuernis*, *Niuidunum* & *Niuedunum*, quod olim *Noviodunum*, ſiue vt aliis placet *Auguſtonemetum*, vrbs eſt Galliæ Celticæ præclara *Niuernis* nomen à cognomine fluuiolo qui muros iuxtâ delabitur ſortita, & inde factum nomen toti Ducatui cuius caput eſt. Inſidet *Ligeri* quem ponte viginti arcuum iungit, Epiſcopali dignitate fulget inde à *S. Auſtremonio S. Petri* diſcipulo. Quaſi media eſt inter *Lutetiam* & *Lugdunum* ad l. plures paucioreſve alterutrinque leucas, inter *Molinam* & *Altiſſiodorum* ad XII. inter *Auguſtodunum* & *Bituricas* ad XVI. Iconem Braunius & Coquilius dederunt.

Tillot. *Neuers.* *Loire.*

8. Adornandus iam nunc in finem annus, fine dixerim an funere noſtrorum, qui ſuæ ſanctitatis odore illum ab initio reſperſerunt. Et quidem à menſe Februario *Caſtrum-Almurinum Sibiuſe* cœlo ſummiſit odoratiſſimum beatæ ſimplicitatis ſurculum. Obiit ſcilicet Deuotus ille *F. Andreas à Laurino* (cui cognomen etiam *à Caſtro-Almurino*) tertium Ordinem profeſſus & domeſticus apud noſtros famulus, vir opere potens, animo ſimplex, fama celebris, exemplo mirabilis & omninò diuinæ bonitatis egregium ſpecimen. Non alio enim ille quam ipſius Dei præſidio ad ſummam Chriſtianæ vitæ perfectionem illã, quæ frequenti expeditaque miraculorum gratia compenſatur, niſus eſt, euaſit, peruenit. Homo nimirùm obſcuris natalibus, ſeruili conditione, ingenio rudi nihil non operabatur B. Virginis nomine inuocato, illi ad manum miracula eſſe videbantur, tantoque faciliùs procedere quantominùs de illis cogitabat, aut ab illis gloriam aucupabatur. Multa in futurum certò denunciauit agente ſpiritu prophetico, qui hominis minimè mali mentem implebat & linguam mouebat. Annos quadraginta in domeſticis miniſteriis occupatus, nulli labori pepercit, viliora quæque ſeriò magis, magiſque ex animo complexus, ita dum ſe infra omnes deiiciebat omnium ſibi animos demetebatur. Principes ac primarij ciues ad eum vltro citroque commeabant eius contubernio ſupra modum delectati, votorum ſumma erat, vt in cellam eius admitterentur, quæ ſuauiſſimum odorem aſpirabat ſummaque puritate nitebat, vt tamen hortenſem in ea ſupellectilem olera ſeminaq; ſeruaret. Laqueos ei quamplurimos humani generis aduerſarius tetendit, inſidias ſtruxit ac multiplicibus eum molitionibus adorſus eſt, imò & malè mulctauit, ſed patientiâ ille ac perſeuerantiâ noſtrum in exemplum vicit. Mortis horam diuinâ reuelatione accepit & multis antè diebus nunciauit, morienti apparuerunt B. Maria Virgo, S. P. Franciſcus, ac B. Angelus Cuſtos, quorum in ſocietatem meruit recipi & in cœlum abire. Corpus ſingulari feretro conditum in communi hypogæo depoſitum eſt. In eius vitam & miracula, quæ etiamnùm non deſunt, à morte inquiſitum eſt. Montoia de tempore obitus aliis non conſentit, ille menſem Iulium habet, alij Februarium, vt iam nunc ſubdubitem ſi non ille ſit *F. Andreas Pepole* Oblatus cuius memoria ſancta eſſe perhibetur apud Neapolitanos in Actis Generalibus an. 1629. vbi *R. P. Joſephus à Meſſana* Prouincialis Neapolis de illo in Beatos per Sedem Apoſtolicam referendo egit. Non enim obſtat

Ob. F. Andreæ à Laurino.

Laurino.

F. Andreas Pepole.

Pepole.

Digitized by Google

1607. nomen, cum postremum istud gentilitium esse possit, alia, sicut à domicilio vnum, ita & alterum à patria, duci videantur, nec plus quam nomen conditio, licet enim tertiam tantùm regulam professus esset, quia tamen familiaris apud nostros & domesticus consimili cultu ferè vtebatur, Oblatus dictus est qui apud nos Donatus diceretur. Sed quoad nobis ea de re liquidius constet haud quidquam vltrà subiungimús.. 1607.

Ob. P. Hieronymi à Maluito.

9. At verò *Coriolanum* fragrantissimo etiam holocausto Æternitati litauit. Ille nimirum *R. P. Hieronymus à Meliuito* (cuius nominis oppidum est in Brutiis) ibi consumptus ad temporum inuidiam integro corpore ac benè odorato quasi inter mortuos liber, hodiéque perseuerat. Editæ per nostros Tabulæ hoc ei elogium ascribunt: *Vitæ austeritate & abstinentia præcipuus, cuius corpus odore aromatico fragrans post mortem repertum est incorruptum.* Et certè merito, vt primùm enim ad Ordinem nostrum accessit maiores ad pœnitentiam animos sumens perpetuâ se inediâ macerare proposuit, atque vt sibi liceret per singulos dies ieiunium agere impetrauit, quod quidem intra annos quadraginta quibus superuixit nunquam soluit. Hunc pœnitentis vitæ insolitum rigorem tantò magis nostri mirabantur quantò hominem genere nobilem (ortus enim erat *Molinariorum* celebri familia) ætate iam prouectum, pastorali dignitate functum, hoc institutum vitæ capessiuisse meminerant. Ille verò hisce rationibus ad duriorem se carnis afflictationem stimulabat, non contentus igitur tam acerbâ inediâ seipsum subigere, quotidianis noctu & interdiu verberationibus vtebatur, nudis pedibus etiam incedebat, sed detractâ calceis soleâ, ne qua subreperet cenodoxiæ titillatio si pedes proferret Inter orandum, non secus ac si animus eum liquisset defixus immotusque persistebat, sic vt mortuus crederetur, eoque apud suos nomine deinceps audiret, quibus in prouerbium abierat cum adire illum vellent, Eamus ad mortuum. Secessus ac solitudinis amore, quò liberius Deo vacaret, in tantùm tenebatur, vt cellâ non procederet nisi ad officia publica, omninoque nullius cuiusquam societate aut colloquio ab amatâ solitudine posset auocari. Eum omnes, etiam exteri, tanquam hominem Dei reuerebantur, nec alio apud sæculares nomine noscebatur. Defectis per ætatem viribus ab altari coactus est absistere, quod non parum doluit viro pientissimo, interim tamen singulis diebus Eucharistiam de manu sacerdotis accipiebat eo animi sensu & deuotione vt extra se continuò raperetur. Frustrà dixerim quem exitum habuerit qui cum vitæ tenorem nunquam intermisit, ad funus exciti de suis sedibus populi confertim occurrerunt & omni venerationis officio veluti sacrum pignus prosequuti sunt, habitum magni beneficij loco pedibus osculum fixisse, rosarium admouisse, fimbriam à veste conscidisse, tanta fuit sanctitatis opinio. Post annos quatuor corpus eius nulla tabe infectum, aut vlla sui parte libatum, imò fragrans, integrum & ad motum habile, inuentum est. Mirabilis verè in sanctis suis qui non dat eos videre corruptionem. Obierat *Hieronymus* noster ab hoc anno & die VIII. mensis Augusti. *de Maluito.*

Ob. P. Ioannis Piobano.

10. Nec omninò dispar exitus, post similem per omnia vitam, Deuoti *F. Ioannis Piobano* professione laici quem hoc eodem anno & die XIV mensis Nouemb. *Paula* in odorem suauissimum Domino extulit. Origine *Calaber* fuit natus *Reflo* Brutiorum (nisi fallor) oppido, *Florentiæ* institutum nostrum amplexus *Paulam* post vnum aut alterum annum ire iussus est. Qui apud Florentinos austerioris vitæ tyrocinium posuerat, apud Calabros loci quem incolebat sanctitudine inuitante perfectissimæ vitæ magisterium impleuit. Pane & aqua totos viginti annos quibus superuixit, ieiunauit. Singulis noctibus duro se verbere conscindebat quoad sanguis largiter profluueret, inde ad orationem excubabat vix se ad somnum reclinans, tum verò fessos artus tabulæ committebat suppositò ad caput saxo quod panno inuoluerat, pia fraude oculos aliorum fallens, qui plumeum fortè ceruical existimabant. Cilicium nunquam exuit vnica veste superindutâ, præter quæ, & flagellum ac rosarium, nihil penes se habebat. Ignem illæsis manibus tractauit, longè positis adhuc superstes apparuit, occulta reuelauit, futura prædixit, omni virtutum ac gratiarum genere *Piobano.*

clarissimus

Digitized by Google

1607. clariſſimus fuit, cultus ab exteris & ſuis earundem virtutum atq; gratiarum merito. In ſupremo ſpiritu conſtitutus non obſcuris ad gloriam quæ illum manebat, indiciis, hominum de ſe opinionem confirmauit. Mortuo detracta fruſtatim veſtis à deuota plebe. Tertio poſt mortem anno cum hypogæum aperiretur incorruptum & odoratum deprehenſum eſt, quale ad hunc diem perſeuerat. In magna veneratione habetur ab incolis & accolis, qui eius memoriam frequentant. Vnus aliquis omni exceptione maior viſam ſibi *F. Ioannis*, animam ſole ſplendidiorem ſæpiùs affirmauit. 1608.

An. M. D. C. VIII. 1608.

Conuentus Patecij.

1. NOn degener hic annus à reliquis qui præceſſerunt, ſatis ſplendidè ad noſtrorum vota reſpondit. Siculi quibus ad alterum annum primas tribuimus non temerè etiam nunc præibunt. Vltrà *Drepanum* in meridiem ad quingentos, aut octingentos paſſus pergentibus occurrit copioſus trecentarum ædium vicus Principatûs titulo illuſtris, cui, ab antiqua & nobili apud Hiſpanos familiâ *Pachecorum*, nomen. Is itaq; *Pacheco* ab Hiſpanis dictus latinè appellandus eſſet *Patecium*, ſi ad eius familiæ originẽ attendamus. Subiacet ditioni Mazzarenſis Antiſtitis, in edito colle atq; amœno poſitus eſt, nec pluribus quàm bismille paſſibus à mari diſtat. In eum locum noſtros aduocauit Excellentiſſ. *D.* & Princeps *Laurentius Fardela*, qui ædificandum Cœnobium ſuſcepit, alendiſque duodecim è noſtris cenſus annuos ſpopondit. Situs Cœnobio iucundus & gratiſſimus eſt. Fundatoris auunculus *D. Ioannes Fernãdez Pacheco Bigerra* Marchio, Dux *Scolana*, aurei velleris Eques, apud Chiffletium 262. Siciliæ iam tum Prorex (de cuius progenie relegendus Alõſus Lopezius ab Haro Nobiliar. Hiſpan. l. IX. c. XXVI.) gentilis ſui ac nepotis animum propoſitumque laudauit & ſtudioſè iuuit atque promouit.

Pacheco vel Pacheci.

Fardela.

Pacheco. Vellena. Eſcalona.

Conuentus Ciminæ.

2. Iiſdem & ipſi auſpiciis ſupra *Panormum* in *montem* qui *Canis* dicitur proceſſerunt, & in oppido monti illocato ſedem fixerunt. Id *Cimina* vocatur memoraturque Leandro Alberto in deſcriptione Siciliæ. Diſtat leucis 11. à *Panormo* & in ſacris ei ſubiacet; paret verò in politicis Marchionibus à *Ieracio* Principibus à *Caſtro-nouo*, nec procul eſt à mari ampliùs VI. paſſ. mill. Commendatur præſertim ab aëris ſalubritate, ac proſpectu quo gaudet, nec deeſt à ſolo vbertas & copia rerum omnium. Locum Ciues attribuerunt conceſſâ *S. Leonardi* æde, cuius nomine Sodalitium ibidem inſtitutum eſt, ſitus illi in extrema vrbis parte, frequens tamen ad eam concurſus plebis quæ *S. Leonardum* aduocat. D. Marchio in ædificium multa erogauit. Sed Fundatoris nomen & honorem vnus meretur Nobil. Vir *Paulus de Pietro*, Ciuis Ciminenſis qui patrimonium adeam rem vniuerſum contulit, ſuaſu *R. P. Franciſci à Cimina* germani ſui natu maioris & Ordinis noſtri profeſſoris, quem imitatus *Paulus* non modo bona dimiſit & donauit, ſed ſeipſum quoque Ordini noſtro mãcipauit. Operam præter hos ſuam præſtiterunt, Nobil. VV. *Michael & Vincentius Tantilo* qui ſingularium Benefactorum numero cenſentur. Eccleſia B. P. N. nomen etiam retinet pro populi animo ac deuotione.

de Pietro.

Tantilo.

Conuentus Martinæ.

3. Apuli in partem eius felicitatis venerunt, apud quos *Martina* eſt oppidum Ducatus nomine ornatum & clarum in ditione *Caracciolorum*. Id in colle ſitum XVII. ab *Oſtuno* paſſ. mill. XVI. à *Monopoli*, medium inter *fanum S. Alicandri* & *Oſtunum* deſcribit Leander Albertus, Montoia noſter *Tarentinæ* diœceſi aſcribit, denſoq; nemore ac feraci planitie circumducta m perhibet. Quinquaginta paſſibus ab oppido Cœnobium noſtris conſtitutum eſt *B. P. N. Franciſco* ſacrũ. Nobilis *D. Ioannes Baptiſta Leonius* I. V. D. ab anno 1598. prædium noſtris aliaque donauerat quibus poſſent id præſtare, ſed cùm ea donatio contentionibus implicita fuiſſet vſque nunc protracta res eſt, tumque demùm ex relictis à Leonio condi cœpit Monaſterium, quod ab ipſo initio duodecim ex noſtris inhabitarunt.

Martina.

4. Sic ſe habebant res noſtræ apud Italos, cum Galli non impar ſuæ operæ

Digitized by Google

1608. fœnus collegerunt. Campani quidem *Dunum* tranſierunt collato ſibi *S. Aegidy* Ordinis Benedictini Prioratu à *V. Cl.* & *R. D. Dominico Olriõ*, maioris apud *Tullũ* Eccleſiæ Canonico, quem propterea Patres *Maſſilie* conſidentes in beneficentiſſimum Fundatorem acceperunt. Sacra quidem ædes ac contignationes reliquæ temporum ac bellorum iniuriâ dirutæ & ſolo æquatæ iacebãt, adeoque nouum planè opus à noſtris ducendum fuit, quod, præeunte *R. P. Daniele Verot* Prouinciale, ac qui mox ad Michaëlitia ſucceſſit *R. P. Ioanne l'Afrique*, noſtri agreſſi ſunt. *Dunum*, quod antiquo Gallorum vocabulo montem ſignificat, oppidum eſt in vlteriori *Moſæ* ripa, *Verdunum* inter ac *Stenacum*, Decanatûs & minoris Archidiaconatûs nomine in diœceſi Remenſi inſigne, quod tamen in rebus temporariis præfecturæ Sam-Michaëlitiæ ſubiacet. Cœnobium antiqui Prioratus titulum retinet.

1608. Conuentus Duni. *Olrim.* *Verot* *l'Afrique.* *Dun.*

5. Franci verò *Peronam* inſederunt, cum iam ab altero anno & die XI. Iulij Illuſtriſſ. & Generoſiſſ. *D. Carolus de Crequy* Baro *de Bernieulles* & *de Clery*, domum vrbanam ſuæ gentis, ſiue (vt vulgò loquuntur) Hoſpitium Cleriacenſe, ad inædificandum Cœnobium ſub priuata ſyngrapha promiſiſſet, noſtrique cùm à ſacris S. *Furſei* Sodalibus, tùm à Ciuico Magiſtratu & regiis Cognitoribus ſub die XVII. & XXVI. menſis Nouembris facultatem extruendæ religioſæ domus impetraſſent. *Carolus* enim Fundator & lectiſſ. nobiliſſ. q; fœmina *D. Iacoba Emanuel Gouffier* eius conſors poſt annum, ad diem ſcilicet X. menſis Iulij ea domo in gratiam noſtrorum ceſſerunt, quam quidem Cleriacenſes Domini annos 128. poſſederant, anno enim 1480. & die XVIII. menſis Iulij eam ſibi comparauerant, vt conſtat ex Inſtrumento quod noſtris relictum eſt. Vetuſtas ædes ad vſum ſuum quoad fieri potuit noſtri adornarunt, ductâ noui operis Eccleſiâ quæ *B. Magdalenæ* nomen ab antiquo nobilis domus ſacello accepit, ſub quo demùm an. 1629. & die III. Iunij adeoque in ipſa Pentecoſtes ſolemnitate. *R. D. Henricus de Baradas* Nouiomenſis Epiſcopus eam conſecrauit. *Henrici* verò Deceſſor *R. D. Carolus de Balſac* noſtros paternâ charitate complexus fuerat & pauperculæ domus incunabula Epiſcopali benedictione inaugurauerat. Quod denique ad commendationem perpetuam & memoriam beneficij hominis cedat, *Carolus* Fundator, poſt amiſſam vxorem, raro pietatis exemplo, ad Patres Oratorij ſe contulit, qua in congregatione Sacerdos & ipſe factus, huic noſtro ſæculo inuidiam, futuris admirationem parare non deſinit. Florentis familiæ caput reliquit, quem nominis & bonorum hæredem natura dedit, *Ioannem Baptiſtam* F. cui lectiſſ. fœmina *D. Renata de Vien-pont* in conſortem feliciter obtigit. *Perona*, quod ſupereſt dicendum, Vrbs eſt in finibus Picardiæ & Cameracenſis agri, elegans & firma, arce potens, ſitu præcipua & ob circumfuſas paludes & decurrentem *Summam* fluuiũ inacceſſa, bellicis quidem cladibus fatigata, ſed nunquam victa, & patrum quidem memoriâ *Caroli* V. Imp. vires quas ab Hiſpania & Germania collegerat glorioſiſſimè fregit. *S. Furſeum* patronum colit cui magnificum templum in ipſa Vrbe dicatum eſt. Diſtat *Nouiomo* in cuius diœceſi eſt, leucis VIII. *Ambiano* X. *Cameraco* VIII. quot *Nouiomo*.

1607. 1480. 1629. *de Baradat.* *de Balſac.* *de Vien-põt* *Peronne.* *Somme.* *Noyon.* *Amiens.* *Cambray.*

Conuentus Fontis-ſancti.

6. Hiſpanis ſuæ poſt alios partes non defuerunt. Inter *Malacam* & *Cartamam* verſus Ortum, tribus ſupra mare paſſuum millibus, ac penè IX. à Malacâ, fuit antiqua Eremitarum ædes *B. Mariæ V. à fonte-ſancto* nuncupata, quod nomen habet ab Imagine miraculis cõſpicua & fonte ſalutaris aquæ ipſi ædi proximo. Frequentes illuc populi commeant quibus & Imaginis veneratio & aquæ hauſtus ad vtramq; ſalutem proficiunt. Eum locum noſtris conceſſit R. *D. Garcias ab Haro*, Malacenſis Epiſcopus, ea lege vt horariæ preces & ſtatiuæ diu noctuq; perſoluantur, quod noſtri ſedulò præſtant. Inita eiusloci poſſeſſio die S. Michaëli Ordinis noſtri Protectori ſacrâ, qua electus in Prouincialem Granatenſem *R. P. Ioannes Piña de Celis* vir laudatiſſimus qui ob cultum B. Virginis nouam domum ſtudioſiùs excoluit. Acceſſit & poſtmodùm huius domus Fundator *V. Cl. D. Didacus Braue Suarez*, de quo Acta Romana an. 1623. meminerunt, quæ ius illud ad coniugem eius prorogant.

Malaga. *Cartama.* *N. S. de la fuente.* *de Haro.* *Piña de Celis.*

7. Per

Digitized by Google

1608. *Augier.* 7. Per id tempus *Augerius* Generalis ab *Italia* in *Hiſpaniam* viſitationis gratia concesserat, ſed fatalis ea peregrinatio ſuprema fuit homini grauibus & immensis anteà laboribus exhauſto. *Valliſoleti* hærebat cùm ægra primùm valetudo in lethalem morbum degenerauit, quo tandem abſumptus eſt, ad diem XVII. menſis Octobr. Vir quidem fuit magnarum virtutum & præcipuæ apud ſuos autoritatis, qui ſeipſum impendit ac ſuperimpendit vt officium impleret ſuoſq; conſolaretur. Curatum funus ritu ſolemni, & omnium Ordinum concurſu, quibus externi hominis virtus & dignitas veneration fuit. Ad IIII. mẽſis Nouembris actum de ſucceſſore ſufficiendo, electus autem eſt *R. P. Matthias Chicus* pro tempore Corrector *Toletanus*, vir morum honeſtate, maturitate iudicij & eruditionis merito-præcellens, qui vices ſuas in perluſtrãda Gallia commiſit *R. P. Franciſco Humbloto* & *R. P. Bartholomæo Prouſt*, ipſius Generalis Collegæ Gallo, quorum memoria venerabilis eſt, & ſancta cùm apud ſuos tum apud exteros. Verùm hæc tempeſtiuiùs exequemur.

1609. Ob. P. Augerij Gen. & ſubſtitutio P. Matthiæ Chico.

Chico

Humblot. Prouſt.

Hernandez de Molina. 8. *Augerio* præmortuus in eadem Hiſpania *R. P. Hieronymus Hernandez à Molina* ſenex nonagenario maior, qui annos totos ſeptuaginta in duriſſimo vitæ inſtituto peregit. Et quidem præter ſolitum carnis afflictationi ſe dedidit, & ad illam decrepitam ſenectutem miris ſe modis exercuit. Pauperum præſertim curam egit, ac de illis adeò ſollicitus fuit, vt concreuiſſe miſericordia homini pientiſſimo videretur, & vulgò Pauperum paterdiceretur. Quæ res illum & *S. Carolo Borromæo* cùm Mediolani moraretur & *D. Ioanni Ribera* Archiep. Valentino chariſſimum fecerat. Subtrahebat ipſe ſibi neceſſarium alimentum vt pauperibus erogaret. Veſtes etiam ſæpiùs exuit quas largiretur nudis & inopibus, cùm interim ipſe multis incommodis conflictaretur. Corrogabat vndiq; quod poterat vt in egẽtes, & afflictos diſtribueret, cùm verò deficeret quod poſſet dare, illachrymabatur & verbis accommodatis miſeros ad patientiam hortabatur, certè hominis calamitate preſſi aſpectum non ferebat, quin tactus cordis dolore non compateretur modò, ſed lachrymas vltrò funderet. Dici omninò non poteſt quibus officiis calamitoſos proſequeretur, quàm gratioſus eſſet apud Principes primarioſq; viros, qui hominis virtutem animumq; nouerant. Deniq; cùm magna ſanctitatis eius opinio inualuiſſet, neq; ipſa nihil minus eſſet quàm credebatur, ſenio confectus & plenus meritis, *Valentiæ* vbi ſpiritum gratiæ hauſerat naturæ conceſſit. Funus circumfuſâ pauperum turbâ, & totâ penè ciuitate effuſâ deductum eſt; fruſtatim conſciſſa veſtis & magno ſtudio expetitæ reliquiæ quæ eius eſſet apud homines exiſtimatio ſatis declarauerunt. Sed & plurima per eum diuinitus edita conſtans fama eſt, de quibus videant qui ſingularia facta proſequuntur. Dies obitus fuit XVI. Iulij qui apud Valentinos celeberrimus habetur.

Ribera.

Ob. P. Hieronymi Hernandez à Molina.

Categgera. 9. Hoc eodem anno apud Panormitanos Soror *Sigiſmunda Categgera* columbinæ ſimplicitatis Virgo, poſt annum ſanctæ profeſſionis ſexageſimum octauũ & ſeptimum cæcitatis, quam illi euenire permiſit Deus, vt probatâ patientiâ in ſpe retributionis æternæ non confunderetur, ad præmium quod ſperauerat euolauit, id quod *Alphonſinæ* virgini ſanctæ diuinitus reuelatum eſt.

Ob. Sororis Sigiſmundæ Categgera.

An. M. DC. IX.

1609.

1. PRæſtitit hic annus ſupra pleroſq; rerum copia & multitudine, tum verò maximè in Gallia. Nullis quidem ampliùs, quàm Campanis fortuna, ſi fas eſt dicere, aſpirauit. Nam & in Lotharingia, & in Campania pluribus locis ſedem fixerunt. Atq; imprimis *Spinaly* conſtiterunt, quæ vrbs eſt in Lotharingia meridionali qua *Vogeſum* Spectat, *Moſella* inſidens intra *Caſtellum* & *Romerici-montem*, leucis à Nanceio XII. cui ius dicit quantùm ad ſacra Tullenſis Antiſtes, quoad politica proprius Iudiciorum Præfectus quem Balliuum nominant. In ea Vrbe celeberrimum eſt ſacrarum Virginum Collegium, quas vocant Canonicas, cuiuſmodi eſt & apud *Romerici-montem*, & aliis pluribus locis, ſed in Belgio præſertim vbi hoc inſtitutum viget. Collegij eius Antiſtita

Eſpinal. Chaſtel. Remiremõt.

Conuentus Spinalij.

1609. *R. D. Iolanda Baſſompetrea Chriſtophori*, Fundatoris Nanceiani ſoror & eius Coadiutrix (vt loquuntur) *R. D. Claudia de Cuſigny-de Viange* locum nouis in ea Vrbe comparauerunt, & beneficētiſſimo Principe ſuo *Henrico* II. non permittente tantùm, ſed de ſuo multa liberaliter pro antiquo in noſtros affectu conferente, redditus annuos conſtituerunt: Aedi ſacræ atq; Cœnobio exædificandis noſtri ſtudiosè allaborarunt, & per Ciuium aliorumq; priuatorum beneficentiam ſuamq; operam egregium & elegans opus abſoluerunt. Et omnia quidem illic florent vt terreſtris inde paradiſi ſpeciem aliquam poſſis accipere. *Iolanda & Claudia* in Fundatricum numerum aſcriptæ ſunt. R. autem *D. Ioannes Porcelletus Maillanius*, Tullenſis Epiſcopus omni noſtros humanitate officioq; accepit, & non ignotos ſuæ diœceſis calonos nouas familias deducere gratulatus eſt. 1609. *de Baſſompierre. Cuſigny de Viange. Porcelet de Maillanes.*

Conuentus Lauduni. 2. E Lotharingia deinde in Galliam h. e. Spinalio Laudunum migrarunt beneficio R. *D. Godofredi Billy Prunai, Laudunēſis* Epiſcopi ex Monacho S. Dionyſij & Abbate S. Vincentij Laudunenſis & S. Ioannis Ambianenſis, qui noſtros vltrò inuitauit, curauitq; vt Prioratum *S. Nicolai* (cognominatum *Cordelium*) ex Ordine Vallis-Scholarium expreſſo vniuerſi eius Ordinis aſſenſu, ac Rege benè volente ſuiſq; litteris confirmante acciperent, qua de cauſa decretus illi fundatoris honos & titulus à Patribus *Maſilie* conſcriptis an. 1611. Locus eſt intra Vrbis pomœrium, collabentem veruſtate Eccleſiam, ac reliquas ædes noſtri reſarciuerunt, & ſuo vſui aptauerunt. Nobiliſſ. *D. Guillelma de Coucy* vidua Comitis de *Solre*, *Philippi* (ni fallor) *Croÿ* Equitis velleris aurei apud Chiffletium 288. ob inſignia in eam domum beneficia Fundatricis iure donata eſt in Generali Congregatione Romæ VII. celebratâ, priuati pleriq; Ciues non parùm iuuerunt, quibus à Deo remunerationem expoſcimus. Verùm non pigebit ſtudioſum Lectorem, ſi ea demùm reponamus quæ per nos nuper obſeruauimus, de prima eius domus origine. Ab anno nimirùm 1220. Archidiaconus Laudunenſis, Vallis-Scholarium Clericos in Vrbem aduocauit, cùm tunc primùm illi fuiſſent inſtituti, primuſq; domûs eis condendæ auctor fuit, vt fidem faciunt litteræ hoc eod. anno menſe Septembri exaratæ. Poſt annos quindecim *Auſelmus* Laudunenſis Epiſcopus (*de Malonido*, apud Robertum, cui XLVIII. eſt, cognominatus) ægrè coaleſcentem familiã ſuis beneficiis & prolixâ liberalitate, quæ illi abſolutum Fundatoris nomen peperit, ſuffulſit. Extant eius Fundationis litteræ ad ann. 1235. menſe Decébri perſcriptæ. Cùm interim ac deinceps non ſemel Romani Pontifices multis gratiis eius domus incolas ornauiſſent, quam ad rem habentur vſque nunc litteræ *Gregorij* IX. ſub dat. XIII. Aug. an. 1227. *Rauennæ*; Vrbani IIII. ad an. 1263. *Ioannis* XXII. ad ann. 1321. menſe Februario. Nec minor in eos Regum noſtrorum munificentia, quod conſtat litteris *Philippi* III. cognomento *Pulchri* ad an. 1296. *Caroli* V. *Sapientis* ad an. 1368. quibus ius morticinæ poſſeſſionis illis condonatur. Collata quinetiam illis Cappella, vt loquuntur, Regia Curiæ Laudunenſis, quæ noſtris in hodiernum ceſſit eo miniſterio ad omnium gratiam perfungentibus. Inſcripta eius Cappellæ dedicatio ad VI. Septemb. in vetere Kalendario. Sed & inſignium Benefactorum catalogo cumprimis aſcripta, *D. Ioanna Flandrenſis* Domina de *S. Gobano* nuncupata, quæ ſacellum *S. Catharinæ*, quod etiamnùm ſupereſt, conſtruendum curauit. Aedem ſacram *S. Nicolai* nomen habere nemo mirabitur, qui depoſitum in ea eiuſdem ſanctiſſimi Pontificis inſigne os, & niſi fallor, grandius quàm quod in eiuſdem nominis Eccleſia quam Lotharingi tantoperè, nec immerito, prædicant, aſſeruatur, recolere voluerint. Sunt & plurima pignora ſacra, vt de Sanctiſſima Cruce, de S. Blaſio, de S. Genouefa, de S. Petronilla, de S. Paulo primo Eremita, & alia nonnulla; quæ inter, quinque capita SS. Virginũ vndecim millium illuc delata è *Caſtro S. Gobani*, quod *Ludouicus* XI. Rex noſter damnato perduellionis Comite *de Marla* deijciendum, & ſolo æquandum edixerat. Eſt verò inſignis particula oſſis *S. Blaſij*, non quantitate tantùm, ſed antè omnia virtute, quæ etiamnùm ad curationes mirificè proficit. Quapropter 1220. *de Billy de Prunay.* *de Coucy.*

1227. 1263. 1321. 1296. 1368.

1609. ter iam olim multis vt vocant Indulgentiis donata est ea Ecclesia, quas inter 1609.
de Courtenay. obseruabam cumprimis factam à R. *D. Roberto de Courtenay* Rhemensi Archiep. 1315.
de Vornay. de Brechainville. ab an. 1315. mense Augusto. Vt autem ad nostra nonnihil adiiciamus. Eâ domo in nostrorum gratiam cessit. *R. D. Ludouicus de Vornay de Brechainville*, Ordinis Vallis-Scholarium Generalis, quod factum hoc eodem anno, in possessionem tamen ante 111. Septemb. anni consequentis non veniisse nostros eiusdem domus Commentaria præferunt. Primus deniq; Corrector in eâ institutus *R. P. Ludouicus Frizon*, virgrauitate ac honestate morum & præcipua litterarum cognitione venerandus, qui obiit xxv. mensis Maij an. 1616. magnũque apud suos & exteros sui desiderium reliquit. Eiusdem nominis & gentis *Hieronymus* noster Remis conditus, vbi ad meliorem vitam transiit x11. Octob. an. 1591. & *Nicolaus* qui viuendi finem fecit apud Rethelios xxv1. Februarij an. 1617. cuius vtriusq; memoria magno purioris fidei reliquarumq; virtutum exemplo commendata est, vt eorum alterum (puto *Hieronymum*) eiusdem fidei merito pleraq; supra naturam edidisse à senioribus nostris non semel audiuerim. *Laudunum* porrò, siue *Lugdunum Clauatum*, nonnullis etiam *Launa*, Vrbs est in finibus Campaniæ & Picardiæ monti præcelso illocata, inter *Nouiomum* ad Occid. & *Veruinum* ad Orient. leucis 1x. paucioribus à Suessione in Cæciam, x. à *Remis* in Boream, Episcopum Laudunensibus dedit S. Remigius, qui vnus est ex duodecim viris qui Regibus inaugurandis ac supremis Regni causis iudicandis præfecti sunt; & ipse quidem cũ Remensi ac Lingonensi ex Ecclesiasticis Ducis nomine præfulget. Sua est etiam *Lauduno* Iudiciorum præfectura quæ latè per eam regionem obtinet. 1616. 1591. 1617.

Laun.

3. Per hoc ipsum tempus etiam de petendo *Stenaco* cogitarunt. Vrbs ea est Conuentus Stenaci.
Stenay. Monson. Verdun. Dun. diœcesis *Treuirensis*, *Mosæ* insidens, infra *Mosonem* seu *Mussum* leucis 111. supra *Virdunum* v1. vt audio, cui ius dicit Præfectus Sammielanus in politicis. *Dunum* eidem vt diximus proximum est; cùm igitur nostri *Duno* recedendum iudicassent, nec sibi viderentur posse illic commodè habitare, *Stenacum* venerunt vbi à ciuibus studiosè accepti, fauente supra modùm Lotharingiæ Duce *Henrico* illo *Pio*, nouæ domus fundamenta iecerunt. Dunenses tamen qui magno illorum desiderio tenebantur quo minus ab oppido suo absisterent intercesserunt, imprimis verò *R. D. Dominicus Olrion* Fundator, omni eos ope *Dunum* reuocauit, *Stenacenses* quoq; vt apud se permanerent contenderunt, itaque Optimus Princeps *Henricus* Dux attributis nõnullis cẽsibus *Stenaco* abire nõ est passus, liberum tamen faciens vt Fundatorẽ quem vellent ac possent non secus ac si nihil prærogasset allegerent. *Dunum* igitur ac *Stenacum* excoluerunt, & vtrobiq; iam nunc inhabitant. Ac *Stenaci* quidem perpulchras ædes atque commodas constituerunt nemine adhuc in Fundatorem, pro relicta sibi facultate ab *Henrico* Duce, recepto. Post omnia & illud aduertendum existimo eius vrbis nomen apud alios atq; alios aliter habere, sunt qui *Astenay*, sunt qui *Sathenay*, sunt deniq; qui *Stenay* efferant, atq; postremum hoc vulgatius, quod propterea retinuimus, *Stenacum* reddentes quod fortè *Stenaium* etiam non incongruè diceremus, & ad vsitatam prolationem magis accommodatè.

4. At verò *Henrici* Ducis inexhausta liberalitas in his non stetit. Iuxta *Nan-* Conuentus prope Nanceium.
ceium ædicula est B. Virgini sacra, & eo loco inædificata vbi cæsus *Carolus* Burgundiæ Dux à *Renato* Lotharingorum regulo, qui hoc victoriæ suæ monimẽtum extare voluit. Locum Petrus de Blarroriuo Nanceidos lib. 6. sic describit.

de Blarru.

Est in Nanceijs aratro locus vtilis aruis;
Nec procul à muro plusquam solet ire sagitta,
Missa ter, &c.
Accliuem dat terra locum, gremioq; lacunas
Format, & herbosam nutrit bibulosa paludem,
Stillantesq; receptat aquas operitq; receptas,
Agri humore frequens vtroq; in tempore carex.

tum etiam ædem B. Virgini sacram memorat, cùm de Burgundis post victoriam humo conditis agit.

Digitized by Google

1609. *——hos patria haredes victoria fecit,* 1609.
Atq; sepulchrandis patet hic locus ere sacratus
Pontificisq; manu, & structum non grande sacellum
Virginis alma Deo quæ præbuit vbera nato,
Cognomenque dedit tantæ Victoria matri,
Incorrupta hominem peperit quæ Virgo deumq;
Qui falsos nihilasse Deos mihi creditur, & quo
Euicisse modo se credo Renate tot hostes.

Non solum autem *B. Maria à Victoria*, nomen huic Oratorio hæsit, quod ille meminit, sed communiùs *Burgundorum Capella* dicta est, tum etiam *B. Mariæ à bono auxilio* siue vt vulgò loquuntur *à bono succursu*. Eam verò nostris *Henricus* Dux cedere voluit, tanquam in pignus acceptorum à Deo per merita B. P. N. beneficiorum, omni se igitur iure suo in nostrorum gratiam abdicauit, totumque quod suum erat in eos transtulit, patentibus vt vocant litteris, hoc anno ad diem XVIII. mensis Octob. perscriptis, quibus quidem rei diuinæ ad certos dies peragendæ eisdem procuratio mandabatur. Quod illi dum sedulò & diligenter præstant simulq; per eam occasionem, pro facta sibi potestate confessiones audiunt Eucharistiamque ministrant, ad beatæ Virginis cultum plebis, studium & animos excusitant, frequentes igitur populi conueniunt qui vota sua precesque deferant, nec deest præsens à cœlo auxilium crebris miraculis testificatum, quorum fama non incolas modò tota passim Lotharingiâ, sed Exteros etiam ad B. Deiparæ venerationem in eũ locum pertrahit. De iis postquàm peruagata fama celari non poterat diligenter inquiri autoritate publica placuit. Facta inquisitionis potestas Viro Cl. &*R. D. Desiderio Inleto*, ad *S.* Georgium Nanceij Canonico & Scholastico, per R. *D. Carolum Christianum de Gournay* Sitiensem Episcopum & Administratorem Tullensem. Probata & recognita miracula *R. P. Nicolaus Inletus* Ordinis nostri per Lotharingiam Prouincialis, scripto mandauit historiamque dedit vernaculâ linguâ, in qua etiam eius Sacelli originem diligentiùs perueſtigat. Historiæ eius publicationem Illustrissimus & Reuerendissimus *D. Nicolaus Franciscus à Lotharingia* S. R. E. Cardinalis Episcopus & Comes Tullensis probauit, postquàm à delectis etiam Theologis accuratè recognita est. Editionem parauit *Sebastianus Philippus*, Celsitudinis suæ typographus Nanceij, prodiit autẽ an. 1630. Nos igitur & de miraculis illis & de tota historia reticemus, quæ non possit nisi per legitimum & iustum volumen explicari, non frustrà tamen addemus ædem duplo ampliorem ex quo de illis miraculis auditum est suaq; illis fides constitit duci & ædificari cœpisse, quæ confluentes ab omni parte populos posset accipere.

Inlet. *de Gournay.* *Inlet.* *de Lorraine.* *Philippe.* 1630.

Conuentus Vici. 5. Hæc in suaCampaniæ Prouincia præstabant *RR. PP. Daniel Verot & Ioannes l'Afrique*, cum apud Aquitanos *Camartus & Painaus* nouas etiam sedes non vno loco parauerunt. Nam & in *Vocatibus*, quos alij *Bigerronibus* alij *Arminiacis* ascribunt, familiam constituisse inuenio. Eorum oppidum, *Vicus* dictum diœcesis Tarbensis, ab *Auscu* XII. pass. mill. in Occid. à *Cõdominio* pluribus in Austrum ad eius regionis montes pertinet, in eo autem per ciuium beneficentiam agente quem diximus *Camarto* nostro & R. *D. Salnato Hiarcio* Tarbensi Episcopo fauente nostri accepti sunt. Ibi messis multa impigros & indefessos operarios requirebat. Nescio autem si *Vocates* illi non *Vicani Aquenses* etiam dicendi sint quorum aquæ salubres, *Tarbellicæ* appellantur, & quidem ad partem affirmantem stabiliendam nihil non conuenit. Sed quando per nostros licet, vt qui nuper de singulis perscripserunt, certiora proferamus? Sic ferè igitur *Vicus* à d'Agutsio nostro describitur: Oppidum est Bigerrionum percelebre in ipsius regionis meditullio; à *Tarbâ* leucis duabus, quatuor à *Ternace*, cuius nuper meminimus, distat. Arce, seu Castello, vt loquuntur, constat, cui oppidanorum ædes circumpositæ. Intra Castrum Ecclesia parochialis, Curia municipalis & Præfectura consistunt & rari ciues inhabitant. Quæ Castrum ambiunt ædes peramplæ, numerosæ, vicatim dispositæ sunt, sed absque numero, vnde fortè *Vici* nomen populoso alioquin oppido factum est. Ager

Verot. *l'Afrique.* *Camart.* *Vicb.* *Aux.* *Condom.* *d'Hiarce.* *Baniveres.*

ad

Digitized by Google

1609. ad duo paſſuum millia in omnem partem arbuſtiuis vitibus in quincuncem metatis ſatus eſt. Magna ſcilicet ac perutili induſtria *Vicenſes* elatas in ſublime vites nubunt arboribus, quas in brachia componentes & vimine circumligantes, vuis ad ſolem ſuſpenſis, terram relinquunt arabilem, cui magno prouentu ſemina committuntur. Vnde non modicæ opes ad oppidanos redeunt, paratumque habent aduerſus hoſtes præualidum munimentum, vt qui pro certo habeant Martem amplexibus Bacchi ſi accedere attentaret enecandum. *Liſium* amnis qui à iugis Lapurdenſibus ortum habet, poſtquàm longo ſatis tractu occiduam agri Bigerrionum partem peruaſit, Vicenſe Caſtrum ſubluit, eoque loco duobus ſubliciis pontibus iungitur, deflectens inde ad Aquilonem vbi *S. Orientij* Monaſterium *Regulàm* dictum peruenit, in *Aturrum* ſiue *Atyrum* delabitur. Frequens *Vici* habetur forum nundinarium per ſingula Sabbata, ex quo Benearnenſes magnam ſolent frumenti vim exportare, Lapurdenſes verò, Lauedani, Bannerienſes, Campani, aliique per eum tractum Pyrenæorum accolæ copiam vini multam ſibi comparant. In id oppidum ab altero anno noſtri conceſſerant ſummiſſi à *Camarto*, qui accepti à ciuibus commodato per tempus Xenodochio ad ſacra vſi ſunt ædeſque in proximo locatas inhabitarunt. At hoc demùm anno ad IV. menſis Iunij cum noſtris oppidani de condendo Cœnobio pepigerunt coràm Nob. *V. D. Ioanne de Puio* maiore apud Tarbenſes Iudice, cui à Vicenſibus hoc negotium datum fuerat. Epiſcopus ipſe continuò *Vicum* aduolauit, primarium lapidem benedixit, & in fundamenta miſit, voluitque vt *B. Mariæ Virgini SS. Franciſco Paulano & Rocho* Eccleſia dicaretur. Sodalitio ſacri Roſarij gaudet cui libentes & frequentes nomen dant oppidani. Cœnobio autem oppidum ad Septentrionem eſt, Arx ad meridiem interiecto aquagio quo Caſtrum ſuccingitur, & viâ publicâ, iuxta quam ædes ſacra protenditur. Sed & *Biterris* altera quoque ſtatio cœpit inſtitui, agente *Camarto*, qui omnes Ciuium Ordines concionibus ſibi ſuiſque conciliauerat, non perſtitit tamen quod cœptum erat, adeoque in commodius tempus res Biterrenſes extrahemus. 1609.

Iſnard. 6. Prouincialibus denique noſtris hic annus non abiit in vacuum, *R.* ſcilicet *P. Ioannes Iſnardus*, qui eam Prouinciam ſummo imperio moderabatur in acceptum retulit Cœnobium *Telonenſe*, quod ædificandum Ciuicus Magiſtratus pietatis & religionis causâ ſuſceperat. Et reuera eò progreſſum eſt opus eius Cœnobij per *Iſnardi* operam & Ciuium liberalitatem, vt nulli ex eadem Prouincia inferius habeatur. In ipſo certè Vrbis pomœrio ſitum eſt loco eminente, vnde proſpectus eſt iucundiſſimus in mare ac portum totâ Europâ celebratiſſimum, ſuccingitur hortis florentibus & amœnis, qui copioſis aquis irrigui ac omnis generis arboribus conſiti nullos, habent quibus comparari admodum poſſint. Ædes ſacra elegans & magnifica, ſacellis ab vtraque parte quatuor conſtat, quibus addendum quintum decem vltrà maius ſiue ſupremum efficient. Reliquum opus omninò diſpar non eſt. Nomen habet *S. Ioannis Baptiſtæ*, quod inditum ab *Iſnardo* non temerè, vt qui à Ciuibus ſuis hoc beneficium impetrauerit. Eſt autem *Telonium* ſiue *Tolonium*, Veteribus *Telo* cognomento *Martius*, Vrbs Epiſcopalis, in interiore mari receſſu, ſiue Cytharitæ prom. & *ſinu Samblacitano*, leucis x. à *Maſſilia* in Occ. XII. à *Foro-Iulij* in Ortum, metropolim agnoſcit *Aquas Sextias*, à quibus ſupra Maſſiliam xxx. leucis diſtat. Nauale amplum & ſecurum in quo Gallicæ triremes ſtatiua dum vacant habent. Qui *Telonem*, *Trocentium*, *Thauruntium*, *Taurentum*, vel denique *Taurœntum* dicunt, à peritioribus vapulant. Noſtri autem Cœnobij decora copioſiùs exequitur *R. P. Stephanus Iſnardus*, *Ioannis* nepos, qui non præpoſtero affectu, ſed imminuta laude *Ioannem* patruum à zelo religionis quo flagrabat & rerum agendarum peritia prædicat, & reuerâ *Ioannes* nullum aliquando finem fecit honoris Dei atque Ordinis ſui promouendi, magnis ipſe virtutibus & eruditione præſans.

Toulon. Cap de Garcel. Goulfe de Grimaud Marſeille Freiuls. Aix.

Conuentus Tolonij.

7. Itali & Hiſpani vnico per ſingulos Cœnobio res ſuas auxerunt. Et Itali quidem vltra continentem in Sicilia tractuq; Panormitano Vrbem copioſam, Conuentus Alcami.

Digitized by Google

1609. amplam & probè munitam vt à noſtris deſcribitur inſederunt. Ea eſt *Arcamum* quæ & *Alcamum* aliis, atque *Alcamus*, condita fertur à Sarracenis ab eiſque nomen accepiſſe. Ad *Motucam* pertinet, diſtatque *Segeſtanorum Emporio*, atque adeò à mari III. paſſ. mill. Agri bonitas mira illic viget, diffluunt omnia naturæ muneribus. Suburbium ad Occid. magnum & populoſum, Parochialibus Eccleſiis Monaſteriiſque pluribus refertum, in illo antiqua erat Eccleſia *Sanctiſſimo Crucifixo* dicata, eam Ciues noſtris donandam curauerunt, attribuis præterea in continenti aratiunculis aliquot atque oliuetis. Ad diem menſis Nouembris XXI inhabitare cœperunt, frequens illuc populus deuotionis gratia commeat. Gaudet Cœnobium iucundiſſimo proſpectu in mare & in agros. Nomen retinet à Sanctiſſimo Crucifixo.

1609. *Arcamus.*

Medica. Caſtel-al-mar del Golfo.

Conuentus Almotadij. 8. Hiſpani autem præeunte *R.P. Franciſco Sanz* Prouinciale Valentino eandem Valentiæ Prouinciam, accepto apud *Almoradium*, Cœnobio locupletauerunt. Oppidum id eſt non procul *Orcelis* Epiſcopali vrbe in cuius diœceſi eſt, habet in proximo etiam *Longunticam* ſiue *Alonem* vrbem probè munitam & præclaram à qua illi rerum omnium copia ſubinfertur, ſita eſt denique ſecùs *Sorabim* fluuium piſculentum, de cuius nomine certant Geographi. *Almoradi* de cætero nomen eſt Arabicum, quod ſibi vult apud peritos idem atque voluntas mea ſiue conſilium meum, vt Eſcolanus in hiſtoria Valentina obſeruauit. In quo quidem oppido locum ſibi parauerunt noſtri, R.D.& P. *Andreæ de Valaguer* Orcelitano Epiſcopo permittente, laudante, probante. Inditum nomen à *B.P.N. Francisco* cuius cultus non parùm apud oppidanos alioſque inualuit. *R. D. Martinus Thomas* qui omnia bona ſua in huius Cœnobij fundationem erogauit Fundator enunciatus eſt in Actis generalibus an. 1617. Hic quia Sacerdos erat in ſororem ſuam ius & nomen Fundatricis transferri ſategit, quod vltrò propter inſignem liberalitatem conceſſum eſt.

Sanz. Almoradi. Orgueta. Guardia-mar Segura.

de Valaguer

Cõfirmatio Priuileg. per Pont. 9. Intereâ *Durandus* Procurator Generalis apud Pontificem egit de confirmandis omnibus retrò priuilegiis, quod qui eum in eodem officio præceſſerunt conſueuerant facere, non enim quod ſciam alia ſuberat cauſa huius gratiæ perrogandæ, quàm quòd vt *Gregorius* XIII. in Bulla eiuſdem argumenti præfatur *ea firmiora cenſeantur quæ Sedis Apoſtolicæ confirmatione ſæpiùs roborantur.* At verò *Paulus* V. Pontifex libentiſſimè annuit & gratioſis litteris petitam confirmationem iuſſit expediri. Datæ ſunt die XVI. menſis Iulij, eſtque illis initium, *Iniuncti nobis Apoſtolici muneris ratio, &c.* Editæ ſunt cùm à Laërtio Cherubino, tùm ab aliis pluribus.

Priuilegia à Rege. 10. Ad menſem Octobr. *Henricus* Rex noſter qui nuper de Cœnobio Lutetiæ Pariſiorum inaudierat, remq; ſibi gratiſſimã fore ſignificauerat, noſtros priuilegio tenendi nobilia beneficiariaq; prædia (feuda dicunt) iure ingenuorum itidemque nouiter parta, omnium immunitate generaliter irrogatâ, donauit: Regiæ litteræ in Senatu promulgatæ & in Acta relatæ ſunt die Martij XIII. an. ſequ. die autem XXVII. eiuſd. menſis apud ſupremum Rationalium conſeſſum recitatæ in Commentariis etiam perſcriptæ ſunt. Hæc ſuprema Inuictiſſimi & Clementiſſ. Principis gratia reliquas obſignauit, nam ad proximum menſ. Maium parricidali manu ab impio ſicario & execrando capite ſublatus eſt.

1610.

Priuileges des franciſcains & quelques autres accordez cy deuant generalement.

Obit. Card. Seraphini. 11. Enimuerò & ſua nobis funera hic annus dedit. In quibus vt externum antè omnia memoremus, præter hominis meritum animi gratitudo & temporis ratio efficit. Illuſtriſſimus igitur & *R. D. Seraphinus Olivarius Razzalius* ex ſacræ Rotæ Romanæ Decano, Alexandrino Patriarcha, Redonenſi Epiſcopo, S.R.E. Cardinalis, ab ineunte anno viam vniuerſæ carnis ingreſſus, *Romam* luctu, *Galliam* mœrore, vniuerſum Orbem deſiderio implcuit, ſed noſtros animi ſui voluntatiſque teſtimonio cohoneſtauit apud quos voluit ſepeliri, quem & nos ideò celebramus vt vicem benè de nobis merito clariſſimoque ac ampliſſimo viro quantum per nos eſt refundamus. *Laurentius Vitalis* I. V. D. 1618. *Deciſiones* illius nomine publicauit *Venetijs* apud *Iuntas* 1618. quas nimirùm e illius ſchedis diligenter collegerat, præfixit & Orationem in funere habitam

Olivier.

quæ

Digitized by Google

1609. quæ eius laudationem breuiter complectitur. 1609.

Challuan. 7. Sed nunc ad domestica ingrediamur. *R. P. Petrus Andreas Challuau* Cæsaroduni natus, adhuc puer matre periram, vt est impotens sexus, malè imprecante & diabolo eum deuouente, sublimiter è vestigio raptus, nisi vocatus pater omni conatu retraxisset, pessimè à malo genio vt videbatur habiturus erat. Eo ille periculo admonitus non cessauit quoad se totum Deo deuouerit, vt hoc facto se à matris maledicto resecraret. Nunquam tamen mater, pia cæteroqui fœmina, sicut nec pater adduci potuerunt, vt in propositum quod habebat instituti religiosi suscipiendi consentirent. Profugit igitur ab eis, & quod erat animo constitutum longè positus perfecit, ratus magis obediendum Deo quàm hominibus, si tamen in hoc videri possit parentum imperium detrectasse. Professurus, dimisso gentili nomine, Andræas dici expetiit, vt nihil omnino superasset quo non solutus ab omni cognationis vinculo videretur. Ita expeditus & alacer viam excellentiorem cucurrit, ad brauium supernæ vocationis aspirans & toto desiderio anhelans ad meliora charismata. Macerabat se diutinâ sed temperatâ inediâ, malens moderatum & perpetuum ieiunium quàm immodicum & interruptum, reliquas exercitationes ad eum modum componens, vt ne quid præter vires aggrederetur aut in aliquo sibi blandiretur. Ter quatuorvè in hebdomadas singulas duro se verbere castigabat, textum cilicinum modò reticulatum modò planum atque continuum sæpiùs induebat. Quotidiana orationum pensa perplura sibi imposuerat, quibus per nullas vnquam occupationes defuit, & ad ea quidem persoluenda necessario somno detrahebat quod per diem (vt sæpè solebat) animarum lucris impenderet. Et quidem B. Virginis rosarium flexis genibus recitabat priusquàm somno se daret quantumcunque fatigatus se domum reciperet, adeò eius cultui de cætero addictus vt nihil in ore frequentiùs haberet, quam eius laudationem & apud omnes commendationem. Choro nunquam aberat cùm domi ageret, sed psallendi tanto studio succendebatur, vt summa tùm interiori lætitiâ perfundi palàm videretur. Orationi mentali assiduè ac insolito spiritus feruore vacabat, nihilque diligentiùs iunioribus commendabat. Deum semper animo præsentem habebat, quod multis per familiares experimentis deprehensum est. Sermones eius, tanquam sermones Dei, vt loquitur Apostolus, sic erant castigati, feruentes, sublimes, altéque perpensi. Duriores etiam ad suauissimum Dei amorem inflammabat priuatis colloquiis. Omninò tanta se diuinitatis gratia in pectus & cor eius infuderat, vt in omni verbo atque opere sese vltrò effunderet. Nam & apud Turones vir eximiæ pietatis & notæ vulgo sanctitatis, *Colombellus* nomine, conspicuis vt prædicabat signis manifestatam sibi gratiam interiorem qua plenus esset iam olim prænunciauerat. *R. D. Carolus à Burgo-nouo Cussæus* Nannetensis Episcopus etiam dicere solebat neminem sibi visum qui tanto Dei amore teneretur. Id cum pluribus constare possit argumentis, tum verò duobus præcipuè. Primum est infatigabilis in prædicando Dei verbo perseuerantia, vt omninò mirum sit hominem afflictæ semper valetudinis, pedibus atque manibus captum, pelle tantùm ad ossa indutum, vt propterea sæpiùs in Cathedram inferendus esset, nullum tamen finem prædicandi verbi diuini fecisse, sed cùm vna penè tantùm lingua integra supereset quam spiritus Deo plenus animabat, potenter in tantùm aduersus vitia detonuisse, virtutem adeò suauiter persuasisse, vt obstinatissimos hæreticos sanæ menti restituerit, perditos nebulones ad meliorem frugem reuocauerit, populorum bonorumque omnium animos & studia in se suosque ita conuerterit, vt eum post peractam Aduentualium & Quadragesimalium Concionum palæstram nollent dimittere. Publicas etiam collationes cum hæreticis habuit, hodiéq; Acta supersunt celeberrimæ vnius quam habuit *Vitræi* in Britannia cum eius loci Ministro, sed illa præli gratiam assecuta non sunt quod autor morte præuentus excudendis vacare non potuerit. Dici non potest quanta in vtroque genere vir verbo & opere potens præstiterit, facundiam cum ea pietatis & eruditionis gratia coniunxerat, vt è subselliis non minus quàm è suggestu se ad-

1609. Obit P. Petri Andreæ Challuau.

Vitriacum est nõnullis.

Digitized by Google

1609. uerſariis terribilem exhiberet. Secundum argumentum eſt, ſpiritualis ſolertia dignoſcendorum & dirigendorum animorum, quo in ſtudio ſic planè verſatus eſt vt myſticæ Theologiæ nemo peritior haberetur. Et verò quæ ſolet eſſe peritiæ mater experientia homini pientiſſimo penè continua erat, qui diuinorum patiens poſt annos non multò plures viginti extatico languore conſumptus eſt. Nanneris tùm per Quadrageſimam concionabatur, ſed qui ſolebat ad ſuggeſtum deferri deficientibus in dies viribus præ diuini amoris impetu referendus fuit & in lectum deponendus, in quo poſt aliquot dies neruorum diſſolutione inualeſcente & corpore ſenſim, ſed abſque doloribus diffluente, (ea fuit amoris ſuauitas) ſpiritus expeditus in beatæ pacis locum vt ſpes eſt ſubuolauit. Perſtitit ad ſupremum finem ſano & integro iudicio, defixus ſemper in Deum, non intermiſſis per hoc precibus horariis, quas ipſo tranſitus ſui die ad Veſperas produxit, mortuus tamen cum in Choro concinerentur. Prophetico ſpiritu nonnulla creditur præſagiiſſe ac multo antè denunciaſſe. Obiit die XII. menſ. Martij. Summa hæc capita ſolummodò tenuiter libauimus, tùm ex hiſtoria iam edita, tùm ex ſcriptis ad me nuper litteris, in quæ ſi liberet præter inſtitutũ excurrere, haberemus iuſtæ hiſtoriæ argumẽtum in ſingulis quibuſq; ediſſerendis, ſed hoc non agimus quod olim profitemur. 1609.

Ob. P. Petri Ariæ. 13. Hiſpani ad hunc annum celebrant *R. P. Petre Arie* obitum qui *Complati* contigit, ſed quo demum die vel menſe non tradunt. Nobili prognatus ille familiâ Comitum Pugnoroſtrorum, generis nobilitatem morum probitate ſuperauit. Cùm per Italiam peregrinaretur actus diuina inſpiratione ad Ordinem noſtrum conuolauit, inde regreſſus in patriam ſtrictiori vitæ generi ſe addixit magnoque virtutum exemplo ſuis affulſit. Afflictos animi charitate præcipuâ complexus, autor fuit multæ in eos benignitatis exercendæ. Suiipſius abijciendi ſtudio ſemper flagrauit. In ſupellectile nihil præter cilicia, diſciplinas, & affligendæ carnis inſtrumenta, viſus vnquam eſt habere. Maturâ tandem virtute atque ſanctitatis non obſcura ſignificatione, mortem, quæ communis hominum ſors eſt, oppetiit. *Ariæ. de Pugnoroſtro.*

Ob. Sororis Reparatæ à Paula. 14. Denique apud Italos ſancta & venerabilis habetur memoria Sororis *Reparatæ à Paula*, Panormi natæ & ibidem ſanctimonialis profeſſæ in Conuentu Septem Angelorum Ordinis noſtri. Annos egit in ea profeſſione ſeptuaginta quinque, ad nonageſimũ ætatis progreſſa. Per id tempus, raro virtutis exemplo & miro cæli fauore diuinaque gratia prorſùs mirabili enituit. Corpus duriter afflixit verberibus, ieiuniis, omnique modo quo ſubigi potuit. Ad ſomnum in planam tabulam ſe reclinabat. Continua illi oratio quam ſæpiùs ab Euchariſtia percepta in ſolis occaſum producebat, reficiens ſe tum aqua & pane ſolummodò, nunquam ante ſolitam prandij horam ab oratione ſurrexit cùm ab illo rigore non nihil remittebat. Vt plurimũ extra ſe orans fiebat perſiſtens immobilis & quieta quantùm per Deum occupabatur, plerunque ſpiritum egiſſe credita eſt quòd nullum vitæ ſignum in illis extaſibus daret. Nihil æquè illam afficiebat ac S. Euchariſtia, cuius tanto deſiderio tenebatur vt in ea percipienda numquam ſibi poſſet ſatisfacere, omninoque Pareſceues die ſancto, quo ex vſu Eccleſiæ cœleſti cibo abſtinendum erat, defectura crederetur. In tabula Sicula laudatur, quòd ei Ieſus in ſacra hoſtia viſibilis apparuerit. hoc famulæ ſuæ ſolatium præſtare voluit incerto conſilio, ſed certa ſuæ benignitatis & deuotionis illius demonſtratione, rem geſtã circumſtantiis adhibitis qui hiſtoriam ſcripſerunt repræſentant. Pleraque in ſpiritu præuidiſſe creditur, nec deſunt exempla quæ eam fidem confirment. Cœlitum muſico concentu nonnunquam recreata dicitur, ſed & beatæ Virginis aſpectu, quæ dum in Choro ex more poſt horas ſalutaretur, ſe *Reparata* conſpiciendam viſibili ſpecie præbere ſolebat. Tandem verò ad rem ipſam educta, Deo coram & in æternùm fruitura, de cœlitum ſocietate beanda, in ſempiternam (vt ſpes eſt) ſalutem & gloriam reparata eſt. Solutus corpore ſpiritus in æthera perrexit die Iunij menſis XV. A morte nonnulla diuinitus edita conceptam de illius ſanctitate opinionem non obſcurè confirmauerunt. *de Paula.*

An.

Digitized by Google

1610. 1610.

An. M. DC. X.

1. NOn defluxit hic annus noſtris qui Ordini propagando allaborauerunt. Primas Itali non dignitate, aut præiudicio Nationis, ſed ipſo tempore ſibi vendicant. *Calabri* enim qui ad *Rhegium* incolunt. xxv. inde paſſ. mill. conſtiterunt, à die xv. menſis Ianuarij. Eo nimirùm ſpatio Vrbs eſt in ſacris *Rhegio* ſuffraganea, non ſola Epiſcopatus, ſed Comitatus etiam dignitate clara, excelſo loco inædificata, intra piſculentos amnes duos qui anguillarum & tructarum copiâ præſtant; elegantiſſime compoſita eſt, nobilibuſque familiis inclyta; procul à mari diſtat leucis quatuor, ſubiacet ditioni Principum Cariatienſium è nobiliſſ. *Spinellorum* gente, Vrbi nomen eſt *Oppidum*, quod à vulgato non recedit, adeoq; haud multò antiquum videri poteſt. Ager vino, oleo, ſegete, abundat. Relegendus Marafiotius lib. 1. cap. xxxiii. In eam Vrbem noſtros traduxit Nobil. & Generoſ. Eques *D. Camillus Sartheanus* (ſi nos Montoia in eo nomine fallit) cui paria fecit germanus frater *Scipio* Abbas, idcò in benemeritorum Fundatorum numero habendi. Hoc apud eos egit *R. P. Andreas à Tropea* vir inſignis pietatis & doctrinæ, qui & nomen indidit à B. P. N. Agunt in eo Cœnobio triginta è noſtris per Ciuium & Fundatorum beneficentiam.

Conuentus Oppidi.

Oppido.

Sartheano.

de Tropea.

2. Et quando cœpimus de Italis dicere, age, reliqua ſubtexamus tria Cœnobia, quæ in illis in hunc annum acceſſerunt, de quibus incertum eſt quo die vel menſe cœperint. Vnum eſt *Ariminenſe*, cuius procuratio mandata fuit à Neapolitanis *R. P. Romualdo Chriſtophoro à Rauennâ*, qui difficultates non paucas quæ ſe offerebant ab hoc initio prudentia ſuperauit. Fuit non parùm Illuſt. D. Comes *Hugolinus de Bandis*, tum etiam I. V. D. Vir Clariſſ. *D. Aſcanius Turtoſinus*. Commodatò primùm Melitenſium Equitum ædem *S. Michaëlis* nomine incoluerunt, concedente Nobil. D..... *Contarino* Veneto Equite beneficiario. Inde in forum tranſgreſſi, *S. Antonÿ à Padua* Oratorium, quod in medio foro eſt, acceperunt. Eſt autem ædicula illa valdè anguſta, operis exquiſiti, egregiis picturis adornata, quam *B.* illi *Antonio* Ariminenſes erexerunt, in memoriam aſini ad eius imperium coram Sanctiſſima Euchariſtia genuflectentis: notior hiſtoria quàm vt opus ſit repetere. Proximas eidem ædes habent, ſed nondum benè conſtitutas. Gratiam tamen huiuſcunque fundationis præcipuè debent Nobil. *DD. Franciſco Diedo* & *Dominico Merlo*, qui magno ſtudio in rem incubuerunt. Eſt autem *Ariminum Flaminia* Vrbs, ſiue vt alij malunt *Æmilia*, certè vnam alteri eximio ponte coniungit. Antiqua quidem illa & Epiſcopali dignitate florens, ſitaque in planitie imminentibus à meridie collibus amœnis & frugiferis, qua Septentrio eſt pulſatur ab *Hadria*, vbi iuxta muros amnis miſcetur, qui hodie *Marecia* vel *Marisa* dicitur, cùm ab antiquis *Ariminum* vocaretur, vnde & nomen Vrbi; ad Orient. & Occid. latiſſimos habet campos rerum omnium vbertate diffluentes. Media ferè eſt inter *Bononiam* & *Anconam* ad lxx. paſſ. mill. *Rauennâ* quæ eius eſt metropolis diſtat in Ortum xxxv. milliarib. *Vrbino* versùs ipſam *Rauennam* xxx.

Conuentus Arimini.

Diedo.
Merlo,
Rimini.

Marisa.

3. Alterum eſt in Calabria inferiori, & diœceſi Policaſtrenſi. Ab ipſo enim *Policaſtro* vi. paſſ. millib. xii. à *Marathea*, oppidum eſt, *Sapri* antiquo nomine, ab excurrente inter *Buxentum* & *Laum* fluuio eiuſdem nominis, & illud quidem fluuius retinet, oppidum mutauit, *Libonati* à popularibus dictum. In id oppidum noſtros induxit Vir nobilis *D. Aſcanius Collemedius*, vt habent Acta M. SS. quæ vidi, Montoia in eo nomine variat, Iſnardus *Calinote* legit, quod habui obſeruandum, ne & ipſe in eo nomine quod in externis pronum eſt aberrem. Patrimonium totum ad eam fundationem dicitur contuliſſe. Ædes *B. Virgini Mariæ* adiuncto à Fundatore cognomine ſacra eſt. Rem procurauit *R. P. Antonius à Foſcaldo* Prouincialis. Locus eſt & agri vbertate & maris propinquitate (abeſt enim mille tantum aut quingentis paſſib. ad *ſinum Sapricum*, ſiue *Præſtanum*) valdè commodus, & amœnus omninò atque iucundus.

Conuentus Libonati.

Policaſtro.
Marathea.
Poſcioſa.
Sapri.
Libonati.
Collemedio.

Golfo di Policaſtro.

Digitized by Google

1610. Conuentus Xaccæ. 4. Tertium eſt in *Sicilia* quâ Meridiem ſpectat. In ea enim ora Vrbs eſt quam populares *Xaccam* ſiue *Saccam* vocant, (Latinis dictam *Sacram*, vnde Montoia acceperit non video) ſunt qui & *Xiacam* legãt, habet in proximo *Thermas* aquæ ſalubris & calidæ, quas Antiqui etiam *Aquas Larodas* nominabant, hinc vtrumq; *Xaccæ* nomen à recentioribus tribuitur, eaſq; appellant cùm *Thermas*, tum *Aquas Larodas*) ſupra *Mazzaram* in Ortum vltrâ *Ibycum* fluuiũ ad xxiv. paſſ. mill. ſita eſt, infra *Heracleam* xx. in Occaſum. Vrbs ea multis Religioſorum contuberniis clara, noſtros ex occaſione memorabili accepit. Ab annis xxx. pius quidam ac probus Sacerdos, in Parochiali Eccleſia *S. Viti, B. P. N. Franciſco* ſacellum erexerat, frequentes ad illud populi conueniebant votorum causâ, quibus præſens Deus aderat Interuentoris merito. Ita plures recuperata ſanitate aut aliis beneficiis aucti, quos inter *Epiphanius Bicheta* nobilis ciuis grati animi causâ non modò de tertiâ Regulâ profitendâ (de quâ ab illo Sacerdote inaudierat) ſollicitus fuit, ſed teſtamento noſtros ſibi hæredes ex aſſe ſcripſit. Conſtitutum ex illius bonis Cœnobium, viâ eius Vrbis primariâ, in palatio quod noſtri comparauerant. Nomen accepit à *B. P. N. Franciſco* qui Ciuium vota irrita eſſe patitur.

1610. *Xacca.* *Mazara.* *Garbe.* *Bicheta.*

Conuentus Lutetiæ Pariſiorum. 5. Gallis non perinde factum atque Italis. Nam præter *Pariſienſe* Cœnobium, aliud non habent quod in rebus ſuis computent. Enimuerò huius vnius magnificentia, ſplendor & amplitudo, multitudini eorum quæ percenſuimus longè præponderat. Etſi enim opus ad hæc extremam manum non accepit, & per loci non anguſtias hortis viridariiſque deficit, nihilo tamen inferius quoquam eſt. Vna enim operis vaſtitas & magnitudo incrementum remorata eſt, loci verò anguſtias frequentia & celebritas vltra quàm credi poteſt compenſat. Sed ad rem veniamus primamque originem præclari huius Cœnobij repetamus. Ab anno 1605. *R. P. Oliuarius Chaillou*, Pariſienſis Eccleſiæ Canonicus, Ordinem noſtrum profeſſurus bonorum partem ad Cœnobium in Vrbe cum primùm liceret ædificandum legauit, in hoc B. P. N. à quo per vnicam ſororem Brigittam genus ducit, ſtudium animumque poſt tanti temporis interuallum æmulatus, vt quoad poſſet res & gloriam Ordinis promoueret. Nec imparia quidem conſiliis per tempus præſtitit, dum ad illum annum noſtri ex Ordine vniuerſo *Genuam* congregati, eius animum & liberalitatem collaudant, datamque conditionem accipiunt, decreto gratitudinis causâ Fundatoris titulo Nobil. & *Cl. V. D. Ioanni Chaillou* Toparchæ *de Thoiſy*, & Rationum regiarum in ſupremo Regni conſeſſu Magiſtro, *Oliuarij* noſtri germano, illiuſque poſteris in perpetuum, eâdem verò gratiâ ſororibus etiam factâ, ſed quoad in viuis ipſæ agerent. Quod verò reliquum erat vt conſilium ſuum *Oliuarius* exequeretur non perinde promptum ac facile fuit. Quo nimirùm res maiores ſunt eo impeditiorem ſucceſſum habent. Peruicit tamen animi magnitudo quam ille in omnibus ſemper præ ſe tulit. Tandem igitur, poſtquàm iniectæ moræ annos aliquot conſilium illud ſuum extraxerant, factâ ſibi poteſtate à *R. P. Petro Heberto* Prouinciale, regiæ olim domus cui à *Turriculo* nomen, ſed vulnerato in haſtiludio *Henrico* II. exciſæ, hortos ſeu veriùs hortorum partem à Nobiliſſ. & Generoſiſſ. Equite *D. Ludouico Hoſpitalio à Vitriaco*, cui mancipi iure ceſſerant, obligatâ fide ad diem xxvii. Octob 1609. comparauit. Nec mora Illuſt. & *R. D. Henricus Gondius* Pariſiorum Antiſtes, ac poſtmodùm S. R. E. Card. *Radeſianus* nuncupatus, condendi Cœnobij facultatem libens volens & vltrò propoſitum illud collaudans prærogauit. Inuictiſſ. autem & Clementiſſ. Rex noſter *Henricus* IV. litteris menſe Ianuario Lutetiæ Pariſiorum perſcriptis, non modò rem probauit, ſed partum iam fundum & in futurum comparanda prædia ſeu latifundia caduci ſeruitute abolitâ liberè poſſidenda conceſſit. Quod anno demum 1611. ad diem Iulij xiv. Rationales ratum eſſe ac firmum interpoſito decreto ſuo ſanciuerunt. Interim leuioris operis anguſto domicilio conſtituto, ad diem xxv. menſis Martij, *R. P. Franciſco Humbloto* Vicario & Viſitatore Generali præeunte, in illud noſtri ſubierunt, quæ cauſa fuit vt Cœnobio B. Virginis Annunciatæ titulus ab hoc principio delectus ſit. Ex hoc verò cum

1609. 1611. *des Tournelles. del Hoſpital. de Vitry. de Gondy. de Retz.*

1610. rò cùm non ita multò poſt deſideratiſſimus Princeps noſter parricidali manu per ſummum nefas ſublatus fuiſſet, *Ludouicus* XIII. F. nouem annorum puer, ſed indole ætatem præuertens vt nunc faſtis geſtiſque parentẽ, de matris conſilio, cui ſumma rerum eo pupillo delata fuerat, liberam iterùm eius Cœnobij condendi poteſtatem acta patris confirmans & probans conceſſit litteris Lutetiæ Pariſiorum ad diem Iunij xv. hoc ipſo anno exaratis, quæ die demùm Iulij menſis xix. in Senatu recitatæ per Officium Actis inſcriptæ ſunt, ac altero denique anno cùm apud Rationales, tùm apud ſupremos Regni Quæſtores, promulgatæ eorum Ordinum calculo comprobatæ ſunt, & Rationalium quidem ſub die Iulij xiv. Quæſtorum verò eiuſdem menſis xxx. Aream cui Cœnobium inædificatum magno emptam datis ex fiſco pecuniis Rex nobis aſſeruit, contractumque nomen principali beneficentiâ diſſoluit, adeoque Optimo & Beneficentiſſ. Principi atque Auguſtiſſ. eius matri *Mariæ Mediceæ* vt fundi largitoribus primariæ fundationis ius meritiſſimè à PP. Romæ ad an. 1617 conſidentibus arrogatum eſt. Sed & Nobiliſſ. ac Generoſiſſ *D. Carolo* Matchioni *de la Vieuville*, ob præſtitam dotem, hoc eſt annuos ad alimoniam redditus primarij Fundatoris nomen in iiſdem Actis decretum eſt. Id vt aliquantò amplius ediſſeramus, *Carolus* pientiſſ. & lectiſſ. conſortem ſuam *Mariam Bouhier* ex deſperato morbo per votum B.P.N. factum receperat, addita voto conditio ponendi ſuis ſumptibus Cœnobij apud *Sium* agri (ni fallor) Sedanenſis oppidum, cùm ergo voti reus id præſtare cogitaret, non pro eo ac primum videbatur res expedita occurrit, multis interim vltra citraque agitatis, & adhibito grauiſſimorum virorum conſilio, viſum eſt ad rem eius noſtramque opportuniùs ac citra voti offenſionem, ſi ſumptus quos animo deſtinauerat in nouæ domus Pariſienſis commodum conferret. Pro eo igitur ac deliberatum fuerat cum Pariſienſibus noſtris pepigit, ac totum refudit quod in illud opus expenſuruserat. Pactio die ipſa menſis Aprilis 11. & B.P.N. feſtiuitate celebri annotata eſt ad an. 1614. De illa verò vt renunciatum eſt, Generalis has ad *Carolum* gratulatioras ſcripſit.

de la Vieuville.

Bouhier. 59.

1610.

1611.

1614.

F. DIDACVS ARIAS DE VALCARCEL *totius ſacri Ordinis Minimorum Generalis Corrector: Illuſtriſſimo viro* D. Carolo *Marchioni* de la Vieuuille *in ſanctiori Franciæ aula Conſiliario Regio, in Campaniæ Prouincia Proregi, Vrbis & Arcis Maceriæ Præfecto, Baroni d'Arzillieres, Domino de Sy, &c. atque illuſtriſſimæ ac deuotiſſimæ* Mariæ Bouhier *illius coniugi amborumque liberis procreatis ſeu procreandis, Salutem in Domino.*

EXimius charitatis ardor quo mentes veſtræ intimè afficiuntur, illaque ſingularis pietas qua noſtrum Ordinem amplectimini atque in dies nouis beneficiis fouetis, iure ſuo exigit, vt quæ ex Dei benignitate noſtra ſunt in vos lubenter ac beneuolè effundamus, ſi quo modo Chriſti Ieſu inopia opulenti ſitis, qui cùm eſſet diues propter nos egenus factus eſt. Cùm itaque certa relatione Patrum noſtræ Prouinciæ Franciæ in Conuentu noſtro Pariſiis nouiter erecto degentium, veſtriſque amantiſſimis litteris & authentico contractu inter vtroſque ipſa die 11. Aprilis S.P.N. Franciſco de Paula ſacra an. D. 1614. inito agnouerimus quantam pecuniarum ſummam, tam in redditibus conficiendis, quàm in erigendo altari ac ſacello piè & liberaliter profuderitis, vt veſtris beneficiis augeretur numerus fratrum eo in Conuentu degentium, nec alia ratione ad id opus moti fueritis quàm veſtra in Ordinem noſtrum pietate ob beneficia quæ diuina benignitas S.P.N. precibus vobis miraculosè contulit (prout ex prafato authentico inſtrumento nobis apparuit) quorum accre-

Digitized by Google

1610. *tione moti eſtis vt firmiter ſtatueretis Conuentum Ordinis noſtri erigere in aliqua terrarum veſtrarum, certis tamen & iuſtis cauſis inducti veſtrum hoc propoſitum Conuentui noſtro Pariſijs nouiter vt præfertur erecto aſſignaſtis. Nos quibus cordi eſt eaquæ ad Dei gloriam animarum ſalutem, noſtrique Ordinis augmentum conducunt intimo affectu complecti ac fouere, maximè verò perſonas eximiæ deuotionis quæ ſplendori generis ac illuſtriſsimi ſanguinis claritati pietatem conſociant (quales vos eſſe certa relatione intelligimus) ideò ex diuinæ munificentiæ theſauro huic Minimorum Ordini benignè communicato S.P.N.Franciſci de Paula meritis confidentes in nomine D.N.Ieſu-Chriſti vos ſpecialiter adoptamus ac recipimus inter* Ordinis Fundatores, *iuſque omne ac priuilegium* Fundatoris, *quantum ex Regula & Conſtitutionibus noſtris cæteris Conuentuum* Fundatoribus competit elargimur, *vnâ cum participatione omnium orationum, Miſſarum, contemplationum, diſciplinarum, vigiliarum, mortificationum, reliquorumque operum deuotionis quæ vbilibet in toto* Ordine *noſtro fiunt atque in futurum diuina opitulante gratia fient, vt vos & poſteri veſtri ijs fruamini eo penitus modo quo vſi fuiſſetis, ſi licuiſſet vobis Conuentum erigere, quemadmodum antea propoſueratis; laudamuſq; ac per præſentes noſtras perpetuò valituras approbamus ea omnia & ſingula quæ à Patribus noſtri Conuentus Pariſiis, vt præfertur nouiter erecti vobiſcum ſuper ea regeſta ſunt: volumuſque vt præſentes noſtræ litteræ quibus vos in ſpeciales & præcipuos* Fundatores *præfati Conuentus acceptamus, in omnibus* Capitulis *noſtris, tam* Generalibus, *quàm Prouincialibus vbi fuerit neceſſarium notificentur, ne quis relinquatur de noſtra voluntate dubitandi locus. In quorum fidem, &c. Datum* Matriti xi. *Septemb.* 1614.

1610.

At quoniam his litteris non ſatis expreſsè cautum videbatur *Caroli* poſteris, ſicut nec Fundationis iuri, quam primariam præcipuamque decerni expoſcebat, alias ad eam rem litteras declaratorias Româ ſub die xxviii. menſis Maij proximè inſequentis *Didacus* noſter reſcripſit. Sicut & poſtmodum Nobil. & *Cl.V. D.Ioannes Chaillon*, cui ius primi Fundatoris antea quæſitum fuerat, in gratiam prædicti D. Marchionis ſuæ huic prærogatiuæ libens volens litteris ad

1616. viii. menſis Iulij an 1616. datis ceſſit. Nec omittendum, quod cùm pactionis eius publicationi *R. D. Nicolaus Longus*, Sauiniaci Abbas, interfuiſſet, ſponte *Longis.* ſua, & animo in aliquam tam boni operis partem veniendi, fidem ſuam ad reſignandum ſacerdotium in ipſius Conuentus vtilitatem & gratiam obligauerit, quod dum in mora fuit naturæ debitum ſoluens Nicolaus obligatam vltrò fidem non liberauit. Sub hæc, dum tempus inſtat Generalis Capituli in Vrbe celebrandi, ne qua aduerſus pactam à *Carolo* conditionem exceptio poſſet afferri, vt regiis patentibuſque litteris rata ac firma ediceretur procuratum eſt,

1617. quod quidem cùm Regi placuiſſet atque ad xxii. menſis Februarij an. 1617. ſuper ea re litteras ſuas conceſſiſſet, vt id à Patribus cognitum eſt, Fundationis ius quale poſcebatur & diximus, *Carolo* Marchioni decretum eſt. His nixa præſidiis efferebat ſe noua domus ſpemque faciebat maioris incrementi, quod & ante perducto ex parte maioris operis ædificio non obſcurè promittebat. Ab

1618. anno nimirum 1611. ei operi perducendo primarius lapis in fundamenta miſſus fuerat, quod inſcriptio inciſa lapidi amplius docet, ſic autem habet

MARIA MEDICÆA, PIENTISSIMA ET SERENISSIMA FRANCORVM REGINA, HENRICI IV. OLIM CONIVX, NVNC VIDVA, ET LVDOVICI XIII. FRANCORVM REGIS MATER. EXTRVENDI HVIVS TEMPLI ERGO, QVOD HONORI B. DEI GENITRICIS MARIÆ VOTVM

1610. VOTVM ET DICATVM EST, IPSO EIVSDEM VIRGINIS NATALI DIE ET VI. IDVS SEPTEMBRIS M. DC. XI. PRIMARIVM LAPIDEM PRO FVNDAMENTO POSVIT CHRISTIANE PRORSVS ET FELICITER. 1610.

Et certè in eum diem quem lapis præfert omnia fuerant apparata, incidit tamen neceſſitas in alium diem procraſtinandæ rei, nec ſante decimum inde diem quidquam actũ eſt, iam tum verò (dies erat eiuſd. menſis XVIII.) *R.D. Ioannes de la Croix* Gratianopolitanus Epiſcopus & Princeps (noſtri *Ponthum* præter editorum fidem nominant) ſacros ritus benedicendi & immittendi lapidis Auguſtæ noſtræ auſpiciis peregit. Atque vt ab hoc initio tanti operis deſignationem, ex qua poſſit æſtimari, demus, dormitoria quæ vocant, hoc eſt ſingulæ ædium partes intra muri ſpatium CLXXX. pedum (quos regios vocant) longitudine, XXXVI. latitudine, ductis vtrinque cellis, patent; aula inferior quam Refectorium ſolent dicere, XXI. & amplius pede alta LXXXI. in longum, XXV. & quod excedit in latum protenditur; & reliquarum quidem officinarum eadem altitudo & latitudo, de quibus fruſtra per ſingulas. Quæ autem ſine piaculo præteriri à nobis non poteſt ædes ſacra, & ipſa, intra muri ſpatium, CLXII. pedibus regiis longa, XXX. (præter ſacella) lata, XLVIII. in fornicis vmbilicum ſuſtollitur; ſacella verò quibus ab vtraque parte ſuccingitur XV. pedibus lata, XVIII. longa, XXI. in teſtitudinis vmbonem efferuntur. Quando igitur tanti operis magnitudo pluribus ſubſidiis iuuanda erat, Nigeonenſes noſtri ſuburbanum ſacerdotiũ (Cappellam noſtri vocant) quod illis *Oliuarius* noſter profeſſurus contulerat, & ſuâ ipſi ſponte, & Generali Maſſiliâ reſcribente, ceſſerunt. Id *S. Suſanne*, ſeu *Quinque plagarum*, quin & *Gallionũ*, nomine cenſetur, ſitumque eſt vltra portam quam à S. Honorato nuncupant, vbi iam nunc S. Ro-
de Gaillon. cho Parochialis Eccleſia conſtituta eſt, quæ ad ipſum ſacellum ſeu Cappellam an. 1578. ædificari cœpit, quod amplius in Originibus patriis ſeu Commentario de rebus Pariſiorum exequemur. Porrò eius ſacerdotij vnionem Nigeonenſibus noſtris & toti Ordini, cùm *Henricus Gondius* Epiſcopus, tùm *Petrus Henrici* patruus Card. ab an. 1605. ſpecialibus litteris, quas *Paulus* Papa V. ad diem IX. menſis Aug. an. 1606. ſanciuit, indulſerant. Enimuerò poſt omnia iuuabit & ad ſingula quædam deſcendere, ſi prius tamen Cœnobij ſitum explorauerimus. Quâ vrbs Orientem ſpectat & Arce (quam Baſtilliam dicunt) ad portam Antonianam munitur, olim Regia fuit cui (quod antè dicebamus) à Turriculis nomen, eâ poſtmodum deiectâ, vacuus ſtetit locus ad *Henricum* IV. Regem, qui ad quadratam ingentis ſpatij aream ſubſtrui ac circumduci per priuatos magnificorum palatiorum moles eiuſdem conformationis, & ductis ſecundùm viam fornicibus peruias, excelſo planè regio & mirando conſilio, prouidit. Locus is tota vrbe celeberrimus ac nobiliſſimus Circi aut verius Plateæ regiæ ab eximij operis autore nomen accepit. Ei autem quâ Septentrionem reſpicit, proximè ſuccedit noſtrum Cœnobium, hortis vt diximus regiis inædificatum, cui adhæret ab Occidente *Domus Vitriaca*, qua cum conſiſtit in inſulam, viis ſcilicet in omnem partem ſolutis & liberis, ab Ortu finitimum eſt vrbis vallum, vltrâ quod in agrum ad arcem vſque Vicennenſem proſpectus eſt, Ædes ſacra Septentrioni obuerſa inde à viâ *S. Antonij*, longo & recto itinere, per mediam plateam ipſam aditur, vt nihil prorſus in reliqua vrbe ſimile conſpiciatur. Veniamus nunc ad ſingularia nonnulla, imprimis autem ipſius ſacrarij. Aditui enim reliqua penè reſpondent. Sed præcipua eſt maioris altaris maieſtas, pulchritudo, magnificentia. Moles quidem ipſa lapide ſecto polito & candidiſſimo conſtat, impactæ ſex marmoreæ columnæ ſtriatæ capitellis & baſibus inauratis, reliquum opus ex arte marmoribus eleganter incruſtatum. Gradibus quinque ad altare aſcenditur, ij, toti ex marmore. A ſummo altari ſanctiſſimi Sacramenti quod vocant tabernaculum prominet, & ipſum ex ebeno totum, ſed operibus æreis inauratis ſplendidiſſimè adornatum, quæ ſingula moleſtum eſſet deſcribere. Sumptuum partem Marchio Veteris-villæ

Digitized by Google

1610. ab initio fundationis præstiterat, hoc igitur elogio cum posita sunt fundamenta dicatum est, 1610.

DEO. OPT. MAX.
B.V. MATRI. S. FRANCISCO DE PAVLA PROAVVNCVLO SVO
ET MEMORIÆ
ILLVST. AC NOBIL. D. CAROLI MARCHIONIS DE LA VIEVVILLE
FVNDATORIS
PRIMARIVM HVNC MAIORIS ALTARIS LAPIDEM
POSVIT
REVERENDVS ADMODVM PATER F. OLIVARIVS CHAILLOV
ORDINIS MINIMORVM IN PROVINCIA FRANCIÆ
CORRECTOR PROVINCIALIS
IV. NON. MAII ANNO ÆRÆ CHRISTIANÆ 1630.

Non temerè factum putes quod in eius nuncupationis consortium B. P. N. fuerit aduocatus, ita olim edixerat *R. P. Didacus Arias Valcarcelius* Generalis, vt ex eius litteris constat in ipsa vrbe Lutetia sub die XXIV. mensis Septemb. an. 1615. datis, qui pro suo in B.P.N. affectu & studio priorem titulum abrogauit. Solum ipsius ædis lateritio pauimento instratum ad maioris altaris cancellos, reliquum illud septum quo altare circumdatur marmore atque perpolito lapide compactum est, quod factum nobil. & lectiss. viduæ beneficio, quæ licet nomen suum publicari nolit, adeò tamen piis vbique operibus inclaruit, vt non possit celari. Ea igitur est *D. Isabella le Peutre* vidua Nobil. & Clariss. *V. D.* .. *Riceüart* in supremo Franciæ consessu Senatoris integerrimi. Augetur immensum decor nobilissimi sacrarij, à sacellis quibus ab vtraque parte suffultum est, & quibus si pro dignitate patronorum (quod iam cœpit) ornatus accesserit nihil possit desiderari elegantius. Primum ad dextram acceptante lectissima & pientiss. fœmina *Henrieta-Catharina de Ioyeuse* delatum est Illustrissimo & Generosiss. Principi *Carolo à Lotharingia* Guisiæ Duci, quem illa sibi secundis nuptiis optauerat. Primum ad lævam patrocinio gaudet Clariss. & Illustriss. *V. D. Nicolas le Iay*, iam nunc in supremo Galliarum Senatu Præsidis primarij. Atque hoc insigne est duplici epitaphio. Alterum est consortis eius, cui commune sibi cum ea sepulchrum ex marmore condidit. Columnæ duæ sunt quibus epistylion ex transuerso impositum, & ab epistylio extantes vtriusque solido de marmore effigies. Sola iam nunc extat fœminæ imago, atque hoc ex intercolumnio marmoreæ tabulæ insculptum elogium,

le Peutre.

le Iay.

PRIMOGENITO MORTVORVM
S.
ET MANIBVS
CLARISS. FOEMINÆ MAGDALENÆ MARCHANT
NON MINVS FELICITER NATÆ
QVAM DEINDE SEDVLÒ EDVCATÆ,
IDEOQVE IN EGREGIA PIETATIS ERGA DEVM,
LIBERALITATIS ERGA INOPES,
MERITORVM DENIQVE ERGA OMNES
CONSCIENTIA MODESTISSIMAE
QVAE CVM ILLVSTRISS. VIRO NICOLAO LE IAY
IN GALLIAE SENATV PRAESIDI
INDIVIDVA VITAE COMES OBTIGISSET
EVM IN VTRAQVE FORTVNA CONSTANTISSIMÈ SECVTA EST
NIHIL EX TANTA FIDE SIBI

Sacrum.

Marchant.

PRÆTER

1610. PRÆTER OBSEQVI GLORIAM VINDICANS. 1610.
SIC ILLIBATA CVM EO CONCORDIA VIXIT ANNOS XXII.
DONEC III. NON. APRIL. AN. CHR. CIↃ. IↃC. XXV. ÆT. SVÆ LII.
SPIRITVM COELO DEDVCTVM COELO REDDIDIT.
CONIVGIS DVLCISSIMÆ RELIQVIAS CONIVX SVPERSTES
HEIC CONDIDIT
I. S. F. R.
EIQVE HOC AMORIS ATQVE DESIDERI MONIMENTVM
P. C.

In ſpem futuræ reſurrectionis.

Poni curauit.

Alterum eſt ſoceri, cuius imago lapide ſculpta coloribuſque imbuta in ſummo ſacello à tabula marmorea prominet, ei autem hoc eſt elogium inciſum.

D. O. M.

Marchant. *Et felici memoriæ Caroli Marchant inter ciiueis Pariſ. viri boni & priſci moris, qui honeſtis ab antiquo parentib. ortus ab anno* XIII. *gnauiter inſeruiens magnific. ac æternis ædif. plurima Galliæ loca dietim ad ſui miniſterium operarios complureis alens fouenſque decorauit ingenio & prudentiæ fidem erga Principem, patriam & ciueis iunxit, libertatem miſcuit, ob id Karolo IX. & Henrico IV. Franc. Regib. gratiſſimus, opes non modicas bonis artibus & labore parauit, fidei pignus eximium maximè in Lutetiæ Pariſ. deditione an.* 1594. *ciuis opt. exhibuit, non ampliſſ. munerum oblatorum ſolatio motus ſola cohortium Pariſ. quæ ab eo cæpta in eo deſiit præfectura contentus, Pontem ſublicium ad reg. Palatij radices iugo Sequanæ impoſito (quod priuato nemini hactenus contigit) de ſuo nomine & pecunia in communem vſum ciuium & ſuorum vtilitatem conſtruxit contiguis* L. *& vltra domibus ordine duplici adfabrè ſuperductis auxit ſilice ſternendum curauit, atque vt non ingrati laboris heredem perſpectæque fidei vindicem aſſiduum haberet Kariſſ. filiam Magdalenam viro magni nominis & probitatis, ac inter togatos primario elocauit: hoc vno fortunæ ludum expertus quod filium prædilectum ob egregias animi & corporis dotes per quinquennium bellorum ciuilium Regi cognitas ab Henrico Magno lateronem ſibi & celerem electum & adamatum ordine turbato mortalitatis cæde præuia minorem natu amiſit, ex cuius ineluctabili deſiderio plureis poſt annos pater ſuperſtes tandem ſex menſibus elapſis poſt Henrici Magni parricidium tædio confectus magno bonor. omnium mœrore, maximo egenorum queis indefeſſe adflictis reb. præſto fuit vir pius & fortis, obiit an.* 1610. *æt. ſuæ* 72. *Gener & filia eius Magdalena.*

H. M. P. C.

Hoc monum. poni curauerunt.

Secundum à dextra ſacellum Clariſſ. ille ac Nobiliſſ. *Nicolaus de Neufville* Toparcha *de Villeroy, &c.* à ſecretis Status ſibi atque hæredibus ſuis accepit. Sed *Carolus* F. *Alincurius* apud Lugdunenſes Prorex, illo in gratiam Nobil. & Clariſſ. *V. D. Michaëlis Particellij, Emeriaci* Toparchæ, IV. viri Gallico Ærario Præfecti, nuperrimè ceſſit. Et hic pro ingenita liberalis animi magnificentia ſpem facit eius ſplendidiſſimè adornandi, vt quod ſibi ſuiſque in perpetuum monumentum delegerit. Quod è regione ad læuam eſt, conditum habet Nobiliſſ. & Generoſiſſ. *D. Ludouici Hoſpitalij Vitriaci* vtriuſque Gallicæ militiæ Equitis Torquati, &c. corpus, adeoque illud ſibi ac toti familiæ pientiſſ. & lectiſſ. pariterque nobiliſſ. eius vidua *D. Franciſca de Brichanteau*, aſſentientibus filiis *Nicolao* & *Franciſco* comparauit. Illud verò priuilegiato (vt ex more loquar) altari donatum eſt. Non prætereunda tamen abſque honoris elogio Illuſtriſſ. &

Particelle.

l'Hoſpital.

de Brichanteau.

1610. Generosiſſ. *Nicolai Hoſpitalij* memoria, qui primus hodie in Gallica militia Equitum Tribunus, & apud Prouinciales Prorex omnibus belli paciſque artibus & dignitatibus floret, Regique ac Regno fideliſſimam gratiſſimamque operam nauat, quas inter curas publicaſque ſollicitudines noſtros ſua nunquam non ope, gratiâ & beneuolentiâ dignatus eſt. Quin & *Franciſcus Halierij* Dominus, Aulæ & Regi gratioſus apud quem Prætoriæ cohortis ductorem agit ſuæ gentis gloriam germanâ conſimilium virtutum laude tuetur. Tertium ad dextram *Caroli* Fundatoris eſt qui & vltra principem Eccleſiæ parietem opus octagonum ſecto & firmo lapide affabrè factũ & ad culmen perductum, & ſi Deus meliora dederit præclarè adornandum conſtituit. Ab altera verò parte ac eodem ordine poſitum ſibi optauerunt Clar.& Nob. *D. Petrus Iaquet* Comes *de Tigery*, ac Nobiliſſ. & lect. eius conſors *D. Anna de Saulx de Tauannes*; & *Petrus* quidem nuper à ſicariis per iter confoſſus in eodem conditus eſt. Quartum à dextra Illuſtriſſimæ & pientiſſ. Principis *D. Dianæ à Francia* Duciſſę Engoliſmenſis, virtutis regiæ heroinæ apud Thuanum lib. 5. de vita ſua, cui præclari & ſplendidi operis monimentum ex marmore ab hæredibus extructum eſt, tumulo ſcilicet ipſa de genibus inſiſtit viuentis & orantis ſpecie, in qua fingenda materiam ars ſuperauit. Adpoſitum hoc elogium qua parte faciem dirigit. 1610. *Iaquet.* *Saulx.* *Tauannes.*

PIIS MANIBVS MEMORIÆQ: SACRVM
DIANÆ FRANCIÆ DVCISSÆ ENGOLISMENSIS, CHRISTIANISSIMI REGIS HENRICI II. NATVRA FILIÆ, ET IN IVRA LEGITIMORVM NATALIVM ADSCRIPTÆ, QVÆ PRIMVM HORATII FARNESII DVCIS CASTRENSIS IN OBSIDIONE HEDINA CÆSI PAVCIS DIEBVS VXOR, POSTMODVM FRANCISCO MOMORANTIO ILLVSTRISSIMÆ FAMILIÆ PRINCIPI ELOCATA, SVSCEPTOQVE EX EO VNIVS DIEI ET LONGI MOERORIS FILIO, VIDVA RELICTA, DIV SVPERSTES FVIT, CVM ALIARVM VIRTVTVM CONCVRSV, TVM INTEGRA PVDICITIÆ FAMA INSIGNIS, CVLTVQVE IN DEVM REGEMQVE INCOMPARABILI, CVIVS VEL MAXIMVM DOCVMENTVM DEDIT CVM SVB INITIA CIVILIS BELLI DEPOSITO APVD ILLAM FIDEI PIGNORE INTER DVOS POTENTISSIMOS REGES HENRICVM III. FRANCORVM, ET EIVS MOX SVCCESSOREM HENRICVM NAVARRORVM REGEM MVTVA CONCORDIA ATQVE AMICITIA STABILITA EST. TANDEM VT QVOD ACERBO PROLIS OCCASV PERDIDERAT ADOPTIONE RESARCIRET MORIENS FRANCISCVM VALESIVM EX REGIA STIRPE PRONEPOTEM SIBI HÆREDEM EX ASSE INSTITVIT EIQVE INCERTÆ MORTALIVM VITÆ MEMOR LVDOVICVM FRATREM NON MINVS VIRTVTE QVAM SANGVINIS CONIVNCTIONE GERMANVM SVBSTITVIT. OBIIT OCTOGENARIA MAIOR ANNO SALVTIS SVPRA MILLE SEXCENTOS VNDEVIGESIMO III. NONAS IANVARII.

* Apud Abbatillenſes noſtros ſepulti.

Quartum itidem ex aduerſo Nobil. & Optima fœmin. *D. Anna Nicolaï* vidua V. Clariſſ. & Nobil. *D. Ludouici de Vandetart* Toparchæ *de Poüilly*, Baronis *de Perſan, &c.* ſibi ſuiſque procurauit. In eo non multo poſt ipſa condita, illius cultum hæredibus teſtamento commendauit. Engoliſmenſi proximè ſuccedit ordine quidem quintum, ſed patrono reliquis omnibus nobiliſſimum. Eſt enim Excellentiſſ. & Potentiſſ. Principis *Henrici Borbonij Condæi*, quem non ſemel antea laudauimus. Et is ob ſuſceptam voto prolem ex Illuſtriſſ. & pientiſſ. conſorte ſua *Carolina-Henrica Mommorantia* hoc grati animi monimentum extare voluit, cui cum tempore cultum quem tantum Principem decet adhibebit. Ex oppoſito quod in eundem ordinem venit, omnium ad hæc ornatiſſimum & picturis ſplendidiſſimum eſt, beneficio Magnificentiſſ. & lectiſſ. fœminæ *D. Carolinæ Iannine*, quæ & marmoreo tumulo exquiſiti operis, ſepulchrali vrnâ in coronidem impoſitâ, humata illic mariti atque filij pignora æternitati quantum fas eſt conſecrauit. Adſcriptum in tabulâ marmoreâ ex faſtigio epitaphium quod ſequitur *Nicolaï. de Vandetart.* *Iannin.*

D. O. M.

Digitized by Google

1610. D. O. M. 1610.

SISTE HOSPES LAPIS TE ROGAT.

HIC PETRI CASTELLÆ ET PETRI FILII MORTALES EXVVIÆ CONDVNTVR. AT VTERQ; QVI FVERINT ADVORTE. PATER MAGNI CONSILII SENATOR, DEIN A LIBELLIS SVPPLICIBVS FVIT, DEFVNCTVS APVD HELVETIOS ALTERA LEGATIONE, ATQVE ITA PER LEGITIMOS HONORVM GRADVS SOLIDAM AD RES GERENDAS VIRTVTEM ADEPTVS, TANDEM INTIMO REGIO CONSESSV LARGITIONVM COMITIVÆ PRÆFVIT QVOD PROBITATEM FIDEMQVE TESTATVR MAGIS EARVNDEM EXAMINI PRÆFICITVR. TVRBIDISSIMIS EXINDE BELLORVM TEMPORIBVS DVM LEGATVS TERTIVM HELVETIAM EXTRA ORDINEM DESTINATVR AVENIONI VIVERE DESIIT XVII. KAL. QVINT. ÆTATIS SVÆ ANNO XLIII. CHRISTI M. DC. XXIX. QVEM PATERNÆ VIRTVTIS ÆMVLVS FILIVS PRÆCOCE PRVDENTIA ET ANTE ANNOS IVRIS CLARITVDINE IN SENATV PARISIENSI ALLECTVS PARENTIS DESIDERATISS. FATO IVSTAM FATI SERIEM ANTEVERTIT LVCTVQVE IMMODICO ET DOLORIS ÆGRITVDINE MORTEM OBIIT XV. KAL. EASDEM ANNI SEQVENTIS. CAROLINA IANNINA VXOR CONIVGI AMANTISSIMO, MATER FILIO PIENTISSIMO INSOLABILES LACHRYMAS MARMORI SCVLPI IVSSIT. HOSPES ABI ET MORTALIVM VICEM LVGE.

Georgeau. Nicolas. Sextum ad dextram ſibi quæſiuerat Nobil. & Pia fœmina *D. Mariæ Georgeau* vidua *V. N. Guillelmi Nicolas* Caſtrenſium erogationum adminiſtri. Et ipſa quidem ibi condita in pignus remanſit, hæredes tamen certis de cauſis pactiſque conditionibus ius ſuum remiſerunt. Aduerſum huic eſt, Clariſſ. Nob. & pientiſſ. *V. D. Franciſci de Verthamon* in ſupremo Galliarum conſeſſu Senatoris integerrimi & laudatiſſimi patrocinio & ſepultura illuſtre, quod *SS. Franciſco* & *Brunoni* dicari mandauit. Hæredes ille non bonorum modò atque dignitatum, ſed pietatis etiam & virtutis reliquit qui parentis memoriæ hoc nuper Elogium poſuerunt.

de Verthamon.

D. O. M.

ÆTERNÆ MEMORIÆ

FRANCISCI DE VERTHAMON SENATORIS PARISIENSIS,

QVI ANTIQVA ET NOBILI APVD LEMOVICES FAMILIA NATVS AMPLISSIMI ORDINIS DIGNITATEM PER ANNOS XXXVII. EA INTEGRITATE CONSTANTIAQVE GESSIT, PRIVATAM VITAM SINGVLARI MORVM SANCTIMONIA SIC INSTITVIT VT DOMI FORISQVE PAR SVI DESIDERIVM MORIENS ET ÆMVLANDÆ VIRTVTIS EXEMPLVM INSIGNE RELIQVERIT.

IDEM IN SACELLVM HOC STRVCTVRÆ DOTISQVE NOMINE VT IN EO SIBI SVISQVE PERPETVVM IVS ESSET STATOQVE IN DIES SINGVLOS PRO SE SVISQVE SALVTARI SACRIFICIO ARGENTI LIBRAS CONTVLIT IↃↃ. CIↃ.

VIXIT ANNOS VNDESEXAGINTA MENSES VIII. DIES XXV. EXCESSIT KALENDIS AVGVSTI ANNO CIↃ. IↃCXXV.

VXOR LIBERIQVE MARITO DVLCISS. PATRI OPTIMO MOERENTES POSVERVNT.

MARIA VERSORIS VXOR DOMO PARISIIS ORTA NON DISPARI, PIÆ DEVOTÆQVE MENTIS STVDIIS VIRO SIMILLIMA, QVOCVM ANNOS VII. ET XXX. SVMMA CONCORDIA VIXERAT CVM EODEM POST ETIAM COMMVNI MONVMENTO IN SPEM VITÆ COMMVNEM CONIVNCTA EST DEPOSITA ANNO D. 16. VIXIT ANNOS MENSES. REQVIESCANT IN PACE.

Digitized by Google

1610. *Pactum eſt de ſacello ab haeredibus die 23. Decembris 1625. Actorum cuſtos Ioan. Boucher Tabul. Prator.* 1610.

Reliqua duo ſunt ſacella quæ extruantur, quod in mora eſt donec princeps porta in totius operis frontiſpicium obtendatur. Interim tamen alterum ex illis V. N. *D. Ioannes de la Foſſe* caſtrenſi annonæ dum viueret Præpoſitus, & per hoc temporis ſpatium apud nos depoſitus, & Nobil. ac pia eius conſors *D. Ludouica Rochon*, quæ & ipſa exeunte an. 1634. viuis exẽpta eſt & apud nos condita, ſuum eſſe ac fore pepigerunt. Alterum ad hæc in nullius ius aut poſſeſſionem conceſſit. Singulis autem ſacellis hypogæum ſuum eſt quadrato lapide concameratum, ſuæ crates ex ferro affabrè & eleganter cuſæ, ductæ, perpolitæ, quibus illa clauduntur, & hoc commodum eſt quod viſum quam minimè impediant. Enimuerò hæc decora, lapides aut ſtructuram, ſiue temporalia beneficia non excedunt, alia ſunt maioris moment, idignitatis & gloriæ, quæ res diuinas & ſpirituales ſpectant. In his ſacra pignora, quibus donata eſt, & Epiſcoporum inaugurationes, ne per plura diffluam, ſolùm numero. Pignora quidem hæc ſunt. *de la Foſſe.* *Rochon.*

Vertebra *B. P. N. Franciſci*, ex illis ſcilicet oſſibus quæ incendio erepta Turonenſibus noſtris reſtituta fuerant. Eam autem *R. P. Petrus Hebert* Franciæ Prouincialis ex mandato *R. P. Franciſci Humblot*, tum Generalis Vicarij è capſa Nigeonenſi extraxit & donauit. Aſſeruatur in globo chryſtallino pretioſiſſimo, cui pedamentum eximij operis ex argento inaurato graui & ſculpto curauit Nobiliſſ. & lectiſſ. fœmina *D. Hippolyta d'Eſtrée* Ducciſſa *de Villars* tertium Ordinem noſtrum in hoc ipſo Conuentu profeſſa. In vim verò illius tranſlationis Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Henricus Gondius* Pariſ. Epiſcopus centum dierum indulgentiam ad 11. Aprilis in perpetuum conceſſit litteris an. 1609. die VIII. Martij expeditis.

Oſſa *SS. quadraginta Martyrum*, *SS.* item *Certonÿ*, *Marcellini*, *Exuperantiæ*, *Marini*, *Adeodati*, *Martyrum*, quæ V. N. & Clariſſ. *D. Ioannes Arnaldus* Toparcha *de Cherelles* regius Orator Conſtantinopoli, rediens, Romæ in tranſitu accepit & nobis largitus eſt ab an. 1610.

Os digiti vnius *S. Bonæ Virg.* ex Monaſterio S. Petri Remenſi.

Coſta *S. Leodegarÿ Epiſcopi & Martyr.* Os ex pede *S. Cariſij Martyr.* ex ſpatula *S. Leonardi Confeſſ.* ex Monaſterio S. Mariæ Sueſſionenſis, concedente Illuſtriſſ. & *R. D. Ludouica à Lotharingia* Antiſtita eiuſd. Monaſterij, à *R. D. Hieronymo Henequino* Sueſſion. Epiſcopo extracta, & ad nos tranſmiſſ. an. 1610.

Partes ex oſſibus *SS. Laurentÿ Martyr. Guillelmi Confeſſ. Vrſulæ Martyr. Ioannis Chryſoſtomi Epiſc. & Confeſſ. Simonis Apoſtoli & Martyr. Machabæorum Fratrum & Decem millium ſimul paſſorum Martyr.* quas noſtris RR. PP. Ordinis S. Guillelmi, quos hic *Albos-mantellos* vocant, ex ſacris pignoribus quæ in *Pariſienſi* Cœnobio ſuo aſſeruabant decerptas conceſſerunt ab an. 1610.

Oſſa *SS. Cornelÿ Papæ & Martyris*, *Antonÿ*, *Agapiti*, *Celeſtini*, *Ægidÿ*, *Galli*, *Honorÿ*, *Ianuarÿ*, *Patritÿ*, *Seruiliani*, *Valentiniani*, *Vrbani*, *Valentini*, *Victorÿ*, *Theodori*, *Sergÿ*, *Hilarij*, *Fortunati*, *Felicis*, *Vincentij*, *Lucij*, *Romani*, *Maximiani*, *Ioannis*, *Eugenij*, *Seuerini*, *Victorini*, *Apollonij Martyrum*, *Martinæ Virg. & M. Honoratæ Mart.* quæ ex Cœmeterio S. Calixti, atteſtante R. *D. Berlingerio Gipſio* Viceſgerente & Eminentiſſ. *Camillo Burgheſio* Card. ac poſt Summo Pontif. nomine *Pauli* V. *R. P. Ioannes Bruno* Ordinis noſtri profeſſor accepit & apud nos repoſuit.

Oſſa *SS. Victoris & Maccarij* martyrum, quæ Illuſt. *Ioannes Fernandus Pacheco*, *Vilaniæ* Marchio, Nobiliſſ. *D. Leonora Vrſinæ* Ducciſſæ Sforziæ olim donauerat, ipſa verò Nobil. & pientiſſ. fœm. *D. Annæ de Montolin.* Hic ab an. 1618. repoſita.

Os *S. Zenonis Martyris*, quod permittente *Paulo* V. Pont. Eminentiſſ. *D. Franciſcus de la Rochefoucault* Card. ex Monaſterio S. Pauli Trium fontium extra muros Vrbis Romæ tulit, & Nobiliſſ. ac pientiſſ. *D. Catharinæ Medicææ*, *Ludouici Marillaci* conſorti dederat.

Oſſa SS. *Sebaſtiani Martyr. Mauritij* & ſociorum Martt. quæ Toloſani noſtri

R. P.

Digitized by Go

1610. *R.P.Olinario Chaillou*, tum per Galliam Visitatori, & Vicario Generali toto assentiente Capitulo impertiuerunt, an.1622. 1610.

Eiusdem *S.Sebastiani Martyr.* os alterum ex Conuentu nostro Dieppensi, decerptum quidem illud ex maiori quod *R.D.Franciscus Harlæus* Rothomag. Archiepisc. recognouit.

Os *S.Ausonij* Martyr. ex Monasterio eidem S.Marty. sacro apud *Engolismam*, & illud *R.P.Olinario Chaillou*, Ill. & *R.D.Lucia de Lussé* Abbatissa totusque Conuentus exhibuit, an. 1622.

Ossa plura *S.Austreberta* Virg. ex Monasterio eius apud *Monstrolium* ab Ill. & *R.D.Carolina de Monchy* Abbatissa transmissa, an.1632. & aliundè accepta.

Os *S.Iuliana* Virgin. ex eodem Monstroliensi Cœnobio, datum à *R.P.Simone Martino* Ordinis nostri professore, & illius Monasteri Visitatore, anno 1631.

Ossa SS. Virginum *Celinie* & aliarum, de quibus in Chronico Feublinensi, ab eo Conuentu accepta; particula ex osse S.*Nicolai*, aliorum item SS.à Laudunensibus nostris tradita, de quibus ad ann. superiorem dicebamus.

Præter quæ & alia nonnulla sunt. Nam vt de B.P.N. solum meminerim alterum eius os ex Cœnobio nostro *Montis-Gaugerici*, *particulæ* etiam *ossium* eiusdem, quas ab Ecclesia *B.Mariæ Dinitis*, in suburbio *Turonensi* Augusta *Maria Medicea* Regis mater accepit, *Grana* ex eius *rosario* tria, *particulæ vestium* eius & *palæa* ex ceruicali quæ fuerant Nobil. & lectiss. fœminæ *D. Magdalenæ d'Alesso*; particula item ex *pallio* quo fretum Siculum superauit ex Conuentu nostro *Gratianopolitano*; denique altera seu dimidia *pars paleoli* duplicati quam Ambianenses nostri dederunt, religiosè asseruantur.

Ex his porrò quædam thecis seu capsulis argenteis alia ligneis inauratis & pictis, de quibus molestum esset figillatim dicere condita sunt. Inaugurati verò sunt in hac æde nostra Episcopi plures. Primus fuit *R. & Per-illust. D. Iacobus de Neuf-Chesés Deffrans* Cabilonensis Episcopus ab auunculo suo Illust. & *R. D. Andreæ Fremyot* Bituricensi nuper Archiepiscopo suffragantibus *Conuenensi* & *Nemausensi* Episcopis, ad xxix. mensis Decemb.an. 1624. consecratus. Secundus *R. P. & D. Franciscus de la Fare* noster Rhegiensis Episcop. de quo ad an. 1625.dicturi sumus. Tertius noster item *R.P. & D.Renatus le Clerc* Glandatensis Episcop. de quo similiter ad 1627. Quartus *R.D.Franciscus de la Faiette* Lemouicensis Episcopus, consecratus (nisi me fallit memoria) Dominica 11. in Quadrag. quæ ad xix. Maij diem incidebat an. 1628. Quin & habitas quandoque sacras ordinationes, creatos non semel S.Michaëlis Equites, possem commemorare, sed vereor ne in his etiam quæ breuiter perstrinxi modum videar excessisse. Post omnia de reliquis ædibus ac toto in vniuersum opere hoc possum profiteri quod *Blanchotus* noster *R. P. Oliuario Chaillou* gratulabundus scribebat epistol. dedicator. Bibliothecæ SS.Patrum quam Concionatoriam cognominat, sic ergo ille: Tu qui diuinis humanisque Musis in Vrbium principe & regina Lutetia tuis primum opibus atque patrimonio, vigiliis deinde, studio atque laboribus domicilium constituisti quale sperare aut ipsæ non debuissent, aut nemo præter te statuere, ducere, erigere potuisset: qui lapidũ moli & structuræ, culminum altitudini, operis magnificentiæ Bibliothecam semper adæquasti, vt siue librorum copiam & multitudinem, siue delectum & raritatem, siue ornatum & elegantiam consideremus hæc vna in multis quibus vrbs abũdat nomen, famam, dignitatem obtineat, &c. Ac reuera quidem tantum in excolenda Bibliotheca studium homines nostri posuerunt & in dies pronunt, vt ab ea non parùm splendoris & commodi sperandum sit. Nuper etiam sepositæ est hæreticis ac proscriptis Scriptoribus sua Bibliotheca, cuius instruendæ præcipuus autor fuit Vir Clariss. *Andreas Iumeau* I. C. Ordinis nostri Tertiarius à nobis copiosiùs laudandus, donatis quampluribus & primæ notæ huius generis libris, quibus vtiliter vtuntur qui ad segreges refellendos potestate ad id accepta operam suam quotidie nauant. Atque in his acquiescere animus erat, nisi piaculare videri posset eorum nos memoriam præteriisse qui ob singularia in

1610. hanc domum beneficia Fundatorum gratiâ quoad viuerent cohonestati sunt. 1610.
1610. Hæc enim primum gratia delata est Nobil. & Clariss. Viro D. *Oliuario le Febure* Toparchæ *d'Eaubonne*, Comiti Consistoriano & Rationalium Præsidi, & ad eius primogenitum per litteras *R. P. Didaci Arie de Valcarcel* Hispali die xx. Februarij an. 1614. datas prorogata. Dehinc etiam Ill. & lectiss. fœmin. *D. Isabella Babou* consorti Nobil. & Gen. D. *Francisci d'Escoubleau de Sourdis*, ob impetratam semel atque iterum prolis gratiam nurui suæ ac filio Marchioni Surdisio, quod in Acta Generalia relatum est. Denique *Oliuarij* prædicti fratri Domino *d'Ormesson*, aliisque prout ex litteris quæ sequuntur amplius innotescet.

le Febure.

d'Escoubleau.

de Sourdis.

Illustrissimo & Nobilissimo D. Andreæ le Febure *Domino* d'Ormesson, *regio à secretis Consiliario, & Illustrissimæ & Nobilissimæ* D. Annæ le Preuost *eius coniugi selectissimæ eorumque Illust. & Nobilissimis liberis,* Andreæ le Febure *Regi à Secretis & Regiorum Computorum Cameræ Magistro ordinario,* & Mariæ le Febure *coniugi Illust. & Nobil.* D. de Montaleau, *Regi item à Secretis & ærarij Regis Arcarij Generalis,*

Andreas F. n. in Senatu Consilia. Philippus *de Coulange* D. *de Montaleau* n. Rationum Magister.

Salutem in Domino sempiternam,

Frater Franciscus à Longobardis *totius sacri Minimorum Ordinis S. Francisci de Paula humilis Corrector Generalis.*

MIrum videri non debet quod Illustrissimæ DD. VV. Minimorum Ordinem tanta animi pietate & deuotione prosequantur, cùm enim ex ipsius præfati Sanctissimi Institutoris prosapia nempè ex Sorore traxerint originem, in hoc tanti natalis celsitudo splendescat necesse est vt à quo duxere genus terrenum, referant & illius quibus euituit singulares virtutes, quarum præcipua fuit illa maior omnium charitas, cuius hæredes natæ Illust. DD. VV. & æmulatores factæ in eius S. Patris spirituales filios nouis beneficiis beneficia noua congerunt, quæ nuperrimis adhuc experimentis confirmata sunt quando Conuentui nostro Parisiensi qui in Circo regio situs est elargitæ sunt, prout in solemni Rescripto super his confecto exprimitur, & ex R. P. Oliuarij Chaillou nostræ Prouinciæ Franciæ Prouincialis ex eadè S. Patris sorore oriũdi, aliorũq; fratrum litteris didicimus. Vnde cum merito gratiarum cessaret decursus vbi recursus non fuerit, nobis faciendum existimauimus, vt tam singulare donum, & alia plurima in Ordine iam ab Illust. DD. VV. earumque prædecessoribus collata beneficia, spemque futuræ prolixioris libertatis, quibus possumus fauoribus & gratiis spiritualibus compensemus. Ideò tenore præsentium de VV. PP. nostrorum Collegarum speciali consilio & assensu, autoritate Nobis à nostris constitutionibus concessa, Illust. DD. VV. in nostræ Religionis, præsertim verò Conuentus Parisiensis, præcipuos ac singulares Benefactores perlibenter admittimus & amplectimur, cum plenaria & omnimoda potestate & facultate, quoad vixerint, fruendi & gaudendi omnibus & singulis gratiis, titulis, priuilegiis, & honoribus quæ à S. Sede Apostolica Priuilegiis & Constitutionibus Ordinis nostri, aliis nostris Fundatoribus conceduntur: admittentesque Illust. DD. VV. ad participationem omnium sacrificiorum, communionum, orationum, lectionum, prædicationum, vigiliarum, ieiuniorum, abstinentiarum, disciplinarum, obedientiarum, peregrinationum, laborum, reliquo-

rumque

Digitized by Google

1610. *rumque bonorum operum quæ ab vniuerſis noſtri Ordinis Fratribus & Sororibus fieri donauerit author bonorum omnium Chriſtus Ieſus, vt piis huiuſmodi ſuffultæ auxiliis pro bonis temporalibus quæ tam abundè largiuntur Sanctiſſimi Parentis conſortium conſequantur. In quorum fidem, &c. Romæ in Conuentu Sanctiſſimæ Trinitatis* VIII. *Kal. Aug. A. D.* 1632. 1610.

Quidni etiam adnumerem ac de nomine ſaltem commemorem viros multis laudibus præcellentes, qui hanc domum religioſamque familiam per vices regendam ſuſceperunt, *RR.* nimirùm *PP. Oliuarium Chaillou, Franciſcum le Tellier, Robertum Renault, Franciſcum Victom, Nicolaum l'Eſguillier, Ioannem Prieur, Ludouicum Dony, Hilarionem de Coſte, Petrum Gueret, Nicolaum Leſné*, quorũ ea eſt in Chriſto gloria, vt nonniſi de meo cõſortio ſui honoris poſſint habere detrimentum? Hæc fortè longius à nobis commemorata præter inſtitutum videbuntur, ſed quæ coram ſunt reticere non potuimus, quod ſimiliter de vrbe feciſſe ſuperuacaneum fuerit quæ nimirùm in oculis, in omnium auribus pariter ac oribus verſatur. Quid enim totâ Europâ celebratius, nobilius, ſplendidius? Placet Scaligeri carmen.

Francigenæ princeps populoſa Lutetia *gentis*
Exerit immenſum clara ſub aſtra caput.
Hic Ciuis numerum Ars, precium, Sapientia finem
Exuperant, ſuperant thura preceſque Deos.
Audijt obſtupuitque hoſpes: factuſque viator
Vidit, & haud oculis credidit ipſe ſuis.

Et nos res eius ſingulari commentario ſi Deus dederit retractabimus, & Origines patrias Latio inferemus. Noſtra priuatim deſignaſſe in præſens ſatis eſt.

6. Quæ dum in Vrbe Regni primaria Franci noſtri primùm adornabant, proximi Campani *Victoriacum* inſederunt, id Parthorum cognominatur ab agro, nomen verò habet vt placet nonnullis à Legione Victrice quæ illic hyemauit. Locum mutauit *Franciſco* I. Rege cum Hiſpanorum factione vrbs antiqua incenſa eſt, ea erat ad *Salcum* fluuium qua proximè in *Matronam* delabitur nomen hodie ab eo caſu retinet, poſt hanc tamen cladem quingentis inde paſſibus ad *Matronam* noua Vrbs conſtructa eſt quæ à *Franciſco* Rege conditore cognomen accepit, nunc igitur *Victoriacum*, ſeu *Victriacum Francicum* dicitur, Regiâ Iudiciorum Præfecturâ inſignis eſt, in ſacris ius illi dicit Catalaunenſis Epiſcopus, *Catalauno* diſtat leucis VII in Orient. *Deſideriopoli* totidem in Occident. ſecundùm eundem fluuium. In eam vrbem noſtros acceperunt Catholici Ciues dato loco quem incolerent, qui & poſtea ſuis largitionibus opus promouerunt. *R. D. Coſmas Clauſſe* Catalaunenſis Epiſcopus & Comes, Par Franciæ, Prioratum *S. Crucis*, qui olim ad arcem Vitriacenſem ſteterat, ſed exuſta Vrbe ſimiliter adſumptus eſt, noſtris cedere procurauit, nam & ipſe vt Abbas S. Petri ad Montes ex Ordine Auguſtin. ſuæ diœceſis illum noſtris contulit, atque vt eius Abbatiæ ſacri Sodales aſſentirentur effecit, quapropter non immeritò delatus ei Fundatoris titulus & honos ad alterum annum cùm Patres 1611.
Maſſiliæ conſiderent. Nobiliſſ. etiam & pientiſſ. fœmina *D. Ioanna de Monluc de Balagny, Ioannis* Mareſcalli Franciæ, & *Renata d'Amboiſe* ex Fundat. Bracancur. ſtirpe F. quæ primùm nupta *Carolo Claromontio d'Amboiſe*, poſt eius fatum *Henrico Memmio* Senatus Gallici Præſidi coniuncta eſt, ob ſingularia in eam domum merita Fundatrix in Actis Generalibus *Romæ* VII. habitis renunciata eſt. Eadem gratia in his ipſis Actis Nobil. & lectiſſimæ *D. Annæ de Baſſompierre*, quod noſtros ſua ope iuuiſſet ad opus perficiendum, collata eſt. Enimuerò poſtquàm eius Cœnobij res per nos ipſos recognouimus iuuabit nonnulla propiùs deſignare. Poſſeſſionem loci quem Ciues donauerant adierunt noſtri hoc ipſo quidem anno, ſed ad XXII. tantùm Decembris diem. Ædes ſacra ductis ad lævam quinque ſacellis ſeu Oratoriis ſuffulta eſt, quæ ſingula patronos ſuos habent. Primum enim curauit *Baſſompetræa*, de qua diximus: ſecundum *Guillelmus Chaperon* ciuis Vitriacenſis, eiuſque conſors *Ioanna Thenart*: tertium *Tuſſanus Becquet*

Vitry en Parton. — Conuentus Victriacenſis.

Sault. Marne.

Vitry le François.

Chalon ſur Marne. & Dizier.

Clauſſe.

de Monluc de Balagny. de Clermont d'Amboiſe. de Meſme de Baſſompierre.

Chaperon. Thenart. Becquet.

Digitized by Google

1610. cum vxore ſua *Ioanna de la Garde*: quartum *Ludouicus Michaud*, & conſors eius *Iacoba Perey*: quintum *Ioannes Domballe* Cognitor Regius apud Victriacenſes: ſua porrò ſinguli tutelaribus ſuis deuouerunt. Cùm autem eò perductum eſſet opus vt conſecrationis beneficio non indigna videretur eadem illa Eccleſia, *R.D.Henricus Clauſſe, Coſmæ* Fundatoris nepos & in Epiſcopatu ſucceſſor eam ſacris ritibus inaugurauit ad VI. menſ. Octobris an. 1624. & *S.Crucis* nuncupauit. Quo eodem anno *Coſmas* Fundator à menſe Martio ſanctiſſimè obierat, delecto ad primum Cathedralis ſuæ aditum ſepulturæ loco, vbi quidem iacet inſtrato plano marmore, atque hoc inciſo Epitaphio quod ad hominis beneficentiſſimi memoriam & laudem reponere voluimus: 1610. *de la Garde. Michaud. Perey. Domballe.*

Reuerendiſsimus in Chriſto Pater D.D.Coſmas Clauſſe de Marchaumont Epiſcopus LXXXV. *Comes Catalaun. Franciæ Par, S.Petri ad montes Catal. Abbas commendatarius, à Secretioribus conſilijs Regis, Collegij Societatis Ieſu hac in Vrbe, Conuentus Minimorum Victriacenſium in hac diœceſi, Fundator ptimarius, eruditione ac eloquentia clariſſimus, necnon Iuris vtriuſque Doctor, in hac ima templi parte in qua ſubſidunt egeni, ſepulchrum magno humilitatis exemplo ſibi delegit, vt quos temporalium bonorum hæredes inſtituit, habeat pro æterna requie oratores ex intuitu monumenti excitatiores. Is in celebri aſtantium, orantium, lugentium, decedentis pietatem, conſtantiam, & nouiſsima verba obſeruantium corona, in ſenectute bona, in miſericordia vberi, plenus dierum, ætatis nempè anno* LXXVI. *Epiſcopatus* XLIX. *reparationis humanæ* M.DC.XXIV. XII. *Cal. April. ſupremum diem feliciter clauſit.*

Quantùm certè ad nos attinet ſanctiſſimus Epiſcopus Sacerdotium illud ſeu Prioratum S. Crucis ab anno 1612. in noſtrorum gratiam eiurauerat, cuius vnionem *Paulus* V. datis eodem illo anno ad VII. Cal. Mart. litteris probauit & confirmauit, Pontificis verò litteras Senatus recognouit & Actis inſcripſit ad an. 1613. XII. Aug. Simul autem & ille receptum olim ab eo Prioratu *S.Huberti Cornu*, quod vocant, apud noſtros depoſuit; illud adeò ſalutare his qui rabie perciti ſunt, vt potâ in quam demiſſum fuerit aquâ certiſſimè conualeſcant. Non videtur autem illud venatorium cornu, ſed reponendis tantùm eiuſdem S.Huberti reliquiis ab antiquioribus vſurpatum, quod aliâs non eſt infrequens nec vacat exemplo, inductum eſt hoc noſtrum bracteis argenteis, & quidem plenum reliquiis reductâ laminâ quâ os eius occluditur nuper inuentum eſt. Deinde Sodalitatem Sanctiſſimi Roſarij eadem in ædc noſtrâ inſtituit *R. P.Seraphinus Siccus* Ordinis Prædicatorum Generalis, per litteras ſuas an. 1621. ad diem XXVI. menſis Septembris exaratas, quam frequentes ciues ineunt & piè venerantur. Sed hactenus de rebus noſtrorum apud Victoriacum. Neque verò mihi dubium eſt quin maiore progreſſu & incremento res noſtræ conſiterint, quod amplius & liquidius conſtabit, ex iis quæ de Cœnobiis apud Lugdunenſes ad alterum annum memorabimus, at verò eorum ſolummodò quæ diximus, certa nobis origo comperta eſt.

Conuentus Albalatæ.

7. Hiſpani quinetiam non contemnendum ſuæ induſtriæ fructũ ceperunt. Ad diem enim Septembris menſis XII. & ad XXVII. Octobris duobus locis ſedem fixerunt. Prior eſt ad *Cingam* fluuium, quem fruſtra nonnulli Veterum *Sicorim* perhibent (hic enim *Ilerdam* alluit, ille ſex inde millibus procul *Flaniam Gallicam*) loco cui à popularibus nomen *Albalata* eſt, *Flauia Gallica* VI. paſſuum millibus à *Montione*, *Albalata* IX. ſed quam in partem non potui deprehendere. *Albalata* Toparcha Baronis nomine Nobil. & Generoſ. *D.Alphonſus de Eſpes*, cum pientiſſ. conſorte ſua *D.Anna de Luna*, prædiis attributis atque cenſibus, noſtros illuc traduxit, Fundatoribus in ſequentem annum vterque annumeratus eſt. Nomen Cœnobio *B.Mariæ*, ſiue vt loqui ſolent *Noſtra Domina à Victoria* pro ſolemni more Hiſpanorum. *R.P.Dominicus de Cayas* Lector Theologus emeritus, *Cinca. Ilerda. Fraga. Albalate de Cinca. Montion. de Eſpes. de Luna.* *de Cayas.*

VIR

1610. vir ſolidæ non minus pietatis quàm eruditionis, ſecundùm apud Aragonios Prouincialis, rem curauit. 1610.

8. Poſterior eſt ad *Thelobes*, cuius nominis fluuius in *Catalaunia* inter *Barcinonem & Gerundam*, populares *Tardera* vocant, ad eum fluuium ſex paſſuum mil- Conuentus Stalricij.
Tardera. lib. ſupra mare, oppidum eſt regiâ *Narbonem* viâ poſitum, in nomine ſcriptores
Eſtalric. variant apud alios *Hoſtalric* lego, apud quoſdam *Eſtalric* apud nonnullos denique *Stalrich*, ad quod poſtremum propius eſt ſi *Stalricium* latinè dixerimus, quod mihi videtur omnium probabiliſſimum cùm ſoleat ſæpiùs excidere præpoſita litteræ E, cùm apud nos, tùm apud Hiſpanos, in formando latino nomine. Oppidum id in ditione Marchionum *Aitonæ*. Vetuſta illic ædicula, quam Eremitæ inhabitauerant, noſtris donata eſt, eam illi diligenter excoluerunt, & incolarum aduenarumq; beneficio amplificauerunt. Aëre ſaluberrimo gaudet ſimulque iucundiſſimo proſpectu, vitæ commodis à proximo mari abundat. Nomen titulumque à *B. P. N.* accepit, ex quo noſtri agere illic cœperunt.

9. Ad hunc annum *Paulus* V. Pont. Opt. Max. litem ſiue cauſam, quæ inter Decretum Apoſtolicũ.
PP. tertij Ordinis S. Franciſci, qui ſolent Fratres de Pœnitentia nuncupari, & noſtros, vertebatur, diiudicauit. Quæſtio erat vtrum illi poſſent veſtes coloris eiuſdem atque nos deferre, quæ quidem parui momenti videri potuiſſet, niſi ex hoc magnum Ordini noſtro ſcandalum exoriri multiplex & longa experientia docuiſſet, dum illi carnibus vterentur & Minimi ab ignaro vulgo crederentur, quod quidem ſcandalum vt à noſtris amolirentur Deceſſores Pontifices decreuerant, ne qui veſtem noſtris conſimilem & pari colore imbutam vſurparent. Commiſſa illius controuerſiæ cognitio Illuſtriſſimis & Reuerendiſſimis DD. Cardd. *Mariano* Epiſcopo Tuſculano *de Camerino* Protectori noſtro, & *Hieronymo* tit. S. Blaſij in annulo *Pamphilio* Minorum Obſeruantium Protectori, qui auditis partibus & rediſcuſſa in noſtrorum gratiam iuxta Deceſſorum Pontificum ſententiam ad *Paulum* Pont. retulerunt. Ille igitur edito diplomate ad diem Auguſti menſis XIV. prædictos Tertij Ordinis profeſſores veſte quam deferebant ſub grauibus pœnis interdixit, cauitque quali poſthac vterentur. Incipit, *Inter graues paſtoralis officij noſtri curas, &c.* illudque plures inter Pontificias Bullas deſcripſerunt.

10. Anno in finem exeunte ad laborum fructum ſempiternamque mercedem Obit. S. Stephani d'Alvin.
d'Alvin. tres præſtantes viri è noſtris abierunt. Primus fuit *R. P. Stephanus d'Alvin* vir morum honeſtate inſignis, atque cum reliquis virtutibus tum maximè animi pietate, manſuetudine ac prudentia commendatus, in Theologia verò morali apprimè verſatus, cuius ſpecimen dedit publicato *Tractatu de Poteſtate Epiſcoporum, Abbatum, aliorumque Prælatorum*, qui ex officina Niuelliana apud *Sebaſtianum Cramoiſy* an. primùm 1607. prodiit, dehinc etiam an. 1614. *Stephano Angerio* Generali nuncupatus, alia meditabatur maioris operæ, ſed immaturâ morte ſublatus, vt qui annum ſanctæ profeſſionis XXVII. nuper ſolùm impleuerat, magnum ſui deſiderium reliquit. Mortem oppetiit ſanctoque fine quieuit die 11. Octob. apud Nigeonem.

11. Alter deinde fuit *R. P. Michaël Quenaldus* ante annos quinque Prouin- Obi. P. Michaëlis Quenaud.
Quenaut. cialis officio apud Turones perfunctus. Laudatur ab ingenio quo ad mathematica theoremata & praxes ſummoperè valuit, profundioris etiam litteraturæ fuit atque omnes diſciplinas altè imbiberat. Diuinorum admodùm ſtudioſus Deo ſe per omnia pietatis exercitamenta probare ſatagebat, humanitate ac manſuetudine in ſuos externoſque cumprimis excelluit. Patientiam aduerſus caſus per turbulenta Reip. tempora non obſcurè patefecit. Accuſatus enim à perfidis hominibus quòd turbarum quæ clanculò adornabantur conſcius eſſet in publicum carcerem magnâ cum ignominiâ coniectus eſt, ſed hominis innocentiam premi non eſt paſſus rerum noſtrarum arbiter qui ſuos iuſto iudicio permittit affligi, poſtquàm igitur multa indigna pertulit homo ingenuus & liberalis, liquidò conſtitit nullâ eum cuiuſquam rei conſcientiâ teneri, adeoque tantò glorioſiùs ſibi ſuiſque reſtitutus eſt, quantò iniquiùs per

Digitized by Google

1610. calumniam circumuentus fuerat. Annum à professione decimum septimum non peregerat cum patientiæ suæ reliquarumque virtutum præmio donatus est, solutus ergastulo corporis ad diem XVIII. mensis Octobr. apud Plessiacum, ibi sepultus, vbi virtute ex alto indutus fuerat. Mors eius suis plurimùm Externis non parùm doluit, morum enim comitate ac iis de quibus dictum à nobis est dotibus gratiam sibi apud omnes conciliauerat. 1610.

Ob. P. Antonij Eſtiennc. 12. Tertius denique fuit *R. P. Antonius Stephanus* & ipse scriptis clarus, magisque animi magnitudine quam per difficillima tempora exhibuit, multis interim apud suos dignitatibus ornatus, & secundùm Franciæ Prouincialis, antè omnia verò Theologiæ mysticæ cognitione, orationis studio, animarumque zelo excelluit. Scripsit autem aut vertit libros plures gallicè, indiculum damus eorum qui nobis innotuerunt. *Eſtienne.*

Remonstrance aux Dames, &c. sur leurs ornemẽs dissolus, &c. Paris Sebastien Ninelle 1572.

La maniere de se confesser, &c. traduit du Latin de S. Thomas. Paris Sebastien Ninelle 1579.

Deuots discours sur la Passion, &c. Paris Thomas Brumen 1582.

Le Dialogue de consolation entre l'Ame & Raison, &c. Paris Michel de Roigny 1582.

Les Epistres & autres œuures, &c. de Iean Taulere. Paris, Thomas Brumen 1587. *Lyon, Rigaud* 1605.

Oraison funebre sur le trespas de Noble Marie Dudrac, &c. Paris, Iean Corbon. 1590.

Latinè verò edidit, *Constitutiones sacras de Sacrosanctâ Eucharistia, &c. Parisiis apud Thomam Blaise* 1606. Eiusdem esse, *Modum piè atque Christianè studendi* ab ipso *Blasio* cusum an. post hunc altero id est 1612. ipse mihi Blasius affirmauit, quod vix est vt credã ob causas plurimas, de quibus reticeo. Sed interioris vitæ maiori desiderio raptus ille totum se ad rerum diuinarum contemplationem conuerterat, iamque annum trigesimum nonum in religiosæ vitæ proposito exegerat, cum (vt piè credimus) ad beatam æternitatem temporariâ morte peruenit. Eum porrò benè ac seriò præuisa mors in secessu Vicennensi occupauit die XXVI. Decembris.

Ob. Sororis Annæ de Tresbons. 13. A mense Aprili vitæ finem apud Aquitanos acceperat, cuius fato exaggerandus hic annus, Deuota Soror *Anna de Tresbons Dariés* tertium Ordinem professa, quam illi non obscuro sanctitatis nomine celebrant. Matrimonio elocata quem à prima educatione ceperat pietatis sensum cõiugalibus virtutibus omnibus exaggerauit, adeò vt omnibus probitatis exemplum præferret. Soluta lege viri tertium Ordinem professa sollicitius quæ Domini sunt cogitare, pietatem impensiùs colere & bonis operibus ex integro vacare cœpit. In victu parca, in vestibus modesta, in alloquio grauis & rara, in conuersatione humilis & affabilis, in agendis prudentissima semper fuit. Contubernium cum aliis inierat eiusdem instituti Sororibus quæ se modis omnibus ad perfectioris vitæ studium exercebant. Ipsa lineis abdicatis laneam tantùm interulam carni admouebat, in stramen solùm dormitura recumbebat vestes etiam induta, de nocte ad orationem clanculò surgens & ad corporis verberationem. Et quidem facilè non fuerit exponere, quibus se macerationibus atterebat. Correctricem sæpius egit Tertiariarũ quo etiam officio fungebatur, cum viuis exempta est. Id virtuti eius delatum omnibus acceptissimum fuit. Mater pauperum afflictorum & destitutorum erat, quos in Xenodochiis, carceribus, priuatis domibus perquirebat, vel apud se hospitio accipiebat, omniũ necessitatibus quantum licebat largissimè prouidens, quam in rem non sua tantùm omnia erogabat, sed seipsam impendebat & superimpendebat. Aliquando etiam cùm nihil haberet reliqui, se vadem constituit pro iis qui soluendo non essent, vt à potentioribus iuuarentur. Paratum apud se domicilium semper habebat quo itinerantes religiosos viros cuiuscunque instituti essent acciperet, &c. Nihil nisi ex consilio aggrediebatur, ne quid proprio iudicio ageret, aut sibi in aliquo deferret. In procuranda proximi salute sedula, studiosa & imperterrita fuit. Nihil enim verita hominum obmurmurationes & iniquas detractiones perditæ vitæ & abiectæ libidinis puellas conueniebat, ad se recipiebat, de sua salute commone-

Digitized by Google

1610. monefaciebat & inſtruebat, quod ei mirabiliter aliquando ſucceſſit. His aliiſque virtutibus quas non facilè breui perſtrinxerim, multiſque laudibus cumulata piiſſima fœmina, vltimam horam præſentiens, ſacramentis munita, lecto accumbens, iunctis manibus in oratione defixa, inuictum per vitam animum Creatori repoſcenti hilariter ac ſponte reddidit. Quod contigit ad diem xxv. menſis Aprilis. Corpus illatum in commune Tertiariarum ſepulchrũ in Cœnobio S. Rochi Tholoſano. A morte, cœlo receptam eius animam nunciauit Beata quædam Tholoſæ egens cuius hodieque memoriæ in benedictione eſt. 1611.

An. M. DC. XI. 1611.

1. INeundus præter morem hic annus à luctu quem nobis fecit obitu ſuo Illuſt. & *R.D. Marianus Perbenedictus Camers* Ordinis Protector. Id enim primum eſt quod occurrit, & Generalia quidem Acta quæ ad xxii. Maij diem habita ſunt indicant antea ſuſceptam Ordinis prouidentiam ab Illuſt. Cardinali Nazareno qui Camerino ſucceſſerat. Sed priùs de ipſo Camerino videndum eſt. Eum *Paulus* V. Pont. rebus noſtris præpoſuerat cum certiſſima beneuolentiæ ſignificatione, ſtuduit ipſe ne Pontificis deſiderium quandoque fruſtraretur. Omnem igitur beneuolentiam, zelum, vigilantiam adhibuit, vt rebus noſtris conſuleret. Integros quinque annos eam curam ſuſtinuerat cùm nobis ſubtractus eſt. Laudes eius alteri (vt præfati iam antè fuimus) operi reſeruamus. Certè *Paulus* ipſe Pontifex audita eius morte ad lachrymas ſuffuſus eſt, & fidelem Pontificatus ſui adiutorem optimumque ac ſanctiſſimum amicum ſe amiſiſſe palàm profeſſus eſt. Sed quantùm per huius operis breuitatem licet reliquas eius laudes ex monumento quo ſui eum ornauerunt, ſimulque deceſſus diem repræſentabimus. Obit. Card. Perbenedicti Protectoris.

D. O. M.

MARIANO PERBENEDICTO *S.R.E. Cardinali de Camerino Epiſcopo Tuſculano, qui auitam nobilitatem multiplici doctrina, vitæ integritate, ſcelerum odio, Rei Catholicæ, Eccleſiaſticæ libertatis & publici boni acri ſtudio illuſtrauit, à Gregorio XIII. & ampliori cum poteſtate ab Innocentio IX. Clemente VIII. Leone X. Tribunalibus Eccleſiaſticæ ditionis & politicis conſultationibus præpoſitus, à S. D. N. Paulo V. donec Scipionem Burgheſium nepotem votis communibus Cardinalem daret, negotiis omnibus Eccleſiaſtici Status etiam militaribus Præfectus, quibus aliiſque muneribus præclarè geſtis obijt anno ætatis* LXXII. M.DC.XI. XIII. *Kalend. Febr. Marianus Perbenedictus nepos & hæres patruo de ſe benè merito mæſtiſſ. P. C.*

Sed breuius hoc elogium quod Cardinalis noſtri imagini *Scipio Saninus*, qui ei fuerat à ſecretis aſcripſit,

Sic pietas, ſic cana fides, ſic recta voluntas,
Sic pingi poſſet religionis amor.

Non vana hæc laudatio ſatis declarat qui doloris ſenſus ex viri optimi morte ad noſtros peruenerit. Quem dolorem vt leniret Pontifex Opt. Max. hominem ſibi ſummè charum & in publico Conſiſtorio, ita vocatum nobis Protectorem dedit. Illuſtriſſ. ſcilicet Reuerendiſſq; *D. Michaelem Angelum Tontum* Ariminenſem, quem à die xxiv. menſis Nouemb. an. 1608. in ſacrum Senatum allegerat, dictus autem eſt Card. *Nazarenus* ab eius nominis Archiepiſcopatu, quem in eius gratiam Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Maphæus Barberinus* ab anno tantùm 1607. Card. ceſſerat, hic porrò ille eſt quem hodie orbis vniuerſus *Vrbani* VIII. nomine Pontif. veneratur & miratur. *Tontus* primo quoq; tempore hortatorias ad Patres qui *Maſſiliam* ad Comitia generalia conueniebant dedit, quibus ſuam in eos cæteroſque omnes beneuolentiam prolixè ſi- Protector IX. 1608. 1607.

Tonti.

1611. Viceprotectores. gnificabat. Sed cùm is *Româ* discessisset ad res Ecclesiæ suæ (non enim Archiepiscopat. *Nazarenus* titulus est sine re, sed censentur eo nomine Ecclesia *Castrensis & Montisvirtidis* inuicem vnitæ) subrogati ei per vices primùm Illustriss. & Reuerendiss. *D. Augustinus Galaminius*, qui hoc ipso anno ex Generali Ordinis Prædicatorum in numerum Purpuratorum Patrum cooptatus fuerat, tit. S. Mariæ in Aracœli: tum eo *Lauretum* cuius Episcopatu donatus fuerat recedente, Illust. & Reuerendiss. *D. Horatius Lancellotus*, tit. S. Saluatoris in Lauro eiusdem cum *Calaminio* creationis: ac demùm isto ad an. 1620. v. Id. Decemb. demortuo, Illust. & R. *D. Ioannes Baptista Lenius* tit. S. Sixti, qui ad annum sequentem quo *Tontus* in Vrbe rediit ad noui Pontificis electionem, officium operamque nostris commodauit, deinceps verò ad mortem Tontus *perstitit*, quod erit cùm tempestiuè meminerimus.

1611.

Galaminius creatus 1611 17. Aug.

Galamini.

Lancellotus 1620.

Lancelloti.

Lenius.

Leni.

Capitulum Ge. xxxiii.

2. Postquàm igitur *Tontus* nostros in fidem clientelamque suam acceperat, *Massiliam* ad generalem Conuentum accedendum fuit, quod cœperamus dicere. Celeberrimus fuit ille confessus, cui factum initium die xx. mensis Maij, *Chico* Generali de agendis *ex intimo cordis affectu, paterno charitatis ardore, longo & perelegantis sermone*, vt habent Acta ipsa, perorante. Cognitum antè omnia, de iis qui ius haberent considendi, quibus vt decet recognitis, electus qui Acta perscriberet *R. P. Eugenius Campoclarus* Collega Italus. Acta ipsa, præter sanctiones quas frustrà commemoremus, tribus continentur, Electionibus, Cœnobiorum censu & Prouinciarum restitutione. Hæc nos breuiter ex omnibus perstrinxisse satis erit, etiam præter ordinem quo in Actis describuntur. Et Prouinciæ quidem vnius tantum mentio extat quam non tam instituì, quàm restituì rogatum est, quod relictum post longiorem discussionem Generalis arbitrio, postquàm ille, coràm intuitus, statuisset quid ex vsu melius & conuenientius esset. Agebatur nimirùm vt *Catalaunia* quæ quandoque cum Valentia & nonnunquam per se etiam steterat, ab *Aragonia* Prouincia, cui iam nunc erat copulata distraheretur, & id quidem electus in Generalem pro facultate quam Capitulum fecerat, & intercedente autoritate Apostolica ad diem xv. mensis Ianuarij an. 1615. præstitit, primusque Prouincialis datus *R. P. Dionysius de Estrada* Castellanus, qui suam hanc Prouinciam loco postpositam Arragonensi præponi obtinuit, in proximis inde Generalibus Comitiis.

1615.

de Estrada.

At verò Cœnobiorum longè maiorem partem iam antè recensuimus, ex vnâ tamen Lugdunensi Prouinciâ octo adhuc supersunt, de quibus dicendum sit, & illa quidem ex duodecim quibus ab annis sex facta fuit locupletior. Eorum census sic habet probato etiam ordine quo enumerantur. *Mon-merlense*, siue *S. Trinerij*, *Caluimontense*, *Bizantinum*, *Ornatense*, *Analonense*, *Forense*, *Valentinum*, *Rossilonense*, *Brivatense*, *Ruptense*, *S. Stephani*, *Tornodorense*. De illis igitur dicturi ad Caluimontense redeundum est, quod tanto antè memorandum erat si primæ origini suæ potuisset ascribi.

Est verò *Caluus-mons* in Aruerniâ superiori seu montanâ inter horrentia niuibus iuga locus antiquo *S. Petri* Prioratu insignis, quem habent (nisi admodum fallor) in suo Indiculo Cluniacenses inter sacerdotia quæ parent Priori *Celsiniarum* in Aruerniæ Prouincia & diœcesi *Claromontana*, hoc ei ascripto elogio: *Prioratus de Caluo-monte in quo debent esse cum Priore quatuor Monachi.* At verò ille parem cum reliquis sortem expertus in manus Sæcularium transierat & commendatò, vt dici solet tenebatur. Commendatarium vir Nobiliss. & Generosiss. *D. Balthazar de Roche-baron & Chalancon* Vicecomes *Castri-clausi*, Baro de Sarras, &c. agente illustriss. & pientiss. eius consorte *D. Renata Maria de Cursule*, seu *de S. Remy*, cum nostris cedere studuit, curauitque vt in perpetuum illis addiceretur, quod & factum est omnibus ad id necessariis prouidè ac quasi ex condicto interuenientibus. Locus quidem ad secessum accommodatus & Musis idoneus seminarium doctissimorum per eam Prouinciam hominum fuit, dum in profunda solitudine ingenia diligenter excolunt. In eius possessionem venerunt nostri sedente in Claromontana Ecclesia Illustrissimo & Reuerendissimo *D. Francisco Rupifucaldio*, qui deinceps ad maiora vocatus tanto nomine inclaruit,

Conuentus Caluimontis.

Chamont.

de Clugny. Sanctolangeus.

Roche-baron.

de Chasteauclou.

de Cursule. S. Remy.

de la Rochefoucault.

Digitized by Google

1611. *Rosa.* inclaruit, vt in eo laudando fruſtra laborauerimus. *R.D. Antonius Roſa* qui permutationis causâ *Franciſci* locum ab an. 1610. accepit beneuolum ſe ac humanum in noſtros ſemper exhibuit. 1611.

Ferre. E Caluimontenſi ad Forenſe regrediendum eſt, à quo non interrupta reliquorum ſeries decurrenda erit. *Forum Seguſianorum* oppidum totius regionis commercio ab antiquo nobile, à quo nunc ipſi populo nomen, Forenſes enim dicimus, quos *Seguſianos* Veteres latini vocauerunt. Situm id ad *Ligerim*, intra *Rodumnam* & *S. Ragneberti fanum*, ex aduerſo *Veſeſia* amnis, qui poſtquàm *Montem-briſonis* inſigne municipium & regio prætorio, quod Forenſibus ius dicit, clarum & illuſtre ſubluit, in *Ligerim* eo loco delabitur. Accepti apud *Forum* noſtri Ciuium benignitate ac eius regionis incolarum ope, tum præſertim nobilium, qui prolixioris liberalitatis ſpem fecerant. Conſtitutum leuioris ac tumultuarij operis Cœnobium ſub inuocatione *B. Mariæ Virg.* ſedente apud Lugdunenſes Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. *D. Claudio de Bellieure Pomponij* Franciæ Cancellarij F. qui nouum in ſua diœceſi contubernium probauit & laudauit. Rei tamen domeſticæ anguſtiis cum tempore prementibus, ac defluente penè maioris profectus & incrementi ſpe, actum de domo illa videbatur niſi præſtò fuiſſet liberalitas & beneficentia Nobil. & pientiſſimæ fœminæ *D. Gabrielæ Bargeæ* viduæ Nobil. & Generoſiſſ. *D. Balthazaris Riuerij* Marchionis *à Palatio* apud Foreſios, quæ vnâ cum Illuſt. & Magnif. *D. Gilberto Riuerio* F. ſuo & hærede, ac huius conſorte nobil. & lectiſſ. fœmina *D. Gilberta Belliſortia Camillaca* erogatis in annum aliquot cenſibus pauperculam domum ſubleuauit, noſtros retinuit, ſibi ac ſuis Fundatorum ius & honorem promeruit.

Conuentus Fori-Seguſianorum.

Loire. Roanne. S. Rambert. Veſiſe. Montbriſon. de Bellievre. dela Barge. de Riuiere. du Palais. de Beaufort Camillac.

Valence. le Rhoſne. de Leberon. Valentinum, ab Vrbe *Segalaunorum* & *Romanorum* colonia *Valentia* in ſiniſtra *Rhodani* ripâ, cognominatum, fauente *R.D. Andrea de Leberon* eius vrbis Epiſcopo, Ciuibus ipſis flagitantibus & Antiſtis ſui largitatem imitantibus cœpit conſtitui. Nomen habet à *B. Virgine Aſſumpta.* Opus amplum, ſplendidum ac inſigne omninò eſt, nondum tamen ab omni parte abſolutum, ſed qui cœperunt temerè crederentur defuturi. Hortos habet ſpatioſos & florentes, vt tamen intra Vrbis muros collocatum ſit. Atque vt de vrbe ipſa amplius memoremus, abeſt in meridiem à *Vienna* metropoli ſua leucis XIII. ſiue vt alij numerant XII. qui ſcil. à *rupe Glarana Viennam* vſque leucas decem tantùm, inde *Valentiam* duas, computant, quo quidem loco *Iſara Rhodanum* ingreditur, diſtat in aduerſam partem ab *Auenione* leucis XXIII. inſtituta *Valentiæ* Academia, quam Iuriſprudentiæ domicilium dixit Cuiacius, ab an. 1452. Perperàm verò nobilis rerum Eccleſiarum ſcriptor quinque Ordinis noſtri Capitula Generalia in hac vrbe celebrata publicauit, quæ habita *Valentiæ Edetanorum* ſingula priùs fuerant, quàm ad *Segalaunos* noſtri migraſſent.

Conuentus Valentiæ.

Iſere.

Tournon. Rouſſillon. Lepeage de Rouſſillon. de Tournon. Vltra *Valentiam*, *Turnone* ſupergreſſâ propiùs ad *Viennam Ruſcino* eſt, ſiue *Ruſſillo* non ignobile oppidum cuius meminit Seuertius in *Franciſco Turnonio* Lugdun. 121. Summotum pauliſper *à Rhodano* ex aduerſa *Turnonis* ripa, quâ *Valentiâ* iter eſt *Viennam*, eiuſdem verò nominis portorium eſt in Rhodani littore, Comitatus dignitate ipſum oppidum floret, qui gentilitius familiæ *Turnoniæ.* Cuius quidem princeps & caput Illuſtriſſ. & Nobiliſſ. *D. Iuſtus Ludouicus à Turnone* noſtros traduxit ad illud oppidum, Cœnobiumque non contemnendi operis exædificauit loco amœno & ſalubri. Eius ex *Magdalena Rupifucaldia* F. *Henricus* non imparia patre præſtitit, atque hic primùm *Catharinæ Leuiæ Ventadurię*, tum *Ludouicæ Mommorantiæ* coniunctus eſt. Ædes *B. Virgini Mariæ* ſacra pro voluntate Fundatoris, qui auitam familiæ ſuæ pietatem egregiè ſuſtinet. Certè vt à *S. Iuſto* Lugdunenſi Antiſtite originem ſuam per annos ampliùs mille ducentos repetunt, ita & nomen in familiæ principe retinent, & veræ atque orthodoxæ religionis zelum ab eo tempore multis modis propagarunt. Rubyſius & Seuertius de huius gentis antiquitate prærogatiuis & honoribus nonnulla ſuæ hiſtoriæ inſeruerunt. At verò *Iuſtus* noſter *Ludouicus* non locum tantùm, quem incolerent noſtri, prouidit, ſed vt haberent vnde ſumptus ſuos facere poſſent, coſque donauit Prioratu *Rupis-paulana*, quem reſignandum cu-

Conuentus Ruſcionnis.

Roche-paule.

Digitized by Google

1611. rauit à Commendatario in noſtrorum vſum & commodum. Sedebat illo tum tempore in Viennenſi Eccleſiâ, cuius ad diœceſim *Ruſcinio* pertinet, *R.D. Petrus Villarius* vir magni nominis & à clariſſimis æui noſtri Scriptoribus pro merito luculentiſſimè commendatus ex Ciue Lugdunenſi, Theologo Pariſienſi, *Mirapicenſis* primùm Epiſcopus, tùm *Viennenſis* Archiepiſcopus, Comes & Primas, qui omnem in noſtros humanitatem, ac verè paternum animum demonſtrauit. 1611. *de Villars.*

Conuentus Briuatis.

Briuatem Ruſcinone tranſgrediendum eſt, & ab *Allobrogibus* in *Aruernos* à *Rhodano Elauerim* vſque tranſeundum, inſidet nimirùm *Briuas Elaueri*, eo loco, inter *Anicium*, ſiue *Podium* & *Auguſtonemetum Aruernorum*, ſiue *Clarum-montem*, vbi rupibus ſtringitur (hoc eſt leucis IV. ſupra *Clarum-montem*) & ipſæ rupes arcu mirabili & fornicato quem inter Romani operis veſtigia viri docti meritò recenſent, iunguntur. Et hinc *Briuatis*, ſeu *Briua* nomen quod pontem ſignificat. Oppidum id præclarum & illuſtre, Collegium habet Canonicorum, in quod nonniſi Nobiles alleguntur, qui & Comitum dignitate præditi ſunt & vni parent Summo Pontifici. Eius Collegij Sodales qua ſunt poteſtate atque autoritate noſtris vetuſtam ædem, *S. Ferreolo* Martyri apud Viennenſes, ſacram donauerunt. Extructa dicitur eo loco vbi *S. Iulianus* capite cæſus eſt, adeoque proximus illi fons quem S. Gregorius Turonenſis ſic deſcribit: *In loco autem illo quo Beatus Martyr eſt percuſſus fons habetur ſplendidus, lenis, dulcibus aquis vberrimus in quo & à percuſſoribus caput amputatum ablutum eſt, de quibus aquis multæ ſanitates tribuuntur infirmis. Nam ſæpè cæcorum oculi ab his tacti illuminati ſunt, tertianarum, quartanarumque febrium ardoribus accenſi vt potatum qui petierint inuenerint conquieſcunt. Nam & ſi quis grauis laborans incommodo inſperante martyre deſiderium habuerit hauriendi, protinus vt hauſerit conualeſcit, & ita velociter extinguitur vis febrium ceu videas ſuper immenſum rogum proiectis vndis incendia vniuerſa reſtingui.* Plura deinceps memorant miracula, quæ ſalutaribus aquis patrata ſunt, præter alia innumera quæ S. Martyr diuerſimodè operatus eſt. Hunc colunt patronum Briuatenſes, de quo Sidonius Apollinaris carm. 24. *Briude. Allier. le Puy. Clermont.*

——benigna Briuas,
Sancti qua fouet oſſa Iuliani,
Quæ dum marina mortuis putantur
Viuens è tumulo micat poteſtas.

Agunt illi diem feſtum XXVIII. Aug. *S.* autem *Ferreolo* XVIII. Septembr. hos certè indiuiduós comites Chriſtiana pietas poſt mortem coniunxit, quod expreſsè meminit Gregorius Turonenſis fidem faciens ſanctæ æmulationis inter Eccleſiam *Viennenſem*, atque *Briuatenſem* in horum Martyrum cultu. Sed hæc & alia quæ ad SS. Martyres ſpectant ex Martyrologiis & Eccleſiaſticis Scriptoribus relegantur. Noſtri partem brachij *S. Ferreoli* Martyris argenteâ capsâ incluſam religiosè aſſeruant, vt hoc prædicare poſſint nonnullis immutatis quod Viennenſes apud Gregorium Turon.

Heroas Chriſti geminos hæc continet aula,
Iulianum capite, corpore Ferreolum.

Cœnobium adſtructum, elegans, hortis ſuccinctum amœnis & irriguis, & veterem Briuatenſium benignitatem ipſo conſpectu repræſentans, quorum ſe beneficiis ornatos in perpetuum noſtri gloriabuntur.

Conuentus Rupti.

Sed hinc longiùs digrediendum in Burgundiam Sequanorum vt modicum vicum ſeu caſtrum irrumpamus. *Ruptum* id nomine ſupra *Veſontionem* (cuius diœceſi aſcriptum eſt) in Circiũ, ad vlteriorem *Araris*, ſeu *Sagonæ* ripam, inter *Fabernianum* in Sept. & *Grayum* in Occaſ. Noſtros in eũ vicũ induxit paciſcente *R. P. Hippolyto Raulino* Prouinciale Lugdunenſi, ab an. 1610. die V. Octob. Toparcha eius Ill. & Generoſ. *D. Harduinus Clarimontius Amboſius* D. à *S. Georgio* Baro, & *D. Rupti, Villerupta*, &c. Marchio *Montis-glaſij*, &c. agente Nobil. & lectiſſ. fœmina conſorte ſua *D. Ioanna Harlæa*, quæ tertium Ordinem noſtrum profeſſa prolis gratiam per merita B.P.N. obtinuit, ſublato in primogenitum maſculo egregiæ indolis cui *Franciſci-Paulani* nomen impoſitum eſt in beneficij memoriam. *Rupt. Beſançon. Saone.* *de Clermõt. d'Amboiſe. de Harlay.*

Digitized by Google

1611. moriam. Data noſtris antiqua *S. Hyacinthi* Eccleſia quam incolunt eiuſq; onera magno labore ſuſtinent, ſed ſubleuandos eſſe illos per Fundatorum beneficentiam non incerta fiducia eſt. 1611.

S. Rambert. Non longè *Foro Segusianorum* cuius antè meminimus, infra *S. Ragneberti* fanum oppidum eſt armorum fabrica inſigne, quod malim Maſſoni verbis quàm meis deſcripſiſſe. In deſcriptione igitur Franciæ per flumina dum patrium agrum percurrit (fuit enim Foreſius) hæc de oppido quod deſignauimus narrat: *Sequitur Forenſium aliud oppidum* Forania, *quod à templo loci* D. Stephani *nomen etiam accepit, in radicibus montis à Barbara martyre virgineq; dicti. Iuxta id oppidum aſſurgunt tres alij montes, in quibus perpetuo æſtuantes flamma conſpiciuntur, vnus eorum* Mina, *alter* Viala, *tertius* Buta *appellatur. In ijs naturalis & lapidei carbonis fodinæ ſunt tam commodi, vt eo pro lignis aut carbonibus ex eo factis ſingulis oppidani in focis ſuis atque tabernis quotidiè vtantur. Ignis ille vehementior ardentiorque eo qui è ligno fit deprehenditur. Ex quo carbone artifices calcem optimam faciunt. Habent ijdem oppidani lapidicinas vnde lapis exſcinditur colore cineritio, quo tota regio importato vtlus ornamento & decore ædificiorum vtitur. Quin an. 1605. excisus eſt lapis altitudinis ſtupendæ prorſuſq; inuſitatæ, vnde ſolertiâ artificum egregia Crux in Inſula, cui* Pratum fori & nundinarum *nomen eſt, extra murum poſita erectaque aſpicitur, è regione præcipuæ portæ oppidi illius, totâ Europâ celebris ob artificum induſtriam copiamque qui ferream ſuppellectilem & arma bellicaque inſtrumenta cædendo fabricant in tabernis & officinis ſuis, quos Vulcaneos dicere & affirmare licet, ac nefaſtis diebus vultus pectora manuſque eorum tanta nigredo ex ferro & carbone contracta inficit vt non Forenſes, ſed Afri & Æthiopes potius appellari poſſe videantur. Septingenti ad minimum artifices ſunt incolæ loci illius ſiti in extrema planitie Regionis latæ leucas tres, longæ circiter decem. Caterùm remedium malo* *Chenenalet.* *huic eſt in promptu & facillimum ſcilicet aqua* Chanaualetis *medici amnis, ſed admodum rapidi & tamen auriferi, arenas enim habet permixtas granis aureis, ex auro inquam puro puteque: Aqua verò eiuſdem amnis induſia & lineam ſupellectilem, ne adhibito quidem ſapone, vt fieri aſſolet, mundiſſimam facit: qui tamen nactus ripam* Ligeris, *quæ etiam* Forenſium *eſt, eo excipitur cùm oriatur prope* Rupem-ſciſſam *caſtellum &* Vallem Benedictam. Hæc Maſſonus, ex quibus liquet falli eos qui amnem, de quo dictum eſt *Furaniam* appellant. In oppidum illud accepti ſunt noſtri Ciuium ſtudiò, qui & ſuis largitionibus condi Cœnobium & Eccleſiam titulo *B. Mariæ V.* exædificari ſategerunt. Opus egregium eſt & affabrè factum. Non deſunt horti florentes, ampli, & benè culti. Oppidanos noſtri ad altiora pietatis ſtudia excitauerunt & excoluerunt. Conuentus S. Stephani.

In Ducatum denique Burgundiæ noſtri illi conceſſerunt, & *Tornodori* conſederunt beneficio Illuſtriſſimi & Generoſiſſ. *D. Caroli-Henrici Claromontij* Comitis Tornodorenſis (quem dum hæc ſcribimus acerrimus meritorum æſtimator Rex noſter *Ludouicus* XIII. in numerum Torquatorum Equitum militiæ S. Spiritus cooptauit) & Nobiliſſ. & pientiſſ. fœmin. conſortis ſuæ *Catharinæ-Mariæ* d'Eſcoubleau ex Marchionibus *Surdiſiis*, quam Coſtæus noſter inter illuſtres ætate noſtra fœminas ſpeciali elogio meritiſſimè recenſuit. Collata noſtris per eos Eccleſia *S. Nicolai*, ex qua nomen eſt ſuburbio copioſo, nitenti & præclaro; ad eam Cœnobium exquiſiti, operis ſplendidi, magnifici & elegantis eorundem beneficentiâ exædificatum eſt. Operi reliqua omnia reſpondent & Fundatorum liberalitatem præferunt. Situs à naturâ præſtat ſicut opus ab arte. Optimorum librorum, quos à Maioribus D. Comes accepit, copiam noſtris liberaliter fecit, vt dum iis vtuntur ad populos vtilitas promanet, quos annuis per Aduentum & Quadrageſimam concionibus ſolent inſtituere. *Tornodorum* autem ſiue *Tornodorus*, oppidum eſt Comitatus titulo elarum, & Archidiaconatus dignitate in Eccleſia *Lingonenſi* memorabile, ad cuius fines, proximè *Altiſiodoro*, vt à quo tribus ſolùm leucis diſtat, pertinet, iuxta decurrit *Armentio* fluuius à nobis antea memoratus, à quo quidem centeſimo paſſu tantùm abeſt, vbi ſupra *Oſirim*, ſiue *Oſeranum* amnem excepit, & vnde cis *Altiſiodorum* in *Icaunam* apud *Cheniportum* effunditur. Meminit *Tornodori* atque Cœnobij noſtri Robertus in Lingon. n. 67. & 92. tum in S. *Michaëlis*

Conuentus Tornodori. 1633. 15. Maij.

de Clermõt. *d'Eſcoubleau de Sourdis.* *Tonnerre. de Lanpes. Auxerre. Armanſon.* *Oſerain. Yone.*

Digitized by Google

1611. inter Abbatias. Porrò & Comitis noſtri numeroſam progeniem, opibus, fauore, dignitatibus florentem, longum viuere, auitæ pietatis hæredem eſſe, bonis augeri, felicitate donari paternam in noſtros beneuolentiam tueri optamus, expetimus & precamur. 1611.

Hæc denique nobis fuerunt de illis Cœnobiis ex occaſione quæ dabatur memoranda, licet nos longius à propoſito abduxiſſe videantur. Sed cùm illa prius in Acta relata ſint, quàm proceſſum ſit ad electiones, non incongruè à nobis interpoſita putari poſſunt. At verò iam nunc de ipſis electionibus videamus. Die ſancto Pentecoſtes, afflante Spiritu diuino, præmiſſiſque ſolemnibus ſacris, ac ſeruatis quæ de iure ac conſuetudine præſtari debent in totius Ordinis Antiſtitem delectus eſt *R. P. Didacus Ariza de Valcarcel, vir*, vt habent Acta ipſa, *doctrinâ, morum integritate, ac præclaris animi dotibus præfulgens, & ſanctiſſimæ Inquiſitionis in Hiſpania doctiſſimus propoſitionum Qualificator*, cui omnes ad profitendam de more obedientiam poſt ſolemnem gratiarum actionem lætantibus animis prociderunt. Tempeſtiuè ſublecti etiam Collegæ, & Italus quidem fuit *R. P. Gregorius Carbonellus à Paula*, qui Generalis officio antè annos XVIII. deceſſerat: Gallus verò *R. P. Vincentius Blancus* pro tempore apud Prouinciales Collega, cui ſummiſſus ad id officium *R. P. Hieronymus Durandus*: Hiſpanus denique *R. P. Hieronymus Gaſca*, quem Triſtanus *Franciſcum* vocat in vita Gaſparis Boni. Eſt autem in Zeloſum cooptatus *R. P. Franciſcus Fortunatus* Prouincialis Neapolitanus, cui ſubſtitutus *R. P. Baſilius Tagliaferrus* eiuſdem Collega in Prouincialis officio. Sed & hos omnes ſuis elogiis eadem Acta proſequuntur. Electum Generalem ac reliquos omnes ſupplicatione ad maiorem Eccleſiam inſtituta *R. D. Iacobus Turricella* ex Ordine Minorum *Maſſilienſis* Epiſcopus honorificentiſſimè accepit. Poſt omnia *Matritum* conuenire ad proxima Comitia placuit, atque ita dimiſſus Conuentus ad annos ſex, poſt quos demùm inſtaurandus erat.

Ariza de Valcarcel. Gen. XXXIV. Collegæ. *Carbonellus. le Blanc. Gaſcon. Fortunato. Tagliaferro* Procuratof Ge. XXXIII.

Obit. plurium è noſtris.

3. Intra id ſpatium res non parum mutauerunt. *R. P. Gregorius Carbonellus* inſtante Duce Mantuano in Epiſcopum *Neocæſareæ*, primo quoque tempore aſſumptus eſt à *Paulo* V. Pont. quem ipſe Abbatiâ S. Barbaræ donatum rebus ſuis Conſilioque præfecit, quo in munere cùm annos multos magna integritate ac fide verſatus fuiſſet, glorioſum finem conſecutus eſt. Aſſumpto in Epiſcopum, ſucceſſor datus eſt *R. P. Dionyſius à Paula*, qui plures Italiæ Prouincias ſummo imperio moderatus egregiis operibus Cœnobium ipſum Paulanum exornauit. *Blancus* & *Gaſca* laboribus fracti de ſtatione ad præmium Deo euocante deceſſerunt; *Blanco* R. P. *Honoratus Sigaudius*, *Gaſca* R. P. *Bernardus d'Oca* ſuffecti ſunt. Quin & *Franciſcus Fortunatus* ad paucos dies ſuperfuit, nec multo poſt quàm Romam venerat naturæ conceſſit, cuius officium delatum *R. P. Sylueſtro à Maceratâ*, qui Deceſſoris deſiderium merito ſuo, induſtria & ſedulitate facilè temperauit. Hæc tamen funera non ſine dolore totius Ordinis prouenerunt, vt quibus virorum ingenio, doctrinâ, probitate præſtantiſſimorum iacturam faceret.

Sigaudi. Duca. de Macherata.

Conuentus Caleſij.

4. Inter hæc verò diuerſis locis res noſtræ proceſſerunt. Nam & ad ipſum diem Pentecoſtes agente *R. P. Petro Guerino* concionibus ad populum celeberrimo *Caleſium* Franci ſubierunt. Oppidum id eſt natura & arte munitum in mare procurrens, vnde breuiſſimus è Gallia in Angliam traiectus eſt, quæ cauſa fuit vt à quibuſdam *Iccium portus* crederetur quod eruditiores & nuper, & iam olim refellerunt, non temerè *Scalas* dici à quibuſdam opinor, *Caleſium* vocant recentiores, Merula, Maffonus alij, populos *Caletes* à veteribus nũcupatos ſunt qui affirment, ſunt & qui negent, vt qui præter *Caletes Neuſtrios* alios non agnoſcant. Oppidum id ab Anglis interceptum longum tempus eorum ſubiacuit imperio, quoad *Henrico* II. Rege à *Guiſio* Duce recuperatum eſt. Diſtat *Bononiâ* in cuius diœceſi eſt leucis VII. in Septentrionem, ſunt autem qui *Bononiam Nauale Geſſoriacum* interpretentur. Effecit autem *Petrus* noſter vt in eam vrbem noſtri acciperentur expetente plebe, Ciuico Magiſtratu gratiam prærogante, Prouinciæ & Vrbis Gubernatoribus ſummoperè fauentibus, aſſentiente Re-

Guerin. Calais. Boulogne.

uerendiſſimo

1611. uerendiſſimo Bononienſium Antiſtite *D. Claudio Dormy*, omnibus denique Ordinibus efflagitantibus, & benè ſibi ex eo contubernio futurum ſpondentibus. Cœnobium igitur tetrachoris ædium partibus conſtitutum, extra quas protenditur Eccleſia ſatis ampla, lucida & benè compacta; quæ omnia curante Ciuico Magiſtratu, populo largiente, noſtris allaborantibus intra breue tempus exædificata ſunt. Inditum *B. Petri* nomen quod *Guerinus* noſter optauerat. Locus eſt Vrbis portæ proximus quâ in continentem exitur, ex aduerſa maris parte, adeoque ſitu eminente ac ſecuro præſtat. Poſt non multos annos ex quibus noſtri inhabitauerant, ſemel atque iterum Caletenſes expetiuerunt vt erudiendæ iuuentutis ſuæ curam noſtri agere vellent oblato ea de cauſa Collegio & honorariis ſtipendiis valdè copioſis, in quo licet eorum in noſtros beneuolentiam ac liberalitatem Patres Prouinciæ laudauerint, nunquam tamen aſſentiri poſtulatis voluerunt, rati eam profeſſionem inſtituto noſtro non benè conuenire. Nuper autem Nobiliſſ. & Clariſſ. V. *D. Franciſcus Subletus Deſnoiersius* IV. vir Ærario Gallico Præfectus, cuius pietas nunquam pro dignitate laudari poterit, ad publicum commodum ciſternam medio in Clauſtro principali munificentiâ condi procurauit. Eius aquis nullæ ſunt tota vrbe ſalubriores & ad potum magis idoneæ.

1610. *Dormy.* *Sublet. Des Noyers.*

5. Ad diem verò 11. menſis Iunij feſto Corporis Chriſti memorabilem Valentini noſtri paulò vltra Valentiam proximè ad *Dianium Artemiſium* in vico permodico centum quinquaginta ædium, quem populares *Ondara* vocant conſederunt. Subiit mentem aliquando eum eſſe locum, quem latini *Orondam* dixerunt, ſed rerum ſuarum peritiores Hiſpani aliqui repugnant, quod alij viderint. *Ondara*, de quo dicimus quingentis à mari paſſibus ad *Artemiſium* promont. ſubiacet ditioni Marchionum *de Guadaleſte*, qui alterum eiuſdem nominis in Marchionatus ſui diſtrictu poſſident, vt propterea hic noſter *de Benidaleig*, ab Hiſpanis cognominari ſoleat. Ill. & Generoſ. *D. Philippus à Cardona* Marchio Guadaleſtenſis, & apud Belgas Legatus æde *Conceptionis B. Virgini* nuncupata cum latifundio noſtros donauit, qui aliis ſubinde ædibus comparatis locum amplificauerunt, non ſine ſpe maioris progreſſus per beneficentiam Fundatoris & adiacentium populorũ. In eum iam nunc locum deducti ſunt à *R. P. Franciſco Sanz* Prouinciale ſuo viro præſtantiſſimo, quem noſter Gaſpar Bonus virtutis cauſa plurimùm obſeruauit, eum verò nuper deceſſiſſe apud Valentinos ſuos, & non obſcura ſanctitatis opinione venerabilem haberi ab Hiſpano quodam noſtro antè paucos dies accepimus.

Conuentus Ondaræ. *Denia.* *Ondara.* *de Cardona.*

6. Denique ad xv. Nouemb. Catalauni *Gerundam* peruenerunt. Vrbs eſt notiſſimi nominis ſupra *Lunarium* promont. & *Scalas Annibalis* ad *Sambrocam* fluuium apud Ortelium, quem alij *Tarderam* accipiunt, nec deſunt qui ſecus interpretentur, de *Tholobis*, quos nonnulli *Tarderam* eſſe volunt, antea diximus. Medio XIII. leucarum ſpatio inter *Barcinonem* in Auſtrum & *Ruſcinonem* in Boream ſita perhibetur. Epiſcopali dignitate ab antiquo floret ſub Tarraconenſi metropolite, diſtat autem à Tarracone leucis XXIV. Illuſtrata fuit Martyrum ſanguine vnde illi magna celebritas apud Veteres, & Prudentio quidem dicitur

Conuentus Gerundæ. *Girona.* *Sambuca.* *Tardera.*

Artubus ſacris locuples Gerunda.

Epiſcopum in ea ſediſſe *R. P. Bernardum Boylium* Ordinis noſtri apud Hiſpanos ſtabiliendi primum autorem ipſi Hiſpani tradunt, nec dubito quin ab eo tempore (ſi modò huic traditioni fides conſtet) eam vrbem noſtri expetierint, quod poſt tot demùm annos obtinuerunt, datâ eis ædiculâ *B. Mariæ Magdalenæ* ſacrâ, in ſuburbio, quo iter eſt ab Hiſpania & Gallia vltrò citroque commeantibus, circumſtantes domunculas pleraſque comparauerunt, in eiſque infame proſtibulum quo quæſtuarias lupas abegerunt, ædem ſibi ac Deo conſtituentes vbi luſtrum conſtiterat. Inædificatum igitur eo loco Cœnobium per Nobilium tota illa regione ac Gerundenſis plebis largitiones ad magnam amplitudinem aſſurrexit, & mutato nomine *S. P. N. Franciſci* titulum accepit. Memoranda imprimis benignitas ac beneuolentia *R. D. Franciſci Aimerici* apud

de Aimeric.

Digitized by Google

1611. maiorem Ecclesiam Canonici atque Præcentoris, qui omni ope nostros iu- 1612.
uit.

Cõfirmatio Priuileg. à Rege.

7. Dum verò is quem exposuimus rerum cursus nos abripuit, exciderat penè quod ad immortale huius anni ornamentum à principio dicendum habuimus. Ipso nimirùm mense Februar. *Ludouicus* Rex noster eius nominis XIII. autore matre pientiss. heroinâ & regni habenas pupillo adhuc Rege moderante, amplissimis litteris & admodùm gratiosis omnia quæ Decessores contulissent priuilegia, munerum vacationes, portoriorum, vectigaliumque immunitates, libertates quascunque ac gratias de procerum consilio & assensu probauit, laudauit, confirmauit. Litteræ datæ sunt Parisiis eo quem diximus mense; quæ ex hoc in Senatu promulgatæ ad diem XX. mensis Maij, tum apud Rationales recitatæ XVI. Iulij, dein quod supremos Indictionum Iudices VI. Septemb. postmodùm ad XII. Septemb. eiusdem apud Quæstores Regios summæ per Regnum iurisdictionis, ac postremò apud Præfectos principalibus supplicum libellis, omnium singulorumque Ordinum illorum approbatione sancita, firmataque, in Acta etiam perscripta sunt. Quid dicam, quod ad alterum annum salariam annonam omni exactorum iure liberam Nigeonensibus nostris, tum etiam Parisiensibus attribuit? Sed hæc & alia quæ fortè in progressu memorabimus nonne pignora sunt, quibus Regem proprio animi studio *Iustum*, hostibus expugnatis *Inuictum*, partis victoriis *Felicem*, debellatis rebellibus *Religiosum*, populorum veneratione atque Orbis arbitrio *Augustum*, possumus insuper *Pissimum* prædicare? Sed Principis cuius facta nulla possit oratio æquare, laudationem præter institutum non agimus.

Obit. Sororis Iulianæ Ala.

8. Verùm & antè illud tempus præmittenda mors fuerat religiosæ fœminæ tertium Ordinem nostrum professæ qua hunc annum beauit, nisi sancto fine quærendum nostræ narrationi exitum, ratio quam antehac tenuimus persuasisset. *Mylis* igitur in *Sicilia* celebris habetur memoria Sororis *Iuliane Ale*, quæ à primis annis seipsam Christo despondit Ordinemque tertium, quem B.P.N. instituit professa est. Quadragesimalem inediam ab eo tempore cœpit obseruare, quam ad vitæ finem produxit, eamque continuo penè ieiunio non parum exasperauit, Quadragesimam ipsam nullo ad panem & aquam obsonio transigens. Laneâ interulâ vtebatur, omninoque quoad poterat sanctimonialium nostrarum austeriorem vitam repræsentabat. Seipsam verberibus per constitutos dies ad multum sanguinem conficiebat, intereadùm in Christi à columnâ religati & per tortores vapulantis Imaginem oculos habens defixos, quam hodieque ob eam causam in Ecclesia B. Virginis Annunciatæ apud *Mylas* religiosè seruari tradunt. Eo certè *Iuliane* virtus fuerat progressa, vt dæmonibus inuidiam fecerit, qui eam variis modis exagitabant, incussis etiam ictibus, plagis, verberibus, nihilo tamen illa constantior aduersum impetus assultusque omnes & diros nefandorum spirituum furores perstitit, quoad qui certamen forte illi dederat vt vinceret, eam ad præmium euocauit. Quod illa futuri præsaga certò sciuit, ipsaque sibi funus suum apparuit. Tabulæ Siculæ eam ornant hoc elogio, *Virgo Tertiaria à pueritia Christo desponsata.* Obiit nonagenaria die III. Ianuarij. A morte diuina quadam fragrantia quæ etiamnum ad sepulchrum perseuerat sanctitatis suæ odorem longiùs transmisit. *Ala.*

An. M. DC. XII.

1612.

Conuentus Galiani.

1. MIrum quantùm intra paucos menses apud vnos Salentinos res nostræ profecerunt. Ineunte anno adeoque ipso Ianuario mense factum insoliti planè progressus initium constituto apud *Galianum* domicilio per beneficentiam Toparchæ Illust. & Generos. *D. Ioannis Castrioti*, sub titulo *S. Eliæ*, in quo quidem à principio à nostris octodecim habitauerunt. Opus indigenarum & aduenarum largitionibus in iustam magnitudinem perductum est. Habent scilicet in proximo villam & Ecclesiam *S. Mariæ à finibus terræ*, ad quam solet incredibilis populorum concursus fieri, quibus dum nostri ad pietatis studia obsequuntur, *Galiano. Castrioti.*

1612. obſequuntur, aliquod ſui obſequij emolumentum colligunt. Narrant eum eo loco Summus Pontifex adſtante Imp. ſacra perageret, ſublapſam cœlo chartam aureis litteris inſcriptam, quæ plenariam omnium peccatorum indulgentiam promitteret his, qui ad Kalend. Auguſti ſacram ipſam ædem inuiſerent, Pontifex aliam per ſe indixit ad diem XIII. menſis Aprilis, atque tum quidem tanta populorum multitudo ac frequentia occurrit, vt non poſſit videri vana traditio quæ apud tot populos inuiolabiliter viget. Leander Alber- 1612.

Cabo di S. Maria. Gagliano. Mineruino Vſſento. Vgenti. tus duas ea regione villas nomine *S. Mariæ* deſcribit, noſtra omninò eſt in extremo *Iapygiæpromont.* vnde illi ipſi nomen *S. Maria* apud populares. *Galianum* deſcribitur ad alterum lapidem à monte *Sardo*, inter *Minervium* & *Vxentum* Episcopales Vrbes, caſtrum Italis dicitur, id nos aut vicum aut oppidum ſolemus interpretari.

Gallipoli 2. Ad menſem Martium deducta *Gallipolim* familia. Vrbs ea eſt Epiſcopalis, Conuentus Gallipolis. nec inde procùl, *Anxam* à Veteribus dictam plerique arbitrantur, & non temerè, ſita eſt ad ſinum Tarentinum, inter *Tarentum* & *Iapygium* promont. hinc xxx. illinc l. paſſuum millib. diſtans, Hydruntinum metropolitem agnoſcit, qui vltra *Iapygium* in aduerſâ orâ. In capite pontis, qui ad primariam vrbis portam inſtratus fluento fert in agrum, erat ædes peruetuſta *B. Maria Virg.* ſacra, cui cognomen *à Sanitate*, à *Canicula*, &c. (tantum diſſentiunt noſtri in eo aſtruendo vt mihi de nullo planè conſtare poſſit) ac ſub eo, qualecunque ſit, nomine, deuotum Deiparæ ſodalitium celebre habebatur, etiamnùm celebratius, ex quo & ipſum & ædes in noſtrorum poteſtatem conceſſit, ad quam ipſi Cœnobium condere non diſtulerunt, inhabitantibus ſexdecim è noſtris dùm opus ampliùs progreditur.

Nardo. 3. Nouem à *Gallipoli* paſſ. mill. XV. ab *Aletio Neritum* eſt, vrbs antiqua, diues, Conuentus Nardi. populoſa, cuius ager longè latéq; diffuſus citris, limonibus, oliuis, & vino abundat, nec deeſt à mari commeatus à quo nonniſi quarto milliario abeſt. Epiſcopali dignitate floret, ſed à metropolitæ Brunduzini iuriſdictione liberâ, nobilitatur & Ducatus titulo, qui familiæ ab *Aqua-viua* gentilitius eſt. Et quidem Dux ipſe Neritinus noſtros ad eam vrbem traduxit, & Cœnobium ad muros elegans & nitidum exædificauit, quod ſedecim noſtros capiat. Nomen habet *S. Mariæ à Conſtantinopoli*, neſcio ſi ab aliqua imagine quæ ad eos peruenerit, certè non poteſt videri mirum hoc nomen ea regione peperebuiſſe, in qua ſatis frequentes Græci habitant.

4. In eadem orâ, quâ *Brundeſium Nerito* aduerſum eſt, ſed paſſuum inde mill. Conuentus Capurzij. *Capurſo. Papacoda.* lxxii. *Barium* eſt, & in eius agro vicus miræ fertilitatis & amœnitatis, quem *Caparzium* vocant, ſexto ſupra Barium milliario versùs *Aquam-viuam*, Marchionatus dignitate ornatus & clarus eſt, qui Hiſpanæ *Papacodarum* familiæ, quibus ſemper Barenſe præſidium creditum eſt, adhæret. Ad alterum menſem. h. Aprilem in eum vicum adducti noſtri ab homine benefico & nobili *Franciſco Mando*, ſeu *Manipulo*, vt habet Montoia. Et ille quidem Capurſenſis indigena, homo diues, liberalis & ingenuus, tanta noſtros charitate complexus eſt, vt non ſolùm eos penes ſe, hoc eſt Capurſij habere voluerit, ſed Barium quoque introduxerit, quod habemus poſt annos tres dicendum. Capurſenſe verò Cœnobium non amplum quidem ſed affabrè factum, pro Fundatoris animo & voluntate *B. P. N. Franciſco* dicatum eſt.

Mando.

5. Paſſuum millib. XI. à Bario *Cuperſanum* eſt, & à *Cuperſano Monopoli* per to- Conuentus Caſtellanæ. tidem diſtat, inter *Cuperſanum* verò & *Monopolim Polignanum* eſt, atque ſupra *Polignanum* æquali ferè ſpatio inter *Cuperſanum* & *Monopolim Caſtellana* occurrit vicus ditionis Comitum *Cuperſanenſium* & Ducum *Adrienſium*, quem Iſnardus confundit cum *Caſtellaneta* Epiſcopali Vrbe magnæ Græciæ, Tarentinæ ſuffraganeâ. Hunc in vicum noſtri conceſſerunt & in eo ſedem fixerunt menſe Iulio per incolarum beneficentiam, qui Cœnobij fundamenta ſub titulo *S. Lucia* Virginis & Martyris poſuerunt. *Polignanum* cui propinquior *Caſtellana* deſcribitur in editâ & prætractâ rupe, Montoia tamen Caſtellanæ agrum fertilem & copioſum affirmat, certè commeatus à mari, ſi ager minus felix, non deeſt.

Cuperſano. M. nopoli. Polignano. Caſtellana.

1612. Conuentus Siculiani.

6. Hoc progreſſu lætabundi Apuli noſtri totius penè anni felicitatem & gaudium apud ſe fixerunt. Nam præter Siculos qui nonnullo ſe progreſſu ſolati ſunt triſtis vbique luctus obtinuit. Certè Siculi vltrà *Xaccam*, cuius antè meminimus, ad XXVIII. paſſ. mill. progreſſi, & ſupra *Heracleam* vicinos amnes duos tranſgreſſi ad *Siculianam* emporium, cui eodem ſpatio ac ſuperior eſt *Heraclea* inferius eſt *Agrigentum*, conſtiterunt. Id à *Federico Claromontio* non antè an. 1350. inſtitutum traditur, mille paſſibus à mari ad oram inſulæ auſtralem, Baroniæ titulo etiamnùm clarum eſt. Incolæ noſtros ad ſe vocauerunt pietate moti ergá *B. P. N.* ipſique de duodecim noſtris ſumptu publico alendis pepigerunt, Toparcha verò vir nobilis de ſuo etiam plurima contulit, quibuſcum noſtri operam ſuam communicantes, *B. P. N. Franciſco* Cœnobium inſtituerunt. 1612. *Siculiano.*

Ob. P. Ioānis Des-Bois.

7. At verò quam funeſta, per reliquos, mortis imago, exciſis ſublatiſque præſtantiſſimis hominibus, obuerſata fuerit, age, diſpiciamus? Primi nos lethalem fatalis parcæ ictum percepimus in homine tanto firmioris & excellentioris animi, quantò infirmioris valetudinis & magis cum noſtro vitæ genere ac modo repugnantis, *R.* ſcilicet *P. Ioanne Baptiſta Des-Bois.* Quæ verò data ſibi videbatur ex hoc ſuiipſius abiiciendi cauſa, tam benè fecit ad animum & ſenſum eius, vt humilitate ſuprâ cæteras virtutes excelluerit. Nos ei ſemel atque iterum Tumulum adſcripſimus quo veluti compendio laudationem eius perſtrinximus, itaque cùm nihil amplius per Chronici breuitatem profiteamur, contenti erimus eorum altero, qui ſic habet.

Sylueus Latinè quam aptiſſimè videtur poſſe cognominari, aut certè *à Sylua* quod Externos homines qui laborāt in eius cognominis interpretatione decuit monuiſſe.

R. P. IOANNES BAPTISTA DES-BOIS
PARISINVS
MIRIFICIS INGENII DOTIBVS EXCELLENS
LINGVARVM PERITIAM
HVMANIORVM LITTERARVM PERFECTAM COGNITIONEM
ADEPTVS,
IN OMNI THEOLOGIÆ PARTE FACILE PRINCEPS FVIT.
SCHOLASTICAM DOCVIT, DE POSITIVA SCRIPSIT,
MYSTICAM EXERCVIT.
PRIVATAM VITAM PROPRIA DESTINATIONE SEMPER
RETINVIT.
NON SIBI TAMEN SED ALIIS VIXIT
OMNES OMNI OPE IVVIT, FOVIT ET CONSOLATVS EST.
ADVERSÆ VALETVDINI QVOAD VIXIT CONFLICTATVS
LONGVM PEREGIT MARTYRIVM.
NIHILO TAMEN MINVS AD VIRTVTVM EXERCITATIONEM
ACCENSVS.
AD CHARITATIS OFFICIA PROMPTVS ET ARDENS.
HVMILITATIS DISCIPVLVM IMPRIMIS SE PROFESSVS EST
OPERE AC EXEMPLO.
AD DIGNITATES ORDINIS DESIDERATVS
QVO MINVS EAS CAPERE POTERAT EO DIGNIOR HABITVS
QVI CAPERET
OMNI IPSE DIGNITATE MAIOR.
LANGVORE CONSVMPTVS ET IN OMNI VIRTVTE CONSVMMATVS
VT VIXIT SIC ET MORTVVS EST.

MORTVVS

Digitized by Google

1612. MORTVVS ETIAMNVM VIVIT ET ÆTERNVM VIVET DEO ATQVE HOMINIBVS. 1612.

MORTALITATEM EXVIT VT IMMORTALITATEM INDVERET NIGEONI. XI. IANVAR. AN. M. DC. XII.

Heu! quando nos ſimiliter induemur.

Eo nos qualicunque hominis ſuo ſæculo doctiſſimi & pietatis merito eminentis, elogio, quandoque ſolabamur, ſed nihil quod non inferius ſit eius merito attigimus aut deſignauimus, abundè nobis erit ſi datam ſibi tantùm altioris ac profundioris cogitationis materiam Lector intelliget. Non poſſumus autem quin de ſcriptis eius nonnihil aduertamus: *Epitomem Controuerſiarum Roberti Card. Bellarmini* edidit anno 1602. *Pariſiis* apud *Nicolaum Buon.* Multiplex 1602.
edendi huius operis conſilium fuit. 1. neceſſitas operis vtiliſſimi peruulgandi, cùm apud hæreticos tum apud noſtros, quod imminuto pretio & detracta mole facilius fuit. 2. voluntas recognoſcendi & ad ſuas origines conferendi teſtimonia quæ in probationem adducebantur, quod ille diligenter & accuratè præſtitit, quin & argumenta ipſe ratioſque addidit valdè accommodatas & validas, quas ex profeſſo Chamierus impugnandas ſuſcepit. 3. facilitas maior alieni operis recenſendi, quàm per ſe alicuius condendi, quod non ferebant corporis vires, etſi animi ſupereſſent longè maiores, quam quæ ad quoduis arduum excelſumque opus ſatis eſſent. Et hoc eſt quod in *Syluio* noſtro multi dolent, excoluiſſe illum alterius opus, cum paribus nouiter cudendis non impar eſſet. Meditatus tamen nonnulla fuit ſuo marte perficienda, ſed quæ repentina mors ſubuertit. In his erant *quindecim quæſtionum Theologicarum*, quæ penè *inſolubiles in Scholis* habentur ingenioſa, facilis & dilucida *ſolutio*, & explicatio; *Rerum Dauidis atque Salomonis* accurata *diſquiſitio*; cuius vtriuſq; operis memini ſchedas quamplures me legiſſe Nigeoni, quas tamen poſteâ fruſtrâ requiſiui; & ex priori quidem *Quæſtionem de Reſolutione fidei*, quæ tantopere Theologos exercet, longè lateq; diſputatam, ſed diſtractis pluribus chartis imperfectam, cùm animi voluptate maxima relegi. Adornauerat etiam *Bellarminiani operis recognitionẽ*, priorem editionem quaſi tumultuariã retractãs, vt epiſtola *Paulo* V. Pont. inſcripta profitebatur, quam & ego inter illas ſchedas vidi & legi, tribuendum tamen illud iudicium de opere iam edito hominis humilitati, aut altè peruidentis ingenij acumini potiùs quàm alteri cuiquam rei. Versâ oratione ſed gallicâ *Opus Marianum* quod vocat, hoc eſt B. Mariæ Virginis laudes conſcripſit, poëma illud inſigne, terſum, politum, nondum tamen extremam manum accepit, verſatur hodie in manibus aliquorum è noſtris, dignum certè quod publicetur ſi parem initio prolixoque operi finem poſſit adipiſci. Donius tradit cœptam ab eo *Cathenam in Pſalmos vniuerſos*, ſed in xc. præſertim ſtudium eius incubuiſſe. Ætatis annum xlviii. attingebat xxiii. ſanctæ profeſſionis cùm deſiit in mortalibus eſſe.

8. *Syluio* iunior ætate, profeſſionis tempore biennio prouectior *R. P. Georgius* Ob. P. Georgij Mcor.
Mcor. *Meetus* Prouincialis Campaniæ, quem menſe Maio Deus ad ſe recepit. *Angelus* Generalis ad *R. P. Danielem Veretum* ſcribens, *dilectiſſimum ſibi, Ordinis Theologum & Concionatorem egregium* nominat. *Veretus* ipſe illum commendat à *morum integritate, vitæ probitate*, atque *conuerſationis honeſtate*; laudat verò *ingenij eius in diſputando acumen, in definiendo iudicium, in differendo ſuauitatem, in ſcribendo claritatem.* Atque has dotes vir ſtudioſus & pius diligenter & ſedulò perpoliebat, & ſeipſo, vt ita dicam, melior in alios magno cum fructu ſe diffundebat, cùm curſum quem cœperat importuna mors anteuertit. Ediderat ex occaſione collocutionis ſuæ cum *Chenillete* Miniſtro librum de *Incomprehenſibili Dei Omnipotentia in myſterio Euchariſtiæ*, ab anno 1607. qui *Pariſiis* proſtabat apud viduam *Niuellij*, cum tamen apud *Calnum-montem* excuſus eſſet.

9. Lugdunenſibus acerbus quidem, ſed non immaturus accidit *R. P. Rolandi Gaichardi* occaſus. Eius laudationem malim nobilis Theologi ac eximij Scriptoris erudito calamo exaratam, quàm languida oratione mea conceptam

Digitized by Google

1612. dare. R. igitur P. Theophilus Raynaudus Societ. Iesu in Mantissa ad Indiculum SS. Lugdunensium hoc elogio Rolandum ornat: *Rolandus Guichardus* Stampis *non procul* Lutetiâ *oriundus, Ordinem Minimorum expetijt imbecillâ admodum valetudine, in phthisicum affectum tabemque prona, atque adeò ad institutum illud parum idonea, vel etiam prorsus inepta. Sed beneficio religiosæ professionis, prater omnium spem ac contra Medicorum scita, vegetiore & firmiore in dies corpore vsus est, ita vt vitæ metam potentatibus & valentissimis in scriptura positam superarit, & ad annos duos supra octoginta vitam produxerit. Vir fuit regularis disciplinæ tenacissimus, non modò in priuata vita, sed etiam cùm Prouinciam regeret, (quod quater fecit) aut generalis per Galliam Visitatoris personam sustineret. Quin etiam extrema iam ætate, cùm posset à domesticis munijs queis religiosi per vices defunguntur, & à nocturna psalmodia vacationem habere, non sustinuit exemplo vt videbatur apud iuniores minus commodaturi exsolutionem, sed ad extremum vsque senium socijs religiosæ obseruantiæ studio ac tenacitate præluxit; ita vt etiam cùm Superiorem ageret, peregrè veniens, fessus plerumque ac fractus de viâ ad antelucanas tamen preces, nihil de communi iure remittens, excubaret. Quantùs in Ordinis sui amplificationem & spiritus in eo conseruationem labores exhauserit, illo primùm* Nannetis, Auenione, Massiliæ, *alijsque locis inuecto: quanta fecerit tuleritque ad Catholicæ fidei summis illis turbidissimisque temporibus propugnationem, operosum foret in huius breuiculi angustias cogere.* Valentiæ Allobrogum, ac Burdegalæ, *vtrobique per integrum annum diebus penè singulis conciones habuit, tempestate per Caluinianos turbines æstuosissima. Quodque è re Catholicæ fidei & maiore tunc Dei gloria esse censeret Collegium S. I.* Burdegalæ, *vt constitueretur, posthabita statuendæ inibi familiæ suæ cura, allaborauit, exemplo singulari quæsita ab eo sincerè ac purè non quæ sua essent sed quæ Iesu Christi, quod esse in charitate pulcherrimum S. Cyrillus Alexandr. in Octaua Paschalis pulcherrimè pronuntiauit. Quadragies insuperque septies verni ieiunij conciones obiit, tempore Catholicis præcenibus admodùm aspero, cùm omnia Caluinianis factionibus perstreperent, quæ illi copiosa laborum meritorumque sementis fuit. Nam non modò propinatum semel ac iterum ab illis vtriusque Maiestatis perduellibus venenum hausit, cuius tametsi antidotis retusam vim reliqua tamen vita infestam sensit, sed etiam in Occitania oppidulo captus & in ferrea crate subiectis ignibus torrendus, cùm iam esset in ferale stratum reclinatus, suborto repente inter crudelitatis administros dissidio, præsentissimo exitio diuinitus subductus est. Intercepta verò per Caluinianos Lugdunensi ciuitate, cui durior & calamitosior lues animorum, quàm corporum tunc grassans multosque mortalium demetens accidebat, cùm dilapsis ob vtrumque illud discrimen sociis, & ad tutiora digressis solus in gradu perstitisset, ab hæreticis, mollis in speciem crudelitate, ad certam necem raptus est, cùm ei per apertam calumniam pestiferum morbum affinxissent, & ferali carnice qua contacti efferuntur per vim impositum, ad S. Laurentij nosocomium, quo fex egrorum confluit, abduxissent. Eo in loco sacrilegum illam qui D. Iusti magnificentissimam basilicam Innocentij IV. hospitio & Clementis V. coronatione clarem diruerat, multas in cælum vomentem blasphemias, spurcam animam expuere, & pœnarum æternitati iam ex hac vita preludere deprehendit. Plurimis verò laborantium ab omni spirituali ope destitutis saluti fuit, vt planè liqueret optimi Patris aduentum non tam sicariorum illorum rabiei, quàm diuinæ prouidentiæ multorum æterno bono prospicientis opus fuisse. Deprehensa in eo sunt nonnulla supra naturam donata editaue diuinitus. Prophetici spiritus expers non fuit. Virum nobilem ex morbo decumbentem Medicus inani spe lactabat recuperandæ valetudinis & vitæ ad an. 40. proroganda. At Pater diuinitus doctus instare medico ipsi mortem ante diem 40. pronunicauit, euenitque vt nona & trigesima die excederet è vita medicus, aliena ad annos 40. producenda non bonus fideiussor. Punctum temporis quo fœmina primaria Illustrissimi Cardinalis Rupifucaldij parens animam efflauit agnouit absens, & alta licet nocte surrexit vt mortuæ pia precum officia impenderet, quod etiam alij vt efficerent admonuit. Diuinam fuisse notionem deprehensum posteà est, facta temporum rei gestæ & nunciatæ collatione. Homo Aruernus, quem medicus pro depositio habebat, nec triduo superfuturum denunciarat, aduocato ad se P. Rolando expiata apud eum conscientia & cœlesti pane refectus, ad salutis mox certò consecutura spem animatus, ea ipsa die planè conualuit. Simili malagmate alius ex nernorum præsertim brachialium compressione pessimè affectus, sub sacrum, cui pater pro agro operabatur, manus sustulit &*

1612. *Guichard. Estampes. Paris.*

omni

1612. *omni incommodo abſterſo ſanitati eſt reſtitutus. Penè excideràt, binas inſulas nec cogitanti delatas religioſi ſtatus demiſſioni ab eo poſtpoſitas. Ad extremum exactis in religioſa diſciplina annis* LIX. *vita autem duobus & octoginta, ſpiritu & corpore integer labiſque purus, plenus meritorum & ſatur dierum, omnibus propter pietatem, comitatem & religioſam eutrapeliam venerabilis, ad patres ſuos appoſitus eſt Lugduni an.* 1612. XXVI. *Iunij vt habet Cœnobij commentarius non Auguſto menſe, vt tradit hiſtoria typis edita. Hic finis hominis & ſua & ſuorũ virtute clari. Nam nepos ei ex ſorore fuit* P. Ioannes Royal *eiuſdem ſacræ D.* Franciſci Paulani *familiæ, qui* martyr charitatis *paulo antè quam hæc ſcriberemus gloriosè obijt peſte contactos iuuans. Patruum verò Simonem Guichardum, &c.* de quo nos in anteceſſum diximus. Atque hæc iuſta Rolandi laudatio quantum eſt ad huius Chronici inſtitutum, vt à nobis fruſtrâ eius exaggerandæ negotium requiratur. 1612.

10. Vt verò his præclarum moribus & omni vitæ inſtituto adoleſcentem connumeremus, poſtulat temporis ratio. Sicilià oriundus ille, ab vtero matris benedictus, vt quem dulcedinis benedictionibus Dominus præuenerat non temerè à Baptiſmo *Benedicti* nomen retulit, ſed altiori conſilio cùm religioſam veſtem induit *Sanctus* de nomine dictus eſt, nec vacuũ certè nomen, quod anteactæ vitæ teſtimonium, futuræ præſagium continebat, cui & cognomen alludebat, *Ingratia*, communiùs tamen ab vrbe natalitia ſolet *à Panormo* appellari. *A puero egregiè pium* Tabulæ Siculæ indigetant, Romanæ ampliori elogio *virginitatis dono & zelo pœnitentiæ à pueritia admirabilem* prædicant, quod quidem & Pariſinæ deſcripſerunt. Impuber ſcilicet, atque adhuc ſub parentum cura & moderatione, ad omnem ſe auſterioris vitæ exercitationem ita compoſuerat, vt omninò mirum ſit eum in puero animum potuiſſe inueniri. Nulla eum quæ cæteros capit eius ætatis oblectatio afficiebat, libris tantùm verſandis aut frequentandæ orationi aſſiduus inuigilabat, & vt primum cœpit litteras diſcernere, ab eo ſtudio quod reliquum temporis habebat precibus totum dabat. Quæ cauſa fuit vt conſtructâ per parentes breui cellulâ Monachum ageret adhuc puer, & cùm nihil minùs agere poſſe videretur. Ieiunabat iam tum ſingulis feriis ſextis in Dominicæ Paſſionis memoriam, ſed Sabbatis etiam in honorem Deiparæ, quam præcipuo cultu proſequebatur. Flagellis quoque ſeipſum crudeliter tenellus puer affligebat, ingenioſus ad conficienda ſibi pœnitentiæ inſtrumenta, nam & laminis ferreis quas clanculò collegerat cingulum fabricauit, quo ad carnem præcinctus grauiter pungebatur & excarnificabatur. Ætatis annum decimum ſeptimum ingreſſus in noſtrorum ſocietatem acceptus eſt, in qua cùm per annum probationis, non adoleſcentis, ſed viri, quin etiam Angeli, vitam, cum omnium admiratione prætuliſſet, nuncupatis votis, feruentior ad omnia pietatis officia perrexit, atque poſt ſeptimum menſem metam tenuit, Deo ad præmium euocante pugilem ſuum, qui ſpiritu irremiſſo ſtadium cucurrerat, aut certè ſublatus & tranſlatus eſt ne innocentem animum aliqua mali contagio, vel leuiter afflaret: Sanctus reuerâ creditur qui nomini ſuo non defuit. Octodecennis erat aut paulo maior cùm in ſublime raptus mundum qui eo dignus non erat reliquit, quod ad diem XXIV. Iulij menſis contigit. Ob. F. Sancti à Panormo. *Ingratia.*

11. Secundum poſt menſem Deuotus Dei famulus *F. Stephanus Iuſticia* profeſſione oblatus, natione Gallus, domicilio Romanus, in ipſa Vrbe occubuit, ad quam confugerat ob triſtem caſum, quem tamen meliùs aliquid pro illo prouidens Deus in bonum conuertit. Vxorem ille duxerat, quæ cum illi aliquando moleſta fuiſſet, irâ percitus, ſublato ligno, & in caput illiſo lethaliter eã percuſſit, & reuerâ ex eo ictu paulò poſt interiit. Quod licet præter *Stephani* voluntatem accidiſſet, non poterat tamen à graui peccato excuſari, cuius expiandi gratiâ Romam iuit Pontificémque adiit. Sed non contentus noxam ita diluiſſe, animum ad ampliorem ſatisfactionem adiecit; atque vt in numerum Oblatorum à noſtris admitteretur poſtulauit. Hominem, illi, cæde pollutum, licet præter voluntatem ac legitimè expiatum, in contubernium ſuum accipere formidabant, primum igitur in domeſtico miniſterio eum probare altiuſq; Ob. F. Stephani Iuſtice. *Iuſtice.*

Digitized by Google

1612. diſpicere qui eum ſpiritus ageret, deliberauerunt. Sed præſtò fuere pleraque argumenta, quæ vocationem à Deo eſſe patefecerunt, at longè plurima & certiſſima per reliquam vitam oblata ſunt. Cùm enim auſterum per ſe vitæ noſtræ inſtitutum ſponteneo inſuper rigore conſtrinxiſſet, tempuſque aliquod ita vixiſſet, poſt omnia in cæcitatem incidit, quam primùm ægrè tulit, ſed per eam occaſionem guſtatâ interioris vitæ dulcedine, ad ſublimiorem perfectionem nixus ipſe, & à Deo tractus, ad eminentem vitæ rationem euaſit. Carnem quidem verberatione frequenti, textis cilicinis, ferreis circulis, multa inedia, aſſiduo labore domabat, vt tamen acutiſſimis doloribus vrgeretur. Nam & fiſſa multis plagis genua, & vlcere fluens tibia, & caput acerrimè punctum, patientiam eius non mediocriter exercebant, ea tamen omnia ſic ferebat, ac ſi eum non attingerent. Exagitauit eum multis modis hominum aduerſarius, minis, terroribus, plagis, & omni vexationum genere, quibus poteſt infeſtus eſſe aut videri. Habuit etiam quæ ab hominibus pateretur, tantò acerbiora quantò animum potiùs quàm corpus diuerberabant. Hypocriſim alij obiiciebant, nonnulli exprobrabant animi leuitatem & vanitatem, erant qui præſtigiatorem, qui à dæmone illuſum, qui falſum prophetam dicebant, abſtentus eſt ſæcularium, tum etiam ſuorum conſortio, & quod grauius eſt, à ſacra ſynaxi depulſus eſt. Et hæc illi euenire permiſit Deus, vt æquanimitas eius, fortitudo & patientia, eò clariùs diluceret, quò pluribus & acerbioribus tormentis pulſabatur. Enimuerò pro modo pœnarum quæ illi tam multiplices parabantur, erat interior animi conſolatio. Nam & viſis cœleſtibus plerumq; recreatus eſt, & diuino magiſterio ſublimiora religionis myſteria edoctus, & de rebus occultis atque futuris propheticâ gratiâ illuſtratus, ac nonnullis præterea diuinitùs editis ſublimatus, quorum omnium exempla iuſtum volumen expleuerint. *Clemens* VIII. Pont. diuinam in eo gratiam miratus, etiam ad eum aceeſſiſſe collocutuſq; de rebus diuinis fuiſſe legitur. Perſonæ ſanctitatis opinione celebres etiam procul poſitæ ſanctitatem eius, & apud Deum gratiam teſtatæ ſunt. Noſtri hominem rudem, imperitum & incultum, de rebus Theologicis ſupra captum humanum differentem mirati ſunt. Sed ſingularia non proſequimur. Tantus is taliſque Dei ſeruus apoplexiâ præfocatus, facto tantùm percipiendæ Vnctionis Extremæ ſpatio, protegendus in abſcondito faciei Dei à conturbatione hominum abſceſſit die XVII. menſis Septemb. Funus magna populi frequentiâ curatum & expetitis defuncti reliquiis memorabile; corpus in communi ſepulchro depoſitum poſt annos quatuor ſine tabe, aut imminutione conſpectum eſt. 1612.

Obit. P. Alphõſi à Matrito.

12. Cæco cæcum alterum qui hoc quidem anno, ſed non deſignato per ſuos die aut menſe obiit ſocium non temerè dabimus, vt quos eadem calamitas probauit, quos idem tempus in Domino collegit, oratio noſtra non ſeparet. Is fuit *R. Alphonſus à Matrito*, gentis apud ſuos primariæ, de quorum tamen nomine dici noluit ne aucupandæ apud alios gloriæ materiam haberet. Annos XXIX. natus Ordinem noſtrum ingreſſus eſt poſtquàm Salamanticæ Theologiam audiuerat. Ab ipſo ingreſſu, perſpecta virtus eius & ſanctitas cœpit haberi in pretio. Coluit ipſe imprimis obedientiam, orationis etiam ſtudio ſuprà modum deditus ſæpè Deo colloqui auditus eſt, cùm interim cella ſplendoribus à cœlo refulgeret, receſſum ita dilexit vt vix abſtrahi à cella potuerit. Agebat cum omnibus pacificè, ſolebatque dicere ſibi Angelos videri Religioſos quibuſcum verſaretur. Impaſſibilitatis vt ita dicam dono quodammodò præditus videbatur, adeò aduerſus ignem, glaciem, & grauiores aëris cœlique affectiones obdurauerat. Oculis priuatus per annos quatuordecim prius quàm vitâ decederet S. Tobiam æquanimitate imitatus eſt, rerum omnium indigentiâ S. Iobum etiam æmulatus, nihil per eam infirmitatem remittens de officiis domeſticis, aut regulari obſeruantiâ. Ætatis anno LXXXVII. profeſſionis LVII. viribus paulatim deficientibus, ſoluta corpore anima in ſuam originem reuolauit cum per duos dies B. P. N. ſibi corporali ſpecie adfuiſſe ſenſiſſet. Obiit autem *Xera* vbi triginta ſex annos cùm non obſcurâ ſanctitatis opinione ac famâ vixerat, *de Madrid.*

Digitized by Google

1612. vixerat, quæ illi apud eos populos hodieque manet. 1612.

13. At quibus nunc verbis efferam funus quod Turones exeunte Octobri produxerunt? Ille nimirùm *R. P. Franciſcus Humblotus*, fax Ordinis ſui ſplendi- *Humblot.* diſſima & benigniſſima, patriæ decus & ornamentum, Sæculi prodigium, Eccleſiæ columen, cuius nomen atque meritum nulla oratio exæquauerit, nobis immatura morte ſubductus eſt. Poſtquàm ille *Virduni* vnde oriundus erat, humaniores litteras altè imbibit, ad tertium decimum annum *Maſſipontem*, moxque *Trenirum* tranſgreſſus operam daturus Philoſophiæ ac Mathematicis, quas tanta ingenij celeritate hauſit, vt ſtatim è diſcipulo magiſter ſphæram manu tenens depictus ſit, & per Germaniam circumductus. *Pariſios* inde venit & *Mauro à Foroſempronio* viro doctiſſimo adhæſit, quem bis & tertiò ſingulis diebus diuerſa legentem audiuit, non ingenij modò auiditate, ſed mira tantaque felicitate ſingula hauriens vt magiſtro admirationi eſſet. Inde *Valentiam*, *Auenionem*, *Tholoſam*, aliaſque Galliæ Academias peragrauit, in quibus Iuriſprudentiæ, Medicinæ ac Theologiæ ſingulatim Doctor renunciatus eſt. Ita breui & nondum annos natus viginti quinque trium facultatum laureâ donatus, rarâ inſuper & reconditâ eruditione magnum ſibi nomen fecit, adeò vt à viris primariis priuatim docturus, ab Academiis, præſertim verò *Salmantica* & *Tholoſa*, publicas lectiones habiturus, depoſceretur & ingentibus ſtipendiis alliceretur. Sed fluxa caducaque omnia nihili pendens, animo maiora melioraq; verſabat Quod igitur omnium minimè reliqui omnes cogitabant Minimorum ſocietati ſe addixit, & Sacramento poſt reuertentem annum qui fuit R.S. 1595. obligauit, *Lugduni*, quò *Maſſiliâ* perfugerat. Quantam verò ſuiipſius rerumque omnium deſpicientiam ex tunc prodiderit, quo ad omnia pietatis officia muniaque zelo ſuccenſus ex hoc & deinceps fuerit, quàm promptum ſe ad obſequia & imperata quæcunque præbuerit, quàm auerſo ab omni turpitudine animo leuia quæque ad labefactandam caſtitatem exhorruerit, quem ſibi abſtinentiæ canonem in perpetuum præfixerit nec vnquam exceſſerit, quibus denique virtutibus excelluerit nulla ego poſſim oratione aſſequi. Vnum hoc quantò veriùs tanto confidentiùs prædicabo, ſummam eruditionem maioribus omninò virtutibus cum exaggeraſſe. Delineauit quidem illas *R.P. Andreas Chauinaus* ſingulari libro, quem de *Humbloti* obitu hoc titulo conſcripſit: *Extrema religioſæ animæ ſuſpiria ex morte R.P. Franciſci Humbloti expreſſa*; delineauerunt alij ex noſtris plures, ſed, quod omnes profitentur, nemo plenè, nemo perfectè repræſentauit. Non mihi videtur ad eas quoquo modo aſſequendas firmior coniectura, quàm quæ ex ſcriptis ipſius duci poteſt. Habemus ſcilicet in epiſtolis quas ad *Chamierum* dedit expreſſam, dum aliud agit, ſuiipſius imaginem, quantùm ad religioſæ & auſterioris vitæ ac propriæ deſpicientiæ ſenſum quem gerebat. Aliqua in fidem exſcribam quando illæ beneficio *R. P. Andreæ Chauinaï* ad nos peruenerunt. Epiſtola qua reſpondet Chamieranæ datæ 8. Aprilis 1607. *Eruditionis ac modeſtiæ mihi blandiris elogio, hincque ſuſpicaris me non ſponte, ſed infirmitate peccare, tibi maneat communis litteraturæ laus, mihi tantum Chriſtus adſit, eius Cruci trabali clauo defigar*, ſit mihi πρώρεσ καὶ πρύμνη, *hæc eſt ſalus mea*, &c. Et ad finem poſtquam multis, miniſtrum exhortatus eſt operamque ſuam ſpopondit: *Hoc meum*, ait, *conſilium ſi vel aſperneris vel exſibiles, S. Franciſcus de Paula, quem quaſi vt Deum calamus obtrudis, officij exhibiti teſtis eſto, Iudex erit, ſi tamen qui non credunt iudicabuntur, ille qui pro nobis mortuus eſt.* Et ad epiſtolam 3. Id. April. ſcriptam eodem anno: *Chriſte ego ſum qui Eccleſiam ſanguine ſuo acquiſiuit, à qua nec ego nec maiores noſtri deſciuimus, nec tu prece, pretio vel præconio vllo diſtrahes vnquam. Sim in ea δὶς καὶ ἐξ ἄβλιος hunc σώμαν, modò mente ſeruiam legi Dei mei, modò ſequar Chriſtum, ei obſequar, eum aſſequar, quod beneficium confertur nulli niſi compatiatur, eum patientem imitetur, carnem domet, eam adſtante numine ſpiritui ſubiiciat, perfectionis verticem ſcandat, inimicos diligat, omnia quæ habet diuendat, egenis eroget, ſit pauper ſpiritu, lugeat, eſuriat, ea peragat quæ frugi decent miniſtrum, in vigiliis, in ieiuniis, in caſtitate, &c. quæ D. Paulus enumerat. Hæc & alia ſexcenta quæ me reuelata docebant Codices dum olim, antequam Minimorum ſodalitio me credidiſſem, ani-*

1612. Ob. P. Franciſci Humbloti.

Digitized by Google

1612. *mo luſtrans, intima ratione penſitans, & circumſpectis Sanctiſſimorum ab initio Euange-* 1612.
lij veſtigiis ſingula perpendens, apud me recolerem, ſcæna ſæculari cui deſerviebam γραμ-
ματοφορὸν remiſi, longumque fluxæ vanitati valedixi, vt me totum Chriſto Euangelico
addicerem, Caluinianum iam cælo clauſum, in terris ab Aſcenſione nec viſum, nec auditum,
nec creditum, repudiarem. Non B. Franciſco de Paula ſacramento me vouì, vni Deo vota
reddunturi, eius quidem familiæ rerum æternarum ardore, vitæ meæ rationem commiſi, quæ
poſtquàm me in omnes honoris quoad potuit gradus euexit, gaza ſpiritualis ſapientiſſima ge-
nitrix cumulauit, credendi firmiùs, amandi candidiùs, orandi diutiùs, ieiunandi ſapiùs,
abſtinendi ſemper & continendi, verbis & exemplis documenta præbuit, eius principem
Archimandritam ſollicitas vt amandem, &c. Sub finem verò eiuſdem epiſtolæ: *Ex*
obiectionibus noſtris, quas receptâ dudùm apud vos conſuetudine calumnias dicitis, captas
opportunitatem me rurſus tentandi, quòd ſaccum induam, pecunias non tangam, indu-
tus dormiam, à carnibus, ouis & lacte abſtineam, ieiunio frequenti attenuer, hæc enim
ἰδιοθριοκύτας nuncupans magnum mihi portendis in vtraque infortunium. At ſacco ſan-
ctì obuoluti ſunt, pecunias non detulerunt Apoſtoli, non habuit filius hominis vbi caput
reclinaret, Πέζος τοῖς ἀσσυρίοις λεπτοῖς ζιφόμυος *ieiunauit, Paulus idemtidem, ξηροφα-*
γίαν meam παχυχύμων cœnæ lator aduerſari, vētum igitur rete venaris, &c. Epiſtolâ etiam
5. Kalendas Maias ab Humbloto exarata, eodem ipſo anno, vbi Eccleſiæ Ca-
tholicæ Lutheri & Caluini ætate vigentis laudes pluribus explicuit. *Ad quas*
laudes accedunt, inquit, *viſendæ ſanctitatis paradigmata complura, licet enim ſinceriores*
animæ vulgo minimè ſe prodant, ſed internâ gratiâ delinitæ mundi venuant arbitros,
& mortales ita ſæpenumerò præterfugiant, vt probro magis quàm æſtimationi exponantur,
quod exemplo mirabili Palladius priſcus & pius author enarrauit, nihilominus tunc (Lu-
theri & Caluini ætate) *fuerunt anagogici iuſtitiæ Chriſtianæ profeſſores & ſanctiſſimi*
propagatores, à quorum integritate ſectarij alieni ſunt, vt intercapedine maiori nec pali
diuellantur. Vnus enim S. Franciſcus de Paula familiæ noſtræ princeps, qui ſolùm annis de-
cem defectionem Lutheri præceſſit, Nonaterum virtuti conglobatæ præponderat. Quem ve-
rò in charitatis feruore, &c. Quamplurimis poſt hæc interiectis verſa in aduerſa-
rios oratione: *Pudeat vos,* inquit, *quotquot eſtis Miniſtri ſic raro ieiunare, pudeat ci-*
licium à vobis omnibus exulare, ξηροφαγίαν, & abſtinentiam eſſe in æternum omni ætate
& tempeſtate proſcriptam. Dauid nonnunquam induebatur cilicio, corpus flagellatione lace-
rabat, locuſtæ D. Ioanni Baptiſtæ eſculento fuerunt, ieiunauit Chriſtus, Paulus exercita-
tionem corporalem non omnem, ſed fictam, aut ſuperſtitioſam inutilem eſſe dixit, at ipſe ne
reprobus efficeretur corpus caſtigauit & in ſeruitutem redegit, ante mille ducentos annos
qui ſe cibis διχόμοις priuarent fidelium mortalium genera ſeptem reperio, &c. Sed quid
iuuat plura quæ tum hîc tum alibi perſequitur replicare? Satis ſatis ex his dilu-
ceſcit, qui Humbloto animus ad religionem, ad auſteram profeſſionem, ad
Sanctorum exempla retinenda, fuerit. Longè plura opere ac reipſa præſtitit
quàm verbis prætulit, latebat latebat multò maior virtus, quam quæ externis
argumentis apparebat. Sed pergamus ad alia. Decem & ſeptem annos non
plures apud nos peregit, at intra illos quid non effecit? Primarias Galliæ vr-
bes peruagatus eam concionibus famam collegit, vt nemo exquiſitâ doctri-
nâ, multiplici eruditione, animarum zelo comparandus haberetur. Pariſien-
ſes auidiſſimè illum audierunt, nec à memoriâ ſuperſtitum tantus vnquam con-
curſus ad hominem audiendum fuit. Cùm in maiori templo, quo non totâ
Europâ capacius, ad populum verba faceret, non Chori cancellis, quod cæ-
teri ſolent, ſe continebat, ſed naui, quæ amplitudine ſua reliquos terrefacit,
ſeſe committebat, & verò ita neceſſe erat ob affuſam quaquauersùm populi
multitudinem tantam, vt capi eo quantus eſt loco non poſſe videretur. Exce-
perunt conciones quas tum ibi tum aliis locis in eadem vrbe habuit conducti-
tij amanuenſes, è quorum opera plures deinde tomi typis mandati ſunt, pro-
dierunt que *Pariſijs* apud *Petrum Chevalier*, ſed quales erant ab eorum manu, hoc
eſt mendis pluribus referti, quare cum ab autore non ſint recogniti licut eru-
ditionem eius manifeſtè propalent, haud amplius de illis agemus. Eadem eum
frequentia per alias Catholicas vrbes ſtudiosè conſecuta eſt, quas omnes in
ſui admirationem pertraxit. Nec minor eum apud aduerſarios opinio manſit,
qui

Digitized by Google

1612. qui confertim ad eum audiendum conueniebant. Plures maiorum ſacris reſtituit, atque in his etiam Miniſtros, hoc eſt qui populis ad errorem ductores ſunt. *Caſſigrinum*, ſiue vt alij malunt *Quatigranum*, vnum ex illis in armento ducibus inſtituta ſolemni collatione ad primam congreſſionem debellauit, quod alibi diximus. *Breſſelium Arauſioni* (quod ipſe meminit in epiſtolis) ſibi publicè colloquutum confudit. *Chamierum* ſcriptis fatigauit & fregit. *Caillam* & *Villanouanum* inſoleſcentes retudit & proſtrauit. Obuios omnes ex illa fæce peſſundedit. Non vano præſagio à *Clemente* VIII. Pont. vnus inter Octoviros Apoſtolica autoritate Concionatorum per Galliam munere donatos allectus eſt, qui huic factioni terribilis omnium maximè fuit. Non vacauit intereà onerosis apud ſuos functionibus, quæ cum honorificæ etiam habeantur potior fuit apud noſtros obſeruantiæ in benè meritum hominem teſtificatio & domeſtica vtilitas, quàm vel ipſius Humbloti, vel Externorum deſiderium: Primùm Lugdunenſis Corrector ſtatim atque licuit, deinceps nunquam niſi ex inuicta neceſſitate ab amplioribus muneribus, aut officiis ſolutus eſt. Nam & terriùm Prouincialis, apud *Prouinciales* nimirùm *Lugdunenſes* & *Turonenſes* fuit, *Galliam* ſemel atque iterum Viſitatoris Generalis autoritate perluſtrauit, functus etiam apud Sedem Apoſtolicam rerum Vniuerſi Ordinis procuratione, quod anteâ indicauimus. Et hæc illum auocarunt ab aliis muneribus, Auguſta enim *Margarita Valeſia* illum ſibi optauerat in Lectorem, vt enim erat litterarum amans & ſtudioſa viros totâ Gallia doctiſſimos penes ſe habere conſtituerat, in quibus *Humblotus* aliquando fuit, ſumptâ ſibi totius Encyclopædias ſpartâ exornandâ, ſed domum reuocatus ſuorum ſtudio & dignitatum oblatione aliud nobilius ſtadium decurrit. Hæc cauſa fuit cur pauca ſcripſerit, qui enim poterat homo domi foriſque grauioribus negotiis diſtentus hoc ſibi otium ſumere? Nonnulla tamen edidit per occaſionem quantum vacare potuit. Et iam antè de *Actis Collationis* habitæ cum *Caſſagrino* Miniſtro vt opportunum erat diximus, modoque indicabamus quid per alios factum in eius concionibus publicandis. At verò inſuper & per ſe dedit Orationem in funere *Henrici Borbonij Monpenſierij*, quem maturè laudauimus, tum etiam alteram in funere *R. P. Angeli de Iuyoſa* Capuccini, cuius nos etiam memoria non præteriit; & ambo quidem ad eundem annum h. 1608. in meliorem vitam migrauerant. Vidi & pau- 1608.
corum folior. libellum hac inſcriptione, *Cenſura proëmij Theſibus Salmurienſium Academicorum præfixi*, quem ille an. 1611. *Salmurij* prælo commiſit, cum in ea Vr- 1611.
be iuſſu Auguſtæ *Mariæ Mediceæ*, quæ pupillo Rege noſtro rem Gallicam procurabat, ſectariorum qui præſidio illam vrbem tenebant ſalutem concionibus vrgeret. Denique hoc ipſo anno quo in cœlites abiit, *Pictauis* euulgauit librum cui titulus *Phantaſma Cœnæ miniſtralis*, vt quo nimirum Caluinianæ Cœnæ vacuitatem & inanitatem copiosè demonſtrat, vænum proſtabat *Pariſijs* apud *Euſtachium Foucault*. *Merſennus* noſter ad cap. IV. lib. Geneſeos verſ. 20. ex *Humbloto* repetiit Methodum qua vtebatur ad Scientias in Concionum vſum applicandas, quam ille licet tenuiter libauit, nec pro ea grauitate quam *Humblotus* ſeruare ſolitus eſt, ex eo tamen ſpecimine promptum eſt intelligere, quanta *Humblotus* animo verſabat, quæ lucem haud dubium aſpexiſſent, ſi mors, hæc & alia præclara *Humblotj*, ſiue conſilia, ſiue opera, fatali vno ictu non perculiſſet. Sed heu: quàm nihil eſt in humanis rebus firmum & ſtabile, quàm breui ſolent magna ingenia tempore circumferri. *Humblotus* ille, quem dignum credebant homines qui nunquam ſibi auferretur, anno ætatis XLIII. tunc ſcilicet cùm maximè idoneus ad res gerendas videbatur, illis ſubductus eſt. Præcipitatum eius fatum arte nefaria. Venenum putâ illi propinatum eſt antè annos tres, cùm apud *Burgum* in *Breſſiâ* conuertendis Hæreticis operam præſtaret. Cùm enim ſuggeſtum aſcenderet, porrecta illi, vt fieri conſueuit, charta, ſed veneno præſentiſſimo illita, quam vbi explicuit, peſtiferum rabum totis naribus hauſit, nec mora cerebrum & præcordia vitus inuaſit, quod dum excutere collectis & intentis viribus nititur venam rumpit, nulla ſpes vitæ reliqua videbatur, nec reuerâ erat, niſi caſu Chirurgus adfuiſſet qui libato anti-

Digitized by Google

1612. doto noxam diſpulit, ſed ex parte, deinceps enim ab illo hauſtu malè affectus *Humblotus* mortem diſtuliſſe non effugiſſe, infirmo poſt hæc & languido corporis habitu, cernebatur. Vires ipſe ſuas etiam poſtmodùm exhauſit, dum non poteſt zelum quo flagrabat cohibere, aut id certè ignauiam reputat homine qui Chriſto non ſibi viuere vult indignam. Poſtremum vltimumq; ſtadium in quo ſe virtus eius explicuit fuit *Aurelianum*, à *Camarte* propterea dici ſolitum *Ager ſanguinis*, vt qui nobis *Humbloti* morte conſtitiſſet. Inde enim vt *Caſarodunum* venit, vehementi febris æſtu iactatus & dyſenterico affectu torminibuſque excarnificatus ad mortem decubuit. Cuius quidem ſingulas circumſtantias *Chauineus* ſingulari libro quem ab initio diximus proſequutus eſt: at verò nobis vnum hoc ſatis erit, quod res eſt, profiteri, ſanctum omnino & glorioſum finem feciſſe *Humblotum*, qui mortem longâ prouidentiâ & iugi meditatione occupauerat. Nam ſibi ipſe comparauerat Exercitium, vt vocant, mortis ad ſingulas horas recolendæ quod tandem vt alicubi meminimus ad alios exiuit, eoque didicerat exitum non præſtolari modò, ſed etiam deſiderare. Obiit (vt verbo abſoluam) die xxix. menſ. Octobr. ſepultus iuxta tumulum B. P. N. Franciſci, qui honos Deceſſorum nulli habitus fuerat. Præter noſtros plerique Scriptores egregij honorificam de *Humblote* mentionem fecerunt. Gaulterius S.I. Theologus in Tabula Chronographica: *Franciſcus Humblot Ordinis Minimorum, pietate ac zelo animarum non minùs inſignis, quàm eximio ingenio & memoria ſingulari.* Valladerius Partit. Orator. l. 2. vbi de claris ætate noſtra oratoribus: *Humblotium*, inquit, *præſtanti memoria, exquiſitâ eruditione, incredibili famâ eduxit Minimitana familia.* Vnus aliquis *præclarum cæli ſydus* appellat, plures alij in eius laudes excurrerunt, ſed nos de his amplius non inquirimus. Vna enim laudatione nihil peius oderat *Humblotus*, qui ne oblatum quidem virtutis præmium Pontificias dico infulas vnas alteraſque vnquam voluit accipere. Solida laus quæ laudati humilitatem non violat, qualem pro Humbloti voto reddidimus. 1612.

Ob. Sororis Pinnuzæ de Alibertis.

14. Duodecimo poſt *Humblotum* die hoc eſt x. menſis Nouembr. Soror *Pinnuza de Alibertis*, Meſſanæ nata, Tertium Ordinem noſtrum profeſſa ab anno ætatis vigeſimo quinto quo vidua relicta eſt, poſtquàm in eo vitæ inſtituto annos lxxiii. ſanctiſſimè perſeuerauit, nihilominus beatiorem exitum conſecuta eſt. Vitam tot annorum, nonaginta inquam & octo, præclaris moribus & ſanctitatis fama redolentibus pertranſiit, ſed & eximiis gratiis ornata vltra communem ſortem enituit. Creditur nunquam lethali admiſſo conſcientiam polluiſſe. Viſa fuit à terra ſublimis capite ſplendoribus & radiis circumfuſo. Propheticæ gratiæ expers non fuit, quæ plurimis exemplis certò innotuit. Sed nihil internâ virtute nobilius & pretioſius, quâ certè illa ſumminoperè venerabilis fuit.

Ob. Sororis Benedictæ à Catana.

15. Non fruſtra huic alteram coniunxero, cuius ſi nobis incertus exitus, religio tamen & ſanctitas dubia eſſe non poteſt, vt quæ à cœlo teſtimonium habet. Ea eſt, Soror *Benedicta à Catanâ* quæ *Meſſanæ* domicilium habuit, virgo certè matura, ſedula, deuota, magniſque virtutibus per vitam illuſtris, ſed ab obitu longè illuſtrior, vt cuius corpus non incorruptum modò, ſed etiam fragrantiſſimum multò poſt, in communi Sepulchro inuentum eſt, adeoq; venerationis causâ inſigni loco ſepoſitum. Id accidiſſe an. 1615. annotatum eſt, vt ab hoc vel minimùm tempore diem extremum clauſiſſe mihi videatur. 1615.

Inuentio Martyrum in agro Accuano.

16. Piaculum poſt omnia fuerit quod Hiſpanorum Annales de Martyribus *Accitanis* referunt, prætermiſiſſe. *Accitana Colonia*, quæ popularibus *Guadix*, Epiſcopali dignitate floret, ſubiacetq; in ſacris Hiſpalenſi metropolitæ, cùm tamen ad regnum Granatenſe quantum ad reliqua pertineat. Intra fines eius diœceſis Vrbs eſt, quam vulgo dicunt. *La Moreda* in cuius agro effoſſa ſunt circa hoc tempus BB. Martyrum Ordinis noſtri profeſſorum corpora, quæ annos centum & plures eo loco iacuerant. Cùm enim illac iter haberet, ſub exortum auroræ bonus agricola, voces humo conditorum, qui ſe inde leuari & in loco ſacro ſepeliri poſcerent, exaudiebat. Quod cum ſæpè contigiſſet, nec iam

Digitized by Google

1612. iam posset de rei veritate dubitare aut cœlesti motioni reluctari, Parochum 1613.
adiit remque omnem exposuit, quâ diligentius perpensâ visum est supplicationem ad eum locum debere institui, egestaq; terrâ perscrutandum, si quid lateret. Omninò autem effossâ humo BB. Martyrum corpora sana & integra, vestemque suam quæ nostra fuit induta, & recenti sanguine respersa, patentibus vulnerum cicatricibus apparuerunt. Sublata inde, quàm honorificentissimè in Ecclesiam perlata sunt & in sacello primariæ fœminæ deposita. Honos autem functis pro Christo redditus, non vanus fuit his qui reddiderant Ab hoc enim tempore obseruarunt maiorem totis agris felicitatem respondisse, sibique cœlum solito largius ac liberalius fauisse. Cùm igitur primaria illa fœmina rem vt gesta erat R. P. Rectori S. I. apud *Actam*, seu *Guadicem* significasset, ille nostris pro sua humanitate gratificaturus, Granatensibus rescripsit quod res erat, monuitque vt de illis ad se pertrahendis prout æquum erat satagerent. Quod cùm illi seriò aggressi essent, iamque interposita R. D. Episcopi *D. Hieronymi de Herrera* in Ordinem nostrum benè affecti autoritate rem accuratius indagarent, Moredani Ciues veriti ne pretiosis pignoribus ablatis frustra posthæc opem quam à cœlo sentiebant desiderarent, variis artibus eam inquisitionem distraxerunt, omnemque nostrorum operam eluserunt Quare mirum non est, si ne quidem de numero conuenit, alijque duo tantùm, alij verò quinque humo sublata & erута BB. Martyrum corpora tradunt. Certior tamen videtur traditio quæ duo solùm agnoscit. At de his ita constituunt nostri. Ex duodecim qui à B. P. N. ad *Ferdinandum* Catholicum in Hispaniam venerunt, post Malacæ expugnationem aliquos à Maurisinterceptos, in odium fidei & religionis, ita mulctatos fuisse. Id ex eo videtur posse confirmari, quòd ex illis duodecim aliquorum memoria iam ab hoc initio perierit. Quare longè falluntur illi, qui vel *Ioannem Abundantium*, vel *Bernardum Boylium* in illis martyribus numerant, cùm ambos multò post illum in Hispanias accessum superstites fuisse constet, planeq; de *Abundantij* exitu ad an. 1510. dixerimus, de *Boylio* autem certum habeatur legationibus in Galliam pro Rege suo functum etiam Gerundensem Episcopum renunciatum fuisse, quod prorsus cum altera traditione quod martyrium illic fecerit repugnat. Hi verò commodè loqui videntur, qui *R. P. Damianum l'Esperuier*, & itineris socium cuius nomen nesciatur à Mauris iam tum interemptos scribunt, quod mihi dubium esse non finit argumentum quo supra vtebamur, si quid tamen valet. Accedit autoritas Tabularum Romanæ, Parisiensis, & Siculæ, quæ in idem conspirant, hocque habent elogium: *RR. PP. Damianus l'Esperuier & eius socius, Galli, à Mauris infidelibus in regno Granatensi occisi post 107. annos diuina reuelatione reperti, &c.*

An. M. DC. XIII. 1613.

Guiss. Oyse. Laon. Cambray. S. Quentin. Tiraschc.

1. HVnc annum non temerè ausspicabimur ab incunabulis Cœnobij nostri apud *Guisiam* vrbem Ducatu nobilem, in finibus Laudunensium & Cameracensium, quam *Aesia* fluuius alluit. *Laudano* distat leucis VII. *Cameraco* VIII. *Quintinopoli* V. in Ortum, hæc olim *Augusta Veromanduorum* ad quos, credo, *Guisiani* pertinent, ager tamen eorum hodie *Tierachia* nominatur. In sacris paret Antistiti Laudunensi, in politicis Ducem suum habet amplæ & opulentæ ditionis dominum, è domo & familia Ducum Lotharingorum. Constituta sunt enim eius domus initia iam ab anno superiore, agentibus Campanis nostris, Fundatoribus autem Illustrissimo & Excellentiss. *D. Carolo à Lotharingia* Duce Guisiano & *Henrica-Catharina Ioyesea* Monpensierij Ducis vidua, quæ ab an. 1611. *Carolo* Duci nupserat, adeoque fructus fuit optatissimi eorum hymenæi. Sed quem vt Franci nostri colligerent, voluit *Carolus* Dux, vt Patribus Prouinciæ ad alterum annum Nigeoni congregatis per litteras significauit, quod tandem pro voluntate Optimi Principis obtinuit. Ad fundationem contulit aliquot minora sacerdotia & elephantiacorum nosodochium, ad opus etiam nonnullis erogatis, quod quidem eleganti pulchritudine nitet, sed pro

Conuentus Guisiæ. 1612. 1613.

Digitized by Google

1613. externa ſpecie commodum non eſt ſicut nec abſolutum. Eccleſia eiuſdem operis ampla & ſatis ſplendida eſt, *B. Mariæ Virgini* dicata. Situs denique Cœnobio ad muros Vrbis, loco amœno, in Æſiæ ripa, inde aquis circumfluo ad modum Inſulæ. Horti ſpatioſi florentes & grati. Roſarij B.M. Virginis Sodalitium illic inſtitutum quod ciues magna deuotione frequentant. Scripti Annales hunc annum origini Guiſiacenſis domus aſſignant, quos ideò ſecuti ſumus. 1613.

Conuentus Foti-Iuij. 2. Hoc eodem anno ad diem menſis Aprilis XIII. Tuſci noſtri *Forum-Iuij* venerunt, ſedemque ibi ſtabilem & firmam fixerunt. Datus illis locus in ſuburbio ad portam Romanam, vbi ſacram ædem operis magnifici exædificarunt ſub inuocatione *B. P. N. Franciſci*. Montoiæ qui hoc tradit videtur repugnare Iſnardus, qui ab anno 1611. Foroliuienſe Cœnobium in Acta Generalia relatum affirmat, in quo admodum vereor ne ipſe fallatur, mihi certè incompertum illud nomen in iiſdem Actis. Eſt autem *Forum-Iuij* vrbs natura & ſitu, rerumque omnium vbertate, præſtans, inter duos amnes *Roncum* ab Ortu & *Montonum* ab occaſu ſita, aëre fruens optimo vt à Merula deſcribitur. Epiſcopum habet Rauennati metropolitæ ſuffraganeum, *Rauenna* inde procul XVI. paſſ. millib. vtrinque verò *Fauentiâ* & *Ceſenâ* ad eandem viam *Æmiliam* X. paſſ. mill. diſtat. Ager frumento vino & oleo feraciſſimus aliis pluribus pretioſis abundat. *Forli.*

Conuentus Aureliæ. 3. Sed age Galliam reuiſamus, quæ nobis optabilem Aureliæ ſedem quaſi in ſinu ſuo commodauit? *Humblotus* noſter ab anno ſuperiore ſedem illam noſtris in copioſa & nobili vrbe promeruerat, accepto à Ciuibus loco quem Metas iaculatorias dicebant, inde à XVI. die menſis Aprilis, Nobil. *D. Euſebio Foucault* Vrbis Maiore, quam donationem Rex probauit die XII. menſis Maij proximè conſequentis, atque vt poſſeſſionem noſtri adirent Cœnobiumque inædificarent *R. D. Gabriel Albaſpinæus* Aurelianenſium Epiſcopus gratioſis litteris eodem menſe Maio ad diem XX. exaratis permiſit. Sed motâ per Vrbis Lictores ſiue Sagittarios controuerſiâ res in longum abiit, nec antè diem XXII. menſis Aug. h. ann. in eum locum noſtri conceſſerunt, fauente ſupra modum Illuſt. & Generoſo *D. Petro Fougeu* Domino *d'Eſcures* in ſanctiori aula Conſiliario Regio, Arcis Vrbis Pontiſq; Ambaſienſis Præfecto, & ciuitatis Aureliæ Maiore, quem *Camartus* noſter ſic alloquitur epiſtolâ qua ei dicat Orationem Decretalem de Summa Trinitate, &c. *Et quidem naſcentis huiuſce* (Aurelianenſis) *Religioſæ Domus aream, collatis in commune Ciuium ſtudiis atque animis, Minimorum Ordini ex antiquo Aurelianenſium voto nuncupaſti. Qua de re dum tibi gratulor, ipſi quoque Ciuitati ſolidum honorem defero, &c.* Paucis verò interiectis: *Viuit aternumque viuet, non vnius accepti beneficij recordatio. Sciunt Conuentus noſtri quantùm opis, opum, ac ſtudij nutantibus imò penè labentibus contuleris; tuis profectò ſtant auxiliis. Scit integra Minimorum Turonenſium familia, at nemo me impenſius nouit qui ex officio ceteris præſum.* Leuioris primùm operis extructo domicilio, maioris & permanſuri ad an. 1615. fundamenta poſita ſunt, primarium lapidem benedicente R. D. Epiſcopo, & mittente Illuſt. & Nobiliſſ. *D. Franciſco Aurelianenſi, S. Pauli* Comite, &c. apud Aurelianos Prorege, Dominica die poſt Aſcenſionem, quæ ad diem vltimum menſis Maij occurrebat. *R. P. Andreas Chauineau* hanc primus ſpartam gnauiter excoluit à *Camarto* inſtituturus Vicarius, quem excepit *R. P. Franciſcus Croſnierus*, qui multam diligentemq; operam huius Cœnobij rebus impendit, quod hodie mirum non eſt, iis autoribus, in tantam magnitudinem, talemque ſplendorem, quo iam nunc viſitur, aſſurrexiſſe. Meminerunt de illo Sauſſeyus & Robertus. Eſt autem *Aurelia* ſeu *Aureliæ* Vrbs inter Gallicas primi nominis Ligeri adſita, olim Regum ſedes imperiique Gallici meditullium, Epiſcopali dignitate iam inde ab *Altino* ex LXXII. diſcipulis vno, qui SS. Sauiniano & Potentiano Collega datus erat floret, nuper à Senonenſi diſtracta Pariſienſi nunc metropolitæ, qui ipſe à Senonenſi ſolutus eſt paret. Sed de clariſſima vrbe præſtat ſilere quàm pauca dicere. Hoc ſolùm dabo Scaligeri carmen, quo laudes eius ſatis commodè comprehendit: *Foucault.* *Fougeu.* *Chauineau.* *Croſnier.*

Non

Digitized by Google

1613. *Non potuit magni caput esse Aurelia Regni,* 1613.
Ergo, quod reliquum est, cor animusque fuit.
Dat Bellona manum facundam, Curia linguam,
Ars potuit nullis vlla latere modu.
Tam come ingenium, tanta est prudentia rerum:
Hæc quod non nouit Gallia muta silet.
Ipse pater choreas agitans in vertice Nysæ
Olim aut hinc, aut huc munera lata tulit.
Nil humile aut vulgare sonat, magna omnia, magni
Quin animum vulgus Principis ipse gerit.
Quæ tibi non cessit, toti non cesserit Orbi
Cadere nec debes tu nisi sola tibi.

4. Inter hæc Hispani nostri Ecclesiasticum Officium B.P.N. duplici primùm ritu à *Sixto* V. Pont. indictum, sed recognito per *Clementem* VIII. Breuiario ad semiduplicem redactum, per *Paulum* V. restitui ad priorem celebrandi rationem procurauerunt. Quam in rem Pientiss. & Religiosiss. Princeps *Philippus* III. Hispaniarum Rex Catholicus litteras dedit, cùm ad ipsum Pontif. tum ad Illust. & Generos. *D. Franciscum à Castro* Ducem Taruisanum Comitem Castrensem, & Romana tunc legatione fungentem. Id etiam suis precibus apud Pont. egit *Philippi* Regis amita Sereniss. *D. Margarita Austriaca* cognominata *à Cruce* in Ordine S. Francisci, quem in Cœnobio Excalceatarum Matriti profitebatur. At ille pius, non precibus tantùm adductus, sed vel maximè celebritate ipsius Sancti per singulos dies increbrescente incitatus, annuit, & diploma expediuit, quo pristino statu & ritu festum reponi mandat, datum verò est die IV. Maij, sicque incipit, *Nomen S. Francisci de Paula Confessoris sanctitate vitæ & miraculis clarissimi, &c.* Officium B.P.N.

5. At verò mors electam hoc quoque anno messem fecit. Mense Iunio additus (vt credimus) superis *R. P. Claudius Saracenus*, quod cum vita piè ac probè transacta indicat, tum verò quæ in obitu interuenit diuina prouidentia certò persuadet. Rangolius noster lib. I. Commentarior. in lib. Reg. ad cap. IV. vers. 18. rem in hunc modum edisserit: *Sæpenumerò mirari soleo Dei omnia circumspicientis singulare studium ac benevolentiam in morte cuiusdam fratris nostri, qui non ita pridem miserando casu sublatus est. Is erat* R. P. Claudius Saracenus *singulari pietate ac doctrina conspicuus, cuius nunquam non mihi gratissima memoria recurrit, eo præsertim nomine quod ille me in Christo huic sacro Ordini peperit. Is igitur cùm Rhotomago Dieppam aliquando rediret, in qua vrbe domum nostram regebat, & ex itinere fatigatus in diuersorio restitisset, ferocis equi calcibus in ventrem impactis oppidò vulneratus est: sic prorsus vt reliquo illo die ac postero in curam animæ diligenter impensis, continuò diem suum obiret. Iam verò eo pacto quantum suæ erga eum sollicitudinis ac pietatis argumentum diuina prouidentia dederit, sic colliges. Chirurgi namque, qui ei laboranti atque in extremis agenti aderant, renunciarunt empyemate viscera habuisse resoluta: quod nisi tum cùm adhuc abscessus esset, hoc est pure necdum satis excocto atque elaborato, per vim atque iniuriam ruptum fuisset, futurum erat improuisa mortis causa certissima. Quod non multò post experimento probauimus. Nam cùm discisso infernè apostemate, collecta sanies calore ac febri resoluta fuisset sesèq; in vacuum thoracis locum infudisset, & ille tanquam seipsum leuaturus eiicere tentaret, pus illico gulam occupat vitamque vna cùm voce eripit. Verùm is iam viatico rebusque ad salutem necessariis prospexerat, &c.* Quod cùm æternæ salutis eius fiduciam faciat, tantò plus ad prædicandam eo in facto Dei prouidentiam cum Rangolio nos incitat. Vixit in sancta professione annos XXVII. professus nimirùm fuerat *Nesiaci* die VII. Martij an. 1596. Habet pietatis æmulum, germanum fratrem *R. P. Michaëlem Saracenum* apud nos merentem, & longo iam cursu ad metam prouectum. *Saracen.* Obit. P. Claudij Saracen.

6. Eodem mense ad diem XXII. contigit beatus vt creditur, transitus Deoti Deo *F. Ioannis Thomæ à Strada* seu *Strata* Clerici Diaconi, apud Ligures nostros. Tanta ille vitæ totius innocentia, morum honestate, pietatis exemplo fulsit, vt intra breue illud tempus quo superstes fuit omnium in se oculos ani- *Strada.* Ob. F. Ioannis Thomæ Strata.

Digitized by Google

1613. mosque conuerterit. Sic nimirùm solent qui ad magna vocati sunt, nullum ætatis, nullum temporis, aut alterius cuiusquam rei præiudicium sentire. Igitur & *Strada* noster matura sanctitate præditus, à puero cœpit apparere & haberi qui erat, vitamque virtutibus & opinione hominum glorioſam glorioſior exitus coronauit, adeoque insigni loco, quò eius perstaret memoria, depositus est. At verò quæ non ita pridem Gallicè reddita ex Italico R. P. Ferdinandi Meltij S. I. Theologi prodiit historia, de Vitâ *B. M. Victoriæ Mariæ* Ordinis Annunciatarum Virginum Fundatricis, amplius aliquid nos edocet. Pater nimirùm fuit Ioanni-Thomæ nostro *Angelus Strata* Ciuis Genuensis, mater *Victoria Fornari* fœmina sanctissima, quæ orbata viro Virgines Annunciatas instituit, quas nos à cæruleo collobio Cœlestes cognominare solemus. Fratres habuit maiores natu *Dionysium* & *Angelum* qui & ipsi Ordinem nostrum professi sunt, & iuniori fratri ad hoc vitæ institutum præiuerunt; at eos ille in cœlum præiuit, cùm ea quidem mentis iucunditate vt animam cum cœlesti quodam risu effluxisse animaduersus sit. Quin & præstantissimæ virtutis merito Vitam eius à nostris scriptam & editam Meltius ille subindicat, quam ego certè frustra, etsi ardenter ac sollicitè perquisiui. 1613. *Strata. Fornari.*

Ob. P. Ioannis Binans. 7. Enimuerò quàm acerbum, non immaturum licet, funus quod Calendis Sextilibus nostri apud *Massiliam* extulerunt? *R.* nimirùm *P. Ioannes Binans* Anglus, sed qui perfidæ gentis suæ à qua quindecennis profugerat memoriam eiuraturus dici voluit cognomento *Francus*, siue *Franciscus*, in gratiam amicæ & hospitæ nationis quæ matrem se homini externo & alieno præbuit, sancto fine Calendis ipsis Augusti apud Massilienses quieuit. At verò quibus verbis hominis præstantissimi & reuerâ incomparabilis laudes exequi possim non video. In eo enim summa omnia, nihil remissum aut humile, ne ipsa quidem humilitas. Doctrinâ certè nemini secundus fuit qui antè annum decimum quintum in patriâ suâ philosophiam altè imbiberat, qui Theologiam feliciter decurrerat *R. P. Ioanne Cannario* prælegente apud Vicennenses nostros, qui linguarum Hebraicæ, Græcæ & Latinæ peritiâ excellebat, qui res controuersas omnes sic perdidicerat, vt momenta omnia quibus singulæ quæstiones constant in numerato haberet, qui Scripturæ interpretandæ mirâ solertiâ pollebat, adeoque sagax erat in perscrutandis sensibus eius vt de thesauro suo cum veteribus noua & inaudita proferret. Ex hoc mirum erit? si homo his aliisque præsidiis instructus tertio antè anno quàm in Sacerdotem inaugurari posset, magno applausu ad populum verba facere cœperit, si lõgos annos Auinioni cum Iudæis egerit suâ linguâ, eosque proprio quod aiunt gladio iugularit, si *Cassagrinum* quassauerit, *Caillam* obmutescere ad mortem fecerit, reliquos omnes Ministros, vltrò, confidenter & intrepidè lacessiuerit, si Theologiam Positiuam omnibus mirantibus insolitâ methodo prælegerit, si totam scripturam commentariorum nouo genere illustrandam susceperit, quod opus dolendum est in ortu suo præfocatum per alias occupationes fuisse. Pietas autem animiq; deuotio parem non habuit. Adolescens, patriam, parentes notosque omnes, fidei & religionis causâ dereliquit. Ordinem nostrum atque institutum, eo sibi nomine gratum quod austerum maximè crederet, amplexus est. Nactus in Prouinciâ Franciæ ad quam studiorum gratiâ missus fuerat optimum in rebus spiritalibus institutorem, deinceps ad sublimem religiosæ vitæ perfectionem semper aspirauit. Animarum zelo exarserat, nihilque omnino prætermittebat quo posset Dei amorem altiùs in animis defigere. Cùm publicè, cùm priuatim loquebatur, verbum eius tanquam fax vehementer accensa ignem spirabat. Liquefiebat suo ipse ardore, nec poterat impetum ferre quo vrgebatur; alios etiam rapiebat & transfuso feruore inflammabat. Sedulus erat in Nouitiis informandis, quod vnum sibi officium quoad licuit exoptauit, vt per aliorum instituendorum occasionem seipsum ad rerum diuinarum studium accenderet. Ex hoc mirum erit, hominem, Dei tantoperè amantem, in oratione assiduum fuisse, plusque ad Crucis pedes, quàm in scholis & per aliorum magisterium profeciſſe, concionandi quantum per vires potuit finem non fecisse, verba eius quasi

Digitized by Google

1613. quasi à cœlo profecta pro certis verisque oraculis accepta fuisse, Iudæos ad sanam mentem cum totis etiam familiis reduxisse, implacabile cum hæreticis odium exercuisse, multosque ex iis conuertisse, malè feriatos sceleratosque nebulones ad frugem reuocasse, suæ disciplinæ alumnos egregios eximiosque produxisse, nullamque omnino virtutem fuisse qua non ipse refulgeret? De singulis, quæ sua propriaque habent exempla, non dico, ne qui de hominis exitu dicendum habemus orationis exitum non possimus inuenire. Vnum hoc prætetire nos non debet; Eum fuisse virtutis eius profectum, vt multis illum malus Dæmon insidiis, terroribus, plagis impetierit, sed quæ omnia in autorem cum perpetuâ ignominiâ reciderint, & gloriam Deo, qui hoc experimentum non capit nisi de pugilibus fortis & constantis animi, tantò maiorem pepererint, quantò acerbiora fuerunt quæ ille passus Quartanâ tandem febre per plures menses iactatum, suo & animi ardori, corpus succubuit; cum priùs ipse præsagâ mente diem sibi extremum designasset, omnibusque ad suam salutem necessariis feruentissimò prospexisset. Corpus maiori æstu arefactum caniculæ caloribus non est resolutum. Funus honoris causâ curauerunt Monachi S. Victoris, cuius nominis celebratissima est in Vrbe Abbatia, nec vanum omen quòd Victori Victoriani cum suis parentauerint. Concursus populi tantus fuit vt non nisi per noctem dissolui potuerit. Quidni ergo de *Ioanne* nostro prædicem, quod de *Anselmo* suo Laudunenses: 1613.

Binantus, cui per diffusi climata mundi
Vndique notitiam contraxit & vndique laudem
Sana fides, doctrina frequens, reuerentia morum,
Sermo placens, censura vigens, correctio dulcis
Consilium sapiens, mens prouida, &c.

Ob. P. Antonij de los Rios.

8. Homini Hispano fatalis etiam hic annus fuit, quem vt temporis ratio, ita morum similitudo *Ioanni* nostro non temerè coniunctum tenet. Ille nimirùm est *R. P. Antonius de los Rios*, qui philosophicis disciplinis excultus, florenti ætate, fortuna secunda & aspirante, sæculo valedixit & ad nostros Astigitanos populares suos se recepit. Apud quos solemnibus votis nuncupatis Theologiæ longam & diligentem operam dedit, diuinos Codices & Patrum scripta sedulò versauit, eosque sic mente imbibit, vt certâ memoriæ fiduciâ, ex tempore, ad quoduis propositum, etiam in priuatis colloquiis, illorum dicta sententiasq; reponeret. In prædicando Dei verbo ardens & zelo exæstuans, dono mouendi corda præpollebat. Primùm atque ordinem ingressus est in religiosæ vitæ perfectionem toto animo incubuit, & ab ipso tyrocinio hunc animum sumpsit. Creditur nunquam se lethali admisso contaminasse. Abstinuit ex proposito ab audiendis confessionibus, veritus ne dum aliis expurgandis vacaret sordes ipse contraheret, accedebat quòd ferre peccati mentionem nisi auersante animo non posset. Præfecturas constanti semper animo recusauit, tantumque abhorruit, vt cùm semel per obedientiam familiæ vnius eiusque non admodum numerosæ curam suscepisset, vltrà diem retinere noluerit, sed postero die prorsus abdicauerit, nec quieuit, quoad solutus à Generali suffragij ferendi & accipiendi iure, plena vt sibi videbatur libertate frueretur. Redditus igitur sibi apud se semper habitauit, nisi fortè aut per se summam humilitatem domesticum aliquod ministerium obiret, quod eligebat vilissimum; tum verò intentus operi ne aliorum consortio aut colloquio solari se cupiebat: aut ad necessariam animi relaxationem nonnunquam in proximum agrum excurreret, in quo tamen potiùs videbatur sui ipsius abiiciendi, quàm leuandi animi occasionem aucupari, si quos enim, vt ferè fit, pueros cæduis lignis onustos obuios habebat, sarcinam ipse in humeros accipiebat & domum fatiscens sæpiùs sub onere veniebat. De reliquo cellâ non progrediebatur nisi ad publica officia. Patientiam eius miris multisque modis Diabolus exercuit, seu se terribili forma & specie visendum præberet, siue poneret offendiculum, au nocentia animalcula immitteret, siue plagas ictusque infligeret, quæ singula non possunt nisi per longiorem commentarium enarrari. Annos quinque lecto de-

Digitized by Google

1613. cubuit neruorum contractione ac irrequieto capitis atque manuum tremore laborans, quæ quidem acutissimus dolor ac ne momento vllo remittens causabat, inuictâ ille patientiâ inter tantos dolores lætus & hilaris, dum acerbiora gehennæ tormenta reuoluit, perstitit. Positus extra se ac diuina patiens sæpè deprehensus est. Nunquam à sacris aut faciendis & participandis abstinuit. Virginitatem ne verbo quidem minùs honesto delibauit. In supellectile nihil præter ligneam Crucem habuit. Certior factus de horâ suæ discessionis, cùm singulis momentis moriturus crederetur, ad opportunitatem quam præsciuerat vngi distulit. Vtrumque Franciscum Assisiatem & Paulanum in opem vocauit, ac per eos securus de suo exitu factus est. Quædam per eum patrata miracula dubium esse non potest, si vera sunt quæ ad eam rem narrantur. Sed in his non moramur. Obiit vir talis ac tantus die VIII. Septemb. nondum expleto anno professionis quinquagesimo, quem cœlo vt creditur seruauit perficiendum, neque enim alibi certa & beata iubilatio esse potest. *Antonÿ* certè merita cogitatione forsitan possunt, verbis non possunt explicari. 1613.

Obit. P. Iosephi le Tellier.

9. Parum equidem abest quin me præcellentium virorum quam animo repeto atque reputo frequens iactura enecet, non potest tamen omnium desideratissimi memoria nos præterire, *R.* inquam, *P. Iosephi Tellerÿ*, qui pretiosa morte hunc anpum coronauit. Cuius certè laudes cùm sparsim attigerimus, nec eas nos aut colligere aut assequi facilè sit, ascribemus tumulum quem aliquando confecimus, in quo ea quæ dici breuissimè ac verissimè possunt de tanto viro (nisi me fallit rerum ab eo gestarum notitia) continentur. Is est huiusmodi:

R. P. IOSEPHVS TELLERIVS
PARISINVS
VIR MAGNI NOMINIS, MAIORIS ETIAM VIRTVTIS ET INGENII
AD PVBLICARM RERVM CONSILIVM ADOLESCENS ADHIBITVS
INGENIVM EXPLICVIT.
MEMORIA ILLI TENAX ET PRÆSENS, ACRE AC CERTVM IVDICIVM.
IN DICENDO FACVNDVS FVIT ET VEHEMENS.
LATINE SCRIBEBAT
DISERTE, ALACRITER, EXPEDITE.
AD RETINENDAM REGVLAREM OBSERVANTIAM ET DISCIPLINAM
FORTIS ATQVE MAGNANIMVS.
SAPIENTEM ET DILIGENTEM ORDINIS SVI PROVIDENTIAM EGIT
ET QVA POTVIT PROPAGAVIT.
IN SOLA FRANCIÆ PROVINCIA QVARTVM PROVINCIALIS FVIT
ORDINEM VNIVERSVM ETIAM MODERATVS.
MVNERVM VACATIONEM NECESSARIIS INTERVALLIS VIX OBTINVIT
IN ALIORVM VICEM SVFFECTVS
ATQVE GENERALIS NOMINE AD PROVINCIAS NON SEMEL ALLEGATVS.
VITÆ INTEGRITATE, MORVM INNOCENTIA, OPERVM IVSTITIA
AMABILIS

Digitized by Google

1615. AMABILIS SIMVL ATQVE FORMIDABILIS. 1614.
NVLLA SVPERIORI, NVLLA PRIVATO VIRTVS PLANE DEFVIT;
VIVIT ETIAMNVM NOMINIS EIVS REVERENTIA
APVD SVOS, APVD EXTEROS.
QVI MERITA VOLET ÆSTIMARE
SCIAT NVLLAM EVM BENE MERENDI OCCASIONEM PRÆTERFLVXISSE,
QVI ÆTATIS LXXXII. RELIGIOSÆ PROFESSIONIS LXIII.
ANNVM SVPERAVIT.
ET DEMVM AD GLORIAM ET PRÆMIVM EVOLAVIT.
NIGEONI DIE IV. MENS. NOVEMB. AN. R. S. M. DC. XIII.

Et nos non euolabimus & requiescemus? quid moramur!

Planè non tædeat eum morari qui pretiosam Sanctorum mortem ignorat, & Iosephum in extremis agentem non vidit. Sed nos qui spiritum hausimus quem reddebat, & primi ab eo mortuo in eandem militiam eo ipso loco quem relinquebat ascripti fuimus, non cessabimus ad plenitudinem sanctorum in qua detinetur anhelare.

An. M. DC. XIV. 1614.

Conuentus Blesatum.

1. PRofecerunt res nostræ pluribus locis. *Camartus* ille indefessus Ordinis propagator *Aurelià Blesas* digressus, postliminio rediit ad ius quod olim B.P.N. in ea vrbe quæsitum fuerat: *Ludouico* enim XII. Rege concessus nostris ad inhabitandum locus extra regium prætorium, quod inibi Optimus Princeps condebat, id tamen non successit, re per grauiores occupationes distractà & dilapsâ. Tantò autem post quantum est ad hunc annum alia se obtulit occasio, quæ consilium quod olim B.P.N. habuerat reuocauit & redintegrauit. Vir Cl. *D. Achilles Herbelinus* Consiliarius Regius & Rationalis apud Nannetes, ciuis autem Blesensis, & lectissima eius consors *D. Maria de la Saussaye* prolis impetrandæ desiderio vouerant operam suam & opem Minimis Blesas introducendis impensuros, si votum in irritum non abiret. Pignore accepto quod poscebant fidem præstiterunt, locumque ipsi in suburbio comparauerunt cui nomen erat *Columbarium*. Emptionis tabulæ ad diem XVII. mens. Septemb. perscriptæ sunt, quas ratas esse ac valore pro Cœnobio inædificando Rex litteris patentibus edixit mense Octobri, & hæ in supremo Senatu lectæ ac promulgatæ sunt die III. Maij anni consequentis. h. 1614. Inter hæc *R.D. Philippus Huraltus* Carnotensis Episcopus stabiliendæ eo loco familiæ facultatem fecit gratiosam & luculentam ab anno altero & die Nouemb. II. Quibus apparatis prædictus Nobilis vir latifundium illud donauit pactis conuentis Nanneti die XXII. Februarij, quæ *Camartus* præsens acceptauit & sanciuit. Blesenses in domum ciuicam de more conuocati sub die V. Aprilis ius Ciuitatis nostris decreuerunt, qui demùm exeunte Maio possessionem inierunt. Post septimum tamen annum in commodiorem atque vrbi propinquiorem locum migrauerunt, quem non multò postquàm *Blesas* venerant sibi quæsiuerant, iactis ab an. 1617. fundamentis eius quod nunc extat Cœnobij, quibus 1617.
iam tum Augusta *Maria Medicea* Regis mater primarium lapidem solemni ritu ipsisque Augusti Calendis immiserat, non tamen ante an. 1621. nouam hanc 1621.
domum incolere cœperunt, tumque instituta solemni supplicatione ad diem XXIII. mensis Augusti, cùm præsentes adessent RR. PP. Dominicani ac S. Launomari Monachi omnes (est nimirùm Blesis eius nominis præpotens ex ordine S. Benedicti Abbatia) eorum superiore sanctissimum Sacramentum deferente, ad paratum nuper domicilium transierunt. Meminit V. Clar. Robertus nostri huius Cœnobij in Episcop. Carnot. n. 103. & in Abbatiis. V. Blesæ.

Herbelin. de la Saussaye.

Digitized by Google

1614. Et quidem *Bleſa* oppidum antiquum amœnum ac regum domicilio illuſtre ad *Ligeris* ripam, leucis XVI. infra *Genabum* ſeu *Aureliam*, XVIII. ſupra *Turones* ſitum eſt, à quo non procul *Ciza*, ſiue *Sicia* fluuius in *Ligerim* delabitur. Aër illic ſaluberrimus, ſolum gratiſſimum, aquæ dulciſſimæ ac limpidiſſimæ, vinum generoſum, frumentum copioſum & abundans, quam ad ſeceſſum ſuum ac regiæ prolis educationem meritò Reges elegerunt. Archidiaconatus dignitate in Eccleſia Carnotenſi gaudet. Incolæ laudantur à comitate, lautitia, bonis artibus & facundia. 1614.

Conuentus Biterrarum 1609.

2. Ineunte Martio adeoque 11. eiuſdem menſis die, ſtatio firma & deinceps inconcuſſa *Biterris* conſtituta eſt. Camartus quidem ab an. 1609. noſtros in Vrbem induxerat, accepto iam tùm, à Nobil. & Clar. V. *D. Gabriele de Cabraireles* in cauſis criminalibus Iudice, latifundio, in regione quæ *Ious Tiradous* populariter dicitur, proximè ad Eccleſiam B. Mariæ Magdalenes intra vrbis muros. Interceſſerat & ab illo tempore Vrbici Concilij decretum, ac Illuſt. & *R. D. Ioannis Bonzij* Epiſcopi S. R. E. Card. conſenſus. Per tempus tamen incognitâ nobis de cauſâ res defluxit, quæ nunc demùm inſtaurata hunc ſucceſſum habuit. Cardinalis Epiſcopus & Nobil. Vir D. . . *de Ieſſe* Toparcha *de Carlincas* regius Senator ædium partem ad *Obrim* ſeu *Orobum* donauerunt, partem priuatorum multorum largitionibus noſtri coëmerunt. Et illis quidem ad citeriorem *Obrii* ripam ſitus eſt, vt cœperamus dicere, iactu lapidis à porta quæ ad pontem ducit, & à quo nomen habet. Pons *Orobo* impoſitus lapideus eſt duodecim præaltis fornicibus compactus, iuxta quem *Obris Helledum* ſeu *Lirenem* riuum excipit. *Obru* è *Cenennicis* montibus defluens *S. Pontio Tomeriarum Biterras* venit, atque inde breui tractu ad *Seriniacum* oppidum non procul *Agathâ* in mare mediterraneum influit. In ea igitur planitie quæ Obri & Vrbi interiacet ædes illæ conſtitutæ, quibus inædificatum Cœnobium, & locus quidem via militari ab vrbe ſeiunctus parumper aſſurgit ac molliter in Obrim declinat. Itaque Cœnobio vrbs in Ort. & Septentr. obuerſa eſt, ibi enim ſinu quodam circumducitur quem medium Cœnobium occupat, & illinc quidem Cathedralis *S. Nazario* ſacra cum Epiſcopio, hinc *S. Iacobi* Eccleſia & adiacens Monaſterium Canonicorum Regularium S. Auguſtini viſitur. Proſpectus denique eſt in Obrim & adiacentes agros, qui meram miramque vt ita loquar & breui expediam, amœnitatem ſpirant. Ad diem igitur quam diximus, hoc eſt 11. Martij, hunc locum noſtri inſederunt, cùm per id tempus *R. P. Iacobus Berthon* ad S. Nazarij conciones haberet. Factum autem id ſolemni apparatu, publica ſiquidem ſupplicatio à *R. D. . . . de Cataſtin* generali Vicario indicta, quæ poſt habitam concionem à *R. D. . . . de Iuillard* S. Theolog. Doct. & Theologo Narbonenſi, & peractam Crucis benedictionē à *R. D. Claudio du Verger* Vaurenſi Epiſcopo, ad eum locum proceſſit. Eam autem inſtituebant cum Pœnitentium ſodalitia, tùm Regularium cœtus, ac poſtremò Clerus comitante quem diximus Epiſcopo, ac ſubſequentibus ſingulis Ciuium Ordinibus. Crucem noſtri deferebant, ſuccolantibus etiam nigris, vt vocant, ſiue S. Crucis pœnitentibus qui eum ſibi honorē efflagitauerant hoſpitij iure quod noſtris vltrà menſem præbuerant; reliqua Dominicæ Paſſionis inſtrumenta Pœnitentes S. Ioannis Baptiſtæ, qui Minimi dicuntur, ſibi ſumpſerant. Ita demum Crucis trophæum ſpectante populo & omnibus fauſta proſperaque acclamantibus infixum erectumque fuit. In paratas poſt hæc ædes noſtri conceſſerunt, quoad perducto in iuſtam magnitudinem & commodam habitationem nouo quod nunc cernitur opere, in illud ad an. 1628. immigrarunt. Cæterùm *Biterræ*, *Bitera*, ſeu *Blitera* (& ſi qua ſit huiuſmodi inflexio quam præferant Geographi) vrbs eſt in *Arecomicis Septimanorum* opulentiſſima, populoſa & ampla, vt à veteribus laudatur; aliquando dicta *Obripolis* à præterfluente fluuio. Meminit Feſtus Auienus in *ora maritima*, ſed qualis ſuo tempore viſebatur ruinis & cladibus deformis,

Cabraireles.

Bonzy.

de Ieſſe.

Ort.

Berthon.

de Cataſtin. de Iuillard. du Verger.

1628.

Beziers.

——— *debinc*
Beſaram *ſtetiſſe fama caſſa tradidit,*

At

1614. *At nunc* Helledus, *nunc &* Orobus *flumina* 1614.
Vacuos per agros & ruinerum aggeres
Amœnitatis indices priſca meant.

Et quidem agri bonitate, aëris ſalubritate, omnibuſque à natura bonis gaudet, diſtat verò Narbone metropoli ſuâ XII. mill. paſſ.

3. Iulio menſe ad diem XXI. *Piſtorium* Etruſci noſtri conceſſerunt, ædemque ad vrbis muros nomine *S. Onophrij* Fundatore Nobil. V. *D. Hieronymo Baldinoto*, ſeu *Valsinoto* (ſi nos Montoia in eo nomine non fallit) conſtituerunt. Ciuium in noſtros prolixa liberalitas & beneficentia, qui tamen non plures ſexdecim inibi habitant. Eſt verò *Piſtorium* ſiue *Piſtoria*, Vrbs Epiſcopalis, infra radices montis Apennini, ad *Vmbronem & Stellam* (quibuſdam *Tilauentum minus*) confluentes, media inter *Florentiam & Lucam*, vtrinque ad XX. mill. paſſ. quâ Florentiam metropolim itur, Vallis ſeſe diffundit lata, vernans & omni fructuum genere atque copia exuberans. Conuentus Piſtorij.

Valtinoto. *Piſtoia.* *Ombrone.* *Stella.*

4. In agro Mantuano vbi *Mincius Pado* permiſcetur oppidum eſt, nitidum, elegans & iucundum, ac celebratiſſimo D. Benedicti Cœnobio proximum, *Acruentum* Iornando, popularibus hodie *Gouerno*, vel *Gouernolo* dicitur, à *Mantua* X. paſſ. mill. diſtat, à *Concordia & Mirandula* XXVI. Ad illud traducti noſtri oppidanorum beneficio, maximè autem *V. C. Petri Scaçhici*, quem exædificato maiori altari æmulatus eſt Nobil. Eques *D.... Mattebonus*, qui & ad alimentum ſeptem ex noſtris neceſſarios redditus attribuit. Nomen habet Cœnobium à *B. P. N.* quem ciues peculiari cultu venerantur. Hæc fundatio præter annum certo tempore non eſt conſignata, nos ab alterâ quæ Italiam locupletauit diſtrahere noluimus. Sed direpto antè paucos annos per Germanos milites agro Mantuano communem patriæ ſortem panpercula domus non euaſit. Conuentus Gubernoli.

Menzo. Po. Gouerno. *Scachico.* *Mattebon.*

5. At verò in Galliam remeantibus pandit ſe Lotharingia quæ noſtros excepit *Vezelizæ*, cuius nominis municipium eſt, ad piſculentum amnem ſupra *Vadanum-montem*, in cuius Præfecturâ continetur, pertinetque in ſacris ad Eccleſiam Tullenſem, diſtat autem *Nanceio* leuc. V. *Spinalio* VII. Cuius rei autor præcipuus fuit Nobil. *D. Deſiderius Virion* Duci Lotharingiæ à Conſiliis & Secretis Status Romana legatione functus, ſcriptis etiam clarus & in Ordinem noſtrum beneficentiſſimus, cuius filius Nobil. & Clar. *D. Nicolaus Virion* apud Vadimontanos Prætor primarius, Fundatoris nomen hodie ſuſtinet. Iuuerunt ad opus ſtabiliendum oppidani, animati exemplo *R. D. Ioannis Porcelet Maillanij* Antiſtitis ſui, ac ſuo antehac elogio decorati qui non autoritate ſua ſolummodò cœptis fouit, ſed operi perficiundo quamplura erogauit, adeoque cùm ædis ſacræ tum Cœnobij opus penè abſolutum eſt. Et de *Vezeliza* quidem nihil amplius eſt quod dicamus. Conuentus Vezelizæ.

Vezelize. *Vadamõt.* *Virion.*

6. Nihil porrò eſt quod huius anni memoriam luculentius commendet, quàm factum rebus Belgicis initium, cùm ſcilicet conſtituto apud *Antuerpiam* Cœnobio vlterioris progreſſus in florentiſſima regione fundamenta poſita ſunt, vt reuerâ paucos poſt annos Prouincia coaluit quæ ſe antiquioribus multis non vno modo exæquauit. Non ab heri autem aut nudiuſtertius in hoc conſilium incubuerant noſtri, ac præſertim Franci, qui proximo Picardiæ limite regionem illam attingunt. In Actis enim Prouincialibus an. 1592. *R. P. Iacobum Gloſtum* Collegam Prouincialis Franciæ ac definitorem Duaci hæſiſſe, causâ procul dubio Cœnobij ea in vrbe, quæ & propinquior eſſet atque ob Academiam expetenda videretur, accipiendi, me legiſſe olim recolo. Quin & certum eſt *Montibus in Hannonia* cùm perfugi è Galliâ nonnulli è noſtris illic agerent, oblatam vltrò ædificandæ domus occaſionem effluxiſſe; dum per bellorum tempora diſſipati, & huc illuc palantes ægrè poſſunt alij alijs conuenire. Illuſtriſſimus enim & *R. D. Ludouicus de Berlaymont* Cameracenſis Archiepiſcopus II. eum locum, in quo nunc ædificatum Seminarium quod curant RR. PP. Societatis Ieſu, magno illis ſtudio detulerat, omninoque conſtituerat eos penes ſe retinere, ſed dum id conſilium ea quam diximus cauſa remoratur, conſecuta ſubinde Optimi Antiſtitis mors (obiit an. 1596.) in Gallia verò pu- Conuentus Antuerpiæ.

de Berlaymont.

Digitized by Google

1614. blica tranquillitas Belgicarum rerum obliuionem induxit. At hoc tandem anno (quod felix & fortunatum sit) depositum iam olim consilium reuixit, & ab Antuerpiensi domo mirabiliter cœpit. Versabatur quidem ab aliquo tempore in ipsa vrbe Antuerpiensi, *R. P. Christianus Morus* Româ illuc missus priuatas ob causas (Antuerpiâ enim oriundus erat) sed ille non aliud molitus quàm, vt commissa curaret, interim operam suam Hospitalibus quæ in vrbe plura sunt ad opem laborantibus ferendam commodauit. Tum verò Antuerpiam venit *R. P. Ioannes Bruno* Scotus in Angliam patriam suam traiecturus, atque is forte fortunâ in Nobil. Patricium Genuensem *D. Ioannem Augustinum Balbum* incidit, qui nuper pietatis gratiâ exædificandam RR. PP. Capuccinorum Ecclesiam susceperat, si modò vellent gentilitia *Balborum* stemmata in Fundatoris memoriam conspicuo frontispicij loco insculpi, quod ipsis quidem non ingratum haud ita Ciuibus Antuerpiensibus placuit, quorum studium *Balbi* liberalitati & beneficentiæ præponendum Capuccini meritò statuerunt. Ille tamen alterius operis de suo constituendi animum non deposuit, vt erat igitur in illa cogitatione commodum ei occurrit *Bruno* ille noster, quem vt vidit memoriâ repetens maiorum suorum in Genuenses nostros munificentiam de quâ olim diximus, illum conuenit, seq; autorem nostrorum in *Belgium* traducendorum obtulit. Paulo aliter Isnardus habet, qui *R. P. Ioannem Saluagium* cùm in Belgium ad habendas Sereniss. Principibus gratias ob institutos in Burgũdiâ Conuentus venisset habitis Antuerpiæ concionibus *Balbo* gratiosum fuisse, & hoc ab eo beneficium promeruisse narrat. Sed vt pro fide agam monumentorum quæ ex ipso Belgio accepi. Grata *Balbi* voluntas *Ioanni* nostra accidit, qui de re maturandâ sollicitus Gallos aduocauit sibi cognitos, cùm interim *Balbus* ipse à *R. D. Ioanne Maldero* Antuerpiensium Episcopo viro multis nominibus clarissimo & in nostros benevolo ac benignissimo, & ab amplissimo Ciuico Magistratu condendi nostris Cœnobij facultatem exorauit. Quâ impetratâ domum prouidit in quam nouos hospites acciperet. Ea optimo Ciuitatis loco, & viâ quam à mari nominant, versùs portam *Kipdorpiam*, intra terminos Ecclesiæ Parochialis *S. Iacobi*, sita est. Omnibus ergo ad illam inhabitandam ritè atque ordine compositis delectus dies VIII. mensis Decembris Conceptioni B. V. Mariæ sacer quo inducerentur nostri. Factum id festiuo & solemni apparatu, sacris nimirùm multâ cum pompâ persolutis, institutâ supplicatione magnificentissimâ, per reliquum & alterum diem musicis instrumentis personantibus, faculis totâ latè viâ collucentibus, profusis vini doliis vno atque altero, displosis capsulis tormentariis pluribus, vniuersis ciuiũ Ordinibus fausta prosperaque acclamantibus & tantâ omninò celebritate, vt non possit enarrari paucis verbis, nos verò multis non agimus præter institutũ nostrum. Nomen Cœnobio Fundator ipse id quod Genuensi exoptauit, hoc est *Iesu Mariæ*. Libraria supellectile copiosâ & pretiosâ instruxit. Sacra vasa & ornamenta Ecclesiastica exquisiti operis contulit. Denique quod morte præuentus *Balbus* perficere non potuit, V. Clar. *D. Laurentius Maioli*, & ipse nobilis Genuensis atque *Balbi* hac in parte hæres, prolixâ grati & benevoli animi significatione absoluit, vt planè incertum putem cui plus *Balbo* aut *Maiolo* debeamus. Hoc Antuerpiense Cœnobium pignus fuit erigendæ Prouinciæ Belgicæ, quod post annos tres factum; per moras præfuerunt Vicarij Generales in quibus *R. P. Ioannes Saluagius* doctrinæ, pietatis & eloquentiæ gloria clariss. primas tenuit, remque sedulò promouit, quod ex iis quæ posthac dicemus eluceset. Meminit huius Cœnobij nostri, ac introducti per Belgium Ordinis, R. P. Augustinus VVichmans Brabantiæ Marianæ lib. III. cap. LXXVIII. in hæc verba, Locrio etiam in fidem aduocato vt constat ex margine; (quanquam mihi de Locrio non liquet) *Porro sacer & austerus hic Ordo* Minimorum, *quos Galli* Bonos homines *vocant*, *in* Belgium *ac nominatim* Brabantiam *primùm deductus est per nobilem ac magnificum virum*, Ioannem Augustinum Balbi, *Italum natione sed diuturno domicilio Antuerpiensem; qui antè 20. prater-propter annos eis Monasterium erexit & paterna sollicitudine diu fouit. In quo itidem nuper conspexi Imaginem Dei-paræ circum-*

1614.

Meurier.

Bruno.

Balby.

de Mets.

Inter sacra caput S. Dorotheæ asseruati audio.

Maioli.

Saluage.

1614. *cumpendentibus ſacris donariis, miraculorum haud dubiè teſtibus, exornatum.* Hæc ille, qui ſubinde de Bruxellenſi & Anderlacenſi domibus noſtris obiter, quoad rem ſuam eſt, agit. At verò quod de Imagine B. Virginis votis frequentata ſcribit, me admonet vt alterius rei mentio non me prætereat. Adire ſolent noſtros ſortibus & maleficiis illigati, eademque de causâ ſi quid malæ rei animalia infecit etiam deducuntur, quod vtriſque ita ſolet eſſe ſalutare vt depulſa omnis noxa poſtmodùm ſentiatur. At verò de *Antuerpiâ* non prætermittendum, eam eſſe Brabantinæ ditionis vrbem nobiliſſimam, cultiſſimam, opulentiſſimam, quam nos aliquando mirati fuimus ac penè probauimus quod Scribanius prædicat laudans Antuerpiam ſuam hoc modo: 1614.

Belgium Orbis *annulus*
Annulique huius *gemma*
Antuerpia.
Belgium Orbis *oculus*
Oculique huius *pupula*
Antuerpia.
Belgium Orbis *nemus*
Nemoriſque huius *laurus*
Antuerpia.
Belgium Orbis *Paradiſus*
Paradiſique huius *delicia*
Antuerpia.
Belgium Orbis *cælum*
Cælique huius *Sol.*
Antuerpia.

Eſtant. Indigenis Schelde. De nomine omnes prorſus conſentiunt, niſi quod nonnullis *Andouerpum* videtur antiquis & à conditore dictum, ſed hoc nihil ad nos. Sita eſt ad *Scaldim* fluuium haud procul à mari, *Bruxellis* vbi Ducum Brabantinorum ſedes leucis diſtat VIII. in Borr. *Gandauo* X. in Ortum, *Coloniâ Agrippinâ* XXVIII. in Occ. Eius decora quæ penè innumera ſunt non perſequimur, id præſtantiſſimi Scriptores ſingularibus libris fecerunt. Scaliger non inconcinnè Antuerpiam gloriantem inducit hoc carmine,

Oppida quot ſpectant oculo me torua ſiniſtro:
Tot nos inuidiæ pallida tela petunt.
Lugdunum omnigenum eſt, operoſa Lutetia, Roma
Ingens, res Venetum vaſta, Toloſa potens.
Omnimoda merces, artes priſcæque nouæque
Quorum inſunt aliis ſingula, cuncta mihi.

Braunius iconem dedit lib. I. tab. XVII.

de Tamaio. 7. Fatalis denique ac ſupremus hic annus fuit *R. P. Franciſco à Tamaio* Hiſpano, qui die ipſo Natalis Domini, quod ſæpiùs prædixerat, ſub horam tertiam matutinam expirauit. Ab anno 1611. acutiſſimis & acerrimis doloribus vexatus longam & mirabilem patientiam exercuit. Multis animi dotibus præcellebat, quæ magnum eius deſiderium reliquerunt. Perfectam Theologiæ ſcholaſticæ cognitionem ceperat, acumine in diſputando, memoriâ in enarrando, iudicio in diſcutiendo vix parem quemquam habebat, ſed mirabili ad conciones facundiâ imprimis excelluit, quam adeò profunda eruditione condiebat, vt auditores animo ſuſpenderet ac penè attonitos relinqueret. Audiuit eum cum admiratione non Hiſpania tantùm, ſed & Italia. Pluribus apud nos dignitatibus ornatus etiam in S. Inquiſitionis Cordubæ Conſultorem & Qualificatorem, quem vocant allectus eſt, atque mox ſupremo eiuſdem Inquiſitionis per Hiſpanias Conſilio adhibitus zelum ſuum atque doctrinam datâ occaſione probauit. Non ſemel, ad dignitatum in Chriſtianâ Eccleſiâ apicem, Epiſcopatum, poſtulatus eſt, ſed homo inſtituti ſui ſtudioſus noluit vnquam acquieſcere. Releg. noſter Triſtanus de vita Gaſparis Boni c. IV. Doctiſ- *Ob. P. Franciſci de Tamaio.*

Digitized by Google

1614. simos discursus *de præcellentiis & dignitatibus Christi* euulgauit. Matritri apud Ludouicum Sanchez, an. 1610. quos gallicè redditos & Pictauij excusos absque interpretis nomine aliquando vidimus. Sed heu quanta ingenij fœcundissimi pignora feralis parca si fas est dicere intercepit! 1615. *Meurat de Christo.*

Notanda nonnulla. 8. At hoc ipso anno *R.P. Ioannes Breton*, & ipse Sancti vt vocant Officij consultor & Qualificator apud Vallisoletum *Theologiam mysticam*, opus suum, Matriti, apud viduam *Alonsi Martin* edidit. Sed vt in gratiam cum parcâ redeamus, non debet nobis excidere memoria V. Cl. D. *Scipionis de la Fraxo* Hispani, qui Romæ diem suum obiit, & apud S. Andræam à Frattis sepultus est. Miraculis enim coruscat & hanc Ordinis nostri Ecclesiam ab hoc anno illustrat, vt Tristanus in vita R.P. Bineti c. III. meminit.

1615. *An.* M. DC. XV.

Conuentus Andegani. 1. NOn inanis abiit hic annus, aut dispar his qui præcesserunt. *Camartus* industrius & peruigil ad proferendos Prouinciæ quam regendam acceperat terminos, cùm per Octauam sanctissimi Sacramenti anno superiore *Iuliomagi* conciones habuisset, multisque *Andegauos* officiis promeruisset, de fede apud eos stabilienda cogitauit. Gratum id sibi atque acceptum fore litteris ad diem XVIII. mensis Iunij eod. an. exaratis Rex denunciauerat, quibus cum supplici *Camarti* libello in Ciuico Concilio recitatis omnes assensérunt, prærogatâ etiam *R. D. Caroli Mironij* Episcopi facultate quæ in eodem Concilio lecta est. Nam hæc quidem ad III. mensis Septemb. expedita, ciuium verò assensus post biduum tantùm expressus est. Post hæc resignante sacerdotium *Mironio* ad an. 1616. mens. Octob. *R.D. Guillelmus Foquetus Varanus* successit, qui acta per Decessorem recognouit & gratiosis litteris approbauit, primumque apud nostros sacellum B. Virgini sacrum suis sumptibus exædificauit, atque hunc immaturo fato sublatum an. 1621. *Simonius* his ex lugubri carmine versibus non temerè lugendum proponebat: *Miron.* *Fouquet de la Varenne.*

Heu! leges, pietas, probitas lugete sacella
Varanus vestro est mortuus exitio.

Inierunt autem comparati in ea vrbe loci possessionem à die XIII. mens. Februarij hoc anno. Situs ille ad palæstram tudicularem inter portas *SS. Michaëlis* & *Albini*. Nomen inditum à *S. Renato* Andegauensium Episcopo & patrono, in
1617. fundamenta Ecclesiæ missus primarius lapis anno tantùm 1617. die April. XXIV. Viro Clariss. *Petro Ayraldo*, seu *Ærodio* Præsidialis Fori Iudice supremo Vrbis Maiore, atque hic etiam nostros præcipua charitate complexus pauperculæ domus incunabula multùm iuuit. Est verò *Andegauorum*, seu *Andicauorum*, aut quod communius est *Andium* ciuitas, quæ Ptolomæo *Iuliomagus*, aliis *Andus* (quod tamen populis magis conuenit) inter *Turones* & *Nannetes* sita, solo irriguo amnibus *Vdone*, *Sartâ*, *Ledo*, sed præcipuè *Meduanâ* qua proximè in *Ligerim* confluunt, vnde illud est Luciani *Ayrault.* *Angers.* *Ondon.* *Sarte.* *Loir.* *Mayenne.* *Loire.*

In ripa Meduana tuis marcere perosus
Andus, iam placidâ Ligeris recreatur ab vndâ.

At Guillelmus Brito planissimè illam describit Philip. l. 10. iisce versibus,

Vrbs quâ dimittor vix, aut ornatior vsquam
Esse potest, clari vel clarior vbere Bacchi,
Quam Liger *argento prælucens ambit ab Austro*
A Boreâ rubens mediam Meduana *pererrat,*
Qui suus inde fluens quasi per duo millia lapsus,
In Ligerim *nomen perdit mutatque colorem.*

Episcopali dignitate, Ducatu, Academia, Conuentu Iuridico, aliisque prærogatiuis insignis est.

Conuentus Planiaci. 2. In Aquitania Illustriss. & Generosiss. *D. Federicus de Foxo, Gursonij & Flexij* Comes, &c. eiusque consors Nobiliss. & pientiss. fœmina *D. Carolina de Caumont de Lausun*, villam suam Planiacensem ad inædificandum Cœnobium *de Foix.*

Christiana

1615. Christiana pietate nostris cesserant, pactis insuper ad Cœnobij ædificationem & annuos ad vitæ necessaria redditus quæ duodecim è nostris satis essent. Factum id sub die XVIII. mensis Iunij, *R. P. Iacobo Berthon* Prouinciali acceptò referente, atque ab illa deinceps die rusticam domum quam diximus, religiosæ habitationi adaptatam nostri incoluerunt, dum *Federicus* Fundator in amplissima quæ subest area nouum & permansurum opus curat. Nomen inditum à Natiuitate Deiparæ Virginis Mariæ. *Planiacum* autem, à planitie quam insidet vt videtur dictum, à *Vesunnâ Petragoriorum* leucis XI. ad Occid. distat, à *S. Fida* municipio & flumine *Duranio* II. à Carthusiâ *Vallis-Clara* ad *Ellam* fluu. itidem II. ab *Ella* ipso & *Monpontio* oppido vnica, à Castro *Gursonio*, quod habet ad Austrum II. pass. mill. ab Vrbe *Liburnio* præclarè à Massono laudatâ, vbi *Ella Duranio* iungitur leucis V. in Occ. à *Burdegalâ* metropoli X. ab *Albaterrâ* quæ Cœnobio nostro insignis est VI. in Septentr. Frystrà villam nostris donatam per singula describerem, instar omnium esse debet quod Illust. Comiti fuerit in deliciis. At verò *R. D. Franciscus de la Beraudiere* Petrocoriorum dignissimus Antistes, non solùm, nostros in suam primùm diœcesim aduenientes perhumaniter & gratiosè accepit, sed, cùm *Planiacum* in districtu ruralis, vt loquuntur Parochiæ S. Martini de Eremo constitutum sit, eam Ecclesiam nostris contulit, sub die X. mens. Nouembris an. 1618. ac decennio post *Vrbanus* Papa VIII. eam vnionem ratam ac perpetuam esse Pontificio Rescripto sanciuit. 1615.

Plagnac. Perigueux la Dordogne Ille.

3. In *Belgio, Saluagius* Generalis Vicarius institutus, res nostras *Antuerpiâ*, quo solùm loco nupertimè steterant, longiùs protulit. Res sic habet, Excellentiss. & Gener. Princeps *D. Carolus à Lotharingiâ* Dux *Albæ-malæ*, in aula Principum Belgarum versatus, ex quo Gallias deseruerat, seque bellorum tempestati & factionibus subduxerat, nostrorum hominum aduentu vehementer delectatus, cùm iis familiariùs agere cœpit, atque imprimis *Saluagij* consuetudine captus, tum etiam deuotione in B. P. N. ductus, exemplo denique animatus Lotharingorum Principum, illos apud se habere constituit. Erat ei prædium præcipuâ magnificentiâ excultum in proximâ *Bruxellæ* villâ cui nomen *Anderlacum*, in quod quidem solebat secedere longioresque moras ibi trahere animi recreandi gratia. Nostros igitur eo loco habere voluit, vt dum ab Aula diuertebat præstò essent quibuscum de rebus ad animæ salutem spectantibus colloqui & agere posset, adeoque per tempus id consecutus est vt abstracto paulatim à deliciis secularibus animo verum de rebus diuinis sensum imbiberit, & qui mortis vel leuissimam mentionem exhorrebat se ad eius cogitationem seriò & sponte applicauerit. Sed hæc non vrgemus qui solam Cœnobij fundationem persecutamur. Igitur beneficentissimus Princeps quo firmior esset Sodalitij nostri apud Anderlacum institutio, pientiss. & lectiss. Principissam *Annam* filiam suam, in Aulâ Belgicâ tunc agentem, in eandem secum mentem induxit, fecitque vt illa se in solidum etiam obligaret, pactis conuentis ad diem XVI. mēns. Nouembris; ex quo locum nostris prouidit in eadem villâ quem nostri hodieque incolunt hortis florentem, aquis irriguum, angusto quidem domicilio leuioriſque operis inædificato, sed cui spes est cum tempore splendorem non defuturum. Anteâ tamen nostros in ipsa domo sua per aliquod tempus hospitio mensaque acceperat. Nomen à patrono suo *S. Carolo* esse voluit eidem Cœnobio, ad quod etiam transferri curauit *S. Caroli Borromæi* manipulum, quo inter sacra beatus vir vti solebat & quem Illust. & Generos. *D. Philippo Lamoraldo à Gandauo Villanio Isenghenij* Comite, *Gandauensi* Vicecomite, &c. interuentore, ab Illust. & *R. D. Federico Borromæo* Mediolanensi Archiep. & S R. E. Cardinali promeruit. Delatus is ad Illust. & *R. D. Asconium* ..... Archiepisc. Barensem, & Canusinum per Belgium Nuncium Apostolicum nostris traditus est die VI. Aug. an. 1616. & solemni ritu in æde nostra Anderlacensi repositus, quæ tam illustri sanctoque pignore nunquam non gloriabitur. Eius meminit *Miræus* in Fastis Belgicis & *Raissius* inter Ipsana Belgica illum quoque recenset. Consimilem esse stolæ quæ an. 1617. ad Ecclesiam Parochialem S. Iacobi Maioris Parisiensis transmissa est nostri tradunt. At de stolâ ipsâ editus gratula-

Connentio Anderlaci.

Anderlecht.

Digitized by Google

1615. torius libellus hac inſcriptione, *Cor Galliæ exultans in S. Carolum, &c.* prodiit *Pariſiis* ex typographiâ *Petri Durand* an. 1618. qui relegi poteſt. Præter hoc autem pignus, alia plura cum Munificentiſſ. Princeps, tum noſtri in eadem æde collocarunt. Ea Raiſſius in ſuo Hierogazophylacio vniuerſa comprehendit, & ex Indiculo repræſentauit in h. m. 1615.

Minimi Patres Ordinis S. Franciſci à Paula Anderlaci iuxta Bruxellam:

Partem oſtendunt notabilem Ligni Crucis, quam Dominus eiuſdem Monaſterij Fundator Dux Aumaliæ munificentiâ ſuæ Celſitudinis erogauit.

Notabilem oſſis ſacri corporis portionem S. Franciſci à Paulâ eiuſdem Ordinis Patriarchæ, qui anno ſalutis 1507. ſecundâ Aprilis ex hac vita migrauit.

De veſtimentis eiuſdem,

Et partem funiculi ſiue zonæ,

Ac lecti ipſius aliquot paleæ.

Ab iiſdem etiam aſſeruatur manipulus integer ſanctiſſimi Card. Caroli Borromæi, quo in incruento Miſſæ ſacrificio vſus fuit.

Os S. Abel Archiepiſcopi Remenſis. Hic natione Scotus S. Rigoberto coæuus eique quod nonnullis placet coadiutor datus. Agitur natalis eius v. Aug. Relegendus Molanus in Natalib. SS. Belgij, Flodoardus lib. 11. c. xvi. hiſtor. Eccleſ. Remenſis, Coluenerius, & alij.

Oſſa illuſtrium Chriſti Martyrum Criſpini & Criſpiniani.

Commonſtrant præterea pulchram admodum Caluariæ partem S. Dragonis opilionis. Hic oriundus *Spineto, Seburgi* in Eccleſia S. Martini depoſitus præcipuam illic veneration habet. Obiit an. 1186. xvi. Calend Maias. A calculoſis ſalutariter inuocatur. Eleuatus eſt an. 1612. iii. Id. Iunij. *Eſpinoy. Seburg.* duab. leucis à Valenemia.

Os ſolidum & magnũ vnius inuicti Martyris è legione Thebæâ ducè & coryphæo Mauritio.

Os D. Victoris. Hic miles & Martyr Maſſilienſis, cuius natalis xii. Cal. Aug. celebratur. Victorini Pariſienſes ſuſceptionem reliquiarum eius agunt xv. Cal. Iulij.

Portiunculam calcei S. Annæ genitricis Deiparæ Virginis Mariæ magna item habent in reuerentiâ. Hic ex Raiſſio indiculus, quem paucis ad notitiam additis aſcripſimus. Nec ſine mercede Principum illa pietas & munificentia conſtitit, *Anna* enim cum patre Fundatrix Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo *D. Henrico à Sabaudiâ* Duci Nemoroſi & Geneueſij nupta, voto prolis gratiâ nuncupato per merita B. P. N. cuius tertium vt vocant Ordinem ſuſceperat, exaudita eſt, & fulgentiſſimum puerum enixa cui ob eam cauſam *Franciſci-Paulani* nomen fuit. *Carolus.* Fundator poſt annos aliquot viuis exemptus apud hoſpites ſuos hoſpitium inuenit. Porrò *Anderlacum* vicus eſt quingentis à *Bruxellâ* paſſibus extra portam ab eo Anderlacenſem dictam, cuius ad maiorem notitiam, caput xc. libri de Canonicorum Collegiis autore Miræo tranſcribendum putaui. Sic igitur habet: *Sanctus Guido Confeſſor, in pago Brachbantenſi, tugurio ruſticano & paupere domo, natus, oculis parentum furabatur in primæua ætate certas horas quibus Eccleſiam oraturus adiret. Nec hilarem eum vlla dies videbat, niſi prius aut oraſſet aut eleemoſynam protuliſſet. Eccleſia Beatæ Mariæ in* laken, *hodieque miraculis celebri, haud procul à Bruxellâ, multis annis ſeruiuit velut alter Nepotianus, eam floribus & ramis exornans, omnia in nitore conſeruans, atque in omnes cæremonias piè ſollicitus. Poſtea per ſeptem annos peregrinatus eſt Romam, Ieroſolymam, & ad alia Sanctorum loca. Vnde* Anderlacum *reuerſus, peſte inguinaria ſæculi ærumnas conſummauit, ſepultus in cœmeterio an.* 1112. *Sed Deo ſanctum ſuum per crebra miracula mirificante,* Gerardus *Epiſcopus ſucceſſor* Lietberti *eum eleuauit in Natiuitate Baptiſtæ, & ex confluentium oblationibus bona Baſilica ſuper eius tumulum eſt ſumptuosè ædificata, in qua Canonicorum octodecim celebre Collegium à Domino* Gaſbecano *inſtitutum & dotatum, diuina officia reuerenter peragit. Locus dicitur* Anderlacum, *& à recentioribus* Anderlechtum, Bruxellenſibus, *apud quos indigena iure ciuium gaudent vicinus. Sic fere Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij.* Quæ nos fruſtra quidem non commemorauimus, ſi maior ex hoc quæ debetur *Anderlaco* gloria conſtiterit. Non omittendum poſt omnia Illuſt. & *R. D. Matthiam Houium* Archiepiſc. Machlinienſem

Anderlacenſis

Digitized by Google

Anderlacenſis domus noſtræ primordia magna beneuolentiæ ſignificatione pro- 1615.
1615. ſequutum fuiſſe.

4. Pergamus ad reliqua. Itali noſtri qui *Apuliam Peucetiam* incolunt, eius re- Conuentus Bitonti.
Bitonto, Butonto. quaſi *Bontoto.* gionis vrbem primariam inſederunt, *Butuntum* dico, quam alluſione ad hodiernum nomen incolæ quaſi Bonum totum nuncupatum volunt. Leander Albertus apprimè nobilem, opulentam ac frequentem deſcribit. Marchionatus dignitate floret. Epiſcopum habet Barenſi Archiep. ſuffraganeum. Ab ora maris recedit aliquot millibus, ſitaque eſt inter *Rubum* x. & *Barium* VIII. paſſ. mill. Ager omnibus cùm ad vtilitatem, tum ad voluptatem vitæ diffluit. Ad eam vrbem noſtros deduxit *R. P. Hieronymus à Bitonto*, qui ciuium ſuorum liberalitate adiutus extra portam Barenſem versùs mare Cœnobij fundamenta poſuit, eique nomen indidit *S. Michaelis Archangeli*, atque in eo dum opus perficitur ſedecim tantùm inhabitant.

5. Campani nondùm à Lotharingis diſiuncti prædio apud *Baſſingium* acce- Conuentus Baſſingij.
pto, & hæredes ex aſſe inſtituti à Nob. & Gener. *D. Hercule de la Foreſt* Cœnobium in eo vico ædificarunt. Et *Hercules* quidem Fundator Gubernatoris apud Marſalum Locum-tenens pientiſſ. coniugi ſuæ ad conſimile pietatis opus
Baſſing. præiuit, vt ſuo tempore meminerimus, vterque verò improlis deceſſit. *Baſſingium* porrò ignoti nominis vicus eſt, Lotharingicæ ditionis, in præfecturâ quam vocant Alemaniæ & Diœceſi Metenſi, quingentis tantùm paſſibus à
Dieuez. *Decempagis*, vnde magna opportunitas eſt ad populorum ſalutem procurandam.

6. Sed vt parem initio finem faciamus ad Turonenſes regrediendum qui Conuentus Exolduni.
agente Camarto *Exoldunt* ſedem fixerunt. Ille nimirùm ab ann. ſuperiore & 1614.
die XVII. menſis Decembr. cùm per Aduentum conciones haberet, in ciuitatem publico decreto acceptus eſt, familiamque hoc demùm anno deduxit, & in domo, cui *Alaudæ* nomen, collocauit. In ea domo ad diem XXII. menſ. April. 1618.
an. 1618. noſtri permanſerunt, quo tandem in Vrbem migrauerunt, & domum iuxtâ viam S. Mariæ ad aliquod tempus incoluerunt, interim namque in ſuburbio cui à *Roma* cognomentum eſt Cœnobij fundamenta iacta ſunt, quod factum Calendis Septemb. an. 1624. cùm primarius lapis in Eccleſiæ fundamen- 1624.
ta non ſit miſſus niſi an. ſequen. & die XIV. menſ. April. Cuius quidem operis 1615.
de Miolans, de Cheuriers. ſuſcipiendi, cùm ad illud tempus magnis rerum anguſtiis coarctati noſtri fuiſſent, autorem ſe præbuit Nobiliſſ. & lectiſſ. fœmina *D. Gaſpara de Miolans de Cheurieres*, ob ſpem prolis per merita B. P. N. impetrandæ, quæ vana non fuit.
de Beaufort. Camillac. l'Aubeſpine. de la Chaſtre. Et *Gaſpara* quidem primùm Nobil. & Gener. *D. Ioanni Bellifortio* Marchioni *de Camillac* nupta; abeo relicta, Nobil. item *D. Carolum Albaſpineum* Domin. *Caſtri Noui* accepit, à quo cùm videretur prolem non ſublatura votum nuncupauit B. P. N. quod irritum non fuit; atque hoc viam vniuerſæ carnis ingreſſo tertias nuptias celebrauit, cum Nobiliſſ. & Gen. *D. Henrico Caſtræo Nancei* Comite, qui cum ea in dicto Cœnobio noſtro voluit ſepeliri, hoc ibidem Epitaphio:

Equiti Generoſiſſimo Henrico Caſtræo *Nancei Comiti, & præſtantiſſimæ fœminæ* Gaſparæ de Cheurieres *ipſius dilectiſſimæ coniugi.*

Quid moraris lector, & miraris per-illuſtrem Henricum Caſtræum *Nancei Comitem relicto veteri, atque domeſtico auorum ſuorum mauſolæo ad hæc anguſta* Iſoldunenſium *ſuburbia peregrinum ſepulchrum elegiſſe? Fecit hoc religioſorum Patrum quos mirum in modum venerabatur pietas, Ciuium quos vnicè diligebat comitas, &, quod ſummum viſum eſt, præſtantiſſimæ* Gaſparæ de Cheurieres *coniugis de ſe bene meritæ hîc primùm ſepultæ indiſſolubilis amicitiæ nodus, vt quam in viuis habuit integerrimam lecti & caſti amoris ſociam, eandem in mortuis geminato amore ad expe-*

1615. *Ætationem æternæ fælicitatis coniunctam, ſibi retineret in diuina domo conſortem. Moritur* Gaſpara XIII. *menſis Iulij anno* 1624. Henricus *verò* Caſtræus VIII. *Ianuarij* 1628. *ætatis ſuæ* 54. Simon *verò* Paulinus *quem viuus piæ ſuæ voluntatis conſcium fecerat, eundemque nondum ætate ſatis maturo vnico ſuo filio cariſsimo* Edmundo Caſtræo *moriens ſingulorum bonorum adminiſtratorem teſtamento creauerat, commune defunctorum corporibus monumentum in hac æde ſacra ſedulo curauit, quorum animæ ſimul in cælis æterna pace fruantur.* 1616.

Fundatricibus aſcripta *Gaſpara* in Actis Prouincialibus apud Turones anno
1623. 1623. quæ gratia poſthæc etiam ad *D. Franciſcam Mariam Albaſpineam* eius F. ſed quoad vixerit prorogata eſt. In Cœnobium illud noſtri nonniſi ad XXV.
1628. menſis Iunij an. 1628. tranſierunt, delato magna cum pompa S. Sacramento, Vrbicis Quatuorviris vmbellam prætendentibus, omni Clero præcinente, populo comitante, ac eo planè ritu quo ſolemnior eſſe non poſſit. Illuſt. & *R. D. Andræas Fremiot* Patriarcha & Archiepiſcopus Bituricenſis morum ſuauitate, atque quod maius eſt ſanctitate percelebris & Pontificia maieſtate venerandus, omnem gratiam opemque noſtris exhibuit, quod pluribus poſthac argumentis eluceſcet. Eſt verò *Exoldunum*, ſeu *Exſoldunum*, aut etiam *Exolidunum*, & quod quibuſdam placet *Vxellodunum*. Cæſari notum agri Bituricenſis præclarum oppidum, Canonicorum Collegio, & Abbatiâ B. Mariæ Ord. Benedicti ni nobile, leucis VIII. ab *Auarico Biturigum* metropoli Occaſum versùs, inſidet modico amni quem *Theolium* dicunt, is inde in *Carum* defluit, accipitque *Tornaminam* contra ſolis ortum quod rarum eſt fluentem. De hoc oppido Guillelmus Brito in Philippide, *Fremiot.* *Exoldun.* *Thol.*

——— *nobile caſtrum*
Vxelloduni ſibi ſubdit impete primo
Cum patria tota tam diuite, tamq; potenti,
Vt ſibi ſufficiat, &c.

At noſtri apud *Exſoldunum* Cœnobij meminit V. Clar. D. Claudius Robertus in Bituric. n. 98. & inter Abbatias V. *Exſoldunum*.

Ob. Soror. Barbaræ Mineſi. 7. Hoc eodem anno apud Panormitanos noſtros meliori & permanenti vitæ reddita eſt beatæ memoriæ Virgo Soror *Barbara Mineſia*, quæ annos 58. in duriſſimo vitæ genere ac multum exercitato peregit, quoad, viribus corporis deficientibus, infracto tamen animo ſemperque ad diuina erecto, in expetitum cœleſtis ſponſi conſortium, relicto non obſcuræ ſanctitatis nomine ac odore, ad diem XV. menſis Iunij recepta eſt. Multæ eius virtutes celebrantur, de quibus præter inſtitutum noſtrum ſigillatim non dicimus. *Mineſ.*

An. M. DC. XVI.

1616.

Conuentus Carnoti. 1. IN multis huic anno cum ſuperiore conuenit. Nam & Turonenſes ferè paria, Itali verò Belgæ ac Lotharingi paria omninò fecerunt. Hiſpani & Prouinciales Galli nouo præterea incremento hunc annum adauxerunt. Ea reticeo quæ ob incertam originem ad alterum annum habemus reiicienda. Sed ad rem. Illuſt. & *R. D. Nicolao Thuano* Carnutum Epiſcopo in vrbem ipſam Carnotenſem noſtri accepti fuerant, & quoad ſibi domum compararent eodem Reuerendiſſimo procurante apud *S. Vincentium* (cuius nominis Prioratus eſt in Vrbe) conſederant, ſed cum an. 1593. poſt vrbis obſidionem afflictæ ciuium fortunæ nullam ſpem reliquam feciſſent vlterioris beneficentiæ, tempori cedendum fuit, quod vltrò à noſtris factum qui poſt ſolutam obſidionem vrbe abierunt. At hoc demùm anno Nobil. & *R. D. Yuole Breton*, cathedralis apud Carnutes Eccleſiæ Canonicus, *Belli-loci maioris* Prior, à ſacris Regis largitionibus, cùm animum adieciſſet ad aliquod pium opus perficiendum, de noſtris *de Thou.* *le Breton.*

in

Digitized by Google

1616. in vrbem reuocandis & ſtabiliendis cogitauit. Et reuerâ quidem luculentum & commodum prædium, ad præterfluentem *Anduram* amnem, in ſuburbio, cui à *Guillelmo* nomen eſt, *R. P. Ægidio Camarte* cum annuis nonnullis prouentibus obtulit. At ille vt erat impiger ad res Ordinis procurandas familiam quantocyùs in eum locum deduxit, quæ cœpit ibi habitare à die XXVI. menſis Martij, quo peruigilium Dominicæ in Ramis incidebat. Emigrandum tamen inde poſt annum fuit vt ſatis Ciuibus fieret, qui parari propugnaculum ad vrbem oppugnandam ſi eo loco Eccleſia conderetur ſibi perſuaſerant palamque cauſabantur. Eâ igitur de causâ in vrbem tranſgreſſi noſtri coëmpta domo, infra Eccleſiam parochialem *S. Andreæ*, cui Crates, hoc eſt vt vulgus loquitur *les Treillis* nomen erat. Rem probauit *R. D. Philippus Huraltus Chiuernius* Carnutum Epiſcopus, qui & an. 1619. primarium Eccleſiæ lapidem benedixit, quem die XXIII. Decemb. Illuſt. & Nobiliſſ. *D. Carolina-Catharina Trimollia* Condæi Principis vidua, in fundamentis ſolemni apparata collocauit. Eccleſiam exædificatâ B. Virgini Aſſumptæ, *R. P. Leonorius d'Eſtampes Valençay* Philippi ſucceſſor ad diem XXIV. menſis Maij an. 1628. dedicauit, inunxit, conſecrauit. *R. D. Yuo le Breton* Fundator, ius ipſum fundationis, prout illi cum noſtris conuenerat, ad Nobil. & Cl. V. *D. Ludouicum de la Pouſtote* præſidialis apud Carnutes fori Senatorem tranſmiſit, diemque demùm obiit ad 11. Iunij an. 1622. & in ſacello quod ſibi viuens poſuerat ad læuam maioris altaris conditus eſt. *Carnotum* autem, *Carnutum*, ſeu *Carnotena* ciuitas, à *Carnotibus* populis dicta, quibuſdam *Autricum* Ptolomæi videtur, quod plures non probant. Sita eſt ad fluuium *Aduram*, ſeu *Anduram*, aut etiam *Aucturam*, qui è *Pertică* regione *Carnuto* proxima delabitur, & in *Sequanam* ad *Pontem arcuatum* ſe exonerat. Guillelmus Brito Philippid. l. II. eam præclariſſimè deſcribit his verbis:

Hurault de Chiuerny.

de la Trimoüille.

de la Pouſtote.

Chartres. Eure. Perche. Seine. Pont de Arche.

1616.

Vrbs quoque Carnutum, quam Ciuis tàm numeroſus,
Tamq; potens Clerus, & tam prædiues, opimant,
Eccleſiaq; decus, cui ſcemate, mole, decore,
Iudicio par nulla meo reperitur in Orbe.
Quam, quaſi poſtpoſitis ſpecialiter omnibus, vnam
Virgo beata docet Chriſti ſe mater amare,
Innumerabilibus ſignis gratoq; fauore
Carnuti dominam ſe dignans ſæpè vocare,
Cuius & interulam cuncti venerantur ibidem,
Qua veſtita fuit cum partum protulit agnum.

Et verò ſpecialis propria *Carnoti* gloria eſt templum à Druydibus Virgini parituræ fuiſſe dedicatum apud ſe, qua de re Ioannes Bonifacius, Sebaſtianus Roüillardus, & alij ſcripſerunt ex profeſſo. Scaliger autem hoc carmine:

Secula communes habeant ſibi cætera laudes,
Vina, feras, ſegetes, mœnia, bella, forum:
Huc ſua contulerunt omnes arcana Sibyllæ
Cum dicta eſt Virgo quæ paritura foret.
Credidimus prius atque fuit. ſi credere vita eſt:
Sic nos, quam eſſemus antè fuiſſe palam eſt.

Iconem dederunt Belliforeſtus, Braunius, & alij. Videndus Robertus in Epiſc. Carnotenſ. qui & Cœnobij noſtri n. 103. meminit.

2. Et hoc quidem ſucceſſu Turonenſes in vrbem illam accepti cum per Italos Apuliæ Peucetiæ incolas fortuna excepit. Hi *Butunto* vbi ad alterum annum venerant, *Barium*, quod in proximo eſt, vt diximus, tranſierunt. Vrbs ea eſt totius regionis primaria, cuius vniuerſæ tenet principatum, eique nomen ab ſe terræ Barianæ largitur. Nulla eſt, pulchritudine, aut populi frequentia, ſeu denique agri prouentu, aut maris piſcatione, celebratior. Templum habet auguſtiſſimum & *S. Nicolai Myræ* Epiſcopi memoriâ præſtantiſſimum. Archiepiſcopali dignitate fulget. Regum Siciliæ & Neapolis inauguratione olim conſecrata eſt. Abeſt *Neapoli* cl. paſſ. mill. *Barolo* XXX. in Ortum, *Tranio* metropoli altera XX. *Mola* X. in ora eadem. Ad illam traducti ſunt noſtri beneficio

Conuentus Barij.

Digitized by Google

1616. Nobil. *D. Franciſci Manipuli* Capurſienſis, de quo ad an. 1612. diximus. Cœnobium quingentis ab vrbe paſſibus poſitum eſt, nomenque habet à *B. P. N. Franciſco*, quem peculiari ſtudio Barenſes colunt, atque venerantur. Inhabitant octodecim è noſtris non ſine ſpe maioris multitudinis. Autor eius accipiendi fuit *R. P. Hieronymus à Butunto* Prouincialis, quem anno ſuperiore laudauimus. 1616. *Manipulo.*

Conuentus Spetiæ. 3. Sed & Ligures *Spetiam* ad IX. Iunij hoc anno immigrarunt, agente *R. P. Adeodato Lomellino* Prouinciale, qui ex bonis à *P. Philippo Sermello* causâ religionis profitendæ legatis, aliiſq; ab ipſis Genuenſibus noſtris vltrò collatis emendum fundum ædeſque procurauit. Eccleſia poſt annos aliquot conſtrui cœpit ſub titulo *B. P. N. Franciſci*. Opus elegans & affabrè factum piorum eleëmoſynis in dies procedit. Inter præcipuos Benefactores habetur Nobil. & Clar. *D. Ioannes Campus*. Eſt autem *Spetia*, ſiue *Spedia* vicus peramœnus, ſeu mauis oppidum in orientali Genuæ plaga IX. inde milliarib. vbi Ligures Etruſcis contermini ſunt antè ducentos, & qui excurrunt annos muris cinctum & ſitum circa medium *Sinus Erycu*, vt Geographis recentioribus placet. Pronuper autem noſter *R. P. Franciſcus Maria de Agrifoliis*, primam nobis eius Cœnobij originem per litteras ſuas indicabat, noſque inſigni labore ſuo peramanter iuuabat. *Campi. Spetiæ. Spetza. Portus Veneris.*

Conuentus Bruxellæ. 4. Belgæ, ſeu veriùs Galli apud Belgas inſignem ſuæ operæ fructum & ipſi retulerunt. Conſilium iam olim fuerat Nobil. & pientiſſ. fœminæ *D. Helenæ de Sermoiſe*, viduæ Nobil. & Strenui Equitis *D. Nicolai de Rieux* Vrbis Laudunenſis & Caſtri Petræ-fundi Gubernatoris, quæ in Belgium ob triſte fatum chariſſimi mariti è Galliâ ſeceſſerat, noſtros in eam regionem traducendi, quod quidem cum *R. P. Claudio du Vinier* Franciæ tum Prouinciali communicaſſet, res tamen infecta vſquedum abiit, cùm ſcilicet illuc venit *R. P. Ioannes Saluagius*, ille enim *Bruxellæ* in Aulâ cõciones habiturus, hoſpitio vſus eſt lectiſſ. ipſius fœminæ *D. Helenæ Sermoiſiæ*, quoad illa conſilio animique propoſito effectum reſpondere prouidit, pactis conuentis ad fundationem ſub die XXIII. menſ. Iunij hoc eodem anno. Comparatâ igitur domo amplâ & ſatis magnificâ, in eâ Vrbis regione quæ *Sabulum* dicitur, vnde proſpectus eſt in agrum latiſſimus & iucundiſſimus proximè ad palatium *Burnonuillij* Ducis, ad annos plures noſtri ſe continuerunt, ſuppreſſo interim Fundatricis nomine quod ipſa enunciari ſeriò vetuerat. Inter hæc de condendo quandoque ſacello ſub nomine B. P. N. *Franciſci*, V. Clar. & *R. D. Iulianus le Goix* Pariſinus Sacerdos, qui ſe in Belgium ab obſidione Pariſienſi receperat, pepigit, nec eâ largitione contentus poſt pia quædam legata noſtros ſibi ex aſſe hæredes teſtamento inſtituit. Cauit autem de ſacelli fundatione à die XXVI. menſ. Septemb. hoc eod. an. 1616. non obiit tamen ante an. 1625. die Martij XXV. ex quo teſtamentum quod condiderat locum habuit. His initiis ſubſiſtebat Bruxellenſis domus, & aliæ duæ Antuerpienſis videlicet atque Anderlacenſis, cùm *Romam* ad Generalia Ordinis Comitia ventum eſt, nec adeò hæc contemnenda viſa ſunt quin de Prouinciâ per Belgium erigendâ conuenerit, tùm vt poſſent exordia illa commodiùs excoli, tùm vt maior ad proferendum Ordinem opportunitas daretur. Nec ſpes eos fefellit qui hæc animo præoccupauerant, delectus enim in Prouincialem *R. P. Claudius du Vinier*, vt erat ſtrenuus, induſtrius & potens ſermone ac opere, mirum quantum intra breue tempus res noſtras in ea regione promouerit. Audito eius aduentu, ſummiſſi à Sereniſſ. Principibus exploratores qui penitiùs perſcrutarentur, quæ mens, qui ſpiritus quæ pietatis exercitia noſtris eſſent, ſi denique omnia apud eos rectè agerentur, vt enim erant ſtudioſi Principes amanteſque pietatis, ita nihil volebant autoritate ſua ſtabilire aut fauore proſequi, quod non ſanctum ſuiſque ſalutare probaretur. Quibus id datum erat ſedulò incubuerunt vt in omnia penetrarent & inquirerent, nihilque omninò fugeret eorum quæ ad inſtitutum noſtrum & viuendi rationem facerent, quæ cùm ſingula fidem publicam & opinionem excedere viſa eſſent certoque deprehenſa & pro rei veritate apud Principes commendata, *de Sermoiſe de Rieux.* *de Goix.* 1616. 1625.

Digitized by Google

1616. data, multam noſtris gratiam conciliauerunt. Et Principes quidem *Albertus & Iſabella Clara Eugenia* continuò noſtros in ſuam ſingularem fidem, dilectionem, & protectionem acceperunt, & facultatem fecerunt per ſuas vbique ditiones Cœnobia inſtituendi, condendi, ſtabiliendi, dato ad omnes & ſingulos Prouinciarum ditionumque præfectos, magiſtratus & iudices mandato, vt ad id opem ſuam ſtudiosè conferrent litteris *Bruxelle* perſcriptis ad diem VII. menſis Aprilis an. 1618. Populi verò ſuum in noſtros ſtudium pluribus quæ 1618.
dicenda à nobis ſunt argumentis explicauerunt. Imprimis verò *Viuierum* ea gratia complexa eſt, qui aliquanto poſt tempore in Principis Eccleſiaſtem, attributis in ſingulos annos copioſis & liberalibus ſtipendiis quæ in vſum Cœnobij cederent, certâ ipſius Principis electione cooptatus eſt, quod erit cùm ampliùs memorabimus. Sed res apud *Bruxellam* geſtas modò exequamur. Poſtquàm in ea quam diximus domo longas moras egiſſent noſtri, aream ipſi domo inferiorem, amplam certè ac ſpatioſam, ſed publico luſtro fœdam & infamem, vt exactâ impuriſſimâ fœce, quod boni omnes gratulabantur, auguſtum pietatis ſacratium excitarent magnâ pecuniâ redemerunt. Diſiectis ergò fœtidis fornicibus, locus religioſo domicilio & ſacræ ædi an. 1621. cœpit deſignari, ef- 1621.
foſſiſque fundamentis Eccleſiæ, primarius in ea lapis à Sereniſſimâ Infante *D. Iſabellâ Clarâ Eugeniâ* miſſus eſt, delectâ ad id die VI. menſis Aprilis ab Archiduce *Alberto*, qui in pluuia tempeſtate ſerenam eam diem fore, ſibiq; poſtremam qua poſſet palatio progredi optimus Princeps diuino quodam afflatu prædixerat, vt reuerâ fuit. Mittendum in fundamenta lapidem ſolemni ritu aſſiſtentibus cum Aulâ ſuâ & innumerâ populi multitudine Principibus bene-
de Sanſeuerino. dixit Illuſtriſſ. & *R. D. Lucius Sanſeuerinus, Salerni* Archiepiſcop. per Belgium Apoſtolicus Nuncius, ac poſtea in Cardinalem à *Gregorio* XV. ſub die 21. menſ. Iulij an. 1622. creatus. Præſtò fuit in Principum comitatu Illuſt. & *R. D. Al-* 1622.
de la Cuena. *phonſus de la Cuena* S.R.E. Cardinalis & Hiſpaniarum Legatus, cum Ciuico Magiſtratu, atque hi tum reliqui omnes amoliri ab eo loco publicum dedecus, & tàm ſanctè probroſam aream inaugurari geſtiebant. Importunè autem rebus noſtris accidit, vt ipſe optimus Princeps & noſtrorũ apprimè ſtudioſus, prout præſagierat animus, ad XII. menſis Iulij proximè inſequentis de medio tolleretur, in illo enim publico luctu deſtituendum opus fuit cui præcipuum columen erat ſubductum, nec antè annum 1624. repetitum fuit, poſtquàm ſcilicet *Helena* Fundatrix ad eam rem bona ſua moriens legauit. Et quidem illa
de Mon-gaillard. Perſin. conſilio R. admodùm & beatæ apud ſuos memoriæ *P. Bernardi de Mon-gaillard* Abbatis *Aureæ-Vallis* fundationem aggreſſa, eodem autore teſtamentum in noſtrorum fauorem gratiamque condiderat, eo tamen abſente ſcriptis codicillis nonnihil mutauerat, additâ ſemper exceptione ſi à prædicto R. D. Abbate illa mutatio probaretur, quam ille vt facilè deprehendit maleuolorum arte ſuggeſtam fuiſſe, nihil cunctatus codicillos in vniuerſum reſcidit, & teſtamento eſſe ſtandum expreſſis litteris declarauit. Noſtri certè religiosè colunt venerabilis viri memoriam, & quaſi alterum Fundatorem habent, vt qui reuerâ præcipuus incentor fuerit nobili fœminæ ad eam fundationem præſtandam, nec ipſe priuatim defuerit numeratâ ex ſuo pecuniâ in fundationem annui ſacri, quod die S. Bernardi peragatur. Obiit autem *Helena* Fundatrix
Vide Menolog. Ciſtercienſe die VIII. Decemb. obiit tamen *Bernardus* VIII Iunij 1628.
die XXIV. menſ. Octobr. 1623. apud noſtros condita, & elata indutis veſtibus 1623.
Monialium Ordinis noſtri, prout illi cum noſtris conuenerat. Poſt quadrageſimum diem magnificentiſſimæ illi exequiæ per noſtros celebratæ, quas fruſtra deſcripſerimus. Denuò poſt hæc reſumptum opus breui ad eam amplitudinem aſſurrexit & magnificentiam, vt in paucis par huic Cœnobium inueniatur. Nomen inditum à *B. Virgine* ac *S. Stephano* protomartyre, pro Fundatricis voto & pacto. Sacris pignoribus Eccleſia gaudet pluribus quàm à *Raiſio* numerantur, ille tantùm habet duo integra brachia inclytorum Martyrum legionis Thebeæ *S. Mauritio* anteſignano, aliorum nos in præſens haud meminimus. Porrò
Bruſſelle. *Bruxella*, quod ſupereſt vt dicamus, Ducum Brabantiæ olim & nunc Principum Belgarum ſedes, Vrbs eſt cœli amœnitate, fontium copiâ, ædificiorum

Digitized by Google

1616. ſplendore nobiliſſima. Situs illi inæqualis, quâ declinat in planitiem *Senna* fluuio ab Hannoniâ decurrente irrigatur. Habet inſuper alueum manufactum, incredibili induſtriâ & labore ad *Rupelam* amnem perductum. Eius decora & hiſtoriam ſingularibus libris viri magni perſecuti ſunt, vt fruſtrà in eodem argumento ampliùs hæreamus. Diſtat *Antuerpiâ* leucis VIII. *Louanio* IV. quot *Mechliniâ*, cui in ſacris paret quòd ante iam, cum de *Anderlaco*, indicauimus. 1616.

Conuentus Nomenij. 5. Lotharingi poſtmodùm ſuas partes habuerunt, quibus ſcilicet domum ſuam, ad Cœnobium extruendum, piæ & deuotæ Sorores Nobil. D. D. *Ioanna & Mathildis Durre de Theßieres* apud *Nomenium* ceſſerunt, quibus propterea ius primariarum Fundatricum in Comitiis generalibus arrogatum eſt. Multis tamen cùm oppidanorum tum adcolarum erogationibus opus conſtitit, quibus etiam hodieque viuunt qui inhabitant. *Nomenium* autem, ſeu *Nomeniacum* oppidum eſt Marchionatus dignitate clarum, ſitum ad *Saliam* fluuium, cui & *Meta* inſident, *Nomenio* in Septentrionem leucis inde IV. quot & à *Nanceio* in Meridiem. *R. D. Nicolaus Coëffetellus* ex Ordine Prædicatorum *Dardaniæ* Epiſcopus, & Illuſt. ac *R. D. Henrico Borbonio* Metenſis Eccleſiæ Antiſtiti ſuffraganeus, vir eximius, Theologicæ facultatis & facundiæ in ſcribendo gloria ſummus, hoc noſtris incrementum gratulatus eſt. Atque hactenus parem cum anteriore ſucceſſum hic annus habuit. *Durre de Theſsieres.* *Coëffetcau.*

Conuentus Xabeæ. 6. Sed age videamus, quibus per Hiſpanos & Gallos Prouinciales incrementis adauctus eſt? Hiſpani quidem Valentini, ab octauodecimo die menſis Maij, ad prom. *Artemiſium* progreſſi, *Setabicula* domicilium acceperunt beneficio Nobiliſſ. & Generoſiſſ. *D. Franciſci Gomezij Sandouallij* Lermæ Ducis, (quem credo eum eſſe qui Hiſpaniarum Regi gratioſus à *Paulo* V. in ſacrum purpuratorum Patrum Senatum an. 1618. allectus eſt, *Valliſoleti* autem obiit an. 1625. vt ſubdubitem facit agnomen *Gomez*, Cardinalis enim ille *Reiæ* cognominatus eſt) qui & *Setabicula* dominus eum in locum noſtros traduxit. Cœnobio nomen eſt *S. Mariæ à Victoria. Setabiculam* porrò dicimus quæ hodie *Xabea*, quanquam Eſcolanus in hiſtoria Valentina reclamat, nolim tamen ſuper hoc contendere, ab an. 1388. Vrbis nomine ab *Alphonſo Aragonio* decorata eſt, ædibus conſtat mille quadringentis quinquaginta, noſter tamen Montoia multò pauciores numerat, proxima eſt *Dianio*, ducentis quinquaginta paſſibus à mari ſummota eſt, vnde illi rerum omnium copia, atque inde nomen, *Xabea* enim Arabibus eſt ſatura & abundans, vt Eſcolanus interpretatur. *Gomez de Sandoual.* 1618. 1625. *Xabea.* *Denia.*

Conuentus Arelatis. 7. At verò Galli Prouinciales *Arelatem* ſubierunt, agente *R. P. Franciſco de Lupis de la Fare*, qui Reienſis poſtmodùm Epiſcopus mortalitatem expleuit, & fundatricem ſe præſtante R. D..... Taraſconenſium S. Marthæ Monialium Abbatiſſa. Erat autem ad ripam Rhodani Cœmeterium apud Paganos Elyſiotum Campanorum nomine celeberrimum, quod Chriſtiano ritu *S. Trophimus*, quem primum Gallia ſenſit Apoſtolum, repurgauit & dicauit, inædificata etiam ſub ann. Chriſti vt fertur LXVIII. æde ſacrâ *B. Virginis Matris* nomine, cui ex loco cognomentum fuit *à Campis*, poſtmodùm verò *à Gratia*. Eo in cœmeterio infinita cùm prophanæ, tum Chriſtianæ antiquitatis rudera ſuperſunt, eruta à noſtris quamplura marmorea exquiſiti operis monumenta, & lapidea propè innumera, quæ illuc etiam per aduerſum Rhodanum ſpontè ſua ſolita fuiſſe appellere fama eſt, quo nihil ego mirabilius dici poſſe crediderim, nullo tamen autore ſubnixam eſſe fidem illam reperio, vt omnem ad id diligentiam fecerim. Feruntur etiam ad ædiculam illam B. Virginis conditi SS. Arelatenſes Epiſcopi *Trophimus*, *Honoratus*, *Hilarius*, & alij. Ceſſit ergo noſtris hæc ædicula, & quæ Chriſtianorum pietate adſtructa fuerat maior ædes, ſed vt erat per hæreticos diruta ſolis penè ruderibus extantibus, cum ipſo cœmeterio, Eccleſiam magna ex parte noſtri reſtaurarunt, cui à *S. Honorato* nomen inditum, aut ex veteri potius retentum, adiacet ſacellum *B. Virgini*, vt diximus ſacrum, quod egregiè adornatum & eleganti opere perpolitum magno populorum ſtudio deinceps frequentari cœpit. Hæc antiquæ pietatis pignora diligenter religiosè

Digitized by Google

1616. religiosè ac sanctè nostri excolunt, vt spes sit pro loci dignitate opus quoque futurum. Cœnobium amplissimis hortis, viridariis, pratis, quibus mira fertilitas & amœnitas aspirat, circumseptum est. *R.D.Gaspar Laurentius* Arelatensis Archiepiscopus, antiquam eius loci religionem excitari vidit, gauisus est & probauit. Est autem *Arelas, Arelate, Arelatus*, (& si qua sunt eius inflexionis) antiqua *Saliorum*, & *Sextanorum* deinde *Colonia*, quorum illud ab incolis, hoc à Legione VI. cui sua hic statiua fuerunt nomen habuit, etiam 1616.

duLaurent.

Theline *vocata sub priore seculo*
Graio incolente.

vt scribit Festus Auienus, quin & Mammillaria, Constantina, Gal'ula Roma, quandoque audiuit. Ausonius planissimè sic describit

Pande, duplex Arelate *tuos blanda hospita portus*
Gallula Roma Arelas, *quam Narbo Martius & quam*
Adcolit Alpinis opulenta Vienna colonis.
Præcipitis Rodani sic intercisa fluentis
Vt mediam facias nauali ponte plateam,
Per quem Romani commercia suscipis Orbis,
Nec cohibes: populosque alios & mœnia ditas,
Gallia queis frustur, gremioque Aquitania lato.

Forma nunc mutauit & alteri tantùm ripæ Rhodani Vrbs assidet. Dignitatem eius multis non immeritò Geographi commendant, at præpollenti verbo, vt ait Massonus, eam laudat Prudentius poëta cum scribit,

Teq; præpollens Arelas habebat
Sancte Genesi.

Is enim pro Christo martyr in ea vrbe coronatus est, festus illi dies agitur XXV. Aug. & quod ad rem nostram magis facit in cœmeterium quod diximus illatus est. Verùm hæc & alia vrbis decora persequi præter institutum nostrum fuerit. Addo tantùm leucis VII. distare *Arelatem Auenione*, XV. *Massiliâ*, *Aquis Sextijs* XII. *Nemauso*, totidem quot *Auinione*.

8. Ab initio anni & alterius mensis, hoc est Februarij Calendis, *R. P. Iacobus Turgotius* apud Turonenses beatum, vt fides est, exitum consequi meruit. Vir fuit impiger ad res Ordinis procurandas, infractus ad labores quantoscunque, regularis obseruantiæ suprà modum studiosus & tenax, sed interiori virtute animi, puritate ac fortitudine potissimum præstans, agitatus propterea per totam vitam à malo dæmone constantiâ se illi terribilem effecit quo elogio celebratur in Tabulis Siculis, & merito, qui enim eò virtutis euasit, culmen & fastigium perfectionis quæ in hac mortali vita haberi potest tenere credendus est. Certè *Iacobus* noster non internis tantum lancinationibus, aut occultis insidiis & molitionibus appetitus est ab illo humanæ salutis aduersario, sed corporis diuexatione insolenti plagis vulneribusque tantùm non confectus, nec cessauit etiam tum cùm extremum spiritum ille ageret omnem vim exercere, machinasque omnes adhibere quibus inuictum ad hæc animum opprimeret. Sed quò longius diuturnius & obstinatius certamen, eo pugilem certior & excelsior gloria manet. Memini communicatas quondam mihi à *R. P. Petro Macario*, *Turgotij* litteras quas ad beatæ memoriæ *R. P. Petrum Morellum* dederat, quibusque illum ad fortitudinem aduersùs infestationes illas diabolicas suâ experientiâ monebat, incitabat, docebat. Et vtinam nos plura de *Turgotio* qui sciunt docuissent. Tempus erit cùm pro voto ea prouenient nisi admodùm fallimur. *Turgot.* Obit. P. Iacobi Turgot. *Morean.*

9. Exitialis etiam hic annus fuit *R. P. Ioanni Longolio*, siue de *Longueioue* nobili Parisino, qui spiritualis & interioris vitæ magisterio excelluit. Datus illi Angelus Sathanæ, vt dicere solebat qui eum colaphizaret, iracundiæ scilicet spiritus quo vexabatur, sed vt de leui excandescebat, ita quàm profundissimè in seipsum reflectebatur, & animi demissione præpollebat, quam moriens ita professus est, vt mirabile videretur tantam cuiquam inesse posse sui despicientiam. Omnino autem sanctorum mortem obiuit post quartanam longissimi Ob. P. Ioannis de Longueioue.

Digitized by Google

1617. temporis & annum à professione XXII. Nigeoni XX. Decemb. Erit cum am- 1616.
pliori laudatione virum æternâ memoriâ dignum prosequemur, si Deus dederit, & nostris votis annuerit.

Obit. Card. Gondij. 10. Ab initio anni obierat Illust. & *R. D. Petrus Gondius* tit. S. Trinitatis in *de Gondy.*
monte Pincio Card. quem vt nostri præcipua veneratione coluerunt, ita illaudatum nos præterire non conuenit. Sed laudes eius non possumus, aut breuiùs, aut veriùs complecti, quàm Epitaphio, quod illi in Ecclesia Parisiensi ascriptum est, id sic habet:

D. O. M.

Petrus *S.R.E. Cardinalis* de Gondy *Lingonum & Parisiorum Episcopus, Comes Iuniacensis, sacri Ordinis S. Spiritus Commendator Torquatus, Vir notâ in Deum pietate, in Ecclesiam obseruantiâ, in Reges fide, in subditos curâ, in patriam charitate, in suos amore, domi dignitate, publicè præsertim in pauperes vinctos Religiosasque familias liberalitate, autoritatis, iuris, disciplinæ Ecclesiæ tenax, sacrarum ædium collapsarum restaurator, nouarum ædificator, frequens ad P.P. M.M. Legatus, Regibus* Carolo IX. *&* Henrico III. *charus,* Henrici IV. *cum Pont. Max. & Ecclesia conciliator,* Ludouici XIII. *in fonte progenitor, mortalitatis memor hoc sibi (funeri suo annos* XIV. *superstes) monumentum P.C. Excessit A. D.* M. DC. XVI. *ætatis* 84. XIII. *Calendas Martias plenus dierum & bonorum operum.* Titulus à morte annos x. vacauit.

1617. *An.* M. DC. XVII.

Capitulum Gen. XXXIV 1. GRauis hic annus & suis & anteriorum temporum rebus, & has quidem ex occasione Comitiorum generalium, nunc primùm habemus colligendas. Indicta quidem illa *Matritum* fuerant antè annos sex, in Vrbem tamen Pontificis autoritate, certisque de causis euocata sunt. A die VIII. mensis Maij factum confessus initium, Illust. & *R. D. Augustino Galaminio* Viceprotectore, de *Galaminio.*
quo diximus in antecessum, præside ac moderatore, qui singulis deinceps diebus nunquã pro sua benignitate defuit. Cognitum imprimis de accipiendis in eum cœtum, aut ab eo reiiciendis, si qui essent, omnibus tandem comprobatis delectus qui Acta exciperet *R.P. Ludouicus à Monopoli*, vir probus, doctus ac *de Monopoli.*
solers, cuius audita morte altè ingemuisse *R.P. Petrum Hebertum*, qui hominem nouerat & plurimi faciebat coràm vidimus & audiuimus. Die XIV. quâ Spiritus
Gen. XXXV. sancti in Apostolos illapsus festiuis gaudiis recolitur, in vnum conuenientes Patres, præcellenti suffragiorum numero, toti Ordini præfecerunt *R. P. Franciscum à Maida* pro tempore Prouincialem Tusciæ, virum humanitate ac charitate in suos præstantem, eruditione summum, facundia & dicendi gratiâ præ- *de Mayda.*
cipuum, quem anno 1621. incunte *Paulus* V. Pont. Opt. Max. Episcopum *La-*
1621. *tullensem*, in Apulia (is *Barensi* metropolitæ suffraganeus est) virtutum & doctrinæ merito non abdicatâ Generalis dignitate creauit, quod *Gregorius* XV. *Pauli* mox successor ad XVII. mensis Aprilis proximè insequentis confirmauit. At eo sacerdotio post exactum Generalis officium haud diu *Franciscus* noster gauisus est, temporariæ vitæ subductus cùm in Ecclesiæ suæ administrationem sollicitiùs incumberet, sic nimirùm decet vt qui aliorum curam agit stans vigilansque occumbat. Sed vt quod agitur vrgeamus. Electo in hunc modum *Francisco*, Cardinalis Præses post acceptam fidei professionem peramanter benedixit, qui ex hoc deductus in Ecclesiam omnibus cum exultatione hymnum gratulatorium concinentibus singulos demùm ad præstandam de more obedientiam excepit. Prouincia Tusciæ *R. P. Vincentio Consentino*, qui ex Prouincia *de Cosenza.*
S. Francisci Commissus accesserat, demandata est, & is ille est qui ad alterum
1618. annum, breuem (vt vocat) Disputationem *De Carnium abstinentiâ* edidit *Lugduni*

Digitized by Google

1617. *duni* apud *Ioannem Pillehotte*, quam Cornelius à lapide Prolegom. in Minores Prophetas eum grano ſolis accipiendam ſapienter monuit, quin & *Vincentium* noſtrum hoc argumentum ſingulari libro retractaſſe & ad amuſſim expendiſſe audio, nondum tamen opus prodiit, quod ſciam. Die xv. Franciſcus Generalis Collegas ſibi optauit, delecti autem communibus ſuffragiis, ab Italia *R. P. Syluester à Macheratâ* ex Procuratore Generali, ſeu Zeloſo (ſuffectus enim vt diximus *Fortunato* fuerat) ex Gallia *R. P. Franciſcus Riparianus*, qui noſtris eſt *de la Riuiere*: ab Hiſpania *R. P. Andreas de Val-buena*: continuò & in Zeloſum electus *R. P. Ioannes Piñas de Celu* Prouincialis Granatæ, quos omnes ſuis elogiis vt ſe occaſio dabit ornabimus. Ad xv. poſtmodùm dies prorogato conſeſſu; præter multiplices & varias ſanctiones quæ promulgatę ſunt, & quarum mentionem ex inſtituto non facimus, Cœnobiorum nouiſſimè acceptorum initus numerus aſcriptique Fundatores ſinguli exactâ ſatis diligentiâ, Inſtituta dehinc Belgij Prouincia, deſignata & Lotharingiæ, atque facta Generali vnius & alterius, ſiue deſtituendæ, ſiue conſeruandæ, & ad meliorem ſtatum reducendæ poteſtas: tum verò ſingulas quaſque Prouincias ſuo numero & loco, ne de illis in futurum ambigeretur recenſere placuit, ac demùm reſtituto Hiſpaniæ proximorum Comitiorum iure, illiſque *Valentiam* indictis, Conuentus dimiſſus eſt. 1617. Collegæ. Procurator. Ge. xxxiv

2. Ex illis verò ea nunc nobis rectractanda ſunt & repetenda, quorum vel nobis origo non conſtitit, vel mentio nunc primum occurrit. Non conſtitit autem de origine horum Cœnobiorum. In Prouincia quidem Meſſanenſi, Melitellenſis, Taurominitani, & Viziniani. *Melitellini* Fundator traditur fuiſſe Nobiliſſ. & Generoſiſſ. *D. Fabritius Branciforte à Foro-Varenis*, & *Santapauia* Princeps de *Buterâ*, *Petra-perſiâ*, &c. quem Chiffletius inter Torquatos aurei velleris Equites numerat cxx. cum Illuſtriſſima coniuge ſuâ *D. Ioannâ ab Auſtriâ*, quorum honorificentiſſima mentio in Actis habetur. *Melitellum* autem deſcribitur *Hybla* proximum, quæ hodie *Militi* nominatur, & fortè ab ea vicinitate ipſi *Melitello* nomen, ad radices montis ſitum eſt, loco amœno & ſupra modum delectabili, viſitutque in tabulis ſupra Leontinos in anguſto duorum fluuiorum. Conuentus Melitelli. *Branciforte Varesi. & Santapau.* *Melitello.* Fazellus ſpecialiùs deſcribit.

3. De *Taurominitano* nihil amplius ſcimus quàm quod in cenſum aliorum conferatur, idque ſcriptorum noſtrorum omnium conſenſione firmetur. Eſt verò *Taurominium*, ſiue *Tauromenum*, Colonia Romana rupi altiſſimæ illocata, & à natura tum etiam ab arte validè munita, gaudetaëre ſaluberrimo ac proſpectu longè iucundiſſimo qua terram, qua mare proſpicit. Silius lib. xiii. Conuentus Tauromenij. *Taromina.*

Taurominitanâ cernunt de ſede Caribdin.

Multa diſputant Geographi de eius antiquitate, nomine, conditione. Laudantur vina Taurominitana.

4. *Vizinianum* ignotius nobis *Taurominitano*, eius Montoia & Victonius meminerunt, Iſnardus de illo ſubdubitat, nihil nos comperti habemus, id modò conſtat *Vizinum* oppidum eſſe ſupra *Licodiam*, in montibus poſitum, ad fontes fluuij qui *Dirillo* à popularibus dicitur. Conuentus Vizinij. *Vizini.* *Licodia.* *Dirillo.*

5. In Lombardiâ vnius origo nobis tempore ſuo non conſtitit, nimirùm Sulpherini. *Sulpherinum* Principatus titulo clarum in finibus *Mantuanorum* & *Brixianorum* haud longè *Cauriană* inuenio. Noſtris autem exædificatum eo loco Cœnobium eſt ab Illuſtriſſimo Toparchâ & ſua coniuge (quorum nomen vſque nunc me latet) datique in annum redditus quibus ſuos ſumptus facere poſſint, quæ præter, ad nos nihil peruenit de rebus noſtris apud Sulpherinum. Conuentus Sulpherini. *Sulferino.*

6. In Gallia ſunt etiam quæ nos vſque nunc latuerunt hæc tria. Primum eſt *Albaterrenſe* in *Aquitania*, cuius quidem antè hunc annum non potuit memoria occurrere, cùm ad ix. menſis Maij, hoc ipſo anno munificentiſſ. & pientiſſ. Fundatores de illo condendo ſolùm pepigerint. Nobiliſſ. nimirum & Generoſiſſ. *D. Franciſcus d'Eſparues de Luſſan* vtriuſque militiæ Eques torquatus, Aginnenſium & Vaſconum Seneſcallus, Franciæ Mareſcallus, &c. *Pauli* Blauienſis Fundatoris F. & lectiſſ. atque piiſſima fœmina *D. Hippolytha Bouchard* eius con- Conuentus Albæ-terræ. *d'Eſparues.* *Bouchard.*

Digitized by Google

1617. sors cum magno nostrorum hominum studio tenerentur, non satis esse arbitrati sumt si eos in arce Blauiensi haberent, cuius præfectura *Franciscus* cedere quàm facillimè posset, sed propiùs ad se atque domi suæ habere voluerunt. Euocati ergò, *Albam-terram* quæ Marchionatus dignitate sublimis hæreditario iure Francisco cesserat, & tanquam gentilitium prædium tenebatur, vi pactionis *Blauiæ* cum nostris vt diximus initæ. Cuius quidem publicationi cùm interfuisset *R.D. Franciscus de la Beraudiere* Petragororum Antistes à nobis iam antè laudatus, pro sua in nostros beneuolentia nihil cunctatus eod. ipso die Sacerdotium & Parochiam *S. Quintini* quæ in proximo est, vnica enim leucâ distat, ædificando Cœnobio peramanter cessit, vniuit, atque in perpetuum transcripsit. Nec mora *Francisco* Fundator locum opportunum delegit, quem non possumus designare prius quàm Albæ-terræ situm exploratum habeamus. Est igitur *Alba-terra* oppidum agri Engolismensis diœcesis tamen Petragoricensis ad *Drunam*, siue *Dronam* fluuium, etiam *Dronomum* habent Acta Caroli Magni. Nomen quidem ex eo nacta est quod territorium eius verè & naturaliter (vt ait Massonus) sit colore album, ferax tamen ac fertile. Oppidum secundùm flumen in plano iacet, & inde sensim in collem attollitur. Ex aduerso Castrum Marchionis altæ rupi impositum oppido imminet. Rupes instar lapidicinæ excauata detracto lapide, relictis tantum duobus pilarum ordinibus quæ veluti fundamenta essent quibus ædificium niteretur, lumen tantum accipit à meridie versus *Dronam*, via quâ in oppidum itur intermediâ, estque Parochiale templum *S. Ioanni Baptistæ* nuncupatum. Id tamen quoniam valdè insalubre est, aliud contiguum ex quo aditus in alterum illud esse possit in aperto extruitur. Supra fornices autem illos naturales, versùs angulum qui spectat in Septentrionem fons est in templum fluens, & iuxtâ Cœmeterium. In summa rupe Marchionis Castrum validissimum & fossa in rupe ipsa excisa circumuallatum, quod horti & viridaria succingunt, collis iugo partim imposita, partim in decliue prona. Horum verò partem inædificando Conuentui munificentiss. Fundator delegit, aliosque hortos in proximo cum ædibus quæ Templariorum fuisse feruntur, numeratâ pecuniâ ad locum amplificandum comparauit. Quibus quidem ædibus dum Cœnobij opus procederet nostrorum habitationi accommodatis, die Aug. mensis xv. in eas inducti sunt. Conuocati vndequaque nobiles magno numero adfuerunt, R. D. Petragoricensis operam suam Cruci erigendæ, loco benedicendo, lapidi mittendo in fundamenta præstitit, *R.P. Iacobus Berthon* Prouincialis deductâ familiâ possessionem adiit. Deinceps Optimus Fundator opus omni contentione accelerauit. Id quadrato & secto lapide constat, & singulæ contignationes in fornices substructæ non minus decoræ, quàm firmæ sunt. Ecclesia splendida & elegans *B. Virgini Assumptæ* sacra est. Horti aqua perenni rigantur & miro in omnem partem prospectu gaudent. Fundator sæpè à grauioribus negotiis vacationem quærens, in cellam quam inter reliquas sibi constituerat secedere solitus rarum pietatis exemplum dabat. Sed immaturo fato sublatus non perfecit quod cœperat, à funere tamen non defuit pietas chariss imæ consortis, quæ iusta marito coniugali affectu persoluit, & insigne monumentum ei apud nostros posuit, res verò nostras æquè ac domesticas curat, singulos qui moram illic trahunt parentum loco habet, à quibus omnem sibi consolationem præstò semper fuisse, cùm aliundè nullam colligere potuerit, pro sua benignitate solet profiteri.

1617. *dela Beraudiere.* *Aubeterre.* *la Drone.*

Conuentus Guichiæ. 7. Secundum & tertium ad Lugdunenses spectant qui excurrerunt in Burgundiam & Delphinatum. Et in Burgundia quidem vicum nobilissimæ gentis nomine ac prætorio clarissimum subierunt. Ei *Guichia* nomen, pertinetque ad *Carolesium* Comitatum, qui *Burgundiæ* à meridie conterminus est. In sacris *Augustodunensi* Episcopo subiacet. *Cabilone* distat leucis ix. *Cluniaco* Abbatiâ celeberrimâ, quatuor, quod à peritis locorum audio, vt omninò necesse sit eam in finibus *Matisconensium* & *Æduensium* consistere. Ædificatum eo loco domicilium sacri cuiusdam Ordinis professoribus, qui postquàm tempus aliquod incoluerant

la Guiche. Charolois. Autun. Chalon. Cluny.

Digitized by Google

1617. incoluerant indictâ causâ recesserunt, aduocati nostri ab Ill. & pientiss. fœ- 1617.
Daillon du Lude, de la Guiche. minâ *D. Antoninâ Daillon du Lude, Guidonis & Iacoba de la Fayette* F. viduâ Clariss. & Generosiss. *D. Philiberti de la Guiche* Gallicæ rei tormentariæ summi Præfecti, vt illorum locum acciperent, quod pactis nonnullis conditionibus placuit. Factum Cœnobio nomen à *B. Virgine Assumptâ.* Nuper autem hoc est ante hunc & alterum annum *Antoninam* Parisiis agentem & insolito pietatis ardore flagrantem sæpè mirati sumus, obiit diem suum in suburbanâ domo Ducis Engolismensis & corpus inde *Guichiam* perductum est. Filias reliquit duas bonorum & pietatis hæredes, maior elocata secundis nuptiis Illustrissimo & Gene-
de Valois. de Scomberg. rosiss. Principi *D. Ludouico Valesio* Comiti *Alesio* Gallici Equitatus Præfecto: minor, Nobiliss. & Strenuiss. *D. Henrico Schombergio* Franciæ Marescallo, qui nouissimè pro rege & patriâ fortiter agens & triumphos suos colligens in pace occubuit.

Tullin. Isere. Romans. Grenoble. Bone. de Flehard. de Preßin. 8. In Delphinatu verò apud *Tullinum* diœcesis Gratianopolitanæ oppidum, Conuentus Tullini, secùs *Isaram* quâ *Romane* iter est *Gratianopolim*, sedem fixerunt, inædificatâ elegantis & absoluti operis æde, titulo *B. Virginis Annunciatæ.* Sumptus fecit censusque ad necessaria vitæ appendit Nobiliss. & lectiss. fœmina *D. Virginia Bona, Petri* Equitis torquati F. consors verò Nob. *D. Capraßij de Flehard* Toparchæ *de Preßin* in Senatu Gratianopolitano præsidis, adeoque non immeritò primarias
de Flehard. de la Croix. de Cheuriere. inter Fundatrices numerata est. In sede Gratianopolitanæ Ecclesiæ præcesserat, *R. D. Franciscus de Flehard, R. D. Ioannem à Cruce* Topartham *de Cheuriere*, qui nostros suæ diœcesis antiquos incolas, res suas proferre gauisus est.

Cars. Chamberry. Clermont. Draguignã. Boulogne. 9. His certè plura siue Actis inserta sunt, siue ad hunc annum prouenerunt, Not. de aliquæ quoniam successum non habuere iudicauimus omittenda, vtpotè *Carsium* quot Cœnobiis. in *Lemouicum* finibus pro Turonensi Prouincia: *Camerinum & Claromontium*, siue *Clarus-mons* apud *Sabaudos & Arnernos* pro Lugdunensi: *Dracena* apud *Prouinciales* pro eadem Prouincia; *Bolonia* propè *Caletes* pro Franciæ Prouincia, & alia loca nostris se obtulerant per diuersas Prouincias, quæ tamen posteâ multis de causis, aut exciderunt, aut in aliud tempus protracta sunt.

Ponton de don Gõçalo. Cordoue. Ecija. Xeuil. Enriquez de Ribera. de Cardona & Figueroa. de Priego. 10. Quibus verò annumerare debeam *Pontonis* apud Granatenses Cœnobium, Conuentus Pontonis D. Gonzali. non ipse mihi satis consto, vt enim Actis ascriptum sit & ab aliis in censum relatum, apud Montoiam tamen hominem Hispanum & harum rerum peritum in aliorum catalogo non legitur. Videtur tamen non excidisse, nec deest ab ipso Montoia argumentum, qui Acta generalia recensens & locum & Fundatorem expressè designat. Est igitur *Ponte* qui cognominatur *D. Gonzali*, oppidum diœcesis *Cordubensis*, suprâ *Astygim*, vltrâ *Singylim* fluuium, versùs *Cordubam*, cui factum nomen à lintre quo currus & vehicula per fluuium transmittuntur, quo in oppido constitutum Granatensibus nostris cœnobium beneficio & liberalitate lectiss. & Nobiliss. *D. Ioanna Enriquez de Ribera* viduæ Nobiliss. & Generosiss. *D. Petri Fernandes de Cordoña & Figueroa* Marchionis IV. *de Priego*, de quorum progenie relegend. Nobiliar. Hispan. lib. x. c. XIII. Horum F. *Alphonsus* familiæ Princeps à nostris vt homo beneficentissimus commendatur.

Not de nõnullis Fundatoribus. 11. Huius denique anni propria sunt reliqua hæc tria *Bituricense, Bellouacense, Calniacense*, quorũ origines indicare differemus, quoad quæ supersunt ex Actis enarrauerimus ne hæc longiore interuallo distrahantur. Sunt autem ex iis quæ nobis anteâ non constiterunt ea insuper commemoranda, quæ aliquos Fundatores spectant. Ob constitutum enim apud Cordubenses sacellum Fundatoris honos decretus est V. N. *D. Laurentio de las Infantes*, suæque consorti *D. Mariæ Mendez de Sotomaior*; eadem de causâ in Fundatores allecti *D. Ioannes de las Cabeças*, & *Ioanna de Barrera* vxor, Ordinis Tertiarij; sed hi Granatensibus beneficii fuerunt, sicut & Cl. V. *D. Ioannes Aluarez de la Vega*, & coniux *D. Margareta* ..... quibus similiter irrogatus Fundatorum titulus: eadem denique gratia ob similem rationem facta Nob. V. *D. Petro Iurado*, & eius consorti quæ & prorogata ad *D. Ludouicum de Quero*, si Fundatricis primariæ *D. Marinæ* testamentum impleuerint, & hi Cœnobio Illiturgitano liberales & gratos se præbuerant.

de las Infantes. Mendez de Sotomaior. de las Cabeças. de Barrera. Aluarez de la Vega. Iurado. de Quero.

Digitized by Google

1617. 12. Denique ſi ad ea intendimus quæ nunc primùm conſtituta ſunt, antè 1617.
Not. de Prouinciis. omnia ſe offert Prouincia *Flandro-Belgica*, ſeu abſolutè *Belgica*, aut etiam cum addito *Belgica & inferioris Germaniæ*, quam placuit erigi vt incrementum maius caperet commodiúſque formaretur. Delectus ad eam regendam *R. P. Claudius du Vinier* ab antiquo Franciæ Prouincialis, & iam tum eiuſdem Prouinciæ Commiſſus, vir inter alios ad hoc munus maximè idoneus, ſiue interiorem animi pietatem, ſiue induſtriam & regularis obſeruantiæ tenacitatem, ſiue docendi & agendi apud ſeculares gratiam religioſa grauitate conditam attendamus, dati & Collegæ atque Definitores, præter vnum aut alterum omnes ex Franciæ Prouinciâ optati, qui *Viniero* allaborantes optimam & opimam Prouinciam inſtituerunt & ſtabiliuerunt, quod temporis progreſſu ampliùs innoteſcet. De diſtrahenda etiam *Lotharingiâ* à *Campaniâ* deliberatum eſt, & ſuis vtraque finibus deſcripta eſt & deſignata, diuiſio tamen in tempus quod Generali videretur opportunum reſeruata eſt, & omninò antè ann. 1620. per ſe non ſteterunt, quod tum quidem recolemus. Poſt omnia præſtitutus ſingulis quibuſque Prouinciis ordo in hunc modum I. Prouincia *S. Franciſci P. N.* II. *Turonia*, III. *Meſſana*, IV. *Francia*, V. *Genuæ*, VI. *Aquitania*, VII. *Granata*, VIII. *Neapolis*, IX. *Apulia*, X. *Caſtellæ*, XI. *Calabriæ*, XII. *Lugduni*, XIII. *Valentiæ*, XIV. *Tuſciæ*, XV. *Cataloniæ*, XVI. *Prouinciæ*, XVII. *Campaniæ*, XVIII. *Panormi*, XIX. *Hiſpalis*, XX. *Lombardiæ*, XXI. *Maiorice*, XXII. *Marchiæ*, XXIII. *Aprutij*, XXIV. *Arragoniæ*, XXV. *Lotharingiæ*, XXVI. *Flandriæ*, ſeu *Belgij*. Vltima *Venetiarum*, ſed quæ per Vicarium Generalem donec aliter viſum eſſet adminiſtraretur. Subinde (quod notatu dignum eſt) decretum vt Electiones Correctorum per ſingulos Conuentus ad deſignatum diem xv. menſis Septembris peragerentur.

Conuentus Auarici Biturigum. 13. Hæc per occaſionem & neceſſitatem Actorum illorum habuimus memoranda & maximam partem ab annis qui præceſſerunt corriuanda, proprij vt diximus huius anni fructus ſunt: Imprimis deducta *Biturica* familia, quod factum, procurante *R. P. Ægidio Camarte*, qui cùm per Aduentum & Quadrageſimam conciones ibi haberet, & doctrinæ ac bonorum operum merito Ciues ſibi omnes demeruiſſet, dato ſupplici libello condendi in vrbe Cœnobij ex publico Ciuium decreto facultatem accepit. Data inſuper (quæ fuit Bituricenſium pietas & beneficentia) ædes S. Hieronymo ſacra cum attinentibus hortis, qua olim vſi fuerant Pœnitentes à veſtium colore Cærulei cognominati, addita conditione vt ſingulis annis litatorium ſacrum ageretur in gratiam defunctorum Maiorum, quos vocant Vrbis, & ad id præſtituta dies ipſa Vrbici Concilij & factæ donationis, quæ fuit xxiii. menſis Martij hoc eodem anno. Cuius quidem rei gratiam potiſſimùm debemus V. Clariſſ. *D. Antonio Foucault* præſidialis, vt vocant, fori apud Bituriges Iudici ſupremo & pro tempore Vrbis Maiori. Nec minor nos manet ergà Illuſt. & *R. D. Andræam Fremiot* Bituricenſem Archiepiſcopum grati animi memoria, qui non modò rem probauit gratioſis litteris, ſed pro ſua benignitate ac largitate multa in ſubſidium pauperculæ domus ſæpiùs erogauit. Iuuerunt & noſtros ſua ope RR. PP. *S. Sulpitij* (quæ celeberrima eſt Caſalinæ Congregationis Abbatia ad muros vrbis) quorum beneficia Turonenſes noſtri memori animo æternùm celebrabunt. Cœperunt autem dictam S. Hieronymi ædem incolere ad menſem Maium, ipſiuſque die xxi. quæ S. Trinitatis anniuerſariam ſolemnitatem referebat, facta re diuina eam primùm inaugurarunt. Sub idem tempus comparata eſt domus & latifundium proximum in quo noui operis ædes cum Cœnobio du-
1613. ci cœpit, ann. demùm 1623. in cuius fundamentum miſſus lapis primarius menſe Maio ab Excellentiſſ. & regiæ ſtirpis primario Principe *D. Henrico Borbonio Condæo*, ſedente in Bituricenſi Eccleſia Illuſt. & *R. D. Rolando Hebert* per ceſſionem *Andreæ Fremioti* deceſſoris. Atque vtinam quam auſpicatò conſtituta domus, tam lætum incrementum capiat. Cæterum *Biturica*, ſiue *Auaricum Biturigum*, quod aliis magis placet, Aquitaniæ primæ metropolis eſt, cuius Antiſtes Patriarchæ Primatis & Archiepiſcopi dignitatem ſuſtinet, Academia lu-

du Vinier.

Foucault.

ris

1617. ris professione insignis est, cui nulla per totam Galliam par si Merulæ credimus qui cætera vrbis decora latè persequitur, ea nos Guillelmi Britonis districho extulisse satis erit. 1617.

Foris enim & nimiùm locuples populosque valdè
Vrbs erat armatisque viris ac milite multo.

Sita est in ipso Galliæ vmbilico multisque fluuiolis irrigatur, ab vna enim parte *Aurata, Auaricus, Elaueriolus*, ab aliâ *Molus & Eura*, influunt. Ager à Merula describitur perquàm amœnus, qui non modò frumentorum omnium & leguminum, verumetiam vinorum præstantissimorum, pecorum, piscium, volucrum, & quorumcumque fructuum feracissimus est. Aureliâ distat leucis XXII. in Austrum, quot *Molinis, Claromonte* in aduersam partem leucis XL.

Aurette. Auron. le Ver. Moulon. Toure.

14. Bellouacensis itidem familia, & ipsa hunc in annum prouenit, cum scilicet per Quadragesimam *R. P. Renatus le Clerc* nunc Glandatensis Episcopus concionesin Vrbe haberet. Vacante per id tempus Episcopali sede à sacris matricis Ecclesiæ Sodalibus inducendorum in vrbem suorum veniam exorauit sub die XXV. mensis Martij, moxque ad diem eiusdem mensis XXII. conuocato Vrbico Concilio, V. Clar. *Nicolaus le Begue* Vrbis Maior, vt omnes Ordinesin nostrorum admissionem consentirent, effecit. Ex hoc, in ædiculâ *S. Pantaleonis* commodatò acceptâ per aliquod tempus incoluerũt. Accessit ad alterum annum & diem mensis Ianuarij XXVIII. consensus *R. D. Augustini Potier*, qui *Renato* fratri præmaturâ morte sublato in Episcopatu successerat, isque ipse non multò postquàm possessionem suæ Ecclesiæ iniit, fundamentis ædis sacræ primum vt vocant lapidem solemni apparatu intulit, ipsa verò ducta & inædificata est infra *S. Ægidy* Parochiam, loco à nostris comparato, qui subinde multis incrementis productus est in iustam magnitudinem. Sed opus paulò magnificentius quàm par esset pro rei domesticæ penuria & vrbis conditione, non parùm ex hoc retardatum est. Ad annum tandem 1632. & diem XIX. mensis Septemb. Ecclesiâ rei sacræ peragendæ accommodatâ R. D. Episcopus suâ præsentiâ, & rem diuinam faciente R. Adurensi Episcopo feliciter eam inaugurauit. Fundatorum nomen delatum V. Clariss. *D. Thomæ le Clerc Renati* fratri vni ex Quatuorviris principali ærario præfectis & pientiss. fœminæ *D. Susannæ le Sergent* eius consorti. Eodem iure ac titulo postmodùm ornati sunt Nobil. & Generos. Vir *D. Franciscus de Maricourt* Baro *de Monchy*, & lectiss. eius consors *D. Ludouica de Combault*, quod Hospitale, vt vocant, *S. Antonij* in valle regia iuxta *Pontem-Æsiæ* nostris Bellouacensibus cesserint. Præcipuorum etiam benefactorum numero habendi sunt *R. D. Carolus de Monceaux* Regi à secretis & sacris largitionibus, quondam Abbas S. Geremari, & V. Cl. *D. Franciscus de Louuain* præsidialis Curiæ summus Disceptator, qui sacella suis sumptibus extruxerunt. Quin & gratia debetur N. V. *D. Ludouico Foy* regio Quæstori, qui consilio & ope sua semper præstò fuit in rebus gerendis, & hominis beneuoli officium nunquam non præstitit. Denique apud nostros depositum corpus *Thomæ* Fundatoris ab hæredibus sepulchri ornamentum præstolatur. Nec post omnia hoc etiam omittendum Cœnobium B. P. N. *Francisco* sacrum & dicatum esse. *Bellouacum* denique seu *Cæsaromagus*, vt aliis placet,

le Clerc. Conuentus Bellouaci. *Potier.* *le Clerc.* *le Sergent. Maricourt. de Combault.* *de Monceaux.* *de Louuain.* *Foy.* *Beauuais.*

Vrbs antiqua sedet gremio telluris opimæ,
Belligeris populosa viris vicisque decora,

vt habet Guillelmus Brito Philippid. l. 1. Situ quidem amœnissimo est, adsitos habens hinc montes fertiles non adeò excelsos, inde agros excipiendæ sementi commodos qui alluuntur *Thará* & *Therinâ* fluuiolis, & hic quidem canali receptus, in vrbem deducitur, eamque perluit. *Thara* verò eo iam recepto in radicibus montis cognominis fluit, & priusquam in *Æsiam* labatur ponte iungitur, à quo equis tractoriis magna onera facilius inuehuntur. Sedes est Episcopi qui Comitis titulo inter Franciæ Pares eminet. Distat *Lutetiâ Parisiorum* leucis XVI. *Ambiano* XIII. &c. Eius historiã Petrus Louuetus edere cœpit, iamque librum primum paucis ab hinc annis publicauit cuius cap. XXIX. res nostras speciatim exequitur. At verò superstes adhuc B. P. N. per suos vt probabile sit

Thare. Therin. Oise.

Digitized by Google

1617. apud Bellouacenſes egerat, & nonnullos ſibi ſpirituali neceſſitudine deuinxerat. Quod ſatis ſuperque nos docent litteræ quibus in ſocietatem accepit ſacras virgines Abbatiæ S. Pauli extra muros. Et eas quidem, quando nobis tantoperè gratificata nuper eſt Illuſt. & R. *D. Magdalena d'Eſcoubleau de Sourdis* eius Monaſterij Abbatiſſa, ipſiuſque Coadiutrix & neptis Nob. & *R. D. Magdalena de Clermont de Tonnerre*, quales ab eis accepimus exſcribere non pigebit. Omninò ſic habent 1617.

Ieſus Maria.

In Chriſto Ieſu dilectis Sororibus S. Pauli, propè ciuitatem Beluacenſem degentibus, Cunctipotenti ac B. Mariæ Virgini quam deuotis, Humilis F. Franciſcus de Paula almifici Minimorum Ordinis inſtitutor & Generalis Corrector, in Domino ſalutem ac in bonis operibus perſeuerantiam.

Sincerus deuotionis affectus, quem (vt fertur) ad prædictum noſtrum geritis Ordinem expoſtulat ac requirit, vt qui in temporalibus dignas charitati veſtræ gratias impendere non poſſumus, in ſpiritualibus ſaltem quantum noſtra ſufficit minimitas ac facultas ſuppetit, prouteque apud Deum noſtris peroptamus deſideriis, veſtris immenſis beneficiis debitas gratitudinis vices compenſemus. Eapropter vos ac veſtrûm quamlibet ad noſtram minimam confraternitatem gratanter ſuſcipimus, vobis pariter in vita & in morte plenam & ſingularem participationem omnium bonorum & meritoriorum operum, Miſſarum videlicet, Orationum, diuinorum officiorum, prædicationum, vigiliarum, diſciplinarum ac ieiuniorum, cæterorumque cunctorum ſpiritualium bonorum & Deo acceptorum, quæ per quoſcuis fratres noſtros operari dignabitur bonitas Saluatoris, quantum mihi concedere, & quantum diuina clementia acceptare dignabitur, de gratia ſpeciali, præſentium tenore, impertiendo, quatenus multiplici adminiculo ſuffragiorum ſuffulti, & hîc augmenta gratiæ & in futurum æternæ vitæ præmia poſſidere mereamur. In cuius quidem conceſſionis teſtimonium ſigillum officij noſtri præſentibus duximus apponendum. Datum in Conuentu noſtro de Ieſu Maria nuncupato propè Pleſſiacum Parci iuxta ciuitatem Turonis v. *die menſis Octobris anno Domini* M. D. I.

Certè ſigillum, Chriſti Domini ſtantis quidem, ſed crucem tamen ferentis imaginem præfert, aſcripta vtrinque nomina Ieſu Mariæ, ſubſcribit autem de mandato B.P. *F. Germanus Lionet*, atque is eſt de quo ſæpè diximus. Tanto poſthæc tempore Bellouaci tandem conſedimus. Sed pergamus ad reliqua quę in hunc nobis annum prouenerunt.

Conuentus Calniaci.

15. Proprius etiam iam huius anni fructus fuit noſtrorum ſedes apud *Calniacum* diœceſis Nouiomenſis oppidum, ad *Aeſiam* fluuium, III. à *Noviodumo* leucis in Orientem, loco plano, irriguo & feraciſſimo ſitum, & frumentis præſertim exuberante. Cuius rei autor. V. Cl. & *R. D. Claudius de Montigny*, qui cùm aduerſa valetudine Ordinem noſtrum expetiiſſet, vt aliquam animi ſui ſignificationem iis relinqueret, quibuſcum agere pro voluntate non poterat ob infirmam valetudinem, de conſtituendo illis Cœnobio cogitauit. Et quidem ab ann. 1616. & die Octob. XXVII. Nob. & Cl. V. *D. Carolus de Montigny Claudij* germanus & Tributariæ apud Nouiomenſes Curiæ præſes ex eius teſtamento nobile prædium noſtris ceſſit, cui *Albintacum* nomen, vt hoc pignore condendi apud *Calniacum* Cœnobij initium fieret. Quam ad rem altero anno. h. præſente 1617. ad diem x. Aug. facultatem à *R.D. Carolo de Balſac* Nouiomenſi Epiſcopo, quem anteâ laudabamus noſtri exorauerunt. Atque biduo poſt, locum,

Cheuny. Noyon. *de Montigny.* 1616. *Albigny.* *de Balſac.*

Digitized by Google

1617. cum, Abbatiolam, dictum, quem sibi ab antiquo in perfugium parauerant Ca- 1617.
nonici Regulares *S. Eligij Fontis* in Decanatu *Calniaci*, sed in præsens dirutum
Carpentier. & vacuum, stipulatore amicissimo nobis *R. P. & D. Iacobo Carpentier* Priore (vt loquuntur) Claustrali, acceperunt. Itaque sub exeuntem Septembrem in acceptum relatus est Calniacensis Conuentus & Prouincialibus Actis inscriptus.
Chichönean. Ad insequentem mensis Octob. diem XXIV. *R.D. Ludouicus de Chichonnean* Abbas *S. Eligij*, & Archidiaconus Dunensis in Ecclesia Carnotensi, ratam habuit cessionem Abbatiolæ prædictæ, litterisque suis eam firmauit. Hanc mutationem hoc disticho commendatam alicubi me legisse memini:

Abbates caluêre diu, me diruit ætas,
Instaurant Minimi, variant sic omnia casus.

Est verò *S. Eligij* Abbatia congregationis *Arroasiensis*, relegendus Miræus de Originibus Canonicorum regularium. Etsi hæc in hunc modum composita erant, non est tamen deducta *Calniacum* familia nisi ad proximum Februarium; quod cùm nostris constitit, oblatum vltrò Ciuitatis decretum repetierunt, quod in consessu Ciuico sub die IX. Februarij an. 1618. omnium Ordinem ex- 1618.
pressâ sententiâ latum est. Inde ad XI. diem infixâ cruce Clero & Populo astantibus possessionem omninò adierunt, & inibi familiam stabiliuerunt. Annos tres aut quatuor tenuis & exigua eo loco familia substiterat, cùm *V.C.* & *R.D.*
Iacquart. de Villa sel-ue. *Nicolaus Iacquartus* Ecclesiæ Nouiomensis Canonicus, & Scholasticus, S. Mariæ Magdalenes de *Villa-syluari* Prior commendatarius, sacerdotium illud domui nostræ Calniacensi vniendum liberaliter & liberè cessit, siue (vt aiunt) resignauit. Vnionem *Gregorius* XV. Pont. Opt. Max. agente Illust. & *R.D. Francisco*
d'Escoubleau. de Sourdis. *d'Escoubleau* Card. *Surdisio*, ad III. Id. Maij an. 1622. edito diplomate proba- 1622.
uit, sanciuit, confirmauit. Abbas & Capitulum Vezeliacense recognito Pont. diplomate in vnionem assensserunt, sub die XXIII. eiusdem mensis Maij,
Vezelay. mouet enim Prioratus ille à nobilissima *Vidaliaci* Abbatia Ordinis olim Benedictini, sed quæ nunc ab ea disciplina soluta est, de qua videri possunt Mi-
le Vasseur. ræus & Robertus. Sub hæc V. Clariss. *D. Iacobus Vasseurius* Decanus & Canonicus Nouiomensis Ecclesiæ, Curiæ Pontificiæ ibidem Iudex ordinarius, pro suo munere ac Summi Pontificis decreto diploma recensuit, examinauit, probauit ad diem XX. mensis Octob. atque sub alterum diem h. XXI. in possessionem nostros misit. Quod à Vezeliacensibus ad XXVIII. mens. Sept. probatum
est, & à Rege patentibus litteris ad XXX. Ianuar. 1623. sancitum & confirma- 1623.
tum, Regisque litteræ in Senatu promulgatæ & in Acta transcriptæ ad XXVII. mensis Februarij. Quæ omnia demum Vezeliacensi sacro Sodalitio communicata per eos rata comprobataque fuerunt ad diem XXIII. Martij mensis proximè insequentis. At verò non est omittendum ex vetustis monimentis eius Prioratus Fundatricem haberi *Bertham* (non *Pipini* quidem Regis consortem, & *Caroli M.* matrem, quod nonnulli sibi persuadent) sed, *Gerardi* Comitis *Vezeliacensis*, vt indicat Innocent. III. seu potius *Arnernensis*, & Fundatoris Vezeliacensis, vt in Bulla Pauli III. qua ad secularitatem Vezeliacenses reducuntur, consortem. Ea porrò Bulla data est an. 1537. III. Id. Ianuar. & incip. *Superna maiestatis prouidentia.* Exculta dehinc domus; Correctori tandem commendata est an. 1632. primus ad id officium selectus *R.P. Henricus Paulinus*, qui 1632.
Poulain. egregiam operam ad omnia (quod spes fuit) præstitit. Sed sua Fundatoribus laus deesse non debet, quando illi publicam promeruerunt. V. Clariss. *Iacobus*
le Vasseur. de Montigny. de la Vaquerie. *Vasseurius*, quem modò laudabamus orationem in funere *R.P. Claudij de Montigny* habuit quam an. 1625. edidit, atque insimul Elogium quod V. Cl. *A. Vacquerius* eidem panxerat, sed hoc altero contenti ad *Claudij* nostri laudationem illud exscribere non grauabimur. Sic igitur habet:

R. P. Claudij de Montigny Oratorij Iesu Presbyteri & Aurelianensis Congregationis Præfecti. F. M.

Elogium.

Anno sal. 1579. XIII. *Cal. Iun.* R. P. Claudius Montignius Nouioduni *natus est.*

Digitized by Google

1617. *Quod singulari quadam Dei dispensatione factum, vt eadem vrbs quæ seculi præcedentis initio hæreseos monstrum pepererat, eodem ipso nondum exacto, eruditionis iuxta atque pietatis miraculum in lucem ederet: atque ita priorem maculam eluceret, ac impietatis damnum pietate compensaret. Patrem is habuit ea in vrbe ciuem ornatissimum, & inter adlectos à Principe vectigalibus dispertiendis eorumque litibus iudicandis æquissimum: in cuius locum ipse ascitus mox totius ordinis Præses regio diplomate renunciatus est. Anum item. I. C. & aduocatum V. C. ad cuius exemplum adolescens, decurso iam* Lutetiæ *encyclopediæ stadio, Iurisprudentiæ primùm additus fuit, statimque post, causas in foro magna cum laude egit. In ipso honorum primordio, vrbis suæ nomine honorificas legationes obiuit, alteram ad* Lingonas *in pauperum fauorem, cui inuenì Lingonensis Senatus adsurrexit, & quæ instè petebat L. M. concessit: alteram ad* Veromand. Præfect. Laodun. *cùm designandi essent qui ad posteriora Regni Comitia* Lutetiam *mitterentur. Interea domi cælebs quasi cœlestem vitam agebat, verè dives, suâ sorte contentus, nullius-que rei indigens tanquam diuus, cum cœlestis sponsæ amore captus quiescere non potuit donec ad optatum religionis portum perueniret. Itaque statim relictis carissimis fratribus, sororibus & amicis, Deo vocanti paruit. Neque retardari potuit* Lodoici *fratris Noniomensis Archidiaconi vnicè dilecti amore, quem natu postremum habuit inter fratres ceu Beniaminum & velut animæ dimidium suæ, vt eum sæpius vocitare solebat. Magna est vis naturæ, magnum eius in mortalium animos imperium, sed vt erat forti animo, ad summa nato, altum & æternum aspiranti, ad Dei sui vocem de terra sua, de cognatione sua, de domo patris sui egressus est an. æt.* XXXVII. *Domo discedens testamentum condit, quo facultates suas, quas amplas possidebat, dispertitur, partim in subsidium pauperum, partim in erectionem Monasterij* PP. Minimorum, *in quorum ordinem cooptari ni Deo aliter visum candidatus postulabat. Quod verò Monasterium istud fundatum voluerit, in* Calniacensi *vrbe vicinâ potiùs quàm suâ, ratio potissima fuit, vt quæ spiritalis opis indigeret maximè, ei plurimum liberalitatis sponte & ex mera charitate conferret. Contemptis igitur omnibus tam priuatis, quàm publicis actionibus ad inquirendam sponsam se contulit, quam vt adsequeretur haud facilè dictu est quot & quantos labores exantlauerit. Quod vt alacrior & expeditior faceret vota se perpetuæ castitatis astrinxit scriptoque consignauit. Ad regiam deinde & eruditam* Andium Flexiam, *vt paulo remotior à suis esset,* Lutetiâ *commigrauit: inde* Lugdunum *& ex ea vrbe* Camerinum *vbi voti compos à* Francisco Salesio *Genevensi Præsule sanctissimo inauguratus & Presbyter consecratus est.* Romæ *paulò post sacrosancti sacrificij primitias Deo obtulit, & deinceps ea mentis & corporis puritate sacris operatus est, vt in carne prater carnem viuere & iam in cœlis habitare videretur.* Româ *rediens* Lugduni *iterùm substitit, ibique in sacra Congregatione Oratorij diuino instinctu firmissimum vitæ tabernaculum fixit. Ea in vrbe interea mirificos bonorum operum proferebat fructus, cùm eum inde* R. P. Berullus Parisios *euocauit ad Congregationis munia in illustriori loco & theatro exequenda.* Parisiis *in patriam venit, vbi ea ciuibus suis præstitit charitatis officia & exempla, vt æquè ab omnibus dubitari cœptum sit, num ipse patriæ, an ipsi patriæ plus deberet. Inde discedens ad eadem sacram* B. Virg. *in agro* Laodunensi *celeberrimam voti religione properat. Demum* Lutetiam *reuertitur, vbi conciones ad populum habet tantâ eruditione & potissimùm pietate refertas, vt etiam ex aula Principes ad se alliceret, ac ad Dei amorem inflammaret. Erat in eo angelicus quidam decor, micabatque in eius facie nescio quid supra humanum, quod tamen modestiæ velo contegebat. Ita verè magnus, verè pius, qui magnus esse aut videri nollet, ac cœlesti gloria dignus qui mortalium præconia sine fuco recusaret. Sic est iudicatum à viris magnis quibus* Lutetiæ *innotuit, tantisper dùm ibi commoratus est. Nam aliquanto post R. P. Superiori visum est eum* Aurelianensi *Congregationi præficere, vt I. C. & Theologus insignis in Ciuitate & Iuris Academia celeberrima de verbo Dei ad populum verba faceret. Quo munere ita fungitur, vt non solùm ad huius ætatis, sed etiam superiorum omnium perfectissima quaque exempla proximè videretur accedere. In hac igitur S. Congregatione cùm breuissimo temporis spatio mirum in modum processisset, atque in dies magis magisque procederet, mirabilesque ac suaues virtutum omnium radios emitteret, quasi lux splendens superata mortalitatis nube ad perfectissimum æternitatis diem feliciter euolauit* XVI. *Calend. Decemb. an. D.* 1624. *Vixit annum* XLIV. *m.* X. *d.* XXIX.

Vtraque Ciuitas Aurelianensis & Noviodunensis, *tota* Congregatio Oratorij Iesu,

Digitized by Google

1617 Iesu, *Sacræ Virgines* Carmelitanæ, *& imprimis mæstissimi* Fratres Lodoicus *Archidiaconus &* Carolus *Præses opt. P. & F. tanquam patrono & parenti piis precibus & lachrymis certatim parentauêre. R.* quoque *D. Nicolaum Iacquartum* laus sua publicè manet, adscripto ad tumbam & effigiem, in Ecclesia Nouiodunensi hoc epitaphio: 1618.

Digna viro facies, mens integritasque Catonis,
Hîc composita iacet lenium censuraque morum
Iacquartus, tuus ô præstans, Ecclesia, Vindex,
Rore sacro tumulum sparge & bona verba precare.

Obiit die IX. Ianuar. an. 1626.

16. Hoc eodem anno Hispanorum Annales memorant à Rege suo *Philippo* III. Principe Optimo *R. P. Consaluum ab Angulo*, Castellæ ab antiquo Prouincialem, & S. Inquisitionis apud *Vallisoletum* Consultorem & Qualificatorem, *Venezuelæ* in nouâ Hispaniâ Episcopum die ipsâ S. Bernardi XX. mensis Aug. renunciatum fuisse; atque illo autore crediderim nostros in nouum Orbem transiisse sibique domicilia constituisse, quod factum quidem esse dubitare non possum cum id mihi certò affirmauerit *R. P. Ioannes Piñ i de Celis* Generalis tum per Hispaniam Vicarius, adeoque illius etiam missionis summus moderator, sed quo demùm autore aut quo successu certus non sum, atque res tantùm Europæ & mihi, quantùm licuit, cognitas, stylo prosequutus ad hæc, reliquas mihi assumere, nec possum, nec volo. Alterum ex Hispanis nostris in eas partes postmodùm allectum & Episcopum factum lego. Et is, ni fallor, est *R. P. Ludouicus de Cañizares*, quem nobis non amplùs innotuisse ægerrimè fero, sicut & alios eiusdem nationis, quos genere, doctrinâ, virtute præstantes fuisse ac etiamnùm esse audio.

de Angulo. *Venezuela.* Ex Hispanis Episcopi.

17. Supremum hunc annum fuisse deuoto Dei famulo *F. Antonio à Paterno* Tristanus obseruauit, lib. de Vita *F. Ioannis à S. Maria* cap. VI. Is professione laicus & animo simplex non obscura sanctitatis opinione inclaruit, maximè apud Auersanos, vbi diuturnius illi domicilium fuit. Proximam sibi mortem præsagiit, & destinato die, quo sciebat adfuturam interim quieto & tranquillo animo ad æternitatem se compauit, nec verbo fides omninò defuit; ad eum enim diem qui fuit XVII. mensis Augusti feliciter obdormiuit. A morte nonnulla eius meritis diuinitùs edita constat, plura per tempus expectantur, cùm Deo serui sui gloria & fors amplius reuelanda videbitur.

Ob. F. Antonij à Paterno.

18. Præmortuus *Antonio*, vir æternâ memoriâ dignus & apud suos multis nominibus venerandus ac pro sancto creditus, *R.* nimirùm *P. Anselmus Parv*, qui *Aquis Sextiis* mortalitatem ad XVII. Iunij cœlo iam maturus deposuit. Isnardus miræ simplicitatis & pietatis virum prædicat, Maliuernius noster in litteris quas ad me dedit exemplaris admodùm vitæ hominem summæ abstinentiæ & comparatæ per Dei gratiam simplicitatis eximiæ profitetur. Et reuerâ Cœlitibus additum sui non dubitant, & nos vt piè credamus non horum solummodò, sed omnium qui eum nouerunt sensu adducimur.

Paris. Ob. P. Anselmi Paris.

An. M. DC. XVIII. 1618.

1. AVspicatò institutam (quod dicebamus) Belgij Prouinciam hic annus abundè atque luculenter demonstrabit. Primus excursus fuit in *Eburones*, apud quos Ordinis propagandi data potestas ab Illust & R. *D. Ferdinando Bauaro* Archiepiscopo Colonienſe S. R. I. per Italiam Archicancellario Principe Electore, Leodiensi etiam Principe ac Episcopo, &c. verè pio, verè Catholico, per litteras die XXIV. mens. Aprilis exaratas. *Leodium* vrbem primariam *Eburonum* ex hoc nostri concessêrunt, & locatâ domo Ecclesiæ Collegiatæ S. Petri, cœperunt inhabitare. Decanus & Canonici eiusdem Ecclesiæ, sacellum ad sacra ministeria, confessiones audiendas & præbendam Eucharistiam liberaliter attribuerunt, quin & concionibus pro placito habendis, siue per Aduentum & Quadragesimam, siue per festos infra annum dies, locum vltrò fe-

Conuentus Leodij.

1618. cerunt, ita magno concursu ad nostros itum est. Interim vt proprios lares haberent satagerunt, nec annus supra dimidium exierat cùm domum in vico cui à summo-ponte nomen sibi comparauerunt, (die nimirum 11. mens. Aug. an. 1619. id factum est.) Statim omnibus ad religiosam commorationem adaptatis in eam migrauerunt. In angusto autem positi per vicinas domos, cùm spes iam nulla superesset ædium suarum amplificandarum, vt commodiorem locum nanciscerentur omni ope contenderunt. Opportunè adfuit Vir Spect. & Honorand. *D. Laurentius de Butbach* Ciuis Leodiensis, & ex Quatuorviris militiæ Vrbicæ præfectis vnus, cuius pietas & virtus atque in nostros beneuolentia & largitas laudari satis non possunt. Is enim ab an. 1624. suo nomine ac pecunia latifundium emit in monte petroso è regione Palatij Sereniss. Principis & Episcopi Leodiensis, atque mox alterum an. 1625. cuius partem cum æquali portione horti, quem eo loco Equites Teutonici obtinebant permutauit, quod ædificando Cœnobio id commodius videretur. Assenserunt Nobiliss. & piissimi Equites Capitulum Prouinciale *Traiecti* eodem anno celebrantes, quod factum benè illis vertat à Deo bonorum operum remuneratore. Verùm & is locus haud satis opportunus videbatur, quod in deuexo montis penè præceps esset, accedebat quod facilis in eum aditus non pateret. Sed alterum ex illis impedimentis sublatum est, egestâ terrâ loco vt decebat complanato, alterum empta domo in ipsâ plateâ è regione fontis publici: eâ enim deiectâ substructi ex vtraque parte lapidei gradus egregij operis, qui non commodum tantùm, sed & magnificum ingressum præstant. Non defuerunt etiam à plerisque ciuibus & melioris notæ submurmurationes, querelæ & pugnæ, dum alij sibi videntur Principis causam tueri cuius palatio domus nostra immineat, alij etiam contendunt aduersus ciuitatem propugnaculum parari, aut summissis militibus receptaculum, sed re per piissimum Principem & sapientiss. Magistratum cognitâ obiectorum vanitas & futilitas disploſa est. Anno igitur 1626. die 1v. mensis Maij, Illust. & *R.D. Petrus Aloisius Caraffa* Tricaricensis Episcopus, & per inferiorem Germaniam ac ditionem Leodicensem Nuncius Apostolicus, primarium ædis sacræ lapidem, sub titulo *B. P. N. Francisci*, magno apparatu solemnique ritu, benedixit, in fundamenta verò, nomine ac vice Sereniss. Principis *Ferdinandi Bauari*, Reuerendissimus *D. Arnoldus à Bokolt* Leodiensis Præpositus iniecit. Biduo autem post primum Cœnobij lapidem R. P. & D. *Ogerus Lancinus* S. Laurentij ad muros Leodicenses Abbas similiter benedixit, & fundamentis ipse apposuit. Postquàm denique opus magna ex parte absolutum est & habitationi paratum in illud ex priori domo nostri transierunt. Fa-

1628. ctum id die vi. mensis Augusti ann. 1628. *R. P. Balthazare d'Auila* Prouinciale. S. Sacramentum extulit R. P. *Ægidius Lambreſt* S. Iacobi in Vrbe Abbas, qui rem diuinam maximâ pompâ & solemnitate in noua domo celebrauit. Adfuerunt supplicationi Religiosi Ordines omnes, vmbellam S. Sacramento Scabini & Consules prætulerunt, comitatus est Nobilissimus Magistratus & primores Vrbis, plusquam quingenti Ciues accensas faces manibus tenuerunt reuerentiæ & amicitiæ causâ, concursus populi fuit innumerus, reliquus etiam apparatus his respondit. Cœnobij opus planè magnificum, splendidum, & elegans, in quo constituendo & perducendo plurimùm operæ posuit R. P. *Ioannes Saulnier*. At verò ei quem diximus *D. Laurentio de Butbach* præcipui & singularis Benefactoris nomen in Comitiis Generalibus an. 1629. meritò delatum est, speramus etiam Fundatoris esse deferendum. *Leodium* denique seu *Leodicum*, *Leudica*, *Linga* & *Legia*, vrbs est ampla, diues, potens, & totius ditionis ab ea denominatæ primaria. *Mosa* insider Gallicæ Belgicæ fluuio maximo. Principatus dignitate gaudet quam sustinet Episcopus vtroque iure latè dominans. Situs est inæqualis, pars altissimis montibus illocata, pars latissimam planitiem occupat. Leucis xii. distat *Colonia* metropoli tua (plures alij numerant) totidemque *Louanio*, *Traiecto* iv. *Tungris* iii. *Aquisgrano* vi. in itinere *Coloniam*. Iconem Braunius lib. 1. tab. xi. dedit qui res eius copiosiùs prosequitur

d'Auila. *Lambreſt.*

2. Vt

Digitized by Google

1618. 2. Vt primùm autem Leodij ſedem inuenerunt vt & *Hannoniam* eiuſq; caput *Montes* aggrederentur facilè perſuaſit Illuſt. & Nobiliſſ. *D. Carolus de Longue-val* Comes *de Buquoy* ſummus bellicæ & politicæ rei per *Hannoniam* Præfectus, qui fauorem ſuum & operam ſpopondit, interceſſit R. admodùm P. & *D. Henricus de Buzegnies* S. Dionyſij ad *Brocqueroyam* Abbas, atque his adnitentibus res alioquin inſperata ſucceſſum habuit. Vrbicus enim Magiſtratus rogatâ omnium Ordinum ſententiâ menſe Maio, hoc ipſo anno iure ciuitatis noſtros donauit. Continuò autem Sandionyſianus ille Abbas pro ſua ſingulari pietate, atque in noſtros amore vrbanam Abbatiæ ſuæ domum, quâ ſolent ad perfugium vti, commodauit, & in eam peramanter illos induxit. Illuſt. & R. *D. Henricus Franciſcus Vanderburch* Cameracenſis Archiepiſcopus, rediuiuus vt coràm cernere datum eſt Borromæus, rem probauit, laudauit, confirmauit. Permanſerunt in ea domo noſtri ad aliquot annos, ac ſubinde quæſitis ædibus in primariâ viâ ad portam quâ ex ipsâ vrbe vlteriùs in *Hannoniam* itur, in ſuo vt dicitur cœperunt habitare. Nomen à *S. Dionyſio* nouæ domui optauerunt, vt hoc pignore, acceptì à Dionyſianis beneficij memoriam æternitati quantùm fas eſt conſecrarent. Poſtmodùm lectiſſ. & Nobiliſſ. fœmina Princeps D. *Dorothea de Croy* Gener. & Potent. Princip. D. *Caroli Philippi de Croy* Marchionis *de Haurec* Comitis *de Fonteney* (quem aurei velleris Equitibus 287. Chifflet. annumerat) F. vidua verò *Caroli* Ducis *de Croy & d'Arſchot, &c.* Ordinis noſtri Tertiaria conſtituto annuo cenſu Fũdatricis nomen promeruit, pepigit autẽ inter cætera vt S. *Dorothea* in Cœnobij patronã & tutelarẽ *S. Dionyſio* allegeretur. Acceſſit pientiſſ. & opulentæ viduæ liberalitas quæ nomen ſuum enunciari, quoad in viuis ſupereſſet modeſtiæ gratia vetuit, ſed quando in Actis Generalibus deſcriptum eſt in nullo me optimam viduam offendiſſe putabo ſi nomen proferam. Ea igitur eſt *D. Ioanna Druart* vidua D. *Bernardi Coliſar*, quæ in eiſdem Actis an. 1629. Fundatrix renunciata eſt, cùm priùs inter ſingulares Benefactrices annumerata fuiſſet. *Mons* autem ſeu *Montes* vrbs Hannoniæ princeps à ſitu nomen habet. Natura & arte munitiſſima eſt. Amplitudo non contemnenda, vt quæ 15878. pedum geometricorũ ſpatio tendatur. Ædificiis cum publicis, tum priuatis admodum ornata eſt. Eam *Trulla* riuus interluit, atque in exitu vrbis *Haina*, ſeu *Hannia* alteri fluuiolo permiſcetur. Celeberrimo S. Valtrudis Collegio, quod eſt ſacrarum Virginum Canonicarum inſignis eſt. Diſtat *Bruxellâ* leucis x. *Duaco* in Occid. & *Namurco* in Orient. xi. *Valencenis* vii. Iconem protulit Braunius lib. 1. tab. xiii. Hiſtoriam ſcripſit Nicolaus Guyſius, pleriquè alij meminerunt.

1618.

de Longue-val.

de Buzegnies.

Vanderburch.

de Croy.

Druart.

Mons.

3. Atque hæc quidem ſic proueniebant vt gradum ad alia facerent, ſolet nimirùm fortuna eos quibus aſpirauerit altiùs euehere. Cùm igitur *R. P. Claudius Vinierius* Prouincialis *Inſulam* Galloflandriæ vrbem primariam veniſſet per Octauam S. Sacramenti conciones habiturus ad D. Catharinam, facilè ſuâ ſibi doctrinâ & pietate ciues omnes conciliauit. Dato igitur ſupplici libello, vt pro factâ ſibi poteſtate à Sereniſſimis Principibus, liceret locum exſtruendo Cœnobio conquirere, ac religioſam familiam illuc deducere, à pientiſſ. & nobiliſſ. Magiſtratu exorauit. Perſcripta facultas die xxiv. menſis Iunij, quod ad rem auſpicatò accidit. Verùm opibus deſtituti noſtri, ne domum quidem locare poterant. Re igitur Deo commendatâ, *Vinierius* & Collegæ abibant, cùm in itinere obuium habent R. P. & *D. Adrianum Bauvvins*, S. Chriſtophori apud *Phalempinum*, ſeu *Phanopinum* Abbatem Ordinis Canonicorum S. Auguſtini, ſciſcitanti illi num ij eſſent quibus nuper ius ciuitatis arrogatum fuerat, reſponderunt ſeipſos eſſe, ſed quibus ob rerum penuriam & hoſpitij defectum neceſſe fuerit cœpto deſiſtere, & vrbe abſcedere; at ille; haud ita fiet, inquit, eſt mihi vrbana domus quam refugium vocant, eam vos commodatò accipite, quoad alterius facultas fuerit. Hominis incogniti & nunquam anteâ ſibi viſi humanitas & beneuolentia noſtros attonitos habuit, qui verbum tamen cum gratiarum actione acceperunt. Et è veſtigio in hoſpitium illud deducti, non poterant ſatis mirari Dei prouidentiam & religioſiſſimi Abbatis benefi-

Concessus Inſula.

Bauvvins.

Digitized by Google

1618. centiam. Circumſpiciebant interim, ne graues aut moleſti eſſent exceptori 1618.
ſuo, ſi quem in vrbe locum nanciſci poſſent, abiit annus in illa cogitatione, cúmque per moras & inter conquiſitiones domum portæ *Barenſi* proximam expetiiſſent, ratus vir potens & opulentus qui habitabat in proximo ædes ſuas appeti, abſque quibus ſcilicet non videbantur noſtri poſſe in illis anguſtiis conſiſtere, factus ex eo ab illis alienus ſtatuerat, nullo vnquam pretio aut prece quidquam omninò cedere. At is ipſe non multò poſt cùm ſe improlem vita deceſſurum & in vicino mortem eſſe cogitaret, multique ad eum aduentarent viri religioſi qui eam ipſam domum ſibi depoſcerent, noſtri autem ne accederent quidem, derepentè mutauit & ſponte ſua obtulit quod noſtros artibus ambire præſumpſerat. Vt id animo conſtituit rerum ſuarum procuratorem noſtris amicum *D. Iacobum Bridoul* aduocauit, cui de donandâ domo ſua voluntatem ſibi eſſe ſignificauit, ſed quibus, ipſe videret, ille omnium minimè de Minimis cogitabat, cúmque alios atque alios nominaret; haud ita eſt, ait alter, ſed in Minimos planè fert animus quos egentes deſtitutoſque video, & ita prorsùs animo ſedit, age igitur & in diem tertium præſtò ſis ad donationem peragendam. Sed vix in craſtinum potuit animum tenere vir Nobiliſſ. & Generoſ. Eques *D. Ioannes du Beſquiel* Toparcha *Deſplanques*, id illi nomen erat, noctem enim ipſam duxit inſomnem vſuſque ſibi eſt vocem audire, quam credebat eſſe B.P.N. Franciſci identidem ingeminantem, Quare non hodie, quare non hodie, vt quid in tertium diem differs. Summo igitur mane illum quem diximus *D. Bridoul* iuſſit accerſiri, rebuſque iterùm cum illo communicatis ampliùs non diſtulit, ſed in præſens donationem ſuam publicâ fide perſcribi voluit noſtriſque ſtatim offerri, quibus id viſum quaſi miraculum à Deo. Aderat tum in vrbe *Vinierius* qui acceptò retulit donationem, eo ipſo die qui fuit 1x. *Bridoul.* *du Beſquiel D Spliques.*
1619. menſis Aug. an. 1619. multiſque verbis homini munificentiſſimo gratulatus eſt. Pepigit ea donatione ius ac nomen primi Fundatoris pro ſe ac familiæ ſuæ *du Beſquiel* primogenito, quod in Generalibus Comitiis placuit. Sereniſſimi Principes ſublato caduci iure vtendum fruendum prædium conceſſerunt. Tum verò demùm noſtri vicinas illas ædes, de quibus dicebamus emerunt, Ampliſſimus etiam & Piiſſim. Magiſtratus nonnullas alias liberaliter elargitus eſt, quibus vt par erat adaptatis diſceſſum eſt è Refugio *Phalempinenſi*. Factum id inſtituta ſupplicatione publica & ſolemni, effuſo in plateas omni populo, aſſiſtente ampliſſ. Magiſtratu, pluſquam mille ciuibus faces accenſas manu deferentibus, perſonantibus muſicis inſtrumentis, R. P. *D. Adriano Bauvvins* Pontificalibus induto S. Sacramentum efferente, qui ſacris magnâ pompâ operatus nouam domum ſanctiſſimè inaugurauit. Deinceps verò, nunquam ſatis pro merito laudandus Vir noſtros non ſecùs atque dilectiſſimos filios præcipuâ charitate complexus eſt. Huic porrò atque *Montenſi* Cœnobio, cum nouum ac permanſurum opus cœpit, fundamentalem (vt ita loquar) lapidem intulit *R. P. Petrus Pyart* demortuo *Vinierio* in Prouincialem ſublectus, quod Deus benè vertat. Buzelinus l. 1. Gallo-Flandriæ c. 111. de noſtris *Inſulam* nuper inductis ſic meminit: *Iis Religioſis quos Minimos ipſorum Fundator S. Franciſcus de Paula vocari voluit, data nuper etiam hîc (Inſula) commorandi facultas tam proximè portam quæ Barenſis nuncupatur.* At lib. 11. cap. xxxvi. paulò luculentius loquitur in h. m. *Octauo & decimo ſupra milleſimum & ſexcenteſimum currente anno, S. Franciſci Paulinatis aſſeclis veniam dedit Senatus intra ramos Inſulenſes domicilium conſtituendi. Quod nondum ædes haberent in quas ſeſe reciperent, Phanopinenſis Antiſtes* Adrianus Bauwins *hoſpitium ſuum eis vtendum permiſit. Nunc eleemoſynis quærendam Ciuium, iuxta domum quam reparcha Deſplanques ceris vltimis ipſis donauit, coëmptis vtcunq; laxis ædibus habitationem ſibi comparant, ibique à paucis menſibus commorantur.* At verò non omittendum ob ea quæ diximus Cœnobium *B.P.N. Franciſco* fuiſſe nuncupatum. Sicut nec reticenda in noſtros *R.D. Maximiliani à Gandauo Villanÿ* Tornacenſis Epiſcopi benignitas & gratia, quæ tanta fuit vt ſpem & vota noſtrorum exceſſerit, quod ij facilè credent qui optimum Antiſtitem non genere magis quàm virtute nobilem cognouerint. Porrò *Inſula, Iſla, Lilla*, vel ſi *de Gand. Villan.* *Iſla.*

quod

1618. quod eſt ſimile nomen de quo inter peritos diſceptatur, à veteri poſitione ita dicitur, olim ſiquidem ſtagnis & paludibus cingebatur. Eſtque Vrbs *Galloflandria*, frequentiâ ciuium, opibus & legibus longè ornatiſſima, & poſt *Antuerpiam* & *Amſtelodamum* totius *Belgij* potentiſſima. *Deulla* fluuius tinctoribus peropportunus foſſas ſubit, & vario circuitu pleraque loca perluit. *Duaco* ad ſeptimum lapidem procul eſt, *Tornaco* & *Cortraco* leucis quinque abeſt. De illa Guillelmus Brito non inconcinnè 1618.

Inſula *villa placens, gens callida lucra ſequendo,*
Inſula *quæ nitidis ſe mercatoribus ornans*
Regna coloratis illuminat extera pannis
Vnde reportantur ſolidi quibus illa ſuperbit.

Buzelinus res eius copiosè pariter ac diſertè in ſua Galloflandriâ exequitur.

4. Hæc quæ ad res Belgicas pertinebant vno erant contextu pertexenda, iam verò nunc licet vt ad alia digrediamur. Et quidem Itali à XXIV. menſis Maij, agente *R. P. Stephano Sanſeuerinate* Prouinciali Neapolis, *Octavianum* ipſius Neapolitani tractus nobilem vicum, ad montes *Nolanos* ſupra *Sarnum* amnem, inſederunt, data illis prædia duo ingentis pretij à Nobili Viro qui proximè incolebat & ſpeciali cultu *B. P. N. Franciſcum* venerabatur, cui eum locum dicatum eſſe volebat. Conuentus Octauiani.

Sanſeuerino. Octauiano.

5. Lotharingi ſimiliter apud *Barrum Ducis* ſedem fixerunt. Pia & honeſtiſſ. fœmina *D. Barbara de Vincent* ædes donauit, adeoque Fundatrix in Comitiis Generalibus renunciata eſt, quo iure ac priuilegio etiamnùm gaudent eius poſteri, à filio, cui cognomen fuit *de Doncourt*, progeniti. Sereniſſ. Princeps *Henricus* II. Lotharingiæ Dux cenſus attribuit & priuati plures nonnulla erogauerunt quibus Cœnobium cœpit conſtitui ſub inuocat. *B. P. N. Franciſci.* Ipſi nos egregium opus quod perficitur in tranſitu vidimus, ſitumque Cœnobio in ſuburbio, quod ad radices montis cui vrbs inſidet, circũflectitur, obſeruauimus. At verò *Barrum* Ducatus titulo nobile oppidum eſt, ad *Saltum* fluuium, in finibus *Campaniæ & Lotharingiæ. Saltus* inde multo & longo flexu *Victoriacum* peruenit, & in *Matronam* influit. Eſt diœceſis *Tullenſis*, quam tùm *R. D. Ioannes Porceletus Maillanius* à nobis antea laudatus adminiſtrabat. Conuentus Barri.

de Vincent.

Bar le Duc. Sault. Vitry. Marne.

6. Denique ſuas etiam partes Turonenſibus demus neceſſe eſt. Apud Cœnomanos concionum gratiâ verſabatur *R. P. Ioannes du Bourg* tertium hodie Lugdunenſi Prouinciæ præpoſitus, cum habita in vrbe Cleri comitia, dato illi ſupplici libello, condendi Cœnobij veniam exorauit à *R. D. Carolo de Beaumanoir de Lauardin* Cœnomanorum Epiſcopo, ſub die XXVII. menſis Aug. hoc anno. Epiſcopi ſui pietatem Ciues æmulati coacto Vrbico Concilio ad III. menſis Septemb. & ipſi Ciuitatis gratiám de communi ſententiâ noſtris detulerunt. Itaque noſtri in locum *Arenas* dictum conceſſerunt. Ad alterum ann. & diem Maij XXIII. coëmpta domo, infra Parochiam *Culturæ*, cui nomen *Epichelerie*, ſtabilem eo loco ſedem fixerunt & in deſignata aula permittente ad diem Aug XI. Epiſcopo ſacra facere cœperunt. Non eſt autem factum operi nouo initium ante ann. 1622. quo demùm & ad diem VII. Auguſti in ædis ſacræ fundamenta miſſus lapis R. D. Epiſcopo benedicente, qui & *S. Caroli* nomen Cœnobio eſſe voluit quod acceptum & gratum noſtris fuit, Nobiliſſ. autem & Illuſt. *D. Alexandro de Rohan* Marchione de *Marigny*, vtriuſque Regis militiæ Equite torquato lapidem ipſum immittente, quod inſcripto hoc elogio memoriæ commendatum eſt: Conuentus Cœnomani

du Bourg.

de Beaumanoir.

de Rohan.

Hac luce VII. *Aug. an.* 1622. *lapis iſte poſitus fuit à Reuerendiſſimo in Chriſto D. D.* Carolo de Beaumanoir *Epiſcopo Cœnom. Barone de Tonnoys Abbate Belliloci, & á ſecretis Regis Conſiliario, necnon à Nobiliſſ. DD.* Alexandro de Rohan *Marqueſio de Marigny, Comite de Ramefort, Equite torquato, Prorege in Prouinciis Cœnomanenſi Laualenſi, & Perchenſi, tempore Prouincialatus R. P. Ægidij Camart.*

Digitized by Google

1618. Porrò Cœnomanorum ciuitas, quæ nonnullis *Vindinum* vel *Vindicum*, Comitatus cognominis caput, sita est *Sartam* fluuium, de quo Theodulphus Aurelianensis Episcopus: 1618. *le Mans. Sarte.*

Perticus *hunc gignit &* Meduana *bibit,*
Fluctibus ille suis penetrans Cœnomanica rura
Mœnia qui propter illius vrbis abit.

Et alius quidam,

Venimus ad Sartam *quo non est purior alter.*

Episcopali sede insignis est inde à Vespasiani temporibus, subestque metropoli Turonensi à qua leucis XII. abest in Boream. Gaudet Conuentu Iuridico quem Præsidialem dicimus, sed nos de dignitatibus vrbis reticemus.

7. Edidit hoc anno *R. P. Bertrandus Brunellus* homo antiqui moris & priscæ simplicitatis libellum gallicum, cui nomen fecit *Musa Religiosa* Burdigalæ apud Petrum de la Court, quod iam nunc meminisse voluimus quia optimi senis memoria in progressu non recurret. *Brunel. la Muse Religieuse.*

Ob. F. Ioannis Baptistæ Neretti.

8. Ad occurrit nunc primùm, quæ insimul beatæ vt creditur æternitati consecrata est, sanctissimi fratris inserenda his annalibus recordatio, de quo, vt nuper ad me referebat *de Agrisolijs* noster, ita mentionem feciisse non pigebit. Ad hunc igitur modum ille: *V. F.* Baptista Neretus *Pedemontanus, assiduo Genuæ incolatu Genuensis, Laicus, mira obedientia Religiosus. Imprimis autem erga infirmos magna enituit charitate. Quod præcipuè comprobatum est, cum an.* 1574. *Genuæ grassante peste, eius contactu tres Religiosi languerent, vixque pestis metu accedere quisquam auderet, pia ipse charitate permotus inuisit, accessit, tetigit, cibumque ministrabat, corpus, lectum, cellamque componebat, eisque medebatur: quod sanè opus tam Deo gratum extitit, vt eius beneficio nunquam toto eo tempore, aliis ægrotantibus maleque se habentibus, ægrotaueris aut capitis dolore, vel minimum laboraueris: atque adeò eiusmodi charitatis obsequio erga infirmos quoslibet se addixit, vt ex eo pestis tempore ad obitum vsque ægrotos inuiseret, solaretur, immunditiis, quibusque expurgaret, cæterisque omnibus charitatis operibus eos benignè complecteretur, eoque maximè gauderet famulatu. Patientia itidem haud minus præcelluit, vt ira nunquam se corripi passus sit, quin semper vocibus illis vteretur: Laus Deo, B. P. Francisco de Paula. Cùm grani vlcere in crure maximè cruciaretur nunquam tamen conqueri audiuus est. Obedientia nemini secundus, vt quamuis eo vlcere afflictaretur, iubenti aliquid Superiori statim responderet: Benedicite, Ecce ego mitte me, vultu quidem hilari ac festiuo. R. P. F. Laurentius de Peyrinis Genuensis Conuentus Iesu Mariæ aliquando Corrector, vt F. Ioannis Baptistæ experiretur virtutem, eidem crure quidem laboranti mandabat quandoque, vt ad eleëmosynas quæritandas se conferret, ipse autem paratissimus, quamuis æger, quamuis extra tempus, quamuis imber decideret, Benedicite respondens itineri statim iussa capessens se accingebat; sæpiùs autem è Conuentu ad passus aliquot egressus à Superiore reuocabatur. Quadam verò potissimum die, adeò niue cooperto solo vt perdifficilis esset incessus, ad olei quæstum dimissus ab eodem Patre, baculo subnixus viam carpebat libens & glorians, nisi à Superiore maximam pij viri suspiciente obedientiam mox regredi iussus fuisset. Abstinentiæ quadragesimalis seruator eximius, vt quamuis eo vlcere continuò afflictaretur, paschalibus tamen cibis nunquam vesci voluerit. In vltima tandem senecta Ianitor Conuentus est constitutus, Pauperum eo in munere solator eximius ac benefactor, vt tributam sibi propterea in Cœnaculo portionem Superioris facultate pauperibus sæpiùs elargiretur. Subcisiuis horis, quibus Ianitoris munere non erat implicitus, in Ecclesia vel in Capituli Aula, orationi aliisque piis exercitamentis flexis genibus incumbebat, pendentis verò è ianua campanulæ sono audito, tanquam à Prælato vocatus statim surgebat. Meritorum tandem plenus in Domino quieuit Genuæ in Conuentu Iesu Mariæ XXXI. Ianuar. ann. M. DC. XVIII. Religionis anno 50. ætat. 75.* Ann. 6. ex quo ad Ordinem accesserat.

An.

Digitized by Google

1619. 1619.

An. M. DC. XIX.

1. ASpirauit fortuna (si fas est dicere) *Turonensibus*, qui acceptis tribus ad hunc annum Cœnobiis videntur *Belgis* cedere noluisse, aut etiam plus aliquid efficere voluisse, qui simul Cœnomanos, vt diximus, excoluerunt. Sed ad rem *Turonibus* vltrà *Pictones Engolismenses* sunt, quorum vrbs primaria *Engolisma*, quæ & *Inculisma*, *Ecolisma*, & si quod eius inflexionis nomen est quod anxiè plerique disquirunt, colli altissimo, & saluberrimo proinde insidet, cuius radices subluit *Carantonus* fluuius, Iacobo Bobino, Conuentus Engolismæ.

Engolisma

Charante.

Altus, piscosus, nitidus, sinuosus, opacus
Vitreus ——

Episcopali dignitate claret sub metropolite Burdegalensi, distans leucis XXII. ab ipsa *Burdigalâ*, quot *Pictauo*, dimidio propior *Santonibus* & *Lemouicibus*. Agebat in ea vrbe Augustiss. Princeps Regis mater *Maria Medicæa*, quæ suo nomine latifundium emit in ea vrbis regione, cui *Belli*, hoc est pulchri, *loci* nomen, adeoque omnium saluberrimâ & iucundissimâ, quod nostris liberaliter donauit ad Cœnobium extruendum. Rogata omnium Ordinum sententia in Concilio Vrbico ad IX. Ianuarij, V. Cl. D.... *Guerin* Maiore, qui omnes vltro assenserunt. Reuerendissimus etiam *D. Antonius Rupifucaldius* Episcopus pro sua pietate rem probauit & laudauit, ad XXXI. mensis Iulij. Deinceps igitur angusto domicilio inhabitarunt nostri, quoad noui operis iacta sunt fundamenta. Primarius ædis sacræ lapis ab ipso R. D. Episcopo ad alterum annum, & diem IX. mensis Aprilis benedictus, ab Illust. & Generosiss. *D. Ioanne Ludouico de Nogaret de la Valette* Duce Spernonio positus est, & is ad substructionem domus plura elargitus est. Anno demùm 1627. ad XVIII. mensis Aprilis ab eodem R. Episcopo *S. P. N. Francisci* nomine ipsa basilica, cum quinque sacellis pulchrè per liberalitatem nobilium adornatis, consecrata est.

Bordeaux. Pontiers. Saintes. Limoges. de Medicis.

de la Rochefoucault.

de Nogaret, de la Valette.

1610.

1617.

2. Tribus ab *Engolismâ* leucis ad eundem *Carantonum* fluuium, oppidum est quod *Castrum-Nouum* dicunt, vbi *Carantonus* lapideo ponte iungitur, nec procul inde *Iarnacum*, vtrumque prælio cum Segregibus Caluinianis ad ann. 1569. commisso decantatum. Ager talis est vt merito Paulus Thomas de illo cecinerit, Conuentus Castri-noui.

Chasteauneuf. Charante. Iarnac.

——— ——*tu mihi præ cæteris*
Delicta terris, tu omnium pulcherrima,
Opaca syluis, læta pascuis, ferax
Frugum atque Bacchi.

Sedem hoc ipso anno illic fixerunt nostri cruce implantatâ, quod solemni apparatu factum est. Post annos aliquot duci cœpit permansurum opus & fundamentis ad Ecclesiam effossis iniectus lapis ab illust. & lectiss. fœmina Principe *D. Ludouicâ Luxemburgicâ* dicta *de Massé*, Nobiliss. & Generos. Equitis *D. Bernardi de Beon* apud Santonas, Lemouices, &c. Proregis alteris nuptiis consorte. Quod factum ad diem Iulij XXII. an. 1625. præhabita Episcopi facultate ad benedictionem, quam Vicarius eius Conuentus peregit. In hac æde nouâ, res diuina primùm celebrari cœpit ad diem 11. Aprilis an. 1631. Et *Ludouica* quidem in nostros animum pientiss. & lectiss. filia *Ludouica Beonia* quæ Nobiliss. *D. Henrico Augusto de Lomenie* à Secretis Regni Quatuor-virô Toparchæ *de la Ville-aux-Clercs* nupsit, æmulatur. Nuper enim cum ipsa tum *Henricus* maritus, Cœnobium aliud ex integro condendum proponebant, quod cum tempore perfecturos certa fiducia est.

de Luxemburg.

1625.

1631.

de Beon. de Lomenie.

3. At verò ab *Engolismensibus* in *Aremoricos* longiùs digrediendum. *R. P. Ægidius Camartus* apud Rhedones per Aduentum concionatus, elato licet inter hæc *R. D. Francisco Lachiuer* Episcopo beatæ memoriæ viro, & à quo nihil non à nostris sperandum erat (obiit autem ille XXII. Februarij hoc ipso anno in funere à *Camarto* laudatus, qua de re diximus alio loco) cum per Quadragesimam verbo diuino prædicando instaret, ciuiumque beneuolentiam maxi- Conuentus Rhedonum.

Lachiuer.

Digitized by Google

1619. moperè demeruiſſet, libellum ſupplicem obtulit, qui ad populum recitatus in Ciuico Concilio cunctorum ordinum ſuffragatione acceptus eſt, recurrente XXII. alterius menſis, hoc eſt Martij, poſt obitum ſanctiſſimi Epiſcopi. Mox autem *R.D. Petrus Cornuillier* ex Trecorenſi Eccleſia in Rhedonenſem euocatus, plebi ſcitum ſua autoritate ſanciuit. Poſtmodùm verò etiam Fundatorem (qui fuit religioſiſſimi Antiſtis in noſtros affectus) ſe præſtitit, comparatâ S. Petri Diaconiâ, in qua noui operis Eccleſiam conſtruxit abſoluto iam choro & maiore altari ædificato, cùm primarium lapidem benedixiſſet & immiſiſſet à die VIII. menſ. Iulij an. 1622. & titulum nomenque à *S. Ludouico* Francorum Rege optauiſſet. Inſcriptio autem lapidis ſic habet 1619. *Cornuillier.*

D. P. S.

ANNO NATIVITATIS
DOMINICÆ
M. D. C. XXII.
GREGORIO XV. PONT. MAX.
LVDOVICO XIII.
REGNANTE ET
REBELLES SVI IMPERII
HÆRETICOS DEBELLANTE.
PETRVS CORNVLLIER RHEDON.
EPISCOPVS
IN SVÆ DEVOTIONIS
PERPETVVM MONVMENTVM
HVNC PRIMARIVM LAPIDEM
AC IPSIVS ÆDIS SACRÆ
FVNDAMENTALEM
FVNDATOR POSVIT
OCTAVO IDVS IVLII.

Rhedonum autem Ciuitas, quæ antiquis *Condate*, in Chriſtianis verò Conciliis *Rhedonæ*, Conuentu Iuridico, cuius decretoriæ ſententiæ non retractantur (noſtri Parlamentum vocant) ab *Henrico* II. Rege ornata, vel hoc ipſo celebritatem inuenit. Claret ab antiquo Epiſcopali dignitate. Sita eſt ad *Vigelaniam*, ſeu *Vicenoniam* fluuium non ſemel à Gregorio Turonenſi memoratum, qui exceptо versùs *Ciantum Venetorum Vidâ* in Oceanum influit. Diſtat à *Nannetibus* leucis XVI. quot ab ipſis *Venetis*, XXII. ab *Andibus*. *Rennes. Villaine. Vicenon. Auſt.*

Ob. P. Antonij Richardi.

4. Hoc progreſſu exultabant Turonenſes, cùm apud alios diuerſis locis mors importuna deſæuiit. Sed fallor importuna non eſt quæ cœlo maturos occupat, quales hi fuerunt. In Prouincia Lugdunenſi *R.P. Antonius Richardus*, quem tantò ſecurius prædicabo, quantò magis probatum laudatorem nactus iam eſt. Hoc nimirùm ei elogium R.P. Theophilus Raynaudus Soc. Ieſu Theologus eximius, in Mantiſſa ad Indiculum SS. Lugdunenſium, aſſeruit. *Antonius Richardus* Billomi *apud* Aruernos *natus, vnus è primis alumnis ſeminarij pauperum quod inibi ſub PP. Societatis diſciplinâ*, Guillelmi à Prato Claromontani *Præſulis beneficentia in litteratorio ſtudio fouit, deguſtatis, in eo Gallicanorum Societatis* Ieſu *Collegiorum velutiplantario, bonis litteris, Ordinem* S. Franciſci de Paula *capeſſiuit. Vir fuit concionandi facultate eximiâ, & induſtriâ tractandorum animorum planè* *Richard.*

Digitized by Google

1619. *nè ſingulari, præſertim verò in iuuandis ad Chriſtianam mortem patibulariis præſtans in paucis. Fortitudinem animi & abſtractionem à rebus caducis luculenter prodidit antè an.* xl. Grationopoli, *vbi graſſante lue cum omnes de more ſecederent, agrorum ſubſidium & animarum per eos quorum intererat propè dimiſſam procurationem intrepidè ſuſcepit, nec corporum leuamen pro facultate prætermiſit. Quin etiam ſupra facultatem illud curaſſe videri poteſt, omnibus, quæ in Cœnobio cui præfectus erat ad tenuem victum aſſeruabantur, in egentes magna charitate & in Deum fiducia erogatis. Nec Deus ſerui ſui ſpem irritam cadere, aut commiſſam ipſi familiam habere deteriùs per eam largitatem ſinit. Conflatâ exhauſtâ prorſus annonâ, & Cœnobia infidelitate negotiatoris conuentis non ſtantis, ad magnas circa victum anguſtias in ea temporum aſperitate redacto, ſacces farinarios tres intrapenum repertos. Quâ & per quos aduenirent quantalibet adhibitâ diligentiâ reſcirì non potuit. Orandi ac cum Deo agendi ſtudium, flagrantiſsimè illis in proximos, cuius eos eſt, admenſum habuit. Deſiit viuere Lugduni anno* 1619. *dierum ac meritorum plenus cum annos ipſos quinquaginta in ſacra militia ſanctè admodum ac religiosè exegiſſet.* 1619.

Leber. 5. In Prouincia Franciæ *R. P. Guillelmus Leber* apud Lugdunenſes primùm tum apud Pariſienſes ſemel atque iterùm Prouincialis, vir probitate atque animi ſinceritate præſtans, cui nullum, præter ætatis vitium, cùm eum grauaret ſenecta, viſum eſt adhæſiſſe. Apud principes gratiâ valuit & autoritate, acceptamque illi deberi Lotharingiæ Prouinciam à ſenioribus ſæpè audiui. Exorciſtæ munia non ſemel intrepidè ac ſalubriter ſuſtinuit, dæmoneſque multis modis exercuit. Apud exteros per difficillima tempora Nationis ſuæ iura conſtantiſſimè ac ſolertiſſimè propugnauit. Patiſcentibus tandem per ſenium viribus exactis in ſancta profeſſione annis tantùm quadraginta quinque (prouectus nimirùm ætate acceſſerat) Nigeoni defecit die XIV. menſis Aprilis. Eius memoria in benedictione non immeritò habenda eſt. Ob. P. Guillelmi Leber.

de Ribadeneira. 6. Apud Hiſpanos Soror *Beatrix à Ribadeneira* quod patri cognomen fuit, cur autem *à Ribera* tantum dicta ſit planè non intelligo. Hæc poſtquàm annos viginti matrimonio coniuncta miram patientiam cum reliquis virtutibus exhibuit, annos autem quatuor bonis operibus vacans vidua permanſit, tertium Ordinem noſtrum complexa eſt, vt perfectioris vitæ ſtudium quo tenebatur expleret. Certè deſiderio effectus non defuit. Vitam quadrageſimalem exactè ſeruauit, ſæpiùs pane tantùm & aqua ſe macerans. Adeò in ſpiritu profecit vt multa de myſticâ Theologiâ præter communem ſenſum ſolidè pariter ac piè ſcripſerit. Nulla virtus deſiderari potuit quâ non fulgeret. Synaxim ſacram ſingulis diebus frequentabat, quam eius vt vocant deuotionem piamque exercitationem miraculo Deus confirmauit, diſpertitâ inter Sacerdotis manus hoſtiâ quam cum alteri præbendam ſumpſiſſet, *Beatrici* negauerat. Multa fuit ſanctitatis eius apud populares ſuos opinio, vt vix potuerit ſepulchro inferri, per circumſtantem prementem & frementem turbam, quæ auferre veſtes nitebatur, corpuſque ipſum diſcerpere velle videbatur. Hiſtoriam de illius vita & collatis per Deum donis Hiſpani promittunt, mentionem Chronico ſuo Montoia breuiter iniecit, cùm iam cuderetur ad hunc enim annum tantummodò producitur. Obiit *Beatrix Toleti* quæ ei patria & natale ſolum fuit die XXVII. menſis Auguſti. Ob. Sororis Beatricis de Ribadeneira.

de Veas. 7. Apud eoſdem, *R. P. Franciſcus de Veas* optimus & longæuus admodùm ſenex, cuius hiſtoriam quoque Montoia in futurum reſeruauit, prædicans interim verbo virtutem eius heroïcam & in omni genere conſummatam. Ex quo ſemel Superiorem egit, in tantùm abhorruit ab animarum curâ vt nunquam potuerit adigi ad eam prouidentiam ſuſcipiendam. Obſeruantiæ regularis ſuprà modum tenax & religioſæ perfectionis ſtudioſus fuit. Perhumanus etiam in conuerſatione Rerum moralium peritiâ excelluit. Ætatis anno XC. profeſſionis LXIII. *Hiſpali*, prænunciatâ non ſemel morte obdormiuit in Domino. Ob. P. Franciſci de Veas.

de Vintimiglia. 8. Apud Siculos inſuper piiſſ. Soror tertiaria cui *Ludouica*, ſeu mauis *Aloyſia à Vintimiglia*. Catanâ oriunda erat è nobiliſſima gente, pro parentum voluntate ad ſecundas etiam nuptias conuolauit, & nobiliſſ. poſtremùm viro *D. Hectori Geoni* copulata cum eo ad 35. ætatis annum coniunctiſſimè vixit, ac poſt ſuſce- Ob. Sororis Ludouicæ à Vintimiglia.

gitized by Google

1619. ptum filium atque filiam, etiam continenter, ex vtriuſque voto. Ipſa enim tertium Ordinem noſtrum profeſſa, non matrem modò pluresque nobiles fœminas, atque viros, ſed in his quoque maritum, ad hoc vitæ inſtitutum pertraxit, ac deinceps vterque continentiam vouit, ſeq; thoro ſeparauerunt. Voluntas eius vitæ amplexandæ diuinitùs inſpirata illi eſt, cùm ad Imaginem B. Virginis miraculis claram veniſſet, ſolitoque feruentiùs ad eam oraret. Deinceps enim depoſito mundo muliebri & in eccleſiaſtica ornamenta erogato ſic vixit, vt non à ſeculari tantum luxu aliena, ſed clauſtro abditarum virginum ſanctimoniâ & obſeruationibus illuſtris conſpiceretur. Aſſidua nimirùm fuit in oratione Chriſtique patientis contemplatione. Verberibus ſeipſam excarnificabat. Nudæ tabulæ veſtes indura ſe ad ſomnum committebat. Vitam quadrageſimalem rigidè obſeruabat nullo pingui eſculento vnquam poſthac adhibito. Vidua priores exercitationes ingeminauit & abdicatis omnibus voluntariam paupertatem pro Chriſto amplexa eſt. Nota eius ſanctitas adeò fuit, vt vulgò prædicaretur. Matrem ſe pauperibus, deſtitutis & afflictis omnibus perfugium exhibuit. Multa ſuprâ naturam, miraculo, per eam edita creduntur. Demùm emenſo ſanctiſſimæ vitæ curſu ad metam peruenit, quod accidit *Caſanæ* ad diem menſis Octobr. xix. hoc eodem anno. 1619.

Ob P. Gaſparis Diner. 9. Reuerendiſſimus denique *P. Gaſpar Dinetus* Matiſconenſis Antiſtes, qui tempore quidem poſtremus fuit, cùm dignitate præſtaret. Dignitati probitatem & morum integritatem atque inſignem dicendi facultatem coniunxit. Eruditione imprimis excelluit, quam Epiſcopalibus virtutibus luculenter exornauit. Prima illi cura fuit de perluſtrandâ diœceſi, quod impigrè fecit & cum fructu longè maximo. Dignitatem Epiſcopalem aſſeruit ac pactis conuentis cum Cathedralis Eccleſiæ ſacris ſodalibus omnem impoſterùm controuerſiam ſapientiſſimè præſcidit. Ad maiorem vrbis ſecuritatem Comitum Matiſconenſium arcem dirui procurauit, & in locum RR. PP. Capuccinos ſuccedere ædemque ſibi conſtruere prouidit. Peſte infectis ſuburbanam domum parari conſultiſſimè ſategit. Cathedralem Eccleſiam temporum iniuria multis modis afflictam, ſpoliatam, deſtitutam, erigi, reſtaurari & ornari, Collegium Canonicorum S. Petri, Cœmeterium S. Stephani, etiam deprædata & deiecta reſtitui peroptauit, & præſtitit. *Henrico* IV. Inuictiſſ. & Clementiſſ. Principi ſupra modum gratioſus ab eodem regni ſecretioribus arcanis adhibitus eſt, cum eo per notas occultas communicans, vocatus etiam in comitatum vt expiandæ Regis conſcientiæ, ac reliquorum bonorum operum adminiſter eſſet, quibus ille muniis cum omnium applauſu egregiè perfunctus eſt. Ad rem diuinam ſolemni ritu per ſacros maioris Eccleſiæ ſodales die S. Epiphaniæ, qui fuit ei natalitius, & die feſto S. Franciſci de Paula peragendum cum ipſis fide publica pepigit, cenſuſque annuos ad id attribuit. Succeſſoribus Epiſcopis ſacram argenteam ſupellectilem ad altaris miniſteria legauit, quam ſeruandam Canonicis ipſis commiſit ne quid eius cum tempore periret. A Summo Pontifice ac ſupremis in Eccleſia Catholica fidei Inquiſitoribus magnas & amplas facultates exorauit quibus poſſet Segregum conuerſionem, quam optabat ex animo promouere. Allaborauit ad Patres Societatis Ieſu Molinas inducendos, ac veniam litterarij Collegij erigendi ad patriæ ſuæ vtilitatem & commodum pro ea qua fuit apud Regem gratia impetrauit. Vrſulanas Virgines ad puellarum eruditionem Matiſconem traduxit. Seminarium Clericorum erexit quos primùm ſuis ædibus acceptos per triennium fouit. Congregationem Oratorij Ieſu in vrbem excepit, datis conditionibus quas *R. P. Petrus Berullus* poſtmodùm S. R. E. Card. probauit. Sodalitia duo, alterum S. Angeli Cuſtodis, alterum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ titulo piè ac ſanctè inſtituit. Atque hæc, tùm ſeminarium ſuum, Indulgentiis (quas vocant) ampliſſimis donari ſollicitus fuit. De quorum quidem ſodalitiorum præſtantiâ ſcripſit *R. P. Antonius à S. Michaële* Recollectus. Seminarium imagine ſacra B. Virginis conſecrauit, quæ hodie miraculis & diuinis virtutibus coruſcat. Comitiis Cleri Generalibus cum præcipuâ laude non ſemel interfuit, nouiſſimè autem ad an. 1617. habitis *Lutetiæ*, in quibus Dinet.

Digitized by Google

1619. bus ob facundiæ gratiam Orator ad Regem delectus est, apud quem frequenti Clero comitante, *Montispessulanæ* Ecclesiæ per hæreticos perduelles vexationem & oppressionem tam verè quàm eleganter expostulauit, atque per *Benearnenses* exulantem Catholicam religionem & direpta Ecclesiarum bona fortissimè conquestus, piissimum Principem ad vindicandam fidei & Ecclesiarum iniuriam aptissimè animauit. Et reuera ex hoc Inuictiss. Princeps perduelles hæreticos longè latéque compressit, pacem regno, Ecclesiis bona, Religioni dignitatem restituit. Redierat *Gaspar* in Ecclesiam suam, vbi Deo, sibi & plebi vacans vt decebat Episcopum occubuit. In Calend Decemb. hoc eodem anno mors eius incidit ex aqua intercute, sed non improuisa fuit, ante annos enim tres de sepultura sua cauerat, in quam illatus apud Cathedralem suam. Religiosissimè in alteram se vitam comparasse scribit Seuertius, quem habuit Episcopalis Officij adiutorem quique hæc quæ compendio perstrinximus amplissimè exequitur. Sed nos pro instituto hæc tantùm libauimus. 1620.

10. Exciderat quod pro temporis ratione antea meminisse volueram, ad diem VI. mens. Septemb. *Paulum* V. Pontif. mandatum motu proprio dedisse ad omnes Ordinis Superiores, ne cuiquam suorum dignitates conferrent aut pœnas remitterent, ad instantiam quarumcunque personarum & quauis præeminentia fulgentium extrà Ordinem existentium, grauibus pœnis fauorum conquisitores subiiciens. Incip. *Admonemur pastoralis, &c.* Causa huius decreti ferendi haud ita grauis fuit, vertebatur de Collegatu Generalis controuersia quæ leui occasione inter duos exarserat, sed partium studio res eo deducta fuerat, vt magnum aliquid agi videretur; peropportunè igitur prouidus Pontifex incendium ex scintilla veritus, ardorem hunc censuit comprimendum. Decretum Pontif.

An. M. DC. XX. 1620.

1. Distracta nunc primum Prouincia *Lotharingiæ* separatim à *Campania* stetit, quod factum à *R. P. Francisco à Maida* Generali, pro potestate, quam fecerãt Patres in Comitiis Generalibus. Primus autem ad regendam eam Prouinciam missus *R. P. Hippolytus Raulinus* eo sæpiùs munere diuersis in Prouinciis perfunctus, & is quidem eximius concionator & ad permouendos affectus præstans *Remis* post annos octo meliori & permanenti vitæ restitutus est, cùm interim librum edidisset, quem inscripsit *Panegyricum Liliorum, &c.* Parisiis apud Franciscum Iacquin an. 1626. Prouinciæ Lotharing. erectio. *Raulin.*

2. Vtrique autem Prouinciæ non iners fuit hic ipse annus. Campani, *Sparnacensibus* Ciuibus vltrò deferentibus, Ecclesiam S. Remigij cum omnibus ad eam spectantibus acceperunt, quod Rex litteris suis probauit, & has Senatus in Acta retulit. Datum quoque illis pertenue sacerdotium, Prioratus nomine, quod in eorum fauorem resignauit R. P. & *D. Georgius à Monte gerardi* Canonicus regularis ad S. Martinum *Sparnaci*, quod factum à Rege similiter & Senatu probatum est. Prioratus autem ille *S. Bernardi* dictus, olim ad portas Remenses, nunc dirutus & solo æquatus iacet, ordinis erat Benedictini. Ciuium Sparnacensium liberalitate ac largitionibus hodieque Cœnobium ædificatur. Initam possessionem ad XXIX. April. à *R. P. Edmundo Carnoto* Prouinciale nuper ex Commentariis Conuentus obseruabam. Est verò *Sparnacum*, siue vt aliis placet *Asparnacum*, aut etiam *Asprenciacum*, oppidum satis frequens & peruetustum ad *Matronam*, inter *Dormanum* & *Catalaunum* leucis VIII. in Campaniæ Præfecturâ, & diœcesi Remensi. Et quidem S. Remigius à Viro nobili Eulogio illud Ecclesiæ suæ comparauit, nunc demùm verò vt in eo nostri sedem figerent eiusdem Remensis Ecclesiæ Antistes R. & Illust. *D. Ludouicus à Lotharingia* per suffraganeum suum *R. D. Gabrielem de Gifford à S. Maria* Episcopum *Archidalæ* Benedictinum Anglum, atque ipso *Ludouico* Card. non multo post demortuo Remensem Archiepiscopum, perlibenter concessit. 1626. Conuentus Sparnaci. *de Montgerard.* *Esperney.*

3. Lotharingi primùm ad *Decempagos*, siue *Duodeciacum* in finibus *Lotharingiæ* & *Alsatiæ* constiterunt. *Henricus* Dux qui nullum erga nostros liberalitatis mo- Conuentus Duodeciaci.

Digitized by Google

1620. dum nouerat, latifundium emit & donauit, nonnulloſque cenſus attribuit. 1620.
Relicta etiam, à Nobil. fœm. *D. Antonina*, ſeu *Antoniota de La Tour*, V. Cl. *D. Herculis de La Foreſt* Baſſingenſis Fundatoris conſorte, per noſtros huic Cœnobio addicta ſunt. Salinatores aliiq; Ciues non parùm de ſuo ad opus contulerunt, ſuamque in B. P. N. Franciſcum pietatem teſtificati ſunt, cui opus illud ſacrum eſt. *Duodeciacum* certè ſeu *Decempagi* nunc vulgò *Dieuze*, oppidi nomine cenſetur, ſitumque eſt ad *Saliam* fluuium, & *Lindrum* nobilem lacum ſale ac piſcatione fœcundum, ſub Alemaniæ Præfecturâ in ditione tamen Lotharingica & diœceſi Metenſi. Abeſt autem *Nanceio* leucis VIII. *Metis* X. *Sarraponte* V. verſùs *Nanceium*. Paulus Varnefridus in Chronico Epiſc. Metenſ. *Oppidum quod appellatur Decempagos à Metenſi vrbe triginta millibus abeſt.* Fruſtra prærogatam nobis à *R. D. Nicolao Coëffetello* Metenſi ſuffraganeo gratiam prædicauerim. *Dieuze.* *Luneville.*

Conuentus Lunæ-villę. 4. Deinde *Lunæ-villam*, ſeu *Lunam-riuulam* leucis à Duodeciaco V. conceſſerunt. Oppidum id ad confluentem in *Murtham* ſuprâ *Nanceium* leuc. IV. opportuno loco poſitum eſt, *S. Remigij* Abbatiâ Ordinis Auguſtiniani clarum & inſigne, in diœceſi *Tullenſi* & præfectura *Nanceianâ*. Donatum illis Hoſpitale intra oppidi pomœrium, *Henricus* Dux prouentus aliquos in annum attribuit, ſed & qui poſtmodùm rerum potitus eſt eius nepos *Carolus* IV. ad locum & ſtructuram Eccleſiæ non pauca erogauit, denique R. & Ill. *D. Carolus à Lotharingia Gorzacenſis* & *Lunæuillanus* Abbas ædificando Cœnobio ſe liberalem præſtitit. Priuati plures & de ſuo elargiti ſunt quo promoueretur opus, quod B. P. N. Franciſco dicatum eſt.

Conuentus Romontij. 5. Quæ dum geruntur, Burgundi vltrà *Iuraſſum* progreſſi *Retundum-montem* inſederunt, oppidum eo nomine eſt in *Heluetiis* intra fines pagi vt vocant Friburgici, hoc eſt Catholicæ eius confœderationis quæ à *Friburgo* vrbe primariâ nomen habet, diœceſi tamen *Lauſanenſi* ſubiacet. *Lauſanæ* verò ſiue *Lauſodunum* eſt ad ripam dextram & ſeptentrionalem lacus *Lemani*, ſed pulſis inde Catholicis per hæreticorum factiones *Friburgum Nuſtlandiæ* ſedes tranſlata eſt. Cœnobium in ea vrbe noſtris delatum à Ciuibus qui & vitæ neceſſariis prouiderunt, eâ conditione vt noſtri Theologos apud ſe agant, hoc eſt per annum conciones habeant è publicâ cathedrâ populumque de rebus fidei erudiant, quod illi diligenter & gnauiter præſtant. Acceptum Cœnobium ad diem menſis Maij XII. quod factum Friburgici Principes ad XXI. menſis Auguſti laudauerunt, Epiſcopus iam tum (ni fallor) *R. D. Claudius Voiteuille* ex Abbate Caritatis. Cœnobium B. Virgini ſacrum eſt. Ita in hodiernum diem noſtri *Romontium* incolunt, nec alium ab vrbe Fundatorem agnoſcunt. Perlatum id in Acta Capituli Generalis proximè inſequentis. Plura huic anno propria, quorum nobis non ſatis deſignata origo vt in tertium ex hoc annum differamus poſtulant. *Romont.*

Obit. P. Alberti Beru. 6. Sola mors procraſtinationem neſcit. A die XIV. Martij nobis illa virum egregium & ſuo iam elogio, ſed breuiuſculo certè, donatum abſtulit, *R.* ſcilicet *P. Albertum Berutum* Dertonenſem qui Leuantinum Cœnobium pretioſa, vt creditur, apud Deum morte conſecrauit. Luculentam de moribus eius relationem à noſtro de *Agrifolijs* nacti ſumus, cuius ſingula capita ſingulis verbis priuſquàm illius nobis copia fieret expreſſimus, nec iam vacat longiſſimam narrationem exſcribere, cuius compendium tribus verbis fecimus. Albertus qui non temerè Sanctus adhuc ſuperſtes habebatur, à morte maiorem apud populos & ſuos venerationem promeritus eſt. Sed homo copioſæ ſanctitatis, non minoris eruditionis & doctrinæ laude floruit, cuius monumenta ea reliquit quæ in Appendice de Scriptoribus ſigillatim deſcribemus.

An.

Digitized by

1621. 1621.

An. M. D C. X X I.

1. HAud longè huius anni ſucceſſus ab altero abeſt, niſi fortè quòd multitudine vincit & aliquanto ſuperior eſt. Lotharingi certè ac Burgundi ſuas etiamnùm partes habuerunt. Illi *Martha-villam*, cuius nominis pagus eſt in Præfectura *S. Michaëlis* & diœceſi *Virdunenſi*, ab ipſo Virduno leuc. v. quâ iter eſt Metim, Comitatus titulo illuſtris qui antiquæ & nobiliſſimæ Gornæorum genti hæreditarius eſt, ab Illuſt. & Generoſ. Comite *D. Henrico de Gournay* inducti ſunt. Abſceſſerant ſcilicet RR. PP. Oratorij D. N. Ieſu è domo quam Henricus eis ædificauerat, credo, quod ex inſtituto catechiſmis vacant, qui haberi cum fructu niſi opulentis in vrbibus non poſſunt. Tum verò ille communicato cum fratre conſilio de Minimis aduocandis deliberauit. Frater certè *R. D. Carolus Chriſtianus Gornæus* Epiſcopus tum *Sitienſis* & Adminiſtrator *Tullenſis*, nunc autem Chriſtianiſſimi Regis noſtri gratia ſummo imperio Tullenſi Eccleſiæ præpoſitus & Antiſtes datus, non hoc vno noſtris gratificatus eſt. *Henricus* ipſe Chriſtiana pietate clariſſimus legatione apud Turcas pro Chriſtianiſſ. Rege noſtro functus cum magno vitæ periculo reique domeſticæ damno, dum impensè ac ſtudiosè vir magnanimus negotium religionis agit. Conſors eius Nobil. *D. Roberti de Rauenel* vidua, fœmina pientiſſ. & lectiſſ. *D. Philiberta de Chaſtillon* nihilominùs in noſtros beneuola, ſicut & *Henrici* mater iam tùm ſuperſtes, in Fundatricibus cum gratulatione numeratæ ſunt. Nomen Cœnobio à *B. Virgine Annunciata*, ædes ſacra leuioris operis interim exſtructa eſt, quam vir pientiſſimus Henricus Fundator ſacris pignoribus ardenti deuotæ mentis ſtudio & impigro labore conquiſitis locupletauit, quæ nos ipſi coràm illic paucarum horarum hoſpites venerati & mirati ſumus. In capsâ ſcilicet affabrè factâ & grauiauro inductâ pedes quinque aut ſex latâ, ſub maiori altari, ſed in conſpectu tamen & in aperto, repoſita ſunt corpora SS. *Anaſtaſij*, *Baſilij*, *Euſtachij*, *Bonifacij*, *Hilarij*, *Victoris & Vincentij*, quibus quidem nihil me in hoc genere auguſtius vidiſſe non diffiteor. Sed & argenteis thecis incluſas habent pleraſque alias, & ſi fas eſt dicere annumeras, vt loquuntur, reliquias, quas inter de *S. Cruce* nobilem particulam de *S. Sebaſtiano*, & aliis obſeruabam. Nec me præteriit B. Virginis Deiparæ Imago in tabulâ picta proſtans in altari ad læuam maioris & hac inſcriptione inſignis: *Poſt incendium Caſtelli & Pagi Marchenillæ ab hæretico immiſſum hæc Imago B. Virginis crepidinè quamuis vndique ambuſtâ, media tamen intacta remanſit* 3. *Id. Sept. an.* 1591. Poſtmodùm quinetiam Parochialis Eccleſia eius pagi noſtris ceſſit, quam vnus aliquis noſtrorum ad certum tempus in eam curam electus adminiſtrat. Eo autem ipſo die quo in illud Cœnobium noſtri ſubierunt officium diuinum celebratum eſt, ſic erant omnia per Fundatorum magnificentiam comparata. Ex voluntate Fundatoris & decreto Generalis habitum illic Prouinciale Capitulum an. 1623. in quo *R. P. Ioannes l'Afrique* in Prouincialem electus eſt. Eccleſiæ Virdunenſi pro tempore deſideratiſſimus vir præerat, Illuſt. nimirùm & *R. D. Carolus à Lotharingia de Chaligny*, qui ad alterum annum h. 1622. gratulante Pontifice Societatem Ieſu dimiſſis infulis capeſſiuit, & is noſtros omni fauore ac gratia proſequutus eſt.

Marcheville

deGournay.

deChaſtillõ.

Conuentus Marchæ-villæ.

1622.

2. Burgundi *Arboreſam*, ſiue *Arboſium* tranſierunt, oppidum certè amœno loco ſitum, omnium rerum copiâ florens, ſed generoſo imprimis vino celebre, montibus vndique cingitur præterfluente riuo, arbores, vinea, fontes, ab omni parte circumſpiciuntur. Diſtat verò *Sathnis* in Ort. *Polichnio* in Occ. leucis 11. *Dolâ* v. *fano S. Claudij* VII. in Merid. Denique Veſontionenſi Eccleſiæ paret. Ab antiquo tertij Ordinis inſtitutum ad oppidanos traductum fuerat, quod plures è primariis ciuibus profeſſi ab an. 1596. à Lugdunenſibus noſtris partem pallij B. P. N. Franciſci capsâ recondendam & in Eccleſia ſeruandam impetrauerant, ſed maximè ab an. 1597. hoc apud eos inſtitutum viguit, cùm ſcilicet per illud tempus *R. P. Ioannes Franciſcus Binans* apud eos per Quadrageſimam conciones

Conuentus Arboſij.

1596.

1597.

Digitized by Google

1621. haberet. Eam verò ſacræ veſtis portionem noſtri, poſtquàm venerunt in vr- 1621.
bem, ad ſe receperunt. Non indignum etiam quod obſeruetur, miſſum à Pro-
uinciali Lugdunenſi Oblatum *Guigonem* nomine ad Franciſcum Arboſij con-
cionantem, mortem illic oppetiiſſe, conditumque ad *S. Iuſtum*, poſt annos au-
tem xxv. effoſſo ſepulchro veſtem eius atque roſarium quibuſcum terræ man-
datus fuerat, mirantibus omnibus, viſa eſſe integra & ne minimùm quidem
delibata, quod noſtris qui nuper aduenerant (hoc enim ad alterum ann con-
tigit) maiorem reuerentiam conciliauit. Data porrò inhabitandæ vrbis oppor-
1622. tunitas ex legato pientiſſ. & lectiſſ. fœminæ *D. Alexiæ Maginet* Ordinem ter- *Maginet.*
tium profeſſæ, viduæ autem Nobil. & Cl. V. *D. Petri Camus* Regij per Burgun- *Camus.*
diam Cognitoris, illa enim commodas & amplas ædes ad Cœnobium extruẽ-
dum moriens noſtris donauerat, quas vt incolerent Cœnobiumque inædifi-
carent ad xi. Iunij hoc anno conuocati ad Concilium Ciues aſſenſerunt. No-
ſtri per ſuam diligentiam opus inſigniter promouerunt. Nomen denique Cœ-
nobio inditum à B. Virgine. Fruſtra dixerim *R. D. Franciſcum de Rie* Veſuntio- *de Rie.*
nenſem Archiepiſcopum pro ea qua in noſtros eſt benignitate rem gratam ac-
ceptamque habuiſſe.

Conuentus Cazalij. 3. Aquitani hunc accepti Caſalenſis Cœnobij annum aſſignant. Eius ta-
men primordia longiùs repetenda. Nobiliſſ. enim & pientiſſ. fœmina *D. Anna* *de Batar-*
de Batarnay D. de Monthreſor de ædificando apud *Caſalium*, ſeu *Caſatum* Cœnobio *nay.*
teſtamentum ſcripſerat, quod Illuſtriſſ. & Generoſiſſ. *D. Bernardus de Nogaret* *de Monthre-*
Dux *de la Valette* maris Præfectus, & in Prouincia Prorex, &c. ſuo itidem te- *ſor.*
ſtamento confirmauit & ampliori liberalitate, atque munificentiâ exaggera- *de Nogaret,*
uit. In eo autem Cœnobio corpora ſua & parentum etiam condi mandaue- *de la Va-*
rant. Illuſt. & Generoſiſſ. *D. Ioannes Ludouicus de Nogaret de la Valette* Dux Eſ- *lette.*
pernonij, vtriuſque militiæ Eques torquatus Aquitaniæ Prorex, &c. *Bernardi* *d'Eſpernon.*
germanus & hæres, anno demùm 1611. prima Eccleſiæ fundamenta poni cu-
1611. rauit, quibus primarum lapidem immiſit & benedixit *R. D. Ioannes Daffis* Lom- *Daffis.*
barienſis Epiſcopus adſtante Clero ſuo, & aliquibus è noſtris in comitatu *R. P.* *Londorc.*
Hieronymi Paineau Prouincialis. Perductâ in culmen Eccleſiâ Eſpernonius Dux *Paineau.*
in eam inferenda parentum, fratris & gloris, corpora, ſolemni pompâ, cui præ-
ſens nobilium cateruâ ſtipatus adfuit, ad an. 1617. menſemque Iulium ſollici-
tus fuit. Necdum autem ædes noſtris paratæ, dum negligunt quibus id negо-
tium ab Eſpernonio datum eſt, quod cum ille ægrè ferret, poſt tam longas mo-
ras adminiſtri opus præcipitant ac nonnullâ & quidem fiduciariâ ſupellectile
ædes inſtruunt, tumq; demum noſtros vt immigrarent ſollicitauerunt. Quod
factum ad xxv. menſis Aprilis hoc ipſo anno. Poſtmodum autem Eſpernonius
Dux quod per adminiſtros peccatum fuerat emendauit. Ædes *B. Mariæ Virgini*
ſacra, quatuor ad læuam ſuffulta eſt ſacellis, quæ *B. Virgini Lauretanæ, SS. Annæ,*
Bernardo & Franciſco Paulano ſigillatim dicata ſunt. E conſpectu maioris altaris
monumentum inſigne ex marmore adſtruitur. Situs autem eſt Cœnobio in iu-
go colliculi iuxta fluuium *Sanum*, ſiue *Sanam*, de quo iam antè nobis ſermo fuit, *Caſam.*
ſecundùm viam publicam quâ *Caſalio Sammathanum* itur, & *Sammathanum* qui- *Samma-*
dem vnicâ tantùm leucâ procul eſt ad eundem fluuium. Proſpectus eſt & à prę- *than.*
terfluente fluuio & à florenti agro iucundiſſimus, cui ab Oriente obuerſum
eſt Cœnobium. Atque hæc delibaſſe ſatis ſit. At verò præter hos, Turones & *Turo.*
Pariſij ſuæ Prouinciæ terminos produxerunt.

Conuentus Cæſarodu-ni. 4. Iam quidem olim Turones vrbem ipſam *Cæſarodunum* cogitauerant, vt
quibus per bellorum tempeſtatem neceſſarium in ea perfugium videretur,
infecta vſquedum res ſic tandem coaluit. Auguſtiſſ. Princeps noſter *Ludouicus*
XIII. ſexto Regni ſui anno Cæſaroduni pomœrium longo & amplo ambitu
proferendum curabat, id quod acceſſit nouæ vrbis nomine donatum eſt, at-
que vt illic domicilium ſibi compararent peropportunum videbatur. Ab anno
igitur 1619. & die xxvi. Martij, locum cui nomen *Magni horti* dato pretio eme-
runt, cuius inhabitandi à Ciuico Magiſtratu & populo facultatem retulerunt
ad diem xv. menſis Februar. an. 1620. moxque ad xxvii. Martij, ab Illuſt. &

R. D.

Digitized by Google

1621. *d'Eſchaus.* *R.D. Bertrando d'Eſchaus* Archiepiſcopo, leuioris operis exſtructâ ædiculâ in eam hoc ipſo anno ad natale S. Ioannis Baptiſtæ migrauerunt; Crux tamen ante xv. menſis Auguſti non eſt infixa, quod officium præſtit V. Clar. & *R. D. Abel Ludore* Curiæ Epiſcopalis Iudex & magnus (vt loquuntur) Epiſcopi Vicarius, præſente Aug. *Maria Medicea* cum altera filiarum. Cœnobij nouiter extruendi lapis in fundamenta iactus ab Honorand. V. *D. Ioanne Tachereau* Ciue Turonenſi ad diem xxi. Octob. an. 1626. Fundatoris ius arrogatum illi & piæ conſorti *D. Mariæ Galland* ob præſtita beneficia, probantibus PP. Barcinone in proximum conſidentibus. An. 1627. ad viii. menſis Octob. ædis ſacræ fundamentis immiſſus lapis ab Illuſt. & Nob. D. Vicecomite *de Montmartin*, nomine Illuſt. & Generoſiſſ. *D. Antonij Ruzai* Marchionis *Effiatæi* apud Turones Prorẽgis, &c. eo quem diximus *D. Abelio Ludorio* ſacros ritus peragente. Optatum Eccleſiæ nomen *S. Gregorij Turonenſis*, qui inter eius ſedis Antiſtites numeratur xix. Sed malum, perductum opus penè ad faſtigium, exundantibus vltrâ modum *Ligeris* aquis an. 1628. Calendis ipſis Decemb. deiectum & adflictum eſt, ſed vt illæ ſe receperunt ſtatim eſt reſtitutum. Adſtructa Eccleſiæ tria ſacella, quorum vnum piiſſ. & lect. fœmina *D. Dionyſia Compain* vidua Nobil. & Cl. V. *D. Iacobi le Boults* apud Turones Quæſtoris regij; alterum Honorand. V. *D. Mathurinus Marchand* Ciuis Turonenſis; tertium Nob. & C. V. *D. Claudius le Febure* Toparcha *de la Falleire* Quæſtor Regius apud Turones, curauerunt. Et *Dionyſia* quidem atque *Mathurino* propter ſingularia beneficia prolixamque liberalitatem Fundatorum nomen & ius in generalibus Comitiis decretum eſt. At de *Ceſaroduno* ab initio diximus, cùm de Conuentu ad arcem Pleſſiacam ageremus.

1621. *Ludore. Tachereau.* *Galland.* *de Montmartin. Ruzé. d'Effiat.* *Compain. le Boults. Marchand. le Febure.*

5. Franci, ſeu quod aliis magis placet Pariſij, vltrâ *Niuernum* progreſſi ſunt *Decetiam* vſque, ſeu vt alij malunt *Deciſam*, oppidum in *Ligeris* Inſula quam manu factam volunt atque inde *Deciſæ* nomen, leucis vii. abeſt *Niuerno*, totidemque *Molinis*, commendatur nobili & generoſo vino. In illud accepti noſtri à Ciuibus, commendatione Illuſt. & Excell. Principis *Caroli Gonzagæ* Ducis Niuernenſis, &c. cuius ditioni oppidum ſubiacet, Rege probante, aſſentiente Epiſcopo Niuernenſi *R. D. Euſtachio du Lut*, Ciuibus ipſis benè volentibus & cenſum ad vitæ neceſſaria paciſcentibus & ampliorem adprecantibus. Commodum autem ſe obtulit poſt aliquod tempus peruetuſtum ſacerdotium in ipſa vrbe, quod noſtris ceſſit *R. D. Nicolaus de la Croix* ad effectum vnionis & adiunctionis ædificando Cœnobio. Prioratus erat Ordinis Benedictini titulo *S. Petri*, quem Innocentius III. in Priuilegio *S. Germano Antiſſiodorenſi* facto, ſub an. 1198. memorat, ab illa enim Abbatia pendebat, & ab ea diſtractus præhabito conſenſu omnium quorum intererat, noſtris in perpetuum poſſidendus ab *Vrbano* VIII. Pont. Opt. Max. per litteras die x. menſis Ianuarij an. 1624. expeditas. Interim *Deciſiani* à noſtris poſtularunt, vt litterarium Collegium iuuentuti erudiendæ aut inſtituere ipſi, aut ſaltem regere ac moderari vellent, ſed illi Deceſſorum veſtigiis inſiſtentes excuſarunt, totique incubuerunt vt veterem ædem loco quidem optimo & eminenti locatam inſtaurarent, nouumque Cœnobij opus ponerent, quod tandem in iuſtam magnitudinem perductum & egregiè compoſitum Correctori commendatum eſt, eoque primùm munere donatus V. P. *Vincentius Machon* in Prouincialibus Comitiis an. 1632.

Conuentus Decetiæ. *du Lut.* *de la Croix.* 1198. 1614. *Machon.* 1632.

6. In eadem Prouincia Franciæ *R. P. Franciſcus Riparianus* Collega Vicarius & Viſitator Generalis, Moniales inſtituere aggreſſus Prouinciæ Patres grauiter offendit, qui menti ac propoſito Deceſſorum inhærentes nunquam potuerant adduci, vt aliquando vllas acciperent, oblatis etiam per Reginas primariaſque fœminas ampliſſimis & cumulatiſſimis conditionibus. Vt igitur à *Franciſco* inſtitutas audierunt omni ope ad eam inſtitutionem euertẽdam contenderunt, conſultò ille an inconſultò fecerit non diſceptamus, certè fruſtra fuerunt qui aduerſati ſunt. Sed vt omnes contentionis cauſas procul habeamus, ortum eius inſtitutionis ac progreſſum ſimpliciter enarrabimus. Nullæ vſquedum Ordinis noſtri Moniales in Galliâ viſæ fuerant, quod nec noſtri, vt

Moniales Abbauillenſes.

Digitized by Google

1621. diximus, ferre vnquam voluerant non satis quidem mihi cognitis & certis, sed iustis profectò & æquis rationibus permoti; *Franciscus* Visitator *Abbatisvillam* (qua de vrbe olim meminimus) veniens, Tertiarias nonnullas ab anno 1615. & xx. Martij congregationem iniisse ac simplicibus Obedientiæ, Paupertatis, Castitatis, & Stabilitatis votis se obstrinxisse inuenit, quæ cùm frustrâ non semel expetiissent à Prouinciæ Patribus vt ad Monialium professionem acciperentur, *Franciscum* sibi fauentem ac beneuolam, iam nunc etiam inuenerunt. De illius igitur consilio per supplicem libellum à R. D. Ambianensi Episcopo facultatem erigendi Monasterij postulauerunt, assensit ille postulatis, libellumque subscripsit Ambiani die XIV. mensis Iulij hoc ipso anno. Accepta responsione *Franciscus* nouem ex Tertiariis sacrum velum imposuit, Monasterio eas reclusit, omnibusque ad regularem vitam instruxit, institutionisque suæ litteras ad diem Iulij eiusdem XVII. perscripsit. Quo facto, *Riparianus*, vt quod cœperat firmum illibatumq; persisteret, Regem in Castris ad *Montem-albanum* conuenit, & multiplices ab eo litteras exorauit. Aliis enim Princeps Opt. & Religiosiss. prædictarũ Monialiũ institutionẽ ac Monasterij erectionẽ probat, laudat & confirmat, sub die XXVI. mens. Aug. aliis Pontifici supplicat vt eam institutionem erectionemq; ratam habere velit, sub die XXVIII. eiusd mensis: denique ad eundem diem aliis cùm ad ipsas Moniales, tum ad *Riparianum* datis, factum laudat, hortaturque illas vt perseuerent, gratiamque ad id singularem & protectionem suam spondet. Causa nihilominus coram Summo Pontifice verrebatur, quem Prouinciæ Patres appellauerant. Eâ demùm cognitâ & discussâ decreuit Pontifex vt acta per *Riparianum* subsisterent, adeóque ipsius Monasterij erectionem & institutionem probauit, prouidensque in futurum de illius conseruatione illud Eminentiss. & *R. D. Hippolyto* Card. *Aldobrandino*, 1623. Generali Ordinis, & Franciæ Prouinciali commendauit. Pontificium in hanc sententiam rescriptum datum est IV. Id. Iunij an. 1623. sextum post diem quàm *Camartus* in Generalem electus fuerat, cui rem *Aldobrandinus* Protector curæ esse voluit, datis interim ad ipsas Moniales congratulatoriis litteris sub die XXIX. mensis Iunij. *Camartus* pro mandato Protectoris eidem Monasterio cum omnimoda potestate præfecit *R. P. Nicolaum l'Esguillier* summæ pietatis & eruditionis virum, qui eius Monasterij res sic demùm composuit vt præcipuâ sanctimoniâ & excelso charitatis profundoq; humilitatis spiritu efflorescat, quod tanto tamque perito Institutori debet acceptum ferre. Pontificis litteras vt ad suam instantiam concessas & emanatas Rex probauit, & vt executioni mandarentur præcepit, patentibus Codicillis apud *S. Germanũ in Laia* die Septemb. 1624. XIX. an. 1624. perscriptis & exaratis, quos Senatus recognouit, Actis inscripsit, 1625. decreto suo confirmauit die XXIX. mens. Ianuarij an. 1625. cùm prius, hoc est ad eiusdem mensis diem III. Abbauillenses Ciues de recipiendis in ciuitatem publico decreto edixissent, & acta in hunc diem, quantum per eos licebat, probauissent. Ita primùm in Gallia Ordinis nostri Monialium Cœnobium cœpit, creuit, stetit, statque sub inuocatione *Iesu Mariæ*, quibus nominibus ex veteri more nouam plantam non temerè *Riparianus* inaugurauit. In eo vitæ proposito reliquis præiuit R. M. *Gabriela Foucquart* quæ hodieque viuit Christianæ simplicitatis & religiosæ innocentiæ gratia commendabilis, atque inter primas ei suffragatæ sunt VV. Sorores & MM. *Gabriela Caisier* morum ingenuitate ac bonitate ingenij præstans, & *Anna du Val* prudentia & sagacitate præpollens, quæ successiuè illam familiam rexerunt. Sed & opportunè illis adfuit R. D..... *Saolmon* ad S. Vulfranum Canonicus, qui suis commodis incommodis res earum egit & strenuè prosequutus est. Denique Nobil. etiam & Generoso Viro *D. Roberto de Monchy* Baroni *de Caueron*, *&c.* ob præstita beneficia gratiam debent non mediocrem, fortè & aliis pluribus non minorem, sed quibus grati esse non potuimus dum nos latent.

de La Riuiere. Montalban. *l'Esguillier.* *Foucquart.* *Caisier. du Val.* *Saolmon. de Monchy, Caueron.*

Obit. Pauli V. Pont. 7. Ab ineunte anno *Paulus* V. Pont. Opt. Max. magno Christianæ reip. luctu & nostrorum damno naturæ concessit. Comitas eius, beneficentia, felicitas, facilè omnes ad luctum inuitauit, nostros publica calamitas singulariter attigit,

Digitized by Google

1621. git, vt quibus prolixæ liberalitatis & ampliſſimæ gratiæ ſpes per Pontificem facta fuerat quæ cum illo periit. A morte Pontificis in Vrbem rediit Illuſt. & *D. Michaël Tontus* Ordinis Protector, Comitiis interfuit, quibus in Pontificem electus *Alexander Ludouiſius* ex Archiepiſcopo Bononienſi & S. R. E. Card. tit. S. Mariæ Tranſpontinæ, & is nomen ſibi optauit *Gregorij*, & XV. eo nomine ſedit. 1621.

Erectio III. Prouinciar.

8. *Tontus* deinceps animum ad Ordinis ſibi commendati prouidentiam applicuit, atque inter cætera ſub ann. hunc exeuntem accepto à Pontif. viuæ vocis oraculo curauit, vt tres Prouinciæ erigerentur. Cuius rei poteſtatem fecit Generali Epiſcopo Lauellenſi. Prima ex iis Prouinciis fuit *Mediolanenſis* in *Italia* quæ diſtracta eſt à Prouincia *Lombardiæ*. Reliquæ duæ in Gallia, & vtraque ex Lugdunenſi progenita, vna fuit *Comitatus*, altera *Ducatus Burgundiæ*. Has *Franciſcus* Generalis pro mandato quod habebat creauit, erexit, inſtituit, ſuiſque terminis deſcripſit, & ad diem XIX. menſis Nouembris in Capitulo Cœnobij Sanctiſſimæ Trinitatis Prouincialium, Collegarum, Definitorum electiones celebrauit, electos publicauit, & in poſſeſſionem miſit. Prouinciam Comitatus Burgundiæ inſculpto S. Andrea Crucem geſtante decuſſatam, tum ipſa Cruce Sanctandream; Ducatus Imagine S. Michaëlis ad ſigilla vti voluit. Datus illi Prouincialis *R. P. Guillelmus Baoulx*, huic *R. P. Renatus le Clerc*, de quibus in progreſſu dicendum habebimus.

Baoulx. *le Clerc.*

Ob. P. Ioãnis Verdier.

Verdier. 9. At verò apud Aquitanos ſupremus hic annus fuit *R. P. Ioanni Verdier*, quem fui ob excellentem à pueritia & in ſæculo virtutem plurimùm celebrant. Annos XXIII. natus Ordinem noſtrum perfectioris vitæ propoſito capeſſiuit. At quo deinceps curſu ad vitæ metam properauerit virum grauiſſimum & ſummæ fidei reſcribentem audiamus. *Vita fuit ſemper integerrima, ac Chriſtiana ſimplicitatis ardentiſſimus amator & cultor. Verus Iſraëlita in quo dolus non erat. Obſeruantiæ regularis cuſtos perfectiſſimus, humilitate, manſuetudine, patientia, miſericordia & ardenti, tum in Deum, tum in proximum amore præcellebat. Abſtinentia, vigiliis, diſciplinis & cilicio corpus ſuum, licet aliundè infirmum, aſſiduè macerabat, aliorum infirmitatibus compatiens ſibi ipſi cenſor ſeuerus exiſtebat. Varias agritudines quibus vt plurimùm afflictabatur, ſummâ animi conſtantiâ & patientiâ tolerabat. Multas easque acres pertulit dæmonum tentationes, præſertim circa diffidentiam ſuæ ſalutis, ita vt profundo deſperationis barathro mergi aliquando videretur, quas nihilominus ſigno crucis & fidei clypeo munitus ſemper ſuperauit. Orationis & meditationis ſtudio maximè addictus erat, ita vt maiorem noctium partem inſomnem duceret pernoctans in oratione Dei. Hunc cella ſua egredientem vt ad chorum ſe transferret ſplendenti lumine circumfuſum F. Bartholomæus ..... Clericus teſtatus eſt ſe interpellandum ad preces nocturnas aliquando vidiſſe. Quod contigit duobus circiter menſibus antequam obiret, nec dubium quin ex oratione feruenti & conſortio Dei facta fuiſſet ei facies altera. In Collegam Prouincialis & in Correctorem multoties electus eiuſmodi munia præclarè obiuit. Tribus antè obitum annis plus ſolito agritudine grauatus maiora etiam patientiæ omnibus reliquit monimenta, ſæpè memorans quod non ſunt condigna paſſiones huius ſæculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, & quod id quod eſt in nobis in præſenti momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Gloriabatur ſæpiſſimè in ſuis infirmitatibus, & ideò inhabitantem in ſe Chriſti virtutem ſentiens, aiebat cum Apoſtolo, cùm infirmor tunc potens ſum. Sic ergò per omnia tentatus & probatus cùm in timore & ſeruitute Dei XXX. annis (profeſſus nimirum fuerat an. 1591.) poſt ingreſſum religionis perſeueraſſet, vita ſanctitate & virtutibus celebris LIII. annos natus migrauit ad Dominum XXIV. Aug. 1621. ſepultuſque eſt in Conuentu Tholoſano.* Hæc paulò longiora placuit exſcribere, vt homini tantæ virtutis laus ſua certiùs conſtaret.

Ob. P. Franciſci Sigalas.

Sigalas. 10. Sed & *Prouinciales* noſtri memoriam colunt *R. P. Franciſci Sigalaſij* religioſiſſimi viri & ſpiritu pietatis ſanctæq; deuotionis gratiâ præcellentis, qui poſtquàm pœnitentis vitæ & multis macerationibus exercitæ argumenta pleraq; apud ſuos reliquit, peregrè ad loca ſancta, incitatus exemplo eorum qui Cœlitibus additi hanc viam ingreſſi fuerant, ſub obediẽtiâ ſe contulit, qua in peregrinatione quod animus præſagierat defecit apud *Tripolim Syriæ* ad VII. menſ. Octobr. inibi ſepultus in Eccleſiâ S. Thomæ Maronitarum.

Digitized by Google

1622. 1622.

An. M. DC. XXII.

Conuentus S. Pauli Leonensis. 1. NOn vacauit hic annus gratiâ & benedictione quam à cœlo suâ industriâ nostri promeruerunt. Certè Turonenses ab anno 1620. *Leonam* in extremis *Aremoricis* inuitati fuerant, ad hunc tamen annum habitare distulerunt. Res hunc in modum contigit *R. D. Renatus de Rieux de Sordeac* Leonensis Episcopus aliquem è nostris ad conciones per Aduentum & Quadragesimam popoſcerat, missus *R. P. Carolus Malet*, qui dum eo munere pro data sibi à Deo gratia præclarè fungitur Nobil. & *R. D. Prigenius Leny de Coadelets* Leonensis Ecclesiæ Thesaurarius & Canonicus per visum sæpiùs admonetur, vt Cœnobium nostris ædificare studeret. Narrabat autem vir pius apud familiares apparuisse sibi B.P.N. Franciscum qui ad hoc studium vehementer identidem incitaret, adeoque diuinæ voluntatis ex eo certum se ac securum esse factum vt non posset reluctari. Vt igitur id consilium cepit dicto *R.P. Carolo Malet* communicauit, res ad *R. P. Ægidium Camart* deferenda fuit, qui Patrum in Comitiis Prouincialibus sententiam rogare voluit, & aliis demùm intercurrentibus, res in longum abiit & ad hoc protracta est. Nunc igitur primùm deducta illuc familia, cui paratum à Fundatore domicilium quod incoluit. R. D. Episcopus benignè ac peramanter nouæ familiæ institutionem accepit & probauit. Anno autem 1626. ad XXIV. Martij, Fundator permansuræ basilicæ fundamenta posuit, quæ ad summum perducta, sacris primum initiata est ad XXX. mensis Maij an. 1632. Est verò *Leonium*, siue *Leona*, vel etiam *Leonamus* vrbs minoris Britanniæ Episcopalis, ad *Gobæum* promont. & portum *Stalocanum* in quem *Titus*, siue *Totus* influit. Quibusdam Legio est *Ossismorum*, seu *Oscismorum*, hodiè nomen à S. Paulo qui primus ad an. C. 600. ibi sedit adepta est. Distat *Trecorâ* leucis VII. plus minùs *Bri. copoli*.

de Rieux. de Sordeac.

Malet. Leny de Coadelets.

1626.

1632.

S. Paul de Leon. Trieu. Trigniet. S. Brieu.

Conuentus Gerardimontij. 2. Belgæ ipſi operæ suæ fructu non caruerunt, adnitente R. P. ac *D. Gaspare Vinkeo* qui eos *Gerardimontes* introduxit. Ioannes Vvaesbergius I. C. & S. Audomari Lillerienſis Canonicus & Scholasticus, qui an. 1627. Gerardimontium edidit rem ex veritate sic narrat, l. II. c. IV. *In oppido inferiore* (in duas scilicet regiones diuiditur) *stat fanum* S. Catharinæ *antiquitate totius oppidi primũ à* S. Lucæ, *& reliqua prouentuum vbertate superat, magna illius pars superis tumultibus deflagrauit. Sepulchro excepit gentiles ex familiis* de Voorde *&* Vuaesberge. *Tandem an.* 1622. XVIII. *Aprilis* Gaspar de Vinke *Abbas S. Adriani* Fratribus S. Francisci de Paula Minimis *à* Vvedergratæ *Dominis datatis templum consentiente populo tradidit, vel Abbate consentiente populus vt in archiuis Senatus relatum est, in hunc sensum: Bourgmaistre & Eschevins de la ville* de Grandmont *ayant ouy la proposition à eux faite par Monsieur le Reuerend Prelat* de S. Adrien, *pour, & au nom des* Reuerends Peres Minimes, *afin d'auoir place en ceste ville pour y fonder vn Monastere de leur Ordre, veu aussi les lettres patentes d'octroy de son Altesse de tres haute memoire, aussi la lettre de recommandation de Monsieur* de Copigny *Chef des finances, &c. Et sur ce pris l'aduis du Conseil & notables d'icelle ville, ont par meure deliberation, & pour le bon zele qu'ils ont à la foy Catholique, & la ferme confiance du fruit & augmentation de l'honneur de Dieu qui pourra estre causé par leur pieté & bon exemple, ensemble le consentement dudit Seigneur Reuerend Prelat comme Collateur de toutes Eglises de ceste ville ont accordé ausdits Reuerends Peres Minimes à l'effet que dessus l'Eglise de* Saincte Catherine *auec l'horologe, Cimetiere, biens & rentes appartenans à ladite Eglise, en suite des comptes ja rendus par les mambours passé plusieurs années & le cours depuis la derniere eschеance, à charge toutefois d'accomplir les fondations & anniuersaires y fondez, & ce excepté la cloche, en place de laquelle leur sera liurée vne autre. En signe de verité auons fait signer ceste par nostre Greffier, & cacheter du Cachet d'icelle ville le* XVIII. *d'Auril* 1622. Hactenus ex Vvaesbergio, à quo Latinè scribente hæc descripsisse non piguit quorum satis clara est sententia. His addunt nostri precibus & intercessione Beati martyris Adriani Ciues Gerardimontenses à pestilentia seruari, adeò vt supra hominum memoriam nullus contagiosa lue afflatus fuisse noscatur, vt tamen aduenis & peregrinis qui

ad

1622. ad patrocinium beati martyris confugiunt peſte attacti cùm vrbis, tum Eccle- 1622.
ſiæ fores pateant, nec vnquam occludantur. *Gaſpar* eius Eccleſiæ & Monaſterij Abbas in noſtros tam beneuolus ac beneficus fuit atque diximus, inde verò ad Abbatiam S. Dionyſij apud Broequeroyam tranſlatus, & ſuo & Deceſſoris animo ſemper reſpondit. Deceſſor nimirùm fuit *R. D. Henricus de Buſegnies*, quem antea laudauimus. Ceſſionem denique parochialis eius Eccleſiæ in noſtrorum gratiam autoritate ſua ſanciuit, *R. D. Iacobus à Boonen* Machlinienſis Archiepiſcopus cui *Gerardimontium* paret. At verò *Gerardi-mons*, *Gerardi-montes*, ſeu *Gerardi-montium*, vrbs eſt *Flandriæ*, in tractu *Aloſtano*, ad *Teneram* fluuium, quam cum Nicolao Burgundio, hoc quod ſequitur carmine celebraſſe, ſatis erit,

Grandmōt. incol. Oberberge.

Venuſta ſedes, priſca cladis Hunnica
Plebes ſuperſtes, liberum quondam ſolum
Clienſq; nulli, donec à pradiuite
Emptum Gerardo Balduinus *Flandricùs*
Adiecit oris atque cinxit mœnibus,
Vt martiali Flandriæ *vallum fores.*
Electa diuis terra, morbis libera,
Hortus ſalubritatis, & vernans domus
Amœnitatis atque pulchritudinis,
Quam flexuoſis piſcium Tenera *ferax*
Allambit vndis, atque vtrinque diuidit,
Antriſque montis incubans pleno ſinu
Secreta Naïs inquietam fontibus
Diſpenſat vndam fiſtulis altè vomens,
Amœna circum prata, rura, ſyluas.
Et ſi ſuperno collocatus vertice
Naturam ocellis metiare pernicis,
Ridere nuſquam diceris venuſtiùs
Beata quondam ciuitas, quartum tenens
Inter potentes Flandriæ ſedes locum, &c.

Addo tantùm, ex Vvaëſbergio, habere *Gerardimontium* intra decimum lapidem, *Valencenas, Antuerpiam, Louanium, Machliniam*, intra octauum *Montes*, *Tornacum*, *Cortracum*, intra ſeptimum *Bruxellas*, *Gandauum*, intra quintum *Teneramondam*, *Hallas*, intra quartum *Aloſtum*, *Aldenardum*, intra tertium *Angium*, *Athum*, intra ſecundum *Ninamiam*, intra primum *Leſſiniam*. Atque is ſingulariter eam deſcribit opere quod diximus.

3. Vtraque *Burgundia* natiuitatis ſuæ fructum fecit, quando ſcilicet cum primùm erecta eſt nouo ſe progreſſu dilatauit. Et in Comitatu quidem Burgundiæ in acceptum relatus *Stauaterenſis* Conuentus apud *Heluetios* probantibus *Friburgica* confœderationis Principibus ad v. menſis Iunij. Eſt enim *Stauaterum* popularibus *Eſtauaier*, diœceſis *Lauſanenſis* oppidum, ad lacum (ni fallor) *Neoburgenſem*, certè litteris ad me ſcriptis à *R. P. Franciſco la Goutte* Prouinciali lacus deſcribitur leucas VII. longus, II. latus, ipſius tamen oppidi ſitum ex Geographicis tabulis non potui explorare, ac eadem penè quæ antehac de *Rotundomonte* dicebamus replicanda recurrerent, ſi hac ſemel opera defunctum fuiſſe non eſſet ſatis. Ciues prouentus aliquos aſſignarunt, datâ conditione vt noſtri conciones per annum obirent & Theologi munia ſuſtinerent. Collata eis *S. Margaritæ* Eccleſia, pulchri & perfecti operis, ab Ill. & Generoſ. *D. Beato Iacob* Neoburgenſi Barone *de Gorgii*, & à pientiſſ. eius conſorte *D. Anna de Vvateuille*, quibus propterea Fundatorum honos delatus eſt.

Eſtauaier.

Conuentus Stauaterij.

4. In Ducatu verò, Cœnobio apud *Matiſconem* factum initium. Meminit Robertus in Matiſcon. 76. Seuertius ad *S. Niceti* conſtitiſſe indicat. Nomen nihilominùs à *B. Virgine* facit Iſnardus, puto quia prior ædes tantùm commodata fuit. *R. D. Ludouicus Dinet* Gaſparis noſtri nepos, & in Epiſcopatu ſucceſſor vrbe noſtros accepit, omnemque humanitatem ac beneuolentiam oſtendit. Qui

Conuentus Matiſconis.

itized by Google

1622. mirantur id à *Gaſpare* noſtro factum non fuiſſe, fruſtrâ ſunt, nolebat ille noſtros in Vrbem inducere niſi Fundator fieret, quod tamen per res Eccleſiæ ſuæ non potuit. Acceptus in Fundatorem Nobil. & Clar. V. D. *Ponthus de Cyberand* Toparcha *de Boyer* regius apud Matiſconenſes Prætor, cum ſua conſorte lectiſſ. & nob. fœmina *D. Anna Chandon*, eorumque nomen Actis Generalibus an. 1629. inſcriptum eſt. Piaculum equidem fuerit gratuitam Illuſt. & Clar. V. D..... *de Rebé* Comitis & Canonici Lugdunenſis, atque ad S. Petrum Præpoſiti liberalitatem reticere, vt quâ potiſſimùm huius Cœnobij prima incunabula conſtiterunt. At verò & eius gentis Illuſtriſſ. & R. D. *Claudius de Rebé* Narbonenſis Archiep. & nuper inter regiæ militiæ præceptores aſcriptus, beneficij in nos hominis frater, ſuâ nunquam ope defuit Narbonenſibus noſtris, imò ſuis, & quidem omni obſequio deuotis, quã & nos gratiam memori animo recolimus. *Matiſco*, *Matiſſa*, ſeu *Matiſcona* vrbs eſt in Æduis ad *Ararim* peruetuſta & propriis quondam Comitibus gloriabunda, Epiſcopali etiam ſede clara, Conciliis olim apud eam habitis notiſſima. Ponte fornicato & benè longo Ararim iungit. S. Vincentium martyrem Cæſarauguſtanum colit & maioris Eccleſiæ patronum habet. Sita eſt inter *Lugdunum* & *Cabilonem* ad ipſum *Ararim*, ab illo leucis IX. ab hoc X. diſtat. Eius hiſtoriam Philippus Bugnonus ſcripſit. At verò vt plura & certiora de Cœnobio noſſem nec quicquam per iteratas litteras requiſiui. De Cœnobiis *Alneti* & *Bonæ domus* quæ diſtracta fuerunt à Vicennenſi hoc eodem anno, dicere præoccupauimus cùm ipſius Vicennenſis res exequemur. 1622.

Cyberand. *Chandon.* *Maſcon. la Saone.* *Lion. Chalon.* *Annoy. Bonnemaiſon.*

Ad an. 26.

Obit. Card. Tonti Protect.

5. Sed age, reliqua huic anno propria perſcribamus, quando nequidem mors ſic maleficia eſt quin poſſit eſſe in beneficio. Illuſtriſſimus & R. *D. Michael Angelus Tontus*, Cardinalis *Nazarenus* dictus, Ordinis Protector ſtudioſiſſimus haud longè poſt annum quàm in vrbem redierat, poſt ſextum menſem quàm pro titulo *S. Bartholomæi in Inſula* titulum *S. Petri ad Vincula* optauerat, vitam cum morte commutauit, & ad plures die Aprilis XI. hoc ipſo anno abiit. Noſter Vincentius Conſentinus epiſtolâ nuncupatoriâ ad Diſputationem de Carnium abſtinentia eum laudat à generis nobilitate, maiorum ſplendore, morum probitate, naturæ benignitate, doctrinarum ſumma eruditione, vigilantia in protegendo, quæ dotes eius nobis memoriam æternùm commendabunt. *Tonti.*

Protector. XI. Eminentiſſ. Card. Aldobrandinus.

6. Datus nobis ab eius morte Protector omnium deſideratiſſimus, vt cuius inſignis in Deum pietas, in rebus agendis prudentia, in Religionis negotiis adminiſtrandis charitas, in fratres omnes beneuolentia primo quoque tempore innotuit, quod Camartus in Epiſtolâ Paſtorali ad vniuerſas Ordinis Prouincias tranſmiſsâ veriſſimè profitetur. Is autem eſt Eminentiſſ. & *R. D. Hippolytus Aldobrandinus* Card. tit. S. Mariæ Nouæ, ac mox S. Angeli in Piſcina S. R. E. Camerarius, *Clementis* VIII. pronepos, quem certè non ſolum tanquam à S. *D. Gregorio* Papa nobis donatum (vt proſequitur Camartus eâ quam diximus epiſtolâ) ſed cœleſti Numine nobis benè volente demiſſum ſuſcipere ac venerari debemus ob ſingulares tanti Principis virtutes, per quas nimirùm ſpes eſt res Ordinis noſtri decus & incrementum accepturas quale nunquam habuerunt. Creatus is ab altero anno & die April. XIX. in Cardinalem, tam breui poſt interuallo nobis Protector datus eſt, ſumma qua fuit apud Pontificem gratiâ, generis ac fortunæ auſpicio, præcedentium virtutum merito, nobis optatiſſimus. Et reuerâ ſuæ ad res noſtras prouidentiæ iam tum luculentiſſima dedit argumenta, è quibus vt priuata reticeam hæc quæ ad vniuerſum Ordinem ſpectant commemorabo. Generalem Conuentum *Valentiæ* celebrandum in Vrbem euocari curauit, litteraſque ad eam rem dedit ad omnes & ſingulas Ordinis Prouincias, deſiderabat ſcilicet Optimus & beneuolus admodùm Princeps collectum Ordinem coram intueri, atque de illo conſeſſu rebus noſtris tanto commodiùs prouidere, quantò præſentior (vt ita dicam) omnibus eſſet. Sanctiſſimè quin etiam aliis litteris cauit ne ad eum Conuentum ac reliquos deinceps Prouinciæ cuiuſquam nomine Actor, hoc eſt vt loquimur Commiſ- *Aldobrandinus.*

ſus

1622. ſus adlegeretur, qui tres antè annos Prouinciam non incoluiſſet, quod ſanè decretum multis de cauſis ad amuſſim obſeruari conuenit. Vtræque litteræ ſub die XVI. menſis Iunij datæ leguntur. His auſpiciis, quo in noſtros eſſet animo qua diligentia rebus noſtris inuigilaret, Religioſiſſimus Princeps declarauit, reliqua cum tempore proponemus. In præſens & hoc non prætereundum. *Aldobrandino* ſemel atque iterum *Parmam* ad res Ducis componendas ablegato vices eius mandante Pontifice ſuſceptas ab Eminentiſſ & Reuerendiſſ. D. *Pio.* *Carolo* Card. *Pio* Ferrarienſi Epiſcopo Albano, qui peramanter rebus noſtris ſtuduit. 1622. Vicepro-tector.

7. Nec minus certè ſtudioſus Pontifex qui rogante *R. P. Ioanne Piña de Celis* Procuratore Generali omnia nobis per Deceſſores facta priuilegia ſingulari diplomate quod incipit *Iniuncti nobis Apoſtolici muneris, &c.* confirmauit, datum verò eſt hoc ipſo anno die XI. menſ. Aug. Confirmatio Priuil. à Pont.

8. Poſt ſublatum denique *Tontum* nihilò deinceps mors indulgentior fuit, imò longè indulgentior ſi eius beneficium ſcimus æſtimare. Certè in iunioris cuiuſdam fratris noſtri obitu diuinam quandam indulgentiam non ſemel miratus ſum, properauit educere illum quia ſe (vt fides eſt) dignus erat. Vixenim exacto à profeſſione menſe altero, ſed tantâ, per illud tempus & probationis annum, ſanctimoniæ famâ & opinione, vt omnium quibuſcum egerat animos, oculos, ſtudia in ſe conuertiſſet, omninoque mirum eſſet cœli iam ciuem haberi qui nondum penè terras attigiſſet. Ea quæ ex tunc de illo circumferebantur breui tumulo complexi fueramus, quem repræſentare ſatis futurum puto. Obit. F. Carolus le Roy.

D. ET V. F. CAROLVS LE ROY
AMBIANENSIS
QVA PVRITATE PRIMÆVÆ CVLPÆ LAVACRVM EGRESSVS
EADEM PENE REGRESSVS CREDITVR IN CÆLVM.
RELIGIONEM, QVÆ ALIIS SOLET SANCTITATEM ASPIRARE,
INGRESSV IPSE SVO SANCTIFICAVIT.
ANNO PROBATIONIS AC PAVCIS QVIBVS SVPERSTES MENSIBVS
PERFECTIONIS EXEMPLVM MAGISTRIS DEDIT.
COALVISSE VIDEBANTVR IN NATVRAM SANCTITAS ET VIRTVS
, ANGELICO CORPORIS HABITV CONSPICVVS,
ACCENDEBAT OMNES IN AMOREM SVI ET REVERENTIAM.
AD MVLTIPLICIA MACERATIONVM GENERA MIRE INDVSTRIVS,
LONGVM MEDITABITVR MARTYRIVM.
SED DEVS NON TVLIT INNOCENTEM DIVTIVS TORQVERI.
SVBDVCTVS ERGO SIBI IPSE EST
ET REDDITVS ORIGINI SVÆ.
CVI PER SE TESTIMONIVM FECIT APPARENS IN GLORIA.
PRIVATIS MVLTORVM STVDIIS EIVS MEMORIA COLITVR.
IN PIGNVS CORPVS DEPOSITVM
AMBIANI APVD SVOS IPSA DIE XXXI. AVGVSTI M. DC. XXII.
ITA EST COELO RESTITVTVS
QVEM INCORRVPTIO IAM ANTE DEO PROXIMVM FECERAT.
O CORPVS MORTIS HVIVS!
SED DOMINI EST ASSVMPTIO NOSTRA ET SANCTI ISRAEL
REGIS NOSTRI.

Sic olim ſtudioſiſſimi adoleſcentis funus proſequebamur. Certè viſum eum à morte non noſtris quibuſdam tantùm, ſed extraneis quoque & quidem omni

Digitized by Google

1622. fide dignis, atque inter cæteros nonnullis è Societate Iesu Patribus audiuisse me recolo nec omninò fallor, sed in hæc ampliùs non inquiro ea ex professo si Deus dederit quandoque tractaturus, quæ ad singulares nostrorum actus pertinent. 1622.

Ob. F. Ioannis Pontier

9. Ad hunc etiam annum Aquitani alterius adolescentis sui memoriam recolunt. Is fuit *F. Ioannes Pontier* ab anno 1617. apud Sammarthanum professus, qui commendatur ab ingenuâ simplicitate, à quâ nunquam recessit, promptitudine atque alacritate ad obedientiam, orationis studio, humilitate, modestia, & aliis virtutibus quæ decebant ætatem suam & professionem. Omninò sortitus erat animam bonam & timoratam, & quibus poterat obsequiis omnibus se gratiosum exhibebat. *Biterris* missus in grauem morbum incidit, per cuius dolores licet acutissimos, nullo verbo aut impatientiæ signo interiorem animi serenitatem & tranquillitatem visus vnquam est labefactasse. In extremis positus cùm vngeretur placido vultu altâ & integrâ voce ad singula cum aliis respondebat. Sumptâ in manus Crucifixi Imagine in eam intendens & oscula figens, *Tenui*, ait eum *nec dimittam*, tumque in alia multa erupit quæ animam diuino amore transfixam & sauciatam, & spiritu Dei plenam saperent. Quod in adolescente rudis vt videbatur ingenij & impeditioris linguæ planè mirabile fuit. Et reuerâ circumstantibus omnibus lachrymas admiratio & cordis compunctio excusserat. Nemo certè quantumuis litteratus aut melius, aut loco temporivè conuenientiùs loqui potuisset. Ita in suorum manibus quos insolito virtutum exemplo & mortis sanctorum spectaculo afflauerat, animam efflauit & memoriam suam in perpetua benedictione reliquit. Hæc ferè sunt quæ de benedicto adolescente vir grauissimus nuper referebat.

Obit. P. Adriani Rossignolij.

10. Ad mens. Septembr. diem XXII. Turonenses memoriam celebrant *R. P. Adriani Rossignolij* viri supra modum pij & rerum diuinarum experti, qui plures annos educandis Nouitiis diligentem sedulam, exactam, operam impendit, & ita formauit, vt hodie in pluribus optimi præceptoris & informatoris imago reluceat. Obiit apud *Castrum-Eraldi* ea quam diximus laude & ætate cumulatus & (si Deo placet) æternâ gloriâ.

Ob. P. Francisci Salez.

11. Sed quibus demùm verbis efferam beatissimi Antistitis funus, in quo laudando defecit omnium Scriptorum nostratium industria? Funus inquam *R. D. Francisci Salezij* Gebennensis Episcopi, cui nulla laudatio par esse potuit ab optimis quibusque Oratoribus, quod ipsi vltrò fatentur. Sed quem tamen à nobis laudari aut certè memorari conuenit, vt qui tertium Ordinem nostrum ab anno 1617. susceperit deferente *R. P. Antonio de Billy* Correctore Gratianopolitano cùm sanctissimus Episcopus in ea vrbe conciones haberet, deincepsq; retinuerit, solitus nostris qui ad se accederent cingulum, eius Ordinis symbolum, proferre, ac se fratrem & sodalem illius instituti profiteri. Quod meminit in hæc verba qui de illo scripsit nouissimè Carolus Augustus Salesius lib. 9. De Vita & rebus gestis ipsius Francisci. *Exeunte Quadragesima* (per quam Gratianopoli concionatus fuerat) *redire etiam in suam diœcesim cupiebat Salesius, non prius tamen quàm in fraternitatis sacri Ordinis Minimorum cinguli catalogo inscriptus foret, quòd gloriosum Franciscum à Paula mirifica pietate coleret & eius filios impensissimè amaret, cinctus est igitur in Monasterio Dini Andreæ ab Antonio Billiaco superiore & in fratrum numerum relatus est; quo etiam tempore pallium ei Dini Francisci à Paula ostensum, quodque sic ille veneratus est, vt irruente quamuis in eum piæ deuotionis spiritu turba, ne minimum quidem impatientiæ gemmflexus & coarctatus signum ediderit. Deinceps cùm ex Minimis aliquos inter eundum offenderet, cingulum illud trahens è pernlas Videte* (*inquiebat*) *num ego frater vester sim, atqui reuera non solo nomine sum Minimus.* Et hunc ergo nos quem ardentibus votis ob præcellens meritum & eminentem sanctissimæ vitæ gloriam in suas quisque partes distrahit ac sinum esse vult, tanto pignore nostrum esse non prædicabimus æternumque gloriabimur? Verè verè noster erat qui Deo inspirante volens appetensque hoc pium institutum amplexus fuerat. Sed quibus verbis exequar quæ totis voluminibus alij de sanctissimo Antistite celebrarunt? Compendio perstringam quæ illi ægrè admodum

de Salez.

de Billy.

Digitized by Google

1622. admodùm per legitimam hiſtoriam explicare potuerunt? Dicam de animi pietate altiſſimoq; illo rerum diuinarum ſenſu quem libri ab eo ſcripti hodieq; cum omnium admiratione ſpirant, ſed quem ille animo præcellentius induerat? Dicam de angelica puritate quam à puero inter blanditias, inſidias, pugnas illibatam conſeruauit? Dicam de ſuauitate morum quâ in pietatis ſtudium neminem non rapiebat? Dicam de cœleſti facundia quam habitis ſupra quater mille concionibus explicuit ad tam efficacem animarum conuerſionem vt iniri numerus non poſſit eorum quos ad meliorem frugem traduxerat? Dicam de animarum zelo producamque ſuprâ ſex millia hæreticorum quos ad ſanam mentem reuocauit? Dicam de frugalitate, quâ ſe, quâ familiam continuit? Dicam de miraculis quæ per vniuerſam Galliam eo in vota vocato ad præſentem miſerorum opem patrata ſunt? Dicam de fragrantia qua diuinitùs ſepulchrum eius reſperſum eſt? Dicam de corporis incorruptione, quod innatans aquis & terrâ conditum nuper ſublatum eſt? Dicam de populorum votis, Cleri ſtudio, Pontificis animo in beatum Antiſtitem? Quid potiſſimum eloquar neſcio, malim cum eximio eius panegyriſte *Roberto* ſilentium colere atq; tanti Præſulis merita & virtutes tanta mente venerari quàm è multis pauca & infra ſublimis argumenti dignitatem proferre. Ac optimè quidem ille Nazarij ad Conſtantinum vſurpato verbo rem concludit: Huius Præſulis magnitudo veterum geſtis fidem conciliat, quæ credimus facta, quia maiora ſenſimus in eo cuius gloria humani faſtigij modum ſupergreſſa eſt. Poterit interim ſtudioſus Lector libros RR. PP. *Ioannis à S. Franciſco* Fulienſium Generalis, *Ludouici de la Riuiere* noſtri, & D. *de Longueterre*, tum elogia RR. PP. *Theophili Raynaudi* è Societate Ieſu, *Hilarionis Coſtæi* noſtri, R. & Cl. V. D. *Roberti* relegere. Obiit ſanctiſſ. Antiſtes XXVIII. Decemb. Lugduni hoc ipſo anno. 1623.

At qui Sanctorum numero es turbaq; receptus,
Laudibus immenſis toto celebrandus in orbe
Sis bonus ô felixq; tuis, noſtrumque laborem
Dirige.

An. M. DC. XXIII. 1623.

1. COlligemus in hunc annum quæ à præcedentibus effluxerunt, ducendum tamen venit initium ab his quæ illius propria ſunt, ſuamque habent ab hoc principio certam originem. Turonenſes *Dunum-regium* vltrò inuitati à Ciuibus ab anno iam altero, ad hunc illuc proficiſci diſtulerunt. Neceſſariam illi ſiue noſtrorum, ſiue aliorum opem ſibi ſenſerant, re in conſilium adducta viſum eſt noſtros aliis præferre, datum igitur mandatum honoratiſſimis Ciuibus, vt *Camartum* Prouincialem totius municipij nomine conuenirent, accepit ipſe legationem perhumaniter ſpoponditque in tempore non defuturum ſe illorum votis ac precibus, tantiſper ſuſtinerent quoad immittendam familiam colligeret. Sic ad incuntis huius anni principium res extracta, nec longè quidem abierat cùm adfuit *Camartus*, *Dunum-regium* enim ad VII. Ianuarij applicuit, eoque ipſo die data illi optio trium locorum vt pro voluntate ad condendum Cœnobium aliquem eligeret. In his erat quæ dicebatur Schola, ædes S. Vincentio ſacra, & domus cui à Strata nomen. Anceps *Camartus* poſt inuocatum Spiritum ſanctum rem ſorti commiſit quæ ſeptimùm in poſtremam domum illam incidit, mirantibus inuariatam ſortem in eum locum ſtetiſſe cauſa poſtmodum occurrit, compertum eſt enim eam domum progenitorum à *Brigitta B. P. N.* ſorore propriam aliquando fuiſſe. Nec factum id abſque diuino conſilio ampliùs innotuit, cum perquirentibus ciuibus à quo domus mancipij iure teneretur, *Anicio* ille hoc eſt à leucis haud paucioribus quinquaginta non minus opportunè adfuit quàm ſi ad condictum acceſſiſſet. Exhinc primarij Ciues duo ad *R. D. Rolandum Hebert* Archiepiſcopum ablegati qui eius Cœnobij condendi poteſtatem rogarent, probauit ille optimorum ciuium vota, veniamque dedit quam petierant, perſcriptis litteris ad diem

Conuentus Duni-regij.

1623.

le Puy.

Digitized by Google

1623. Ianuarij xx. Res diuina eo loco à noſtris primùm facta xviii. Februarij, ac ſequenti die Crux ritu ſolemni defixa & implantata fuit. Martio ſequente ac eius die xxvii. primarius in fundamenta exædificandi Cœnobij lapis miſſus à Scabinis, quos vocant, hoc eſt Ciuico Magiſtratu, & illi quidem de opere ſuis ſumptibus perficiendo & annuis nonnullis prouentibus antè pepigerunt. *Dunum-Regium* in *Bituricibus* ad *Auaricum* fluuium qui Biturigas inde procurrit, vrbs eſt regiâ Præfecturâ inſignis, cuius Iuriſdictio latè patet, perperàm nonnulli *Nouiodunum* Cæſaris interpretantur. 1623. *Dun-le Roy. Berry. Auaricum.*

Conuentus Siliguaci. 2. Sub idem tempus Nobiliſſ. & Generoſiſſ. *D. Franciſcus de Coſſé* Dux *de Briſſac* Gallicæ rei panariæ ſupremus adminiſter apud Britanniam Prorex, &c. & lectiſſ. ac pientiſſ. fœmina D. *Guidona de Ruelland* eius conſors in locum ditionis ſuæ, (*Siliginacum-Guillelmi* appellant) noſtros euocauerunt. Locus gentilitio *Coſſeorum* neſcio an *Ruellanderum*, Caſtro nobilis eſt, in Cœnomanis, & ea regione quæ *Charnia* popularibus dicitur, æquali ferè ſpatio ab *Alançonio* & *Vindino Cœnomanorum* versùs Occidentem, præterfluente riuo qui ad fines *Andium* ſupra *Sabolium Sartæ* commiſcetur. Ad Caſtrum ipſum, attributum ædificando Cœnobio prædium, cuius incolendi facultatem *R. D. Carolus de Beaumanoir* Cœnomanenſis Epiſcopus, de quo in anteceſſum meminimus menſe Martio fecit. Infixa crux feſtiuo apparatu & plauſu ad diem xvii. menſis Aprilis hoc ipſo anno. Dehinc ad xxx. menſis Maij Fundatores fidem ſuam ad præſtandos in ædificium & victum ſumptus oppignerarunt. Denique ad x. Iunij proximè ſequentis apponendum Cœnobij fundamentis primarium lapidem benedixit Collegij ad *B. Mariam* ibidem Capicerius, appoſuit verò Nobiliſſ. & Generoſiſſ. *D. Lancelotus Groguiet de Vaſſé* Baro *Rupis-mobilis*, ſupra *Alançonium* vtriuſque Regis militiæ Eques torquatus, & ita res noſtræ hoc ipſo anno apud *Siliginacum* proceſſerunt. *de Coſſé.* *de Ruellād. Seigly*, ou *Silbé le Guillaume.* *Alençon. le Mans. Sablé. Sarte.* *Groguiet de Vaſſé.*

Capitulum Ge. xxxvi. 3. Inſtabat per hoc ad ineuntem Iunium Generalis Conuentus celebrandi definita dies, ſanctiſſ. nimirùm Pentecoſtes, quæ ad iv. incidebat. In Vrbem pro Pontificis voluntate ac Protectoris deſiderio & mandato veniendū fuit. Præſtò fuere omnes quorum intererat, ipſiſque adeò Iunij Calendis conſedere cœperunt, cœtum initiauit Eminentiſſ. & R. Card. *Aldobrandinus* Protector magnâ & inſolitâ beneuolentiæ ſignificatione, prout deinceps ad ſingulas ſeſſiones fecit, quod Patribus ſummoperè gratum & iucundum fuit. Ad ſequentem & alterum diem cognitum de iis qui admitti in conſeſſum deberent, Vicariorum Commiſſorumque perlectæ litteræ, quibus vt decebat recognitis in Actuarium electus *R. P. Ægidius Camart* Prouincialis Turonenſis. Illuceſcente demùm ſanctiſſ. Pentecoſtes die concordibus animis & votis idem ipſe *R. P. Ægidius Camart* in totius Ordinis Antiſtitem meritiſſimè aſſumptus eſt, & is præter ſuum & alterum vnicum omnia ſuffragia nactus & magnificentiſſimis elogiis exornatus ad obedientiam ex more ſalutatus eſt. Sed de Camarto ſingulare poſthac Elogium dabimus. Suffectus in regendâ Turonenſi Prouinciâ *R. P. Andreas Chauineau* qui quartùm in eadem ipſa Prouincia hoc munere perfunctus hodiè ſuperſtes ad eius Prouinciæ ac totius Ordinis decus & ornamentum viuit. At verò qui Acta vice illius exciperet ſublectus qui ad alterum diem in Collegam Italum optatus eſt *R. P. Benedictus Caponetus à Catanâ* ex Commiſſo Prouinciæ *Meſſanenſis*, & apud Catanenſes ſuos publicus Theologiæ profeſſor; acceſſerunt continuò & alij Collegæ, Gallus quidem *R. P. Simon Bachelier* ex Correctore Conuentus S. Trinitatis in vrbe; Hiſpanus verò *R. P. Didacus de Ayala* ex Commiſſo Caſtellanæ Prouinciæ; atque mox in Procuratorem Generalem, ſeu Zeloſum ſubleuatus *R. P. Adeodatus Lomellinus* ex Prouinciali Genuenſi, quos omnes magis opportunè laudabimus. *Lomellino* ad Genuenſem Prouinciam adminiſtrandam ſummiſſus *R. P. Laurentius de Pereyra*, quem & ipſum habemus copioſiùs laudandum. Ad diem xii. eiuſd. menſis variis ſeſſionibus habitis quamplura decreta ſunt & ſancita quæ dubitationem vſquedum fecerant, ſed hæc non exſcribimus alteri operi commodanda. Erunt & quæ occurrent in progreſſu memoranda, quorum ſcilicet definitio in præſens

Generalis xxxvii. *Aldobrandino.* *Camart.* *Chauineau.* *Caponetti.* *Bachelier. de Ayala. Lomellino.*

Collegæ.

Procurator Gen. xxxvi.

Digitized by Google

1623. præsens non planè constitit. Sed illa iam nunc repetenda sunt quæ ad Cœnobiorum fundationes pertinent, quorum ob incertam primam originem antea meminisse non potuimus, si modò finem Actis omnibus factum dixerimus, assignato in proximum sexennium Capitulo *Barcinonem*, cùm postliminio in *Hispaniam* esset reuocandum. 1623.

4. Ex his autem quæ nos de Cœnobiorum institutione præterierunt hæc sunt demùm colligenda. In vrbe ipsa R. & Cl. V. *D. Ioannis Pizzullus* Reginensis Calaber (de *Regina* nonnihil in antecessum diximus) Ciuis Romanus vrbisque incola, Presbyter, & ad SS. Sergium & Bacchum Parochus, piè in B P. Franciscum vniuersumque Ordinem nostrum affectus, sed gentis suæ homines speciali charitate complexus, Collegium eis institui liberalissimè procurauit. Quam ad rem, grande, splendidum & magnificum palatium, in regione montium, ad Monasterium *S. Petri ad Vincula* & *S. Mariam à montibus*, à *Ioanne Georgio Casarino* Duce Ciuitatis Nouæ, præsenti pecunia comparauit, vt inibi sub inuocatione *B. P. N.* Collegium illud extrueretur. Quod quidem ita voluit Calabris esse addictum, vt reliquis præferrentur à familia *de Grilli* progeniti, tùm Reginenses sui, dehinc Calabri citeriores, quibus deficientibus vlteriores admitti, aliisque superaddi possent. Ædem SS. Sergij & Bacchi palatio ipsi proximam resignante *Pizzullo* noster *à Maida* Generalis & Lauellensis Episcopus à *Gregorio* XV. cum animarum cura impetrauit. Et ius quidem ad *Pizzulli* hæreditatem quæsitum Calabris per cessionem PP. S. Andreæ de Fratis (hos enim *Pizzullus* hæredes sibi scripserat) institutionemque Collegij per litteras ad Vicarium in vrbe datas sub die XVIII. Octob. hoc ipso anno S. D. N. *Vrbanus* VIII. confirmauit. Cherubinus edidit in *Vrbano* VIII. Const. V. Initium est *Ex iniuncto nobis, &c.* Collegiũ verò ea qua diximus conditione stare, post *Pizzulli* mortem speciali diplomate sanciuit, quod etiam datũ prid. Non. Decembr. an. 1624. incipitque *Inter cætera cordis nostri desiderabilia, &c.* Id verò quoniam in Registro Pontificio sumus prolaturi atque in eo res singillatim enarratur, hîc abrumpemus, si modò addiderimus piissimum Fundatorem iam nunc à Patribus summa gratulatione collaudatum, virum fuisse austeræ & abstinentissimæ vitæ, rari exempli & pietatis, qui frugalitate, parcimonia & labore suo ea sibi bona quæsiuerat quæ in nostros erogauit. Dignus certè quem ampliori laudatione prosequamur, quod cùm mihi dubium minimè sit, fieri tamen per ignorationem rerum eius haudquaquam potest, pro re voluntas erit & animus, quoad facultas adfuerit. Denique Cherubinus Excommunicationem ab eod. *Vrbano* P. VIII. decretam aduersus eos qui reliquias sacras aut libros ex Ecclesia & Bibliotheca eiusdem Collegij extraxerit profert, eaque est Constitutio apud eum XCV. quæ incipit *Iustis & honestis, &c.* Dat. prid. Calend. Nouemb. an. 1629.

Pizzullo. Conuentus S. Francisci Romæ.

5. In Prouincia citerioris Calabriæ quam S. Francisci dicimus, Cœnobia quatuor in acceptum relata sunt. Et ea quidem *Pedacij*, *Amantiæ*, *Marcopolis*, & *Flumenis-frigidi*. *Pedacium Consentinæ* diœcesis oppidum, Iurisdictione prætoria in quatuor pagos clarum, *Petræ-fictæ* & *Spetiano* vtrinque proximum est, iuxta decurrit *Cardo* fluuius, qui postmodum in *Cratem* influit. In illud accepti nostri, Ciuium, vt par est credere, beneficio, certè nullum eius Fundatorem Acta præferunt, quod de aliis duobus etiam constat.

Pedace ò Redaggio. Cardone. Crate. Conuentus Pedacij.

6. *Amantia*, quæ nonnullis *Naritia*, quibusdam *Nepetia*, & hi *Napitiam* à *Nepetia* distinguunt, vrbs est antiqua & olim Episcopali sede præfulgens quæ *Tropiam* translata est. Ad littus Tyrrheni maris posita est, iuxta *Acherontem* fluuium. Arce munitur, quæ à natura & arte creditur inexpugnabilis. Fidelitas Ciuium erga Reges suos imprimis commendatur. Et hîc igitur nostri constiterunt.

Amantea ò Manthia. Conuentus Amantiæ.

7. *Marcopolis* haud ampliùs à nobis describenda aut commendanda est quàm ab initio fuit, cùm in ea B P. N. vt parentum voto satisfaceret sacram B. Francisci vestem gestasse diximus.

S. Marco. Conuentus Marcopolis

8. De *Flumine-frigido* antehac quoque nonnihil meminimus, edito ad mare loco situm oppidum, alluente cognomine fluuio, cui ortus *Acheronti* vicinus

Fiumefreddo. Conuentus Fluminis-frigidi.

Digitized by Google

1623. è montibus vbi *Pandosia*. In fundationem autem Cœnobij omnia sua Per-Illustris *D. Cæsar Garritanus*, & piiss. eius coniux erogauerunt. Sic habent Acta ipsa Generalia quæ insinuant dictum *D. Cæsarem* Fluminis-frigidi Toparcham fuisse. 1623.

Conuentus Montis-fortis. 9. Prouinciæ Messanensi planè idem Conuentuum numerus obtigit quòd Acta meminerint. Certè *Montem-fortem*, qui haud procul *Messanâ* in Tabulis conspicitur, beneficentiâ lectiss. & pientiss. *DD. Hieronymæ & Agathæ Policinæ*, quæ redditus opulentissimos offerebant, transierunt. Gratum id Montis-fortis Baroni qui latifundium ædificando Cœnobio elargitus. Fundatoris titulo cum *Hieronyma* & *Agatha* cohonestatus est. Sed anceps hæreo hunc è *Lofredorum* familia dicam, aut *de Vicariis*, cùm vtrique Barones *Montis-fortis*, huius nimirùm atque alterius cognominis, ferantur. Nomen Cœnobio est à *S. Trinitate*. *Monte forte* *Policina.*

Conuentus Noti. 10. *Netum* exinde concesserunt nostri Siculi, vrbem sanè peruetustam, quam diligenter & accuratè Fazellus describit rerum Sicularum Decade prior. lib. 4. cap. 11. *Nea, Noa, Neetum, Nectum & Netum* à veteribus dicta, parùm hodie mutauit ab his posterioribus *Netum* enim appellatur, à *Pachyno* prom. abest XVIII. pass. millib. in Occas. à *Syracusis* XXIV. in Ort. non procul à mari ad Australem Insulæ plagam, qua isthmum efficit. Titulus à *B. Virgine Maria* Cœnobio inditus, sed cuius liberalitate constiturum sit, non inuenio. Netini *S. Conradum Placentinum* miraculis clarum & hernioſis propitium colunt. At in huius Cœnobij nomine Isnardus admodùm fallitur nisi typographi erratum est quod procliue video. *Noto Moli.*

Conuentus Gypß. 11. *Gypsum Neto* venisse oportet eosdem Messanenses nostros, de nomine Acta sibi constant, sed locus à nobis deprehendi nullâ diligentiâ potuit. Vicus sit eius regionis necesse est. Cœnobio quod illic habemus in patronum & tutelarem ascitus S. Antonius Monachorum parens & princeps, quod vnum præterea scimus. *Geiſa.*

Conuentus Randatij. 12. Trangressi demùm *Gypso Randatium*, quod Fazello ingens, nobile, locuples & muro cinctum oppidum est sub *Aetnâ*, quâ Septentrionem spectat, quinto ab *Auricellâ* (quæ vulgò *Roccella*) milliario, à Monasterio S. Mariæ Maniacis octauo. Nomen quidem recens, antiquum Aretio *Trinacia* seu *Tyracina*, de quo periti disputant. Vt vt sit, *Randatium* nostrum ad *Achatem* fluuium, qui hodie *Cantera* est popularibus, conspicitur. Institutum in eo Cœnobium *S. P. N.* nomine, quod vnum Acta & Scriptores nostri docent. *Randazzo* *Roccella.* *Cantera.*

Conuentus Maratij. qui & Genuæ II. 13. In Prouincia Ianuensi quod Acta præferunt, idem omnino Cœnobiorum numerus constitit, atque citerioris Calabriæ & Messanæ Prouinciis. Vnum in continente fuit, reliqua tria vltra continentem. Et illud quidem quamproximum Genuæ in suburbano Prætorio quod *Maratium* dicunt, *Peristor* scilicet ex vicinis Apennini montibus iuxta Vrbis mœnia profluens & in mare decurrens, vnus hunc locum ab Genuâ disterminat. Nobiles qui frequentes illuc commeant ad animi oblectationem, vt parochialis *S. Margaritæ* Ecclesia nostris cederet procurarunt, cum quibus pacta & conuenta Patres in hoc consessu probauerunt & firmauerunt. Ab Isnardo sic describitur, sub nomine *Genuensis II. Ecclesia ipsius est parochialis, paruula sed pulcherrima. Tabernaculum sacrosancti Eucharistiæ Sacramenti & candelabra circumstantia sunt ex alabastro. Dormitoria duo habet spatiosa & pulchra valdè.* At verò nuper eius nobis Cœnobij originem ad liquidum designabat noster de Agrifoliis in hæc verba rescribens: *Conuentus S. Margaritæ de Marasio Genuensi suburbio, milliare distans à Ciuitate, (Ecclesia est parochialis, pulchra valdè & concinna elegantibus instructa sacellis) receptus est ann. 1619. XXV. Septembr. Prouinciale P. F. Laurentio de Pereynis, &c.* & post pauca: *Conuentus intus atque extra perpolitus, cella atque officina permagnifica sed religiosa: è regione & propè pulchra palatia Nobilium Genuensium cum amœnissimis ruribus æstate animi relaxationi percommodis, aër salubberrimus, situs peropportunus, via minimè aspera sed plana, &c.* *Maratio.* *Beſagno.*

14. Hæc verò quæ vltrà continentem, in Corsica & Sardinia Liguſtici & Tyrrheni maris Insulis, constituuntur. Duo in *Corsica*, vnum in *Sardinia*. Quæ ascribuntur

Digitized by Google

1625. Largaiola. Tregiamo. Tenda. Roſſa.

eribuntur Corſicæ haud illuſtribus locis poſita ſunt. Primum eſt *Algaïoſe*, ſeu *Algaiola*, quam in vulgatis Tabulis *l'Argaiola* dictam puto, cui ſitus eſt ad oſtium *Tregiami* fluuij à monte *Tenda* exorientis & ex aduerſo *Phintonis* Inſulæ quæ *Roſſa* hodie dicitur, in mare defluentis. Dimiſſum eſſe noſter de Agrifoliis certiorem me fecit per litteras. Alterum *Centurij*, & *Centurium* (niſi admodum fallor) eſt quod *Cinturi* ſcribitur in Tabulis ad *Corſicum* promontorium & *Maronium*, quod Septentrionem reſpicit, ſitumque habet in procurrente iſthmo extremâ inter montes qui *de la Serra* cognominantur. Et hoc quoque à noſtris relictum & deſertum fuiſſe non dubito, fortè oblatum tantummodò ne acceptum quidem eſt. Sardinia quod habet, loci nobilitate præſtat, eſt enim in Vrbe primaria & Archiepiſcopali atque Proregis ſede, in ora meridionali, *Calari* inquam, ſeu *Carali*, quæ à *Turribus* altera metropoli excíſa cxx. paſſ. mill. diſtat quot ferè à littore Africano. Claudianus ſic planè deſcribit,

1625. Conuentus aliquot in Corſica & Sardinia.

Cinturi. Cabo Corſo. Punta de Marono.

Caglieri.

Vrbs Lybiam contra Tyrio fundata potenti
Tenditur in longum Calaris, tenuemque per vndas
Obuia demittis fracturum flamina collem.

Sed hæc ampliùs non proſequimur. Excidiſſe *Calaritanum* Cœnobium incerta (quod audiui) fama vulgauit. Certè in Actis Generalibus *Sardinia* ceſſit Balearium Prouinciali cum Conuentibus, vt habent Acta ipſa, qui in ea reperiuntur & in futurum recipientur, & meritò: vt enim *Corſica* in Genuenſium, ſic *Sardinia* in Hiſpanorum ditione conquieſcit, nec procul eſt Balearibus amplius D. mill. paſſ. Certiora de rebus noſtris in his aliiſque Inſulis aliquando nunciabuntur.

15. Apuliæ Prouincia numero has penè æquauit, quæ tribus Cœnobiis locupletata eſt, aditis *Meſſania*, *Oſtunio*, *Cuperſano*. *Meſſania* ſupra *Brunduſium* qua *Tarentum* iter eſt VIII. paſſ. mill. infra *Letianum* IV. oppidum eſt ad exigui collis radices, cuius ager frumenti ferax, oleo inſuper, croco, multiſque à natura bonis exuberat. *Meſſapiam* ſunt qui dictum velint, quod alij *Meſſafra* tribuere malunt, eſt tamen *Meſſafra* inde procul in magnâ Græcia. Cœnobium noſtrum *S. Rocchi* titulo inſigne eſt.

Conuentus Meſſanie.

Meſagne. Brindiſi. Taranto. Lezzano. Meſſafra.

16. *Oſtunium*, ſiue *Oſtunum* vltrà *Brunduſium* ſecus mare XXIV. paſſ. mill. ciuitas eſt populo frequens, agro diues & amœna, Epiſcopali ſede florens ſub metropoli *Brunduſina*, in finibus *Salentinorum*. In eâ ſibi ædem noſtri quæſiuerunt *S. Mariæ Magdalenes* titulo, quam ſatis frequentes incolunt.

Conuentus Oſtuni.

Oſtuno.

17. Ab *Oſtuno* ſupra XXX. lapidem *Cuperſanum* occurrit antehac à nobis memoratum. Sedem habet Epiſcopalem Barenſi ſuffraganeam, & à *Bario* ipſo ad XV. mill. paſſ. quot à *Monopoli* versùs Ortum in eadem maris orâ. Celebratur ager à fructiferis arboribus & fœcunditate. Oppidum ipſum Comitatus dignitate clarum à Ducibus *Adriæ* poſſidetur. *S. Michaëlis* nomine Cœnobium noſtris eſt eo in oppido. Hæc ex autographo Actorum elicuimus de Cœnobiorum & locorum nomine, præter quàm quod alij ſtatuerunt qui multa mihi videntur in paucis confudiſſe.

Conuentus Cuperſani.

Cuuerſano.

18. In ſuperiori Calabria è duobus quæ illi aſcribuntur Cœnobiis vnum reliquum eſt cuius nobis mentio incumbat. De *Oppidano* enim ante annos XIII. diximus, quod nunc primum Actis inſcriptum eſſe non nemo, & iure, narrabitur. Alterum illud eſt, quod apud *Seminaram* titulo *B. Virginis Annunciatæ*, per Ciuium (vt credo) beneficentiam, extat. Eſt verò *Seminara*, ſeu *Seminaria*, oppidum quod *Santernum* fluuium tranſgreſſis, itinere ad præcelſum montem occurrit. *Taurianum*, ſeu *Taurenium*, aut etiam *Tauroentum*, eſſe creditur, certè eius ruinis eſt inædificatum. Subluitur *Metauro* altero, qui hodie vno eodemque ac oppidum nomine cenſetur. Ducatus dignitatem retinet, olim etiam Epiſcopatu floruit. Ditioni *Spinellorum* ſubiacet, quæ gens in homines noſtros beneuola & benefica. Diſtat *Hipponio* XXX. paſſ. mill. XX. *à Rhegio*, III. ab ora maris, ſupra freturn Siculum.

Conuentus Seminaræ.

Oppido.

Seminara.

19. Lugdunenſis Prouincia, tribus aucta Cœnobiis ad aliarum canonem acceſſit. Primum apud *Romanum* fuit, cui nomen à *B. Virgine*, ciuium liberalitate

Conuentus Romani.

Digitized by Google

1623. ac beneficiis etiamnùm ædificatur. Ex bonis quæ noſter *R. P. Paulus Sernonetus* religionem ingreſſus detulerat pars fundi empta primùm fuerat. Diœceſis eſt *Valentia* in *Segalaunis* & regione Delphinatium. Et certè *Romanum*, ſiue quod aliis magis placet *Romanus*, at quamoptimè *Romana Caſtra*, oppidum hodie eſt frequens & nobile ad *Iſaram* fluuium, vbi ponte iungitur, tertiâ ſupra *Valentiam* ipſam leucâ. x. ſupra *Viennam*. Situ *Ieroſolymæ* ſimilem affirmant qui vtramque viderunt, ſed hæretici ciuilibus per Galliam tumultibus non parùm inſigne oppidum attriuerunt, tum verò maximè inſignem in Vrbe Abbatiam S. *Bernardo*, ſeu *Bernardo* Viennenſi Archiepiſcopo, qui in eius Eccleſiæ Tabulis cenſetur xlix. ſacram, quam ipſe ſuperſtes condiderat. Robertus *Romanum Viennenſis* diœceſis eſſe tradit, contra quàm noſtri, qui de Cœnobio ſcribunt, velint, fortè intra vtramque diœceſim *Iſara* diuidit, vt non propterea poſſint videri contraria locuti. Braunius porrò Iconem eius habet l. III. Tab. IX. 1623. *Romanus.*

Conuentus Molini. 20. Secundum apud *Molinas* fuit in regione *Boiorum*, qui nobis *Borbonij*, aut *Borbonenſes*, *Molinæ* autem, ſiue *Molinum* primarium apud eos oppidum amœniſſimo ſitu, pulchro & ſalubri ad *Elauerim* fluuium, in via Lugdunenſi, *Niuernum* inter & *Varennas*, decima tertiâ inde leucâ, hinc ſextâ, deſcribitur. Eius vrbis decora plurima ſunt, ſed quæ à nobis fruſtra exquirerentur. Viderint etiam qui *Gergobiam* eſſe contendunt, aut qui *Nemoſum*, ſiue *Nemoſſum* affirmant. Cœnobij in præclara vrbe inſtituendi primus autor fuit *R. P. Ioannes du Buiſſon* Molinenſis ciuis & Ordinis noſtri Theologus præſtantiſſimus. Ad eam rem, vt audio, pertenue ſacerdotium, ſed vicino ſitu percommodum à Præmonſtratenſibus exorauit, ſed ciuium præſertim ſuorum gratiâ & beneuolentiâ niſus eſt. Allectus in Fundatorem Illuſt. & Excell. Princeps *Henricus Borbonius Condæus* in anteceſſum à nobis ſæpiſſimè laudatus, ſed ſuo ille iuri noſtris rogantibus nuperrimè ceſſit in gratiam nobiliſſimæ gentis Guichiæ. Ex qua quidem Illuſtriſſ. & Generoſiſſ. *D. Franciſcus Guichius Sangeranus* Franciæ Mareſchallus, de condendo apud Paliſſam Cœnobio teſtamentum ſcribens cauerat & prouiderat, mandata hæredibus ædificandi eius Cœnobij cura, & reſignatis, vt loquuntur vno & altero minoribus ſacerdotiis Floræo ſcilicet, ac Bariſio Prioratibus Tornuſianis. At verò lectiſſ. & pientiſſ. *Franciſci* conſors *D. Suſanna Aux-Eſpaules*, atque *F. Ludouicus* belli paciſque artibus ad perfectum excultus, ad proximos Molinenſes non inutili, aut vano conſilio rem totam deriuarunt, eiſque ſacerdotia illa cedere omni ope procurarunt, expreſſo imprimis Eminentiſſ. Card. Rupifucaldij Abbatis Tornuſiani conſenſu, omninóque iis peractis quæ inſignium Fundatorum nomen ipſis promeruerunt. Sacrum eſſe *B. Virgini* Cœnobium Hſnardus ſcribit, ab aliis S. *Michaëli* nuncupatum accipio. *R. D. Claudius de la Magdelene* Auguſtodunenſis Epiſcopus vixdùm inito Epiſcopali munere omnem gratiam & humanitatem noſtris prærogauit. *Molinæ*, *Bourbõnois*, *Allier*, *Neuers*, *Varennes*, *du Buiſſon*, *de Bourbon*, *de Condé*, *de la Guiche*, *S. Geran*, *Fleuré*, *Barois*, *Aux-Eſpaules*, *de Tournus*, *de la Magdelene*.

Conuentus Sau-Chamundi. 21. Tertium denique Lugdunenſibus Cœnobium acceſſit intra fines Lugdunenſis ipſius diœceſis ſedente in ea Eccleſia Illuſt. & *R. D. Dionyſio Simone Marquemontio*, Propontifice autẽ *R. D. Roberto Berthelot* Epiſcopo Damaſceno ex Ordine Carmelitarum aſſumpto, viro laudatiſſimo & rerum ſacrarum ſtudioſiſſimo, quod noſtri non ſemel experti ſunt continuóque boni omnes experiuntur. Medio ferè inter *Lugdunum* & *Viennam* ſpatio *Rhodanus Gimaritum* amnem excipit è *Foreſiorum* agro delabentem, ad cuius caput vbi alter in eum riuus influit atque cum eo inſulam efficit, nobile oppidum eſt celeberrimæ gentis nomine clarum, *San-Chamundum* dicunt, de cuius quidem etymo & origine fruſtra inquiſiui, viſum aliquando eſt à *S. Chomeano* Venetenſi Epiſcopo, vt in Tabulis eius Eccleſiæ videtur, XVI. dum nihil aliud occurrit probabilius, nomen repeti poſſe, nullo tamen certo documento, ſiue in hanc partem, ſiue in aliam potui animum confirmare. Inter Abbates S. Antonij Vienn. *Theodorum de S. Chamundo* XVIII. ſediſſe reperio. Noſtros in oppidum illud magno incolarum deſiderio, qui à pietate atque affectu in res diuinas commendantur, traduxit Nobiliſſ. & pientiſſ. fœmina *D. Gabriela de Gadagne* vidua Nobiliſſ. Generoſ. ac præpotentis *D. Iacobi Miette de Miolans* Equitis Torquati Toparchæ *de Cheurieres*, *Simon de Marquemont*. *Berthelot*. *Lion*. *Vienne*. *Gier*, ou *Gier*. *SaintChamon*. *de Gadagne*. *Miette de Miolans*.

Digitized by Google

1623. *Chevrieres, S. Chamond, &c.* apud Lugdunenſes Proregis, quæ amiſſo in adoleſcentiæ flore vnico filio *D. Ioanne Franciſco*, dùm pro patria & Rege aduerſus perduelles hæreticos fortiter agit, totam ſe ad pietatis opera tranſtulit & inter cætera cùm illi tum ſibi ſepulchrum poſitura hoc Cœnobium exædificandum eleganti & ſplendido opere ſuſcepit. Hanc eandem tertiæ apud *Lugdunum* domus Fundatricem agnoſcunt RR. PP. è Societate Ieſu, quia & Virgines ab Annunciatione dictæ, & Cœleſtes à cæruleo ſcapulari quod gerunt cognominatæ, quas V. matrona Genuenſis *Maria Victoria*, vt diximus inſtituit, ab eadem *Lugdunum* inductæ ſunt, tanto illa ſtudio diuinum cultum complexa eſt. At verò Fundationis ius ad priuignum ſuum Illuſtriſſ. & Generoſiſſ. *D. Melchiorem Mittaum*, Equitem torquatum vtriuſque Gallicæ militiæ, Marchionem San-Chamondenſ. &c. eiuſque poſteros pactis conuentis ad diem XIII. menſ. Februarij an. 1622. cum Lugdunenſibus noſtris, tranſeripſit, quod ille multis iam officiis erga noſtros, quos pro ſingulari animi pietate chariſſimos habet, excoluit. 1623.

22. *Mediolanenſis* Prouincia omnium locupletiſſimo cenſu cumulata proceſſit. Sex omninò Cœnobia illi adſcripta ſunt. Ad *S. Axaldi* fanum, locum in ditione Mediolanenſi nobis ignotum, Acta quidem vnum præferunt titulo *S. Franciſci de Paula*, ſed Scriptores noſtri planè ſubticent, vt alterutrum neceſſe ſit, aut ipſum Cœnobium, aut illis eius mentionem excidiſſe, Acta enim, & ipſa autographa quæ nacti ſumus, diſertè vt diximus exprimunt. Qui verò alterum ad *Caſtrum-leonis* in agro Cremonenſi, huius loco memorant, tanquam quod nunc primum in Acta relatum ſit, longè falluntur, certam enim ſedem habet ad an. 1606. vt extunc meminimus. At ex agro in ciuitatem ipſam noſtros migraſſe fidem faciunt impræſentiarum cùm Acta, tum Scriptores noſtri qui Cœnobium nomine *S. Mariæ à Vico* inædificatum certò affirmant. *Cremona* certè vrbs antiqua, elegans, copioſa in *Cenomanis*, ad *Padum* fluuium, quo loco *Nauilium* excipit. Epiſcopali dignitate fulget Mediolanenſi metropolitæ ſuffraganeâ. Vbere agri commendatur, ideoque non inconcinnè Scaliger de *Cremona* cecinit hoc carmen: Conuentus Prou. Mediolanenſis. S. Axaldi. *Cremond.* Cremonæ.

Quis modus eſſet agris & quanta licentia frugum,
Verba peregrina Gallica voce notant.
Inde ſolum nati latum dixere Cremonam.
Quin latio vox eſt delicioſa cremor.
Vſqueadèo longo reddit cum fœnore tellus
Præteritiq; horæus commoda ridet ager.
Deficit & cultrum & vomer, non deficit vber
Laſſa manus, trita ſarcula, feſſa Ceres.
Reddant penſum alia, noſtræ lex vnica terræ eſt
Et Votum Domini & ſpem ſuperare ſui.

Vrbis decora quamplurima Geographi deſcribunt. Media eſt *Ticinum* inter & *Mantuam* ad XL. paſſ. mill. *Mediolano* diſtat ad L. in Euronotum. Ad XXV. à *Mediolano* in Boream *Comum* eſt vrbs nobilis, opulenta, rebus omnibus adfluens, licet parua & mediocris, ad lacum *Larium*, qui hodie Comenſis dicitur. Epiſcopatu gaudet ſub Aquileienſi Patriarcha. In eam Vrbem noſtros induxit Nobiliſſ. & Generoſiſſ. D. *Octauius Vicecomes Gamalerij* Comes, *Mazani* Toparcha, &c. aurei velleris Eques Torquatus apud Chiffletium 374. qui eam præſidio tenebat Et is non tantùm opus curauit, ſed opimos prouentus attribuit, acceptus propterea inter præcipuos Ordinis Fundatores ſumma Patrum gratulatione in his ipſis Comitiis. Et *Octauio* quidem eius operis animum ac voluntatem pientiſſima conſors ſua *D. Didamia della Sommaglia* conciliauerat, cui pietate parem ſecundis nuptiis ſublegit *D. Claram Arrembergiam*, cùm in aula Principum Belgarum ſummum in Equiſones imperium ageret. Nomen habet *Comenſe* Cœnobium à *S. Ioanne Baptiſta*, ſicut & *Alexandrinum* in *Statiellis*, cuius Fundator Eminentiſſ. & R. D. *Scipio* Card. *Burgheſius Pauli* V. Pont. nepos, quem in anteceſſum ex occaſione laudauimus, vt qui reuerâ noſtrorum amantiſſimus

Como. Lago di Como. Comi.

Viconti ò Viſconte.

della Sommaglia. Arrembergh.

Burgheſe. Alexidrin.

Digitized by Google

1623. fuerit & esse non desiuerit, pro suâ benignitate ac beneuolentiâ tanto Principe digná. Ecclesiã ille beato Præcursori sacrã nostris tradidit, & ad eam Cœnobiũ, nonnullaque in victum erogauit. Tempore Comensi suppar fuit. Est verò *Alexandria* Liguriæ vrbs non obscura, quam *Tanarus* fluuius interfluit. *Cæsaria* primum dicta est, *Alexander* III. Pont. de suo nomine vocauit & Episcopali sede ornauit, quæ Mediolanensi metropolitæ subiacet. *Mediolano* autem procul est ad lxi. pass. millia. Inter *Genuam* in Ort. & *Augustam Taurinorum* in Occ. ad xl. Ponte lapideo amplo & longitudinis admirandæ *Tanarum* iungit, eam Hispani valido & ingenti præsidio tuentur. Enimuerò ad *Larium* lacum nobis remigrandum est, in *Rhætos* ille protenditur & extrema qua illos parte respicit oppidum habet à situ *Summum-lacum* dictum, infra quod ex aduerso *Adue* fluuij, *Suricum* est alterum oppidum, quod nostri ædificato Cœnobio insederunt. Et de hoc quidem præter nomen nihil certi aliud habemus, de antiquiori verò quantum est ad tempus, etiam nomen nobis non constat. Pertinere ad *Rhætos* credo, & Scriptores nostri loco nomen faciunt *Veriemanum*, Acta nostra *Tertemasium* scribunt, tantùm ab vno alterum dissidet. Eò tamen *Surico* præstat, quòd titulus non ignoretur, estq; is *S. Vrsulæ* virginis & martyris. Hoc incremento auctas res Mediolanensium nostrorum vt per se starent effeciisse mirum videri non debet. Sed de illius atque vtriusque Burgundiæ in Prouincias institutione antea diximus, & in his quidem Comitiis ad reliquas vniuersis probantibus aggregatæ sunt. Atque de Actis & quæ illorum occasione memoranda nobis fuerunt, hactenus.

1623.

Alessandria Tanar.

Surici. *Surich.*

Veriemanum. *Veriemanum.*

Ob. F. Ioannes Morel. 23. Nobis tamen hic annus non præteribit quin iunioris cuiusdam fratris nostri tumulum demus. Tanta in eo cœlestis gratia resplenduit, vt piaculum credam debita florentissimo adolescenti laudatione non defungi. Multorum mihi conscientia testis erit quam iusta virtutum eius prædicatio, quam olim in breue hoc elogium compegimus.

F. IOANNES MOREL DROCENSIS
AB VTERO SANCTVS
PRÆTER ADAMI PECCATVM NVLLVM (VT CREDITVR)
ADMISIT.
TALIS IN SÆCVLO HABITVS, TALIS ET INGRESSVS RELIGIONEM.
ASPECTV IPSO
INTVENTIVM ANIMOS ET GRATIAM DEMEREBATVR,
AC DE VVLTV EIVS, VIRTVTIS INTERNÆ IVDICIVM PRODIBAT.
ÆQVALES SVOS IN OFFICIO PRÆSENTIA SOLA CONTINEBAT,
PRÆTER ÆTATEM MATVRVS.
DE REBVS DIVINIS CONSVLEBATVR
NON A SODALIBVS TANTVM, SED ETIAM AB EMERITIS SENIORIBVS.
VIRTVTVM PERFECTIONEM PRIVS QVAM EXPERIENTIAM CEPIT,
DVLCEDINIS NIMIRVM BENEDICTIONE PRÆVENTVS.
SCHOLASTICIS EXERCITATIONIBVS NIHILO MINVS VALVIT
CVM IN DISPVTANDO, TVM IN ELOQVENDO.
TANTVM GRATIÆ APVD HOMINES CONSECVTVS FVERAT
HIS AC RELIQVIS DOTIBVS
VT TEMPESTIVE IN COELVM REDVCTVS ET RECEPTVS CREDATVR

QVI

gitized by Google

1623. QVI TERTIVM IN RELIGIONE ANNVM NON VIDIT, 1624.
ET VITAM QVAM NEQVE GVSTAVIT LIBENS VOLENS RELIQVIT.
ANGELI SI FVNVS FVIT,
FVIT NIGEONI DIE XXVIII. FEBRVARII M. DC. XXIII.
GAVDET ÆTERNVM QVI BREVI EXPLEVIT TEMPORA MVLTA,
VT QVID PROLONGATVR INCOLATVS NOSTER!

Iuſtam dico laudationem quæ moderata eſt. Quantùm enim putas & ſingula exaggerare & ampliora liceret addere? Sed parco, ne quis exiſtimet ſupra veritatem eſſe quod non vidit, quod non ſenſit. Tutior laudatio eſt quæ in pauca effunditur.

24. Apud Prouinciales noſtros cum veneratione recolitur memoria *R. P. Ioannis Nicolai* vita innocentiſſimi, moribus integerrimi, atque vt ita loquar irreprehenſibilis, in oratione aſſidui & immoti, quod ſibi exemplum poſteris proponendum relictum eſſe apud quos ille vixit gratulantur. Dies IV. menſ. Aprilis ſuprema illi fuit hoc eod. anno. *Nicolai.* Ob P. Ioannis Nicolai.

25. Apud Aquitanos celebris habetur memoria Sororis cuiuſdam noſtræ Tertiariæ cui nomen fuit ..... *de Caſtaignac de Seuecllys*. Ea enim poſt amiſſum maritum totam ſe ad Deum conuertit, macerationibus corporis intendens, in ſpiritualium librorum lectione aſſidua, in oratione pernoctans, ad obedientiam paratiſſima, zelo animarum exæſtuans, verbo & opere omnibus proficiens, quæ patem vitæ finem conſecuta optimæ famæ odorem per eam Prouinciam reſperſit ac reliquit. Crus ſibi quandoque prolapſa fregerat, hunc ſibi caſum ad vagationem euitandam Deum prouidiſſe ſolebat gratulari. Nullam mortis horâ lætiorem habuit, vt quæ ſæpius diceret ſe nunquam quamdiu in ſtatu peccati & Deum amittendi eſſet iucundum & alacrem eſſe poſſe. A morte venuſtior & formoſior multò quam cùm in viuis eſſet apparuit. Sepulta eſt ad S. Rochi propè Tholoſam. Obiit autem VI. Martij Ob. Sor. N. de Caſtaignac.

1. SVoipſius fructu non vacuus hic annus, aliorum ſpicilegio prodibit vberior. In fructibus anni huius, imprimis eſt, *Dolanum* in Sequanis Cœnobium quod autore *R. P. Ioanne Saluagio* Prouinciale conſtitutum eſt. Ius ciuitatis arrogatum ex Senatuſconſulto & Plebiſcito ad XXIII. Martij. Latifundium ad Cœnobij extructionem in amœna & florenti planitie conceſſit & donauit V. Cl. & Nobil. *D. Adamus Iacgere* Toparcha *de Buffard* proximè ad vrbis muros. Opus planè magnificum & ſplendidum eſt. Ex voto nomen inditum *B. Virginis Concepta*. Vouerat ſcilicet *Saluagius* hunc ſe titulum Cœnobio facturum ſi res ſuccederet, cùm enim in eo verſaretur conſilio multa incurrerant quæ cœptum euerſura viderentur. Fundatrix ob inſigne benefactum renunciata Nobil. & pia fœmina *D. Benigna Sordet* vidua D..... *Chauſin* in ſuprema Dolenſi curia cauſarum patroni in Barcinonenſibus Comitiis an. 1629. Eſt autem *Dola* vrbs *Sequanorum* celeberrima, Conuentu Iuridico, cuius decretoriæ ſententiæ, nobilis, arce potens, ædificiis decora, ſitu iucunda, Academia florens, rebus omnibus exculta. *Dubius* ſiue *Dubu* factâ inſulâ perluit adſidentem. Media fere eſt inter *Diuionem* & *Veſuntionem*, huiuſque in diœceſi collocata operæ compendium nobis facit, qui iam antè *R. D. Franciſcum de Rie* Antiſtitem non ſemel vt noſtrorum ſtudioſum, & eis fauentem laudauimus. *Iacgere.* *Sordet. Chauſin.* *Dole.* *le Duc. Dijon. Beſançon. de Rie.* Conuentus Dolæ.

2. Dolano Duacenum annumeramus vt huius anni fœtum eximium, cuius difficilis quidem partus ſed qui cœleſti ope adiutus feliciter habuit. Cùm enim *R. P. Claudius du Vinier* Belgij ſecundùm Prouincialis rem aggreſſus eſſet, quò magis adnitebatur, vt ad effectum perduceret eo in contrarium plura obſiſtebant. Voto igitur SS. *Michaëli* & *Angelis* nuncupato, quorum de nomine dicendum Coenobium animo ſtatuebat, vt in diem Maij VIII. Concilium Vr- *du Vinier.* Conuentus Duaci.

Digitized by Google

1624. bicum initretur contigit, qui dies, vt sacer festiuusque *S. Michaëli & Angelis* auspicatò nostris cecidit. In eo enim Concilio nemine dissentiente, omni procul difficultate, in eandem cuncti sententiam iuerunt, quod non frustrâ in *SS. Michaëlu & Angelorum* patrocinium opemque relatum est, sicut & antè nos obseruauit V. Cl. D. Michaël Naueus in Chronico apparitionum & gestorum S. Michaëlis lib. III. cap. XXVI. quod Chronicon an. 1632. Duacensis Bibliopola Bellerus in lucem dedit. Ædes sibi laxas & amplas per amicum interuentorem quãoptimo Vrbis loco & maximè celebri & frequentato nostri cõparauerant, quas vsquedùm incoluerunt. Nouo tamen operi ad religiosam formam componendo factum initium post annos septem, cuius rei autor *R. P. Petrus Pyartius, Viuiero* nuper defuncto in regenda Prouincia subrogatus. Effossis igitur ædis sacræ fuddamentis primarius lapis ab ampliss. Magistratu immissus est, cùm priùs R. P. & *D. Ioannes du Ioncquoy* Martianarum Abbas nomine *R. D. Petri Boudot* Attrebatensis Episcopi sacros ritus obiuisset, institutâ in eam rem solemni supplicatione, ad quam effusa omnium ordinum copiosa multitudo. Res memoriæ commendata hoc breui ad lapidem elogio 1624.

Pyart.

du Ioncquoy Boudot.

Anno Domini M. DC. XXXI. *die* XVIII. *Martij primarium hunc Ecclesiæ Patrum Minimorum lapidem ponebat Ampliss. Magistratus Vrbis Duacensis in honorem SS. Michaëlis & Angelorum.*

Vir Clariss. & *R. D. Ioannes Cognatus* Canonicus Tornacensis & S. Theologiæ Licentiatus, qui publicum editis quampluribus libris promeruit, de nostris *Tornacum* inducendis omni ope contendit, quod dum mora est iis quæ iam pro sua liberalitate ac beneficentia erogauit Duacenses nostros gaudere voluit, eâ conditione vt Tornacensi Cœnobio si successum habuerit restituantur. Denique *Duacum*, vrbs est Gallo-flandriæ præclara, lauta, splendida, fontium copiâ & publicis priuatisque ædificiis conspicua, illabitur *Scarpus* fluuius alueo sat profundo latoque ac plurium nauium patienti. Diœcesis est Attrebatensis, v. milliari ab ipso *Atrebato*, ab Insula VII. Commendatur imprimis omnium artium insigni Academiâ, quam ob causam præsertim à nostris expetita est, vt magnorum scilicet virorum consuetudine, æmulatione, ac frequentia iuniores nostri ad bonas litteras niterentur. Duaci hoc elogium habet Guillelmus Brito l. 11. Philippidos:

Conſin.

Tornay.

Duãay.

Arras.

——— *Duacum*
Dines & armipotens & claro cive refertum.

Contenta Spinæ. 3. Campanis denique non postremus suæ industriæ fructus ad hunc annum obuenit, quo Catalaunensis Ecclesia suo pastore viduata est R. inquam *D. Cosma Clausse* homine beneficentissimo, cui nepos *Henricus* nominis, virtutis, doctrinæ & dignitatis successor, est subrogatus, & ille non imparia patruo præstitit etiam erga nostros. Assentientibus igitur optimis Antistitibus, vicum eius diœcesis celeberrimâ *B. Virginis* Ecclesiâ cui *à Spinâ* nomen est, insignem & clarum, insederunt. Massonus sic locum describit: Vidula, *seu* Vela *oriturè fonte sito supra vicum* Summæ-Velæ, *qui abest à* Spina *celebri vico, temploq; Virginis Mariæ, leucâ & dimidiâ tantùm, sed à* Catalauno *vrbe præclara ad* Matronam *fluuium distat tribus leucis & dimidia.* Spina *autem duabus abest à* Catalauno. Nostris autem in eum vicum migrandi oblata occasio est, ex pietate Nobil. & lectiss. fœminæ *D. Ludouicæ de Braus* viduæ Nob. V. D. *Roberti de Gerefme* Vicecomitis *des Essards*, quæ nõnullos in annum redditus ad eam rem prærogauit. Accessit prolixa liberalitas Nobil. & pientiss. fœminæ *D. Annæ de Marcoussey* viduæ Generos. & Nobil. quondam Equitis *Claudij de Aueroust* Domini *de la Lobbe*, pro spe quam ab altero iam anno fecerat, quod hoc Chronographo vnus aliquis nostrûm commendauit:

Clausse.

l'Espine. Vele.

Sommevele. Chalon.

de Gerefme.

Marcoussey.

1613. *Spina FVnDatrIX Annæ est MarCoVssIa nostræ.*

Nuper autem pientissima fœmina naturæ concedens testamentum scripsit quo non aliud religione præstantius videri potest. Atque harum beneficiis, aliorumque minutis erogationibus, vt inter cæteros Nobil. & piæ fœm. *D. Chri-*

stiana

Digitized by Google

1624. *ſtiana de Marcouſſey* Fundatricis Annæ gentilis, paupercula domus ſubſiſtit. Originem *Spinacenſis* templi & noſtri apud *Spinam* Cœnobij, procusâ B. Virginis imagine, hoc tetraſticho Campani tradiderunt & commendarunt, 1624.

Virginis iconem ſpinoſo in ſtipite paſtor
Vt reperit, templum mox pia turba parat:
Non aliter Minimi Spinæ nunc ritè coloni
Effigiem graphico Virginis ære dicant.

Fruſtrâ nobiliſſimi templi primam originem, conditionem & incrementa, cùm eo loco eſſem, requiſiui. Quare de Spina nihil amplius.

4. Certa quidem huius anni pignora illa, feruntur & alia non conſtantis certè mihi originis, ſed quæ non videntur poſſe in aliud magis opportunum tempus referri. Cùm enim ad hæc nulla eorum mentio ſe obtulerit, & qui ad annum ſequentem de rebus noſtris ſcripſerunt ea diſertè prodiderint, omninò neceſſe eſt ad hunc maiori ſaltem ex parte annum pertinere. Hoc igitur eſt ſpicilegium quod facimus. Citeriores Calabri proximum *Criſiæ* oppidum ad fluuium *Fumarellum* populares *Calopicciatum* vocant, ſi tamen ipſum eſt quod noſtri *Calopezzati* dicunt, inædificando Cœnobio, vt Victonius indicat, occuparunt. Relegi poteſt Marafiotius lib. III. c. XVIII. de Antiq. Calabr. Conuentus Calopicciati.

Criſia. Fumarello. Calopicciato.

5. Neapolitani Latium vſque progreſſi *Sulmoni* conſtiterunt. Vicus is eſt Ducatus titulo inſignitus, qui nunc *Sermonetta* dicitur, ſitus eſt inter *Velitras* & *Priuernum* ad XIII. paſſ. mill. quâ publicum *Neapolim* iter eſt ab vrbe Româ. Subeſſe tamen Generali hoc Cœnobium lego. Conuentus Sermonetæ.

Sermonetta.

6. Panormitanis aſcribitur *Nicoſienſe* Cœnobium, circa hoc tempus, vt colligitur ex Victoniano Indiculo, acceptum, diſſentit tamen Iſnardus qui Actis Generalibus an. 1605. inſcriptum docet. In neutram ego partem quidquam affirmo, ſatis eſt ſi de re conſtat. Igitur *Nicoſia* oppidum eſt Siciliæ, non procul ab *Enna*, tantùmq; ab vmbilico totius Inſulæ recedens quantum ab *Enna* diſtat in Boream. Situs illi eſt in editiſſimo monte, XII. paſſ. millib. à *Traianopoli*, proximè ad *Sperlingam* rupem præruptam & aſcenſu difficillimam, de qua illud circumfertur Conuentus Nicoſiæ.

Nicoſia. Enna. Traina. Sperlinga.

Quod Siculis placuit ſola Sperlinga *negauit.*

Sunt qui *Nicoſiam Herbitam* velint dictam, alij tamen negant.

7. Hiſpalenſibus quoque *Aiamontenſe* defertur Collegium. Scio autem huius nominis oppidum eſſe ad oſtium *Anatis* fluuij in ipſo Atlantici Oceani littore, *Sertam*, ſeu *Iulium Famam* commodè dixeris, quod periti plures cenſent & res omninò indicat, nihil tamen habeo præterea quod affirmem. Aiamonte quidem Marchionatus titulo clarum, qui gentis Guſmanorum atque Zunigarum gentilitius ſit, apud Alonſum Lopez Nobiliar. Hiſpan. lib. X. cap. XXII. reperio. Collegium Aiamontis.

Aiamonte. Guadiana.

8. In Samnitibus ad præclaras & inſignes vrbes duas immigrarunt Anconitani, ſiue Aprutiani noſtri iis enim nominibus cenſebatur illa Prouincia quæ nunc *Lauretana* nominatur. Prior ex vrbibus illis eſt *Aquila* totius Aprutij primaria, Epiſcopali dignitate fulgens, illocata monti altiſſimo ad quem *Aternus* ſublabitur. Condita dicitur ex *Amiterni & Forconij* ruinis. Diſtat *Roma* lx. paſſ. mill. *Neapoli* cxx. totidemque *Anconâ*. Conuentus Aquilæ.

Aquila. Peſcara.

9. Poſterior eſt *Sulmo* quæ hodie *Sulmona* XXX. paſſ. millib. ab *Aquila*. Vrbs quidem loci pulchritudine, frequentiâ populi, aquarum copiâ, cum primis commendatur. Epiſcopum etiam habet qui *Valuenſis* dicitur, quòd *Sulmonenſis* ager cum parte quoque vicinorum *Valua* nominetur. Atque huius vtriuſque Cœnobij meminerunt Acta Barcinonenſia an. 1629. cauſa eligendorum Correctorum qui eis præficerentur. Conuentus Sulmonis.

Sulmona.

10. Interim *Camartus* Generalis, qui apud Patres pauciratem electorum ad quos Generali demortuo alterius ſufficiendi poteſtas deuoluebatur, cauſatus erat, & in præſens multis in hanc & illam partem agitatis arbitrium diſſoluendæ controuerſiæ acceperat, conſilio tamen & iudicio Eminentiſſ. Protectoris adhibito, poſt hæc autem omnium & ſingularum Prouinciarum ſententiam Conceſſa quædam à Pont.

Digitized by Google

1624. ne quid præcipitaret rogauerat, sollicitè apud Pontificem egit vt adinuenta Electionis forma, quam Eminentiss. Protector probauerat, in autoritatem admitteretur. Ea verò imprimis cauetur vt si Generalis necdum expleto sui officij triennio diem suum obierit ad eligendum successorem quatuor ex qualibet Natione conueniant, pluresque cautiones præscriptæ quibus ad electionem procedatur Conuentusque indicatur. Pontifex quidem illam formam probauit rescripto ad diem Maij xxix. cum hac restrictione si proximo Generali Capitulo post accuratum examen è re ac benè idonea videatur, quod & factum est. Cherubinus Pontificium diploma edidit & nos in Regiſtro non omittemus, vnde adiuncta singula qui volet nosse poterit repetere, quod operæ pretium erit. 1624.

Priuileg. cõfirmatio.

Pro sua parte *R. P. Deodatus Lomellinus* Zelosus Ordinis rebus inuigilans ab *Vrbano* VIII. Pont. Opt. Max. *Gregorij* XV. successore ab altero iam anno, cuius quidem immensas laudes angustiæ nostræ non capiunt, amplam & gratiosam omnium singulorumque Priuilegiorum quibus Decessores sui Ordinem nostrum donauerunt confirmationem impetrauit sub hoc verborum initio: *Iniuncti nobis, &c.* Datum die xxviii. Iunij, &c. Hoc tantisper interposito ad *Camartum* redeamus. Hæc eius tam sollicita cura in præsagium mortis à sagacioribus accepta est vt ingenti omnium dolore post tres menses accidit.

Ob. Camarti Gen.

11. At quoniam & res *Camarti* & hunc casum altiùs repetere nos conuenit, Elogium dabimus quod *Commentario* ipsius *Camarti de rebus Elia* præmisimus.

Reuerendißimi Patris Ægidij Camarti Rethelienſis, Ordinis nuper Minimorum Generalis,

ELOGIVM.

Præfatio.

CVm mihi huius operis editio quam superiorum voluntate suscepi, necessitatem fecerit aliquid scribendi de vita & obitu Reuerendissimi Patris *Ægidij Camarti*, vt id, quoad fieri posset, luculenter & copiosè præstarem, imprimis cogitaueram. Et quidem vt primum consilium illud cepi, iustæ magnitudinis historiam ex Actis eius confici posse speraueram. Neque verò dubium esse potest, quin magni ac præcellentis viri res gestæ legitimum volumen essent impleturæ, si pro amplitudine suâ, atque copiâ, singularum ad nos cognitio peruenisset. Sed quod ex animo dolendum mihi est, & cuique virtutis studioso & amanti, non paruo dolori futurum esse non ambigo, ne minima quidem pars eorum quæ de illo dici posse præuidebamus ad nos perlata est. Partem enim ipse glorioſarum actionum datâ operâ per summam humilitatem contexit, partem ex hominum memoriâ tempus & obliuio subduxerunt, vt eum maximè velint tum eorum minimè recordentur, partem qui sciunt & nouerunt, aut inuident rescribere sollicitanti mihi & frustrà fidem illorum imploranti, aut certè negligunt, aut locorum distantia & temporis iniquitate, ne pro sua voluntate id faciant, impediuntur. Quod igitur reliquum mihi est fide bonâ exponam, &, quando amplius non licet, compendio perstringam quæ certis ego documentis potui comperire. In quo & si videar nonnihil tanti virì memoriam deterere, malim tamen conscientiam meam hoc interim monimento profiteri, quam vt existimer officio defuisse. Neque enim conuenit vt quod lectori incitamento esse potest ad fructuosam lectionem, aut operi ipsi ornamento ad maiorem gratiam, detractum per nos leui de causa videatur, cùm & operæpretium apud æquos rerum æstimatores, vel in fide quam adhibemus facilè habituri simus, & in breui elogio, & paucis verbis nihilominus fidem nostram quam in longâ historiâ & prolixâ narratione probaturi simus.

Genus eius atque indoles.

II. Natus est igitur *Camartus* noster apud *Regiesse* municipiũ *Retheliorum* nobile ad *Axonam* fluuium, situm in Remorum finibus, Ducatus titulo inclytum quem nuper obtinebat Excellentissimus Princeps *Franciscus Gonzaga Caroli* Ducis

Digitized by Google

1624. Dueis Niuernenſis, nunc autem & Mantuani reguli, primogenitus ſolemni voto ſuſceptus quod *S. Franciſco de Paula* parentes eius Principes optimi nuncupauerant, Natus eſt autem anno periodi Chriſtianæ 1571. menſe Maio, & ex more Chriſtiano ſalutari lauacro ablutus *Ægidij* nomen accepit, quod quam benè ad cognomen accederet ipſe aliquando, vt memini, obſeruauit, *Egidius* enim *Camartus* (ita nimirum ſcripſerat) nulla detractâ vel adiectâ litterâ per anagrammatiſmum redditur, *Gratus Dei Amicus*, quam in rem ita ludebat è noſtris germanus meus P. *Michaël de la Nauë*. 1624.

Ecce Dei *quàm ſit de nomine* Gratus Amicus
Camartus, *num re gratior eſſe poteſt?*
Gratior vt vixit, moriens gratiſſimus, eſſe
Sic etenim rebus nomen vt vmbra ſolet.

Verùm id obiter. Patri nomen *Michael* fuit, matri *Barbara Vuiriota*, & illi quidem inter municipes ſuos authoritate præcellebant & probitatis exemplo. Pater indictionalium Iudicum vnus, fiſci præterea cognitionem obtinebat pro Excellentiſſimo D. *Ludouico Gonzaga* Niuernenſium & Rethelium Duce. Ex quo cùm ſibi Optimi Principis animum conciliaſſet, aliquando tandem intellexit, in eo cogitationem eius eſſe vt apud *Rethelios* ſuos Ordinis Minimorum Monaſterium extrueret, quam ne diutiùs differret, effecit ipſe, ſuſceptâ in ſe perducendæ ad extremum fabricæ prouidentiâ, & reuerâ quoad vixit & potuit ſtudio ſuo atque operâ promouere illam & iuuare non deſtitit. Ab incunabulis ſub optimorum parentum diſciplinâ permanſit *Ægidius* noſter, & prima pietatis tyrocinia in domo paternâ conſtituit. Iam tum indole facili, benignâ, & ad bonarum rerum ſtudia procliui annos pubertatis præueniebat, & puerilem feſtiuitatem virili quadam grauitate condiebat, Nondum igitur pueritiæ ætatem exegerat, cùm in proximum *Remenſe* collegium venit, illuc miſſus à parentibus vt quæ inerat illi bonitas naturæ cultu & induſtriâ proficeret. Sed ſpem ille parentum magiſtrorumque ſolertiam præuertit, & primo quoque ſpecimine non minus natum ſibi ad litteras ingenium demõſtrauit, quàm olim ad pietatem factum formatumque oſtenderat. Et cùm magno diſcendi ardore teneretur & ſucceſſus etiam deſiderio reſponderet, nihil tamen de affectu atque ſtudio pietatis, quod è lacte imbiberat vnquam remiſit. Nulla lectione iucundius afficiebatur quàm librorum qui de rebus diuinis & ſpiritualibus cõſcripti ſunt, & certè quæ ex puerorum ſtudiis animiſque capi ſolet reliquæ vitæ coniectura in eo clariſſimè & luculenter elucebat. Cùm enim per vacationem tempus & annuas Scholarum ferias domum paternam repetebat, toga & ſuperpelliceo inſtructus venire conſueuerat, vt coram parentibus & agnatis ſuam in dicendo facultatem experiretur. Imitabatur eos quos ad populum verba facientes audiuerat, & adeò rectè quidem vt pro ætate illa diſertè, copiosè & multâ cum gratiâ diceret, eoſque qui aderant ad lachrymas vſque mirificâ ſuauitate perfunderet. Magno præterea charitatis & miſericordiæ affectu ad eos afficiebatur quos egentes & deſtitutos conſpiciebat. Omni ope quâ poterat iuuabat ſodales ſuos qui neceſſitate premebantur, nec ſibi ipſi quo id faceret parcebat, diſtractis frequenter veſtibus aliiſque rebus quas à parentibus acceperat, & in egenorum commoda liberaliter erogatis. Quo facto cùm matris offenſionem ſæpiùs incurriſſet, atque ob eam rem duris ab ea verbis caſtigatus fuiſſet, nihilo tamen minus liberalis & munificus fuit. Omninò nullius non virtutis ſpecimine, ſecuturæ vitæ ſpeciem prætendebat, & præclaris admodùm documentis quo eſſet pueritia illa primaque adoleſcentia, tandem aliquando euaſura clariſſimè demonſtrabat. *Qui enim ab infantia didicerit*, vt ipſe loquitur huius commentarij cap. 3. ſect. 19. *neminem niſi Deum timere nullius niſi amore Dei poſſideri, nihil turpe niſi quod vitioſum eſt arbitrari, mundi faſtum calcare, mortis formidine non abripi, pietatem colere, virtutumque deſiderio vehementer affici, nihil dubium quin in maturiori etate eamdem animi rectitudinem præ ſe ferat.* Quibus verbis nihil accommodatius ad ipſius *Camarti* indolem totumq; vitæ curſum deſcribendum excogitari poteſt, vt non temerè videri poſſit, cùm hæc ſcripſit, ſeipſum ante mentis oculos habuiſſe.

Digitized by Google

1624. Ingressus in Religionem & professus. III. Delectatus autem pater præclarâ & magnificâ tam chari pignoris indole, non intelligebat tamen quid hæc animi indicia portenderent, sed mentem tantum magnis rebus idoneam admiratus, filium foro destinauit, ex quo primus est ad honores & dignitates ingressus. Et vt primum humaniores litteras altè imbibit, & philosophiæ, quod vocant, curriculum eximia cum ingenij laude peregit, voluit eum Iurisprudentiam serio condiscere & amplecti. Quâ de causâ ex patris voluntate *Aurelianum* aut *Pictauium* transiturus *Parisios* primum venit, vt celebritas Academiæ & magnorum ingeniorum frequentia atque consuetudo animum ad maiora incenderet, stimulosque adiceret ad præclara quæque (vt ferè fit) aggredienda. Et hoc quidem patri consilium erat, nec filius ipse gloriam quæ ex litterarum cognitione capi solet minus auidè consectabatur. Sed nemo potest Diuinitatis consilia inflectere. Aliò eum diuina vocatio perurgebat quàm quò se conferre videbatur, vt igitur *Parisios* applicuit non est digressus in Academiam, sed rectâ *Nigeonem* iter intendit, vbi celebre Ordinis nostri Monasterium ad *Sequanam* positum est, *Nigeonu* veteri nomine retento quod fuit Arcis regiæ, in cuius ruinis *Annæ Britannæ* Francorum Reginæ beneficio excitatum est. Ibi perhumaniter exceptus, non in tyronum quidem sed in hospitum numero habitus est, quod iniussu patris ad hoc vitæ institutum accessisset. Inualuit enim apud nos consuetudo vt nemo ad habitum admittatur, qui insaluratis parentibus discesserit. Reuerendus igitur Pater *Iosephus Tellerius* qui Prouinciam regendam nuper acceperat (is enim erat annus supra millesimum quingentesimus octuagesimus septimus) bono eum animo esse iubet, dum patris voluntatem resciuerit, nec dubitare se, ait, quin vir probus & sibi familiariter cognitus pro suâ pietate & antiquâ amicitiâ, precibus suis & iustis filij desideriis assentiatur. Sed longè secus accidit. Pater enim inopinato nuncio perculsus & meliorem familiæ suæ spem in hoc germine intercidi lamentatus, illicò D. *Antonium Martinum* Maiorem beneficiarium & hæreditarium apud *Rethelios* generum suum *Nigeonem* ire mandat, & filium illinc abducere quantumuis reluctantem, & ad se quantocyùs reducere imperat. Non potest dici quàm formidabilis fuerit aduentus eius *Ægidio* nostro, qui nullis se precibus, nullis minis aut terroribus à proposito dimoueri patiebatur. Sed cùm accessissent *R. P. Iosephi Tellerij* paternæ monitiones, qui præsentiâ tantum suâ patris animum inflecti posse prædicabat, demùm acquieuit, ratus ex tunc obedientiam præstandam esse quam profiteri decreuerat. Regressus igitur *Regitestæ* cùm iter haberet in conspectu ædis Minimorum, ad genua fororij sui derepentè procidit, eique supplex factus multis tandem lachrymis exorauit, vt illuc cum diuertere & quietem capere permitteret. Postridie pater eum conuenit primo diluculo & adhibitis quibus poterat blanditiarum atque minarum machinis inuictum adolescentis animum expugnare contendit. Noua in dies machinamenta succedebant, & ad labefactandam illius constantiam nihil quod procedere posset prætermissum est. Sed frustrà totius mundi contemptorem animum aut blanditiæ sollicitabant, aut terrores impellebant. Postquam igitur conatus omnes atque artes nihil effecerunt, agnouit Pater, *Ægidij* nostri animum diuino præsidio firmatum esse, & supra hominum consilia atq; vires rem esse quam ille aggreditur, atque adeò ne diuinæ voluntati obsistere videretur, nouum tyronem in sacram, quam intendebat militiam ascribi concedit, ea tamen lege vt antè biennium per omnia exercitationum genera exactum non profiteretur. Sed heu! quàm incertæ hominum prouidentiæ, quàm irrita vota! Cùm ille de filio tam sollicitè caueret, mortem sibi in propinquo esse non intelligebat. Breui igitur temporis interuallo è viuis sublatus, &, vt virum Christianum conueniebat, hac vita functus de altera cogitans & prouidens, morte suâ filium liberum fecit à lege quam imposuerat. Ductus tamen ipse paternâ reuerentiâ consilium suum non præcipitauit, sed ad tres menses distulit habitum induer quem quotidianis votis præoccupabat. Ad facienda, post hæc, tyrocinij stipendia admissus, stadium ingressus est, eo ipso loco vbi tam fortiter carni & sanguini repugnauerat. Professionis Sacramentum / vt à

R. P.

Digitized by Google

1624. R. P. *Ægidio Allemanno*, cuius & beneficio hæc quæ de eius pueritia diximus ad nos peruenerunt, accepimus) ad diem Kalend. April. an. 1589. in commentario Conuentus Rethelienſis annotatum eſt. 1624.

IV. Cùm autem ab emiſſa profeſſione tempus aliquod poſuiſſet ad animum in iis exercitationibus confirmandum, quibus ad capeſſendam religioſæ vitæ perfectionem tyrones euidiri ſolent, ex eo paratior acceſſit ad Theologiam audiendam. Et quidem optimis Doctoribus, qui tum ſtudiis noſtrorum præerant, in diſciplinam traditus, tam benè operam ſuam collocauit vt longe poſt ſe interuallo æquales ſuos, quos habebat non paucos nec mediocris ingenij, reliquerit. Erat in eo rara animi indoles, iudicium acre & præſens, memoria facilis & tenax, ingenium ſubtile & ardens, prompta eloquendi facultas, diſputandi acumen ſingulare, ſcribendi mira facilitas. Quibus dotibus præceptorum amorem, ſodalium admirationem, externorum plauſum & fauorem ſibi conciliauerat, Scholaſticæ doctrinæ, linguarum Græcæ atque Hebraïcæ cognitionem adiunxit, quæ ſunt præſidia firmiſſima ad grauiores diſciplinas ſolidò percipiendas. Quare ſuperiorum autoritate Præceptorum iudicio & merito ſuo ab Auditorum ſubſelliis ad magiſtri Cathedram breui eſt ſubleuatus, Theologiamque profeſſus eſt in Cœnobio primum *Noziacenſi*, quod ad caſtrum *Gondiorum* gentilitium Dux *Rhetius* familiæ Princeps condiderat, nobis autem poſteà ingruente bellorum tempeſtate & temporis iniquitate periit, deinde in Conuentu Prouinciæ primario, *Nigeonenſi*, vbi ingenium ſuum prolixè ac liberaliter explicauit. Ex hoc in Correctorem Conuentus *Sueſſionenſis* electus ad populum pro concione verba facere cœpit, tam copioſo doctrinæ apparatu vt nihil in eo vulgare appareret, nihil furtiuum deprehenderetur, ſed omnia rara, eximia, ſingularia conſpicerentur, vt inde feciſſe initium videretur, vbi plerique omnes & magni nominis finem voluiſſent conſtituere. Nouum Teſtamentum Græcè & Latinè verborenus callebat vt inuerſo etiam ordine totum reponeret. Lectioni SS. Patrum ſollicitè & aſſiduè vacabat. Tertullianum vnicè dilexit & memoriæ integrum mandauit, atque perdidicit. In reliquis tantum verſatus erat, vt nihil poſſet allegari quod non continuo recognoſceret. Humaniorum litterarum tam præſenti erat memoria vt Latinos Poëtas ad vnguem teneret, Horatium maximè Iuuenalem atque Perſium, quorum quamuis periodum vel verbo ſummonefactus ex tempore ad rogantis arbitrium reddere ſolebat, integros autem ſemel ſingulis quibuſque annis priuatim recitabat. Nulla erat ex liberalibus diſciplinis, cuius non arcana peruidiſſet. Haud minùs rerum quam verborum peritus, contra quam ſoleant vulgaria ingenia, quibus ex vno tantum decedit quantùm accedit ex altero. Ita vir ex omni parte magnus venerationem apud ſuos, famam apud exteros ſolidæ ac ſingularis doctrinæ non temerè obtinebat. Cuius rei & alia nos argumenta in progreſſu exponemus. Studia eius & doctrina.

V. Non modo autem præcellenti eruditione Camartus noſter inclaruerat, ſed virtutum quoque innumerabilibus ornamentis eminebat, inſuper & oris dignitate totiuſque corporis habitu dignam imperio formam præferebat. Vt ergo primum per ætatem licuit, ſuorum ſuffragiis ad familiarum adminiſtrationem poſtulatus, induſtriam ſuam atque ſedulitatem in domeſticarum rerum procuratione, in moderandis ſubditorum moribus atque animis mirabiliter omnibus approbauit. Meminerat ſcilicet atque ob oculos ſemper habebat officiũ Correctoris ſe ſuſcepiſſe, ac ipſo nomine admonebatur operis quod ſibi incumbebat. Neque enim temerè hoc nomen à ſanctiſſimo inſtiturore Superioribus factum eſt, ſed quantum capio Correctores quaſi cordis Rectores dictos eſſe voluit, vt intelligerent in hoc vnum ſtudia ſua atque curas omnes eſſe conferendas, vt quos regendos accepiſſent de corde noſſent atque moderarentur. Et quidem cum perfectam ille regiminis formam aſſecutus eſſet, atque in eum fratrum ſtudia in dies magis ac magis accenderentur, tum quoque incredibilem apud Exteros Concionum eruditione & facundiâ plauſum meruerat. Quare cum anno 1604. trium Conuentuum vota in eum concurrif- Dignitates eius in Ordine.

1624. sent omnium Patrum qui Capitulo aderant conſenſione, munerum ad quæ electus fuerat vacationem accepit, hoc interim in actis capitularibus elogio ornatus, *Verbi Dei præco Nobiliſſimus*, ne decus illud & gloria quam ſibi & ordini ſuo in verbo Dei prædicando comparabat, priuati & obſcuri muneris delatione interciperetur. At verò cùm haberent illi quo ſuam in eum obſeruantiam præclaræ functionis delatione teſtificarentur non minori animorum conſpiratione omnes ad eum honorificâ Prouinciâ decorandum concurrerunt. Electus eſt igitur in Commiſſum ad Capitulum Generale quod *Genuæ* ſeptimò ad diem 27. menſis Maij anno conſequenti celebratum eſt. Neque verò dubitandum eſt quin ſe virtus eius atque doctrina, in tam frequenti ac celebri conſeſſu magnificè explicauerint. Et ſi verò ſingulares ad nos actiones quibus enituit non peruenerint, conſecutum tamen *Aquitaniæ* Prouinciæ iudicium, quæ ambitioſis votis virum eximium in caput & moderatorem ſuum primo quoque tempore delegit, clariſſimè demonſtrat admirabilem fuiſſe virtutis illius atque doctrinæ ſplendorem qui ſe ad extremum Oceanum ab eo loco diffuderit. Præceſſerat quidem illum eo in munere *R. P. Ioannes de la Cour*, vir antiquæ probitatis & animi fortiſſimi, qui cum eo iam olim familiariter vixerat (nam è Prouincia *Francia* ad regendam *Aquitaniam* pro ſolemni & inueterato more qui ad tempora noſtra perſeuerauit aſſumptus fuerat) vnuſque poterat virtutis eius arbiter eſſe digniſſimus. Sed immatura morte ante abſolutam Officij ſui periodum ſublatus non potuit efficere quod habebat animo conſtitutum, vt ſua commendatione ad eam dignitatem Camartus enitteretur. Etſi verò *R. P. Ioannes Ceſſanus* qui *Aquitaniæ* Commiſſus ad Capitulum illud acceſſerat, non impigrè virtutem eius prædicauerit, tamen vt non vnius iudicio conſtant electiones, ſed multorum ſuffragatione peraguntur, ita neque credibile eſt totius Prouinciæ vota in eum potuiſſe conuenire, qui ſolo nomine aut ore tantùm hominis vnius innotuiſſet, ſed omnino neceſſe eſt nominis eius exiſtimationem longè latéq; peruulgatam anteà fuiſſe. Quæ autem in ea dignitate conſtitutus geſſerit, vt commodum erit, non reticebimus, vno interim hoc verbo præoccupabimus. Dignitatis triennium (hoc enim tempus Prouinciarum Correctoribus ex Regula conſtitutum eſt) ſupra fidem & expectationem, vt magna tamen fuerit atque eximia, tranſegit, & ab eo tempore aliquot annos priuatus & ſubditus non minore obſequij quàm imperij gloria permanſit. Nec dubium mihi eſt aut alteri eſſe poteſt qui pro merito de *Camarto* iudicarit, quin exauctoratus numquam fuiſſet vir nemini ſuorum comparandus, ſi non inuiolabilis Regulæ, quam profitemur definitio neceſſitatem faceret, vt pro tempore quo ſuperiores in officio fuerunt, procul ab omni dignitate vnam obſequij gloriam retineant. Ad tres igitur ferè annos in *Aquitania* priuatim egerat, vt virtutis ſuæ in vtraque conditione exemplum daret cum Superiorum maiorum voluntate in Prouinciam *Francia* (quam matris loco venerabatur) reuocatus eſt. Quàm verò iucundus fuerit atque deſideratus illius in Prouinciam reditus, proximis comitiis anni 1611. vniuerſi Patres non obſcurè declarauerunt cùm eum in Collegam Prouincialem conſentientibus ſuffragiis & ſummâ gratulatione elegerint. Enimuerò non poterat in ſecundis conſiſtere qui primas (vt omnium vox erat) merebatur, non ambientis quidem faſtidio, à quo tam procul aberat quam qui maximè, ſed & ſuorum æſtimatione & Diuini Numinis deſtinatione. Accidit igitur per id tempus, toti quidem ordini luctuoſus, ſed *Camarto* imprimis funeſtus & lamentabilis caſus quo prima Gallicæ Nationis Prouincia fulgentiſſimo atque clariſſimo lumine ſuo orbata eſt. Incunte nimirum menſe Octobri anni 1612. admirabilis ille & nũquam abſq; elogio nominandus (ſi tamen laus aliqua eſt quæ non ſit meritis eius longè inferior) *R. P. Franciſcus Humblotus* qui *Taruenſem* Prouinciam gloriosè adminiſtrabat acerbo fato, & per nefarias Caluinianorum arces procuratâ & præcipitatâ morte nobis, imo vniuerſæ Eccleſiæ ſubductus eſt. Et verò hanc ruinam boni omnes tanquam quæ reparari non poſſet deplorabant, iamque de ſucceſſore qui pari cum dignitate perſonam eius ſuſtineret & locum impleret, ad

Obit in ipſo Genuenſi Conuentu.

1624.

quos

1624. quos hæc deliberatio pertinebat penè desperauerant, cùm oculos altiùs at- 1624.
tollentes in Collegam nostrum prospiciunt qui, vt prouerbium habet, veluti Deus è machina deploratis illis atque destitutis oblatus est. Successit igitur in dignitatem, vnus omnium maximè dignus qui tali Decessori subrogaretur ad proxima Prouinciæ Comitia, in quibus repetitis ex more legitimo atque consuetudine votis, hac modò iteratione maius sui desiderium fecit. Et quod hominum memoriam superat & præter exemplum omne habitum est, (cùm tamen facto ratio non defuerit) insequentibus solemnibus comitiis, quæ tertio quoque anno celebrari solent, conspirantibus tertiùm votis in Prouinciæ moderatorem ad tres annos continentes assumptus est. Interiecto autem trium annorum interuallo, quo permansit obedientiæ obnoxius iterùm in eiusdem Prouinciæ rectorem coniunctis animis & votis desiderabili successu electus est. Erat is annus supra millesimum 620. à quo ad tertium annum Generalis ex vniuerso ordine Conuentus die sancto Pentecostes, celebrandus erat, vt supremus Ordini Antistes constitueretur. Ex officio igitur *Romam*, quo Pontificis autoritate euocatum fuerat capitulum *Camartus* noster venit, vt pro parte sua communem omnium curam adiuuaret atque promoueret. Intendebat ille animum suum in omnes singulosque qui tantæ dignitatis capessendæ idonei viderentur, cùm in eum omnes è contra cogitationes suas, & verò etiam vota, cupidissimè intenderent. Et suæ quidem gentis hominibus in hoc studio *Itali* & *Hispani* haud quidquam concesserunt. Enituit imprimis fauor & beneuolentia Eminentissimi D. *Hippolyti* Cardinalis *Aldobrandini* familiæ nostræ Protectoris amplissimi, tum animus atque voluntas R. admodum Patris *Francisci à Longobardo* Prouinciæ S. Francisci apud Calabros (quæ totius Ordinis prima est) Prouincialis, qui palàm prædicabat plerosque secum boni publici studiosos multis iam annis pane & aqua seipsos macerasse, vt possent talem Ordini Antistitem, qualis erat *Camartus*, promereri. Ex hoc factum est vt priusquam suffragiorum ratio iniretur, eum multi à Deo electum publicè proclamarent. Et reuerà tantâ votorum atque animorum consensione electus est, vt non temerè Deum sortes moderatum fuisse persuasum habeamus, nec debeat præter fidem videri, quod nobilis Historiæ nostræ scriptor Per-illustris & Reuerendissimus Pater ac Dominus D. *Ludouicus Donius Attichius* ab eo tempore in Regiensem Episcopum ex ordine assumptus, hanc *Camarti* electionem miraculo ascripserit, non indignitate electi, cui fortè tum nemo par erat, sed facti ordine, progressione ac successu.

VI. Etsi verò collatæ in *Camartum* dignitates tam incitatis suorum studiis & liberali æmulatione, quam ad hæc commemorauimus, abundè significent non solum in pretio egregias animi dotes quibus fulgebat fuisse, sed æstimatam quoque non parum vtilitatem quæ eius labore, vigiliis atque sudoribus Ordini proueniret, operæ tamen pretium facturum me cogitaui si quibusdam argumentis quæ in Ordinis sui decus atque commodum procurauit, breuiter demonstrarem. Eo autem vehementius ad hoc impellor, quo nullam illius partem esse video quæ amplissimo & vberrimo laboris fructu vacauerit. Cum primùm enim verbi Dei prædicatione famam consequi cœpit, etsi nondum ætatem excessisset adolescentiæ, maioris apud *Rothomagenses* Ecclesiæ cathedram obtinuit populi frequentia celeberrimam, delicatis & eruditis auribus maximè difficilem, gentis fastu & contemptione summè laboriosam, quam tamen tanto omnium Ordinum applausu & gratia impleuit, vt quem sibi amorem atque fauorem conciliauerat, Ordini suo fecerit esse communem. Nuper enim constituendi in ea vrbe Monasterij locum nostri impetrauerant, & possessionem quidem adierant, sed cùm motâ per inuidiam controuersiâ procaces ad lacessendum paterentur, sponte sua absistere & abscedere maluerant quàm turbulentorum hominum violentiam experiri. Effecit autem *Camartus* solertiâ sua vt compositis animis, veteris iniuriæ obliuio induceretur, & stabilis imposterum sedes cumulato beneficio constitueretur. Atque id quidem vt consequeretur quæ illum aggredi, quæ declinare, quæ cum principibus viris, quæ

Ordinis propagatio eius operâ & labore.

Digitized by Google

1624. cum priuatis agere, quæ ab omnibus pati illum oportuerit, non possunt nisi per legitimam historiam explicari. Et quidem Prouincia *Francie* hanc *Camarte* gratiam debet vt acceptam illi referat *Rothomagensem* domum, quam modo cum primis & nobilibus Prouinciæ Monasteriis, & fratrum frequentiâ & operum magnificentiâ, certare conspicimus. Et verò acta Prouincialia anni 1602. cùm in Definitorem electus est, Camartum *Rothomagensis Conuentus columen & præcipuum parentem* religiosa gratulatione compellant, cui vt longè plura Prouincia ipsa debuisset, si per tempus animi sui magnitudinem atque sagacitatem (quibus ille virtutibus nulla non impedimenta superabat) explicare licuisset, aut studiosa æmulatione aliæ Prouinciæ tantum illi virum non inuidissent, aut etiam præripuissent: ita & maiora multò virtuti eius gratitudinis suæ monimenta reliquisset. Quæ porrò ex hoc in aliis Prouinciis, in quibus hospes & peregrinus videri poterat, gloriosè perfecit, nihil viro magnanimo imperuium fuisse supra fidem demonstrant. Debet illi Prouincia *Aquitanie* Conuentum *Burdegalensem*, qui angusto licet loco positus propter finitimam Arcem *Haënsem*, inter primarios tamen illius Prouinciæ & opulentæ vrbis celebritate & copioso alumnorum numero semper habitus est. Debet & *Blauiensem*, in ipsa Arce regia quæ *Garumnam* prospicit & toti regioni præsidio est, collocatum, *Burdegalensi* quidem tempore antiquiorem, sed inferiorem dignitate. Sunt & *Blauiensi* vetustiores *Vicensis* & *Biterrensis*, qui *Camarti* beneficio, & illi quidem vberibus atque amœnis locis constituti, eidem Prouinciæ obtigerunt. Quis autem hæc hominem vnum & tam breui tempore quam antea indicauimus perfeciſſe, tum vel maximè si animo reputet quæ talibus incœptis solent obsistere, mirabile prorsus non existimet? At verò quanto sunt mirabiliora quæ in Prouincia *Turonensi*, in quâ longiorem moram traxit, peregit? Non tot Phœbus in Zodiaco signa percurrit, quot ipse intra illius Prouinciæ fines domos constituit. I. *Aurelianensis* fuit II. *Blesensis*. III. *Andeganensis*. IIII. *Exoldunensis*. V. *Carnotensis*. VI. *Bituricensis*. VII. *Cænomanensis*. VIII. *Engolismensis*. IX. *Castronouensis*. X. *Redonensis*. XI. *S. Pauli Leonensis* apud vlteriores *Armoricos*. XII. *Dumo-regiensis*. XIII. *Silliacensis*. Eas autem vel de numero censeri non potuisse iudico, quin totidem magnifica & præclara inuictæ illius virtuti Elogia posuisse videamur. Quis enim aut de singulis dicere, aut per singulas gloriæ vestigia persequi poterit quæ vir strenuus & cuius in propagando Ordine studium fatigari vnquam nequiuit, vbique impressit & reliquit? Potuisset videri de nomine suo parietariam velle facere, si non esset certum atque indubitatum nullo eum vanitatis aut leuitatis studio ad hæc consilia perductum fuisse, sed vnum tantum amplificandæ gloriæ diuinæ, & promouendi Ordinis sui finem propositum habuisse. Quem demum ad supremam Generalatus dignitatem subleuatus, luculentissimè professus est, cùm prima illi cogitatio fuit de recuperandâ *Germanie* Prouincia quæ ab ipso penè instituti Ordinis exordio, per Lutheranorum artes & arma, occupata fuerat & deleta. Et merito quidem quod reliqui omnes fieri posse desperauerant, vir altus & excellens factu facillimum sibi persuaserat, cùm de sanguine nostrorum qui numerosa multitudine (vt traditio est) martyrium fecerant tanquam de beato & incorrupto semine resuscitari posse crediderit. Cùm igitur per se non posset desideratissimo operi incumbere, per alios primo quoque tempore id præstari studiosissimè procurauit, & *R.P. Franciscum Richardum* Sequano-Burgundum cum Vicarij Generalis per Germaniam nomine & autoritate allegauit, qui sedulitate sua & perspicaci prudentia quâ in *Ferdinandi* II. Imperatoris semper Augusti & aliorum Principum gratiam penetrauit, breui consecutus est vt celebris & frequens Prouincia, receptis ex parte antiquis Conuentibus, partim de nouo Principum munificentiâ erectis, (vt sunt *Pragensis* in *Bœmia*, *Viennensis* in *Austriâ*, *Monachensis* in *Bauariâ*, & alij) autoritate Apostolicâ institueretur, in Capitulo autem Generali *Barcinone* anno 1629. celebrato (cui & nos interfuimus) summa Patrum gratulatione quæ ad Ordinis decus & incrementum procurauerat

Hæc interpretanda ex Chronico nostro.

1614. procurauerat comprobarentur & antiquus natalium locus (primogenituram vocant) qui octauus est in Religione Prouinciæ suæ restitueretur. Quæ omnia *Camarto* primùm nostro accepta referre nos conuenit, cùm eo autore sint suscepta, & per eius à morte preces (vt credibile est) ad tam fœlicem fortunatumque exitum perducta. Cuius vtinam præclara excelsaq; consilia quæ mors acerbissima intercepit ad opus processissent, nam cùm ea quæ perpetuo & indefesso mentis vigore agitabat numquam non lætum & optabilem effectum habuerint, summam inde gloriam toti Ordini prouenturam fuisse credendum est. 1624.

VII. Quibus autem ille artibus in tantum res nostras protulerit, assequi facilè est ex iis quæ ad hæc à nobis exposita sunt. Etsi enim plurimùm gratiâ & fauore apud Principes & Optimates valuerit, apud populum verò magnâ atque singulari autoritate præstiterit, quæ quidem necessaria omninò sunt ad huius generis consilia perficienda, non peruenit tamen in tantam autoritatem & gratiam nisi concionum famâ & celebritate. Quotquot igitur videmus tam diuersis locis constituta Monasteria, tot etiam fructus dicendi sunt quos verbi Dei prædicatione hoc est doctrinâ sua & pietate peperit. Nam iis ferè omnibus loci sauditus est de cathedra fulminare, fuit enim eloquentia masculâ & neruorum plenâ procul à verborum lenociniis atque blanditiis quæ nostri hodie concionatores perditè consectantur. Nullus autem est præterea celebris in Gallia locus, nulla Principum ciuitatum aut vix certè vlla quæ tonantem *Camartum* & altè resonantem non sit admirata. Audierunt eum. *Parisienses*, *Tolosates*, *Turonenses*, *Rhemenses*, *Narbonenses*, & alij maiorum vrbium incolæ, primariarum sedium Antistites per Galliam ferè vniuersam. Audierunt *Castrenses*, *Rupellani*, *Neracenses*, *Salmurienses*, & alij hæreticæ factionis perduelles quam plurimi. Apud hos fortissimè & constanter errores redarguit, exagitauit, refutauit, conuicit: & ad bonam mentem plerosque quos fanatica vertigo abduxerat, reuocauit. Apud illos iacentem pietatem excitauit & erexit, antiquam fidem atque religionem confirmauit, mores instituit, virtutem docuit, & ad æmulanda meliora charismata omnium animos semper inflammauit. Apud alios deductis, vt diximus, suorum coloniis verba sua perpetuis operum atque exemplorum (vt ita dicam) characteribus consecrauit. Vbique diuini Numinis gloriam & animarum salutem incrementis admirabilibus promouit. Vna, si fas est dicere, temporis anteceſſione antiquis illis singularium Gentium Apostolis minor fuit. Enimuerò calamo nihilo minus quàm lingua valuit; extant aliqua sed rara (quod est dolendum) scriptorum ab eo monimenta quæ necessitate compulsus veriùs sibi excidere passus est quàm certo consilio edidit. Cùm primùm igitur *Aquitaniæ* Prouincialis factus est per Octauam sanctissimi Sacramenti apud *Castrenses* concionaturus, impurum nescio quem nebulonem (Ministrum vocant) *Iosionem* nomine, qui nuper Caluinisticam cœnam paucorum foliorum libello defendere parauerat exagitandum suscepit, & malæ fidei, ineptiarum atque immanium errorum conuincere statuit, ne quid per eum detrimenti simpliciores (quibus hæc solent venena comparari) acciperent. Id verò cùm animosè, fortiter & intrepidè aggressus fuisset, bilem mouit toti factioni atque imprimis ipsi Ministro *Iosioni*, eôque demum res deuenit vt publica de rebus fidei collatio habenda *Camarto* cum *Iosione* fuerit in ipso Prætorio Regio, assistentibus Summi apud *Castrenses* Tribunalis iudicibus & copiosa vtriusq; partis multitudine. In eo autem congressu quàm malè acceptus fuerit Minister *Iosio* totaque adeo factio confusa & profligata docet ipsius collationis breuiculum quod *Camartus* in lucem non multo postea tempore protulit, demonstrant & conciones quas per illud tempus habuit & prælo deinceps etiam commisit. Quæ cùm sint certissima totius rei gestæ monimenta & facti omnes circumstantias fideliſſimè omnium ac luculentissimè repræsentent, compendium nobis longioris narrationis facient. Sunt autem *Acta collationis* in lucem data an. 1607. *Conciones* verò an. 1608 *Tolosæ* apud viduam *Iacobi Colomieri*. Ab eo tempore ad annum 1613. vt ad amico- Fructus cõcionum eius & scripta.

Digitized by Google

1624. rum preces & vota ſcriptis ſuis publicum promereri vellet, adduci non potuit, tantus inerat illi humilitatis ſenſus, ſed tum data occaſione peropportuna & quæ facilè vitari non poſſet, prælo commiſit Orationem, quam vocat, *Decretalem* ad cap. *firmiter, de Summa Trinitate, & fide Catholica* habitam in Scholis *Aurelianenſibus* die 24. menſis Decembris, cùm nos Ciuitate donaremur. Neque demum vt quidquam proferret impelli potuit, niſi cùm nulla ſe valeret excuſatione defendere. Tertium igitur anno 1619. Orationem quem in funere Reuerendiſſimi in Chriſto Patris ac Domini D. *Franciſci Laſchiuer* Rhedonenſis Epiſcopi virtutis & pietatis merito clariſſimi, ad diem 25. menſis Februarij in frequenti omnium Ordinum conuentu recitauerat, viri autoritate præcellentes ab eo impetrauerunt & tantùm non extorſerunt. Et illæ quidem ingenij eius ſcintillæ, per vim licet excuſſæ & exciſæ, quantum in receſſu ignem aleret prodiderunt. Meditabatur quidem grandia & magnifica opera, atque, vt verbo dicam, ingenio ſuo digna, ſed quæ aſſiduo Concionum officio, publicis Dignitatum muneribus penè continuis, priuatis neceſſitatibus quamplurimis oppreſſa, diſtracta, interpolata tandem exciderunt. In his erat Commentarius iſte, quem *Eliam Thesbitem* inſcripſerat, magni certè moliminis opus, quod dolendum eſt, parem conſilio ſucceſſum non habuiſſe. Nos ratas de gurgite vaſto tabulas collegimus & de muſarum tholo ſuſpendimus, non irrita ſpe deuotionis noſtræ, cui & aliorum vota ſuffragatura non temerè confidimus. Verùm hæc pluribus ad lectorem præfabimur. 1624.

Sobrietas eius atque moderatio.

VIII. Deinceps enim de eius virtutibus particulatim aliquid dicere nos conuenit. Eas autem tribus illis complectemur quibus Chriſtiani hominis vitam definit Apoſtolus, ſobrietate nimirum, pietate atque iuſtitia. Sobrietatem reſtricto nomine vocat Apoſtolus reliquam partem honeſtatis, in qua vt loquitur Tullius, verecundia & quaſi quidam ornatus vitæ temperantia & modeſtia omniſque ſedatio perturbationum animi & rerum modus cernitur. Sedenim *Camarus* noſter iam à puero teneram virginalemque verecundiam verbis omnibus ſuis atque operibus prætendit, & iam tum dedecus fugiens laudem maximè conſequebatur. Suffundebatur ingenuo pudore ac repentino vt verbum minus honeſtum aut caſtigatum ad aures accidiſſet, atque in eo virtutis tenore ad mortem perſeuerauit. Temperantiam mirificè coluit, eoque vitæ ornamento continenter reſplenduit. In victu, non modo ex vitæ genere quod tenuiſſimum eſt & abſciſſæ admodum ſeueritatis, ſed animi etiam propoſito & deſtinatione, parciſſimus fuit. Vino alterâ non minus parte dilutoad inclinantẽ ætatem vſus eſt, qua demũ nihil omnino remiſiſſet, niſi medicorum imperia remittendi neceſſitatem feciſſent, vt ruboribus nimirum atque puſtulis ex impuro ſanguine ſub cutem effuſo naſcentibus & faciem fœdantibus ac tantum non deformantibus, mederetur. Cibos, quò tenuiores atque viliores, eò chariores habuit, mirumque fuit hominem grandi & procero corpore, nullius vt ita dicam corporis alimentis potuiſſe ſuſtineri. Ieiunium quod ex viuendi modo & regula continuum ferè eſt vix dum per neceſſitatem relaxauit. Neque verò ſolâ ſe inedia macerauit, ſed longis quoque vigiliis, crebris orationibus, frequenti, & acri corporis diuerberatione aliiſque religioſis exercitationibus, quibus corpus ſuum in officio continuit & ſpiritui ſeruire coëgit. Ex hoc mirum eſſe non poteſt, ſi mentem integram ſeruauit caſtam atque incorruptam cui corpus non poterat obluctari, nec eo minus ſi corpus ipſum ab omni labe & contagione quam venus prolectat alienum extitit, quod tam acriter & probe ſubactum fuit atque caſtigatum. Raræ virtutis exemplum eſt quod me olim memini grauis iudicij & ſolidæ pietatis viros narrantes audiuiſſe. Numquam eum quamdiu ſuperior fuit, pœnitentiam (vt vocant) cuiquam iniunxiſſe, quam non ipſe ſimiliter impleuerit. Si quem pane & aqua interdicebat, pro eo tempore nihil ipſe etiam cibi prætercà admittebat. Si quem regulari diſciplinæ (ita corporis verberationem vocant) ſubiiciebat, diem effluere non patiebatur quin ſe quoque pariter affligeret. Et ad hunc quidem modum ipſe vnus omnia, quæ alij omnes ſingula præſtabant, ſuſtinebat: & quod illi

1624. illi exigentibus culpis (quamquam nullæ etiam sunt quæ sic castigantur) palam & Superioris imperio faciebant, ipse præter omnem culpam, sponte sua, & quoad poterat, occultè peragebat. Iam verò in tali homine modestiam, perturbationum animi sedationem aut modum in rebus quas agendas suscipiebat, frustrà desideres. Certè *Camarius* supra modestiam, ad summam atque singularem grauitatem, & si fas est dicere, maiestatem compositus erat. Aspectu ipso & corporis habitu sui reuerentiam excitabat. Nihil in verbis eius asperum, nihil in gestu indecorum, nihil in vultu incompositum quo vel minima perturbatio animi se proderet. In negotiis suscipiendis neque præceps neque segnis fuit, in prosequendis non plus iusto incitatus, exitum perinde tulit si præter expectationem fuit, ac si ex animo cecidisset. In conuersatione pro dignitate personarum se gessit non minus comis quàm seuerus, aut magis austerus quàm blandus atque hilaris. Parci quidem in colloquendo sermonis fuit, sed quantum satis erat pro tempore & loco abundantis atque copiosi, quem scilicet non inopia dicendi, sed rerum necessitas circumcidebat. Sed quid multa, *Camarius* per omnem ætatem & actionem absolutum moderationis exemplum præ se tulit, & omnibus vitæ ornamentis longè latéq; circumfulsit. 1624.

IX. Quemadmodum igitur terrâ benè subactâ & repastinatâ, læta ex seminibus germina se proferunt: ita & *Camarti* animus, quem multis modis temperantia excoluerat, in copiosam se virtutum segetem hilariter explicauit. Pietate autem imprimis efflоruit. Et quidem quàm suauiter ad diuina cùm vix dum per ætatem liceret afficeretur ab initio commemorauimus. Quæ autem deinceps per reliquam ætatem priuatim egit, assequi non possumus cùm vni se & vero mentium nostrarum arbitro Deo, ex voce Euangelica de affectando secreto tam sollicitè præmonente, committeret. Aliquam tamen ex eius ad populum concionibus, & priuatis colloquiis quæ omnia ad pietatem composita erant, eximiam coniecturam interioris exercitationis capere possumus, tum vel maximè ex iis quæ cùm in autoritatem venit, præter omne exemplum instituit. Nam & apud *Aquitanos*, & apud *Turonenses* præclara quædam pietatis fundamenta iecit, quorum ad hunc diem expressa vestigia conspiciuntur. Neminem propius ad altare vbi Sacrosancta Eucharistia sub custodia habetur accedere, aut in eius conspectu transire quin pronus in terram adoraturus prouolueretur apud *Turonenses* decreuerat, ratus cultum qui Deo adhibetur modum scire non posse. Sacris nondum initiatos aut in minoribus constitutos de geniculo Sacerdotes alloqui volebat & sublimem dignitatis gradum hac demissione reuereri. Non tantum corpore flexo (quod in more est) sed aperto capite ad finem cuiusque psalmi Sanctissimæ Trinitati hymnodiam concini diligenter cauebat, & ipse diligentius obseruabat. Scholasticorum exercitationes tam Sanctis institutis communierat, vt dubium videri posset si non mysticæ potius quàm Scholasticæ Theologiæ addicerentur. Huius generis plurima sanciuerat ex sensu animi sui & intimo quo feruebat pietatis affectu, quæ in Nouitatis tamen reprehensionem apud otiosos inciderunt. Singulare est, quod ipse (si benè memini) spiritale, vt loquuntur, *Exercitium mentis ad singulas horas recolendas* à *R. P. Humblote* admirabili methodo contextum, & in pignus deuotæ mentis relictum in vsum induxit apud nostros qui in ea exercitatione non parua perfectionis incrementa ceperunt. Exciderat ferè quod in homine docto & magnis rebus implicato mirabile videri poterit, recensuisse eum antiquas librorum Ecclesiasticorum editiones ad nouissimam *Clementis* VIII. recognitionem, & annotatas vsque ad minimas interpunctiones singulas differentias typis euulgasse, ne qua deinceps in persoluendo diuino Officio dissonantia occurreret. Tantus illum diuinorum ardor incesserat. Eadem operâ *Ritus ministrandi & inseruiendi Missæ*, præscripsit & prælo mandauit, vt pro dignitate tanti mysterij suo quisque munere quoad posset decentissimè fungeretur. Inter eius schedas inuenta est erudita & grauis Oratio qua de ceremoniis non immutandis ornatissimè disputat, quo vel vno pignore Nouitatis aduersus eum

Pietas eius & animarū zelus.

1624. calumniam poſſemus euincere. Atq; his animi eius interpretibus quâ in Deum pietate ſuccenderetur ignotum de cætero eſſe non poteſt. Non minore autem mentis affectu alteram diuinæ pietatis partem quæ ad cultum Sanctorum cœlo iam receptorum & beata æternitate perfruentium pertinet complectebatur. Beatiſſimam Dei genitricem admirabili præ cæteris religione venerabatur, eique vni ſe totum deuouiſſe videbatur; adeò vt frequentibus ac penè continuis obſequiis animi ſui deuotionem & affectum depromeret. Cultum eius qua longè latéq; poterat totâ mentis intentione cùm apud ſuos, tum apud exteros promouebat. Ex hoc *S. P. N. Franciſci de Paula* gloriam ſtudioſiſſimè propagabat, atque in hoc vnum ſtudium totus incumbere illis videbatur, qui mentis vigorem & ingenij vim inexhauſtam non perſpexerant. S. *Ægidij* memoriam habebat chariſſimam in cuius rei monumentum (ne plura dicam) extare voluit *Officium die eius feſto, & per octauas ferias recitandum*, quod mirificis ad pietatem incentiuis compoſuit, & nos propediem (vt ſpes eſt) in lucem proferemus. Sed quid plura? nulla vel vel oratione, vel etiam animi contentione vnquam aſſequar, quibus ille reliquos cœlites omnes obſequiis & officiis ſibi demereri ſatagebat, id tamen omitti à nobis non poteſt, quod nos ab initio præteriit. Nihil eum aliquando agendum, loquendum, ſcribendumve ſuſcepiſſe, quod ab inuocatione diuini nominis non procederet, atque etiamnùm ſingulis ſchedis eius quæ ad nos peruenerunt adſcriptum videri hunc verſum quo ſua conſignaret & ſe Deo conſecraret: *Aſpira cæptis Chriſte benigne meis*. Sed ex diuerticulo in viam. Erat illi ſummum in itinere voluptatis compendium, ſi modo ex ordine Sanctos omnes quorum in illum diem memoria incidiſſet, modo Sanctos huius vel illius loci Epiſcopos, illius alteriuſve Ordinis, Religionis, Inſtituti profeſſores & patronos per letanias, quas vocamus cum itineris ſocio inuocaret. In quo dum videbatur memoriam exercere, diſſimulato conſilio pietatem & animi affectum expromebat. Quid verò attinet de pietate, quâ in proximum ferebatur dicere, cùm non poſſit vera in Deum religio ſepoſita in parentes maioréſq; noſtros obſeruantia conſiſtere? Neſcio vtrùm ad huius generis officium pertineat reuerentia quâ primos Ordinis Patres & propagatores, qui Sanctiſſimo Inſtitutori à principio naſcentis Religionis diuinâ vocatione cooptati ſunt proſequebatur. Adeò enim illi erant chari & venerandi, vt nihilominus quam per apotheoſim vindicatos coleret atque ſuſpiceret. Quare conſilium olim ceperat eorum res geſtas conſcribendi, & affecti quidem operis monimentum apud Reuerendiſſimum D. Regienſem Epiſcopum, quem antea laudabamus depoſuimus, elegantiſſime deſcriptam vitam B. Mem. *Pauli à Paterno*, qui inter alios mirabili virtutum laude & miraculorum gloriâ excelluit. Quid poſtremò iuuat, & ſupremum illud pietatis officium quo aduerſariorum ſaluti proſpicere ſolemus, poſt ea quæ de eius in hæreticis conuertendis ſtudio diximus, accenſere? In hoc certè zelum ſuum, charitatem ac pietatem potiſſimum probare totis viribus contendit, tantúmq; in ea contentione progreſſus eſt, vt omnem orationis facultatem deſtituerit. Sed in quo homines deficiunt, præſto eſſe ſolet diuina benignitas, quæ non ſinit ſuos merita laude fraudari. Id vnico exemplo quod in perpetuam *Camarti* commendationem per ſe Deus edidit (cùm pluribus poſſim) comprobare ſatis habebo. Cùm apud *Pontem Audomari* Diœceſis *Lexouienſis* in *Normannia* frequens & celebre municipium concionatoris munere per Quadrageſimam fungeretur, & ſolemni die ob populi frequentiam Ædis ſacræ maiores valuæ paterent, vt è ſuggeſtu vnde verba faciebat de viâ tranſeuntibus in proſpectu eſſet, illac iter habuerunt è Caluini fæce malè feriati nebulones, quorum vnus plebeius homo & impudens præ foribus Eccleſiæ conſiſtens in concionantem ſacrilegâ voce inclamare cœpit: Heus tu blaſpheme & impoſtor deſine incautam plebem fraudulentis ſermonibus irretire. Vix dum ſacrilegas voces ore deprompſerat cùm in proferentis & maledici pectus veluti retortæ, diuino eum iudicio humi afflixerunt furioſo & amenti ſimilem, qui elatus inde nullis ſuorum artibus conualeſcere potuit, ſed geminæ horæ ſpatio, nec longiore

Editum eſt Pariſ. 1631. apud Fiacr. Dehors.

1624.

1624. giore interuallo, ſpumas ore iactans, oculos contorquens, toto corpore miſerum in modum labefactato & concuſſo, energumeno propior quam phrenetico, ad ſuorum terrorem, Catholicorum confirmationem & perpetuam *Camarti* gloriam, Deo ita prouidente, extinctus eſt. Etiamnum terribilis exempli recordatio viget apud *Pontaudomaritas*, vt à *R. P. Martino Heriſſeo* Concollega noſtro, qui nuper *Camarti* memoriam non diſpari doctrinæ & virtutis ſplendore in eodem gloriæ theatro renocauit, accepimus. 1624. Eramus Collegæ *R. P. Olivarij Chailon.*

X. Sed vt demum exequar quod ante promiſi, de iuſtitia dicendum eſt qua reliquas virtutes ſuas exaggerauit. Loquimur autem de iuſtitia proprij nominis, non de communi illâ, ſiue vt loquitur Tullius, in commune poſitâ, quæ erga Deum religio, erga parentes pietas, creditis in rebus fides, in moderatione animaduertendi lenitas, amicitia in beneuolentia nominatur. Neque enim aut partem eorum quæ diximus replicare vacat, aut *Camarti* laudes in longum protrahere. Eſt autem iuſtitia, quam dicimus æquitas illa, quæ ex officio in repoſcendis nocentium pœnis, aut deferendis bonorum præmiis adhibetur. Et quidem monet Sapiens non ei eſſe ſuſcipiendũ Iudicis officium cui animus deſit ad ſuorum iniquitates comprimendas & irrumpendas, cúmque multa ſint iuſtitiæ officia in hoc vis eius poſita potiſſimum eſſe videtur. Quæ vis originem accipit ex zelo & firma voluntate nihil eorum prætermittendi quæ curam noſtram atque autoritatem deſiderant. At ea in re *Camarti* virtus tam clarè enituit, vt eius comparatione reliquæ eius virtutes in obſcuro iacuiſſe videantur. Nec alio quidem conſilio deſcribendas ſuſceperat res geſtas *Eliæ*, quam vt ſemper ob oculos haberet abſolutum illud iuſtitiæ exemplar & in ſe transformaret zelum Sanctiſſimi Prophetæ. Quod eò fecit vt in aliquam ſeueritatis & acerbitatis reprehenſionem inciderit, ſed vt dixi apud otioſos homines, addo & remiſſos, reuerà enim vt iuſtitiæ retinentiſſimus fuerit, procul tamen habuit omnes acerbitatis cauſas & rationes. Quamquam ne quid diſſimulem agnouerit ipſe & apud familiares aliquando profeſſus fuerit, experientiâ ſe comperiſſe non pro eo auſterum eſſe oportere ac ſibi ab initio propoſuerat, ſed aliquid eſſe condonandum infirmitati humanæ, quantum ſcilicet leges quibus conſtringimur illæsâ autoritate ſuâ atque reuerentia fieri poſſe patiuntur. Vnum ergo ipſe alteri ita commiſcuit vt cùm ſeueritatis offenſionem deuitauerit, in contrarium tamen vitium quod fieri ſolet non cucurrerit, hoc eſt in mollitiei aut remiſſionis vituperationem non impegerit. Viſus ſemper eſt dum ad clauum ſedit & vitioſis metuendus & bonis atque ſtudioſis reuerendus. Et quidem in vitia ipſa tantum tamque implacabile bellum exercebat, vt ne in eius quidem conſpectu malè conſcij conſiſtere auderent. Inierat certè formidandam & terribilem rationem agendi cum iis qui emendari non poſſent, aut melioris cum tempore frugis ſpem non facerent, eos enim ne aliis periculum crearent, foras expellebat, & res ſibi ſuas habere tanquam inſanabiles & deſperatos iubebat. Quod cùm non prius fecerit quàm expertus remedia omnia, quæ poſſent ad curationem proficere, fuerit, tantùm abeſt vt vitio verti debeat illa ſeueritas, vt ad præcellentem iuſtitiæ laudem non parum conferat. Quid enim iuſtius, quàm vt peſtes illæ (ſi quæ aliquando ſunt) ferro & igne cùm opus eſt arceantur? Sibi pereunt qui ſemel obfirmati ſunt ad malum & exemplo ſuo alios faciunt ſecuros qui ita caſtigantur, quorum altero nihil iuſtius, altero nihil ſalubrius. Id verò etſi raro & inſolenter euenit, nihilo tamen minus ex virtutis ratione eſt, cùm res tulerit vim ſuam & impetum proferre quam dum abeſt occaſio moderationem ſuam profiteri. Quantum autem *Camartus* ſuorum animos ab omni non dico vitio, ſed vitij etiam ſpecie abſterrebat, tantum ad capeſſendam virtutem & profeſſæ vitæ perfectionem accendebat, exemplo primum ſuo, tum verbis quoque ac ſermonibus quos in ſuorum congregatione frequentes habebat, & ad inſtitutum ſuum vehementer exaggeratos, ac rebus denique omnibus, quibus ſe poterat fauentem ac benignum erga ſtudioſos & virtutis cultores atque amatores demonſtrare. Sed fruſtra conamur verbis noſtris exprimere quod omnem Iuſtitia eius & Zelus.

1624. dicendi facultatem ſuperat. Ipſe ſibi *Camartus* abundè erit ſi audiatur ex paſto- 1624.
rali epiſtola quam Generalis factus in omnes Ordinis prouincias & domos trãſ-
miſit zelum ſuum & retinendæ iuſtitiæ propoſitum ſignificans. Aliqua in ſpe-
ciem capita delibabimus, & cum eo ab humilitate, quam vt æquum erat pro-
fitetur, ordiemur. *Vt primùm*, inquit, *ad noſtræ Minimorum familiæ regimen De-
mino ita diſponente, aſſumpti ſumus, in id totam mentis aciem intendimus, vt quæ ad
Dei obſequium, Religionis noſtræ augmentum, fratrumque in ea degentium quietem per-
tinent, omni conatu proſequeremur. Cui fini conſequendo cum impares in nobis animi
corporiſque vires, nulla merita, varios defectus, animaduerteremus, inuaſit nos ſollicitu-
do non modica, ne boni perfectique regiminis adminiſtratio, quam ab vnius capitis ele-
ctione omnes vndique fratres ſperabant aliquam ex noſtris demeritis remoram pateretur.*
Et poſtquam multa de ſua indignitate exaggerauit Quadraginta Horarum
orationem pro felici regimine obtinendo per ſingulos Conuentus inſtituit,
tum verò addit: *Perrò orationum noſtrarum incenſum in Dei conſpectu dirigetur, atq;
inde fructus non vulgaris exurget, ſi qua ſunt diuini ſeruitij, diurnum videlicet nocturn-
umque officium ſedulò exhibeamus. Quid enim aliud vnumquemque noſtrum ab vbe-
ribus mundi, à ſæculi deliciis auulſit, atque in hanc Minimorũ Religionis eremum ſub* S. P.
Francisci de Paula *vexillo euocauit, niſi diuinitus inſpirata charitas feruenſque diuini
honoris Zelus?* Quam in rem & mentalis Orationis commendationem, tanquam
in potiſſimum iuſtitiæ officium, vtpote quod Deo ipſi debitum eſt, cum mul-
ta contulit, ex hoc de ſuperiorum electione ſic ſtatuit. *Primùm eligantur à vobis
in Prouinciales & Correctores qui Zelum Dei habeant, Patres prudentia maturi, in oratio-
ne feruentes & aſſidui, qui ſpirituali diſcretione polleant, qui regularis obſeruantiæ ſint
tenaces.* Quibus verbis ſeipſum quaſi viuis coloribus expreſſiſſe videtur, & por-
rò pergit aliis quampluribus optimam regiminis formam inſtituere, tum verò
ſubiungit. *Bonam ſuperiorum electionem proximè comitatur religioſa Nouitiorum infor-
matio, ſunt enim tenella Ordinis plantæ, nouella germina ex quibus oriuntur præclaræ
Patrum propagines, ſi in tenella ætate bonis moribus, religioſæ vitæ exercitiis, ac vtræ
ſolidæq; pietatis ſtudio aſſueuerint.* Et poſt aliqua: *Satagite ergo vt in qualibet Pro-
uincia Seminaria iuuenum ad Ordinem noſtrum maxima cum diſcretione admittendorum
erigantur, illiſque præficiantur, optimi quique informatores viri in ſpirituali vita exerci-
tati, regularis obſeruantiæ tenaces, diſcretionis ſpiritu imbuti, & qui ex intimis animæ
præcordiis charitatis Zelum hauſerint, vt eumdem poſtea inconcreditos ſibi tyrones felici-
ter infundant.* Exinde prouidentiam ſuam in omnes partes intendens poſtquam
omnibus ſollicitè cauit quæ ad conſequendam votorum perfectionem pote-
rant pertinere, etiam de infirmis ſubleuandis in hunc modum conſtituit: *Ma-
xima vigeat inter nos charitas pro infirmorum ſubleuatione: hanc enim præcipuè commen-
dauit B. P. N. Sanctus Franciſcus, nec dubium quin firmiſſima pax, & diuina quædam
concordia, ſeu potius Paradiſus terreſtris apud nos erit, ſi in hac communi viuendi ratione*
(illam prius multis commendauerat) *permanſerimus.* Mox in hanc prædicto-
rum recapitulationem erumpit: *Quis pro meritis expoſuerit quàm iucunda, quàm
ſuauis ſit eorum conuerſatio, qui tanquam nihil habentes & omnia poſſidentes ex ſui ſu-
perioris mandato, velut ex Dei manu, omnium quæ ſibi neceſſaria ſunt copiam excipiunt,
qui ad hunc boni communis finem, labores, vigilias, cæteraque omnia referunt, nihil aliud
ſibi proponentes, quàm vt nudi nudum Crucifixum amplectantur? Hæc promeritis exponi
nequeunt, cogitari ne quidem ſine ingenti cordis inbilo poſſunt, exerceri verò cum diuino
quodam feruore ſolent.* Exinde verò cùm de votorum quæ eſſentialia, & omnibus
religionibus communia vocant, nonnihil commentatus eſt, addit: *Nec præter-
eunda Quadrageſimalis vita obſeruatio, quæ nobis omnimodè neceſſaria eſt; ea enim au-
ſteriores vitæ diſciplinæ, flos eſt noſtri germinis, eſt ſpecialiſſimum noſtræ familiæ Symbo-
lum, hæc militiæ noſtræ teſſera, quæ nos inuicem compaginat, qua ab aliis Ordinibus ſeter-
nimur, vt meritò debeamus in hac vna gemma ſecurè cuſtodienda impendere, quicquid in
nobis ſtrictioris pœnitentiæ poſitum eſt. Ardua quidem res, ſed magni meriti, in cuius ob-
ſeruatione honor noſtræ Religionis quodammodo ſitus eſt, &c.* Et in continenti: *Sequitur
aſſidua Philoſophicarum, Theologicarumque diſciplinarum meditatio, eſtq; operæ pretium
vt in hiſce ſtudiis iuniorum Fratrum animi exerceantur. Certum eſt enim duplici veluti*
fundamento

Digitized by Google

1624. *fundamento Religioſorum omnium perfectionem niti, eximia ſcilicet in Deum pietate quæ* 1624.
merito Paradiſi fons eſt, vniuerſam animarum noſtrarum faciem irrigans: deinde ſcientiarum humanarum diuinarumque profeſſione quæ ſecundas poſt deuotionis ſpiritum obtinet, vt iure ſit fons ille & ciſterna Bethleem cuius aquam omnes ſitire debent. Ita ſe vir induſtrius & iuſtitiæ tenax in omnem partem verſat, & huius demum generis plura conſtituit, ex animi ſui ſententiâ, quæ apprimè ſignificant, quo ſpiritu & ſenſu in officij ſui adminiſtratione duceretur.

XI. Et initium quidem nouæ ac ſupremæ dignitatis ſanctiſſimis in hunc modum edictis conſecrabat, & de Ordine vbi luxatus fuiſſet reſtituendo, diſciplinâq; regulari ſi qua ſui parte dilapſa fuiſſet reuocandâ, ſeriò cogitabat, eóq; per tempus progreſſus fuerat, vt ſuperatis aliquot Italiæ Prouinciis & in integrum reſtituris, caput iam atque originem ipſius Ordinis obtineret, Prouinciam dico inferioris *Calabriæ* ipſumque Conuentum *Paulitanum*, in quo Sanctiſſimi Parentis & ipſius quoque Ordinis incunabula religiosâ deuotione ſuſpiciuntur. Quò priuſquam peruenirent aduerſos ſibi æſtus per viam ſenſerat, & nonnihil tentari valetudinem ſuam in expertis ardoribus, iamque ſibi timére cœperat, nec vana timoris cauſa accedebat, quod nondum benè confirmata ex morbo valetudine itineri ſe dediſſet. Vt igitur *Paulam* venit fractus ab itinere & calorum vehementiâ tantùm non conſumptus, magna eum febris & aſſidua corripuit, qua cum per dies aliquot colluctatus eſſet, Ordinis interim prouidentiam agens & ſalutis ſuæ curam, vt fortis & generoſus athleta & Chriſti pugil, pulchrâ & pretioſâ morte qualem decet eſſe Sanctorum, inter ſuorum manus & lachrymas quinquagenario paulò maior tandem defunctus eſt. Et hactenus tantum de ſupremo eius fine reſciuimus. In hanc autem præcipuè curam animum intendit vt ſucceſſorem relinqueret tantò ſe meliorem, quantò quiſque vir bonus & ſapiens alios ſibi ſuperiores ſolet æſtimare. Is autem fuit *R. P. Simon Bachelier*, quem in officio Collegam ſibi dari maiori, quam credebatur inſtinctu procurauerat, Non minima laus fuit prouidentiæ atque ſolertiæ non imparem magnæ expectationi reliquiſſe, atque vt ita fieret ſapienter & ſagaciter prouidiſſe: magna fuit in ſolemni & generali Conuentu conſentientibus ſuffragiis iudicium illud ſelectumque fuiſſe approbatum: maxima denique non diſſentaneam per tempus conſiliis, & cogitationibus experientiam fuiſſe conſecutam. Sed funus noſtrum proſequamur. Ineunte quidem altero anno à ſuſcepta Generalis dignitate qui fuit periodi Chriſtianæ 624. ſupra milleſimum, tam breui inquam temporis interuallo, mors inuida virum incomparabilem nobis eripuit. Enimuerò quid hanc morti inuidiam facimus, cùm virum cœlo maturum loco ſuo receptum eſſe nouum, aut mirum videri non debeat. Nam & ad diem *vltimum* menſis *Auguſti*, quo *Sancti Ægidij* peruigilium incidit ſublatus eſſe videtur, vt de ſua ſocietate & conſortio *Ægidij* gloriam & omnium cœlitum gaudia faceret auctiora. Quis verò etiam Diuinitatis conſilium non intelligat, ſi animo recolit qua ille via & ratione ad hunc exitum perductus eſt? E *Turonibus Romam* venit, atque inde *Paulam* progreſſus eſt, aduersâ quidem viâ quam olim Sanctiſſimus Parens & Inſtitutor S. Franciſcus, qui *Paulâ Romam atque inde Turones tranſiit*, ſed eodem planè (aut fallor admodum) conſilio, vt quantùm ſcilicet gloriæ & ſplendoris à *S. Franciſco Turones* acceperunt, tantum *Paula* (ſi fas eſt dicere) ab *Ægidio* reciperet.

Obitus eius & ſepultura.

XII. Id verò cum tempore futurum & noſtra, & omnium bonorum deſiderio votaque præſagiunt, qui dum ſibi *Eliam* ſuum ſurreptum cœloq; reductum dolent lachrymis verba intercipi ſentiunt, & pro merita laudatione ſtuporem ſuum profitentur, *Cura leues loquuntur, ingentes ſtupent*. Et quamdiu non ſtupor ille animos occuparet, ſi non in *Eliſæo* qui ſucceſſit fatalis dolor tandem aliquando conquieſcere poſſe videretur. Repreſſit quidem primos immenſi doloris impetus proximi ſucceſſoris prudentia, virtus, induſtria, non potuit tamen alta & grauis plaga niſi tempore perſanari. Etſi verò tempus obduxit cicatricem, æternum nihilominus aliquem doloris ſenſum propagabit. Leniérunt nonnihil acerbitatem funeris conſecuti honores quos pro ſuâ parte *Italia*,

Deſiderium eius & veneratio.

1614. pro suâ *Gallia*, quibus & *Hispania* interuenit, amantissimè & luctuosissimè persoluerunt. Certè vt nuncius ille tristis & deplorandus *Galliam* penetrauit, excitatæ pleræque vrbes in quibus se *Camarti* virtus & eruditio explicuerant, beneficiorum quæ acceperant recordatione, solemnibus sacris, publica laudatione atque omnium Ordinum Conuentu, quasi in luctu communi viro incomparabili parentauerunt. *Biterrenses* imprimis illustri pietatis & gratitudinis famâ eius memoriam prosecuti sunt, ad officium suum impulsi à *R. P. Marco Antonio Naudineto* quem mihi singulares dotes, nec absque inuidia commemorandæ chariſſimum fecerunt. *Bituricenses* etiam non dispari ardore ad eius laudationem & funebres pompas accẽsos fuisse accepimus, alioſque quamplures quos longum esset deducere. Nunquam autem fecerimus si Elogia quæ per viros doctos & pios promeruit in funeris pompam pertrahamus. Memini cum nuper Excellentissima & Nobilissima fœmina *D. Carolina-Margareta Montmorancia Henrici Borbonij Condæi* primi Galliarum, & stirpis Regiæ Principis consors, *R. P. Oliuario Chaillou* Prouinciæ Franciæ Ordinis nostri Prouinciali desideratissimo me præsente ac multis audientibus diceret, adeò sibi de sanctitate & præsenti beatitudine *R. P. Camarti* constantem esse opinionem, vt nullum diem sibi excidere pateretur, quo non eũ priuatis precibus semel atque iterùm inuocaret, sibique in pignus chariſſimum supereſſe orationem maximè piam quam à *R. P. Camarto* acceperat, & bis vnoquoque die iam inde à primis annis recitabat. Sed quo plus hæc vrgeo (etsi non parum delectat tam iucunda & beata Clarissimi viri memoria) eò altiùs defigo noui doloris aculeos, qui non iam manum tentant aut cerebrum, sed animum quoque transuerberant. Tu igitur Beata anima *Lanouium* tuum hos gemitus magis, quam verba fundentem non dedignabere! *Mors optima est perire dum lachrymant sui*, quod non eo tamen sensu dictum velim quo à poëta philosopho. 1614.

R. P. ÆGIDIVS CAMARTVS
RETHELIENSIS ¶
DIVINITATIS INSTINCTV ORDINEM MINIMORVM PROFESSVS.
HEBRAICE, GRÆCE, ET LATINE DOCTVS.
DIVINÆ HVMANÆQ; SAPIENTIÆ SVPRA HOMINEM PERITVS
EXQVISITI IVDICII ET FOECVNDÆ MEMORIÆ DOTES
MIRABILI FOELICITATE CONIVNXIT.
DE HÆRETICIS VERBO, SCRIPTIS, OPERE TRIVMPHAVIT
IMPERTERRITVS ADVERSVS TOTAM FACTIONEM.
ORDINIS SVI PROMOVENDI STVDIO NVLLIS LABORIBVS
PEPERCIT.
VNDEVIGINTI MONASTERIA DIVERSIS LOCIS CONSTITVIT.
GERMANIÆ PROVINCIAM POST CENTVM ANNOS RECVPERAVIT.
PVIVATAS FAMILIAS, PROVINCIAS, ORDINEM VNIVERSVM
CONTINVO ET GLORIOSE ADMINISTRAVIT.
GRATVS PRINCIPIBVS, PRIVATIS SVSPICIENDVS.
NON MINVS EXCELLENTI VIRTVTE QVAM INCREDIBILI
SCIENTIA.
DOMESTICO EXEMPLO
AD OMNE PIETATIS ET PROBITATIS OFFICIVM SEMPER
PRÆLVXIT.
ET PASTOREM BONVM IMITATVS

OVES

1624. OVES REQVIRENS AC REDVCENS LABORIOSO OPERI IMMORTVVS EST, 1624.

ATQVE PAVLÆ GLORIAM RESTITVIT,
QVAM DISCEDENTE S. FRANCISCO CIVE SVO AMISERAT.
PRÆSENTIA DENIQVE (VT SPES EST) SVA
DVPLICIA COELO GAVDIA INTVLIT AD PERVIGILIVM
S. ÆGIDII
AN. M. DC. XXIV.

Capotti. 12. *Camarte* certè præmortuus fuerat Collega Italus *R. P. Benedictus Caponetus*, vir optimæ & reconditissimæ litteraturæ, & pro eruditionis modo pius & probus. Publico ære Theologiam apud Catanenses suos profitebatur magna nominis celebritate, ad eos cùm ex Vrbe veniisset, correptus lethali morbo quem ab itinere contraxerat, ad XXVII. Martij diem mortalitatem posuit, à domesticis & externis summè desideratus. Ad XIII. Aprilis subrogatus ei vir *de Syracusis.* facilitate ac suauitate morum amabilis *R. P. Franciscus de Syracusis*, qui transgressus in Hispaniam cum *Bacheliero* Generali, vt *Matritum* applicuit, leui morbo defunctus, emigrauit, moxque per electionem locum eius capessiuit *Iudices.* *R. P. Hiacynthus Iudices*, in quo *Franciscum* morum paritate rediuiuium non immerito credidisses, vt coram vidimus. Obit. Collegatũ Camarti.

13. Enimuerò & post hos nobis commemorandus suppar ille sanctissimo Iobo, *R. P. Franciscus du Croiset*, cuius funus Nigeonenses nostri extulerunt. Et quidem Iobo per omnia virtutum genera eum comparauit *R. P. Petrus Guerinus* singulari oratione quam de illo scripsit, & capitulis vndecim distinxit, cuius copiam aliquando nacti sumus. Nos verò ex tunc, breui tumulo, nunquam pro dignitate sua exaggerandæ laudationis compendium faciebamus, vt sequitur:

R. P. FRANCISCVS DV CROISET
BRIVATENSIS-ARVERNVS
MIRÆ SIMPLICITATIS ET INNOCENTIÆ VIR.
SENSIBVS NVNQVAM NISI AD PIETATIS OFFICIA VSVS
RERVM OMNIVM OBLIVIO EVM CEPERAT,
VT TANDEM VIX VLLAS NOMINE SVO POSSET DISCERNERE.
AD DIVINA TAMEN PERSPICAX ET ERECTVS
ORATIONIS BENEFICIO
QVA NOCTEM DIEI LIBATO TENVITER SOMNO CONIVNGEBAT.
IN LONGIS ET MAGNIS CORPORIS DOLORIBVS
PATIENTIAM, CONSTANTIAM, SILENTIVM NVNQVAM NON TENVIT
ERGA QVOSLIBET, SVPRA FIDEM, BENIGNVS, FACILIS, SVAVIS,
SIBI VNI DVRVS ET ASPER.
ALIORVM ADMIRATOR, CONTEMPTOR SVI
VIRTVTIS ET LITTERARVM AMATORES STVDIOSE OBSERVABAT,
ILLORVMQVE MERITO AC SVI DIFFIDENTIA
VNVS IPSE IGNORABAT QVOD ALII OMNES ADMIRABANTVR
VIRTVTES SVAS.
NIHIL VNQVAM REMISIT DE STVDIO SVO EX QVO PRIMVM COEPIT.
TANDEM IGITVR ÆTATEM MERITIS SVPERGRESSVS

Digitized by Google

1624. INTEGRIS SENSIBVS, DE SVA SPE ET EXPECTATIONE SECVRVS 1625.
SEPTVAGENARIO MAIOR AD CHRISTVM MIGRAVIT.
NICEONI DIE II. MENS. SEPTEMBRIS AN. M. DC.XXXIV.

O spes quæ non confundit
Spes nostra es tu qui reformabis corpus humilitatis nostræ
Veni Domine Iesu.

Verùm & aliquando hæc ipsa breuiori elogio efferebamus in h. m. *R. P. Franciscus du Croiset, &c. mentis ingenua simplicitate, Sæculi profunda ignoratione, altissimo rerum diuinarum sensu, ingi oratione, generosâ patientiâ, raro virtutum omnium exemplo clariss. &c.* Nunquam tamen id oratione consequemur vt dignam tanto viro laudationem reponamus, enitemur fortè vt ea sit cumulata cum gesta eius vt mihi animus est sigillatim recolemus.

Obit. F. Iacobi Martinot. 14. Ad diem mensis Iunij XIX. ad superos, vt piè creditur, emigrauerat *D. & V. F. Iacobus Martinot* apud Prouinciales Oblatum professus, quem miræ pœnitentiæ pietatis & laboris virum, Isnardus noster, non vano, sed imminuto vt ita dicam, elogio prædicat. Nam & sæpiùs extra se raptum in oratione quam sedulò frequentabat multi deprehenderunt, & ab eo nonnulla diuinitùs edita iam olim fama est. Depositus est *Massilie* vbi & à piis venerationem habet eius memoria. *Martinot.*

Not. nonnulla. 15. Et his quidem non temerè socios adiunxerim iuniores nostros *Stephanum* & *Antonium*, quos in Chronico Feublinensi laudauimus, sed ne actum agere videar Lectorem summonuisse satis erit, quod & de aliis quorum memoriam maiori cum laude celebrauimus, dictum esse velim. Non prius denique manum tollo de tabula, quàm S. Rituum Congreg. Decretum proferam, eiusq; homines nostros commonefaciam. Id omninò sic habet: *Cum Religiosi Ordinis S. Francisci de Paula in Litaniis, Orationibus, versiculis, cæterisque actibus inter diuina Officia occurrentibus, quotiescumque nomen ipsius Sancti inuocandum sit, aliqui patriam ipsius, nempè*, de Paula, *apponant, aliqui verò nequaquam: vt vniformis in eadem Religione cultus appareat, suppliciter à sacra Rituum Congregatione petierunt declarari an predicta verba*, de Paula, *debeant in huiusmodi precibus apponi. Sacra Congregat. respondit*, non debere. XXIII. Decemb. 1624. Francisc. *Card.* à Monte Io. Baptist. Rinuccius *Secretarius*. Relegatur de Pereinis ad Const. XVII. *Leonis* X.

1625. *An.* M. D C. XXV.

Capitulum Gener. Genuæ. 1. A Morte *Camarti, R. P. Simon Bachelier* eius in officio Collega, quem & *Camarto* nuper collaudabamus per menses septem Vicarij nomine Ordinem administrauit, quibus in finem exeuntibus, pro forma quam *Vrbanus* VIII. nuper approbauerat, *Genuam* aduocati Patres, quibus delatum ex eadem forma ius electionis, ad diem sanctum Paschæ conuenerunt. Is in XXX. Martij occurrebat, eoque ipso adornata electio in eundem *R. P. Simonem Bachelier* consentientibus suffragiis cecidit. At eius loco in Collegam Gallum assumptus *R. P. Petrus d'Agut* Vaurensis Aquitanus eruditione probitate ac morum suauitate spectatissimus. Acta excepit *R. P. Andreas Chauineau* Turoniæ Prouincialis, sed imminente obsidionis metu, tum ipse tum alij è vestigio discesserunt. *Bachelier. d'Agut.*

Conuentus S. Luciæ. 2. Per hæc & suum Ordini diuersis locis incrementum constitit. Primùm autem omnium Lotharingis, quibus Illustriss. & Generosiss. Princeps *Ludouicus à Lotharingia* Princeps *Falcobergi, &c.* Cœnobium à fundamentis posuit, exædificauit, necessaria supellectile instruxit, annuis redditibus dotauit. Et id quidem situm ad ædem *S. Luciæ* peregrinationibus frequentatam supra *Sampiniacum* in edito colle secùs *Mosam*, intrà fines diœcesis Virdunensis & Præfecturæ Sammihelanæ, vt illi loquuntur. Ædes ipsa nostris cessit cum latifundio quod

B. illa

Digitized by Google

1625. B. illa Virgo incoluit & arboribus olim conſeuit. Fertur fuiſſe filia cuiuſdam Regis Scotiæ & in eum locum conceſſiſſe ſolitatiæ vitæ deſiderio. Præſens adeſt populorum votis, qui eodem loco vbi etiamnùm aſſeruatur, ædem eius memoriæ ſacram excoluerunt, votis ſepulchrum deinceps frequentarunt, & indubitatâ ope propitiam ab antiquo experti ſunt. Acta eius non nemo ex noſtris ſcribere dicitur, quam ſpem Lotharingi iamdiu nobis fecerunt, atque vtinam non fruſtrentur. *Ludouico* Principi & Excellentiſſ. ac piiſſ. conſorti *D. Henricettæ à Lotharingia, Caroli* IV. Ducis ſorori Fundatorum nomen & ius ſumma Patrum gratulatione in Actis Barcinonenſibus ann. 1629. decretum eſt. Optimus Princeps ad biennium non ſuperuixit, leui morbo ſublatus, cùm *Monachy* ageret in *Bauaria*, & ætatis annum l. necdùm attingeret. Obiit autem ad IV. Decemb. an. 1631. Corpus ad *S. Luciæ* perlatum in hypogæo conditum eſt, die XIII. Ianuar. an. 1632. Hoc pignus, & quidem deſideratiſſimum, ſupra cæteros quibus ſe optimus Princeps Fundatorem præbuerat noſtri retulerunt. Nam & Capuccinos *Falcoburgi*, Carmelitas excalceatos *Nanceij* Patres Oratorij *Luxemij* fundauit, quod ad pietatem tanti Principis commendandam iuuat meminiſſe. Scipio Scaliger, Epitaphium memoriæ eius ſacrauit, & vulgauit. Virdunenſem pro tempore ſedem obtinebat, Illuſtriſſ. & *R. D. Franciſcus à Lotharingia, Ludouici* gentilis, qui noſtros omni beneuolentia proſequutus, etiam optimo Fundatori in omnibus quæ voluit gratificatus eſt. Demùm verò vt ipſius Beatæ Virginis *Luciæ* vitam deſcribamus operæ pretium erit, poſtquàm in Eccleſia eius ad paucas horas hoſpites fuimus curauimuſque per illud tempus, vt ne cum rerum eius ignoratione diſcederemus. Habetur illa in Officio Eccleſiaſtico perantiquo quod ſolet die feſto eius recitari, eſtq; diſtincta ſex vt vocant Lectionibus, iuxta quas & nos tot ſpatiis diuiſam damus. 1625.

Vita S. Luciæ ex Officio Eccleſiaſtico quod legitur in eius Eccleſia.

Venerabilis Virgo Beata Lucia ancilla Dei deuota, Regis Scotiæ filia deuotiſſima, à primæua ætatis infantia, in palatio parentum honorificè fuit nutrita, ac eleëmoſynis larga, in vigiliis & orationibus continua, in ieiuniis & bonorum operum exhibitionibus perfecta; Eccleſias Dei frequentans iugiter in Laude Chriſti permanens, à Sacerdotibus & miniſtris Chriſti frequenter requirebat tota dilectione mandatorum Dei viam.

Quadam die dum eſſet in Eccleſia audiuit verba ſancti Euangelij prædicare, Si vis eſſe perfectus vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni, ſequere me; & aliàs, Amen amen dico vobis quod vos qui reliquiſtis omnia & ſecuti eſtis me, centuplum accipietis & vitam æternam poſſidebitis. Qua de re toto corde ſuccenſa, totam ſe ſubegit ſeruitio Chriſti, vt tantæ conſors eſſe mereretur promiſſionis. Ab illo ergo die cogitauit abnegare ſe, patriam derelinquere & alienam terram adire.

Quid amplius moram facio? in nomine Dei iter arripuit, Franciam pertranſiens, Lotharingiam Domino ducente peruenit. Factum eſt autem dum ſupra Moſam in Epiſcopatu Virdunenſi ſtaret, quaſi ex miraculo diuino aqua creuerunt in tantum, quod vltra tranſire nequiens, in monte ibi propinquo hoſpitari voluit. Ibidem verò quemdam virum Deo deuotum, nomine Theobaldum inuenit, qui eam benignè recepit, ac ſibi de bonis à Deo collatis abundanter diſtribuit: Et beata Virgo Lucia cum bono viro per longa tempora permanſit, nec non in bonis operibus ſemper intenta extitit, iuxta verba Apoſtoli dicentis, qui non laborat non manducet. Nam glorioſa puella de die oues paſcebat, & de nocte ſecreto loco nere ſolebat.

Per lapſum verò temporis diuina diſponente gratia, hoſpite eius, vxore ac eorum liberis defunctis, beata Lucia ſola in bonis temporalibus eorumdem ſucceſsit, temporalia in ſpiritualia conuertens Eccleſiam in honorem ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus ſancti, glorioſæque Virginis Mariæ, Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, in propria domo ædificauit. Dicta autem Eccleſia nunc in honorem Beatæ Luciæ Virginis conſecrata eſt.

Dum adhuc viueret in corpore, in prædicta Eccleſia per totam vitam ſuam deuotis orationibus & obſequiis Deo humiliter ſeruitium exhibuit. Vixit autem non ſolùm corpore pudico

1625. *ſemper, ſed & animo, fidei, charitatis ac ſpei vinculis radicata, in ſæculo amplius quadraginta annis. Defuncta eſt verò plena dierum tertio decimo Calendas Octobris, humataque in pace, in baſilica, in monte ſita, in medio eiuſdem Eccleſia.* 1625.

Poſt tranſitum Beatæ Virginis Luciæ, ſepulchro eius lampas aſſignata ſerviebat quæ inſtar ſcaturientis fontis olei riuos derivabat, accedente quoque miraculo derivatum oleum languentium dolores mirabiliter curabat, in tantum pariter in melius mutatâ naturâ. Arſit enim ignis in lampade præter olei conſumptionem, lampade mutatâ in fontem, oleo in medicinam. Itaque de miraculo corporis lampadis, miracula corporum operatur in terris, ſed uberiores riuos ſimibus animarum infundit, de menſura bona, & coagitata, & ſuperefluente in cœlu. Quapropter iam dignum eſt, vt dignis eam laudibus glorificemus, ſupplices poſtulantes, vt eo intercedente à peccatorum noſtrorum vinculis, in ſæculo ſic abſoluamur, quatenus tribuente Chriſto, requie perenni perfrui mereamur, Qui vivit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum Amen.

Et hanc ex parte tranſcripſit Dauid Camerarius in Elencho SS. Scotiæ, ſed in xxi. Septemb. contulit, cùm tamen dies feſtus illi agatur ad xix. eiuſd. menſ. in propria Eccleſia, quam hæc illius Acta diſertè commemorant. Poſitum illi mauſoleum ex candido lapide cui ſupina incubat, cultu vt videtur regio induta, ſubſtratæ pedibus oues in ſignum paſtoritij miniſterij quod exercuit. Longiùs à tumulo in ipsâ etiam mediâ Eccleſiâ (ibi enim extat ſepulchrum) viſitur ſubterranea ſpecus anguſta nec admodùm profunda, in quam ad orationem ſolebat ſecedere atque inibi pernoctare, frequentatur hodiè à mulieribus ad gratiam prolis impetrandam. Quæ dum in tranſitu obſeruamus, alia etiam nos non præterierunt. Inibi enim & ſacellum, ad lævam ſepulchri beatæ Virginis, Nobilium Equitum & fœminarum monumentis illuſtre conſpeximus, quæ argumenta quidem ſunt antiquæ pietatis & cultus erga beatam ipſam Luciam: & cum admiratione venerati ſumus ſacra pignora quæ illic multa & inſignia depoſita ſunt à Magnificentiſſ. *Ludouico* Fundatore, cumprimis verò ingentes particulas *de Spinea D. N. corona* pretioſo lipſanodochio incluſas, dein & reliquias *SS. Aurelij, Benedicti, Victoria, Eugenij, Firmi, Germani, Marcelli MM.* thecis etiam ſuis conditas, atque his plures in capſulâ egregij operis repoſitas: præterquam & ipſius B. Luciæ feretrum extat, in quo leuata de ſepulchro ad maiorem honorificentiam collocata eſt. Ex hoc denique certior factus ſum, eum qui de Vita B. Luciæ commentarium paratum habet eſſe *R. P. Petrum Philippum* Collegam impræſens Prouincialem, & is quod ſperamus Lectoris deſiderium in tam optato argumento explebit. *Philippe.*

Conuentus Belnæ. 3. Poſt Lotharingos ſuas Burgundis partes non immerito dabimus. Hi Belnam fauente Nobil. & Clar. V. *D. Ioanne Baillet* Decano ad *S. Mariam*, ſuffragante vrbis Maiore Viro etiam Cl. D.... *Brunel*, pro voto ſuo & deſiderio, inducti ſunt. Eſt enim *Belna* vrbs amœniſſima & munitiſſima, pinguis & optimi agri atque imprimis viniferi, vnde illud eſt Guillelmi Britonis, *Baillet. Brunel. Belnæ.*

Frugifero iucunda ſolo vinoſa Bealna
Indicens cerebris vino fera bella rubenti.

Perluit eam piſculentus amnis *Burſeria* qui defluit in *Ararim*. Sunt qui volunt *Belnam* Cæſaris *Bibractem* eſſe, quod eruditioribus non placet. A noſtris præſertim ad itineris commoditatem expetita eſt. Tertia enim tantùm leuca diſtat à *Cabilone*, atque inde facilior in alias partes excurſus. Pertinet verò ad diœceſim Auguſtodunenſium, cuius ſedis Epiſcopus, quem vt noſtris beneuolum & fauentem non ſemel laudauimus, in præſens etiam non defuit. Cœnobium *B. Virgini* ſacrum etſi ad portam *D. Martini* ſitum eſt, optimo tamen ciuitatis loco cenſetur extare, cùm maior in eadem regione Baſilica promineat. *Burſeræ.*

Conuentus Taurini. 4. Nouæ quin etiam coloniæ ad Subalpinos initium non temerè in hunc annum conſignabimus. Prima ſedes fuit Auguſtæ Taurinorum. S. Michaëlis ædiculam commodato acceptam cum proximis ædibus inhabitarunt. Sereniſſ. & Generoſiſſ. *D. Carolus-Emanuel à Sabaudiâ* Dux inhabitandi gratiam fecit, Illuſtriſſ. & Generoſiſſ. Princeps *Victor Amedeus* F. qui nunc Sabaudiæ Dux, & auctis auorum parentiſque titulis Cypriorum Rex, fauit & iuuit, at verò maximè, *de Sauoye.*

by Google

1625. mè, Excellentiſſ. & pientiſſ. eius conſors *Chriſtina Francica Borbonia* Regis noſtri ſoror quæ maritum ſocerumque noſtris omni ope demeruit, ac de ſuo eos aluit ſuſtinuitque per difficillima tempora. Illuſt. & R. *D. Philibertus Milietus* (is enim ni fallor Taurini Archiepiſcopus ſedebat) beneuolentiâ ſua & benignitate non defuit. *R. P. Franciſcus Victonius* Vicarius Generalis per Sabaudiam & Pedemontium inſtitutus nouam plantam ſedulò excoluit. Atque hic multa ornatè, copiosè, diligenter ſcripſit, quæ ex Indiculo poſt hæc recitabimus. Nuper autem cum in Regis Comitatu eſſet, dũ ille tumultus in Occitania exortos, victoriâ præeunte, compeſciturus progreditur, miſero caſu interiit. In tranſitu enim ſubiti torrentis inclinato carpento quo vehebatur, immanis eum vortex abſorbuit. Corpus aquæ lapſu longiùs protractum, ad Chriſtianam ſepulturam in proxima parochiali Eccleſia, ſublatum eſt. At verò non poteſt funeſtus caſus videri, qui hominem pium & in omnem euentum paratum deiicere poteſt non perdere. Non eſt miſera hominis conditio quem Dei miſericordia præuenit. Quod æquum eſt vt de *Victonio* ſentiamus, qui à puero totus in pietatis ſtudium incubuit. Submerſum igitur eum, ad diem XXIV. Octob. an. 1632 non diffidenter prædicabimus. Et ad hunc quidem modum habuiſſe audio Cœnobij apud *Taurinum* incunabula, quæ multis ab initio tempeſtatibus iactata nonniſi ægrè conſiſtere poſſe videbantur. In momento tamen quod deſtinauerat ſuis adfuit cuius in manu ſunt ſortes & tempora noſtra. Auguſta enim *Chriſtina*, quæ non ceſſauit vnquàm modis omnibus ſuum in noſtros amorem profiteri ex quo tertium Ordinem noſtrum amplexa eſt, quod fecit altero antè anno quàm *Victori Amedeo* ſactis hymenæi vinculis copularetur, tum verò maximè gratioſam ſe præſtitit cum annos multos exoptato ſui matrimonij fructu caruiſſet, quòd per eam occaſionem ſuumque ac ſereniſſimi Principis deſiderium, gratiam poſſet accipere & reddere. Gratiam ſanè accepit, quæ prolis beneficio annos totidem fruſtrata quot à nuptiis quas an. 1619. iniuit ad an. 1631. decurrerunt, facto ad illud tempus voto fulgentiſſimum puerum ſuſcepit per merita patris ac patroni ſui, deinceps verò liberali fœcunditate diſtenta regiam domum altero pignore locupletauit, ſpémq; demùm fecit numeroſam progeniem antiquæ familiæ non defuturam quæ poſſit acceptam ab atauis gloriam longiùs diffundere. At verò gratiam reddidit, quæ primogenito *Franciſci* nomen optauit, quò diuinæ benedictionis memoriam grato animo & nati natorum, & qui ab illis naſcentur poſſint recolere, illud ſiquidem primus in ſuam gentem præter maiorum morem & exemplum intulit, addito *Hiacynthi* cognomento, quod mihi videtur natalitium; quæ & ſecundum eodem nomine donauit ac reliquos deinceps donandos propoſuit; quæ denique hoc beneficium poſitis Cœnobij fundamentis in latifundio quod comparauerat, & ſtabili ac perpetua, quantum augurari fas eſt, ſede noſtris conſtitutâ magnificè ac liberaliter excoluit & excolere non deſinit, quem religioſiſſimæ fœminæ animum Sereniſſimus Princeps vir eius, omni fauore ac ope, fouit & complexus eſt. Situs Cœnobio, quod nouiter ædificari cœpit, in ſuburbio cui à Pado nomen eſt, ſed quod producto Vrbis pomœrio includendum communibus muris certa fiducia eſt, & quidem in proximo. Crux implantata ſolemni apparatu ad XXVII. menſis Martij an. 1632. Sereniſſimo Principe ac *Chriſtina* noſtra pompam ſuâ præſentiâ exornantibus: ſed, proh nefas! anno demùm 1634. die III. menſis Februarij furtim de nocte ſacrum illud trophæum exciſum & proſtratum eſt, ſublatuſque qui ſolet affigi titulus cum his litteris I. N. R. I. ad furcas patibularias deportatus eſt, & ibi fune alligatus pependit horrendo facinoris genere, quod vt auerterent expiarentque Optimi Principes, in eius autores modis omnibus inquirendum ſategerunt, tandem verò compertum ingens hoc piaculum ab homine inſano & mentis emotæ fuiſſe perpetratum, at nihilominus Religioſi Principes expiandum illud non temerè crediderunt. Ad X. igitur ipſius Februarij nouam Crucem ſolemniori pompâ deferri eodemque loco defigi curauerunt, adfuêre ſcilicet ipſi, tùm Princeps Cardinalis & Reuerendiſſimus Archiepiſcopus cum Cleto & Regulari-

1625. Natus hic XX. Iun. an. 1634.

Digitized by Google

1625. bus omnibus, aliique Ciuici Ordines, dimissis ob illud pietatis ac religionis opus festiuis ludis publicaq; pompa & toto apparatu quibus *Christinæ* nostræ natalis ex more veniebat celebrandus. Optatum ædi sacræ nomen *B. P. N. Francisci*, cuius iam nunc cultus apud illos populos vigere incipit. Prolixè gratificatus nouæ domus incunabulis Illustrissimus & Reuerendissimus *D. Antonius Pionara* Archiep. vir antiquæ nobilitatis & Episcopalis magis virtutibus quam infulis præstans. Clariss. V. *D. Lalius Cauda* qui Principi suo in paucis gratiosus aptissimo nominis anagrammate *Luna Ducalis* dictus est, nempè publicam rem ipse vnus sustinet, dirigit & promouet omnium sapientissimè ac felicissimè, in nostros liberalis ac beneficus supramodùm & fuit & esse pergit, quod non erit sine mercede apud Deum si nostrorum vota Deus exaudit. Suis quinetiam beneficiis nostros prosequuntur Clar. & Nob VV. *D. Iacobus Bazin* Parisinus *Christinæ* Principi à Secretis, *D. Claudius Saulier* Lugdunensis, & *D. Ioannes Dominicus Quadro* quorum memoriam posteris commendari eâ de causâ conuenit. Porrò *Taurinum*, seu potiùs *Augusta Taurinorum*, notior vrbs est quàm vt nostro præconio indigeat. Posita illa est ad *Duriam* fluuium minorem, in *Padum* iam inde nauigabilem paulò inferiùs incidentem. Metropoleos dignitate, Principum suorum sede, Academiâ, Conuentu Iuridico, multisque decoris præeminet. Annali libro historiam eius Philibertus Pingonius breuiter complexus est. Distat *Mediolano* lxx. pass. mill. in Occid. *Genuâ* lxxx. in Corum, *Alexandria* circa medium in Boream. Cæterùm non potest mihi Optimæ Principis Christinæ recordatio excidere, quin reputem apud me, qua illa mente atque animi deuotione tertium Ordinem nostrum susceperit in prima iuuenta, quin & repetam hoc illam institutum ardenter expetiisse, & in hac Parisiensi æde nostra, deferente *R. P. Petro Heberto* Prouinciale viro sancto & multis nominibus commendando, eius sodalitij symbolum, quod cingulum est, singulari pietatis affectu accepisse, comitantibus & idem hoc institutum capessentibus, Illustriss. & Excellentiss. *D. Catharina-Henrica Francica Borbonia*, Elbouij Ducissa postmodùm professa, sub die xxv. Maij an. 1619. & *D. Gabriella Angelica Francica Borbonia* Valetæ posthæc Ducissa. Sed & harum pietatem aliquot post annos imitata, *Henrica* Regum nostrorum etiam filia & soror, quæ non multo post *Carolo* Magnæ Britanniæ nunc Regi potentiss. & serenissimo elocata est. Anno nimirùm 1624. die VIII. mensis Decembr. à *R. P. Francisco Tellerio* Prouinciale pientissima & religiosiss. Princeps in eandem sodalitatem cooptata est, quod illi benè vertat totique Regno Angliæ cuius in manu sunt corda Regum & vicissitudines Regnorum.

1625.

Pionara.

Cauda.

Bazin. Saulier. Quadro. Turin.

Duria. Pò.

Concessio pro suffrag. in perpetuũ.

5. Noster de Pereinis Pontificium Rescriptum quo *Vrbanus* VIII. in priuata causa cum nostris dispensat ad obligationem suffragiorum in perpetuum sub generali clausula comprehendit. Datum illud à die XIV. Ianuar. hoc eod. anno, sed cùm illud in Registro exscribendum habeamus Lectoris iudicium erit quod ad rem videtur statuere.

Ordinatio R. P. de la Fare in Ep. & eius obit.

6. Inauguratus ad diem Octobr. XXVI. Dominicam, in Episcopum Regiensem *R. P. Franciscum de Lupis de la Fare*, quam illi Ecclesiam Eminentiss. & R. D. *Guido* Card. *Bentiuolius* Galliæ Comprotector resignauerat. Inaugurationi præfuit Archiepiscopus suus Aquensis Illust. & *R. D. Guido Huraltius Hospitalius*, adfuêre, operam suam Archiepiscopo præstaturi, *R. D. Tussanus de Glandeuez* Sistaricensis, & R. item *D. Ludouicus du Chaine* Sanicensis Episcopus. Locus ad eam rem delectus ædes hæc nostra Parisiensis, quod antè significabamus. Robertus hoc *Francisco* elogium non immeritò ascribebat: Clara sapientiæ pharus & purum pietatis far. Certè Theologus fuit eximius in celeberrimis Hispaniarum Academiis enutritus, in concionando natiuum acumen Gallicum cum Hispanica grauitate coniunxit, adeoque in ea facultate inter paucos præstitit. Prouincialibus suis summo imperio præfuit, à multis etiam ad Generalatum expetitus ante hos duos annos, sed maioribus à Deo seruatus Episcopalem cathedram conscendit. Sed heu quàm sæpè studia nostra in contrarium vertuntur. Eam dignitatem nactus videri poterat ab iniuria securus in portu

de la Fare.

nauigare,

Digitized by Google

1625. nauigare, quod tantum abfuit vt maior nunquam tempeſtas eum agitauerit. Leui enim de cauſa tantus plebis aduerſus eum furor exarſit vt ſacris illa non pepercerit quo Epiſcopum ſuum traduceret. Ita gaudium in luctum abiit, dum ſeuerè aduerſus profanatores vindicandum fuit quibus decretæ Regis mandato grauiſſimæ pœnæ. Sed ſuo tandem Epiſcopo interceſſore in gratiam cum Principe redierunt. Ecce autem dum honorifica legatione ad res Cleri & Regni Pictauum proficiſcitur & lætior fortuna videtur aſpirare, iam tum enim ad Archiepiſcopatum *Aquenſem* à Rege nominatus dicitur, in reditu fatalis neceſſitas eum occupat & vitam atque res ſimul præcipitat. Cùm enim ad fœminarum Abbatiam in diœceſi Cœnomanenſi (ea *Eſtiualium* in *Charnia* nomen habet) diuertiſſet, vehementi febre attactus poſt percepta ritè atq; Chriſtianè Sacramenta carne ſolutus eſt. Vocatus è proximo Siliginiacenſis noſtri Conuentus Superior iuſta perſoluit, quantùm per loci paupertatem licuit dignè ac honorificè. Contigit autem obitus eius ad diem Septemb. XXVIII. an. 1628. Ita non totos tres annos hoc ſacerdotio functus eſt. 1625.

7. At verò in hunc ipſum annum accidit obitus *R. P. Sebaſtiani Sommaire*, apud Turonenſes quos tertiùm magna cum prudentiæ ſinceritatis & charitatis laude ſummo imperio rexerat. Habetur in veneratione illius memoria, & qui viuus ſuorum ſibi amorem virtutum merito conciliauerat, mortuus cultum reuerentiamq; in animis retinuit. Dies illi ſuprema fuit XII. menſis Septemb. Sepultus honoratiſſimo loco in æde noſtra Pleſſiaca iuxta Cæſarodunum. Obit. P. Sebaſtiani Sõmaire.

8. Sed quibus demùm præconiis *Rangolium* noſtrum celebrabo? Rangolium (inquam) illum ſui Ordinis decus & ornamentum, eloquentiæ miraculum, eruditionis oraculum, ſacrarium pietatis? Ea quæ coràm ipſe per aliquod antè obitum tempus obſeruaueram in breuem Relationem conieci, tumulum aſcripſi, ac quibus potui officiis memoriam celebraui, ſolo impulſus profitendæ veritatis affectu, non ſine ſpe Actorum eius ſigillatim deſcribendorum, & à primâ origine repetendorum quam ad hæc non depoſui. Alterum interim tumulum refinxi quem Fublimenſi Chronico inſerui, hoc ſolatio fallens dolorem meum & breui perſtringens quod ſine luctu non poteram recolere. Habet ab eo paratam æquus Lector nonnullam præclari viri memoriam, quam dum ex profeſſo retractabimus aliqua inſuper operæ noſtræ pignora impartiemur. Et imprimis quidem iuuabit Conuerſionis eius momenta proponere, quæ ille nonnunquam nobis cõmemorabat, plenius autem ipſe ad verſ. XIX. cap. XXVIII. lib. 1. Regum deſcripſit. Res ſic habet quemadmodum ab eo exprimitur. *Ludouicus* ait *Rangolius ſeſquianno me maior, cùm ad annum, vt arbitror, duodecimum aut decimumtertium peruenisſet, ex familiari Minimorum conſuetudine atque adeò ſpirituali inſtitutione mutatus, in religionis ſtudium totus incubuit, ac ſubinde ludendi parcior, nugiſque & laſciuia valere iuſſis, quæ id genus ætatis plurimùm occupant, lectione, ſilentio atque oratione conſtantius quàm ferat ætas animum paſcere inſtituit. Quod vbi cœpit ſtatim eius valetudo quaſſata eſt, ſiue illam arctior vitæ ratio labefactaret, ſiue aliunde corporis temperatione corrupta ea ægritudo obreperet. Morbus verò in dies ingraueſcens ſic eius vires exhauſit ac ſenſim corpus tabe conſumpſit, vt ſola compages oſſium lacero inſuta corio relinqueretur. Flos tamen vultus oriſque decor perpetuus manſit, reliquos artus macies vorauerat. Ad anni quarti metas vbi attigit, ætatis ſuæ vt arbitror ſextum ſupra decimum emenſus, cùm mali contumaciam vltrà non ferret præcipiti gradu ruebat in interitum. Quocirca in poſterum chariſſima matris diligentiore cura obſeruari cœpit. Accidit verò quandoque vt cùm nos iam nocte concubia ſomno indulgeremus, is quoque tantillum vt apparebat, quieſceret: qui vt ſtatim vigilis animi ſignificationem dedit, rogatus num quod ſolebat lac amygdalarum ſorbere vellet, quo ſomnus illi conciliaretur, reſpondit: Nullo in poſterum remedio ſibi opus eſſe: cùm in ſummum diſcrimen veniſſet periclitanti neminem affuiſſe: nunc poſtquam iacta eſſet alea & decreta mors, ſero medicinam parari: Dei ſententiâ inferu & perpetuo ſupplicio ſe adiudicatum eſſe. Id cùm præter conſuetudinem leuo nixus cubito nec languenti ſimilis, ſed firma voce referret matrem comiteſque perterruit. Quamobrem acciti concurrimus. Cubiculum ingreſſi cùm illum ſuperioris vitæ admoneremus, nec debere Satanæ commentis temerè commoueri, denique ſi quæ fortè ſcrupulus con-* Ob. P. Claudij Rangueil.

1625. *ſcium pectus ſtimularet, poſſe hominem tantiſper dum vita ſupereſt pœnitentia labem abſtergere: excipit, ſe quoque olim paria legiſſe, cæterùm alia eſſe Dei iudicia, quàm quæ libris traderentur experientia comprobaſſe. Poſthæc rogatus à nobis vt prima ſymboli verba pronunciaret, nihil cunctatus, dixit* Credo Deum Patrem omnipotentem. *Interpellatus quam ob cauſam in particulam elideret. Quoniam, inquit, in eo deinceps ſpem nullam repoſitam habeo. Vt adderet tum exterqueri nulla ratione potuit. Salutationem quoque Angelicam recitauit haud ita grauate: ſed vt orationem adiungeret quam eidem Eccleſia coronidis loco attexuit haudquaquam impetrauimus. Non conſenſit vt diceret* Sancta Maria ora pro nobis. *Interea verò dum mœſti ac lugentes eundem de ſententia deducere fruſtra conamur, ad eundem acceſsit Paſtor noſter, quem matris ſollicitudo arceſſierat, qui nec ipſe quidem docendo monendoque quicquam promouit. Identidem porrò concutiebatur metu, & mirari ſe dicebat quo pacto igneos illos currus non animaduerteremus quos dæmones ignem ſpirantes, ignem naribus efflantes in cubiculum agerent, nec inconditos clamores exaudiremus quos ipſi ederent dum ſe mutuò hortarentur vt eum raperent & in tartarum darent præcipitem. Poſtremò cum nulla ratio mentis eius caliginem diſcuteret, ſed Crucis imaginem qua offerebatur ferociùs repelleret, noſque pertinacius auerſaretur oculis, communi conſilio ſtatuimus, orationis præſidio vim dæmonum haud dubiè profligari poſſe. Itaque ſtatim circumfuſi corona lectum cingimus, & genibus flexis ſeptem Pſalmos Pœnitentiales vnà cum Paſtore noſtro recitamus. Quibus perlectis cum Litanias inciperemus ſolito languore fractus repente corruit. Extemplò mutatum deprehendimus. Percontamur vti ſe habeat. Vt is Deo viſum eſt inquit voce ſupra modum languida & quæ defectas corporis vires prè ſe ferret. Tentatur an incorruptè ſymbolum enunciet. Ipſe mox palam confeſſus eſt* Credo in Deum. *Admonitus præterea B. Virginis ſuffragium imploraret,* Sancta Maria, *inſit,* ora pro nobis. *Hactenus tantum profeciſſe contenti ſubinde Litanias abſoluimus. E veſtigio porrò ſciſcitati ſumus num fortè confiteri vellet? placere reſpondit. Poſtquam autem officio ſatis feciſſet, impenſius flagitare cœpimus, nobis edisſereret quid de illa tanta perturbatione ſentiret. Reſpondit igitur, per mediam horam quam quieſcere viſus eſſet, ſe ſibi viſum eſſe ad diuinum iudicium rapi, ſublimem Chriſtum ſpectaſſe ſedentem in ſolio, ornatu regali, quem dextrâ lœuaque ſtipabant hinc quidem B. Virgo, inde S. Ludouicus & Catharina Martyr, quos ille præcipuo amore & obſequio coluerat. Statim verò dæmonem accuſationem ordiri cœpiſſe, primum autem caput inſtitutæ accuſationis fuiſſe, quod tempore diuturnæ ægrotationis ſuæ lentius ac remiſsius in Dei cultum incubuiſſet: alterum quod nauſeante appetitu moroſius pleroſque cibos reſpuiſſet: tertium quod eum mater indulgentiùs habuiſſet. Quibus ille commotus & hoſtis audacia vehementiùs perterritus qui ea verbis amplificaret, cum iam non haberet Dæmon quod amplius obijceret, cuſtodem Angelum qui præſens aderat, rogare inſtituiſſe cauſæ ſuæ patrocinium ſuſciperet. Negauit prænaricater ſe habere quicquam quo obiecta diluceret. Itaque mox triſtem ſententiam ſibi ſubire viſus eſt, quæ eundem flammis æternis addiceret. Ipſe ad pedes omnium ſigillatim accedens, B. Virginem reliquoſque SS. ſupplex obteſtari, vellent meminiſſe ſui. Illi ſe noſſe aliquando negarunt, ſicque repulſam paſſus eſt inſuſque in barathrum demergi. Tum ad-ſtum currum igneum & dæmonum phalangas lectulum obſedisſe, paratas vim facere: ſeque protinus ſpem omnem ſalutis abiecisſe. Aſt hoc interim ſpatio, dum pro eo preces funderemus, diuinitus accepiſſe pompam illam quam conſpexiſſet ad ſe decipiendum fictam à dæmone atque ſubornatam fuiſſe. Ad extremum, ſecundum hæc vnum atque alterum diem ſuperſtes manſit, & expiatam eo errore animam, atque ab inferi faucibus diuino beneficio ereptam, necnon & priſtinæ innocentiæ reſtitutam, Deo Opt. Max. ſeruatori ſuo æternùm conſecrauit.* Solebat igitur vir pius hoc ſe incœtuo punctum ad vrgendum religioſæ vitæ ſtudium quo pridem ipſe noſtrorum conſuetudine ac fratris vtroq; maioris exemplo exarſerat, apud familiares profiteri. Maior ille ambobus frater, fuit *R. P. Antonius Rangelius*, qui annos quinque *Claudio* noſtro ſuperuixit & ſancto fine poſt diuturnam pulmonum affectionem ad v. Mart. an. 1630. *Nigeoni* quieuit. Pater præfectus prætorio apud Valeſios (quæ dignitas ab auis atauiſque in ea familia permanſit) *Claudium* natu licet minorem pleriſque fratribus, ob ingenij præſtantiam & maximam ſpem quam faciebat toti familiæ, in ſui muneris ſucceſſorem deſtinauerat, ſed ſtimulatus hoc exemplo adoleſcentis animus nulla honorum deſignatione, nullis agnatorum votis, nulla vi aut perſuaſione

Ob. P. Antonij Rangueil. 1630.

Digitized by Google

1625. ſuaſione à propoſito retardari potuit. Sed iam nunc præſtat animum quem gerebat ex eo ipſo agnoſcere. Sic itaque altero Commentariorum in Reges tomo Sanctos Michaëlem & Paulum quibus ſe deuouerat, & quos iam tum per epiſtolam ſalutabat, affatur: *Ad extremum, quando ita ſe res habet vt quamquam pauper diſſimulet, ſuſpicentur omnes eiuſdem dona hamos eſſe, non verebor, Benigniſſimi Principes, præ me ferre quod opto & coram mea vota fateri. Nam horum quidem quæ ſenſus falſa voluptatis imagine ludunt, aut elatos animos inanigloriæ ſpecie ludificant, nihil opinor præter modum deſidero: ſed duo quædam ſunt quæ mihi ſummoperè expetenda ſemper duxi, quæ ſi veſtro beneficio impetrem, tot exantlatis laboribus vigiliiſque meis abundè rear ſatisfactum eſſe. Primùm eſt, vt cùm me virtus vitaque deficient, tum maturè extremum ſpiritum effundenti adeſſe atque opem miſero ferre velitis. Alterum vt qui hoc interim ſpatio dum ad vitæ metas propero, dicor ſummâ reipſa Minimus, talis ſim quoque ex animo & mente cordis mei.* Atque hæc ego piiſſimi hominis vota non tam ex verbis eius ſolitus ſum æſtimare, quàm ab effectibus, quos coràm intueri ac videri datum eſt. Sed dum profitendæ conſcientiæ noſtræ moram facimus, ab aliis teſtimonium quod vltro ſe offert non recuſabimus. *Claudij* frater præfectus prætorio apud Valeſios à *R. P. Simone Bachelier* Generali facultatem impetrauerat de ponendo chariſſimi fratris memoriæ Epitaphio, quod inſigne viri meritum facilè perſuaſerat etiam ſponte deferendum. Patrum tamen ſententiam in Comitiis Prouincialibus antè omnia rogare voluit vir prudens & rerum noſtrarum non ignarus. Patres ſtudio eius collaudato, & defuncti *Rangolij* memoriâ ſingulariter commendatâ, ipſum Reuerendiſſimum Generalem exoratos voluerunt ne illi Epitaphium poneretur, vel eo præſertim argumento, quod id Manibus eius ingratum accideret, ſi vel ea honoris ſpecie humilitas quam ſtudioſiſſimè coluerat detereretur, vel hoc exemplo aliorum ingenia gloriolæ quodam affectu poſſent corrumpi, vt eandem gratiam exquirerent. Ita laudem laude refutauerunt, ſed tantò maiore, quantò propria magis interna & ſolida, & ab omnibus cognita & confeſſa hæc altera eſt, quam nos ex aliorum mente Actis inſcribebamus. Merſennus quinetiam epiſtola quam ad me ſub Flaminij nomine dedit, re nonnihil ſimulatâ, ſic animum ſuum & Rangolij laudem exprimebat: *Non abſque lachrymis hanc epiſtolam ſcribo (vir clariſſime) cum enim* Rangolij *recordor quem noſtri, credo* (ſcio, debuit dicere) *nuper deceſſiſſe, mediam iſtius mundi partem amiſiſſe mihi videor: hæc enim erat viri probitas ſingulariſq; pietas, doctrina & eloquentia vt cum nullius alloqui, aut illius vti familiaritate poſſet abſq; nouo ſolatio, quique non amoris diuini ſcintillis inflammaretur quibus ille vrgeri ſolebat, adeò vt non ſolùm dicere potuerit, Amor meus crucifixus eſt, ſed etiam ego amori meo ſeu propter amorem meum crucifixus ſum. Verùm non eſt quod viri ingenuitatem atque animi candorem aperiam, erat enim*

Is nitor in vultu, geſtu decor, ore venuſtas
Vis oculis, verbis gratia, mente vigor,

quibus ſinguli in illius amorem raperentur. Nihil profero de illius in libros Regum operibus quæ perficiebat cùm Deus Opt. Max. labores illius coronare voluit, vt eo cælum frueretur quo mundus iſte minimè dignus erat: finem igitur dolori ſi non impono illum ſaltem minui velim, cùm exiſtimem mundo defunctum, æternùm Deo viuere, cui preces noſtras offeret, quandoquidem illius charitas non imminuta eſt, ſed firmiores ac profundiores radices egit quæ nunquam euellantur. Epiſtola illa eſt quam Apollonij Pergæi Conicis ſecundò præſcripſit. Verbum de meo non fruſtra ſubtexuerim vt finiam: R. P. CLAVDIVS RANGOLIVS ERVDITIONIS ET ELOQVENTIÆ GLORIA, VITIORVM ODIO, VIRTVTVM ET PIETATIS EXEMPLO, SECESSVS AMORE AC STVDIO, TENERITVDINE AD DIVINA, IN PAVCIS PRÆSTANS, OBIIT FVBLINI AD IATINVM MELDARVM ANNOS NATVS NON PLVRES XLIII. DIE III. OCTOB. M. DC. XXV. Vide an. 1489.

9. Quid ni & optimæ viduæ Ordinem tertium profeſſæ & annos multos ſororum ſuarum Correctricis memoriam proſequar, cum, per vrbem principem virtus eius probitas & pietas ſic innotuerit, vt non poſſit abſque piaculo celari? Ea eſt Soror *Anna de Creil* ex antiqua & illuſtri apud Pariſios familia. Hæc Ob. Sororis Annæ de Creil.

igitized by Google

1626. pauperum mater, gentilium ſuorum gloria & ornamentum, tertij Ordinis noſtri decus, honos & exemplum, tot tantiſque virtutibus effulſit longamque adeò ætatem in eodem curſu perſeuerauit, vt neſcias ſi annos virtutibus aut annis virtutes exſuperauerit. Alterutrum qui proſequi velit, non oratione tantùm, ſed & animo fortè deficiat. Depoſita eſt in æde noſtra Pariſienſi ad xxv. menſis Octobris hoc ann. quo ſibi pignore noſtri qui eam nouerunt plurimùm gratulantur. 1626.

1626. *An.* M. DC. XXVI.

Ob. P. Petri Moreau. 1. NOn multa hoc anno ſe offerunt quæ perſcribamus. Sed vel vnius dignitas multitudini præponderat. Exeunte nimirùm Martio *R. P. Petrus Moreau* Sueſſionenſis, qui ſuis ad Conuentus noſtri in vrbe patria fundationem erogatis & ſeipſum poſtea tradidit, vt in anteceſſum dicebamus, depoſita corporis ſarcina in beatam immortalitatem euaſit. Tam notæ fuit ſanctitatis vt adhuc ſuperſtes eo nomine à multis prædicaretur & coleretur, mortuus autem miraculorum vt creditur gratia effulſerit. In vota enim vocatus difficilium & à Medicis deſperatorum morborum curationem præſtitit & multis ſalutare fuit oleo lampadis quæ coram ſanctiſſimo Sacramento ardet atque tumulo eius per eam occaſionem ſuperſtat affecta membra liniuiſſe. Frequentatur ſepulchrum eius ab oppidanis & exteris quibus fruſtra non eſt hoc pietatis officium reddidiſſe. Verùm cùm neque Sedis Apoſtolicæ, neque Ordinarij Iudicium acceſſerit, quibus miraculorum veritas vindicata ſit in hoc argumentum ampliùs non excurremus, contenti ex fide publica populorum opinionem & ſenſum indicaſſe. *R.* quidem & *Per-illuſt. D. Simon le Gras* Sueſſionum Antiſtes de iis cœperat inquirere, ſed dum Sedis Apoſtolicæ autoritatem ad inquiſitionis robur & pondus expectat, & noſtri quibus id datum eſt vel obliuiſcuntur vel negligunt apud Pontificem agere, nihil prócedit. Nos quidem in Comitiis Generalibus an. 1629. totius Piouinciæ ac Sueſſionenſium noſtrorum nomine Patres interpellauimus, vt vellent eius rei curam viro idoneo committere, quo tandem poſſet Moræus noſter in Beatos referri, & Acta quidem diligentiæ meæ fidem faciunt, aliorum verò eſt ſui officij meminiſſe. Animus mihi fuerat latina oratione ac de ſuggeſtu virtutes eius geſta & miracula coram Patribus exponere, quod tamen non licuit, adeoque & quæ eam in rem paraueram mihi paſſus ſum excidere tanquam longioris illius viæ impedimentum. Schedulas habebam à Sueſſionenſibus, quibus Actorum eius atque miraculorum ſumma continebatur, & eas à nobis *V. Cl. Petrus Iacobus Triſtanus* noſter ad hiſtoriam Ordinis conſcribendam exorauit. Ad extremum copioſam vitæ eius tractationem à *R. P. Petro Macario* in dies expectamus, quàm niſi per longum & difficilem eius morbum fuiſſet iam vt credo haberemus. Itaque ne aut alienam meſſem videar inuaſiſſe, aut etiam inſtitutum meum excedere, deſcribam tantummodò vnum & alterum tumulum quem illi deuotionis ergò dicaueramus, cuius vnius partem inſcriptam lapidi, quo corpus eius regitur, audio. Prior huiuſmodi eſt:

R. P. Petrus Moreau
Apud Sueſſionenſes Ciues ſuos
Doctrina, Opibus, Probitate
Clariſſimus,
S. Franciſci de Paula Humilitatem amplexus,
Et Ordinem Minimorum ex animo profeſſus,
Se ſuaque Deo conſecrauit.
Aduerſus infeſtum Dæmonem
Iobi patientiam

Per

1626. *Per annos plus minus quadraginta exercuit.* 1626.
Affecta ætate
Factus cæcus Tobiæ constantiam præstitit.
Hominum famam quam vivens consecutus erat
Malo Dæmone peius tulit.
In omnibus
Invictam virtutem, solidam Pietatem
Semper exhibuit
Et matura demùm ætate ac virtute
Hoc loco ad Resurrectionem depositus
Futuram Gloriam
Miraculorum fama & gratia anteuertit.
Mortalitatem exuit die Martij XXXI. *an. D.* M. DC. XXVI. *&c.*

Alter sic habet:

R. P. PETRVS MOREAV
SVESSIONE NATVS
EX OPVLENTO DIVITE AC DOCTO IVRISCONSVLTO
PAVPER CHRISTI FACTVS
ET MINIMORVM FRATER
COPIOSISSIME SANCTVS IN CLAVSTRO EVASIT
HVMILITATE SANCTORVM SCIENTIA
PIETATE ANIMARVM ZELO
VIRTVTE OMNI ET GRATIA
AD MIRACVLVM VSQVE EXCELLVIT
ET IVSTITIAM QVANTVM EST IN HOMINE OMNEM IMPLEVIT.
TRANSLATVS IN MELIOREM SORTEM
PRID. KAL. APRIL. AN. S. M. DC. XXVI.
ET HOC LOCO AD RESVRRECTIONEM HONORIFICE DEPOSITVS
CORPORIS GLORIA
ANIMÆ IMMORTALITATEM EXAGGERAT.

Fundatori suo tumulum ex debito Elogium pro merito F. F. huius Conuentus P. C.

Quòd eum honorificè depositum diximus de funeris pompa debet accipi. Reuerendissimus enim Suessionensis Episcopus *D. Simon le Gras* funeris officium solemniter expleuit, addito quod æternùm supersit dignissimo verbo ad nostros qui aderant conuersus, Optimè habet, Patres, conditus apud vos ingens thesaurus est, quod quidem nobis in Orationis quam diximus à nobis paratam argumentum sumpseramus. Sed & ipse sibi *Morens* tumulum scripserat, apponendum certè si loco, quem designauerat in extrema basilicæ parte ipsoque in aditu, conditus fuisset. Is verò est huiusmodi,

Qui Minimitano produxit in Ordine vitam
In sacra hac minimo conditur æde loco.

2. Quid si non est æqua ponderatio sanctæ & continentis animæ, quanti faciendæ erunt plures in vnum fasciculum colligatæ? At verò, & hoc eodem anno, Italia extulit *R. P. Iacobum Venturam*, & Gallia *R. P. Hieronymum Durandum. Ventura* certè non obscuræ sanctimoniæ gloria suis commendatus ad diem xv. Iulij mensis in meliorem vitam emigrauit apud *Nemium*, quo loco erectum Cœnobium vt diximus, sed operâ potissimùm *Venturæ* nostri qui cum ad id opus studiosè ac sedulò animum intenderet non sinebat interim Neruienses

Obit. Iacobi Venturæ.

Ventura.

Digitized by Google

1626. oppidanos omni officio demereri. Pueros ipſe ad litteras & pietatis exercitia informabat, grandiores ad capeſſendas artes mercimonia & miniſteria inſtigabat & omni ope iuuabat, vt per eum ſtare fortunas ſuas, vt hoc verbo vtar, omnes & ſinguli perſuaſum non temerè haberent. Non potuit tamen eum populi amor tenere quin peregrinationem ad loca ſacra obiret, quam aggreſſus ille ſolo religionis & macerandi corporis amore, nullo ad viaticum comparato ſubſidio, ſed ſolâ diuinæ prouidentiæ fiduciâ ſubnixus alacriter peregit. Reuerſus *Neruij* hæſit, vbi virtutum omnium exemplo in dies efflorescens non immeritò creditus eſt in beatæ immortalitatis fructum coaluiſſe. Quæ ſuos externoſque opinio tam certa manet vt delere illam quo nos ad vltimum exitum protrahimur tempus non poſſe videatur. 1626.

Ob P. Hieronymi Durand.

3. *Durandus*, ille nobis non ſemel ob excellentem animi virtutem egregiaſq; ingenij dotes, & verò etiam propter collatas vltrò dignitates commendatus, non tam clarus equidem fuit cùm poſitus in alto & aperto longè latéque conſpicuus fuit, quàm in receptu & ſeceſſu quem annos plures coluit vt ſibi Deoque intentus Sanctorum viam in cœlum capeſſeret. Nec verò ambiguum reliquit apud omnes, qui eum nouerunt, conſciiq; fuerunt mentis eius & interioris ſenſus quo debet externa pietatis & virtutis ſpecies admetiri, quin compoſitus in pace ſpiritus in æternæ pacis & quietis conſortium tranſierit. Noſter Antonius Stephanus, qui naſcentem primùm, ac efflorescentem deinde virtutem eius conſpicatus fuerat, non dubitauit ſic eum affari, dum profitetur quæ eum rationes permouerint ad inſcribendas nomini eius Collectiones ſacras quas ei dedicat: *Prima*, inquit ille, *eſt eximius quo me ſemper proſecutus es amor, &c. ab eo tempore quo Fratrum Minimorum albo adſcriptus fuiſti, & nomen nouum Hieronymi aſſumpſiſti, nominique Honorati, ac honoribus & ſæculi pompis (inter manus meas ſolemni profeſſione emiſſa* 111. Decemb. an. 1580.) *nuntium remiſiſti, parentes dilectamque patriam, amplum & copioſum patrimonium, ac omnia fortunæ bona quæ ingentia erant, derelinquens, & te Deo voluntariè ſacrificans, fugienſque à facie parentum, ad noſtram Nigeonenſem eremum tanquam ad ſacram anchoram & ad ſactum aſylum confugiſti, maximum lucrum te conſecuturum arbitratus, ſi omnia vt ſtercora arbitrareris vt I. C. lucrifaceres. Secunda ratio: præclaræ virtutes quibus à Domino Deo copioſiſsimè exornatus es. Nullus enim Ordinis noſtri ignorat, quàm feruenti charitate, quàm profunda humilitate cordis & animi ſubmiſſione, quanta modeſtia & integritate morum, quanta paupertate ſpiritus, quanta denique puritate animi & corporis, aliis præluxiſti cum Generalatus officio & munere fungereris, diſponens omnia ſuauiter &c. téq; Patrem erga tuos fratres exhibens, non quaſi prælatum, & durum ac auſterum Dominum, non cum ſupercilio Phariſæorum, non cum moleſta & importuna grauitate atque auſteritate & potentia imperans eis, ſed omnibus omnia factus confratrum tuorum te præbens in Chriſto Ieſu conſeruum. Cæterùm alias animi tui dotes tacebo, ſed præcipuè egregiam in verbi Dei propagatione eloquentiam (qua ſæpiſsimè inter illuſtriſsimos Oratores meritus linguæ lauream, eamque gloriosè & honorificè reportaſti) tum etiam illam qua excellis in dicendo & perſuadendo auditoribus tuis energiam ſilebo, &c. quibus dotibus ac donis etiam ab ineunte ætate à Deo Opt. Max. largè & effusè præditus fuiſti. His Dei gratiis & pluribus aliis exornatus, quot animas à faucibus inferni & diaboli tyrannide, in multis Galliæ partibus, & præcipuis huius Franciæ Regni ciuitatibus, cùm illa etiam florentiſsima, tum & opulentiſsima, bellis ciuilibus ferro, flamma in tam luctuoſo & fracto Reipublicæ ſtatu conflagrarent, doctiſsimis tuis concionibus eripuiſti? Quot homines ſuis hæreſibus aut erroribus, ſplendore tuæ doctrinæ & vitæ integritate, nuntium remittere coëgiſti, cùm concionando ad populum & perſuadendo è labiis tuis melle dulcior flueret oratio, quibus etiam examen apum (ſicut B. Ambroſio adhuc infanti & puerulo atque in cunabulis iacenti legitur accidiſſe) & etiam ipſæ Muſæ inſedere videbantur, nouit ſolus Dominus Deus, qui eorum nomina (vt piè credimus) in libro vitæ, quem ſcripſit, iam ſtylo diuinæ miſericordiæ ſuæ exarauit.* Hæc ille pro ſenſu ſuo & aliorum omnium quibus Durandus innotuerat non minus verè quam ſanctè ac religiosè prædicat, vt qui ab omni fuco & aſſentatione non parùm eſſet alienus: quæ etſi longiora non pigebit exſcripſiſſe, ſi modo ex his Lector intelligat tot eius virtutes & dotes nondum pro illo tempore

1626. tempore omni ex parte absolutas eam demum perfectionem cepisse quam nulla possit capere aut exprimere diserti quantumlibet rethoris oratio. Quod cum vltrò fatendum sit, hoc supereſt adiiciendum, tantum hominem Aquis Sextiis hoc anno ad XXVI. Octob. defecisse, quo in verbo nos quoque desinimus. 1626.

4 Pergimus ad alia. Post annos decem quam S. Trinitatis titulus vacauerat Eminentiſſ. & *R.D. Dionysius Simon de Marquemont* Lugdunensis Archiepiscopus à die Ianuarij XIX. in sacrum Purpuratorum Patrum Senatum allectus cum sibi optauit, & post aliquot menses suo funere consecrauit. Ad XVI. scilicet mens. Septemb. Vir innocentia vitæ, doctrina & rerum vsu spectatus (vt in Elogio loquitur Victorellus) naturæ concessit, & in æde nostra tumulatus est. Tam breui solet fortuna in fastigio consistere. Conditus autem est in sepulchro nobilis viri D. *de Rantigny*, quod intra septum chori concluſum est: in Naui ad extantem columnam loco eminente ac conspicuo effigies eius collocata cum hoc Epitaphio: Obit. Dionysij Card. de Marquemont.

D. O. M.
Et
Immortali memoriæ
DIONYSII SIMONIS S.R.E. *tit. huius Ecclesiæ*
Cardinalis DE MARQVEMONT,
quem
Roma Iudicem Rotæ integerrimum,
Lugdunum Pastorem incomparabilem,
Rex Xſmus virum in arduis solertissimum
Gallia pietatis exemplar eximium,
Ecclesia decus & ornamentum
Boni omnes tutelare præsidium
sibi totique Mundo
ereptum lugent.
Lugeas & tu qui legis
Et tantum virum imitare si valeas,
si nequeas admirare
Vixit ann. LIII. *mens.* XI. *di.* XVI.
Obijt XVI. Kal. *Octob. an.* M.DC.XXVI.
Hæredes fratri amantiſſ. posuere.

Porrò eiusdem sepulchri consortes habet non modò Nobiliſſ. illum & pientiſſ. D. Christophorum Rauenelium Rantignium, qui annis multis priuatam & sanctam vitam apud nostros egit, sed VV. Clariſſ. DD. *de Creil* & *le Boſſu* Facultatis Parisiensis Doctores celeberrimos, qui Romam eruditionis suæ splendore diutiſſimè colluſtrauerunt. *de Rauenel. de Rantigny. de Creil. le Boſſu.*

5. A sextâ mens. Aprilis R. P. Generalis Prouincias *Anconitanam* & *Aprutianam*, magnis rerum anguſtiis laborantes & impares faciendis sumptibus ad publica negotia, in vnam conflauit, eamque *Lauretanam* dici mandauit ad honorem Deiparæ, cui ad felicem statum progreſſumque commendata est. Erectio Prou. Lauretanæ.

6. Ad VIII. eiusdem mensis ab Eminentiſſ. Protectore atque Reuerendiſſimo Generale hoc decretum publicatum est: *Nos* Hippolytus *tit. S. Angeli in Piscina Card.* Aldobrandinus *Camerarius & Ordinis Minimorum Protector. Cùm ad nos & Correctorem Generalem Ordinis Minimorum remiſſa fuiſſet solutio dubij propoſiti in Capitulo vltimo generali ſeſſ.* XI. *& vlt. Romæ celebrato cuius tenor est*: Dubitatum fuit an qui alicui officio renunciauit possit ad aliud officium assumi etiam altioris qualitatis. Patres responderunt, hoc esse committendum Illust. D. Protectori vnà cum R. P. Generali tantùm. *Ideò re maturè consideratâ vtique omnis ambitioſus* Decretum de Electione renunciantium.

Digitized by Google

1627. *aditus fratribus præcludatur, dicimus & declaramus quod quicunque frater dicti ordinis* 1626.
ad aliquam dignitatem vel officium fuerit assumptus, si huic renunciauerit illum ad aliud æqualis vel etiam superioris qualitatis officium toto tempore à Regula officio cui renunciauit præfixo, assumi non posse. Ita vt nec Zelosus, nec Collega Generales in Prouinciales: nec Collega Prouinciales in Correctores locales: sicut nec Prouinciales in Collegas Generales: nec Correctores in Collegas Prouinciales si officio renunciauerint possint elegi, sed toto residuo officij tempore subditi remaneant. In quorum fidem, &c. Datum Romæ in Palatio nostræ solitæ resid. die 8. *April.* 1626. Hippolytus *Card.* Aldobrandinus *Protector.* F. Simon Bachelier *Generalis*. Quod statutum per Prouincias promulgatum in postremo Generali Capitulo Barcinone celebrato communi sententia receptum est. Non ea tamen eius mens est atque sententia quæ quibusdam videtur, vt constat ex Iudicio *R. P. Francisci à Longobardis* Generalis, quo *RR. PP. Stephanum à S. Severino & Ioannem Antonium Maluernium* in Collegas Prouinciales electos postquam Correctorum officiis ad quæ postulabantur renunciassent (sed prius quam à Capitulo ratæ haberentur hæ electiones) confirmauit & eligi potuisse discussa multis momentis controuersia pronunciauit. Et certè Sacra Congregat. Regularium mens. Ianuario an. 1631. conformiter ad illud P. Generalis Iudicium hoc decretum de iis qui post acceptatas dignitates renunciant, non de his qui renunciant antequam acceptauerint iuri per electionem acquisito intelligi & accipi debere sanciuit atque declarauit, alioqui vt aduertit & loquitur noster de Pereinis in Præl. Relig. quæst. 1. cap. IV. §. v. diuersos & malos causaret effectus. Aliud est dubium quod Isnardus circa hoc statutum proponit, si tempus nimirùm quod dicitur à Regula præfixum officio cui quis renunciat intelligendum sit tantum de tempore ipsius Prælationis aut officij, an de eo etiam quo post exactum officium subditus remanere debet ex Regula: Et quidem de tempore tantùm quo quis præesse aut officium exercere habeat debere accipi, probabile facit exemplum quod ad eam rem adfert, ac multo magis responsum. R. P. Generalis quem ea de re consultum affirmanter respondisse ait, nondum tamen res est absolutè iudicata. Et hæc nos ex occasione præter institutum nostrum annotasse satis erit.

1627. *An.* M. DC. XXVII.

Conuentus Brienn. 1. NOn grauior rebus hic annus est quàm qui præcessit. Res tamen longè diuersæ quas paucis perstringimus. In *Campania* & diœcesi *Tricassinâ*, supra *Barium ad Albam*, peruetustum oppidulum est Comitatus dignitate clarum, *Brenam*, *Brennam*, & nunc quidem vulgatius *Briennam* vocant. Alia enim est *Brenna* in agro *Suessionensi*. Distat *Trecis* leuc. VII. *Bracancuriâ*, quæ Cœnobio nostro insignis est, VIII. Comitatus is est gentis Luxemburgicæ. Et quidem Illust. & Generos. *D. Leo Albertus* Dux Luxemburgi Briennæ Comes Xenodochium S. Georgio sacrum, in oppido ipso nostris donauit, dirutum certè illud iacens & ruinis deforme quod nostri sua industria & oppidanorum subsidio reparandum susceperunt. R. D. *Renatus de Bressay* Tricassium Episcopus, in nostros beneuolum se ac fauentem exhibuit. Quin & vno aut altero post anno ad ipsam *Tricassium Augustam*, seu *Augustobonam* accepto in suburbiis hospitio constiterunt. Sed res vsquedum ambigua dubium facit eius domicilij successum, vt verbo satis sit eius mentionem iniecisse.

Champagne Troyes. Bar sur Aube. Brienne.

de Bressay.

Ordinatur R. P. le Clerc in Episc. 2. A die XIV. mens. Februar. *R. P. Renatus le Clerc*, primus Prouincialis Ducatus Burgundiæ, acceptâ pronuper Glandatensi Ecclesiâ (ea est ad *Varum* fluuium in monte *Cemenelео* leucis VII. à *Sanicio*) consecratus est in hac æde nostra Parisiensi, ab Illust. & R. D. & P. *Guillelmo Hugenis* Ebredunensi Archiepiscopo suo, suffragantibus R. D. D. *Claudio de Torres* Nemausensi, & *Nicolao Sanguin* Siluanectensi Episcopis, quod illi & Ecclesiæ suæ rerum arbiter Deus faustum & salutare faxit. Id verò nobis dubium esse non potest quando iis dotibus religiosissimus Antistes polleat quibus vota possit implere Apostoli Episcopum designantis.

le Clerc.

Hugenis. de Torres. Sanguin.

3. Ab

Digitized by Google

1617. de Naſſau. de Ligne. 3. Abanno ſuperiore Illuſtriſſ. & Generoſiſſ. *D. Ioannes Naſſauius* Velleris aurei Eques Torquatus (apud Chiffletium cccIXIII.) Equitum apud Belgas Magiſter, Præfectuſque Generalis Caſtrorum Imperialium, &c. & Nobiliſſ. ac pientiſſ. fœmina eius conſors *D. Erneſtina Lignia* maſculam prolem per votum & merita B. P. N. deprecati, ſpem ſuam vltrà annum non ſuſtinuerunt. Hoc ipſo enim anno *Erneſtina* fulgentiſſimum puerum enixa eſt, quem ex ſalutari fonte *R. P. Claudius Viuierius* Exprouincialis Belgij ſuſcepit, facultate ad id à Summo Pontifice impetratâ, & *Franciſci Paulani* nomine pro voto parentum donauit. At illi conditionem voto interpoſuerant, Cœnobium Ordinis ſe ædificaturos in ciuitate ſua *Siegena* diœceſis *Moguntina*; nec res tantùm in propoſito ſtetit, anno enim 1630. vterque fidem ſuam ſcripto voluit obligare, multis vltra votum additis quæ ſe præſtaturos promittebant. Spõſionis acta *Rhimbergæ* die xx. Iunij, eo quem diximus anno exarata: Nec eo contenti, *Erneſtina* Princeps comitante *Viuierio* iter in *Germaniam* inſtituit, certo rei exequendæ conſilio, quod non defuiſſet niſi eam à medio itinere improuiſus caſus reuocaſſet. Interceptus nimirùm ab Hollandis Comes maritus in eorum manus inciderat, redimendi eius cura *Erneſtinam* ſupra res omnes, vt æquum fuit, tenebat, adeoq; confeſtim in aulam Belgicam remigrauit. Nec multo poſt & ipſe Viuierius naturæ conceſſit. *R. P. Petrus Pijartius Viuierio* ſubrogatus rem inſtaurare aggreſſus, ante omnia Illuſt. & R. D. Archiepiſcopi Moguntini facultatem expetiit, quam ille nihil cunctatus perhumaniter conceſſit. Nos eam exſcribere non grauabimur, omninò ſic habet:

1627. Votũ Principis Naſſauij.

1630.

ANSELMVS CASIMIRVS *Dei gratiâ ſanctæ ſedis* Moguntinæ *Archiepiſcopus. S. R. I. per* Germaniam *Archicancellarius ac Princeps Elector. Vniuerſis & ſingulis præſentes noſtras litteras viſuris, lecturis ſeu legi audituris*, Salutem in Dño ſempiternam. *Expoſito nobis pro parte Ill. & Generoſ. Comitis* Ioannis de Naſſau *quod diuinæ gloriæ zelo accenſus, propagandæq; Religionis Catholicæ ſtudio intentus, votique ſoluendi causâ* Conuentum Ordinis S. Franciſci de Paula *in ciuitate ſua* Siegena *diœceſis noſtræ* Moguntinæ *conſtruere decreuerit, eoque Patres illius Ordinis ad reſidentiam inſtituendam per litteras euocauerit: prout etiam R. P. in Chriſto P. F.* Petrus Pijartius *Prouincialis Fratrum* Minimorum *in* Belgio *nobis humillimè ſupplicauit, vt dignaremur hanc illorum in præfata ciuitate* Siegena *noſtræ diœceſis ſtationem gratam habere, ſcripto noſtro clementiſſimè confirmare, & ad Conuentum ibidem ſtabiliendum noſtrum conſenſum impartiri. Nos conſiderantes animo quantùm aliis noſtris in vinea Domini iam conſtitutis fidis operariis, præfati fratres* Minimi *opis auxilijque ad prauitatis hæreticæ deſtructionem & populi Chriſtiani augmentum in Domino ſint allaturi, cœptum hunc Conuentum in præfata ciuitate* Siegena *& reſidentiam inſtitutam, ratam & gratam habentes, autoritate qua fungimur ordinaria, robur noſtri conſenſus accommodauimus & accommodamus per præſentes, ita vt ſine contradictione quietè ibidem in conſtructo Conuentu iuxta præſcriptum & Regulam Ordinis ſui, Religionis exercitia publicè & priuatim ad Reip. Chriſtianæ incrementum peragere poſſint. In cuius rei fidem, &c. Dat. ex arce* S. Martini *in ciuitate noſtra* Moguntina VIII. *die menſis Maij an. D.* 1631. Et ſignatum *Anſelmus Caſimirus Arch. Mogunt.* & in orâ reductâ *Ex mandato, &c. Nicolaus Gereon Cancell. Mogunt.* Appenſum Archiepiſcopi ſigillum in cera viridi, clauſum ligneâ pixide tornata vt moris eſt. Non licuit tamen optimi Antiſtitis gratia nec Principum liberalitate vti, per id tempus aut paulò pòſt ciuitate ab hæreticis occupatâ, qui vſque nunc prædæ ſuæ inſident. Tantum autem eximiis Principibus dolet has moras eſſe nobis iniectas, vt iam nunc de Cœnobio in Belgicis ditionibus conſtituendo cogitent, ni malint, quod noſtris in animo eſt, pecuniam quam tribuerunt iam atque numerauerunt ad parandas ædes *Coloniæ* quæ vrbs eſt inferioris *Germaniæ* ad *Rhenum* præſtantiſſima & opulentiſſima, collocari. Quam ad rem Illuſt. & *R. D. Franciſcus à Lotharingia, Virdunenſis* Epiſcopus & Archiepiſcopalis *Colonienſis* Eccleſiæ Decanus opem ſuam atque fauorem noſtris vltrò ſpopondit.

Cognomento *Vuamboldum* electus VI. Auguſt. ann. 1618.

1631.

4. Seriùs tandem accepimus, quod nos tamen præterire non debet, hoc ipſo anno & die XXIV. menſ. Iunij progreſſos in *Luſitaniam* Hiſpanos noſtros

Digitized by Google

1628. De Cõuent apud Vlyſ ſiponem & Legionem.

apud *Vlyſiponem* intra vrbis muros hoſpitium accepiſſe. Quod factum beneficio Nobil. & piæ *D. Annæ de Lima*, ſtudio autem & operâ *R. P. Didaci Quignonij*, quem *R. P. Ioannes Piña de Celis* pro tempore Prouincialis Hiſpalenſis, ac Generalis Vicarius ad eam rem cum mandatis miſerat vnâ cum *R. P. Alphonſo de Barros* Luſitano, vt ipſe mihi hac iter faciens ſanctè affirmauit. Tum verò *Vlyſiponenſi* Eccleſiæ præerat (quod ille itidem affirmauit) Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus *D. Alphonſus Hurtado de Mendoza*, qui eos benignè ac perhumaniter accepit. Et certè id peropportunè accidit noſtris qui Americam Indiamque cogitant. Eſt enim *Vlyſipo*, ſeu *Oliſipo*, aut etiam *Olyſippo*, quæ Plinio *Felicitas Iulia*, non autem *Salacia*, quod alij contendunt, celeberrimum & frequentiſſimum Nauale è quo in Atlanticum & Indicum mare quotannis maximæ claſſes ſoluunt. Situs illi eſt in promontorio *Magno* quod & *Oliſiponenſe*, incolis *de Lisboa*, quod & Vrbis nomen eſt, ad *Tagi* ripas vbi *Socienuũ* aquis inflatus latiſſimo alueo in Oceanum delabitur. Vrbis decora latino ſtylo plures proſequuti ſunt. Damianus à Goës ſingulari libello eius deſcriptionem, Braunius Iconem lib. 1. Tab. 1. dederunt. Diſtat *Toleto* leucis lxxxiii. *Hiſpali* lxiii. in Occ. à *Sacro* prom. xxx. *Portum* verſus. Hæc nos curſim de ampliſſimo Emporio & præclariſſima Vrbe deſignaſſe ſatis eſt. Verùm & is quem diximus *P. Quignonius*, proximè tunc fuiſſe vt noſtri *Legionem* inducerentur cum ab Hiſpania receſſit, etiam admonebat. Legionem inquam quæ cum ſit Vrbs Regni cognominis primaria neminiinon eſſe poteſt cognita. Ptolemæo *Legio* vii. *Germanica*, vel vt eruditiores legunt *Gemina* dicitur. Elata eſt ex ruinis *Sublancia*, quæ populariter *Sollanco*. Cognomen habuit olim Floris ſi Suritæ credimus. Fruſtra ſunt qui *Eleonam* & *Regiam legiam* dictam volunt vt eruditiores opinantur. Medio itinere ſita eſt inter *Valliſoletum* & *Onetum*, quod leuc. xxii. à *Burgu*, diſtat leuc. xxxiii.

1627. *de Lima.* *de Quignones.* *de Barros.* *Hurtado de Mendoza.* *Lisboa.* *Lisbona.*

1628. Conuentus Mortuaci.

1. PAuca in hunc etiam annum occurrunt annotanda, in quibus prima erit quæ rebus Sequano-Burgundorum facta eſt acceſſio. Vltrà *Veſontionem*, in Ortum, iuxta *Iuraſſum* montem panditur ingens, pulchra & fructifera vallis quam *Dubis* in peninſulæ modum ambit, in ea confœderati triginta plus minùs pagi ſeu vici vnica continentur parochia, nomen *Mortuacum* quidam, alij *Mortuam* nonnulli (niſi admodùm fallor) *Mortuam-aquam* eſſe volunt, quod popularibus eſt *Mortan*. Merula *Mortuam* habet, atque inſuper, ingens eſt, ait, ſed ſine mœnibus oppidum ſic nuncupatum quod cum vicis prædiiſq; ſuis in cauſam morticinæ poſſeſſionis ceciderit. De *Mortua-aqua* hoc in Catalogo Sacerdotiorum Cluniacenſium ſub Abbatia Balmenſi lego: *Prioratus de* Mortua-aqua (Mortault) *Veſontionenſis diœceſis vbi debent eſſe Priore computato quatuor Monachi & debet ibi fieri eleëmoſyna ſemel in hebdomada.* In vmbilico circumſtantium pagorum colliculus aſſurgit, quem ſibi ædificando Cœnobio noſtri comparârunt. Præpedita multis aduerſantibus initia *R. P. Franciſcus la Goutte* Prouincialis poſt inuocatum *S. Michaëlis* patrocinium facili negotio expediuit. Quâ de causâ prout animo ſtatuerat ac penè vouerat nomen à *S. Michaële* Cœnobio procurauit, quod Prouinciæ Patres in ſuis Comitiis probauerunt. Opus egregium prorſus atque ſplendidum ſecto lapide conſtat. Eccleſia perampla & magno populorum concurſu frequentata. Septum imprimis ſpatioſum vernans & irriguum. Gratus in omnem partem proſpectus. Sereniſſ. Belgarum & Sequanorum Principi *D. Iſabellæ Claræ Eugeniæ* Hiſpaniarum Infanti eo loco noſtros conſediſſe perplacuit, quòd paratum per eos ſit aduerſus proximos ſectarios firmum propugnaculum. Crux infixa magno populorum gaudio & ſacris cæremoniis ad diem Februarij xiii. hoc ipſo anno.

Conuentus Rupellæ

2. Per id tempus expugnandam perduellionis arcem in Gallia & damnatæ religionis validiſſimum propugnaculum Rupellam, Pius, Iuſtus, & Felix, Rex noſter *Ludouicus* XIII. ſuſceperat. Et ab anno quidem ſuperiore vaſtandi agri atque

Digitized by Google

1628. atque locandorum ad vrbem castrorum & quamproximè posset admouendo- 1628.
rum Illust. & Generos. *D. Carolo Valesio* Engolismæ Duci negotium datum est. Aduolat ille ac sua celeritate perduellium consilia & animos anteuertit, dum iter facit & *Surgeris* ad *Rupellanos* properat, ad opem & spirituale commodum militum qui sub signis erant aliquot è nostris qui eo loco agunt deposcit, memor, quàm salutaris eorum opera his, qui ad *Angeriacum, Cleriacum, Montem-albanum* aliaque loca militauerant, fuerat. Nostri tanto ad id iam nunc obsequium animosiores accesserunt, quantò videbant ad salutem Regni magis conducere, vt hæc malorum nostrorum lerna præcideretur. Egerunt igitur in castris ab eo tempore. Sed cùm loci firmitas & rebellium peruicacia obsidionem in longum extraherent, & iam munimentis ad hyberna considendum esset, postquàm necessaria edomandæ ciuitati opera perducta sunt, constituta etiam ædicula *B. Mariæ Virgini* sacra, iuxtaque cœmeterium inhumandis militibus, & aliis quos vel casus vel morbus absumeret, vtriusque procuratio nostris demandata est, qui & reuerâ omne officium indefesso studio præstiterunt, in quo etiam præstando plerique occubuerunt. Huius operis autor *Marillacus* Franciæ Marescallus, adeoque non longè à propugnaculo quod ad caput aggeris aduersus reciprocantem Oceanum exstructi defendebat in prominente terræ cuneo, quem *Coretillum* vocant, ædificari curauerat, & illud quidem cœpit ad XVIII. Ianuar. hoc ipso anno. Priùs autem fracti corporibus quàm animis perduelles & annonâ priùs exhausti quam repugnandi audaciâ in alteram hyemem producturi obsidionem videbantur; sed obsequendum necessitati tandem aliquando fuit, in quam eos Oceani Triumphator Deo auspice perduxerat. Igitur ad XXVIII. mensis Octobr. qui iustam contemptæ Maiestatis vindictam effugere non poterant, rebus iam omnibus destituti & ad extrema redacti Clementiam (quod sera posteritas mirabitur) non frustra tentauerunt, & ad deditionem accepti sunt qui ferre obsidionem non poterant. Ita decuit Elementorum & hominum triumphatorem suiipsius victorem esse, non denegatâ iis venâ qui oblatam vltrò humanitatem omnem recusauerant. Deinceps autem cum victoris arbitrio de summa rerum decernendum esset, Declarationem Clementiss. Princeps edidit, quâ leges debellatæ ciuitati dicit, autoritatem suam asserit, stabilitque Religionem, & maiorum sacra imprimis restituit, atque inter cætera capita, Cœmeterium ad *Coretilly* cornu seruari & permanere, nostrisque in perpetuum cedere, ac redemptis ex fisco ad eum locum octo terræ iugeribus Cœnobium inædificari, vt & Deo cultus & in Regis obsequio defunctis salus & memoria constet, edicit. Perscripta Declaratio mense Nouembri apud Rupellam, ad XV. insequentis Ianuarij, Rege pro tribunali sedente, in supremo Senatu recitata, promulgata, & Actis, omnium Ordinum gratulatione, inscripta est. Qua de re cùm audissent Patres Barcinone congregati hoc suæ gratitudinis monimentum in Actis etiam suis extare voluerunt: *Postmodùm ad petitionem R. P. Generalis gratulanti animo acceptarunt Patres Conuentum* Rupellensem, *quem deuictis fidei hostibus, compressa Rebellium contumacia, pietas Christianissimi Regis Galliarum* Ludouici XIII. *Ordini nostro consecrauit, ne militibus, quos viuos in castris charitas fratrum nostrorum eximiè erat prosecuta, mortuis opportuna deessent suffragia. Huius piæ liberalitati perennè sceptrum, frequentes victorias, vberem gratiam, amplam sobolem exoptant omnes & gratius ex intimiore proferunt cordis recessu.* Ædis tamen permansuræ fundamenta nonnisi an. 1630. iacta sunt prærogatâ facultate à *R. D. Michaele Raoul* Santonensi Episcopo ad XXX. Iunij. Res amplius & liquidius constabit ex primarij lapidis inscriptione quæ sic habet:

Pointe de Coretille.

Anno à partu Virgineo M. DC. XXX. *Idibus Iulij: Vrbano VIII. Summo Pontifice: Ludouico XIII. Rege Christianissimo, eius nomine Nobiliss. D. D. Gaspar Coignet dominus de la Thuilerie à Secretis Regis Consiliarius, libellorum supplicum Magister, necnon in Prouinciis Pictauensi, Xantonensi, Engolismensi, ac Ciuitate Rupellana Iustitiæ Antistes integerrimus, hoc mo-*

Digitized by Google

1628. *numentum posuit, sua Christianissima Maiestate pro deuicta Hæresi fu-* 1628.
gatisque Anglis Deo Opt. *Max. gratias agente Beatissimeq; Virgini huius-ce Ecclesiæ Minimorum Patronæ meritissimæ.*

Sed & altera inscriptio limini affigenda rem totam clariùs edisserit, ea est huiusmodi:

DEO. OPT. MAX.
IVRIS REGVM ZELANTISSIMO TVTORI OMNIPOTENTIQVE
EXERCITVVM DOMINO,
NECNON VIRGINI DEIPARÆ GLORIOSÆ HÆRESEON DEBELLATRICI,
GALLICORVM LILIORVM PERPETVAE IRRORATRICI.

Ludouicus *cognomento* Iustus, *Galliarum & Nauarræ Rex, in Rebelles Fortis, Vindex, Catholicus, Poliorcetes, has sacras ædes cum Monasterio memoriale perenne Rupellæ quondam rebellionum Arcis Regno infestæ, Regibus inuisæ, à quinque obsessæ, semper inuictæ, iam regia per semet magnanimi vigilantia, consilio, diligentia, & indefesso animi robore D. D. de Richelieu Eminentiss. S. R. E. Principis, generalis exercitibus regijs Præpositi, beneficio prodigiosi aggeris maria occludentis: sed Dei nutu insolentissimi Caluinianæ sectæ populi extrema fame & peste peccata punientis: tandem, inuitis terra marique & ex parte apud Reorum Insulam profligatis maioris Britanniæ Regis copiosis & instructissimis auxiliaribus copiis: quindecim mensium obsidione expugnatæ, expurgatæ, Ecclesiæ Romanæ & Regno redditæ: Manibus hîc dormientium militum perpetuum refrigerium, Religiosis Minimis humilis & fidelis in Regem, charitatis & piæ sollicitudinis in milites præmium: religiosissimè, magnificentissimè, liberalissimè, consecrauit, dotauit, donauit, Anno D.* M.DC.XXX. *regni sui* XX. *ab vrbe dirutâ* II.

Frustrâ post hæc tot carminibus, tot libris, tot oribus decantatam Regis nostri victoriam prædicauero, de qua id non minus verè quam breuiter ex tunc vulgatum est:

Debellatis terra mariq; hostibus, prostratâ hæresi, victâ Orbis inuidiâ,
Rupella tandem captâ
Regi triumphum, Cælo vindictam, Terris quietem dedit.

Frustra in nostros beneuolentiam beneficentiamque optimi Principis laudauero, quæ ad omnes & singulos pertingit, hosteſque ipsos non planè aspernatur. Perpetua & victoriæ & beneficentiæ vigebit apud nostros memoria, quam, vel ex ipso nomine *B. Mariæ Victricis*, quod post expugnatam vrbem ædi suæ optauerunt, recolent. Solet illi etiam à loco nomen fieri, cùm per indigenas dicitur Nostra domina ab aggere vel mole, mole inquam illa quam inaudito conatu & ausu Rex Inuictiss. furenti Oceano præstruxit, & obiecit, ex quo certissimum victoriæ monumentum constitit, vt non immeritò hac epigraphe à studioso illud opus dicatum sit: *de la Digue.*

Ad perpetuam Victarum Gentium memoriam
Rex Inuictiss. Ludouicus XIII.
Hoc audax stupendi Operis miraculum
Partæ, armis, terrore, arte, victoriæ
Monimentum
Iræ, Clementiæ, Magnitudinis, specimen
Vrbis captæ opprobrium & dedecus
Maiorum vltioni, Posterorum securitati, suæq; Gloriæ consecrauit.

Digitized by Google

1628. Sed plus satis in hæc excurrimus qui non scribimus historiam. *Rupella* denique innumeris celebrata scriptoribus præconio nostro non indiget. Veteribus *Portus Santonum* fuit. Distat *Santonis* leuc. x. in Occ. *Lucióne* VI. in meridiem. 1629.

3. Nostri qui ab annis non multis *Taurini* agebant facto ad hunc annum progressu res suas nonnihil promouerunt. Vltrà ipsum scilicet *Taurinum* quantùm est vnius alteriusque diei (vt nostri definiunt) iter, in agro *Astensi* & Mediolanensium ditione ac diœcesi *Papiensi* defluit *Tinella* fluuius vallemque cognominem irrigat, in qua quidem est B. Mariæ Virginis ædicula, quæ & ipsa nomen à præterlabente fluuio inuenit. Solet autem illa magno concursu ab accolis frequentari, miraculorum causâ quæ inibi multa & sæpè patrantur ad ipsius Deiparæ imaginem, quo fit vt votiuis tabellis ac muneribus vndequaque collustretur. Et ædiculam quidem vt nostri acciperent fategerunt Nobil. & Gener. viri Comites *de S. Marsasso* & *Roberty*, quorum vota omni ope adiuuit Augusta Princeps nostra *Christina*, effeciteque vt qui eam iam antè incolebant nostris cederent, probante Per-illustri & *R. D. Fabricio Landriano* Papiensi Antistite atque Comite in gratiam Optimæ Principis, quæ id perrogauerat. Ex quo autem in illam ædem nostri concesserunt auctus Deiparæ cultus necessitatem fecit amplificandi operis & maioris basilicæ exædificandæ, quod populorum studio ac nostrorum opera & labore factum, *R. P. Bartholomæus le Vieux* ibidem Vicarius Generalis & ampliùs à nobis per aliam occasionem laudatus, nobis per litteras significauit. Sed &, præter eos quos diximus, beneficum ac liberalem in nostros Illustr. D. Comitem *Boëto*, atque hoc anno initam possessionem mense Septembr. non inutiliter annotauit. Conuentus Tinellæ.

4. Ad funus properandum quod supremus annus dedit. *R.* nimirùm *P. Franciscus Tellerius* extremum cum anno diem habuit. Natus Parisiis honestâ familiâ, Ordinem nostrum adolescens complexus, magnique Iosephi patrui sui exemplum secutus, breui profecit in omni virtutum & litterarũ exercitatione. Laboris tolerantissimus fuit. In acutissimis & acerbissimis doloribus magnam vitæ partem exegit. Doloribus maior illi patientia & cum illos spontaneis grauibus & statis macerationibus exasperaret, hanc à pœnitentia nunquam diuelleret, ad easdem virtutes alios exemplo & verbis animabat. Plures familias ac tandem Franciæ Prouinciam rexit præcipuo animi candore. Ingraueſcentibus per ætatem & labores doloribus patientiam firmauit, & mortem (quam longùm meditatus fuerat) lætus excepit, atque ita est ad patres suos appositus Nigeoni anno altero ineunte cum pridiè mortem oppetiisset. *Le Tellier.* Ob. P. Fr. ciscus le Tellier.

An. M. DC. XXIX. 1629.

1. TEmporis ordo exigit vt à rebus nostris apud *Carcassonem* hunc annum ineamus. Dira lues Septimaniam populabatur visque præcipua Carcassonem insederat. *R. D. Vitalis de l'Estang* Carcassonensium Antistes meritissimus vt accensam furoris diuini facem restingueret curam omnem egit, & pastorali sollicitudine allaborauit. At verò cùm nihil proficeret aduersus inflammatum pestilens tabum, post omnia piissimus Antistes ædem sacram positurum se SS. Rocho & Francisco de Paula, & adiacentem Conuentum Minimis extructurum vouet. Continuò autem votum suum Clero Populoq; significat, quibus è re sua visum est horum tutelarium opem omni modo promereri. Habitum à Ciuibus Concilium die Ianuarij IX. in ius ciuitatis nostros accepit, & de Cœnobio in suburbiis Carcassonæ superioris ædificando decreuit. Vocatus interim à religiosissimo Præsule Biterensis Corrector præstò adfuit, qui biduo post plebiscitum, domos hortosque in Traballensium suburbiis comparauit, quibus ad rem diuinam religiosamque commorationem, vt decebat apparatis solemni ritu Reuerendissimus Episcopus crucis trophæum infixit & erexit. Factum id Februarij mensis die IX. ex qua in futurum nostri *Carcassonem* incoluerunt. Qua de re ad Patres *Barcinóne* considentes relatum, non frustra (quod olim fuerat) cessit. De situ hæc ad me pronuper *R. P. Petrus d'Agut* à nobis Conuentus Carcassonæ.

1629. laudatus meritoque laudandus accuratissimè perscribebat. Conuentus Carcassonensis situs est in suburbiis *Trebaliensium Carcassonæ* superioris, non procul à ponte lapideo quo fluuius *Atax* traijcitur, iuxta viam latam seu militarem secundùm quam Sacellum in quo nostri sacra faciunt extenditur inter ipsas suburbiorum ædes, in loco tamen satis spatioso & commodissimo. Nam inter duas Ciuitates superiorem & inferiorem *Carcassonum* quasi mediâ viâ ponitur, ab ortu ipsam superiorem vrbem habet: à meridie viam qua itur in suburbia *Barbacanensium*: ab occasu fluuium *Atacem* (via & æde intermedijs) pontem & in alterâ ripâ inferiorem *Carcassonam*: ab Aquilone viam militarem quâ *Narbonam* iter est. Et *Carcasso* quidem seu *Carcassona* leuc. x. *Narbona*, xiv. *Tolosâ* distat. frustrâ verò post tam exactam descriptionem aliud quidquam adiecerim nisi fortè reponamus quod non potuimus tempestiuè meminisse, videturque nostris in pignus promerendæ *Carcassonæ* tantò prius exitisse. Ab anno nimirùm 1583. *R. P. Martinus Rossellus*, vir admirandæ doctrinæ & verbi Dei concionator eximius, Carcassonæ per ferias quadragesimales eidem verbo Dei prædicando insistens sanctissimo fine quieuit, cuius funus publico sumptu Clerus Carcassonensis curauit, & in maiori Ecclesia in ipso Chori aditu ad dextram honorificè deposuit. Annos xxii. egerat in sanctissima professione præclaris interim muneribus perfunctus ac nuper etiam Prouincialatu. Et hunc cùm omnes ob ingenij animique præclaras dotes admirarentur, ipse sibi vilis & despicabilis per summam humilitatem videbatur, adeoque corpus duriter habebat & continuis macerationibus subigebat. Potens quidem sermone, at opere multò potentior vt qui exemplo & facto quibusque ad omnia præluceret. Immaturum præstantissimi viri fatum Aquitanis acerbissimum fuit, qui hodieque damnum suum sola virtutis eius atque sanctitatis opinione consolantur.

1629. *Aude.*

1583. *Carcassom. Narbone. Tolosæ.*

Obit. P. Petri Hebert.

2. Et quando instituimus ex temporis ratione res anni huius persequi, supremæ necessitatis ex continenti mentio pertractanda. Ipso enim Februario mense *R.* admodùm *P. Petrus Hebert* in libertatem filiorum Dei ad quam indesinenter aspirabat eductus est. Nihil tam excelsum de virtutibus eius dici potest, quin deficiat potius oratio quàm exuberet. Scripsimus olim tumulum qui animi quidem erga eum nostri obses esse possit, virtutis autem eius atque meriti nonnisi adumbratio leuissima. Is sic habet:

R. P. PETRVS HEBERTVS
VERNONIENSIS
ANIMO ET SENSV INTER MINIMOS VERE MINIMVS,
RE AVTEM ET FAMA NVNQVAM NON MAXIMVS,
REM PRÆSTITIT
PIETATE SINCERA, VIRTVTE SOLIDA, DOCTRINA SINGVLARI,
QVÆ TRES ILLI COMITES INDIVIDVÆ
IN CONCIONIBVS, IN CONVICTV, IN COLLOQVIIS
FAMAM PEPERERVNT
DICTA, FACTA, DIGNITATES.
DIXIT
ELEGANTER, SVAVITER, FORTITER,
QVA PRIVATIM, QVA PVBLICE
FECIT
SCRIBENDA, IMITANDA, ADMIRANDA.
DIGNITATES ADMINISTRAVIT
ANTE AC POST SVPREMAM IN ORDINE SVO
OMNES
AD IPSARVM DIGNITATVM DECVS ET INCREMENTVM.

CVM

Digitized by Google

1629. CVM PRIVATIM EGIT 1629.
NOMINIS SVI REVERENTIA NIHILO MINVS OBTINVIT
MORIENS DESIDERIVM RELIQVIT
ET SVI
ET ALTERIVS QVI PARIA POSSET FACERE AVT CONSEQVI.
A DIE XXVIII. MENS. FEBRVARII AN. M. DC. XXIX.
Hoc nobis vsque nunc dolet.
Abite & lugete.

Breuius hoc Elogium quod etiam quandoque adſcripſimus: R.P. Petrus Hebertus Ordinis Minimorum XXXII. Generalis vitæ innocentia, morum ſuauitate, animi pietate, gubernandi peritia & gratia ſingularem apud ſuos veneratione promeritus obiit Nigeoni, &c. Nec difficilius quidem per ſingulas rem ediſſerere, quàm hæc generatim deſignare. Putas enim (vt obiter nonnihil ſubindicem) ſcribenda non ſunt & diligenter recolenda quæ altè animis hominum infixit ſapientiæ verba, pietatis incentiua, eruditionis oracula? Nihil ab ore illi excidebat quod non ſuauitate conditum, moderatione caſtigatum, ſapientia plenum, gratum auditoribus & ſalutare accideret. Ad caſtigationem vehemens & acerbus, ad cohortationem fortis & accenſus, ad laudationem dulcis & copioſus, ita partes omnes boni Superioris domi & Concionatoris foris implebat, vt cùm probos ad inſiſtendã perfectionis viã mirabiliter excitaret, remiſſos & ignauos ad viuum pungeret, improbos verò ad ruborem ſuffunderet longéq; perterrefaceret. Singularia quædam eius dicta præſtaret colligi, nihil aut acutius aut profundius Antiquitas extulit. Verùm hæc & alia non per occaſionem & curſim ſcribenda ſunt. Quæ verò non virtutum exempla eius nobis imitatione relicta ſunt? Angelica corporis & animi puritas: Sui & reliquarum omnium rerum ſumma deſpicientia: Integritas totius vitæ & actionum: Seceſſus amor & ſtudium: Orationis exercitatio & aſſiduitas: Intentio ad res diuinas irremiſſa: Conuerſationis honeſtas, grauitas, iucunditas; virtutes denique omnes & ſingulæ in eo tanquam in exemplari expreſſæ ac perfectæ refulgebant. Denique num & hæc admiranda quæ vel præſtitit ipſe vel promeruit? Fecit certè quod vulgus hominum non ſolet quod præſtantiſſimi quique rarò faciunt, cùm Aduenſem Epiſcopatum, ab Eſpernonio Duce (cui magna ſemper in veneratione fuit) vltrò ſed & importunè oblatum nunquam accipere voluit, cùm ſupremum ſui Ordinis magiſtratum quem preclariſſimè geſſerat iterùm ſingulari animorum conſenſione deferendum ſtudioſiſſimè declinauit, cùm alias dignitates impetrata clanculùm omni munerum vacatione poſt legitimam vnanimémque electionem refutauit, aliaque omninò perfecit quæ vni *Heberto* propria poſſint videri. At quantò maiora, quantò digniora quæ promeruit? Certo per Deum iudicio ad ſupremam in Ordine ſuo dignitatem vocatus eſt. Diuinus eum ſplendor cùm ad Altare ſtaret viſus eſt circumfulſiſſe. Auditi non ſemel Angelici concentus qui orantem recrearent & cœli candidatum ſalutarent. Hactenus hæc tenuiter libaſſe ſufficiat.

3. Recurrit ad Aprilem menſem magni nominis non vmbra quidem, ſed rediuiua imago. Alter nimirùm *Franciſcus Paulanus*, qui vt ciuis ſui vitam per ſe imitatus eſt, ſic à Deo non diſſimilibus gratiis effulſit. Nam & miraculorum virtute, propheticæ dono, curationum munere aliiſque dotibus magno parenti ſuppar fuit. Hunc Neapolitani extulere ad XXI. deſignati menſis, moxque ad alterum menſem cùm feſtiuitas B.P.N. in patronum ſuſcepti perageretur hoc eius memoriam ſymbolo & elogio conſecrarunt. Appictum erat Aluearium in quod apes rege ſuo præeunte inuolabant, idque hoc verbo ſignificatum *Te duce*, ſuberat Elogium quod ſequitur: Ob. P. Franciſci de Paula.

Digitized by Google

1619. D. FRANCISCVS A PAVLA 1629.
SOBOLEM ALTERVM FRANCISCVM
EX EADEM PATRIA ENVTRIVIT,
QVEM VITA IN CALABRIA, SICILIA, ET HISPANIA
MORS NEAPOLI REDDIDIT ILLVSTRIOREM.

Describitur à Cæsare Capaccio libro quem mox laudandum habemus, atque is addit, ante quartum diem sepulchro non potuisse corpus inferri, dum omnis generis homines ad illud visendum & venerandum facto agmine atque impetu concurrunt. Isnardus addit per id tempus quamplura miracula edita fuisse, atque inter cætera visum cæco cuidam à nativitate fuisse restitutum, &c. Per eam verò turbam cum plagâ cutis perstricta fuisset copiosus sanguis manauit, quem plerique ore appositò hauserunt, reliquis tamen phialis duabus quas nostri collegerunt. Visebatur ad sacrum illud pignus ferrea catena libratum quadraginta quam ab annis viginti quinque corpori circumductam portauerat. Nihil fuit eius quod non in prædam populo cesserit, vt etiam olera & arbores quas plantauerat euulsisse atque abstulisse religioni ductum sit, ea sanctitatis opinione habitus est. Annos natus erat LXXXVIII. quos penè integros in sancta professione transegerat. Non defuturos è nostris, qui res eius accuratè & copiosè scribant, speramus, è quibus quidem & meritò non contemnendum, sed iustum volumen confici posse non dubitamus, nobis verò in eam spem hæc breuiter præmisisse satis erit.

B.P.N in Patronum Neapolis suscipitur.

4 Sed quando ex temporis ordine agimus reuoluenda iam nunc pompa quam Neapolitani patrono suo detulerunt. Habitus quidem communibus votis, ex quo in Sanctos relatus est, pro tutelari & patrono Neapolitanorum, B. P. N. vt qui naturæ quodam iure terras, è quibus ortum accepisset saluas & incolumes velle, ac quibus poterat modis præstare tenebatur. Et certè qui de Neapolitanis patronis olim scripserunt cum aliis quoque annumerant. Nondùm tamen stipulatio vlla Ciuibus cum nostris intercesserat, quâ constaret acceptum cum esse publico Ciuium decreto aut sententiâ. Sed anno demum 1625. cùm à circumstante pestilentiâ periculum esset, bellumque immineret, ac propè esset vt deficeret annona, Patritiis per suas sedes ac plebi cõuenit, vt à *Francisco* nostro aduersus ea mala patrocinium quæreretur, adeoque solemni omnium Ordinum stipulatione in tutelarem allegeretur. Ad diem 11. Nouemb. delati ex singulis Ordinibus qui publicâ fidem nostris obligarent, quod factum in nostro *S. Ludouici* Cœnobio, coràm Generali Ordinis *R. P. Simone Bachelier*, qui totius Ordinis nomine pactum accepit & decantato in gratiarum actionem SS. Ambrosij & Augustini hymno gratias habuit. Ipsi delecti, ciuium nomine ad Aprilem insequentem stato per Ecclesiam die festiuum Patrono suo cultum deinceps habendum deferre cœperunt. Interim apparatur solemnior quædam pompa qua suus Patrono proprius (vt ita dicam) & peculiaris honos constaret. Sed multis per tempus incurrentibus ad hunc annum prorogata est, quo tandem ad designatam diem mensis Maij XXVII. quæ fuit Dominica infra Octauam Ascensionis Christi, peracta est. At eius ego magnificentiam haud facilè complecti possim quam singulari & integro libro V. Cl. Iulius Cæsar Capaccius perscripsit sub hoc titulo *Descrittione della Padronanza di S. Francesco di Paola nella Città di Napoli*, *&c.* Quid enim, aut celebritatem supplicationis quam omnes Ordines splendidissimè instituerant referam? aut sacrarum ædium siue viarum totiusque ciuitatis ornatum percensebo? aut carmina, elogia, inscriptiones, monumenta vbique prostantia replicabo? aut data lætitiæ publicæ signa memorabo? aut elatum in maiorem Ecclesiam sanctissimi Patroni simulachrum ex argento, sacro eiusdem osse dicatum in oculos reducam? aut octiduum summæ & luculentissimæ celebritatis per singula prosequar? aut procerum largitiones, populi studia, Cleri vota, plausum acclamationemque omnium verbis reddam? Multa quidem digna quæ publicentur, sed quæ Italis Capaccius indulsit, hæc nostris

1625.

Felitus liber ann. 1631. apud Ægidium Longum, Neapoli.

Digitized by Google

1629. noſtris data hominibus à *R. P. Ambroſio Granionio* libro edito Pariſijs an. 1634. apud Iacobum Villery, ſic gratulamur, vt nobis factum operæ compendium arbitremur & gaudeamus. Id modò reticendum non videtur, *RR. PP. Michaëlem Torres* ex Ordine Prædicatorum, *Ferrandum Gambacurtam* Societatis Ieſu, *Franciſcum à Mauro* ex Ordine Minorum Conuentualium, *Ignatium Verdoliſium* noſtrum *à Neapoli* cognominatum, *Albertum Barram* Carmelitam Card. Archiepiſcop. Theologum, *Laurentium Brancaccio* Carmelitam excalceatum, *Antonium Terruſium* Minoritam Conuentualem, *Ioannem Baptiſtam Monteſanum* Minoritam excalceatum, magnam per ſe celebritatem ſuâ eloquentiâ per octo conſequentes dies maiorem effeciſſe, anniuerſariam verò eiuſdem feſtiuitatis memoriam præſente Prorege Duce *de Alcala* celebratam à noſtro *R. P. Ioanne Baptiſta à Iuliana* Cardinalis Sauelli Theologo. 1629.

5. Per id tempus quo *Neapolis* exultabunda tutelarem ſuum omni officio ambiebat initus apud *Barcinonem* generalis ex Ordine Conuentus. Numero quidē & merito eorū qui conuenerunt nulli ſecundus qui ad hęc celebratus ſit, exitu tamen haud ita fortunatus, quare non multis inſiſtam in iis commemorandis quorum non poteſt eſſe iucunda memoria. Suborta difficultas, ſi antè quadriennium ſublectus Camarto Generalis iterum poſſet per inſequentes annos ſex præfici, Hiſpanos inter ſe & pleroſque Italos ex vna, & Gallos pleroſque omnes & non paucos Italos ex altera parte, diuiſit, cùm alij reeligi poſſe contendunt, alij negant. Illi numero hi iure prævalebant. Non licuit tamen per temporis anguſtias controuerſiam ex iure ac lege conſtituere, datâ igitur iuris exceptione his qui repugnarent, ex plurium ſententia ineundam electionem R. D. *Ioannes Sentis* Epiſcopus Barcinonenſis pronunciauit & mandauit. Fuerat enim optimus Antiſtes in eius Congregationis moderatorem ac Præſidem rogante *Philippo* IV. Hiſpaniarum Rege potentiſſ. & mandante Illuſt. & R. D. *Ioanne Baptiſta Pamphilio* Patriarcha Antiocheno Apoſtolico per Hiſpanias Nuncio, mox autem S. R. E. Card. eminentiſſ. acceptus. Sed qui ex iure diſceptabant actionem ſuam non remiſerunt, Electio igitur quæ in prædictum antiquum Generalem inciderat, & aliæ poſt eam ſubſecutæ Sedis Apoſtolicæ iudicio quod in alterum annum diſtractum eſt, reſciſſæ ſunt. Erit cum de illo tempeſtiuè meminerimus. Eodem autem illo Iudicio Acta reliqua confirmata ſunt, quæ vt ſummatim percurramus. Calendis Iunij Patres ſe in interiorem conſeſſum receperunt, quem *R. P. Simon Bachelierus* Generalis eleganti & fuſa oratione initiauit, ex hoc ad diem ſanctum Pentecoſtes perlectæ & recognitæ Commiſſorum litteræ, cùm interim à Rege ac Nuncio R. D. Epiſcopus adfuiſſet, atque ad extremum *R. P. Petrus d'Agats* generalis Collega Gallus ad Acta excipienda cooptatus fuiſſet. Ipſo Pentecoſtes die qui fuit III. Iunij diſceptatio, quam diximus, animos in partes diſtraxit. Deinceps verò per tres ſeſſiones conſtituta quamplura ſunt, in quæ, quando ita conſtitit, non inquirimus; comprobata forma eligendi Generalis quam Pontifex ea conditione ſanciuerat; Eminentiſſ. Protectoris Iudicium de renunciantibus autoratum eſt, &c. placuit vt Zeloſus apud Sedem Apoſtolicam ageret de referendis in Beatos *R. P. Petro Moreau*, *DD. FF. Andrea Popolo*, *Ioanne à Sancta Maria*, de quibus in anteceſſum memorauimus, ac denique Viro (vt habent eadem Acta) Apoſtolico D. *Ioanne Rodrigo à Sancta Marina* Sacerdote Ordinis noſtri Tertiario miraculis claro, cuius corpus conditum & incorruptum aſſeruatur in Eccleſia noſtrarum Monialium Trianenſium, quod vnum de tanto viro reſciuimus per horum Actorum occaſionem: in acceptum relata non pauca per diuerſas Prouincias Cœnobia, ex quibus hæc ſunt quorum origo prius non innotuit, omnium quidem per *Germaniam* quæ nuper autoritate Apoſtolica in Prouinciam coaluerant, *Catona* in Calabria, *Minoriſſa* & *Dertuſa* in Catalaunia, *Caſenna* in prouincia Lauretana, *Claieta* in Ducatu Burgundiæ, de quibus tamen haud antè quidquam retractandum eſt quàm finem congregationi factum indictis *Lugdunum* proximis Comitiis dixerimus.

Capitulum Gc. XXXVI.

Rodrigo à S. Marina.

6. Age igitur iam nunc videamus vt ſe habuerint res noſtræ in *Germania*? Cùm

1629. Recuperatio Germaniæ. Conuentus Pragæ.

pulsis Bohemiâ factiosis, pax Germaniæ restituta fuisset, atque in sua Ecclesiastici reuocarentur pietate & liberalitate Piiss. & Potentiss. *Ferdinandi* II. Imperatoris semper Augusti, *R. P. Franciscus Richardus* Sequanoburgundus hanc recuperandæ, quæ ab Ordinis initio constituta fuerat, Germanicæ Prouinciæ peropportunam occasionem ratus, suggessit consilium suum *R. P. Ægidio Camarte*, qui eundem Vicarij Generalis nomine cum mandatis ad Imperatorem destinauit. Imperator pro sua benignitate, clementia & charitate, perhumaniter excepit ad se venientem, nec modò ad recipienda, quæ per tempus exciderant, autoritatem præstitit, sed quamplura de nouo contulit, potestatemque fecit Ordinis per vniuersam *Germaniam* inducendi, constituendi, stabiliendi. Cumprimis verò (vt habent Acta Barcinonensia) *augustam celeberrimamque* S. Saluatoris *Ecclesiam cumpalatijs adiacentibus, omnique ad eam pertinenti fundo dedit in Ciuitate veteri Pragarum.* Atque hoc Optimo Principi gratulabatur *R. P. Franciscus Victonius* dicatâ B. P. N. historiâ sub hoc inscriptione: 1629.

Inuictissimo Cæsari
FERDINANDO II.
Romanorum Imperatori,
Hungariæ, Bohemiæ, &c.
Regi
Potentissimo
Pio, Catholico, Victori,
Semper Augusto
De Hæreticis perduellibus
Triumphatori
Ob restitutum
Per Romani Imperij ditionem,
Atque celeberrima
S. Saluatoris æde
Collegioque profligatorum,
Lutheranorum Pragensi,
Primùm donatum Ordinem
Minimorum
Hanc de vita & miraculis
S. Francisci à Paula
Sui Seculi Thaumaturgi
Atque eiusdem Ordinis
Institutoris
Historiam
Grati animi monimentum
Argumentum
Pro vniuerso Ordine suo
Posuit
F. Franciscus Victonius
Sacerdos Theologus,

Atque

Digitized by Google

1629. *Atque* 1629.
Ipsius S. Francisci ex sorore
Pronepos
Anno Iubilæi M. DC. XXV.

Ac Patres ipsi *Barcinone* considentes, eidem sacræ Cæsareæ Maiestati gratias immortales rependerunt, & meritissimum Fundatorem acclamarunt, atque in tanti beneficij memoriam suæque Maiestatis reuerentiam *Pragense* hoc Cœnobium Prouinciæ caput esse voluerunt. Sed nec animo aut gratiâ defuit Illustrissimus & Reuerendissimus D. *Ernestus Adalbertus ab Harach* Pragensis Archiepiscopus, postmodùm ab *Vrbano* VIII. in Eminentiss. Patrum Collegium allectus. Enimuerò quantum res nostræ per nouissimos tumultus mutauerint non audiuimus. Certè in nullo mutauit beneficentissimi Principis animus, imò suorum insuper affectu & beneuolentia confirmatus est. Nuper siquidem nunciatum nobis est Sereniss. Bohemiæ & Hungariæ Reginam *Mariam Austriacam* Hispaniarum Infantem *Ferdinandi Ernesti* Imp. F. consortem, ann. 1632. ad XXIX. mensis Octobris nomen tertio Ordini nostro dedisse, ac prolis gratiam quam deposcebat assecutam fuisse, vt quæ proximo Februario mense prægnans renunciata sit, nouissimè autem ad VIII. mens. Septemb. fulgentissimum puerum enixa, cui *Ferdinandi Francisci* nomen in baptismo datum, quod ille primùm in domum Austriacam inuexit. Hunc autem pronuper nostro Triplotio Germanica visitatione fungenti benedicendum pia mater offerebat, quam ipse mihi rescribebat voti & religionis causâ religiosam Monialium nostrarum vestem detulisse. Tantùm abest vt ob aliam rationem regio pusioni Francisci nomen impositum sit, quod videri vult Balthazar Corderius epistola ad Eminentiss. Card. Dietrichstainium. Enimuerò non hoc vno pignore Austriaca domus per merita B. P. N. ad hoc tempus donata est. Nam & Illustrissima & Excellentiss. *D. Claudia Medicea* Ducis Vrbini vidua *Leopoldi* Archiducis ab an. 1625. consors, quinto post anno prolis gratiam per eiusdem B. P. N. interuentionem post factum votum promeruit, quæ & ipsa *Triplotij* nostri benedictionem cùm Oeniponte transiret charissimo pignori expetiit, quinetiam de nostris in eam vrbem inducendis si per bella quæ feruent licuisset oppigneratam fidem exoluisset. Denique nostros *Pragâ* non excessisse per nuperos belli turbines non satis tamen certo rumore accepimus. De *Pragâ* porrò Æneam Syluium audire præstat. *Praga* (inquit) Regi Pontificique honesta sedes, neque minor neque ignobilior Etruscâ *Florentiâ*, tres in partes diuisa queis nomina indidere paruam Pragam veteremac nouam. Parua sinistrum latus *Maltanæ* fluminis occupat collique coniungitur in quo sita est Regia, ac sancti Viti pontificale augustumque templum. Vetus Praga in plano iacet, vniuersa magnificis operibus adornata, inter quæ Prætorium & forum, & lætam curiam, & collegium mirificis efferunt laudibus: iungitur autem minori Pragæ lapideo ponte XXIV. arcuum. Nouam ciuitatem à veteri fossa disiungit profunda, vtrinque munita muro, & in quam facilè fluminis aqua deriuari potest. Hæc quoque ciuitas ampla est & ad colles vsque protenditur, quorum alterum S. Caroli alterum, S. Catharinæ appellant, tertium Vicegradum, in arcis modum exædificatum, vbi & Collegium est, cuius præpositum & Cancellarium regni & principem vocant. Pragæ laudes Scaliger hoc carmine cecinit,

Prag.

Molda.

Septa metallifero circum quæ monte superbis
Hercinia in medio Martia Praga *sinu.*
Linque alijs populis tantæ munimina sedis,
Qui nequeant armis iura tenere loci.
Namque tuum est non præsidio turgere locorum,
Sed loca præsidijs fidere posse tuis.

De etymo relegendus Dubrauius Histor. Bohem. l. 2. Hoc tantum addo, quibusdam *Babiemum* aliis *Marobudum* videri, sed plures dissentiunt. Hæc autem

Digitized by Google

1628. nuper cùm relegeremus, ipso momento incidimus in posthumum librum R. 1629.
P. Dominici Grauinæ Ordinis Prædicatorum, cui titulum *Congeminatæ vocis turturú* fecit Ill. D. Augustinus Ardinghellus, qui eum hoc anno 1633. Neapoli typis Scorrigianis edendum curauit, in quo quidem de nostris Pragæ acceptis in hæc verba meminit. *Sed & aliæ Religiones Mendicantium, præter Carmelitas, eodem tempore* Pragam *admissæ sunt. Nam vt scribit in sua* Germania sacra *Illustriss. Episcop.* Auersanus (Carolus nimirùm Carafa tunc Apostolicus per Germaniam Nuncius) *post traditam basilicam parochialem ab hæreticis occupatam Patribus Carmelitis discalceatis, Patribus Ordinis S. Francisci de Paula, alia Ecclesia hæreticorum Vrbis veteris data fuit ad erigendum illius Ordinis Cœnobium, in compensationem eorum quæ quondam rabies Hussitica perdiderat. Memoratu res digna & à curiosis pijs obseruata, in hac enim Ecclesia, & in omnium ianuis domus ipsi adnexæ in qua Prædicantes habitabant, quæ Minimis Patribus consignata fuit, repertum est illud insculptum,* Quod vni ex Minimis meis fecistis mihi fecistis, *quod est eorundem Pacum stemma, ac si nouæ Caiphæ prophetassent, Ecclesiam & domum illam futuram Religiosorum Minimorum: & ex cultura huius vineæ insignis fructus speratur, quando eandem Germaniam (vbi circiter fratres centum à Lutheranis trucidati) suo cruore irrigarunt, vt in cæteris partibus præstiterunt, vt iis illud Isaiæ meritò adaptari possit:* Germen plantationis meæ ad glorificandum. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam: ego Dominus in tempore eius subitò faciam istud. *Crepet medius Vindicianus, nam si eos pepones, allia & nasturtia* (quod de omnibus in regno Theutonico regularibus prædicat) *volueris appellare, super cedros exaltabis ille qui ponis humiles in sublime, & humiliat peccatores vsque ad terram.* Et hæc quidem de nostris *Pragam* inductis iam antè audieramus, at hoc alterum non minus memorabile. Postremis tumultibus cùm Praga in partes Saxonum concessisset, iamque nostri magnam ædium partem, quas sibi de nouo parabant, in cumulum perduxissent, nec haberent vnde sumptus imponendi culminis facerent, per illas turbas eâ domo exactis opportunè accidit, vt per tempus quo Saxones Pragam tenuerunt & has ædes sibi receperunt, non tectum modò illarum curauerint, sed eas omninò perfecerint & adornauerint, quod cùm eis præstitissent, receptâ denuò Vrbe ab Imp. *Ferdinando* eiusque filio Bohemiæ Rege in accommodatas ædes suas nostri redierunt. Sed & audio Seren. *Gustauum Adolphum Suecorum* Regem & Germaniæ domitorem, cui ad felicitatem & magnitudinem vna veræ religionis professio defuit, cùm ei fortè aliqui ex nostris occurrissent, percontatus ab eis quod vitæ illorum genus esset, vt de perpetuâ quadragesimali inediâ, qualis solet à nobis obseruari, accepit, continuò dixisse, multos sibi per Germaniam proposito suo stultos & voluntate miseros visos esse, ac nullos videri sibi stultiores & miseriores ipsis quibus hoc vitæ genus placuisset. Adeò pœnitentiæ virtus apud eos exoleuit qui à verâ Catholicâ religione abhorrent, vt iam libeat cum Tertulliano exclamare, *Benedictio est nominis, maledictio custoditæ disciplinæ.* Sed ad res nostras redeamus. *Carafa.*

Conuentus Viennæ. 7. *Pragâ* vrbe Boëmici Regni primariâ *Viennam Austriæ* metropolim nostri concesserunt, fauente semper Serenissimo Imper. at Episcopo, S. R. E. Cardinale Eminentiss. *D. Melchiore Cleselio* Ecclesiæ suæ paulò prius restituto nonnihil repugnante, quem tamen peruicit Imperatoris voluntas atque sententia. Præcipuus operis incentor & autor fuit Nobil. & Clar. Vir. *D. Ioannes Ambrosius Rentsius* apud Imperatorem à Principibus Belgij Legatus, qui fundũ ædificando Cœnobio aliaque latifundia multamque supellectilem sacram largitus est, eapropter Fundator in Comitiis generalibus renunciatus cum Patrum conscriptorum plausu & gratulatione. Est autem *Vienna Pannoniæ* superioris siue *Austriæ* caput, Principum suorum, Cæsarum imprimis, regia sedes. Floret Academia & Episcopatu atque is Salisburgensi suffraganeus est. Aduersus Turcas egregiè munita, quod in præcipuis laudibus omnes ponunt, & Scaliger quidem hoc carmine, *Rents.* *Vien. gall. Vienne.*

Adspice barbaricis quæ propugnacula bellis,
Quæ stet fulmineis machina terna pilis.

Aduersus

Digitized by Google

1629. *Aduerſus ſpurium quæ fortia pectora Turcam* 1629.
Apparet intrepida Norica dextra fide, &c.

Danuv. *Alam Flauianam* eſſe ſeu ſimpliciter *Flauianum* quidam contendunt, alij dicunt eſſe *Iulibonam*, ſeu etiam *Vindebonam & Vindomanam*. Sita eſt ad *Danubium*, quaſi media inter *Lintium* & *Budam* ad leuc. xxx.

Friſtriz. 8. Succedunt ordine *Fiſtricenſis & Pirnitzenſis* Conuentus, ſed loca nobis ignota, quæ tamen quantùm coniectura mea fert, ad Bohemiam & Morauiam pertinent. Fiſtricenſis domus Fundator fuit Illuſtr. & Cl. V. *D. Paulus Adamus Schlauata* cum ſua conſorte Nobiliſſ. & pientiſſ. fœmina ex Principibus *Heggembergicis* Fundationis inſtrumentum articulatim conceptum non ſine admiratione coram Patribus perlectum eſt. Pirnicenſem noſtris conſtituit Illuſtriſſima Comitiſſa *à Collalto* Clariſſ. bello Ducis & Equitis Velleris aurei (apud Chiffletium cccLXXI.) *D. Rambaldi* Comitis *à Collalto* conſors, cum qua initum contractum ſtare voluerunt Patres audita relatione *R. P. Franciſci Richardi*. Locus Comitatus titulo auctus eſt in gratiam ni fallor ipſius Rambaldi, eſtque (vt mihi videor non temerè coniecisſe) diœceſis Olomucenſis in Morauia, ſicut *Olmuntz.* *& Fiſtricum* cuius nominis etiam fluuius ad *Olomucium* deſcribitur. *Olomucium* autem *Viennâ* diſtat leucis tantùm XVI. *Pragâ* XXVIII. Conuentus Fiſtrici & Pirnitzij.

9. Continuò autem in Bauariam tranſierunt beneficio Excellentiſſ. & Generoſiſſ. Ducis *Maximiliani à Bauaria* Comitis Palatini Rheni, Principis Electoris (quem Chiffletius inter velleris aurei Equitis CCXCVII. recenſet) atque conſortis eius Nobiliſſ. & pientiſſ. fœm. *Elizabethæ à Lotharingia*, quæ iam olim homines noſtros chariſſimos habuit. Collata eſt autem eis Eccleſia ſplendidi & magnifici operis quam *S. Carolo Borromæo* Magnificentiſſimus & piiſſimus *Guillelmus* Dux *Maximiliani* pater in deuotionis ſuæ monumentum extruxerat. Quam primùm ille Baſilianis Patribus tradidit qui non toto anno inibi permanſerunt, at his abſcedentibus conſtitutus eſt Decanus cum aliquot preſbyteris qui eius ædis curam agerent, atque poſt annum in Parochialem Eccleſiam erecta eſt; noſtris autem in Germaniam primùm venientibus eam ad ſe *Maximilianus* Dux, datis pinguioribus ſacerdotiis Parocho eiuſque adminiſtris, vt noſtris poſſidendam cederet, non inutili conſilio recepit, moxque auctis etiam in annum prouentibus quos pater conſtituerat, liberaliſſimè ceſſit, dedit, donauit. Litteras præterea Optimus Princeps ad Patres Barcinone conſidentes dedit, quæ eius pietatem & affectũ in noſtros manifeſtum faciebant. Actuarius Patrum nomine gratulatorias reſcripſit, omnibuſq; adplaudentibus decretus illi & Optimæ coniugi primariorũ Ordinis Fundatorũ honos & titulus. Sed & magnificentiſſ. & piiſſ. Princeps alios in Palatinatu Conuentus dediſſe legitur, ſed quinam illi ſint planè ignoramus. Ex Actis M. SS. Capitulorum Generalium priuſquam Germanica Prouincia excidiſſet Cœnobium nobis fuiſſe iuxta *Salisburgum* reperio, quod noſtri fortè Bauari Ducis autoritate repetiuerunt, ac præter illud noua quædam loca conceſſiſſe neceſſe eſt quæ quidem ea tantum conditione à Patribus accepta ſunt, ſi habeant vnde poſſint duodecim è *Mmchen.* noſtris ſumptus ſuos facere. Sed ne certa dimittamus. *Monachium* ſeu *Monacum* *Iſer.* vrbs eſt Bauariæ primaria & totius Germaniæ nitidiſſima & elegantiſſima *Iſara* amni adiacens qui factitiis canalibus in vrbem deducitur. Sedes ſolet eſſe Ducum qui arcem in plano habent ornatiſſimam qualia ſunt priuata & publica ædificia quibus vrbs abundat. Quibuſdam Veterum *Abadiacum* eſt, aliis *Cambodunum*. Religendi Albizius, & Braunius qui dedit iconem eius vrbis lib. I. tab. XL. ſicut & *Vienna* tabul. XLI. *Prage* verò tab. XXIX. Denique diſtat *Monachium Auguſtâ Vindelicorum* leucis VIII. *Ratiſponâ* XIX. *Iſarâ* verò ſeu *Iſarus* ad *Auſperg.* *Regenſperg.* *Pletlingiam*, *Iſtro*, ſeu *Danubio* permiſcetur.

10. De aliis autem Cœnobiis nihil præter nomen innotuit, vnum eſt S. Andreæ in *Xukulkrſit* alterum S. Annæ in *Theinnovicht*. Et hæc quidem cum altero cui nomen Sanctiſſimæ Trinitatis ea ſunt quæ B P.N. adhuc ſuperſtite in Germania noſtri poſſidebant, & illa quidem duo *Boëmiæ* puto aſcribenda, vt ex antiquioribus monimentis colligi poſſe video. Et quidem *R. P. Ioannes Triplet* Lo- *Triplet.*

Conuentus alij quidam in Germania.

Digitized by Google

1619. tharingiæ Prouincialis qui nuper Germaniam Visitatoris Generalis autoritate perlustrauit câ nos de re fecit certiores. Vtrumque nimirùm illud diœcesis est *Patauiensis*, adeoque vt videtur *Bauarice* ditionis, eaque forsitan ipsa de quorum recuperatione *Maximilianus* Dux spem fecit. Describitur tamen quod *S. Andreæ* dicatum est ad *Moldauiam* Bohemiæ fluuium leucis duabus à *Crumlauio*, aut *Rummauio*: quod verò *S. Annæ* sacrum est haud inde procul ad *Vartemburgum* eiusdem *Patauiensis* diœcesis, sed quâ parte contermina est Boëmiæ. At verò idem ipse *Triplotius* noster primum illud *Sanctissimæ Trinitati* Cœnobium quod in Germania nostris olim obtigit, non aliud esse significat quàm *Fistricense*, de quo superiùs diximus: & primos quidem Fundatores fuisse *Rosembergios* quorum nunc defecit progenies, restitutores autem esse *Schlauatas* qui extinctis *Rosembergijs* in eorum locorum possessionem venerunt, non obscurè testatur. Imprimis certè animaduertendum quod ille diligenter annotat, in peruetusto primæ donationis instrumento, quod etiamnum extat appensis quinque aut septem sigillis ex cera obfirmatum, nostros Eremitas tantùm dici, quod argumentum est antè datum ab *Alexandro* VI. Minimorum nomen adeoque antè annũ 1490. quo prima Regula confirmata est eos in Germaniam appulisse. Nec eo minus memorabile quod antè multos annos ille ipse Triplotius aliique ex nostris ab homine nonagenario qui ad proximũ Albrugensem vicum incolebat didicerunt. *Albrugum* scilicet viculus est quingentis aut mille passibus ab ipso Cœnobio distans. Narrabat autem ille iuuenem se à parentibus senio fatiscentibus non semel audiuisse, cùm primùm sancti Eremitæ accessissent tertiò in genua defixos longa precatione voluntatem diuinam de loco extruendi Cœnobij exquisiuisse, nec antè tertiam stationem illis innotuisse cùm ad eorum vt creditur preces fons copiosæ & limpidissimæ aquæ exortus est, qui hodieque visitur ab æde sacra vigesimo passu positus, & firmi operis fornice coopertus, in quo picta B. P. N. Francisci miracula quæ in aquis patrauit, cuius mira est etiamnùm ad curationem morborum salubritas, vt qui hausta aquam biberint, aut in proximâ conchâ in quam se fons exonerat lauerint aut innatarint certo miraculo conualescant. 1619. *Passau.* *Vartenburg.* *Rosenberg.* *Schlauata.*

Erectio Germaniæ in Prouinciam.

11. Hunc progressum intra breue tempus annitente imprimis *R. P. Francisco Richardo* per Germaniam nostri fecerãt, cùm placuit S.D.N. *Vrbano* VIII. vt per Prouinciales regeretur, primumq; illo nomine instituit *R. P. Antonium à S. Blasio* Calabrum, atque is Correctoribus per singulas domos ac Definitoribus electis Prouinciam formauit, & inde ad Generalia Comitia *Barcinonem* venit. Vbi postquam de singulis Conuentibus cognitum, instante *R. P. Francisco Richardo* antiqua natalium sedes ipsi Prouinciæ restituta, & octauo inter alias loco numerata est. *Barcinone Viennam* regressus *Richardus* ad laborum mercedem euolauit, præstante agonotheta qui nos ad brauium supernæ vocationis accendit. Pestilenti lue sublatus est, at nihilo minus beatum & Christianum finem consecutus vitæ & mortis laudem promeruit.

Conuentus VVarnouij.

12. Ab eo autem tempore Illust. Princeps *Maximilianus Liechtensteinius* nostros induxit in veterem ac splendidam Ecclesiam apud *VVarnouium* B. Mariæ Virgini dicatam. Ea quidem quampluribus miraculis conspicua est, ex quo scilicet Deipara Marchioni Morauiæ ex quercu eo loco apparuit, quæ causa fuit sacræ illius ædis extruendæ. At verò situs illi est procul à frequentiâ in syluis ac nemoribus, leucis tamen duabus à *Brunna*, quæ Veteribus *Arsicua*, *Moraui* post *Olomucium* vrbe primaria, & mediâ inter *Olomucium* & *Snoymam* v. leucar. spatio, solummodò distat. *Maximilianus* Princeps census & prouentus annuos perquàm liberaliter attribuit, sed & operis egregij Cœnobium per eius magnificentiam & nostrorum operam cœpit astrui. *VVarnouij.*

Conuentus Catonæ.

13. Digressis è Germania per varias Prouincias peregrinandum & excurrendum est. Et primum quidem nos superior Calabria vocat, vbi ad fretũ Siculum, quâ breuissimè traiicitur, è conspectu *Messanæ*, *Catona est*, taberna nunc tantùm diuersoriâ ad turris antiquæ ruinas constans, vnde frequens in *Siciliam* traiectus esse solet. Et hinc B. P. N. soluisse fama est, cùm iniecto super mare pallio Mylas *la Catona.*

Digitized by Google

1629. Mylas appulit. Eo autem loco Ill. Princeps *D. Ioanna Roſſo* Cœnobium noſtris ædificari petiit ad perpetuam B.P.N. qui inde transfretauit memoriam. Quod Patres probauerunt delato Fundatricis titulo, ſi opus perfecerit, & ad victum redditus aſſignauerit. *Catona* porrò ad VII. lapidem à *Rhegio* adv III. à *Silio* à *Meſſanâ* ex aduersâ orâ ſex tantũ paſſ. mill. interfuſo & diſterminante freto, diſtat. 1629.

14. Sed à freto enauigandum in Hiſpaniam allegendumque littus Catalaunicum ea enim regione & *Minoriſſa* noſtros accepit, & *Dertuſa* excipiendis ſe obtulit. *Minoriſſa* quæ veterum *Athanagia* quibuſdam videtur, vrbs olim Epiſcopalis, nunc Vicenſis diœceſis, inter *Barcinonem* x. & *Vrgellam* XIV. leuc. à *Vico* VIII. à *Salſona* v. apud *Montem Serratum* III. *Rubricato* adſidet. Qua in vrbe Cœnobium ſibi ſub inuocatione *S.P.N. Franciſci* iuuantibus indigenis noſtri conſtituerunt, cui Correctorem præficiendum Patres decreuerunt, & in præſens electus P. F. *Ioſephus Sañe. Dertuſa*, ſiue *Dertoſa* quæ nunc *Tortoſa* popularibus; vrbs ampla & copioſa eſt ſupra oſtium *Iberi* fluminis, adeoque Catalauniæ & Valentiæ contermina. Epiſcopali dignitate floret ſub Tarraconenſi metropolite, ab ipſa *Tarracone* XI. à *Valentiâ* XXVII. leucis poſita eſt. Et Dertuſani quidem noſtris hoſpitij teſſeram porrigebant quam viri deberent accipere Catulauni an Valentini controuerſum erat, pro Catalaunis Patres pronunciarunt, ita tamen vt ſex iuniores fratres è Prouinciâ Valentinâ, ſtudiorum causâ, inhabitarent, ſed quem iſta exitum habuerint haud planè ſcimus.

Maurſa. *Lobregat.* *Tortoſa. Ebro.* Conuentus Minoriſſæ & Dertuſæ.

15. Non tamen prius è Catalaunia recedimus quàm extra fidem Actorum de Monialibus noſtris apud Barcinonem meminerimus. Quod enim vidimus loquimur. Ædem habent in extrema vrbis parte, non procul à muris, auguſtam iam nunc quidem, ſed quam Fundator, vt audiebamus, qui verſatur in proximo, amplificandam in dies & extruendam curat. Plures ſunt quæ inhabitant, vt coram vidimus, nec obſcuram illæ opinionem ſanctitatis aſſecutæ ſunt, inter alias Soror *Catharina à S. Trinitate* (niſi aberro) multis nominibus celebratur, ſed expectandus exitus ne quid fallat. Plura præſentes ſcire poteramus, ſed nihil minus quàm de hac ſcriptione animus præſagiebat. Et hæc certè nos præterierant niſi coràm adfuiſſemus, quidni & alia quamplura nos fugiunt? Moniales Barcinonenſes.

16. Remigrandum in Italiam ab Hiſpaniâ eamque regionem, quam vocant *Æmiliam*. Ibi ad pedem collis iuxta *Sapim* fluuium *Caſcuna* eſt, ſic dicta quod exiguo amne cæſa, aut quod amnibus duobus *Sapi* & *Rubicone* ſit diuiſa, vrbs certè copioſa & elegans Epiſcopali ſede clara, ciuium nobilitate ac opulentia illuſtris, inter *Faucntiam* ſita & *Ariminum* ad XX. paſſ. mill. vtrinque. Ac in ea quidem domicilium noſtros habere fidem faciunt Acta quæ verſamus, præter quod nihil aliud poſſumus affirmare. Conuentus Caſenæ.

Ceſena. Savio. *Faenza. Rimini.*

17. Poſt omnia Galliæ noſtræ acquieſcendum. In Burgundia enim inferiori, quam Ducatum vocant, in finibus Matiſconenſium & Æduorum noſtri conſtiterunt. Oppidulum ſcilicet eo loco eſt cui *Claieta*, ſeu *Cleta* nomen (prius nobis craticulam vimineam ſonat) vt. à *Matiſcone* leucâ, v. à *Guichia* vna tantum & dimidia à *Marciniaco* ad Ligerim celebri Abbatia, nobili genti prædiarium, è qua lectiſſ. & pientiſſ. fœmina *D. Alix Leonora de Chantemerle là Claiette*, vidua Nobiliſſ. & Generoſ. Equitis *D. Iacobi de Drechel* Toparchæ *de Montol*, & apud Pedemontanos Gallorum militum Magiſtri, quantùm per Acta didicimus, Cœnobium noſtris in eo vico ponere cœpit attributis nonnullis redditibus, & ad Cœnobij ædificium erogatâ pecuniâ, quod ſpes eſt cum tempore perfectum iri. Fruſtra Epiſcopum Matiſconenſem omnem gratiam prærogaſſe addidere, quando eum iam-nunc in anteceſſum laudauimus, vt qui noſtros in ipſam Matiſconem induxerit. Iſnardus Auguſtodunenſi diœceſi aſcribit. Sed de his facti ſumus certiores à *R. P. Stephano Bonueller* ſummæ amabilitatis viro Eccleſiaſte ac Theologo clariſſimo, qui non ſemel eam Prouinciam regendam accepit atque huius Cœnobij res cumprimis curauit. Conuentus Claietæ.

la Claiete, ou, la Clete

18. Ad extremum ſuum nobis Prouinciales *P. Maximinum Villarſium* inculpatæ vitæ hominem ac regularis obſeruantiæ zelo æſtuantem, quòd ſupremo charitatis actu reliquas virtutes ſuas coronauerit non immeritò commendant. Ob. P. Maximini de Villars.

Digitized by Google

1630. Obiit ſcilicet Aquenſes ciues ſuos peſte attactos omni officio generosè proſe- 1630.
quutus & complexus, in eo miniſterio vltimum finem conſecutus ad xi. menſ. Nouembris. Eum certè quamplurimi diuerſis per Galliam locis imitati, & eodem mortis genere defuncti ſunt, & non diſpari gloria vel anteceſſerunt ad præmium, vel ſubſecuti ſunt.

An. M. DC. XXX.

Decretum Pont. de Generalis & Collegarũ electione.

1. DIu multumque apud Sedem Apoſtolicam verſata quæſtio circa electionem Generalis, Collegarum etiam atque Zeloſi quæ ſubſecutæ fuerant, hunc tandem exitum habuit quem Apoſtolicum Reſcriptum eloquitur, quod ſic habet:

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Iniuncti Nobis Apoſtolici muneris ratio poſtulat vt circa ſtatum Religioſorum Ordinum in Eccleſia Dei militantium ſalubriter dirigendum mentis noſtræ aciem aſſiduè intendamus, atque in his eiuſdem muneris partes ſedulò impendamus quæ proſpero felicique illorum ſtatui & directioni conſpicimus in Domino expedire. Cùm itaque in congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorũ S. R. E. Cardinalium ſuper negotiis Fratrum Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula à nobis deputatorum, ſæpius actum fuerit de validitate Capituli Generalis eiuſdem Ordinis in Ciuitate Barchinonenſi vltimò celebrati, Nos ipſius Congregationis relatione ac ſententia audita, iuſtis de cauſis animum noſtrum mouentibus electiones Correctoris Generalis in perſona dilecti filij Simonis Bachelier *eiuſdem Ordinis profeſſoris, necnon trium Collegarum, ac Zeloſi ſeu Procuratoris Generalis Ordinis prædicti, in dicto Capitulo factas Apoſtolica auctoritate tenore præſentium caſſamus, ac nullas eſſe & fore declaramus: necnon* Franciſcum Longobardum *ipſius Ordinis Vicarium Apoſtolicum vſque ad futurum generale Capitulum, Zeloſum verò ſeu Procu-*
Procurator Gen. XXXVI. *ratorem Ordinis eundem* Simonem, *Collegam Italum* Ignatium de Neapoli, *Collegam Hiſpanum* Ioannem Piña de Celis, *& Collegam Gallum* Ioannem Kermarec *dicti Ordinis profeſſores dilectos filios auctoritate & tenore prædictis conſtituimus & deputamus, reliquas autem electiones & acta quæcunque eiuſdem Capituli confirmamus. Præterea Vicarium Generalem dicti Ordinis, ſiue à Sede Apoſtolica pro tempore deputatum, ſiue à Capitulo electum, de cætero nullatenus poſſe immediatè eligi in Correctorem Generalem, ſed tamdiu debere ab officio vacare, quamdiu Vicarius Generalis extiterit: ſicque obſeruari, & itaper quoſcunque Iudices & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos ac Sedis Apoſtolicæ Nuncios iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit dicti Ordinis, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis & innouatis. Quibus omnibus & ſingulis, illorum omnium tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum* Romæ *apud* S. Mariam Maiorem *ſub annulo Piſcatoris die* XXII. *Martij* M. DC. XXX. *Pontificatus noſtri anno ſeptimo.* M. A. Maraldus.

Generalis XXXVII. Hæc non minus iuſtè Pont. Opt. Max. decernebat, quàm ſapienter prouidebat Ordinis regimini. Qualis enim ſit *R.* ille *P. Franciſcus à Longobardis* reipſa magis intelligimus, quàm vllis poſſimus verbis exprimere. Profectò dum publicas voces vndequaq; in laudem eius perſonantes audimus conticeſcat neceſſe eſt ieiuna oratio cui fama in tantum præualuit, vt eam non poſſit vlla
Collegæ. contentione attingere. *R. P. Ignatius à Neapoli* Collega Italus Theologiæ ſingu-

lari

1630. lari peritia, dicendi facultate ac facilitate, ingenij acumine, morum probitate in paucis præſtans, parem meritis laudem abſque offenſione humilis & moderati animi audire non poteſt. *R. P. Ioannes Piña de Celis* Collega Hiſpanus ſecurè laudari poteſt, vt qui ad præmium (quod credimus) euaſerit. Eum Hiſpania tertiùm quartumvè Prouincialem atque Vicarium Generalem non ſemel vidit, totus Ordo Zeloſum atque Collegam per vices ſuſpexit, omnes, doctrinam, pietatem, affabilitatem, animi candorem ac reliquas virtutes ſingulas in eo mirati ſunt. Sancto Inquiſitionis officio vtilem & diuturnam operam nauauit in examinandis fidei quæſtionibus. Miſſionem noſtrorum in Indias procurauit, fouit, promouit. Illuſtres pietate viros ex Ordine primus ære incidi, &, impetratâ licentiâ, publicâ luce donari ſtuduit. Neminem Hiſpanorum æquè dilexit *R. P. Petrus Hebertus*, quod ſæpiùs ex eius ore accepimus. Ecce autem dum vir pius officio incumbit, & *Paule* in comitatu Generalis hæret, in lethalem morbum incidit, atque abſumitur. Quod contigit menſe Nouembr. an. 1631. Quin verò decuerit eo loco virum magnum deponi, vt in Ordinis caput reſpicere non poſſimus quin eius memoria recurrat, negare non poſſumus. Continuò autem hoc eſt eiuſdem menſis die XXIII. ei ſubrogatus *R. P. Ioannes Piña de Celis vir vitæ probitate, ſcientiâ, rerum experientiâ ac prudenti zelo ſatis commendatus, actu Collega Prouincialis in ſua Prouincia Hiſpalenſi & Qualificator S. Officij in regnis Hiſpaniarum, vir denique digniſſimus qui prædefuncti nomen & merita repræſentet & Collega Generalis munus exerceat*, vt habent Acta electionis quæ & ipſa patruum demortuum *religione, doctrina, meritis cumulatiſſimum* perhibent. *R.* denique *P. Ioannes Kermarec* quem familiariſſimè noueramus, vt qui eum præceptorem in Theologicis annos plures obſeruauerimus, ex Correctore Sanctiſſimæ Trinitatis in Vrbe Collega cooptatus pro natione Gallica, vir fuit pietatis in Deum flagrantiſſimæ, miræ probitatis, ſimplicitatis ingenuæ, profundæ eruditionis. Hunc Prouincia *Franciæ* in Sorbonæ ſcholis educatum ſuſcepit, ſuorum ſtudiis præfecit, *Romæ* dedit *Camarto* Generali expoſcente, vt ex illo mundi vertice doctrina eius & virtus latiùs circumfulgeret. Abdicauit dignitates ad quas electus fuerat excolendæ & profitendæ Theologiæ ſuæ causâ, quo prætextu animi humilitatem ſuique deſpicientiam tegebat, nec niſi reluctans & inuitus emeritus in Theologia Lector & vir tantus regendæ Romanæ familiæ præfedit. Labore tandem fractus & animi tædio, cùm *Parmam* veniſſet in Generalis comitatu pleuritide correptus decubuit, & intra paucos dies conſumptus, cœlo (quæ ſpes eſt omnium) receptus eſt. Quod ad diem Februarij XI. anno demùm 1633. accidiſſe nunciatum eſt. Sublectus qui locum eius capeſſeret *R. P. Michaël Lambertus*, *Ioannis* noſtri diſcipulus & in vtroque Correctoris & Lectoris munere ſucceſſor, quem non poſſumus grauiùs quam ſua laude offendiſſe.

1630.

1631.

Kermarec.

1633.

Ordinatio R.P. Ludouici in Regienſ. Epiſc.

Ad VII. menſis Aprilis in Octaua Paſchæ *R.* & *Per-illuſtris P. Ludouicus Dony d'Attichy* ex Prouinciali Ducatus Burgundiæ in Epiſcopum Regienſem, loco demortui *R. P. Franciſci de la Fare* noſtri, à Rege ſublectus, inauguratur apud Patres Oratorij qui S. Maglorij Eccleſiam in ſuburbiis S. Iacobi Pariſienſibus incolunt, Illuſt. & R. D. *Ioanne Franciſco Gondio* primo Pariſiorum Archiepiſcopo conſecrante, operam præſtantibus Reuerendiſſimis Lodeuenſi (ni fallor) & Baïonenſi Epiſcopis. Quod fauſtum & ſalutare futurum Eccleſiæ Regienſi non ambigimus, vt quæ nacta ſit Antiſtitem generis nobilitate conſpicuum, rerum diuinarum ſcientia excultum, animi pietate præſtantem omninoque talem qualem Paulus Apoſtolus deſcribit & prædicat, in quo præter corporis vires & valetudinis firmitatem, nihil eſſe poteſt quod deſideretur. Hunc Prouincia Franciæ extulit, Roma hoſpitem coluit, Burgundia ſuperiorem obſeruauit, Ordo laudum ſuarum præconem ſuſpexit, & in primâ iuuentâ ſcriptis inclareſcentem amauit, laudauit, prædicauit. Ipſe Ordinem ſuum omni officio & reuerentia promeruit, & ex quo Epiſcopus à Rege renunciatus eſt ſuffragia quæ ſolent functis in Domino perſolui ſtudioſè ambiuit litteris ad Capitulum Generale datis quæ coram omnibus recitatæ omnium plauſum &

1630. gratulationem retulerunt, ab Actis tamen ignoto nobis casu & causa excide- 1630.
runt, quod, quando me interuentorem sibi Reuerendissimus Pater elegerat, & Acta deficiunt debui testatum feciſſe.

Ob. P. Ioannis Sauuage. 3. Reliquum denique hunc annum sola mortis mentione absoluemus quæ homines omnium iudicio præclaros & longiore vita dignos (quantum est per vota desideriaque mortalium) nobis eripuit. Primus fuit *R. P. Ioannes Sauuage*, æternâ memoriâ dignus ob eximias animi & ingenij dotes, fuit enim ei & pietas singularis & eruditio exquisita, & facundia incredibilis. Per annos triginta nullum fecit finem verbi diuini prædicandi, licet sexagenario minor obierit. In concionibus præter eas dotes quas memorauimus, iudicium acre ac solidum, præsentem certamque memoriam, ingenium acutum & industrium adhibebat. Assiduus erat in libris versandis, quos facto delectu & deliberatò sibi sumebat. Morum ei tanta fuit suauitas, tanta sui despicientia, tantaque humilitas, vt tum se maximè proderet cùm vellet tegere. Qui enim dicentem mirabantur, si eum conueniebant ad sensum humilitatis quem præferebat stupefiebant, plusque in eo virtutem quàm eruditionem licet eximiam solebant æstimare. Nihilo tamen minus grauis aut seuerus fuit cùm superiorem egit, qui ad austeritatem magis quàm ad remissionem & lenitatem inclinabat. Prouin ciàm Belgicam primus excoluit, Burgundiam superiorem quam Comitatum vocant auxit, ornauit, illustrauit, Galliam penè vniuersam concionibus suis obiuit & beauit, Lotharingiam multis officiis demeruit. Plures eius conciones per exscriptores collectæ prodierunt, ipse nihil edidit præter laudationem Sereniss. *Henrici* II. Lotharingiæ Ducis quam nomine *Zodiaci sacri, &c.* insigniuit tribusque actionibus comprehendit, typis verò suis publicauit Sebastianus Philippus Nancei an. 1626. Quod ille fecit precibus victus & superiorum vrgente imperio. Auersabatur dignitates & officia, solitus dicere, cariùs quàm par sit honorem obtingere, qui conscientiam plerunque grauaret. Quod fuerit in eum populi, quod primariorum virorum, studium, non facilè est verbis assequi. Plus domi, plus foris amaretur anceps certè iudicium. Profectò & suorum & externorum luctu elatus est tunc viuis exemptus cùm maximum eius apud viuos esset desiderium. Sed ille mortem non veritus, cum qua per continuam meditationem assuefecerat, securus & gaudens migrauit ad Christum, Lugduni die XXII. mensis Iunij. A morte visus esse dicitur gloria circumfusus & salutis peropportuna monita dedisse quæ profecerunt. Tempus erit cum eius Acta colligemus & sigillatim describemus.

Ob. P. Claudij du Viuier. 4. Alter fuit *R. P. Claudius du Viuier* quem in anteceſſum non semel laudauimus, & scriptoribus annumerandum habemus, vt qui R. P. N. vitam gallicè dederit stylo eleganti & copioso. Eius elogium in funere publicatum est quod iuuabit exscribere, omninò sic habet: *R. admodùm in Christo P.* Claudius du Viuier *Ordinis F F. Minimorum in Prouincia Flandro-belgica & inferiori Germania Prouincialis, religiosarum virtutum & obseruantiæ regularis exemplar, vir in diuinis Scripturis eruditissimus, Ecclesiastes planè incomparabilis, & ob verba diuinæ gratiæ quæ procedebant de ore eius ab* Alberto Pio & Sereniſſima Hiſpaniarum Infante *in Ordinariorum suorum Concionatorum numerum electus: anno ætatis* LXII. *& sanctæ professionis* XLV. *talentis à Deo sibi collatis in eius gloriam fideliter expensis, &* XXXIII. *concionum per Aduentus & Quadragesimæ tempora curriculo emenso, primo quinta vice repetiti Prouincialatus anno in vltimam incidit ægritudinem, in qua præclarioribus humilitatis, patientiæ, pietatis, & cum Dei voluntate conformitatis exēplis Fratribus relictis, ad ea quæ non videntur æterna suspirans, Ecclesiaque Sacramentis munitus, tandem corporeis viribus exhaustis in suo Leodiensi Conuentu anno à virgineo partu* 1630. *Augusti* VII. *die, intimo Filiorum dolore obdormiuit in Domino.* Laudationem eius sub symbolo Eliæ sublime rapti quidam è nostris in eius memoriam exequutus est, currumque Eliæ inscripsit. Cuius quidem argumentum hoc districho videtur indicatum,

Alter vt Eliæ sublatus in æthera sursum
Qua virtus meruit præmia digna tulit.

Libellus

Digitized by Google

1630. Libellus editus Bruxellis apud Goffridum Schœuarts hoc ipſo anno. Autor (vt creditur) eſt *R. P. Carolus Gambart* Viuierij ſtudioſus, qui ſuæ gratitudinis pignus (digno quod laudetur exemplo) opere illo reliquit. Demortuo autem Viuierio ſublectus *R. P. Petrus Pyartius* inſignis Theologus & Lector Philoſophiæ ac Theologiæ emeritus, ſecundùm Collega, ſæpius Corrector atque Prouinciæ Definitor, quem ne laude meritâ exornem modeſtia vetat quam profitetur. Edidit librum pium cui nomen fecit *le Iournée ſpirituelle*, Duaci, typis Belleri an. 1628. Parata habet Commentaria in Epiſtolas S. Petri, litterali expoſitione, diſcuſſionibus Theologicis, Obſeruationibus moralibus admiranda, quibus meritò Doctrinæ Archi-apoſtolicæ nomen fecit. Ea ſperamus breui proditura ſi typographus non fallit qui vnus editionem operis eximij remoratur. *Pyartius* propatruum habuit cognominem, à die XXII. Martij an. 1519. Nigeoni profeſſum. 1631.

An. M. DC. XXXI. 1631.

Conuentus S. Mariæ Conſolatricis, ſeu Biterrarum II.

1. AVdimus ab Aquitanis, Prouincialibus, & Lugdunenſibus factum ſuis Prouinciis incrementum, de quo iam iuuat meminiſſe, dum ab aliis alia nunciabuntur. Ex Aquitanis *R. P. Petrus d'Aguts* vir eruditus diligens & officioſus ſi alius quiſquam hæc ad verbum, tam exactè, quam verè mihi antè paucos dies reſcribebat: *In agro Biterrenſi, in regione meridiana, ea in parte qua planities mare versùs panditur, collis quidam molliter aſſurgit, duobus à ciuitate Biterrenſi milliaribus, à mari verò quatuor, cuius accliuitas olineis, iugum verò vineis veſtiuntur. In huius collis ſupercilio prominent quidem inter dumeta ſcopuli, inter quos D.* Ludouicus le Puel *ciuis Biterrenſis antè annos xl. plus minus, deuotione motus erga B. V. Mariam Capellam, ſeu Oratorium illic extruere curauit ſuis expenſis, cum quadam pro vno Eremita cellula: animo quidem vt ipſe à curis negotiiſque ſæcularibus aliquando vacans B. Virgini laudes animo tranquilliori perſoluere valeret, & B. Virgo illic à circumvicinis populis coleretur: nec fruſtratus eſt intentis, nam ſtatim locus ille tam à Ciuibus Biterrenſibus, quàm à circumvicinis ruſticis viſitari cœpit, & primus Eremita qui Capellam illam incoluit ſancto fine quieuit, cuius cadaueri ſcopulus ſponte ſinum vt ſepeliretur aperuit vt mihi ipſe* D. le Puel, *qui funus curabat narrauit. Vltimo itaque ex diuerſis multiſque Eremitis qui præfatum Eremitorium incoluerunt demortuo, F. ſcilicet* Antonio Maurin, *an.* 1630. *R. D.* Clemens Bonzius *Epiſcopus Biterrenſis locum ſeu Eremiterium & Capellam præfatam* S. Mariæ Conſolatricis *vacantem Ordini noſtro & Conuentui Biterrenſi vnivit in perpetuum cum omnibus ſuis iuribus & pertinentiis, eâ conditione vt certus illic numerus fratrum à Superioribus aſſignaretur ad Sacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ fidelibus illuc deuotionis cauſâ confluentibus adminiſtranda & alia munia eccleſiaſtica obeunda. Præfatus item D.* Ludouicus le Puel *loci fundator, dominus & patronus Eremitorium & Capellam prænemoratam inſtrumento publico donatione irreuocabili & perpetua dedit & donauit Ordini noſtro & Conuentui Biterrenſi. Capellæ ſeu Eremitorij poſſeſſionem ex Prouincialis* (ipſius ſcilicet R. P. Petri d'Aguts) *commiſſione accepit V.* P. Petrus Thierry *Corrector Biterrenſis* III. *Martij an.* 1631. *Locus certè impræſentiarum valdè frequentatus, fideles enim eo libentius ſe conferunt ad vota ſua Deo Virginique Matri reddenda quo ſe copiam Patrum ad confeſſiones ſuas excipiendas illic habituros eſſe ſciunt. Deuotionem auxit deuotiſſima Imago marmorea Deipara Virg. è Conuentu noſtro Narbonenſi illuc allata. Situs amœniſſimus, puriſſimo enim gaudet cœlo, medius inter olineta & vineas, & vt locus prominet inde quidquid illo maris tractu geritur* (à quo vnâ leuca diſtat) *cernitur: prætermanigantes verò vt locum primò conſpiciunt Salutatione Angelica venerantur: ad terram ſi convertas aſpectum, vrbes, oppida, flumina, montes, colles, valles, plana, ſylvæ, prata, vinea & olineta viſum mirificè oblectant. Inſtauratur in dies ſacellum, dormitoriumque fratrum extruitur.*

Conuentus Draguignani.

3. Prouinciales per id tempus *Fauentiam* migrauerant, & *S. Ægidium* cogitauerant ſpem facienre Nemanenſi Epiſcopo, ſed *Fauentiâ* poſt annum abierunt quod certi perpetuique prouentus haberi non poſſent abſque quibus eo loco conſiſtere non poterant; *S. Ægidij fano* pedem non intulerunt mutatis rebus

Nemet.

S. Gille.

Digitized by Google

1631. per publicos tumultus aliaque negotia. Firmior ſtatio fuit apud *Deciates* quorum oppidum *Dracenam* & *Draconianam* video ab eruditis dici, popularibus *Dragnignanum* eſt. Id ad *Capim* fluuium leucis VII. à *Reio*, XII. à *Nicæa*, ſed in diœceſi *Foroiulienſi*, nec procul quidem ad mare *Forum-Iulij*, quod aliquando deſcripſimus. Poſtliminio in illud noſtri redierunt; iam enim illic conſtitiſſe Acta generalia docent, & à Prouincialibus noſtris an. 1618. aſcribitur. Titulus ineſt *S. Mariæ de populo*, ſeu *à Bethleem*. Aetres eorum præterea nobis incognitæ. 1632. *Dragnignã.*

Conuentus Rodumnæ. 3. Lugdunenſes *Rodumnæ* inſedendæ, quod olim optauerant, (quia portus ibi commodus & peropportunus eſt) occaſionem nacti ex teſtamento Viri pij & honorandi *D. Ioannis Perrin* mercatoris apud *S. Aonium* qui eos ex aſſe hæ- *Perrin.*

1630. des inſtituerat, ſub die XVI. Iul. an. 1630. nihil prætermiſerunt quo poſſent rem optatam, & ſibi commodam promouere. Imprimis verò legata ſibi omnia & ſingula condendo apud *Rodumnem* Cœnobio remiſerunt, ceſſerunt, donauerunt, actis ad V. Iunij hoc anno ex Capituli ſententia exaratis. Qua eorum liberalitate patefactus aditus in vrbem, quem Ciues rogati ad diem XIII. antecedentis Martij eâ tantùm lege conceſſerant, ſi haberent vnde ſumptus ſuos poſſent facere, nec indigenas mendicationibus grauarent. Acceſſit officioſa & tempeſtiua largitio nobilium germanorum qui perpetuos in annum redditus attribuerunt pacto Fundatorum nomine ac iure, quod deficere per ſuam beneficentiã non poterat. Ij fuerunt Nob. & Cl. VV. DD. *Guido de la Mure* S. Mariæ apud *Montem-Briſonis* Canonicus, &c. & *Antonius* frater Toparcha *de Rilly*, qui acceptante *R. P. Petro de la Mure* noſtro, donationem ſuam ad XV. menſ. Iunij hoc eodem anno apud gentilitium Caſtrum Rillianum publica fide ſanciuerunt. Moxque in alterum diem idem ipſe *D. Antonius Lamurius* piſcandi per Ligerim ad tres leucas ius quod habebat integrum & liberum noſtris tranſcripſit. Ad XXX menſis Iulij Nobiliſſ. & Generoſ. *D. Henricus Gouffier* Marchio de *Boiſy*, Toparcha *de Roanne*, condendi eo loco Cœnobij quantum per ſe erat poteſtatem fecit. Eminentiſſ. & R. P. & *D. Alphonſus du Pleſſis de Richelieu* S. R. E. Card. & Archiepiſcopus Lugdunenſis, ad IV. Nouemb. litteris Lutetiæ Pariſiorum datis pro ſua parte in eius Cœnobij ædificationem conſenſit. Ad eundem menſem Auguſtiſſ. & Inuictiſſ. Rex noſter patentibus *Caſtro-Theodorici* perſcriptis eam fundationem laudauit & probauit. Senatus, Regis litteras ad IV. Decemb. in Commentaria ſua retulit & ſuffragio ſuo confirmauit. Tanto molimine noſtri ſunt in oppidum illud inducti. Eſt autem *Rodumna*, quæ nunc *Roanne*, oppidum in *Ligeris* ripa vnde nauigari incipit, portu totâ Europâ celebre, XII. leucis à *Lugduno*, XVIII. à *Molinis* Ducatus Boiorum vrbe primaria, in quo *Rodumna* etiam numeratur. Nunciatum & hoc anno *R. P. Ioannem Chappot* Burgundiæ inferioris Prouincialem viuis exemptum fuiſſe. Is autem ab an.

1621. 1621. Vitam S. P. N. Franciſci nitido & culto ſtylo ediderat Nanceij apud Sebaſtianum Philippum.

1632. *An.* M. DC. XXXII.

Conuentus Muſſipõtis. 1. PAucis, pauca quæ nunciata ſunt ad hunc annum, exequimur. *R. P. Nicolaus Iuletus* Lotharingiæ Prouincialis vir auſterus & exactæ ſi quiſquam alius obſeruantiæ, quem & in anteceſſum laudauimus, de ſede ac domicilio ſuis apud *Muſſipontem* comparando multis de cauſis non fruſtra ſollicitus, datâ occaſione bonorum à *F. Nicolao du Moulin* Ordinem noſtrum profitente in *Iulet.* *du Moulin.*

eam rem legatorum, amplas ædes & benè materiatas à primario ciue redimendas curauit, in quas tamen nonniſi ſub exeuntem annum ad diem ſcilicet XXI. menſis Decemb. commigrarunt, qui *Iuleto* ipſi ſuo iam Prouincialatu functo eius operis adiutores à ſucceſſore dati ſunt. RR. PP. Societatis Ieſu, quod habebant in proximo priuatum & anguſtum ſacellum certis conditionibus in noſtrorum gratiam ceſſerunt & beneuolos ſe ac fauentes præſtiterunt, quod æternùm memoranda gratitudine noſtri ſi Deo placet recolent. Prima hæc incunabula nouis in dies incrementis ſeſe amplificant. *Muſſipons* elegans cum-

primis

Digitized by Google

1632. primis & copiosa vrbs Lotharingicæ ditionis, eam *Mosella* fluuius intersecat, *Mosella* instratus pons ad monticulum, vnde illi nomen, quod diuersum licet atque varium reperiatur in idem recidit, nam & qui *Pontem ad monticulum*, & qui *Pontem-Moncionis* malunt quàm *Mussipontem*, vt aliud nominis etymon consectari videantur, sensu non differunt. Academia illic floret non ita pridem instituta. Medio inter *Metim & Nanceium* spacio leucar. v. posita est in planitie iucundissima. 1632.

2. Sed & hoc anno Lugdunenses nostri *Clarum-montem* immigrarunt, quibus quidem autè annos VIII. ius ciuitatis in Vrbico Concilio delatum, & attributi ad fundationem, vt vocant nonnulli prouentus ab annis III. multis tamen ad hunc annum oblatis impedimentis procrastinandum fuit. Prærogauerat quidem quos diximus prouentus Nobil. & pientiss. fœmina *D. Margareta Saulnier* vidua V. Cl. D.... *de Mondory* in consessu Indictionalium, vt vocant Electorum Præsidis, quam vt benè meritam eius Cœnobij Fundatricem habere nos conuenit & omni gratitudine prosequi. Illustriss. & R. D. *Ioachimus d'Estain* ab annis septemdecim eius sedis Episcopus, quem Galliæ Didymum meritò appellaueris, postquàm cœcitatis plagam viro admirandæ eruditionis euenire permisit, cuius in arbitrio res nostræ positæ sunt, paternâ benedictione suæ diœcesis, iam antè incolas & colonos in vrbem accepit. Est autem *Clarus-mons* vrbs *Aruernie* primaria, de qua in antecessum meminimus. Veteres *Aruernum* & Aruernam dixerunt, sunt & qui *Augustonemetum* dictam putent, quod non probant eruditiores. Distat *Floropoli* leuc. XII. in Austrum, *Molinis* totidem in Septentr. *Lugduno* autem XXIV. in Occ. V. Clariss. Ioannes Sauaro in ea Vrbe Præses Origines Claromontanas singulari libro complexus est.

Saunier. de Mondory.

d'Estain.

Conuentus Clari-montis.

3. Sequano-burgundi de suis Episcopum extulerunt. Is est *R. P. Philippus Patornay*, quem Illustrissimus & Reuerendissimus *D. Franciscus de Rie* Vesontionensis Archiepiscopus in officij adiutorem, suffraganeum vocant, loco demortui *R. P. Claudij de la Barre* optauit. Consecratus igitur est in Episcopum *Andropolitanum*, hoc eodem anno ad diem Martij XIV. post annos XXI. quàm apud nos magna eruditionis famâ, pietatis laude, virtutum omnium exemplo vixerat. Ab adolescentia enim Philosophiam & Theologiam professus, perfunctus interim frequenter multis dignitatibus & officiis, spartam, quam nactus fuerat, colebat, cùm ad maiora vocatus est. Nihil tamen per eam dignitatem ex priori vitæ instituto remisit nostrorum contubernio & conuictu sic vtens, ac si in sublimiorem statum subleuatus non esset. Multa magnaque meditatus est quæ propediem exitura in lucem speramus, atque hæc tantò solidius, quantò veriùs ingenij eius præstantiam rerum diuinarum peritiam doctesque alias quibus pollet palàm facient, quod nunquam pro meo desiderio satis maturè continget. Obsides habemus dum id in mora est Philosophica & Theologica theoremata quæ elegantibus & artificiosis figuris B. Mariæ Virgini, & S.P.N. Francisco ingeniosè simul & pie consecrauit.

Patornay.

Ordinatio R. P. Philippi in Episcop.

4. Nunquam quin etiam apud eosdem deficiet memoria *R. P. Andreæ le Baird* Scoti, qui annos multos eam Prouinciam incoluit, & cos quos habet ipsa, tum Lugdunensis Prouincia præstantissimos Theologos excoluit, hoc autem anno apud Lugdunenses sancto fine quieuit. Quod contigit VII. mens. Iunij, cùm eo die rem sacram feciset, quam facere non intermiserat ex quo factus erat Sacerdos, nec vnquam B. P. N. memoriam inter ipsa sacra (nisi in nocte Natiuitatis Christi) excidere sibi passus fuerat. Lugdunense Collegium Patribus Soc. Iesu absentibus rexerat, Theologiamque prælegerat, priusquàm nomen Ordini nostro daret. Vicarium generalem missionis Scotorum in Angliam ipsi vidimus cùm ea de çausa Parisios veniset. Supra modum amabilis fuit, eaque omnes benignitate complectebatur, quàm maxima desiderari poterat. Nihil eorum quæ videbantur desiderabat, totus in amatam Theologiæ professionem incumbebat, nec mirum si vir contemplationi quantus erat deditus, no quidem de necessariis vitæ cogitabat. Grauis accidit eius mors omnibus qui eum nouerant, omninoque sancta eius memoria in præsens habetur & in fu-

Ob. P. Andreæ le Baird.

Digitized by Google

1632. turum perennabit. Scripsit libellum gallicum hoc titulo, *L'Entretien de l'ame deuote sur les excellences, grandeurs & perfections de Dieu*, editum Lugduni 1625. apud Ludouicum Muguet, scripsetat & Molinæi famosi Ministri refutationem, quæ nondum prodiit. 1633.

Obit. aliquis è nostris. 5. Apud Valentinos in Hispania obiisse audio *R. P. Franciscum Sanz*, quem illi sanctitatis opinione clarum habent. Eius non semel meminerunt qui de vita *B. M. Gasparis Boni* scripserunt. At de obitu eius & fama sanctitatis superstite, accepi à nostro *P. Francisco del Aguilar* ex Baronibus *de Alaquas*, cum in transitu nos conueniisset quod iam antè meminimus. Quid ni & quod vidimus, & quod audimus vno contextu eloquimur? Ad VI. scilicet mensis Iulij Parisienses nostri extulerunt *P. Nicolaum Cortesium* virum irremisso mentis ardore virtutes religiosas omnes & proximi salutem ita complexum, vt externorum suorumque amorem simul & admirationẽ adhuc superstes meruerit, fato functus luctum & desiderium omnibus reliquerit. Et rectè sanè in memoriam vertitur hominum qui creditur in consortium transiisse Angelorum, quo nos breui præconio ampliorem laudationem in aliud tempus differemus. Ad XX. Octobris Genuenses memoriam recolunt *R. P. Adeodati Lomellini* qui antè mensem in suæ Prouinciæ caput & moderatorem tertiò electus fuerat. Nos eius mentionem data occasione non reticuimus, illum sui laudant, ab singulari eruditione qua præsertim in Theologiæ moralis secreta penetrauerat, vt nemini secundus in ea facultate haberetur, ab eximiis virtutibus quæ bonum perfectumque superiorem decent, ab agendarum tractandarumque rerum peritia, studio & amore in probos, odio in vitiosos & perditos, conuersationis honestate ac mira suauitate morum. Et reuerâ nos ipsi eum in transitu obseruauimus virum diuina humanaque sapientia præpollentem magnamque animi mansuetudinem præferentem, vt omninò dignus videatur cuius memoria cum elogio ad posteros transmittatur. *Sanz.* *Courtois.* *Lomellini.*

Ob. Soror. Catharina Thibault. 6. Anno demùm exeunte mortalitatem exuit Deuota Sor. *Catharina Thibault* tertium Ordinem nostrum professa, cui singularem sanctitatis opinionem vita & mors conciliauerunt. Vitam egit sanctimonia morum, piis exercitationibus, diuina gratia & opitulatione præstantem, summis & acutissimis doloribus exercitam, molestis dæmonum infestationibus agitatam, sibi (quod summum fuit) plerumque derelictam, tam multis denique ac diuersis modis à Deo in exitum perductam, vt argumentum eximij operis det iis quibuscum communicauit, quod per eos etiam speramus. Mors illi fuit, quæ iustis esse solet, optata, quieta, sancta, quam piorum studium qui reculas eius magna contentione diripuerunt, oris decor & species qualis fingitur Angelorum, aspirans cœlestis fragrantia, exaudita (vt creditur) vota, & pleraque alia exaggerauerunt. Annos non plures XXXI. nata erat, deposita est *Compendij* in æde nostra è regione sacelli B. P. N. quem summè venerabatur & à quo non semel per visum inter tristia quibus premebatur recreata est. Plura cum tempore qui cœpit reuelabit & perficiet.

An. M. DC. XXXIII. M. DC. XXXIV. 1633. 1634.

Conuentus Roix. 1. AGe, breui etiam perstringamus quæ ad hunc annum occurrunt. A die Ianuarij XIX. Nobiliss. & Generos. *D. Maximilianus de Belleforiere* Marchio *de Guerbigny*, Comes *de Tilloley*, Baro *de Soyecourt*, ac pronùper delectus à Rege in suum, vt vocant Locum-tenentem per Picardiam, &c. cum nostris de condendo, & fundando vt loquuntur, apud *Roiam* Cœnobio pepigit. *Maximiliani* consors pientiss. & Nobiliss. *Iuditha Memmia* omni ope fauit. Quam ad rem expressus cum sacrorum *S. Florentij* sodalium, quibus summum liberumque ius in vrbe, tum etiam Vrbici Concilij assensus sub ead. die Februarij XXII. Moxque ad alteram diem Nobil. & Cl. Vir *Carolus de Broc* Proprætor regius suo & regiorum administrorum nomine de nostris in ciuitatem accipiendis decreuit. Inter hæc Deuota & lectiss. fœmina *D. Antonieta de l'Espaux* vidua *Belleforiere.* *de Broc.*

Digitized by Google

1633. vidua *D. Gabrielis Bruſnel* operis promouendi ſtudioſa noſtros pia largitione 1633.
Bruſnel. le Feburc. proſecuta eſt, fidemque ſuam ſolemni pactione ad diem Februar. XXIV. obligauit. *R. D. Franciſcus le Feburę de Commartin* Ambianenſis Epiſcopus, & ipſe condendi Cœnobij poteſtatem fecit litteris Ambiani ad diem Martij XXIX. exaratis. In confirmationem eius fundationis Inuictiſſ. & Clementiſſ. Rex noſter litteras ſuas apud S. Germanum in Laïa menſe Aprili conceſſit, quæ ad XXX. eiuſd. menſis in Senatu lectæ, publicatæ & Actis inſcriptæ ſunt. Demùm crux ſolemni apparatu infixa noſtrique in poſſeſſionem miſſi die XIX. menſis Iunij, quæ in Dominicam incidebat. SSq; Geruaſij & Protaſij memoriam referebat,
Marguerin. Dupre. præeunte *R. P. Iacobo Marguerin* Collega Prouinciali, cui datum eius rei negotium ab ipſo *R. P.* Prouinciali *Antonio Dupre*, quem afflicta per viſitationum laborem valetudo Calaiaci detinebat. *Roia*, quam noſtri vocant, Ortelius & alij
Roye. *Rodrinam* eſſe arbitrantur, aliis tamen diſſentientibus, qui *Caſaromagum* eſſe malunt, *Rodium* in Tabula Peutingeri. Vrbs autem ea eſt Picardiæ non obſcura in eo agro quem à ſanguine terſo cognominant, feraci quidem illo & ſegetum vbertate læto, cui cœlum ſalubre ac temperatum aſpirat. *Nouiomo* diſtat leucis
Noyon. Peronne. Amiens. Bruie. IV. *Peronâ* VII. *Ambianis* VIII. *Siluanecto* XIII.

2. Quæ dum ſcribimus à Burgundia nunciatur Diuionenſibus noſtris donatum Oratorium *B. Mariæ à Stagno*, quod nuper Anachoretæ incolebant, ſoletq; multo concurſu frequentari, ab iis qui B. Virginis opem implorant, quod fruſtra non eſt, vt diuinitus edita comprobant. Eremitis igitur iuſta de cauſa exactis, vt haberent, qui peregrinatum veniunt rei ſacræ adminiſtros, locus noſtris datus eſt à Nobil. & *R. D. Nicolao de Caſtille* S. Benigni apud Diuionem Ab-
de Caſtille. bate, in quo & nos & publicum vir beneficus promeruit. Nam præterquàm noſtri peregrinis ſuam operam præſtabunt, eo receſſu ad animum colligendum non inutiliter vtentur. Diſtat is locus altera à *Diuione* leucâ ſecundùm viam publicam qua Pariſios itur, ac de ſublimi & edito monte à tranſeuntibus conſpicitur. Inſtituti eo loco B. Virgini cultus Originem R. P. Franciſcus Poiræus in eo commentario, quem de B. Virg. ſcripſit copioſè ſatis proſequitur, narratq; ſolitum ſecedere ab armento bouem loci indicium bubulco feciſſe dum obſer-
Conuentus B. Mariæ à Stagno, ſeu Diuionis II.
uat depaſtam à boue herbam in alterum diem lætiorem & abundantiorem ſuccreſcere. Itaque defoſſa humo B. Virginis Imaginem ex coctili terra inuenit, quæ primum in arbore collocata cultum à vicinis populis promeruit. Contigit autem ſanctæ Imaginis inuentio an. 1531. Deinceps verò miraculis conſpicua diligentius culta eſt. Rarum illud quod centeſimo poſt anno accidit, & pluribus à Poiræo enarratur tract. 1. cap. XII.

3. Sed & noſtri qui Subalpinam Galliam incolunt *Niciam* poſtliminio re-
Conuentus Niciæ. greſſi ſunt. Antè annos ſcilicet triginta, & quod excurrit oblata fuerat vrbis eius inhabitandæ domicilijq; conſtituendi facultas & occaſio peropportuna, quæ cum tempore tamen dilapſa eſt, vt ſuo tempore meminimus. Nũc demùm verò, poſtquàm tot anni effluxerunt, agente imprimis noſtro *P. Michaële Lenamo*, & fauentibus Clar. & Nob. VV. *Ioanello Matrini* Condomino *Caſtri-noui*,
Lenamo Matrini. Roſſo. & *Stephano Roſſo* deducta eſt in eam Vrbem noua familia, quæ ſibi domicilium ad menſem Octob vniuerſo Populo aſſentiente, atque facultatem ſuam de-
Taono. ferente *R. D. Iulio Taono*, qui vacante ſede res eius Eccleſiæ adminiſtrabat, comparauit. Locus eſt quamoptimo Vrbis loco, PP. Societatis Ieſu Collegio proximus, qui ſub auſpiciis ac nomine *B. P. N. Franciſci*, tam citò efflorecere cœpit vt frequentes ad noſtros commeent, cùm adoleſcentes ingenui qui noſtrum inſtitutum capeſſunt, tum ciues plerique omnes apud quos cultus B. P.
Niſſe. Aſt. Bouer. N. plurimùm iam nunc inualuit. At de *Nicea*, ſeu *Nicia* dicere præoccupauimus. In proximo quinetiam, *Aſtam Pompeiam*, de qua & in anteceſſum diximus, atque *Bouias* nobilis gentis prædium ſeu vicum in ea regione Subalpina, ſe immigraturos qui ex officio noſtris præſunt certam fiduciam habent, & vtinam votis illi ſuis non fruſtrentur.
Ab ann. 1602.

4. Anno autem 1634. ad v. Iunij menſis diem Romanos noſtros inſolabili
Obit. Card. Virilis. mœrore compleuit obitus Eminentiſſ. Card. *D. Lucæ Antonij Virilis*, qui apud

1634. eos quidem depositus, in naui (quam vocant) Ecclesiæ inq; suorum sepulchro iacet, nulla vsquedùm extante memoria qua tantus vir ab obliuione vindicetur; apud omnes verò cum maximè apud nostros nunquam deponenda viget, debetque vigere incomparabilis hominis sancta & venerabilis recordatio, vtpotè cuius vita, cuius verba, cuius opera omnia speculum esse possint, in quo B. P. Francisci gloria perpetuum resplendeat. Et reuerâ, nemo fuit ab hominum memoriâ qui Paulanum nostrum tanto studio coluerit, nemo in quem ipse liberalior & effusior fuerit, vt videri posset inter vtrumque fuisse contentio vter plus amaret, redamaretque immmortalis mortalem, mortalisnè immortalem. Virilis Franciscum semper in ore, semper in conspectu, semper in corde habuit. Nihil hoc oraculo suo inconsulto aggrediebatur, nihil non consulto ad votum perficiebat. Franciscum loquebatur, Franciscus illius ore loquebatur, omninoque sic statuebat vir supra modum pius vitam sibi, animi corporisque bona, rerum suarum prosperitatem & omnia per Franciscum constare. Id quod vniuersa Roma scit, loquitur, testatur & æternùm si meminisse velit mirabitur. Et nos sanè cum de singulis edocti fuerimus, non habebimus exercendi styli nostri iucundiorem materiam, interim verbo concludemus quod absolui multis non potest. Virilis Cardinalem deposuit vt Minimum indueret quem per vitam corde gestauerat, vt vno vtriusque hominis habitu cœlo se repræsentaret, dilectoque Minimo suo considederet. Quæ sanè nobis certa fides & si fas est dicere fiducia & securitas. 1634.

Conuentus Ciuitatis.

5. Adeundem annum *Prouinciales* nostri oppidum popularibus dictum *la Ciotat*, quod latinè *Ciuitas* reddendum videtur, medióq; inter *Massiliam* & *Telonem* quinque leucarum, interuallo, ad *Aquilam* promont. situm est, beneficio Clar. V. *D. Antonij Martin* ciuis & indigenæ, transierunt; & ædes quidem in ipso oppido sibi acceperunt loco percommodo, titulumque optauerunt *B. Maria Auxiliatricis*, seu *de bono succursu* si propiùs ad plebis sensum loqui volumus. Rem curauit *R. P. Petrus Dauin* cui nuper moderanda Prouincia optimo & singulari delectu cum bonorum omnium plausu delata fuerat; demùm verò, qui cœpit ipse perficiet atque consummabit. Certè animus mihi fuisset nostrorum qui nuper ad *Persas* abierunt, tum etiam eorum qui apud *Anglos* iam olim commorati sunt & in præsens commorantur, sed & illorum qui extra Europam apud *Mexicanos* & *Insulas America* degunt mentionem non præteriret, sed cum res illorum necdùm satis exploratas habeamus, omninò in eo verbo conquiescendum quod præmisimus, illéq; rerum nostrarum arbiter in vota sollicitandus, vt quando cœpit, ipse perficiat, ipse consummet. *la Ciotat.* *Martin.* *Dauin.*

Regi Sæculorum immortali, soli Deo honor & gloria.

APPENDIX

Digitized by Google

APPENDIX PRIMA

DE VIRIS FAMA ET OPINIONE SANCTITATIS VENERABILIBVS, SEV Euangelica perfectione illustribus & claris, quorum memoria non potuit ad certum tempus occurrere.

A

P. ALPHONSVS DE CARVAIAL, qui longam ætatem, quâ Hispanos suos omnes superauit, amplioribus virtutibus exaggerauit. Modestiâ, humilitate, animi præsentiâ, rerum omnium inopiâ exemplum se perfectioris vitæ constituit. Vt vixit sic & mortuus est.

P. ALPHONSVS MALDONATVS, inuictum ab oratione spiritum non relaxabat. De geniculis enim die ac nocte orabat, præterquàm in publicis precibus quæ in Choro recitantur. Humilis supra fidem fuit, qui primus perfectæ orationis fructus esse solet. Exhinc mirificâ se abstinentiâ macerauit, quo liberior ad orationem accederet. Consueuerat autem eduliis aquam secretò infundere ne quid saperent. Charitate adeò succensus fuit vt nullum officium prætermitteret, quo posset proximum demereri. Illibatam animi & corporis integritatem orationis beneficio seruauit, cuius quidem assiduitate ita vires exhauserat vt vix posset corpore niti, non tamen quicquam propterea ex solita exercitatione remisit. Hoc vnum à Deo petebat, vt eum sua gratiâ, per vitam atque in morte, non destitueret. Dedit autem illi Dominus petitionem cordis sui, beatam enim vitam felicissimo exitu clausit.

P. ANDREAS A MESSANA B. P. N. socius humilitate insignis & quadragesimalis inediæ sectator zelantissimus, sanctissimè obiit. Vereor ne ille sit quem alij à *Petrafitta* cognominant, & hic enim Messanensis traditur. Nihil tamen constat, quod in alteram partem inclinet. Nobis à *Misano* (cuius nominis oppidum est in *Brutijs*) dicendus visus est, nec vsquedùm ab eâ sententiâ recedimus.

P. ANDREAS DE MORA in confessione Christianæ fidei à Mauris infidelibus in Hispaniâ trucidatus, dignam Christo victimam obtulisse fertur. Nostri omnes de illo meminerunt.

F. ANDREAS DE MORA laicus, miræ in pauperes charitatis, quam suscitato per eam viduæ filio mortuo, aliisque supra naturam editis Deus approbauit. Sancta est apud Hispanos eius memoria. Relegendi qui de rebus nostris scripserunt.

P. ANDREAS A PETRAFITTA *Messanensis*, hunc B. P. N. contubernio beatum miraculis effulgere Siculi affirmant. Meminit non semel Octauius Caietanus.

P. ANDREAS A SANCTA MARIA, quem *Malacenses* sui habent in veneratio-

ne, haud dubium qui non obſcuro ſanctitatis nomine quo ille inclaruit. Sed de Actis eius nihil præterea nobis innotuit.

ANGELVS DE SERRA Preſbyter tertiarius, quem B.P.N. in gloria ſupparem Dominus reuelare dignatus eſt. Vid. ad. an. 1501.

P. ANGELVS A SORTINO *Siculus*, qui pro ſuo nomine non hominem vixit ſed Angelum, adeò vita eius omni gratiâ & virtute præſtitit. Sepultus eſt *Panormi*.

B. P. ANTONIVS BONVS è primis duodecim quiin Italia B.P.N. adhæſerunt. Oriundus erat *Flumine-frigido*, vnde nomen etiam nactus eſt. Deiparæ ſtudioſiſſimus cultor fuit, Ardentiſſimo pœnitentiæ zelo flagrauit. Morum integritate mirabili reſplenduit. Virtutum omnium decore ac gratia Dei inſignem prædicant noſtrorum Tabulæ. Beatum indigetant Barius, Maurolycus & alij, ea eſt apud ſuos Calabros ſanctitatis eius opinio, quam vtinam rerum noſtrarum ignoratio amplius non premeret.

P. ANTONIVS A CROCVLO vir notiſſimæ ſanctitatis, qui ne per deſperatas quidem ægritudines vitæ quadrageſimalis canonem ſoluere vnquam voluit. Aſſiduus fuit in Nouiſſimorum vt vocant contemplatione quâ quidem ad inſolitum pœnitentiæ feruorem exarſerat. Præſtaret acta eius ſingula ad nos peruenisſe. Depoſitus eſt *Spetiani* loco ad memoriam conſpicuo.

P. ANTONIVS A NEAPOLI vitæ perfectione mirabilis, quod ei elogium Tabulæ Siculæ aſcribunt.

P. ARCHANGELVS A BESIGNANO vir ſanctus, cui ob eam cauſam *Beati* nomen tribuitur. Strictim meminit Montoia eoque auctum nomine inter alios recenſuit.

B. P. ARCHANGELVS A LONGOBARDO vnus è duodecim illis quos B. P. N. in ſocietatem primùm accepit. Martyrium feciſſe cum itineris comite à quibuſnam traditur. Alij eum à Zelo pœnitentiæ ac puritate vitæ celebrant. Exteri ſcriptores Beati nomine ornant. Omninò vir ſanctus fuit cuius tamen Acta ſingularia nos latent. Strictim de illo meminimus in Chronico Montoiæ qui martyrem facit *Archangelum, à Meſſanâ* dicitur.

B.

F. BARTHOLOMÆVS A MESSANA laicus, qui corpus aſſiduis macerationibus ſubegit & attriuit, nec finem fecit quoad puriſſimus ſpiritus deiectâ maceriâ ad originem ſuam reuolauit.

P. BARTHOLOMÆVS A PATERNO vir ſanctiſſimæ vitæ & in corporis aſperitate (quod habent Tabulæ Siculæ) præcipuus glorioſa morte perfunctus eſt.

P. N. BECERRIL vir ſanctiſſimus annos totos quinquaginta ſolis leguminibus vſus eſſe traditur. Corpus eius diu poſtquam conditum fuerat inuentum eſt incorruptum. Celebris eius eſt apud *Toletanos* memoria.

Sr. BENEDICTA A CATANA tertiaria, Meſſanenſis quæ ſanctitatis opinionem quam extulerat certo poſtmodùm argumento demonſtrauit. Anno enim 1615. corpus eius odore fragrantiſſimum & nulla tabe diſſolutum in communi Tertiariorum ſepulchro inuentum eſt.

P. BENEDICTVS GVGLIOTA ſingulari elogio laudatus à Trimarchio noſtro in opere de Viris illuſtribus Minimorum, mihi nomine ſolùm notus.

P. BERNARDVS BVILIVS à nobis non ſemel, vt tamen infra meritum, laudatus, magnæ vir autoritatis, doctrinæ, ſanctitatis & fundandi per Hiſpaniam Ordinis noſtri præcipuus autor, ſed de cuius obitu nihil potuimus habere certi & explorati. Eum enim alij martyrio functum tradunt, & Accitanis illis qui anno demum 1612. reperti ſunt annumerant; alij Gerundenſem Epiſcopum faciunt, quocum alterum non videtur conciliari poſſe. Trimarchius noſter poſt alios hæc de Builio ſcribit: *Euenit quòd Ferdinando Regi Catholico multiplicatâ inſtantiâ & declaratâ voluntate conſecratus fuit (tamen Apoſtolico præcepto coactus) in Archiepiſcopum*

Archiepiſcopum & cum poteſtate Vicarij Pontificij tunc temporis, necnon Legati à latere miſſus fuit vnà cum præſtantiſsimo viro Chriſtophoro Columbo ad Indias, & propter rixam ob defenſionem Eccleſiaſtici ſtatus, quam habuit cum Chriſtophoro Columbo fuit à Rege Ferdinando ab Indiis in Hiſpanias euocatus & electus ac confirmatus in Epiſcopum Gerundenſem, quo Epiſcopatus benè (vt fas erat) munere fungens ſancto fine quieuit; Et vidi egomet in Cathedrali Gerundenſi ſepulchrum huius Epiſcopi vbi in Inſcriptione noſtræ religionis fit mentio. Hæc Trimarchius, quæ tamen ſi benè memini non per omnia conſentiunt cum Annalibus Hiſpanorum qui Builium quidem Columbo aſſociant, ſed alium à noſtro deſignant. Acta præſtantiſſimi viri deſiderantur, & hæc cum iis conferenda quæ iam antè diximus.

P. Bernardinvs Gervnda *de Aquodam*, per quem Deus mira operari dignatus eſt. Eius meminerunt plures proceſſus in Calabria facti ad B. P. N. canonizationem.

Sr. Bernarda a Monte forti *Meſſanenſis*, raræ & incomparabilis ſanctitatis Virgo, quam iugi præſertim rerum diuinarum contemplatione, Sacramentorum frequentatione, corporis maceratione, duriſſimaque abſtinentia comparauit. Nec certa defuerunt à morte argumenta, cùm enim ſupina in hypogæo à ſodalibus compoſita eſſet in pedes poſtmodum erecta ſtanſque inuenta eſt, mutato etiam veſtis colore fuligineo in candidum & ſplendentem: acceſſit & alterum ſubinde prodigium, puellâ enim quæ cum aliis in Monaſterio educabatur mortuâ cùm locus ei proximè ad *Bernardam* daretur illa veluti auerſata pedem longius tulit & digreſſa eſt, incomperto ad hæc quod ſciam exemplo & prodigio. Sita eſt Meſſanæ in Cœnobio S. Eliæ apud Octauium Caietanum.

P. Blasivs a Monte-albano *Hiſpanus*, qui paratas à dæmone inſidias tam feliciter euaſit, quàm ſanctè poſtmodum vixit. Sic nimirum viri ſancti animum ſolent & vires ab ipſis aduerſariis ſumere, atque ex eo ſe extollere vnde potuiſſent deiici. Rem amplius noſtri deſcripſerunt.

C.

P. Christophorvs Arena *Panormitanus*, cuius vitam virtutibus vniuerſis efflorescentem mors miraculis glorioſa excepit, quam à Siculis ſuis breui elogio comprehenſam ampliùs enarrari operæ pretium fuerit. Conditus eſt in Cœnobio S. Oliuæ propè Panormum, vt habet Octauius Caietanus.

D.

P. Didacvs de Albvrqverqve cognomento *Pius*, vt qui non modò rerum diuinarum ſenſu & affectu excelluit, ſed cœleſtem planè conuerſationem ſuis & exteris, & in his viris principibus exhibuit. Dignitates animi magnitudine mirabili exercuit ad quas continenter ſuorum ſtudio & amore adhibitus eſt. Summa eius apud primarios viros exiſtimatio fuit, adeoq; par illi reuerentia quæ Apoſtolo delata eſt. Hanc ſcilicet illi virtus grauitas, pietaſque conciliauerant. Denique dierum ac meritorum plenus ſancto fine quieuit. Nobis quandoque in anteceſſum laudatus, vt ad an. 1529. 1548.

P. Didacvs Moreno, vitæ pœnitentis & auſteræ, nullum penè lachrymis finem faciebat; certè ſemper lachrymabundus videbatur. Charitatem eius erga frratrem peregrinum à Deo per miraculum compenſatam ferunt. Colligendi animi deſiderio munerum omnium vacationem indulgeri ſibi procurauit. Prout vixit ſic & ſanctiſſimè apud *Aſtapam* requieuit. Relegendus Triſtanus De Vita P. Simonis Garciæ c. 11.

P. Didacvs Ortiz tanto feruore à puero inſtitutum noſtrum eſt amplexus vt breuiſſummam vitæ perfectionem attigerit. Nihil præter Deum ſibi proponebat, cui vni dum ſe probare contendit ſupra ſe omninò ſublatus eſt. Quam verò in ſe transformauerat vitæ perfectionem de facili & cum multâ gratiâ in

alios deriuabat, itaque quamplures ab illius disciplina viri magni & perfecti prodierunt. Rerum minutarum sollicitam curam imprimis commendabat, tum parcimoniam & abstinentiam, deinde orationem atque postremo diligentiam, sedulitatem animique per omnia præsentiam, quas ille virtutes studiosè præstabat. Merito suo periculum præuertisse creditur, quo sui omnes dum Superiorem ageret conficiendi videbantur. Senectutem habuit ægritudinibus molestam, quibus ille debitas admissis pœnas expiari gratulabatur. Prænunciata mortis hora in Crucis amplexu sanctissimè obiit ad diem Aprilis XXIX. A morte, splendor & odor quo cubiculum respersum est, vultus nitor & gratia quibus resplendebat non dubium beatæ immortalitatis argumentum facere visa sunt. Et ita quidem conueniebat vt cœlestis fragrantia & lux ad virginitatis laureolam euolanti præsto essent. Hæc enim solent esse incorruptionis insignia.

P. Didacvs Verdeio à Mauris in Regno Granatensi occisus martyrium feciſſe prædicatur.

P. Dionysivs Barbier inter primos qui B.P.N. in Gallia se adiunxerunt multis laudibus effulsit. Virtutum & eruditionis merito missionis in Germaniam ductor electus apud *Maximilianum* Imp. gratia & autoritate valuit, Cœnobia plura comparauit, & in Prouinciam redegit. Apud Germanos & Gallos suos multis perfunctus muneribus naturæ concessit, parem vitæ exitum sortitus æterna scilicet memoria dignum. Eius aliquam multis locis meminimus, tum verò & in Prouincialibus Franciæ. Vide quæ diximus ad an. 1629. n. 10.

E.

P. Evgenivs ab Arevalo vir grauissimus & valdè religiosus, qui sanctitati autoritatem coniunxit multis apud suos cum laude perfunctus muneribus. Ætatis annum XC. sanctæ professionis LXXVIII. prætergressus, ad Patres suos appositus est, Matriti, vbi nominis eius fama etiamnùm obtinet.

Sr. Evphrasia a Monte-leonis *Sicula*, Virgo euangelica perfectione commendabilis, nam humilitate, patientia, sedulitate, rerum diuinarum altissimo sensu, & perseuerantiâ vt memoria eius sanctissima habeatur promeruit, quin & à cœlo præstitum sanctitati eius testimonium, postquàm corpore soluta est pluribus diuinitus editis traditio est. *Panormi* ab an. 1534. professa fuerat.

F.

P. Ferdinandvs Imperator *Panormitanus*, non aliter mihi quàm indicio Trimarchij notus, qui locum inter Illustres suos ei facit.

Sor. Febronia a Monte-leonis *Sicula*, profundissimæ & continuæ contemplationis Virgo quæ vt orationi meditationique vacare posset vix è viginti quatuor horis, quibus nox & dies continentur, duas somno indulgebat, atq; hunc sedens & in tabulam reclinata capiebat, quæ causa fuit vt ætate prouecta erigere se non posset, sed curua omnino incederet. Denique contractâ paralysi ex illa assiduitate longam patientiam ad reliquas virtutes adiunxit, educta per eam ægritudinem in libertatem filiorum Dei. Ab an. 1533. Ordinem Panormi capessiuerat, vbi sanctitatis eius fama præcipuè viget.

P. Foelix Bota, quem illustribus suis accenset noster Trimarchius & iusta laudatione prosequitur.

Sor. Francisca de Andviar, cognominem sororem *Mariam* in omni virtutis exercitatione ad perfectum consecuta non dispari sanctitatis opinione resplenduit, ex quo cum illa omnium prima inauditæ religiosæ vitæ palæstram ingressa est, siue vt verius dicam patefecit & aperuit. Sed nos de Maria suo loco. Videsis & ad ann. 1495.

F. Franciscvs Ceccardvs *à Genuá* laicus, B. Virginis Deiparæ cultor eximius,

mius, vitæ auſteritate & abſtinentia mirabilis, cui morienti lampas ſine oleo per horas viginti quatuor non defecit. Eius acta Donius noſter pluribus figillatim proſequitur. Apud Octauium Caietanum, depoſitus in Cœnobio S. Oliuæ iuxta Panormum.

P. Franciscvs de Cerezano, qui ab initio inſtituti ordinis magna ſanctitate floruit apud Calabros, & vtiliter rebus ſui Ordinis allaborauit.

P. Franciscvs Longvs *à Sambläſio*, eloquentia percelebris, & concionum gratia per Italiam nominatiſſimus, imprimis verò ſolidæ pietatis ſtudio & exercitio, ac reliquis virtutibus ſuam memoriam poſteritati ad exemplum, & admirationem commendauit. Eius mentionem non ſemel habuimus.

P. Franciscvs Maioranvs *à Conſentiâ*, ſi Montoiæ credimus, cum aliis *Flumine-frigido*, quibuſdam *Marcopoli*, nonnullis etiam *Mylis* oriundus videatur, tantùm ſanctitatis ſuæ opinione hominum ſtudia vir magnus & beatus diuiſit. Quid ni & *à Maiorana*, quod alij indicant, videturque admodum probabile? Sed hæc non agimus. Poſtremum illud magis antehac probauimus, & omninò ſuffragatur Proceſſ. Conſent. non ſemel. Franciſcus noſter, animi & corporis intemerata puritate ad ſublimem rerum diuinarum contemplationem nixus ſic ſe diuinæ gratiæ aptauit, vt oranti ſub columbæ ſpecie adeſſe Spiritus ſanctus non ſemel voluerit, externo ſcilicet indicio, quale haberi luculentius non poteſt, interiorem gratiam ſignificans. Sepultus eſt *Maidæ*, quem locum corporis ſui gleba nobilitat.

P. Franciscvs de Ribas ingenij acumine ac dicendi facundia nemini comparandus. Nec fruſtra Eſcolanus vt ſui ſæculi Phœnicem prædicat tantùm valuit in Theologiâ ſcholaſticâ, cuius omnia arcana vnus peruidiſſe credebatur. Annos lxx. in religione vixit, acerbiſſimis doloribus antè mortem diutiſſimè cruciatus quæ humanitus peccauerat expiaſſe videtur, atque ita in cœlum omni ſublato impedimento ſubuolaſſe. Gratioſus fuit apud viros principes, & apud ſuos, qui præclara illi munera in animi ſui ſignificationem detulerunt. Obiit *Neapoli*, funus curauit *Petrus Gironius* Prorex Oſſunæ Dux, quod frequentes totius Ciuitatis ordines in tanti viri memoriam frequentarunt.

F. Franciscvs Xilo *Meſſanenſis* laicus, cuius ſanctimoniam miraculorum gratia indubitato teſtimonio poſt mortem obſignauit.

G.

P. Gvillelmvs Serrevx *Gallus*, per obedientiam in Baleares inſulas traiiciens in manus piratarum Algerianorum incidit, à quibus in mancipiorum ordinem redactus poſt duram ſeruitutem pretio diſtractus & venditus eſt. Hanc ille calamitatem mirabili æquanimitate perferens poſt tam certam conſtantis & fortis animi probationem, aliquanto illuſtriorem poſtmodùm occaſionem nactus eſt & fortitudinis exercendæ & profitendæ religionis. Cùm enim homini Hiſpano fortè occurriſſet, dum ille causâ fidei Chriſtianæ per ſummum dedecus eiurandæ iam in foro ſtaret atque ad circumciſionem accipiendam coràm plebe prodiiſſet, non dubitauit in medium proſilire ac quibus potuit verbis miſerum hominem ad ſanam mentem reuocare. Quod vt intrepidè aggreſſus eſt ita & feliciter obtinuit. Sed versâ in eum populi & Magiſtratus rabie ſtatim ipſe ad ſupplicium tractus eſt & palo ſine morâ transfixus, ex quo ille per totum diem non deſiuit circumſtantes qua potuit vocis & animi contentione ad Chriſtianam religionem ſiue retinendam, ſiue ſuſcipiendam hortari: tantò autem ex hoc magis incenſus Iudex rogum iuſſit excitari & ignem immitti, atque in eum inuicti animi & propoſiti athletam, Chriſtique confeſſorem deiici: quo ille ſupplicio abſumptus atque in refrigerium per flammas eductus eſt.

H.

P. HERNANDVS CALVVS excellentibus ingenij dotibus & regendi ſcientia nomen famamque apud ſuos inuenit, apud quos magna eius memoriæ veneratio.

P. HIERONYMVS DE CONTRERAS inculpabilis vitæ homo qui per ſummam humilitatem adeò ſe humanis affectibus omnibus exuit, vt nullo planè teneretur. Bononiæ in Italia multos annos egit, ſed tertiùm iam ad familiam regendam optatus virtutis ſuæ merito, ad ſuos reuerſus eſt, vt quod ab exteris impetrare non poterat apud ſuos conſequeretur. Munerum ſcilicet vacationem affectabat, quæ iam vltro deferebantur. Sed cùm à ſuis non minori ſtudio, quàm ab aliis expeteretur eumque ſibi Burgenſes noſtri popoſciſſent, ratus non arte deinceps declinandum ſed via abrumpendum, illorum vota obfirmato animo fruſtratus eſt. Conceſſit ex hoc in Caprenſem ſolitudinem, quam inſolito feruore ſpiritus excoluit. In corpore macerando, tam ſeuerus, tamque aſſiduus fuit, vt oſſa tenui vix dum pelle contegerentur. Miraculo proximum videbatur quod eo corporis habitu ſupereſſe poſſet. Ita demùm viribus exhauſtis immaculatum Deo ſpiritum reſtituit. Magnam habet ab omnibus cum Exteris, tum domeſticis venerationem. Et certè tanti viri mors vtriſque luctuoſa & lugubris accidit.

P. HERNANDVS PEREZ, qui aliquando per Hiſpaniam Vicarium Generalem magna cum rectitudinis & clementiæ famâ egit, vir fuit magnarum virtutum, atque imprimis receſſus amore tenebatur, quem ab aliis etiam exigebat, vt qui crederet animum facilè diffluere, qui hoc præſidio collectus non haberetur. Itaque in vagabundos & inquietos ſeuerè animaduertebat. Regularis obſeruantiæ tenax fuit, cúmque omnes ad officium promptos & frequentes videret animo exultabat, Deoque in corona filiorum gratulabatur. Penè continuò ad Chriſti Imaginem de genibus orabat. Ore macilento & extenuato pietatem intuentibus aſpirabat. Sui deſiderium probis omnibus cùm ab eis receptus eſt reliquit.

P. HIACYNTHVS FOLLINI celebratus à Trimarchio in opere de Viris illuſtribus Minimorum, mihi eius tantùm fide commendandus.

I.

P. IACOBVS L'ESPRIVER ſcribendis B. P. epiſtolis, & rebus Ordinis procurandis egregiam operam nauauit, ab eo multùm dilectus ob præclaras ingenij dotes, & incenſum pietatis ſtudium. Laudes eius ſtrictim ex occaſione indicauimus, ob excellens interim meritum in hunc ſyllabum conferendus fuit.

P. IACOBVS RVET, quem Tabulæ omnes à noſtris editæ vitæ innocentia conſpicuum præferunt, nos amplius non nouimus.

S^t. IOANNA CASERTA virgo tertiaria quæ B. P. N. ætate vixit, quæ infeſtum dæmonem adoleſcens paſſa, poſtmodùm cœleſtibus viſis recreata eſt, & ſanctiſſimæ vitæ exemplo reſplenduit. Vid. ad ann. 1501.

P. IOANNES CARO Concionator Apoſtolicus, & regulæ ſuæ obſeruantiſſimus magno apud Hiſpanos ſuos nomine inclaruit.

F. IOANNES A LAVRETO Oblatus, qui prophetico lumine illuſtrari meruit dum animi puritatem colit, & irremiſſo curſu ad religioſæ vitæ perfectionem properat.

P. IOANNES MARTINEZ A LERMA vir præſtantiſſimus, & apud ſuos ob præclaras animi dotes & optimi regiminis gratiam celebratus.

P. IOANNES MVVARVS, nobilis Siculus, qui præcipuam eruditionem virtutum indefeſſa exercitatione, ac Virginitatis laurea cumulauit.

F. IOANNES A MYLIS laicus, qui cùm per vitam ſe hominibus præ humilitate

tate celauiſſet mortis gloriâ innotuit, vt quæ miraculis pluribus coruſcauerit. Sic decebat, vt qui ſe infra omnes demiſerat, in ſupremum exaltaretur. Conditus in Panormitano Cœnobio S. Oliuæ apud Octauium Caietanum.

F. Ioannes a Neapoli Clericus, quem ſui ab indefinente ac diuina charitate commendant, quo illuſtrius elogium eſſe non poteſt. Charitati autem à Virginitate conciliatus ſplendor, hoc etiam elogium in immenſum exaggerat.

F. Ioannes a Neapoli Oblatus, regularis obſeruantiæ ſtudio, ſilentij cultu irremiſſo ad cordis munditiem illam peruenit quæ cultores ſuos in expetitum perfectionis culmen euehit & Deo videndo adaptat.

P. Ioannes Romero animarum Zelo inſignis, quem Deus inanem eſſe non ſiuit. Multos enim quoad ſuperſtes fuit ad meliorem frugem reuocauit. Sic verò auxit incrementa frugum iuſtitiæ ſuæ, & ad præmium euolauit. Releg. Triſtanus de Vita P. Simonis Garciæ cap. 11. Verùm & nos illius meminimus ad an. 1599.

P. Ioannes Vegel à Mauris infidelibus in Catholicæ religionis odium lapidibus obrutus martyrium feciſſe in editis Tabulis omnibus traditur. Hunc autem *R. P. Petri à Cuellar* ſocium Montoia facit quod aliis non placet. De Petro autem diximus ad an. 1569.

P. Ioannes Villanvs *Mylanus*, morum ſanctimonia & inculpata probitate commendabilis. Obiit Matriti, à Siculis ſuis celebratur, nominatim à R. P. Octauio Caietano.

F. Iosephvs a S. Lvcia laicus, mirabili virtutum & probitatis exemplo apud ſuos effulſit, qui eum hodieque in admiratione habent.

P. Isaacivs Caignet vir florentiſſimi ingenij, vitæ innocentis & ſanctæ, iiſque omninò virtutibus adornatæ, quas perfecta per gratiam natura capere poteſt. Eapropter ad ſupremam Ordinis ſui dignitatem non ſemel multorum votis expetitus eſt, ſed ille tanto apud ſe ſolidiùs ſtetit, quantò minùs honores quos merebatur appetiuit. Obiit vt videtur in Prouincia Franciæ.

P. Isidorvs Baltæmvs, cuius memoriam debita laudatione ab interitu vindicauit noſter Trimarchius, qui eum inter Illuſtres ſuos collocauit.

L.

P. Lavrentivs a Clavo præſtantiſſimi vir ingenij, explorata prudentiæ & ſingularis ſanctitatis, quem B. P. N. litteris ad Ill. D. *Petrum de Lucena Olit* plurimùm commendat. Primus ipſe res B. P. conſcripſit, vt ad an. 1516. meminimus.

P. Leonardvs Barbier B. P. N. familiaris fuit atque chariſſimus, quam ille neceſſitudinem virtutum quadam paritate non inutiliter excoluit. Ab eius manu ſacroſanctam Euchariſtiam pridie, quam vitâ cederet B. P. ſuſcepit. Studioſus admodum fuit Ordinis propagandi, ſuamque operam cùm in Gallia, tum in Italia, vtrobique multis dignitatibus perfunctus, præſtare non deſtitit. Honoratam vitam non diſpari morte concluſit aut veriùs coronauit.

P. Lvdovicvs de Espinosa, ſtrictioris apud ſuos obſeruantiæ ſtudioſiſſimus cultor imo & autor, cùm virtutibus omnibus, tum obedientia ſupra cæteras excelluit, ad quam ſe Chriſti exemplo identidem animabat. Cuius quidem vltra mortem exemplum mirabile dedit. Cùm enim apertis oculis & in cœlum intentis à morte manſiſſet, nec vlla vi aut arte claudi potuiſſent, mandatum illi ex obedientiâ vt oculos clauderet, nec mora palpebræ ſponte ſua remiſſæ ſunt, raro quidem exemplo ſed quo ſerui ſui obedientiam compenſare meritorum æſtimator non fruſtra voluit. Decet nimirum vt obediēs loquatur victorias & morti etiam poſſit exprobare, vbi eſt mors victoria tua. Iacet in Caçallenſi Cœnobio noſtro.

Si. Lvdovica Gideni nobiliſſ. Sicula tertium Ordinem profeſſa, quæ ſanctam vitam miraculorum ſplendore illuſtrauit. Vereor ne illa ſit quam à *Ventimiglia* cognominatam Nob. V. *Hectori Gieoni* ſecundùm nupſiſſe diximus, ad an. 1619.

P. Lvdovicvs Ivsteav ex primis in Gallia B. P. diſcipulis, & ſociis qui op-

timo parenti gratiosus virtutes eius in se luculenter expressit & repræsentauit. Multum allaborauit ad Ordinis confirmationem quod suo tempore significauimus. Memoria eius chara nobis & pretiosa esse debet & hoc nomine, & aliis quampluribus.

M.

S^t. MARIA DE ANDVIAR, non tam nobilitate sanguinis, quàm animi & virtutis, clara, Dux & primiceria, vt ita dicam omnium Ordinis nostri Monialium, quod illa institutum Spiritu sancto agente suscepit, & gloriosè per multos annos retinuit suo exemplo ad sublimem vitæ perfectionem reliquas omnes prouocans, & illum qui hodieque apud suas viget spiritum pietatis longè latéq; disseminans. Obiit in Hispania. Vid. ad an. 1495.

S^t. MARIA A MONTENIGRO sanctimonialem *Illiturgi* professa, vitæ puritate & asperitate insignis describitur in Tabulis Siculis. Et quidem Hispani apud quos vixit eam vt speculum Pœnitentiæ proponunt. Nam & perpetua se inedia macerauit, nunquam nisi nudis pedibus incessit, cilicium ad carnem sæpius induta erat, somnum in lecto cepisse nefas ducebat, adeoq; nunquam in stratum ipsa recubuit. Plura etiam illi scribunt, de quibus hæc libasse satis est.

P. MARIANVS CARNOVALICVS *Liparensis*, quem Siculi sui ab exacta regularum obseruantia, vt virum apprimè religiosum & sanctum commendant.

P. MARTINVS A TOLETO, inter suos honoratissimus, digressus à sæculo in beatæ tranquillitatis portum se recepit Regularum antè omnia obseruantissimus fuit, tum etiam verbi diuini prædicandi gratiâ & gubernandi peritiâ excelluit, quæ dotes immensum eius desiderium à morte reliquerunt.

P. MARTINVS VERMVIOS apud Granatenses quandoque Prouincialis, eximius Concionator, insignis Theologus Illust. Princ. D. *Ioannæ Arragoniæ* à sacris confessionibus, nihil vnquam sibi aut à fauore aut ab ingenij animiq; dotibus quibus præcellebat arrogauit, sed sensu præterquàm credi potest humilis, animo simplex & verè ingenuus per omnia fuit. Singulari corporis sui edomandi studio multis se verberibus confecit. Id verò insigne, cùm nullis verbis ad obstinati peccatoris conuersionem proficere posset, eo seorsum accepto, tot se verberibus in præsentiâ dilaniauit, vt hominis malè feriati risum in seriam pœnitentiam traduxerit. Hunc etiam deficiente annonâ diuinæ prouidentiæ confisum familiæ quam regendam habebat frumentum à Deo sæpiùs impetrasse ferunt, adeoque vacuũ horreum ad eius preces abundasse, quod est non minimum miraculum. Relegendus Tristanus noster Vitæ F. Ioannis à S. Maria Capit. III. Is verò nisi admodùm fallor ille est de quo ad an. 1589. nomine P. *Bartholomæus Martinez* cognominatus *de Mermuios*, Tabulæ tamen Siculæ Tristano consentiunt.

P. MATTHÆVS A CELICO in Ordinem cooptatus B. P. adhuc superstite, postquam insignia virtutum omnium exempla, & præsertim sedulitatis in animo colligendo, humilitatis in obsequiis vltrò amplectendis & præstandis, charitatis in Deum atque proximum feruentissimæ per omnem vitam reliquit, in sarmenta pro more decumbens B. P. N. visibili specie apparente, atque in consortium euocante lætus & alacris ad præmium euolauit. Quod *Spetiani* contigit vbi eius memoria colitur.

P. MATTHÆVS MICHEL inter primos Gallos qui Ordinem susceperunt eruditione ac probitate clarissimus, quem B. P. N. consiliis suis, & scribẽdis etiam epistolis peramanter & vtiliter adhibuit, ipse verò multis exantlatis laboribus & Euangelica perfectione consummatus ad superos (quod credimus) receptus est. Eius nobis mentio tempestiuè non excidit.

P. MELCHIOR DE LOS REYES in nocte Natiuitatis Domini ad altare cum *R. P. Stephano de Granata* martyrium fecit ab impiis & perduellibus Mauris confossus. Digna vtraque cœlo victima.

P. MICHAEL PELLICVS *Messanensis*, cuius virtus & sanctitas frustra verbis exaggeraretur, postquàm illas miraculorum gloria coronauit. Sepultus in Cœnobio S. Mariæ de Victoria iuxtà Panormum, vt habet Octauius Caietanus.

P. NICOLAVS

N.

P. NICOLAVS DE ALEXIO *à Paula* B. P. N. nepos, quem mortuum vitæ reddidit ac in conſortium poſtea ſuſcepit in quo præclaris moribus ab auunculo non degener effulſit.

P. NICOLAVS BETHVNIVS vir doctus & pius, & in B. P. ſocietatem inter primos Gallos receptus, ſparſim à nobis laudatus, in catalogum etiam Prouincialium Turoniæ relatus, æternâ memoriâ ob præſtantem virtutem & eruditionem donandus nobis fuit.

P. NICOLAVS PAPELARTVS vir antiquæ probitatis & religionis, cuius ſtudium ad tuendam obſeruantiam regularem à Siculis ipſis meruit commendari, qui tamen fruſtra *Ioannem* appellarunt, vidimus enim profeſſionis eius autographum in commentario Nigeonenſi, vbi nomen dedit ſacræ militiæ ad an. 1514. die v. Nouemb.

B. P. NICOLAVS A S. LVCIDO, inter primos B. P. N. ſocios vitæ ſanctiſſimæ & integerrimæ, ob quam beati titulo etiam ab exteris ſcriptoribus augetur. Sunt qui fretum Siculum cum B. P. euaſiſſe tradunt, qua de re alibi diximus. Alter etiam NICOLAVS A NVCITO iiſdem omninò nominibus celebratur, quos inter ſi diſtinguendum eſt poſſit dubium videri, nobis non videtur vt ad an. 1435. ſignificauimus.

Pro *Nucito*, *Nicetum* legit Barius, recentiores Geographi non conſentiunt.

O.

S^r. OLIVA INCORBEIRA Virgo ſanctimonialis ab an. 1549. Panormi profeſſa, quæ orationis & corporis macerandi ſtudio parem vix habuit. Ad largam ſanguinis effuſionem verberari ſe procurabat, vt Chriſto ſponſo pro ſanguine ſanguinem redderet. Verùm cum his aliiſque exercitationibus mortem acceleraſſet ab Angelo cytharam pulſante in morte recreata eſt, à quo etiam cum propiuquæ mortis ſignum datum eſſet gaudens & exultans ad ſponſum migrauit.

P.

P. PAVLVS A NOLA, quem merito Trimarchius elogio exornandum ſuſcepit in laudato ſæpiùs opere de Viris illuſtribus.

P. PAVLVS ROSADVS vir probatæ virtutis, qui pro ſua humilitate delatas vitiò dignitates eiurauit. Charitas & miſericordia cum eo creuerunt, adeò in pauperes affabilem ſe ac liberalem præſtitit. Nunquam ſe votis fruſtratos qui Paulum noſtrũ interpoſuiſſent, quamplures fide digniſſimi affirmarunt. *Aſſapa* finem viuendi fecit, tum verò ei ab excelſo diuina lux affulſiſſe viſa eſt Funus ſolemniter curatum, circumſtantium omnium luctu & lachrymis aſperſum eſt.

F. PETRVS A MESSANA (qui & *Franciſcum Paſchalis*) Clericus pietatis odore mirifico patriam ſuam reſperſit.

P. PHILIPPVS A GIBBOSO, Siculus virtutum gratia quibus floruit apud Syracuſanos venerationem promeruit, atque apud eos depoſitus hodieque illius memoria in benedictione eſt.

F. PHILIPPVS LA VIA *Nicoſienſis*, Clericus Diaconus, magnarum ac multiplicium virtutum adoleſcens, ob quas vulgò Sancti fratris nomen obtinuit.

P. PHILIPPVS SINARIA compunctionis gratia & lachrymarum dono ad exemplum Siculis ſuis illuxit, & ſuam apud eos memoriam conſecrauit. Oriundus erat Sancti-Stephani fano.

P. PLACIDVS ALBARELLVS inter viros illuſtres relatus à Trimarchio, & laudem quam meruit ab eo conſecutus.

S.

P. SIMON COTTA-NIGRA *Randatienſis*, qui bonitate naturæ & morum candore *Siciliam* illuſtrauit, cuius eo nomine apud ſuos memoria ſancta eſt.

P. SIMON A PALATIO, vir magnarum virtutum, qui Ordinem in *Aragonia* & *Balearibus* maximè propagauit, & vtramque Prouinciam ſapientiſſimè rexit. Diuinitùs quamplura edidiſſe creditur. Sepultus eſt apud *Maioricenſes*, qui ſanctitatis eius opinione permoti de corpore illius ex hypogæo educendo, & in priuatum ſacrarium ſeponendo, egerunt, quod neſcimus ſi præſtiterint. Rele-

gendus noſter Triſtanus, De Vita B. Gaſparis Boni cap. IV.

P. Stephanvs de Granata ſacra faciens in nocte Natiuitatis Domini ad altare trucidatus dicitur, vnaque *R. P. Melchior de los Reyes*, quibus de conſortio martyrij duplicata laurea eſt.

P. Stephanvs de la Noüe inculpatis moribus & innocentia vitæ ſingulari annos xl. in ſancta profeſſione tranſegit. *Nigeoni* ſepultus vbi gratiæ ſpiritum hauſerat fidem ſuam Sacramento ſolemni obligans, die VIII. Decemb. an. 1515. Obiiſſe autem lego an. 1556.

F. Stephanvs de Semperino laicus, qui à puero mirabile pietatis ſtudium prætulit, quod ad mortem perpetua eiuſdem propoſiti æquabilitate prorogauit. Sui Siculi eum non inter poſtremos celebrant.

T.

F. Thomas a Clesvto, quem à ſummâ patientiâ, qui laudant vacua laude non proſequuntur. Is mihi eſſe videtur, qui *F. Thomas de Apulia* Oblatus in Tabulis Siculis ſcribitur.

F. Thomas a Neapoli, cui exacta & mirabilis obedientia nomen in noſtris Annalibus fecit dignum virtute ſua & poſterorum recordatione.

P. Thomas Seminvs magna pietatis laude, ardentiſſimoq; diuini honoris zelo, regularis obſeruantiæ, omniumq; religioſarum virtutum exemplo apud Genuenſes ſuos venerationem conſecutus eſt.

V.

P. Vitvs Græcvs *à Monteforti*, virginitatis dono, charitate ac ſpiritu prophetiæ conſpicuus, in omnibus Tabulis quas noſtri ediderunt, prædicatur, quod elogium tamen ex diſiunctis collegimus. Conditus eſt in Cœnobio Drepanitano apud Octauium Caietanum, qui eum inter ſanctitate venerabiles confert.

Non hi autem ſolùm ſed plures alij ſeſe haud incerta ſanctimonię fama, & non vulgari excellentis virtutis opinione commendarunt, quos inter & hi iam nũc nobis occurrunt, vel de nomine recenſendi quos ex parte obſeruabat noſter *Ioſephus à Meſſana*, vt mihi conſtitit ab Excerptis noſtri *Nicolai Reillarti*.

Antonivs de Martinis.

Firminvs Fvscianvs ſanctæ ſimplicitatis ſenex 54. Religionis annum prætegreſſus.

Franciscvs de Savoca.

Hieronymvs a Messana.

Ioannes della Rocca.

Ioannes Soveplis, cuius nonnulla mentio in hiſtoria iam edita.

Iosephvs a Catana.

Lvdovicvs a Granata, qui Trapani viuendi finem fecit.

Marcellvs Palmerivs, de hoc non ſemel meminimus, ſed abſque debito elogio.

Michael Grillo, qui primus in Sicilia Religionem noſtram ingreſſus eſt.

Nicolavs Gaffe', quem nobis Hebertus noſter ſæpiùs commendauit.

Nicolavs Fovbelin, de quo in Prouincialibus Franciæ, ad lx. Religionis annum peruenit.

Petrvs Grip, cuius hodieque memoria viget apud multos.

Petrvs a Messana, de quo nõnihil diximus, vbi de Cœnobio Meſſanenſi.

Placidvs Talaia oriundus à S. Lucia, non ſemel de illo meminimus.

Stephanvs a Salerno.

Atque vtinam horum aliorumque quamplurium, & ſi licet dicere innumerorum Acta qui poſſunt diligenter exquirant, vt ne illi debita gloria nos & poſteri exemplo quod expetimus defraudemur, & quæ nobis Annalium perſcribendorum materies non deeſt, per negligentiam tamen & ſupinitatem, quæ impræſens obtinuit, deficiat.

APPENDIX

Digitized by Google

APPENDIX SECVNDA

DE SCRIPTORIBVS ORDINIS,

QVOS NANCISCI POTVIMVS, AVT de quibus edocti per alios fuimus.

Duo librorum autorumque genera nobis innotuiſſe hoc titulo præferimus. Et certè per nos quamplures nacti ſumus quorum nullus eſt noſtrûm qui meminerit, alios tantùm commonſtrantibus ex noſtris quibuſdam didicimus. Quos ipſi vidimus deſignato typographi nomine, tempore ac loco editionis vt plurimùm deſignauimus. Quos per alios edocti fuimus, expreſſo eius qui nobis indicauit nomine conſtare poſſunt. Et vnus certè fuit Trimarchius *noſter qui hanc gratiam nobis fecit. Cùm tamen & Italos ipſe ac Montoia Hiſpanos prætermiſerit, in quos fortè fortuna incidimus, Gallique nobis aliqui ex occaſione ſolummodò innotuerint, fateri neceſſe eſt, multos eſſe videri qui nos lateant. Quod tamen in nobis fuit ex fide præſtitimus.*

A.

ABELIVS LIBAVLT, Theologiæ myſticæ peritus, edidit ſuppreſſo nomine, *Petits Exercices de Religion, &c. à* Paris *chez* Sebaſtien Huré, &c. h. *Parua Exercitia religioſa, &c.* Alia etiam curauit valdè pia opuſcula, cùm volet dabit & grauiora quibus nomen ſuum & Ordinis decus inclareſcat.

ADEODATVS LOMELLINVS, de quo non ſemel meminimus, prælo parauit *Summam Caſuum*, quam *Vigilium* appellabat, & *Annotationes in Concil. Trident.* Quibus operibus immortuus ipſe, alterius niſi fallor gratiam diu non deſiderabit. Vir enim ſummus apud ſuos habitus non poteſt eo deſtitui officio.

ÆGIDIVS CAMART, de quo ad ann. 1624. ſatis copiosè.

ÆGIDIVS MONCVRTIVS, vide ad an. 1591. Itali à *Mazarino* cognominant.

ÆGIDIVS SCALIGNVS *à Cryptaliis*, eius poëmatia nonnulla vidimus, præter quæ ſcripſit ediditque *Vitam B. P. N. Franciſci* heroïco carmine, indito *Faſtorum* titulo. Vir fuit doctrina & pietate inſignis.

ALBERTVS BERVTVS Theologus & hiſtoriographus clariſſ. edidit *Compendium Baronij*, & *Commentaria in Summam S. Thomæ* apparauit. Ipſe vir ſanctus alia per nos & certiora elogia promeruit.

ALPHONSVS VEGA, de quo ad ann. 1606.

AMBROSIVS GRANION, de quo ad ann. 1629.

ANDREAS LE BAIRD *Scotus*, de quo relege an. 1632.

ANDREAS CHAVINEAV Orator & Theologus inſignis hæc opuſcula ſcripſit, publicique iuris fecit,

Digitized by Google

Le Temple de la Gloire Ciuile, &c.

L'Ombre d'Angelique.

Le Tableau de la Mort prins sur l'heureuse fin du R. P. Ange de Ioyeuse, &c. *A* Tours *chez* Sebastien Molin & Michel Sisleau 1609.

Les sept Stations de Iesus-Christ, &c. *à* Paris *chez* Eustache Foucault 1611.

L'Exercice d'Angelique, la mesme.

Les derniers soupirs d'vne ame religieuse tirez sur l'heureuse & pieuse mort du R. P. François Humblot, &c. *A* Paris *chez* Eustache Foucault 1613.

Oraison funebre du Roy Henry IV. *prononcée à Tours*, &c. la mesme.

La mort genereuse d'vn Prince Chrestien tirée sur les dernieres actions & paroles de Monseigneur Louys de Lorraine *Card.* de Guise, &c. la mesme 1623.

Discours du Deuoir d'vn Magistrat, la mesme.

Lettres d'vn Solitaire, &c. *auec vn traité de la Vaillance. A* Poitiers *chez* la vefue Antoine Mesnier 1628.

La Parfaite Philothée, &c. *A* Paris *chez* Sebastien Cramoisy 1634.

Hoc est *Templum Gloriæ Ciuilis. Vmbra Angelica. Tabella mortis ex beato fine* R. P. Angeli à Ioïosa *expressa*, &c. *Septem Stationes Christi*, &c. *Exercitium Angelicæ. Suprema religiosæ animæ suspiria ex beata & pia morte* R. P. Francisci Humbloti *repræsentata*, &c. *Oratio in funere* Henrici IV. *Regis habita Cæsaroduni*, &c. *Generosa mors Principis Christiani ex supremis actionibus & verbis D.* Ludouici à Lotharingia *Card.* Guisiani *descripta*, &c. *Discursus de officio Magistratus*, &c. *Lettera Solitarij*, &c. *cum tractatu de Magnanimitate seu Valore*, &c. *Perfecta Philothea*, &c. vbi *Elogium R. P. ac D. Francisci Salezij Gebennensis Episcopi.* Hæc autem præludia sunt grauissimorum & doctissimorum operum quæ nunquam satis citò prodibunt, vt studiosorum votis satisfiat. Quæ inter, apparatam audio Summam Theologicam elegantissimè conscriptam. Vid. Prouinciales Turoniæ in append. 111.

Andreas Honoré pius & studiosus scriptor edidit libellum *L'entrée du Ciel* &c. h. *Ingressus in Cœlum*, &c. sæpius excusum ac nouissimè an. 1630. *Rothomagi.*

Antonivs Ares eruditus Theologus, ex Latinis Hispanos reddidit *Dialogos de natura hominis* Raymundi Sebundi. *Editi sunt* Matriti an. 1616. Alia eius opera non resciuimus.

Antonivs Dvpro Philosophiæ & Theologiæ professor emeritus longéq; doctissimus, ac D. Thomæ interpres fidelissimus, publicauit in gratiam iuniorum nostrorum librum cum hoc titulo : *Hortulus Philosophicus*, ad excolendos sapientiæ regulis & præceptis adolescentûm animos. *Parisiis* apud *Sebastianum Cramoisy* 1633. Propediem ab eo expectantur fusiores (vt ipse loquitur) plenioris Sophiæ disputationes, hoc est Vniuersæ Philosophiæ, tum etiam Theologiæ Corpus ex S. Thomæ doctrina & principiis deductum & absolutum, ac Philosophiæ quidem & singularum eius partium compendia in hoc hortulo conseuit, ac veluti proseminauit. Vid. Prouinciales Franciæ in append. 111.

Antonivs de la Grange, Theologus doctus & pius, scripsit librum *Temple mystique de Salomon*, &c. *A* Paris *chez* Pierre Cheualier 1619. h. *Templum Salomonis mysticum*, &c. Non deerunt & alia cum tempore grauiora & selectiora, quibus vir eruditus nostræ & publicæ expectationi respondeat.

Antonivs Hovrdel studiosus & pius scriptor euulgauit librum *Leçons Catholiques*, &c. *A* Paris *chez* Sebastien Cramoisy, &c. h. *Lectiones Catholicæ.*

Antonivs Rvteav, Theologus eruditione ac diligentia præstans, edidit libros tres *De fructu & applicatione Sacrificij Missæ & suffragiorum.* Antuerpiæ *apud* Henricum Aërssens 1634. Apparat quamplura & maioris moliminis quæ nos auidè à prælo expectamus.

Antonivs Stephanvs. Vid. ad ann. 1610. Non reddidimus autem Latinè quæ Gallicè ab eo scripta enotauimus, compendij causâ, tum etiam nimiæ vt nobis videbatur facilitatis, quod tamen non nemo vitio vertit, sed non perinde seuerus erit æquus Lector.

Antonivs Ximenes Theologus præstantissimus & valdè pius dedit *Sanctos exercicios*

Digitized by Google

exercicios para los tres dias de Carneſtolendas. En Seuilla 1618. & 1619.

Dulçura de Oration. En Seuilla, &c. 1619.

Erudiçion Euangelica y Aranzel diuino de todas las coſas eternas y temporales tocantes à la ſanta Oracion, &c. En Seuilla *en la officina de* Matias Clauijo 1619. & 1627.

Hoc eſt, *Sancta exercitia pro tribus diebus Carniſprinj.*

Dulcedo Orationis.

Euangelica eruditio Indexque diuinus rerum omnium æternarum & temporalium quæ ad ſanctam Orationem pertinent. liber eſt ingens & operoſus.

Plura vir doctus ac præſtantiora meditatur, & euulgauit fortè, ex quo de illo non audiuimus.

AVGVSTINVS A BISINCAICO pius & doctus Theologus, *Commentaria & Lectiones in Magnificat* emiſit. In huius cognomine reddendo potuit nos fallere apographum quo vſi ſumus. Eius ampliorem laudationem à noſtro Trimarchio expectamus.

B.

BARTHOLOMÆVS A MESSANA, rerum Mathematicarum peritus, quarum cognitionem cum Theologia ſemper coniunxit, varia *de Mathematicis* edidit, quæ ſingulatim nos latent, & Trimarchij indicio tantùm nouimus.

BERTRANDVS BRVNEL, de quo ad ann. 1618.

C.

CAROLVS GAMBART, de quo ad ann. 1630.

CHRISTOPHORVS CASTILLVS Theologus doctiſſimus & grauiſſimus laudatur à noſtro de Pereinis in Prælato quæſt. 3. cap. 1. §. 6. Eius tamen opera in meam notitiam necdum peruenerunt.

CLAVDIVS CROCHARD, Orator & Theologus acerrimus, à quo prodiit.

Harangue funebre faite ſur le treſpas de M. Bernard, &c. edition 2. A Paris *chez* I. Dedin 1633. hoc eſt,

Oratio in funere D. Bernardi, &c. primam editionem non vidimus. Quid ni & alia vir eruditus inuulgauit quæ nos neſcimus?

CLAVDIVS PITHOIS, libellos plures edidit argumento pios, dictione inflatos ac turgidos, autoritate inſtabiles, quos nobis non eſſe incognitos voluimus ſolummodò profiteri.

CLAVDIVS RANGOLIVS, de quo ad ann. 1625. cuius quidem *Commentariorum in Reges tom. 1.* editus eſt an. 1621. *tom.* 2. an. 1623. Pariſiis *apud* Sebaſtianum Cramoiſy. Vir fuit eximius & admodùm eloquens.

CLAVDIVS DV VIVIER, de quo ad an. 1630.

CYPRIANVS ROVYER Philologus & Theologus egregius, cuius eſſe creditur libellus quem edi curauit hoc lemmate, *Quinteſſentia Magiſtralis*, quod eſt totius Theologiæ compendium è prælo *Franciſci du Bois*, &c. 1614. certò autem eius eſt, *Familia poſthuma S. Franciſci Paulani*, &c. Pariſiis 1617. quin & in lucem dedit libellum hoc titulo, *Les delices ſpirituelles que le R. P. Humblot allant au Ciel a laiſſé en terre. A* S. Mihiel *par* François du Bois 1618. h. e. *Delicia ſpirituales à R. P. Humblote relicta*, &c.

F.

FERDINANDVS CALDERA Hiſpanus è Prouincia Caſtellæ pietatis & eruditionis gloriâ celebris, edidit *Theologiam Myſticam*, cum *Tractatu de Spirituum diſcretione*, ab an. 1623. cuius alteram editionem habemus præ manibus, quæ prodiit *Matriti* ex prælo viduæ *Alonſi Martin* an. 1629.

FOELIX A MAIDA, florentis & felicis ingenij Theologus & poëta: *Lachrymas Magdalenæ & S. Petri* verſu heroico elegantes expreſſit, & alia carmina edi-

dit à ſuis copiosè laudata. Nobis Trimarchius indicauit.

FRANCISCVS BELLEMERE, de quo ad an. 1532.

FRANCISCVS BERTVCCIVS *à Mineo*, Theologus apprimè doctus & pietate commendabilis ſcripſit, *De Creatura ſupernaturali, de Conceptione Virginis Mariæ*, & alia quæ mihi non innotuerunt.

FRANCISCVS DE LAS CVEVAS, de quo ad finem an. 1588. ſed non dicendus Prouincialis Hiſpalenſis, ſed Prouinciæ Hiſpalenſis. Edidit autem librum de *Vita B.P.N.* Hiſpali ad. 1585. prædicto autem anno 1588. recenſus tantùm fuit *Caſarangaſtæ* opera & ſtudio *P. Franciſci Ximenes*: ex his autem veniunt emendanda quæ ibi diximus.

FRANCISCVS HVMBLOT, de quo ad ann. 1612.

FRANCISCVS MARIA DE AGRIFOLIIS Theologiæ profeſſor benè meritus, & humanioribus litteris apprimè excultus ingenij ſui primitias, *Pomarij politioris Minervæ in gratiam religioſæ iuventutis* dedicauit. Non ſemel honorificam de illo mentionem fecimus.

S:P N. FRANCISCVS, ſcripſit *Regulas & Correctorium*, de quibus ſuo tempore ac loco breuiter meminimus, eapropter à *Poſſeuino*, & aliis inter eccleſiaſticos ſcriptores merito recenſitus.

FRANCISCVS DE TAMAYO, de quo ad an. 1614.

FRANCISCVS VICTON, de quo ad ann. 1625. diximus, eius ſunt:

Vie du B. P. Gaſpar Bon. A Paris *chez* Sebaſtien Cramoiſy 1622. & alib. al. ann.

Vie de la B.S. Grace Valentinoiſe, là meſme.

Abbregé de la vie de S. François de Paule, là meſme 1623.

Meditations de Pinelli, &c. là meſme. hoc eſt,

Vita B. Gaſparis, &c. *Vita Ser. Gratiæ Valent.* &c. *Compendium Vitæ B. P. N. Meditationes Lucæ Pinelli* ex Italico Gallicæ factæ, & alia nonnulla. Sed & eius eſt Latinum opus quod ſequitur:

Vita & miracula S. P. Franciſci à Paula, &c. Romæ *apud* Guillelmum Facciottum an. 1625. Pariſiis *apud* Michaëlem Sonnium 1627.

Poſthuma verò: *Traité de la Canonization des Saincts. & Traité du S. Suaire de Turin. A* Paris *chez* Sebaſtien Cramoiſy 1634. hoc eſt,

Tractatus de Canonizatione SS. & Tract. de S. Sudario Taurinenſi. Atque hæc *Ceſtaus* noſter memorabili gratitudinis exemplo edenda curauit.

G.

GABRIEL LOPEZ Theologus doctus & pius, cuius eſt liber de Euchariſtia inſcriptus, *Sagrado Combite*, &c. *En* Madrid 1618. hoc eſt, *Sacrum Conuiuium*, &c. Alia videtur edidiſſe quæ nos latent.

GASPAR DINET, Matiſconenſis Epiſcopus, Theologus & Orator eximius, *Orationem Cleri nomine ad Regem* habuit, quæ edita eſt, nos eius meminimus alibi.

GASPAR PASSARELLVS Theologus & Iuriſconſultus peritiſſimus, à quo ſunt edita, *Summa caſuum conſcientiæ*, &c.

Priuilegia Ordinis Minimorum cum notandis ad eadem, &c.

Acta Capitulorum Generalium cum ſcholiis eruditiſſimis.

Regula & Correctorium, cum notis etiam & remiſſionibus Iurii. Sed de Paſſarello non ſemel in Chronico diximus. Editionem librorum non damus, quia primam quę ab eo prodiit nacti nō ſumus, ſed ſolùm eam, quam noſter *de Chriſtianis* curauit.

GASPAR RICCIVLLVS *à Foſſo*, Archiepiſcopus Regij-Iulij, Theologus clariſſimus, *Orationem in Concilio Tridentino* habuit quæ non ſemel excuſa eſt, vt ad annos plures diximus.

GEORGIVS MEOT, de quo ad ann. 1612.

H.

HIERONYMVS A BITONTO, doctrina & religione præſtans, edidit *Inſtitutiones Nouiciorum*, dignum opus ea pietate quam profitebatur. Non ſemel *Hieronymi à Bitonto* meminimus, ſed non vnus credo eius nominis.

HIERONYMVS

HIERONYMVS BRVTVRIVS *Ferrarienſis*, præter Orationem funebrem, de qua diximus ad an. 1603. alia grauiora edidit vt ab Italis noſtris audio, ſed quæ me vſque nunc latent. Bruturium ſæpiùs laudauimus, vtputa ad an. 1603. 1605. 1607.

HIERONYMVS CAPILLA, Hiſtoriographus & Theologus grauiſſimus ſcripſit *Coronicon de San Franciſco de Paula*. Chronicon, &c. Citatur à *Monteia*.

HIERONYMVS TRIMARCHIVS Theologiæ profeſſor emeritus & Iuris Pontificij doctiſſimus Interpres, multa iam nunc in lucem dedit, vtputâ, *De Horis Canonicis. De præceptis Eccleſiæ. De Methodo ſtudendi. Summulas Logicæ. Commentaria in libb. Meteororum. Commentaria in Ceremonias Minimorum*, nonnulla legalia vt ipſe loquitur, è quibus vidi *Legalem abortum*, ſiue *Iuridicam demonſtrationem pro valido regreſſu* P. Gabrielis Lopez, &c. Matriti *apud viduam* Ildephonſi Martin 1633. Et *Iuridicam lucubrationem pro diuiſione Prouinciæ Siciliæ Ordinis S. Trinitatis à reliquo Italiæ, &c.* Genuæ *apud* Ioſephum Pauonem 1634. Atque hæc opuſcula ipſe ne commemoratione quidem digna iudicauit in eo Indiculo quem mihi pro ſua humanitate tranſmiſit, meliora ſcilicet atque maiora ſibi vendicans.

HILARION DE COSTE Theologus & Hiſtoriographus peritiſſimus, qui accuratus & diligens in ſcribendo, iam edidit quæ ſequuntur,

Hiſtoire Catholique du XVI. *Siecle*, &c. *A* Paris *chez* Pierre Cheualier 1625.

Eloges des Dames illuſtres en pieté, &c. *A* Paris *chez* Sebaſtien Cramoiſy 1630. Hoc eſt, *Hiſtoria Catholica* 16. *Seculi*, &c. *Elogia fœminarum pietate*, &c. *illuſtrium*. Sed & eius eſt latinè ſcripta:

Vita S. Elizabetha Luſitaniæ Reginæ, &c. Pariſiis *ex Typographia* Roberti Stephani 1626.

Vtraque autem lingua ſub prælo habet, *Elogia Regum Franciæ*, &c. ad Icones quas Iacobus de Beys inſignis Calcographus ære inciſas iam antè publicauit. Sed & alia ipſe Coſtæus in dies molitur & perficit, quibus cum ſui nominis fama decus etiam Ordinis ſui longiùs propagabit.

HIPPOLYTVS RAVLIN, de quo ad ann. 1620. Amplior eius laudatio apud Iſnardum in Prouincia Lotharingiæ, de qua inferius fortè nonnihil.

HIPPOLYTVS VASSALLVS Theologus, cumprimis in ſcientia Morum verſatus, quatuor tomos *de Caſibus Conſcientiæ* edidit, vt reſcribit Trimarchius.

I.

IACOBVS BONAVENTVRA HEBVRNVS, linguarum & Theologiæ peritus, à quo ſunt

Encomium B. Virginis LXXII. linguis enunciatum, quarum alphabeta etiam adſcripſit Romæ an. 1617.

Lexicon linguæ ſanctæ ſuccinctum.

Tabellæ plures admodum ingenioſæ, in commendationem Ordinis, de quibus paſſim.

Obiit cum in procinctu eſſet ad euulgandum *Commentarium in Cantica Canticorum*. Cum eo præclara multa interciderunt, quæ vir non minus pius quam eruditus meditabatur & perficiebat.

IACOBVS BREMANT, inſignis Theologus & Latinæ poëſeos expeditus artifex, multa dedit poëmatia, quæ ſparſim edita digna ſunt quæ colligantur. Dabit plura & meliora cum vacabit.

IACOBVS PICHONNEAV, de quo ad ann. 1578.

IGNATIVS VERDOLIVIVS A NEAPOLI profundæ eruditionis & multi acuminis Theologus, iam antè laudatus à nobis ad ann. 1619. & 1630. Scripſit, vt audio, *Meditationes in Summam S. Thomæ*. Et, *De Conceptione B. Mariæ V.* Atque vtinam alia quæ vir ſummus habet prælo parata diutius non premat. Quod votum omnium qui hominem nouerunt nos ſæpiùs iteramus, vſi ad hæc interim Trimarchij noſtri opera & fide eius ſubnixi.

IOANNES BAPTISTA DES BOIS, de quo ad ann. 1612.

Ioannes Baptista a Ivliana, Theologus & Orator præstantissimus, de quo ad ann. 1629. Scripsit *Quadragesimale, & Conciones varias.* Multa in dies alia expectantur. Submonuit nos de Quadragesimali Trimarchius.

Ioannes Baptista Yanella studiosus rerum Ordinis edidit, *Arborem Religionis, &c.* Romæ 1622. Quod illi ex animo gratulamur.

Ioannes Bovcher, *etiam* Vassurio *in Virgine medio-pontana* Theologus eruditissimus, eius sunt

L'Arche de Noë, &c. *A* Paris *chez* Adrien Taupinart 1622.

Pelerinage de N. Dame de Moyen-pont. A Paris *chez* Sebastien Cramoisy 1622.

Hoc est: *Arca Noë*, &c. *Peregrinatio ad B. Virg. Medio-pontanam.* Quamplura prælo parauerat, quæ morte immaturâ exciderunt.

Ioannes Breton, Theologus præstantissimus & valdè pius, Sacræ Inquisitionis Consultor & Qualificator, vt vocant, à quo est *Theologia mystica*, &c. *En* Madrid *por* Alonso Martin 1614. Præstantiora homo eruditissimus pollicebatur, nescio si non & alia edidit nobis hactenus incognita.

Ioannes Brvno *Scotus*, Theologiæ professor emeritus & celeberrimus, cuius est

De benedictionibus duodecim Patriarcharum liber, &c. Venetiis 1604.

Tractatus de Iubilæo.

Tractatus de Censuris. Sed hi nondum editi asseruantur in Bibliothecâ nostra Parisiensi, qui certè doctissimi sunt & absolutissimi, ac tanto viro digni vt ab eo plura desideranda videantur.

Ioannes Canmart, de quo ad ann. 1589.

Ioannes Chappot, de quo ad ann. 1631.

Ioannes Dvrelle, Philosophus & Theologus acutus & profundus, à quo prodiit in specimen aliorum operum.

Dialectica theta, &c. Lugduni *apud* Claudium Andry 1626. Vir certè pius assiduus & diligens longè præstantiorum & plurium certam spem fecit, quam non frustrabitur.

Ioannes François Theologus, Orator, poëta, insignis, cuius

' *Ode Panegyrica in S. P. N. Franciscum* edita est *Cæsaroduni* apud *I. Poinsot & C. Bricet*, gallicè, nostris præter eius fortè voluntatem curantibus, sed non præter omnium vota & desideria, qui in spem aliorum hoc sibi pignore gratulantur.

Ioannes Germain Oblatus, Chirurgiæ & Pharmaciæ peritissimus, à quo sunt

Anatome animalium Italicè scripta & edita *Neapoli* apud *Dominicum Maccaranum* 1625.

Tractatus de Visu Italicè redditus ex Gallico *D. Laurentij*, &c. *Neapoli* apud *Lazarum Scorigium* 1626.

Quinta-essentia Chirurgiæ, &c. Gallicè, *Lugduni* apud *Simonem Rigaud* 1630.

Ioannes Iacobvs Covrvoisier Theologus præclarus, edidit

Les extases de la Royne de Saba, &c. *A* Bruxelles *chez* Iean Pepermans 1632.

Le sacre Mausolée, &c. *A* Bruxelles *chez* François Viuien 1634.

h. *Extases Regine Saba*, sunt Conciones per Octauam S. Sacramenti.

Sacrum Mausoleum, est laudatio funebris pientiss. Isabellæ Claræ Eugeniæ Belgarum Principis. Alia spondet proximè in lucem danda.

Ioannes le Ievne, pius & eruditus Theologus in specimen illustriorum operum edidit libellum qui inscribitur, *Les pierreries spirituelles du Vase Eucharistique, A* Paris *chez* Mathurin Mauperlier 1619. h. *Gemmæ spirituales Vasis Eucharistici*, &c. Optandum ne nostra & quamplurium desideria longiore morâ frustretur.

Ioannes Morales, grauissimus Theologus & Historiographus scripsit *Historiam Prouincia Bætica*, suâ linguâ. h. Hispanâ, quam Barcinone cursim vidimus, à qua nos abstentos non parùm posteà doluimus. Excerpsa nonnulla postmodùm in manus nostras incidemus.

Ioannes

Ioannes de Reyroles, litterarum diuinarum interpres solertissimus & copiosus, atque Theologus eximius, ab eo sunt

Commentaria in Zachariam Prophetam, &c. Parisiis *apud* Sebastianum Chappelet 1631. opus spissum & accuratum, quo similia plura non temerè sperantur ab homine studioso & inexhausti laboris.

Ioannes Ropitel Theologus clarissimus, cognominatus *malleus hæreticorum*, de quo ad an. 1562. & al. ab eo sunt,

Oraisons & prieres, &c. *A* Lion *chez* Michel Ioue 1571.

Questions proposées par Iean Ropitel à Pierre Viret, &c. hoc est,

Orationes & preces, &c. *Quæstiones Petro Vireto*, &c.

Acta præstantissimi viri scriptis anteferenda desideramus & perquirimus.

Ioannes dv Rozier, Theologus eruditus, à quo habemus Orationem in funere Illustrissimi *D. Henrici de Bauffremont* Marchionis *de Senecey*, quâ sub symbolo Phœnicis laudes eius, prosequitur adeoque hoc titulo,

L'Immortalité du Phœnix, &c. *A* Lion *chez* Vincent de Cœursilly 1624.

Alia per otium elucubraturus creditur.

Ioannes Savvage, de quo ad ann. 1632.

Ioannes Thierry, de quo ad ann. 1530. 1531.

Iosephvs Victor Thibavlt Theologiæ professor emeritus, qui deinceps pia pleraque opuscula edidit, ex quibus hæc ad nos peruenerunt:

Nouuelle creation du monde, &c. *A* Lion *par* Vincent de Cœursilly 1624.

Essaus spirituels, là mesme 1627.

La Conduite spirituelle. A Aix 1629.

Les practiques de la saincte Communion, là mesme 1630.

La cause de nos maux, là mesme 1631.

Les practiques de la conduite spirituelle, là mesme 1632.

La 2. 3. & 4. partie des practiques de la conduite spirituelle, là mesme 1634.

Hoc est, *Noua mundi creatio*, &c. sunt Conciones octo de Sanctissima Eucharistia: *Testamenta spiritualia*, siue periclitationes, prægustamenta, &c. *Ductus spirtualis. Praxes ad sacram synaxim. Causa malorum nostrorum. Praxes ductûs spir. earumque pars 2. 3. 4.*

Et hæc tantum sunt fœcundi ac fertilis ingenij tenuia prægustamenta.

Isidorvs a Maida, pius & eruditus Theologus varia publici iuris fecit, & digna quidem quæ singillatim describerentur, si in nostram notitiam peruenissent, indicauit noster Trimarchius.

Isidorvs a Messana, Theologus clarissimus & facundissimus, totius Italiæ honor Trimarchio nostro, edidit: *Rationale sacrorum Canonum. Consuetudines Ordinis Minimorum.* Digna tanto viro monimenta, de quibus Trimarchius ipse summonuit.

L.

Lavrentivs Clavensis, de quo ad an. 1516. sed & in appendice prima celebrauimus viri piissimi memoriam.

Lavrentivs de Pereinis Iurisconsultus & Theologus illustris, à quo sunt

Subditus Religiosus. Genuæ *apud* Iosephum Pauonem 1624.

Priuilegia Ordinis Minimorum, &c. tomis 3. Ibidem 1627. &c.

Præsens Religiosus. Ibidem 1632.

De forma Regularium, &c.

Rituale Ordinis, &c.

Alia quamplurima præstò habet, quæ ardentibus votis expetimus.

Liberivs Gentilis *à Ravenna*, pius & eruditus Theologus, edidit lingua sua. h. Italica, *Nouum modum coronandæ seu salutandæ beatæ Virg. M.* ad instantiam ciuium Theatinorum eidem B. Virgini deuotorum, *Ancone* apud *Marcum Salsum* an. 1624. Multa vir studiosus in dies elaborat, vt nos certiores fecit qui ab eo accepit.

Lvcas de Montoya, Hiſtoriographus Orator & Theologus præcellens, à quo ſunt

Coronica general de la Orden de los Minimos, &c. *En* Madrid *por* Bernardino de Guzman 1619.

Diſcurſo del nacimiento baptiſmo, &c. *de Dom Phelipe IV. Rey Catholico* 1612.

Sentido metaforico literal de todos los lugares de la ſagrada Eſcritura, &c. *En* Madrid *por* la Viuda de Alonſo Martin 1627.

Hoc eſt, *Chronicon generale Ordinis Minimorum.*

Diſcurſus de Natiuitate Philippi IV. Regis, &c.

Senſus metaphoricus omnium locorum ſacræ Scripturæ, &c.

Habet autem vir indefeſſus alia maioris moliminis opera præ manibus. Nam & *Tomum ſecundum ſenſus metaphorici* adornat, & *Hiſtoriam Illuſtriſſimi herois F. Franciſci Ximenes* vrget, niſi fortè iam prælo commiſſa eſt, in quo opere (vt ſcribit ad noſtrum Merſennum) non ſolùm *Ximenij* vitam & egregia portenta ſaq; opera, verùm & *Complutenſis* litterariæ reip. monumenta, Collegia, Monaſteria, leges, facultates claros viros & innumera eius magnalia recenſet. Denique paratũ etiam habet imminenſi laboris opus quod inſcribitur, *Index Vniverſalis totius ſacræ Scripturæ & SS. Doctorum & Patrum Latinorum & Græcorum*, &c. in quo ſingula quæque ſummariis & argumentis diſquirit. Deus vitam, otium & opem, præſtet, viro tanti laboris & induſtriæ.

Lvdovicvs Chenet, eruditus & pius Theologus, à quo pronuper exierunt *Practique ſpirituelle*, &c. (non edito nomine) *A* Paris *chez* Sebaſtien Huré 1633.

Les faueurs admirables de la ſaincte Vierge Mere de Dieu, là meſme.

Hoc eſt. *Praxis ſpiritualis*, &c.

Fauores admirabiles Virginis Deiparæ, &c.

Alia in dies apparat quorum editionem ſtudiosè appetimus.

Lvdovicvs Dony d'Attichy, ex Ordinis Hiſtoriographo & Theologo clariſſimo, Reiensis Epiſcopus, cuius ſunt

Hiſtoire generale de l'Ordre des Minimes, &c. *A* Paris *chez* Sebaſtien Cramoiſy 1624.

Vie de ſaincte Ieanne Fondatrice des Annonciades, &c. là meſme 1615.

Hoc eſt, *Hiſtoria generalis Ordinis Minimorum*, &c.

Vita B. Ioannæ Fundatricis Annunciatarum, &c.

Plura & præſtantiora quotidiè præſtolamur, eum verò alibi laudauimus.

Lvdovicvs de la Riviere, Orator & Theologus præclariſſimus & piiſſimus, à quo ad hæc prodierunt

Vie de M. François de Sales Eueſque de Geneue, &c. *A* Lion *chez* Pierre Rigaud 1625. & al. plurib. ann.

Tableaux myſtiques des quatres Amours, &c. *A* Lion *chez* Claude Rigaud & Claude Obert 1630.

Hoc eſt, *Vita B. Franciſci Salezij Gebennenſis Epiſcopi. Tabella myſtica quatuor Amorum*, &c. qui ſunt, Dei, ſuiipſius proximi atque inimicorum. Opus eſt inſigne ac luculentum.

Quamplura breui producenda expectamus à viro pio & erudito.

M.

Marcellvs Orlandvs, vir magnæ pietatis & eruditus Theologus, à quo habemus, *Inſtitutiones ad vitam religioſam*, &c. quas olim vidiſſe contigit, ſed nihil illo tum tempore enotauimus.

Marinvs Mersennvs celebris Theologus, Philoſophus & Mathematicus, ac verè πολύγραφος, Latinè dedit quæ ſequuntur

Commentaria in Geneſim cum Obſeruationibus ad problema Georgij Veneti, &c. Pariſiis *apud* Sebaſtianum Cramoiſy 1623.

Synopſis Mathematica, &c. Pariſiis *ex officina* Roberti Stephani & Natalis Carolì 1626.

Harmonicorum

Digitized by Google

Harmonicorum libri, &c. qui iam nunc ſub prælo. Gallica eius ſunt.
L'vſage de Raiſon, &c. *A* Paris *chez* Adrian Taupinart 1623.
Analyſe de la vie ſpirituelle. A Paris *chez* Hieroſme Droüart.
Impieté des Deiſtes, Athées, &c. combatuë & renuerſée. A Paris *chez* Pierre Bilaine 1624.
La Verité des Sciences, &c. *A* Paris *chez* Touſſainct du Bray 1625.
Harmonie Vniuerſelle. A Paris *chez* Guillaume Baudry 1627.
Queſtions inouyes. A Paris *chez* Iacques Villery 1633.
Queſtions Harmoniques, là meſme.
Queſtions Theologiques, Phyſiques, Morales, & Mathematiques. A Paris *chez* Henry Guenon 1634.
Mechaniques de Galilée, &c. là meſme.
Preludes de l'Harmonie, là meſme.
De l'Harmonie, &c. liures, qui s'impriment.
Hoc eſt. *Rationis vſus*, &c. *Analyſis vitæ ſpiritualis*, &c. *Impietas Deiſtarum & Atheorum*, &c. *expugnata*, &c. *Veritas Scientiarum* ſupp. demonſtrata, &c. *Harmonia Vniuerſalis. Quæſtiones inauditæ. Quæſtiones Harmonicæ. Quæſtiones Theologicæ, phyſicæ*, &c. *Mechanica Galilæi*, &c. *Præludia Harmonica. Harmonicorum libri*, qui ſub prælo, ſimul enim vtraque lingua cuduntur. In dies noua meditatur & perficit.

Martinvs Codognat, de quo ad ann. 1519.

Matthævs Martin eruditus Theologus & Orator, à quo prodierunt
Triomphe de la Verité, &c. *A* Anuers *chez* Belliere 1624.
Appanages d'vn Cauallier Chreſtien, &c. *A* Mons *chez* François Vvaudré 1628.
Hoc eſt, *Triumphus Veritatis*, &c. *Attributa Equitis Chriſtiani*, &c.
Spes eſt & alia per eum proditura in ſuam ſuorumque gloriam.

N.

Nicolavs de Christianis, de quo ad ann. 1582. 1589. 1596

Nicolavs Chichon Theologus ſcholaſticus & exercitatiſſimus, cuius ſunt
Conference auec le Miniſtre Cunille, &c. *A* Poictiers *chez* Antoine Meſnier 1619.
Atheiſme des pretendus Reformez, &c. *A* Poictiers *chez* P. Foirier 1620.
Hoc eſt, *Collatio cum Cunillo Miniſtro. Atheiſmus eorum qui ſe Reformatos dicunt.*
Multa vir doctus habet euulganda, cum per Superiores videbitur.

Nicolavs Giravlt, doctus & pius Theologus ac poëta, ſcripſit inſigne ac ſpiſſum *Poëma contra Deiſtas & Atheos*, quod Merſennus noſter edidit in libro *Impietatis Deiſtarum*, &c. *expugnata*, &c. Vid. in Merſenno.

Nicolavs a Gvlinisо, in Theologia morali verſatiſſimus, Italicè reddidit Manuale Nauarri, &c. additis notis, &c. Neapoli 1564. de eo meminimus ad an. 1574.

Nicolavs Iannot, Theologus doctus & pius, cuius eſt
Traitté de l'admirable Prouidence de Dieu en l'Euchariſtie, &c. *A* Lion *chez* Iean Lautret. 1620.
Hoc eſt, *Tractatus de admirabili Dei prouidentia in Euchariſtia*, &c.
Mors cum vita & opera pleraque alia intercepit.

Nicolavs Ivlet, de quo ad an. 1609.

Nicolavs dv Pont, eruditus in vtraque Theologia & pietate animi præſtans, priuſquam Ordini nomen daret vulgauerat librum inſcriptum,
Le Soleil Myſtique de Saincteté, &c. *A* Paris *chez* Sebaſtien Huré 1629.
Hoc eſt, *Sol myſticus Sanctitatis*, &c. Sed longè grauiſſima (quod ſcimus) apparata iam habet, ſtudioſéque alia & alia quotidiè apparat.

Nicolavs Roillart Theologus admodùm pius & rerum Ordinis ſtudioſus, qui, &, Ichnographiam Eremi Paulanæ, & Tabellam virorum Ordinis Minimorum ſanctitate illuſtrium dictam Romanam, & Paradigmata (vt vocat) vitæ S.P.N. Franciſci cum præcipuis D.N. Ieſu-Chriſti actionibus & vir-

rutibus, ære incidi cùm Romæ ageret curauit, aliaque huius generis plura inuenit, concinnauit & publicauit digna quidem suæ pietatis argumenta, de quibus sibi sera posteritas poterit gratulari: sed præterea scripsit & edidit,

Threſor Euangelique du B. François de Sales, &c. *A* Paris *chez* Sebastien Huré 1635.

Bouquet myſtique, &c. là mesme.

Hoc est, *Thesaurus Euangelicus B. Francisci Salezij*, &c. *Fasciculus mysticus*, & is nũc sub prælo nondum prodiit. Alia grauiora & selectiora in scriniis habet reposita, & noua in dies apparat.

NICOLAVS DES VOISINS, de quo non semel diximus, meminit & *Possevinus* in hæc verba: *Nicolaus Vicinus* (Voisin) *Gallus & vir religiosus, Gallicè conscripsit librum, quem prænotauit*, Thesaurus Animæ, *Quo peccatoris hominis Confessio continetur vberrima, Ratio item qua peccatorum venia impetretur à Deo.* Parisiis *apud* Michaëlem Nigrum an. 1516. Suo more *Possevinus* Ordinis nomen reticuit. Sed Gallicæ Bibliothecæ nos de illo certiores faciunt, vt ad ann. 1507. meminimus.

P.

PAVLVS PRINCIPATVS *à Messanâ*, Mathematicus insignis, poëta laureatus apud Panormitanos & suos Messanenses, dedit versu heroïco: *Vitam S. P. N. Francisci à Paula*. De aliis eius operibus nihil certi habemus. Hæc Trimarchius indicabat, à quo ille meritum etiam elogium referet.

PETRVS AMORAGA clarissimus & grauissimus Theologus, cuius sunt

De la Inſtruccion del pecador tom. II. *el primero en* Madrid 1602. *el segundo en* Toledo 1616.

Hoc est, *De Institutione peccatoris* tomi duo, &c. Alia videtur edidisse, nos alibi de illo meminimus.

PETRVS BLANCHOT Theologus & Orator doctrina & pietate præstans, à quo prodierunt,

Idea Bibliothecæ Vniuerſalis, &c. Parisiis *apud* Sebastianum Cramoisy 1631.

Designatio est operis immensi, nec intra paucos annos explendi, si tamen expleri potest.

Bibliotheca Concionatoria SS. Patrum, &c. Ibid. eod. anno.

Regles generales & particulieres pour ceux qui aſpirent à la parfaite deuotion, là mesme. 1633. *Et* chez Sebastien Huré, &c. nomine non expresso, sed tertiò recusæ sub eius nomine recognitæ quidem & auctæ apud eundem *Cramoisy* 1634.

Le vray Accompliſſement des deſirs de l'homme en la vie preſente. A Paris *chez* Seb. Cramoisy 1635.

Hoc est *Regulæ generales & speciales pro iis qui ad perfectam deuotionem aspirant. Vera desideriorum hominis adimpletio ex vita iam præsenti*, &c.

Hæc autem maiorum operum quædam solùm prægustamenta, vir sedulus atque ita vt dicam infatigabilis esse constituit.

PETRVS GIRARDI, Theologus præclarus linguâ suâ hoc est belgicâ librum pium dedit priusquàm Ordinem nostrum capesseret, quod vnum rescire potuimus.

PETRVS GVERIN peritus & clarus Theologus Gallicè dedit, *Commoniterium ad Antiſtites de reſidentia*, &c. & alia nonnulla quæ exciderunt.

PETRVS DE MENA, de quo ad ann. 1596. & alibi.

PETRVS NODE', de quo ad ann. 1578. 1582. 1598.

PETRVS PHILIPPE doctus & pius Theologus, sub prælo habet *Vitam S. Luciæ* Virginis, de qua meminimus ad ann. 1625.

PETRVS PIIART, de quo ad ann. 1630.

PETRVS RVIZ, de quo ad ann. 1601.

PHILIPPVS PATORMAY, de quo ad ann. 1632.

R.

ROBERTVS RENAVLT sacræ & prophanæ historiæ callentissimus, & in Theologia exercitatus, à quo est,

La

Digitized by Google

La vie de ſaincte Fare Vierge & Abbeſſe, &c. *A* Paris *chez* Sebaſtien Cramoiſy 1626. Hoc eſt, *Vita S. Fare Virg. & Abbatiſſ.* &c. Multò antè *Catheciſmum de ſacroſanctæ Euchariſtiæ*, vtilem & doctum ediderat. Collegit *Litteras & legationes V. Clariſſ. D. Philippi Canei*, pluribus tomis comprehenſas è quibus duo iam à prælo ſublati ſunt. Quibus quidem illeoperibus atque aliis conſimilibus quamplurimis hiſtoriæ ſtudioſos, longamque poſteritatem impensè demerebitur.

RODERICVS XIMENES, de quo ad ann. 1587.

S.

SANTORIVS PARISIVS, eruditus & pius Theologus, edidit *Schema S. P. N. fretum Siculum tranſeuntis ac ſacra eius propaginis*, &c. in quo illuſtrium virorum Elogia continentur. Romæ 1622. alibi meminimus.

SIMON MARTIN Theologus eruditionis ac pietatis merito non vanam laudem conſecutus, ab eo iam prodierunt:

Les ſouffrances de Ieſus, &c. *A* Paris *chez* Sebaſtien Huré 1630.

Les Actions admirables de Ieſus, &c. *A* Paris *chez* Fiacre Dehors 1630.

La vie de S. Auſtreberthe, &c. *A* Paris *chez* Sebaſtien Huré 1635.

Hoc eſt: *Ærumna Chriſti Ieſu*, &c. *Actiones mirabiles Chriſti D.* &c. Sunt verò meditationes in paſſionem & vitam D. N. Ieſu-Chriſti.

Vita S. Auſtreberthæ, &c. Prodibunt & alia maioris momenti ab homine ſedulo, accurato & diligente eum volet, tàm in his, quàm aliis rerum argumentis.

STEPHANVS D'ALVIN, de quo ad ann. 1610.

STEPHANVS ARZELIER grauis & eruditus Theologus, cuius eſt *Luite ſpirituelle*, &c. *A* Paris *chez* Sebaſtien Huré 1621. Hoc eſt: *Luctæ ſpiritualis*, &c. verſio eſt ex Hiſpan. Alia parauerat quæ mors interuertit.

STEPHANVS ISNARD Theologus præclarus & Iuris interpres, eius ſunt *Sermons pour l'Aduent*, &c. *A* Lion *chez* Vincent de Cœurſilly 1628.

Codex Minimus, cuius *pars prima*, Lugduni *apud* Petrum du Pleſſier 1631. *altera* Lugduni *apud* Claudium Cayne 1632. excuſa eſt.

Plura non deerunt ab homine docto & ſedulo.

T.

TIMOTHEVS DE REINIER, pius & eruditus Theologus, ſcripſit librum hoc titulo;

Le Sainct-Homme, ou *Deuotion des treize Vendredis de S. François de Paule. A* Aix *par* Eſtienne Dauid 1633.

Hoc eſt: *Vir ſanctus*, ſeu *de Cultu tredecemalium* VI, *Feriarum*, &c.

Hunc Pariſienſes noſtri ſecundò edi procurauerunt, apud *Sebaſtianum Huré* 1635. Alia maioris operæ & laboris vir ſedulus & eloquens ſpondet, fidémq; ſuam publicè obligauit, vt deeſſe non poſſit.

V.

VINCENTIVS A CONSENTIA, de quo ad ann. 1617.

VINCENTIVS GVILLELMVS GVAL, de quo ad ann. 1604.

APPENDICVLA DE TERTIARIIS QVI SCRIPSERVNT.

ANDREAS IVMEAV profeſſione Iuriſconſultus, eximiâ quidem litterarum cognitione in paucis præſtans adeoq; in omni diſciplinarum liberalium genere verſatiſſimus, ſed animi propoſito ac pietate multo præſtantior, à quo

eſt, *Poëma* luculentum & pium *ad R. P. Berullum* poſteâ *Card.* in calce libri *de Dignitatibus Chriſti D.* Expolita pleraq; apud ſe in ſcriniis habebat quæ miſero caſu exciderunt, ſed & alia non pauca, heu! malè affecta optimi ſenis valetudo, remoratur.

CHRISTOPHORVS DE PAZ Iuriſconſultus præſtantiſſimus, cuius eſt *Gloſa ad Leges ſtyli*, Liber *de Tenuta*.

FRANCISCVS DE SALES, Gebennenſis Epiſcopus & tertiarius, de quo ad an. 1622.

IOANNES GARNIER Preſbyter tertiarius, & Gymnaſiarcha Victoriacenſis, à quo vidimus, *Honoraria aduentitia munera Franciſco-Paulano Gonzaga*, &c. 1618. & *Pantathlon de Rupella deuicta*. Pariſiis *apud* Nicolaum de la Vigne 1629.

IOANNES QVINTINVS, de quo ad an. 1507. Eius etiam M.SS. quædam Cruce-Mainæus in ſua Bibliotheca memorat.

IOSEPHVS SESSE tertiarius & Fundator, Iuriſconſultus celeberrimus, quem laudauimus non ſemel, eius ſunt

Deciſiones Senatus Regni Aragonum, &c. Cæſarauguſtæ 1611. In qua quidem editione ſe *tertij Ordinis Minimorum indignum fratrem* indigetat, ſed in aliis editionibus, quæ peregrè illoque inſcio editæ ſunt, hoc elogium, quod ſibi ſumpſerat, reſciſſum eſt.

PETRVS IACOBVS TRISTAN Iuriſ. vtriuſque Doctor, præclarus, & Hiſtoriographus, à quo eſt

Enchiridion è breue Cronica de Varones illuſtres en ſantitad de la Orden de los Minimos. En Barcelona *por* Eſteuan Liberos 1618.

Alia nobiſcum communicauit de hiſtoria Ordinis quæ credimus edita ea tamen videre necdum datum eſt.

Porrò ex illis Scriptoribus noſtris Galli ſunt Sexaginta, ex quibus plures triginta dedit religioſiſſima Franciæ Prouincia, & ex illis, duodecim & plures Pariſinos, quos inter venirem numerandus ſi pro animi ſtudio ſcriptorũ aut ſcribendorum dignitas hunc gradũ poſſet promereri. Sed quando per eos quibus vitæ meæ rationẽ cõmiſi, cogor, vt fiam inſipiens, quod de ſe Apoſtolus profitetur, negare non poſſum me ſcripſiſſe, *Refutationem Abditorum* Iudaicorũ in gratiam *Merſenni* noſtri ab anno 1626. *Antiſtrephen Sixtino Amamæ* Profeſſori Grammatices apud *Franckeram*, ob epiſtolam *Druſij* Commentario in XII. Prophetas præfixã, &c. ab an. 1627. *Refutationem Antibarbari* eiuſd. *Amama* ab anno 1628. Sed hæc præli gratiam non ſunt aſſecuta, quòd intempeſtiua videretur apud nos rerum controuerſarum tractatio, tùm & alias ob cauſas, quas amici ſciunt quibus hæc ipſa communicata ſunt; rogatus poſtmodùm ſententiam meam *de Roberto Fludd*, eam breuiter complexus *Merſenno* reſcripſi, quam *Iudicij* nomine publicauit cum epiſt. V. Clar. *Gaſſendi*. Adornaui poſt aliquot annos *Eliam Thesbitem Camarti* noſtri, & alia interim nonnulla ſcripſitaui. *Syntagma hiſtoricum de Sancto Francia Cancellariis*, tumultuariò inter grauiores occupationes conſarcinatum ſuperiore anno editum eſt à *Sebaſtiano Cramoiſy*. Prodit iam nunc hoc *Chronicon*, de quo non habeo quod dicam, præter ea quæ antehac profeſſus ſum. Peruenerunt fortè in manus plurimorum *Concordantiæ Hebræo-Latinæ* à nobis dictæ quarum ſexto ab hinc anno folium vnum diſperſum eſt, ſed monere debui, quod facio, ſpecimen libri fuiſſe ob certas cauſas editum, vſque nunc tamen depoſitum opus iacere. Verùm qui res noſtras & tempora diſpenſat, & hoc & alia cum volet ſuſcitabit, & ſuâ nos gratiâ proſequetur ne vel in malum declinemus, aut in bono deficiamus. Certè non inutilium, aut indignorum cogitationem nobis immiſit, quæ niſi eo perficiente non poterunt ad exitum perduci.

APPENDIX

Digitized by Google

APPENDIX TERTIA

QVA CONTINETVR NOTITIA PROVINCIARVM.

CONVENIT ſanè vt in vnum faſciculum colligantur, quæ per annos diſperſa & per viciſſitudines rerum diſſoluta, non ſatis commodè poſſunt abſque huius collectionis beneficio in ſuum ordinem locumque adaptari. Mutat ſcilicet rerum facies & conſpectus per incrementa, cùm ſubinde magnitudo præbet diuiſionis materiam. Quod contigit equidem rebus noſtris cum aliæ ex aliis Prouinciæ temporis ſucceſſu prodierunt, & inter Cœnobia domoſque quibus conſtituerentur diuiſerunt. Quare vt qui iam ſit rerum noſtrarum ſtatus non poſſit eſſe ambiguum, planè adornanda fuit hæc Notitia, quâ ſic demùm ſingulas Prouincias percenſemus atque deſcribimus, vt ſuos cuique Conuentus aſſignemus cuique diſtribuamus. Subtexuimus & Catalogum Prouincialium hoc eſt eorum qui res ipſarum Prouinciarum moderati ſunt, quantùm quidem aſſequi datum eſt. In deſcriptione autem Prouinciarum hoc imprimis ſatagimus vt inſtitutionis tempus quod in Chronico expreſſimus non planè ignoretur, ſed denotetur aliqua circumſtantiâ: nomen deinde ſtatuimus, & ſi quid variauit indicamus: ac denique fines & terminos craſſiori minerua deſignamus ex adiacentium ſcilicet ipſius Ordinis Prouinciarum metatione, quanquam & aliquando expreſſior delineatio ſubeſt. At verò priuſquàm cuiuſque ſingillatim deſcriptionem ineamus, omnes ſub vnum conſpectum & in numerato proferri oportere viſum eſt. Sunt igitur iam nunc Minimi Ordinis noſtri, omniumque poſtremi & non re minus quàm nomine minimi, triginta Prouinciæ, quæ ſunt, I. *S. Franciſci.* II. *Turoniæ.* III. *Meſſanæ.* IV. *Franciæ.* V. *Genuæ.* VI. *Aquitaniæ.* VII. *Granatæ.* VIII. *Germaniæ.* IX. *Neapolis.* X. *Apuliæ.* XI. *Caſtellæ.* XII. *Calabriæ.* XIII. *Lugduni.* XIV. *Valentiæ.* XV. *Etruriæ.* XVI. *Cataloniæ.* XVII. *Provincæ.* XVIII. *Campaniæ.* XIX. *Panormi.* XX. *Hiſpalis.* XXI. *Lombardiæ.* XXII. *Maioricæ.* XXIII. *Laureti.* XXIV. *Arragoniæ.* XXV. *Belgij.* XXVI. *Lotharingiæ.* XXVII. *Venetiarum.* XXVIII. *Mediolani.* XXIX. *Comitatus Burgundiæ.* XXX. *Ducatus Burgundiæ.* Quas præter *Romana* eſt *iuriſdictio* ſolius Generalis moderationi relicta, tum Vicariatus *Pedemontij*, & fortean *Luſitaniæ* & *Indiarum*, hîc enim alteri per Hiſpaniam Generali Vicario ſubditus videtur. Enimuerò cum mihi ſub calamo hic cenſus verſatur, votum incidit, quod animo retractans calor ipſe mentis excutit. Optarem nimirùm vt ſuus cuique Prouinciæ patronus ac tutelaris præficeretur, ac de illius nomine diceretur, vtputa quemadmodum

Prouincia Calabriæ inferioris	dicta eſt	S. Franciſci P. N.	ſic
Prouincia Turoniæ		S. Martini.	
Meſſanæ		S. Luciæ.	
Franciæ		S. Dionyſij.	

Digitized by Google

Genuæ		S. Laurentij.
Aquitaniæ		S. Antonij.
Granatæ		S. Mariæ à Victoria.
Germaniæ		Sanctiſſimæ Trinitatis.
Neapolis		S. Matthæi.
Apuliæ		S. Michaëlis.
Caſtellæ		S. Philippi.
Calabriæ		Ieſu Mariæ.
Lugduni		S. Ioannis Baptiſtæ.
Valentiæ		S. Chriſtophori.
Etruriæ		S. Ioſephi.
Cataloniæ		S. Pauli.
Prouinciæ		S. Magdalenes.
Campaniæ		S. Remigij.
Panormi	diceretur.	S. Oliuæ.
Hiſpalis		S. Thomæ.
Lombardiæ		S. Benedicti.
Maioricæ		S. Lucæ.
Laureti		B. Virginis Annunciatæ.
Arragoniæ		S. Iacobi.
Belgij		S. Matthiæ.
Lotharingiæ		S. Nicolai.
Venetiarum		S. Marci.
Mediolani		S. Barnabæ.
Comitatus Burgundiæ		S. Andreæ.
Ducatus Burgundiæ		S. Ioannis Euangeliſtæ.
Romanus diſtrictus		S. Petri.
Vicar. Pedemontij		S. Bartholomæi.
Luſitaniæ & Indiarum		S. Spiritus.

Quod votum ſanè meum amplius non vrgeo, id tantùm contentus profiteri quod non inutile aut indecorum videatur, ſtatuet aliter qui volet aut poterit, equidem grauiſſimæ non deſunt rationes ſingulorum quæ diximus, ſed præter rem fuerit in hæc longiùs excurrere. Digredimur à Prouinciis ad Conuentus. Eorum non alium cenſum inimus quàm qui iam editus ab aliis fuit, niſi fortè incrementum aliquod acceſſit quo aliqui debuerint fieri auctiores; ſi quid etiam præterquàm quod vulgatum eſt alij ſtatuerunt nobiſque ſignificauerunt non reticemus. Aſcribimus cuique, quantùm ſcire potuimus, ſuum tutelarem, atque diœceſim in cuius tractu eſt, non vnâ de causâ. Prima eſt vt compendium operæ Lectori faciamus reuoluendi cùm Indices tum Chronicon noſtrum. Altera, quòd properantibus nobis, aut deficientibus commentariis quibus vſi ſumus, nonnulli exciderint. Et hæc quidem viſa eſt neceſſitatem facere, cum altera illa ſolius decori & honeſti ratione niteretur. Poſt indiculum Cœnobiorum qui ſequitur Prouincialium ſyllabus in multis deficit. Cauſa in promptu eſt multiplex. Italos & Hiſpanos ex fide Actorum Capitularium, aut hiſtoriæ iam editæ tantummodò hauſimus. Sed enim Acta Capitularia nec ſincera nec integra ſunt, hiſtoria Hiſpanorum non ſatis ſibi ipſi conſtat, præterquàm ex occaſione ſolùm de aliquibus meminit. Nulla mihi diligentia profecit ad exorandam ab alterutris opem quàm ad hoc & alia depoſcebamus, etiam poſt multas pollicitationes quibus me nonnulli lactauerunt. De reliquis quos ex integro damus nihil eſt quod præmoneam, in loco enim ſua cuique autori accepta referimus. Supereſt, vt prætermiſſæ à nobis operæ, quam è noſtris quidam requirebant, rationem non ſubtrahamus. Erant igitur qui vellent, vt diſceptationem de Antiquitate Prouinciarum, vnde ſcilicet ſumenda ſit, ab hoc initio expenderemus. Sed præterquàm id extra inſtitutum noſtrum eſſe ſatis intelligitur, vno aut altero verbo componi poteſt. Diſtinguendæ nimirùm ſunt matres Prouinciæ à progenitis.

Digitized by Google

nitis. Illæ quidem primùm conſtitutæ habita ratione cùm antiquiorum Cœnobiorum, tum antiquioris Nationis coniunctim & reſpectiuè; at hæ præter Conuentuum antiquitatem, obſiſtente vtputâ in anteceſſum aliarum Prouinciarum inſtitutione, nonnunquam imò & ſæpiùs ad aliarum canonem acceſſerunt, id quod ampliùs ex annorum decurſu & computatione adeoque ex fide hiſtoriæ diluceſcet. Erant qui longiori oratione dignitatem ſingularum Prouinciarum exponi & explicari popoſcerent. Verùm enimuerò id eſſet actum agere. Non enim aliam video Prouinciarum dignitatem excogitari poſſe quàm quæ ab antiquitate, Conuentuum multitudine ac præſtantia, illuſtrium virorum copia & nobilitate aliiſque huiuſmodi capitibus repeti poteſt, at hæc conſtare poſſunt ex hiſtoria, nec aliud eſſet in ea excurrere argumenta quàm hiſtoriam de nouo retexere, atque inutiliter ac ſuperuacaneè orditi. Erant poſtremò qui accuratis elogiis Prouinciales ornari debere contenderent. Nec abnuiſſem equidem niſi aut ignoratio quâ etiam hæc pars rerum noſtrarum laborabat obſtitiſſet, aut nouæ hiſtoriæ moliendæ conſilium rediiſſet, quod non poterat ſtante illa ignoratione procedere. Certè hæc vna eſt inſtaurandæ rerum noſtrarum hiſtoriæ via certiſſima, ſi geſta per Prouinciales, & notabiles euentus qui per eorum adminiſtrationem contigerunt diligenter exquirantur & annotentur, quod vtinam homines noſtri certò ſibi perſuadeant & ſeriò aggrediantur.

I. PROVINCIA S. FRANCISCI.

CEnſebatur vnius Prouinciæ nomine tota *Italia* ex quo B. P. N. in *Galliam* tranſiuit, manſitque indiuiſa quoad in viuis fuit; eo autem in pace compoſito & in ſuperos tranſlato, Patres qui *Romam* conuenerant ad primum Generalem Conuentum plures inſtituerunt per *Italiam* Prouincias, omninoq; ad eum numerũ reduxerunt, quo iam antè *Gallia* ipſo B. P. N. autore ſuas habebat diſtinctas & propriis limitibus definitas, vt ad illud tempus meminimus. Quæ tum autem *Calabria* dicta eſt ſubinde diuerſis terminis amplificata modò, modò reſtricta, quod iam nunc non proſequimur, tandem *inferioris Calabria*, ac poſtremò *S. Franciſci* nomen, quod retinet, accepit. Nonnunquam & cum *Apulia* Prouinciâ confuſa eſt, eoque nomine aliquando deſignata priuſquàm illa per ſe ſtaret, quæ ſingula facilè poſſunt ex Chronico noſtro per ſua quæque tempora colligi. At verò termini quibus in præſens continetur iidem ſunt, qui & *Brutiorum*, ac *Lucanorum* eſſe dicuntur à recentioribus Geographis: clauditur ergò, ſi more noſtro loqui volumus, Prouinciâ *Superioris Calabria*, *Apulia*, & *Neapolis*. Superiori quidem *Calabriâ*, quâ parte *Tyrrheno* & *Ionio* mari coarctata in *Siciliam* inde protenditur: *Apuliâ* & *Neapoli* quâ vlteriùs in continentem progreditur, & illâ quidem ad ipſum mare inferum ſeu *Tyrrhenum*, hac ad ſinum *Adriaticum* & interiorem *Tarentinum*. In eo tractu locis quamplurimis inhabitant noſtri, quorum cenſus & olim & nuper editus eſt qui ſequitur.

CONVENTVS PROVINCIÆ S. FRANCISCI.

Paulæ, primùm *S. Mariæ Angelorum*, & *S. Franciſci Aſſiſiatis*, nunc *S. Franciſci P. N.* diœceſis *Conſentinæ*.
Paterni, *B. Virginis Annunciatæ*, diœceſis eiuſd.
Spetiani, *S. Trinitatis*, diœceſis eiuſd.
Coriolani, *S. Trinitatis*, diœceſis *Roſſanenſis*. Vid. & in append. vltima.
Conſentiæ, *S. Mariæ Lauretanæ*, ſed. Archiepiſc.
Reginæ, diœceſis *Beſidianenſis*.
Montis-alti, *B. Virginis Annunciatæ*, diœceſis *Conſentinæ*.

Belvederij, *Iesu Mariæ*, diœcesis *S. Marci.*
Besidiani, *S. Mariæ Lauretanæ*, sed. Episcop.
Cirellæ, *S. Mariæ à Gratia*, diœcesis.
Bonifacij, *S. Mariæ Lauretanæ*, diœcesis *S. Marci.* Hunc nos *Belvederij & Besidiani* Conuentibus interposuimus, sed censum ab aliis vulgatum secutus, iam nunc hoc loco describimus.
Ciri, diœcesis *Vmbriaticensis.*
Roſciani, *Iesu Mariæ*, sed. Archiepisc.
Casalis noui, diœcesis. *Cassanensis.*
S. Agathæ, *S. Michaëlis*, diœcesis. *S. Marci.*
Castri-villarij, *S. Francisci P. N.* diœcesis. *Cassanensis.*
Longobardi, *B. Virginis Assumptæ*, diœcesis. *Tropiensis.*
Foscaldi, *S. Francisci P. N.* diœcesis. *Consentinæ.*
Marathææ, *S. Leonardi*, diœcesis. *Cassanensis.*
Libonati, quibusdam *Bonatorum*, qui diuisim scilicet legunt *li Bonati*, *B. Mariæ Virg.* diœcesis. *Policastrensis.*
Pedacij, Amantiæ, S. Marci, Fluminis Frigidi, Calopiscciati, } & horum quidem titulares nobis incogniti, *Marcopolis* sed. Episc. *Amantiæ* diœcesis. est *Tropiensis.*

Calabriæ.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

*RR. PP. Pavlvs a Paterno, cui eam Prouinciam discessurus in Galliam B. P. commendauit: verum autem vnus ipse ad obitum B.P. eam administrauerit non constat, certè vt Prouincialis interfuit primo Generali Capitulo.

Ann. 1508. Bernardinvs a Cropolatv. Hunc noster *Camartus* in suo Catalogo quem ab Excerptis nostri *Roillarti* accepimus, denominatum significat à *Cropolato* diœcesis Consentinæ viculo, adeoque ipsi *Consentiæ* proximo: vnde consequenter *Bartholum ab Hydrunto* alium agnoscit à nostro *Bernardino* contra quam nobis visum est ex autoritate M. SS. vt ad ann. 1507. scripsimus.

1511. Robertvs a Mayda, qui & aliquando totius Italiæ Vicarius generalis fuisse obseruatur à nostro Camarto, multumque labor asse ad impetranda pleraque abs Sede Apostolica priuilegia pro sua Calabriæ Prouincia.

1514. Pavlvs a Paterno. Et hunc *Camartus* noster ex antiquis, vt loquitur scriptoris ad hoc tempus Prouincialem asserit. Qui tamen mortuũ volunt ad superiorem an. 1511. non cõsentiunt. Itaque apud alios est Hector Capvtvs *à Paterno*, vt alibi obseruauimus. Neuter autem horum interfuit Capitulo Romano II. sed *Robertus à Maida* vice alterius eorum. Animus magis inclinat ad illum *Hectorem* vt antiqua traditio de obitu *Pauli* ad an. 1511. firmiùs constet. Relege quæ alibi etiam ad hoc obseruauimus.

1517. Franciscvs de Crotone, alias *de Trane*, quod iam antè obseruabamus, sed & Camartus noster meliùs *de Terrano*, dicendum ex fide antiquiorum Calabrorum affirmat, quibus *Terranum* oppidum est non procul *Consentia.*

1520. Avgvstinvs a Crotone, vir eminentium virtutum Camarto. Eius non semel meminimus in Chronico.

1523. . . . . Huius ad proximum Generale Capitulum quod fuit Malacitanum Vicarius fuit *Augustinus* decessor, qui proximè ad Generalatum accessit. In editis autem nomen eius deprauatè legitur, in subscriptionibus deprauatiùs Prouincialis dicitur.

1526. Robertvs a Maida, de cognomine Camartus reticet, sibique ignotum fatetur, nobis non videtur de illo dubitandum. Is autem ipse est qui supra, de quo vid. & in Prouincia Neapol.

1529. Ber-

Digitized by Google

1529. BERNARDINVS DE ALIMENA. De hoc conſtat ex Actis quæ edita ſunt. Camartus eum origine nobilem ac gentilem *Simonis de la Limena* in B. P. N. benefici cuius non ſemel meminimus facit. Quare alterutrius cognomen non rectè ſcribitur, aut de origine *Bernardini* ſubdubitandi locus eſt.

1532. GASPAR RICCIVLLVS A Foſſo, electus ex hoc in Generalem, de quo ſæpè ſæpiùs mentionem habuimus.

1535. IOANNES A S. STEPHANO, magni meriti homo Camarto qui nomen non exprimit, nobis ex authenticis conſtitit.

1538. LAVRENTIVS DE LA ROCCA, ſeu *de Rocca Bernarda*, cuius nomen ab Actis Capituli Valentini I. excidit, Camartus ex antiquis ſcripturis in ſuo catalogo reſtituit.

1541. MARCELLVS PALMERIVS, in Generalem ex hoc electus à nobis laudatus perſæpè in Chronico, & alibi. Camartus à nobilitate *Montis-alti* oriundum tradit, alij Siculum malunt.

1544. IOANNES A MILETO, à nobis etiam ex editis obſeruatus.

1547. DOMINICVS DE LA ROCCA, hunc ſolius Camarti beneficio ſumus conſecuti & ipſe in antiquis multorum Cœnobiorum ſcripturis deprehendit. Alia tamen habemus vetuſta documenta ex Prouincia Turonenſi quæ *Antonium à Spezzano* habent, de quo dicendum nonnihil recurret ad ſubſequens triennium.

1550. IOANNES A FLVMINE-FRIGIDO, quem ab autographis Viſitationis eius per Prouinciam certò collegit Camartus, adeoque vitioſa ſunt Acta edita & quæ eorum fidem ſequuntur, vbi *Antonius à Spezzano* pro Ioanne noſtro legitur. Hic enim vel Collega tantùm, vel Commiſſus ad illud Capitulum fuiſſe dicendus eſt. Et de illo quidem ſupra.

1553. MARCELLVS PALMERIVS II. Hunc præter fidem Actorum Camartus ex autographo Viſitationum reſtituit. Et quidem Acta Capituli Foroiulienſis II. quæ *Thomam ab Altilia* eius loco habent, per anticipationem hunc aſſumpſerunt vt vult Camartus.

1556. THOMAS DE ALTILIA nunc primùm Prouincialis, vt antea monebamus, ſed & Acta Capituli Genuenſis III. errorem arguunt præcedentium Actorum.

1559. THOMAS DE FVSCALDO, cuius vices in ſequenti Generali Capitulo geſſit *Thomas à Beluederio*, dictus in ipſis Actis *à pulchro viſu*.

1562. IOANNES A FLVMINE-FRIGIDO II. inde Generalis electus.

1565. BALTHAZAR DE MARATHEA, de quo ab editis conſtat.

1568. . . . . Demortuo ad ſecundum annum ſuffectus eſt MATHVRINVS AVBERTVS à nobis non ſemel ex alia occaſione laudatus, quem Camartus ordinarium Prouincialem arbitratus eſt præter fidem & autoritatem certiſſimorum M. SS. quæ vidimus.

1571. VIRGILIVS A CASTRO-FRANCO, in editis *Miletius*, ſeu *Mitilenus*, qui & *à Beſignano* ſe inſcribebat obſeruatore Camarto, cui vir ſanctus dicitur. Inferioris Calabriæ.

1574. IOANNES BAPTISTA PISANVS, cognominatus *à Beluedere* in Actis electionis ſuæ, quare perperam in Actis Capituli Auinionenſis I. *Dominicus à Paula* dicitur Prouincialis Calabriæ, qui dicendus erat Vicarius Prouincialis, quod ex ipſis Actis conuincitur, vt iam antè nobis conſtiterat, factum id per anticipationem quod & aliâs contigit. S Franciſci.

1577. DOMINICVS A PAVLA, electus *Spetiani*, ſubſcribit autem in Actis electionis ſuæ *Dominicus Polliſius* & alibi, *Puglieſius à Paula* non ſemel de illo perhonorificam mentionem habuimus.

1581. AVGVSTINVS DE BONIFATO, electus *Spetiani*, de illo conſtat ex editis.

1584. ISIDORVS SAMBLASIVS, electus *Paterni*, à nobis non illaudatus, ad maiora enim ſubleuatus fuit.

1587. PETRVS SAMBLASIVS electus *Conſentiæ*, fuit *Iſidori* deceſſoris germanus frater à nobis etiam non ſemel memoratus. Vide infra.

1590. IOANNES BAPTISTA PISANVS II. electus *Paulæ*, qui ſecundo ſuæ

administrationis anno ad meliorem vitam transiit, ei autem substitutus *Dominicus à Machis*, quem alij *Matthæum* nominant.

1595. PETRVS SAMBLASIVS II. electus *Paterni.*

1596. IOANNES A CORILIANO electus *Coriliani*, quem in veneranda canitie superstitem Camartus non sine spirituali fructu & animi sanctimonia (vt ipse loquitur) conuenit.

1599. PETRVS SAMBLASIVS III. electus *Consentiæ.*

1602. MICHAEL A TARSIA omnibus electorũ suffragiis promotus *Coriliani*, postmodùm ab officio absolutus successorem accepit *Antonium à Fuscaldo*, de quo infrà.

1605. BENEDICTVS DE AMICIS electus *Paulæ*, demortuo autem antè sui officij tempus subrogatus *Dionysius Caldora*, qui postmodùm *Massiliæ* rediens ab Hispania vitam cum morte commutauit. De Benedicto non semel ex alia occasione meminimus.

1608. ANTONIVS A FVSCALDO electus *Paulæ*, alibi eum laudauimus.

1611. GREGORIVS BARO electus *Paulæ*, votis omnium suffragatorum, posteâ cum eo dispensatum est, habuitque suffectum *Ioannem à Paula.*

1614. FRANCISCVS DE SANCTIS, electus *Coriliani.*

1617. DIONYSIVS A PAVLA electus absens, *Spetiani.* Nos eius mentio non præteriit cùm data est occasio.

1620. SILVESTER A MACHERATA electus *Consentiæ*, vltrò abdicauit antè primum annum, locumque illius capessiuit ad id electus *Franciscus à Longobardis* nunc totius Ordinis Antistes, de quo in Chronico & in epistolis ad Eliam Thesbitem Camarti, & ad Regulam Parisiis editam 1631.

1623. DIONYSIVS A PAVLA II. electus *Coriliani.*

1626. FRANCISCVS A CELICO, quem cum admiratione vidimus Barcinonæ in Capitulo Generali.

1629. IOANNES DE APRILIANO.

1632. MATTHÆVS DE SPEZZANO.

II. PROVINCIA TVRONIÆ.

CONsedit primùm in hac florentissima Imperij Gallici regione B. P. N. Franciscus, adeoque per aliquot annos intra eius gremium se nostri continuerunt. Non diu tamen in his angustiis constitere, transgressi enim in alias regni partes instituendis de nouo Prouinciis viam aperuerunt. Et certè adhuc in viuis agente beato ipso Francisco *Turonia* per se in Prouinciam stetit, seiunctis nimirùm *Franciâ* & *Aquitaniâ*, quæ & ipsæ in Prouincias coaluerunt. Nomen *Turoniæ* non mutauit ex quo primùm instituta est. Complectitur autem hodiè cum ipso *Turonensi* tractu plures eiusdem Imperij regiones, vt quæ inter *Franciæ*, *Aquitaniæ*, & *Lugduni* Prouincias cis & vltra *Ligerim* longè latéq; ad Oceanum protendatur. Et ad Oceanum quidem *Britannos* & *Santonas* obtinet: cis *Ligerim* supra *Britannos* in *Cœnomanos* progressa, dehinc etiam per *Belsiam* in *Carnutes* & *Aurelianos* ad usque *Genabenses* seu *Giemenses*, eorundem populorum finibus à Prouincia *Franciæ* disterminatur: vltrà *Ligerim* supra *Santonas* in *Engolismenses*, *Pictauos*, *Bituriges* fusa, his limitibus ab *Aquitanica* & *Lugdunensi* Prouinciis seiuncta est. Quos intra terminos his iam nunc locis Turonenses consistunt.

CONVENTVS PROVINCIÆ TVRONIÆ.

Plessiaci Turonensis, *Iesu Mariæ*, sed. Archiepisc.
Ambasiæ, *Iesu Mariæ*, & *Omnium sanctorum*, diœcesi. *Turonensis.*
Giemi, *S. Trinitatis*, &c. diœcesi. *Altissiodorensis.* Hunc nos alteri qui sequitur postposuimus.

Castri-

Digitized by Google

Caſtri-Eraldi, *Ieſu Mariæ*, &c. diœceſ. *Pictauienſis.*
Montis-gaugerici, *S. Iacobi*, diœceſ. *Turonenſis.*
Bomeriarum, *B. Mariæ Virg.* diœceſ. *Bituricenſis.*
Nannetis, *S. Antonij Paduani*, ſed. Epiſcop.
Pictauij, *B. M. V. à miraculo*, ſed. Epiſcop.
Surgeriarum, *S. Ægidij*, diœceſis *Santonenſis.*
Campiniaci, *B. Mariæ V.* diœceſ. *Pictauienſis.*
Aureliani, *Sancti Spiritus*, ſed. Epiſcop.
Bleſarum, *S. Ludouici*, diœceſ. *Carnotenſis.*
Andegaui, *S. Renati*, ſed. Epiſcop.
Exolduni, diœceſ. *Bituricenſis.*
Carnoti, *B. Virginis Aſſumptæ*, ſedis Epiſcop.
Bituricarum, *S. Hieronymi*, ſed. Archiepiſc.
Cœnomanorum, *S. Caroli Borromæi*, ſed. Epiſcop.
Engoliſmæ, *S. Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Caſtri-noui, *S. Franciſci P. N.* diœceſ. *Engoliſmenſis.*
Rhedonum, *S. Ludouici*, ſed. Epiſcop.
Turonis, *S. Gregorij Turonici*, ſed. Archiepiſc.
Leonæ S. Pauli, *S. Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Duni-Regij, diœceſ. *Biturtenſis.*
Siligniaci-Guillelmi, diœceſ. *Cœnomanenſis.*
Rupellæ, *B. Mariæ Victricis*, ſeu *à Victoria*, diœceſis *Santonenſis.*

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

Ab obitu B. P. N. non enim de anterioribus conſtat primus Prouincialis cenſetur,

BARTHOLVS AB HYDRVNTO nobis *Bernardinus à Crepolatu*, vt amplius ad ann. 1507. 1508. ſignificauimus. Videſis & ſupra in Prouincialibus S. Franciſci.

1508. NICOLAVS DE VICINIS electus in ipſo Romano generali Capitulo, ad quod tempus nonnihil in eius laudem contulimus.

1511. NICOLAVS BETHVNE, non ſemel à nobis laudatus.

1514. HVGO REMONDI, cuius ſubſcriptio reperitur in Actis M. SS. Capituli Generalis in proximum conſequentis, vt fruſtrà poſſit de illo dubitari. Deſideratur in Catalogo Turonenſium, quem à noſtro *Guillelmo Iardino* accepi, & fruſtra ſanè illi ſubſtituitur *Matthæus Michel*, tum Collega Generalis.

1517. MICHAEL LE COMTE. poſtmodùm electus Generalis Vicarius à *Franciſco Cerdonio* morti proximo, vt ſuo tempore meminimus.

1520. PETRVS PARISET *Lingonenſis*, de quo amplius in Prouincialibus Franciæ.

1523. HVGO REMONDI II. interfuit Capitulo Generali apud Malacam.

1526. FRANCISCVS BELLEMERE Hunc ſibi ad hoc tempus vindicant Aquitani, quod dum diligentius verſo, quædam me ſuſpicio inceſſit duos fuiſſe huius nominis Franciſcos, ſi verum eſt quod Aquitani habent ſuum fuiſſe Aruernum, & quod Turonenſes prædicant ſuum Stampis oriundum, alioquin conſtat potiori iure Aquitanos, quàm Turonenſes niti, vt manifeſtum ſit ex Actis Capituli Gratianopolitani. Sed & ſi quis coniecturæ locus, ex M. SS. mihi videor colligere iam nunc Turoniæ Prouincialem fuiſſe *Antonium Godineau*, qui à Conuentu Bituricenſi ad Capitulum Generale primum deſtinatus legitur, vt ad an. 1507. obſeruauimus. Quanquam Turonenſes acriter repugnent quantùm eſt ad *Franciſcum*, ex domeſticis & authenticis (vt ſcribunt) inſtrumentis quæ apud Pleſſiacum aſſeruantur.

1529. EVSTACHIVS APVRIL, quem tempeſtiuè laudauimus.

1532. FRANCISCVS VACCARIVS, cuius nomen ex autographo profeſſionis, quam emiſit Nigeoni alibi aſſeruimus contra quàm aliqui putent.

1535. MICHAEL FRETAY, cuius laudationem oblata occasione non reticuimus. Sui eum Turonenses ab singulari eruditione commendant.

1538. EVSTACHIVS APVRIL II.

1541. DIONYSIVS L'ESTORNEAV.

1544. IOANNES IVLIANVS professus Nigeoni, quod alibi diximus, & cum fuit commodum sua eum laudatione non fraudauimus.

1547. PHILIPPVS PONNEREAV, de quo nos obiter in Chronico.

1550. IOANNES IVLIANVS II.

1553. PETRVS SAISY, qui postea Turonensis Corrector ad ann. 1562. cum B. P. Francisci corpus ab hæreticis crematum est.

1556. IOANNES DE BEAVREGARD, ex hoc in Generalem electus cui summissus *Matthæus Arnoul*, vt ad illud tempus meminimus.

1559. PETRVS HAGVENIER, *Blesiâ* oriundus, de quo non semel mentionem perhonorificam fecimus.

1562. PETRVS FOVRBEVR, & is Collega Generalis posteâ fuit, vt à nobis tempestiuè dictum est.

1565. PETRVS HAGVENIER II.

1568. MATTHÆVS BOVRDIER, donatus à nobis suo (quantùm licuit) elogio.

1571. ROBERTVS IAHAN, electus ex Collega Prouinciali Franciæ, & à nobis maturè laudatus.

1574. PETRVS HAGVENIER III. qui ad Capitulum Generale destinauit successorem posteâ suum *Iacobum Pichonneau*, qui sequitur.

1577. IACOBVS PICHONNEAV, Collega Prouincialis Franciæ an. 1571. de illo non semel egimus. Sed iuuat quando eius memoria recurrit miserabilem casum & exitum hominis minimè mali ad nostrorum exemplum & iudiciorum Dei terrorem non reticere, qualem à senioribus nostris sæpiùs audiuimus. Tholosam venerat concionaturus cùm in ea vrbe publicæ factiones vigerent, secutus ille partes quæ viris ecclesiasticis non probabantur temerè ac imprudenter magis quam malignè, cœpit & à suis & ab exteris acriter exagitari, qua illi in concertatione animus, ô malum! post multa defecit & ad Hæreticos profugit, séque in S. Fidis municipium recepit. Ibi annos aliquot egit homo iam tum sacrilegus & facinorosus, exstimulante quanquam in contrarium conscientiâ, vt in extremis patefecit. Cùm enim ille moribundus lecto decumberet symmistas suos auersatus instantissimè catholicum Sacerdotem poposcit, nec destitit vnquam, quantumuis ab ea mente aut blanditiis & promissis auocaretur, aut vi ac minis deterreretur. Ex hoc autem, suorum vt videbatur charitate in rabiem versa, raptus è lecto præceps ex oppidi vallo in fossas deiectus est, vbi Deum inclamans & perfidiam suam omni contentione detestatus expirauit.

1581. PETRVS HAGVENIER IV.

1584. IACOBVS MASSELIN, electus ex Collega & Commisso Franciæ, vbi sæpiùs *Ambiani* ac nuper Nigeonis Corrector fuerat, amplius à nobis laudatus in Chronico.

1587. PETRVS HAGVENIER V.

1590. IACOBVS MASSELIN II.

1593. SEBASTIANVS SOMMAIRE, ornatus à nobis vero magis quàm copioso elogio.

1596. IACOBVS MASSELIN III.

1599. SEBASTIANVS SOMMAIRE II.

1602. MICHAEL QVENAVLT, specialiter à nobis commendatus suo tempore.

1605. SEBASTIANVS SOMMAIRE III.

1608. ANDREAS CHAVINEAV, de quo persæpè mentio nobis occurrit facienda.

1611. FRANCISCVS HVMBLOT, post annum mortuus suffecto *Ægidio Camarto*

Digitized by Google

merto ex Collega Prouinciali Franciæ. Vtriuſque laudatio ex Chronico requirenda.

1614. ÆGIDIVS CAMARTVS, qui ſupra.

1617. ANDREAS CHAVINEAV II.

1620. ÆGIDIVS CAMART, ex hoc in Generalem electus ſubrogato *Andreæ Chavineo.*

1623. ANDREAS CHAVINEAV III. qui & ſupra.

1626. CAROLVS MALLET, interfuit Capitulo Generali apud *Barcinonem*, ſibi eum *Humbletus* noſter delegerat, quem ſedulò excoleret.

1629. ANDREAS CHAVINEAV IV. Abanno ſuperiore Viſitator Generalis per Ducatum Burgundiæ, hoc autem anno 1635. per Franciam.

1632. PASCHASIVS HVAN, nunc Generalis per Aquitanicam & Lugdunenſem Prouinciam Viſitator & Vicarius. Laudes eius abſque humilitatis ac modeſtiæ quam potiſſimum profitetur & omni opere præfert offenſione non poſſumus attingere.

III. PROVINCIA MESSANÆ.

NOndum anni quadraginta excurrerunt, à quibus orta dici poſſit hæc Prouincia, ſi nominis quod nunc gerit ratio habeatur, id enim non antè diuiſionem *Siciliæ* in geminam Prouinciam auditum eſt. Primùm igitur tota *Sicilia* vno ſuo nomine cenſebatur, ex quo antè annos centum & quod excurrit à Prouinciis quæ ſunt in continenti diuulſa & diſtracta fuit, antè quod tempus earumdem Prouinciarum nomine intelligebatur; quod ex iis poteſt excerpi quæ ſuis conſignata annis ſtrictim memorauimus. Cùm tamen in poſtrema *Siciliæ* diuiſione, primatus huic Prouinciæ delatus ſit, ea etiam illi attribuuntur quæ commune illud *Siciliæ* nomen præferunt; eadémque ratione quòd prælata ſit Neapolitanæ Prouinciæ, illa ipſa ſibi vendicat quæ ſub Neapolis nomine Actis noſtris ſuiſq; inſcripta ſunt, & ea denique omnia quæ pro tempore quod diuiſionem præceſſit geſta fuerunt. Conſtitit *Meſſanæ* nomen ex quo primum inditum eſt abſque vlla mutatione. Termini non alij ſunt quàm ipſius Inſulæ, niſi quâ diuiditur per mediam inſulam ab altera Prouincia quæ à *Panormo* nomen accepit, qui aliter non ſunt conſtituti quàm vt hæc noſtra orientalem partem in qua ſita eſt ad æqualem mediæ Inſulæ diuiſionem obtineat. In ſuo autem illo diſtrictu his domiciliis gaudet quorum iam nunc cenſum damus.

CONVENTVS PROVINCIÆ MESSANÆ.

Mylarum, *Ieſu Mariæ*, diœceſ. *Meſſanenſis*. Sed hunc Trimarchius noſter *Meſſanenſi* poſtponit, vt qui contendat ex fide authenticorum documentorum *Meſſanæ* Cœnobium ab an. 1454. fuiſſe conditum, quod alij viderint.

Meſſanæ, *S. Sepulchri*, ſed. Archiepiſcop. Et quidem certiorem me fecerunt excerpta Camarti non dubitanter dicendum eſſe *S. Sepulchri*, cuius nominis antiqua Eccleſia noſtris eſt collata, nec pugnat ſanè vt poſtmodùm alium etiam titulum aſſumpſerit, quod infra copioſius exequemur.

Catanæ, *S. Onophrij*, ſed. Epiſcop.

Syracuſarum, *S. Antonij*, ſed. Epiſcop.

Caſtaniæ, *S. Nicolai*, diœceſ. *Meſſanenſis*. Præponitur Syracuſano ab Iſnardo quod non probat Trimarchius noſter ſicut nec Victonius in Indiculo ſuo.

S. Angeli, *S. Franciſci P.N.* diœceſ. *Meſſanenſis*. Poſtponitur à Trimarchio Conuentui *Linguæ Groſſæ*, à Victonio *Condri*, de quibus infra.

Leontij, *S. Andreæ*, diœceſis *Syracuſanæ*.

Linguæ groſſæ, *S. Mariæ Lauretanæ*, diœceſ. *Meſſanenſis*.

Scaletæ, *SS. Philippi & Iacobi*, diœceſ. *Meſſanenſis*. Huic Trimarchius præponit Calata-Heronenſem.
Calatæ-Heronis, *S. Antonij*, diœceſ. *Syracuſana*. Victonius *Caſtanienſi* proximè ſubiicit.
Condri, *S. Franciſci P. N.* diœceſ. *Meſſanenſis*.
Melitelli,
Tauromenij,
Vizinij. Hunc Trimarchius Tauromenitano præponit.
Montis-fortis, *S. Trinitatis*, diœceſ.
Neti. *B. Mariæ Virg.* Trimarchius ſuperiori Montis-fortis præponit.
Gypſi, *S. Antonij*, diœceſ.
Randatij, *S. Franciſci P. N.* diœceſ.
Terræ-nouæ. Hunc ſolus nobis Trimarchius indicauit, nec aliud præter nomen ſcire potuimus.
Meſſanæ, Monialium, *S. Eliæ*, ſed. Archiepiſcop.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

Romæ, Neapolis, Terræ laboris, &c.

1508. PAVLVS A PATERNO, in quo quidem Romani Prouincialis nomen incœpit & deſiuit. Nos de illo maturè diximus..
1511. IOANNES DE ROCCA, cuius laudes & geſta, quoad fas fuit, & in tempore, complexi ſumus.
1514. FRANCISCVS A FLVMINE-FRIGIDO, de quo nobis ex Actis M. SS. conſtitit.
1517. Vid. infra 1523.
1520. ROBERTVS A MAIDA, qui tamen in Actis Viceprouincialis tantùm dicitur.
1523. PLACIDVS TALAIA, vt colligimus ab hiſtoria edita & fortè II. Eius alibi non ſemel meminimus.
1526. STEPHANVS A MASSA. Hunc ex cõiectura tantùm aſſecuti ſumus quãtum per Acta M. SS. licuit. Alius à iuniore *Stephano*, cui *Veſpuli* cognomen.

Siciliæ diuiſim.

1529. HIERONYMVS A CONDRO, diuisâ primùm Siciliâ, ſed ad tempus ſolùm ſui Prouincialatus ea diuiſio permanſit.
1532. PLACIDVS TALAIA II. ſeu etiam III. vt ſupra.

Siciliæ.

1535. MARCELLVS PALMERIVS, diuisâ iterùm Siciliâ, quæ deinceps diuiſio non coaluit. At de Palmerio alibi perſæpè.
1538.
1541. FRANCISCVS PAGLARINVS, de quo conſtat per Acta edita & M. SS. ſed & nos alibi meminimus.
1544. ANTONIVS DE MARTINIS, vir ſanctus cuius nomen aliis ea opinione claris inſeruimus. At de Prouincialatu eius Acta teſtantur.
1547.
1550. PLACIDVS TALAIA III. aut fortè IV. vndè ſupra.
1553.
1556. PHILIPPVS nomen ex Actis elicuimus cognomen non potuimus aſſequi.
1559. 1562.
1565. ANTONIVS A SORTINO.
1568. DOMINICVS DE TAVROMINA.
1571. Eius ad Capitulum Vicarius *Antonius à S. Petro.*
1574. SIMON A S. SALVATORE.
1577. DOMINICVS A MYLIS. Huius ad Capitulum Vicarius *Auguſtinus à S. Petro.*
1581. IOANNES A MONTEFORTI.
1584. Huius ad Capitulum Gen. Vicarius *Andreas Rheginus.*
1587.

1590. Ci-

Digitized by Google

1590. CIRERIVS IOSEPH A MESSANA. Meſſanæ ab an. 1596.
1593. 1596. 1599. 2602. 1605. nobis vacant.
1608. DIONYSIVS CORTESIVS, nobis memoratus ex alia occaſione.
1611. THOMAS A CASTRO.
1614. ISIDORVS CARBOAVREVS.
1617.
1620. ATHANASIVS A S. PHILADELPHO, niſi nos ſcriptura in cognomine fefellerit.
1623. BONAVENTVRA LVCCA A CATANA.
1626. IGNATIVS DE LA GIOYOSA.
1629. PAVLVS DE CONDRO.
1632. BONAVENTVRA DE SYRACVSIS.

Atque in his colligendis multa nobis defuerunt, quibus aut ſingulos aſſequi, aut de ſingulis certiùs loqui potuiſſemus.

IV. PROVINCIA FRANCIÆ.

AVctorem ſuæ inſtitutionis ac nominis ipſum B. P. N. hæc Prouincia reueretur & agnoſcit. Non liquet tamen ad quem annum cœpit per ſe ſtare, id modò conſtat, iam tum cum Abbauillenſes noſtri aduerſus S. Vulfrani ſodales diſceptarent ipſo B.P.N. in viuis agente ſuum Prouincialem habuiſſe, quod ampliùs ſuo tempore ſignificauimus. Nomen *Francia* cum ipſa ortum, cum ipſa etiam inueterauit, nec concuſſum aliquando aut immutatum eſt, niſi ſunt aliqui, nuperi quidem ac rerum noſtrarum fortè ignari quibus hoc nomen dolet facitque inuidiam, vt eapropter Pariſienſem tantùm Prouinciam indigerent. At hi facilè conuincuntur ipſo vſu qui ſemper in contrarium inualuit, ac B. P. N. totiuſque Religionis autoritate. Nomen illud à nobiliſſima regione quam inſider conſecuta eſt, quod aliquando ni fallor meminimus, etſi ad eam plures aliæ regiones acceſſerint, & iam nunc multas retineat. Et quidem olim vltrà *Campaniam*, *Lotharingiam* quoque in ſuo numerabat, & indefinito limite in eam partem extendebatur. Iam nunc verò *Picardiam*, *Normaniam*, *Briamque* retinet & ſupra *Segaloniam* & *Vaſtinum* in *Niuernenſes* exporrigitur. *Picardiâ Belgium* attingit, atque inde ad extremam *Normaniam* Oceano circumducitur. *Normania* diuidit à *Britannia*, quas ſuper communis illi cum *Touraniâ* terminus *Bleſia* eſt. *Briâ* ſimul & *Picardiâ* ſeiungitur à *Campaniâ*, cuius nominis Prouinciam ex ſe genuit. *Burgundiæ*, *Lugduni*, & tranſligeritanæ *Turonia* Prouinciis ſuo in *Niuernenſes* excurſu contermina eſt. Loca quibus per eos tractus inſidet ex indiculo repræſentamus.

CONVENTVS PROVINCIÆ FRANCIÆ.

Nigeonis, *B. Virginis Annunciatæ*, ſub titulo *totius Gratiæ*, vel *Omnium gratiarum*, diœceſ. *Pariſienſis*.
Ambiani, *B. Virginis Annunciatæ*, ſedis Epiſcop.
Abbatis-villæ, *B. Virginis Aſſumptæ*, diœceſis *Ambianenſis*.
Dieppæ, *B. Virginis à bono portu*, diœceſ. *Rothomagenſis*.
Sueſſionis, *S. Catharinæ*, ſed. Epiſcop.
Vicennarum, *B. Mariæ Virginis*, diœceſ. *Pariſienſis*.
Fublini, primùm *B. Mariæ Virg.* nunc *S. Petri*, diœceſ. *Meldenſis*.
Rothomagi, *B. Mariæ Virg.* ſed. Archiepiſc.
Caſtri-Theodorici, *Ieſu Mariæ*, diœceſ. *Sueſſionenſis*.
Compendij, *S. Petri*, diœceſ. eiuſdem.
Niuerni, *S. Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Peronæ, *S. Magdalenes*, diœceſis *Nouiomenſis*.
Lutetiæ Pariſiorum, primùm *B. Virginis Annunciatæ*, nunc *S. Franciſci P. N.* ſed. Archiepiſcop.

Digitized by Google

Caleſij, *S. Petri*, diœceſ. *Bononienſis.*
Guiſiæ, *B. Mariæ Virg.* diœceſ. *Laudunenſis.*
Bellouaci, *S. Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Calniaci, *S. Nicolai*, aut veriùs *S. Magdalenes*, diœceſ. *Nouiomenſis.*
Deciſæ, *S. Petri*, diœceſ. *Niuernenſis.*
Alneti, *B. Mariæ Virg.* diœceſ. *Senonenſis.*
Bonæ-domus, *B. Mariæ Virg.* diœceſ. *Sueſſionenſis.*
Roiæ, *S. Franciſci P. N.* diœceſ. *Ambianenſis.*
Abbatis-villæ Monialium, *Ieſu Mariæ*, diœceſis eiuſdem.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

B. P. N. adhuc ſuperſtite Prouincialis inſtitutus, qui primo Generali Capitulo interfuit GERMANVS LIONET, cuius nomen in editis deprauatum ex fide M. SS. emendauimus, in eo Catalogo quem nobis antè annos quinque confeceramus, & ex authenticis ſcripturis magnò labore conquiſieramus, quique Regulæ ad an. 1631. Pariſiis editæ præfixus eſt. Deinceps verò hanc Prouinciam rexerunt RR. PP.

1508. HVGO DE SAPPO, cuius nos mentio data occaſione non præteriit.

1511. DIONYSIVS BARBIER, vir notus ex hiſtoriâ noſtrâ.

1514. HVGO DE LA VARENNE, qui à latino Indice, quem diximus excidit reſtitutus in Gallica editione nobis indicantibus à Coſtæo noſtro, qui eam adornauit, & Regulas ipſas gallicè reddidit.

1517. IACOBVS PASSEDOIT, de quo tempeſtiuè meminimus.

1520. HVGO DE LA VARENNE II. Primus Regulas Correctorium & Priuilegia edidit, ex prælo Conuentus Nigeonenſis ad an. 1535. Sed & alia nonnulla excudit ipſe potiſſimùm ad vſum Eccleſiaſticum noſtrorum pertinentia.

1523. IOANNES SVTORIS, admirandæ ſanctitatis homo in Exceptis Camarti, de quibus in I. Prouincia. Ex hoc electus eſt in Generalem.

1526. PETRVS HVOT, vir magni meriti ac in Generalem ſuorum ſuffragiis poſtulatus, quod ad tempus meminimus.

1529. PETRVS PARISET, antè annos ſex *Turonia* Prouincialis, cui Platinam à ſe recognitum & editum an. 1530. noſter Ioannes Thierry dedicauit.

1532. IOANNES SVTORIS II.

1535. IOANNES CARROGVY anteâ Collega *Petri Pariſet*, ſubſtitutus ei *Petrus Haren*, qui & poſtmodùm Vicarij nomine Prouinciam rexit.

1538. IOANNES SVTORIS, III.

1541. HVGO DE LA VARENNE, III.

1544. IOANNES SVTORIS, IV.

1547. FRANCISCVS DE S. VAAST, ſuo à nobis elogio donatus ad an. 1558.

1550. IOANNES SVTORIS V. Obiit an. 1556.

1553. PETRVS HAGVENIER electus ex Collega Deceſſoris, deinceps quintùm Prouinciam *Turonia* gubernauit, vnuſque fuit quo non alter toties Prouincialis, de illo pluries egimus.

1556. NICOLAVS PERRIN, cui ad tertium annum vt apparet demortuo ſubrogatus *Ioannes Debem*, qui per ſcriptores noſtris ſatis innotuit.

1559. NICOLAVS FOVBELIN, ex Collega duorum præcedentium, profeſſus fuerat *Abbatis-villæ* die XIII. Februarij 1535. vbi & obiit an. 1594. Vir fuit columbinæ ſimplicitatis, miræ probitatis & pietatis.

1562. PETRVS GRIP, homo ſanctimonia morum præcipuus, profeſſus fuerat *Ambiani*, die XI. Septemb. 1521 inibi autem obiit XII. Aug. 1566.

1565. IACOBVS IANNEAL, de quo nos alibi. Profeſſus fuerat Nigeoni, die VIII. Decemb. ann. 1551. obiit menſ. Martio an. 1571.

1568. SEBASTIANVS PIC, profeſſus fuerat Nigeoni, die 1. Februar. 1547. Obiit menſ. Aprili an. 1573

1571. Io-

1571. Iosephvs le Tellier, loco *Mathurini Aubert* qui acceptare noluerat, quod ex iure ſibi facere non poſſe videbatur eò quod biennio præcedente fuiſſet Vicarius Prouincialis in Calabria.

1574. Simon Blanchart, vir zelo ardens & pietate inſignis, qui creditur apud Camaldulenſes in Italia ſanctum vitæ finem fuiſſe conſecutus.

1577. Iosephvs le Tellier II. Hoc ipſo anno in Generalem electus eſt.

1578. Petrvs Node', *Tellerio* Generali nuper facto ſubrogatus, ad ſubſequens triennium mox etiam electus eſt. De illo non ſemel diximus.

1581. Pontivs Iambart ex Collega electus, de quo nos alibi.

1584. Antonivs Stephanvs, quem loco & tempore laudauimus.

1587. Iosephvs le Tellier III.

1590. Gvillelmvs Leber, à nobis laudatus, fuit & *Lugdunenſis*.

1593. Antonivs Stephanvs II.

1596. Gvillelmvs Leber II.

1599. Hieronymvs Payneav, ex Collega electus. Profeſſus *Nigeoni* die IX. Nouemb. 1583. Obiit *Sueſſioni* XII. Octobr. an. 1627. fuit & apud Aquitanos Prouincialis.

1602. Iosephvs le Tellier IV.

1605. Clavdivs dv Vivier, ſuo à nobis elogio exornatus ad an. 1630. & alibi.

1608. Petrvs Hebert, vir clariſſimus & perſæpè laudatus à nobis, fuit & Aquitaniæ Prouincialis.

1611. Clavdivs dv Vivier II.

1614. Ioannes Prievr, electus ex Collega, poſt renunciationem *Petri Heberti*, qui nunquam adduci potuit vt electioni alioquin vnanimi & ab omnibus expetitæ aſſentiretur, vſus ad hoc facultate quam inſciis Patribus à Generali impetrauerat, è veſtigio igitur repetita electione in eius locum hic noſter *Ioannes* cooptatus eſt. Profeſſus autem fuerat Nigeoni die XXX. Nouemb. ann. 1586. Obiit nuper *Rothomagi* cum inſigni pietatis & humilitatis exemplo, id eſt, ad XXI. Februar. hoc ipſo an. 1635.

1617. Petrvs Hebert II.

1620. Antonivs Dvpro.

1623. Franciscvs le Tellier, ex Collega electus, laudem eius in Chronico breuiter perſtrinximus, nec alia occaſione copioſiorem laudationem prętermiſimus.

1626. Antonivs Dvpro II.

1629. Olivarivs Chaillov, electus ex Collega, laudatus à nobis in Chronico. Fuit Viſitator Generalis per Galliam an. 1621. 1628. per Campaniam an. 1634.

1632. Antonivs Dvpro III. Nunc, id eſt hoc ipſo an. 1635. Viſitator Generalis per *Turoniam*. Laudes eius in hoc breuiculum cõtrahere non poſſumus.

V. PROVINCIA GENVÆ.

ORtum habuit à primo Generali Conuentu qui Romæ celebratus eſt, ac pro illo tempore, totam Italiam citeriorem, hoc eſt, ad nos ab vſque ipſa Roma, longè latéq; occupabat. Qua de re diſtinctiùs loquuti ſumus, ad an. 1507. Sed & aliquando *Forum-Iuly* vſque progreſſa, & per aliquod tempus Cœnobio quod tum inerat ſuam penuriam conſolata eſt. Nec id ſanè mirum videri debet, cùm per Gallos ex tunc ea Prouincia regeretur, quam & diu tenuerunt, vt conſtare poteſt ex Actis Capitulorum Generalium. Antiquum *Genuæ* nomen vacillauit nonnunquam, *Lombardiæ* enim Prouincia non ſemel in vetuſtioribus Actis & inſtrumentis pro Genuenſi legitur; vnde factum, vt etiam in diuiſione *Lombardiæ* quæ poſtmodùm interceſſit, loco per aliquod tempus mota ſit, ipſiq; *Lombardiæ* poſtpoſita, demùm tamen reſtituta cum nomine an-

Digitized by Google

riquam dignitatem turata est. Habet nunc eosdem terminos, quos *Liguriæ*, hoc est *Genuensium* ditioni, Geographicæ tabulæ præscribunt. Vt autem more nostro loquamur, suo ad meridiem mari clauditur, & à citeriore *Gallia Subalpina* (*Pedemontium* vocant) per *Mediolanum* reliquamque *Lombardiam* ad vlteriorem *Etruriam* circumducitur, adeoque totidem nostris Prouinciis *Mediolani*, scilicet *Lombardiæ & Etruriæ*, ac Vicariatu *Pedemontij* cingitur. Libero tamen exitu mare suum aliquando in proximam *Corsicam*, tumque in *Sardiniam* enauigauit. Sed nuper Hispanis cessit *Sardinia*, *Corsica* verò ab ipsis Genuensibus (vt audio) dimissa est. Liguriam igitur suam tantùm incolunt, & has inibi domos nacti sunt quas ex ordine percensemus.

CONVENTVS PROVINCIÆ GENVÆ.

Genuæ, *Iesu Mariæ*, sed. Archiepisc.
Sauonæ, *S. Lazari*, sed. Episcop.
Sarzanæ, *S. Andreæ*, sed. Episcop.
Albingauni, *S. Francisci P. N.* sed. Episcop.
Seuantij, *S. Francisci P. N.* diœcesi. *Genuensis.*
Burgetti, *S. Spiritus*, diœcesi.
Neruij, *S. Francisci P. N.* diœcesi. *Genuensis.*
Spetiæ, *S. Francisci P. N.* diœcesi. *Genuensis.*
Marassij, *S. Margaretæ*, diœcesi. *Genuensis.*
Algaliolæ, Centurij, dimissi sunt vt alibi diximus.
Calaris, cessit Prouinciali Maioricæ. Adeoque hi sunt ab aliis indiculis expungendi.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

Genuæ, seu Lombardiæ.

1508. HIERONYMVS A PONTE, vt constat ex Actis subsequentis Capituli. At nos de illo alibi. Frustra est noster de Agrifoliis qui Hugonem alium à Hieronymo inducit præter autoritatem M. SS. quæ in manibus habemus.

1511. IOANNES BAPTISTA A GENVA, noster de Agrifoliis de *Ponte* cognominat, sed vt videtur perperàm quantum fas est ex Actis M. SS. colligere.

1514. BAPTISTA A VORAGINE, quem disertè M.SS. nostra præferunt.

1517. HIERONYMVS A PONTE II.

1520. Vicarius LEONARDVS BARBIER *Alençonius*, vt constat ex Processu Turonensi ad effectum Canonizationis B. P. N.

1523. LEONARDVS BARBIER, qui supra vt indicant nonnulla nostra, in subsequenti Capitulo ab aliquibus in Generalem desideratus.

1526. ROBERTVS LOTHARINGVS, suffectus in locum demortui quem nescimus.

1529. PETRVS CVIGNET, de quo diximus in nostro Chronico.

1532. ROBERTVS LAMBENTIER, de quo constat per Acta.

1535. HIERONYMVS ARNONVS, alicubi meminisse credimus.

1538.

1541. FRANCISCVS A NOVARIA.

1544.

1547. BERNARDVS DE FABRO, antè annos tres Generalis, cuius Vicarius in Cap. Gen. BERNARDINVS A PAVIA.

1550. NICOLAVS TVRONENSIS, ex Actis quæ habentur.

1553. IACOBVS MAGISTRI Gallus, ex Actis Capitulorum Gen.

1556. FRANCISCVS A NOVARIA, II.

1559. 562. nobis vacant.

1565. ANGELVS A MONTE-ALTO, ex Actis M.SS.

1568.

1571. DOMINICVS A PATERNO, de quo plura nos documẽta certiores faciũt.

1574.

1577. BENEDICTVS A NVCIBVS, laudatus à nobis per aliam occasionem.

1581. IVLIVS

1581. IVLIVS A PAVLA, in Zelosum posteâ electus.

1584. IACOBVS MORANDVS, de quo fidem faciunt Acta quæ legimus; fuit & Visitator Generalis per Hispaniam.

1587.

1590. THOMAS A BELVEDERE, vtex Actis colligitur.

1593. IOANNES BAPTISTA POSSENTVS, & hunc Acta præferunt, fuit Vicarius tantùm.

1596. 1599. quo postremo triennio diuisa Lombardia, cum primatûs iure vt diximus.

1602. GABRIEL CIGALA, electus in Capitulo Gen. Genuæ tantùm.

1605. vt videtur THOMAS SEMINVS, indicant litteræ ad nos scriptæ, at de *Thoma* in appendice I.

1608. 1611. nobis vacant, nisi quod iterùm *Gabriel Cigala* factus est Prouincialis ad aliquem horum annorum.

1614. ADEODATVS LOMELLINVS, seu *Deodatus*, non semel eius meminimus.

1617. LAVRENTIVS DE PEIRINIS, sæpè à nobis laudatus.

1620. ADEODATVS LOMELLINVS II. Ex hoc in Zelosum subleuatus.

1623. LAVRENTIVS DE PEIRINIS II.

1626. PAVLVS OLIVERIVS, quẽ in Capitulo Barcinonensi coràm vidimus.

1629. LAVRENTIVS DE PEIRINIS III.

1632. ADEODATVS LOMELLINVS III. qui antè mẽsem à sua electione vitam cum morte commutauit, vt alibi diximus, successorem autem accepit, R. P. IOANNEM CHRYSOSTOMVM MALASPINAM ex Marchionibus *Casæ-nouæ*.

VI. PROVINCIA AQVITANIÆ.

IIsdem quibus Francia natalibus hæc Prouincia non immeritò gloriatur, vt quæ sub idem tempus eodemque autore initium acceperit. Et ambæ profectò illæ quasi gemina vbera Galliam vniuersam prospera fœcunditate irrorarunt, cum vtriusque mater interim sterilis resederit. Inuariatum illi *Aquitaniæ* nomen constitit, nisi fortè nonnunquam ad popularium vsum & captum accommodatiùs *Vasconiæ* dicitur, quod ferè sit dum gallicè loquimur. Aliquando etiam in vetustioribus Actis Prouincia *Tolosæ*, seu *Tholosana* nuncupatur, sed & alicubi *Gratianopolitanam* Prouinciam videor mihi legisse appellatam, cùm scilicet à principio Cœnobium *Gratianopolitanum* & *Foro-iulien se* complecteretur. Non solùm autem *Aquitaniam*, quæ communiùs *Guienna* & *Vasconia* iam nunc audit, sed & *Occitaniam*, seu *Langoedocium* nobiles Imperij Gallici regiones, quæ suis ambæ Proregibus parent & suu singulatim Conuentu Iuridico seu Parlamento gaudent, quâ longè latéq; diffunduntur, occupat. Itaque à mediterraneo mari ad Oceanum, interiectis quibus ab *Hispania* secluditur Pyræneis iugis, extenditur, vltrâ ipsos montes habens *Arragoniæ* Prouinciam, & ad mare mediterraneum *Catalonia* quidem vltrâ eosdem montes, *Prouinciæ* autem ab interiori Galliæ parte à qua per interfluentem *Rhodanum* diuiditur, deflectens inde per *Auernos* in *Lemouices* & *Engolismenses* versus Oceanum *Lugduni* & *Turoniæ* Prouincias attingit, à quibus per eos limites secernitur. At intra illos fines his iam nunc locis stationem habet, quæ ex Indiculo commonstramus.

CONVENTVS PROVINCIÆ AQVITANIÆ.

Tholosæ, *Iesu Mariæ*, & *S. Rochi*, sed. Archiepiscop.
Sammathani, *S. Rochi*, diœcesi. *Lombariensis*.
Narbonæ, *S. Antonij*, sed. Archiepiscop.
Tornaci, *S. Mariæ de Castello*, diœcesi. *Tarbensis*.
Blauiæ, *S. Mariæ à bono portu*, diœcesi. *Burdegalensis*.
Burdigalæ, *S. Mariæ omnium gratiarum*, & *S. Rochi*, sed. Archiepisc.
Vici, *S. Mariæ Virg.* diœcesi. *Tarbensis*.

Digitized by Google

Biterrarum, *S. Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Planiaci, *B. Mariæ Virg.* diœceſ. *Petragoricenſis.*
Albæ-terræ, *B. Virginis Aſſumptæ*, diœceſ. eiuſdem.
Caſalij, *S. Mariæ Lauretanæ*, diœceſ. *Lombarienſis.*
Carcaſſonæ, *S. Franciſci P. N. & S. Rochi*, ſedis Epiſcop.
Biterrarum II. *S. Mariæ Conſolatricis*, diœceſ. *Biterrenſis.*

Indiculi ad hæc editi hunc ordinem non per omnia ſeruauerunt, ſed quem poſt alios accepimus beneficio & diligentia d'Aguſij noſtri ad hunc modum habet, atque omnino ex hoc alij veniunt emendandi.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

In viuis agente adhuc B. Franciſco P. N. inſtitutus legitur beatæ memoriæ R. P. IACOBVS L'ESPERVIER, quem ſuo tempore laudauimus, deinceps verò RR. PP.

1508. DOMINICVS MALHERBE, vir inſignis & magni meriti, de quo alibi mentionem habuimus. Pro *Dominico* alij *Ludouicum* legunt.

1511. ROLANVS, ex editis abſque alio cognomine, verùm vt ex M. SS. eruimus dicendus eſt, ROLANDVS ALAIN. Alij viderint.

1514. DOMINICVS MALHERBE, II.

1517. BERNARDVS RABBI, qui ſua vice ad Capitulum deſtinauit P. ÆGIDIVM DE BORDES, qui perperàm in Actis Prouincialis aſcribitur.

1520. FRANCISCVS BELLEMERE, de quo nos ſæpiùs.

1523.

1526. FRANCISCVS BELLEMERE II. Sed vide in Prouincialibus Turoniæ.

1529. BERNARDVS CHARBONELLI, *Lombarienſis.*

1532. BERNARDVS DE FABRO, profeſſionem emiſerat ab anno tantùm 1527. inter manus *P. Franciſci Bellemere* in Conuentu Tholoſano, atque ab hoc etiam eſt inuictum argumentum pro Aquitanico Bellameræ Prouincialatu. Nos alibi plura de Fabro.

1535. MARTIALIS DE VICINIS, nunquam ſatis laudandus potiſſimùm ob indubitatam vitæ ſanctitatem, ſed nos perſæpè oblata occaſione memoriam eius celebrauimus.

1538. SIMON GVICHARDVS, de quo pluries egimus, quod requirendum ex Chronico.

1541. IOANNES DE MALRAS, de quo plura diximus ex neceſſitate quæ ſe obtulit.

1544. SIMON GVICHARD, II.

1547. STEPHANVS AVDIERIVS, cuius Collega *Ioannes de Malras*, qui ſupra in Generalem eſt electus.

1550. BERNARDVS CAVAIONES, vir ſanctiſſimus cuius laudationem in Chronico anticipauimus.

1553. SIMON GVICHARD III.

1556. ANTONIVS FINET, nobis non illaudatus, require in Chronico.

1559. BERNARDVS CAVAIGNES II. vt volunt Aquitani. Sed enim ex authenticis M. SS. electus inuenitur *Ioannes Debem*, eoque non acceptante Ioannes Bricet, qua de re ad ann. 1562.

1562. ANTONIVS FINET II.

1565. ROLANDVS GVICHARD, cuius laudes in Chronico exſcripſimus.

1568. IOANNES DE PERERIIS, qui ſubſequenti Capitulo Generali non interfuit, vt conſtat ex Actis.

1571. IOANNES D'AROLLAS, *Lombarienſis.*

1574. MARTINVS ROSSELLVS, laudatus à nobis ex occaſione vices ſuas ad Capitulum Generale *Ioanni Repitello* commiſit qui Zeloſus ibidem electus eſt, itaque non dicendus *Repitellus* Prouincialis, quod habent Acta ſed Viceprouincialis, quem nos ~~errorem ſecuti fuimus.~~

1577. IOAN-

Digitized by Google

1578. Ioannes Seignoret *Cadurcenſis*, cui ſuum elogium repoſuimus.

1581. Iacobvs le Glovst, cuius nos mentio data occaſione non præteriit.

1584. Ioannes Seignoret, II.

1587. Antonivs Ricard, cui ſuum elogium appoſuimus oblata occaſione.

1590. Ioannes Seignoret, III.

1593. Petrvs Hebert, ex Correctore Abbauillenſi Prouinciæ Franciæ. Eius laudes breui perſtrinximus, quamſæpè.

1596. Ioannes Seignoret, IV.

1599. Petrvs Tholosani, Occitanus diœceſis Caſtrenſis.

1602. Ioannes de la Covr, ſubſtitutus in locum Hippolyti Raulini electi, ſed in alia Prouincia, vt loquimur confirmati.

1605. Ægidivs Camart, cuius laudes fruſtra replicauero.

1608. Hieronymvs Paineav, de quo in Prouincialibus Franciæ.

1611. Daniel Verot *Amicienſis*, de quo infra.

1614. Iacobvs Berthon, *Seguſianus* ex *Caſtro S. Beniti*, adhuc ſuperſtes in veneranda canitie.

1617. Petrvs Tolosani II. Viuit hodiéque multis nominibus commendandus.

1620. Hvgo Dignati, *Riuerienſis*.

1623. Bertrandvs Lavedan, *Vicenſis*.

1626. Antonivs Teint, *Lemouix Feletinenſis*, qui me ſua familiaritate dignatus eſt in itinere ad Capitulum Generale Barcin. Eius laudes non attingimus ne lædamus modeſtiam quâ potiſſimùm inſignis eſt.

1629. Petrvs d'Agvts *Vaurenſis*, quem plurimùm obſeruauimus doctrinæ ac virtutis merito quod perſæpè memorauimus.

1632. Antonivs Teint, II.

VII. PROVINCIA GRANATÆ.

Antè centeſimum hinc annum nonniſi vna fuit totius *Hiſpaniæ* Prouincia, ſuprâ quod tempus non ſolùm *Hiſpaniæ* nomine ſignificata eſt, ſed aliquando etiam rarò tamen *Hiſpalis*, communiter autem *Andaluzia* Prouincia dicta eſt, quòd primo acceſſu noſtri ad vlteriorem Hiſpaniam tranſiiſſent & ſolam quam vocant *Andaluziam* incolerent. Qui tamen magis latinè voluerunt loqui *Bæticam* Prouinciam appellabant, quam alij dicebant *Andaluzianam*, & frequenter ſanè in Actis & veteſtioribus litteris hoc nomen occurrit. *Granata* nomen non inualuit antè hos triginta vel quadraginta annos, poſt diuiſionem ſcilicet quæ ad illud tempus facta eſt, vt colligere licet ex Chronico noſtro. Enimuerò quoniam in omni diuiſione hæc quæ demùm *Granata* Prouincia dicta eſt primum locum retinuit, & Hiſpanicarum Prouinciarum prima & antiquiſſima ſemper habita eſt, ideò ea omnia quæ ſubſecutas diuiſiones præceſſerunt ſub huius nomine comprehenduntur & circumferuntur. Porrigitur autem iam nunc à freto *Gaditano*, ad quod conterminam habet *Hiſpalis* Prouinciam, ſecundùm mare mediterraneum, dictum *Ibericum*, ad limites regni *Valentini* eiuſdémque nominis ex Ordine noſtro Prouinciam, ſupra verò in continentem ex aduerſa maris parte Caſtellæ Prouinciam attingit, quæ antè reliquas ab eadem diſtracta eſt vt iam antè diximus, & poſteâ dicemus. Copioſa ſanè ac numeroſa Prouincia his impræſens locis continentur, quorum catalogum exhibemus.

CONVENTVS PROVINCIÆ GRANATÆ.

Malacæ, *B. Mariæ à Victoria*, ſed. Epiſcop.

Illiturgis, *ſeu* Anduxarij, *S. Helenæ*, diœceſ. *Cordubenſis*, olim ſed. Epiſcop.
Aſtygis, *S. Mariæ à Victoria*, diœceſ. *Hiſpalenſis*.
Cordubæ, primùm *S. Mariæ ab hortis*, nunc *à Victoria*, ſed. Epiſc.
Granatæ, *S. Mariæ à Victoria*, ſed. Archiepiſcop.
Oſſunæ, *S. Mariæ à Victoria* (vt videtur) diœceſ. *Hiſpalenſis*.
Biatiæ, *S. Mariæ à rupe*, diœceſ. *Toletanæ*, quibuſd. mihi videtur *Giennenſis*.
Archidonæ, *S. Catharinæ*, nunc *S. Franciſci P. N.* diœceſ. *Malacitanæ*.
Noaleij, *B. Virginis Conceptionis*, diœceſ. nullius.
Vbedæ, *Purificationis B. Deiparæ*, diœceſ. *Giennenſis*.
Loxæ, *S.* (vt videtur) *Sebaſtiani*, diœceſ. *Malacitanæ*.
Aſtapæ, *Malacitanæ* diœceſ.
Motrilij, *Granatenſis* diœceſ.
Almunezarij, *Malacitanæ* diœceſ.
Oliueræ, *Hiſpalenſis* diœceſ.
Anticariæ, *Malacitanæ* diœceſ.
Cabræ, *ſeu* Capreæ, *Cordubenſis* diœceſ.
Turris-Ximeniæ, *Giennenſis* diœceſ.
Veræ, *Giennenſis* (vt videtur) diœceſ.
} de horum tutelaribus nihil potuimus coniicere, fortè omnes vno *S. Mariæ à Victoria* titulo donandi ſunt.
Fontis-Sancti, *B. Mariæ* eiuſd. nominis diœceſ. *Malacitanæ*.
Pontonis, &c. *Cordubenſis* (vt videtur) diœceſ.
Sunt & Monialium, Illiturgis *S. Helenæ*,
Cordubæ, *Ieſu Mariæ*.
Archidonæ.
Biatiæ, *S. Ildephonſi*.
Anticariæ.
} ſed. & diœceſ. de quibus ſupra.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

¶ Poſt annos non multos quàm in Hiſpania noſtri conſtiterant inſtitutos fuiſſe Prouinciales fidem facit ab Hiſpanis noſtris ſcripta hiſtoria. Verùm non conueniunt de anno quo id primum fieri cœpit, vt inde orditi ac ſeriem deducere poſſimus; nec verò ſibiipſis conſtant de primo qui hoc nomine ac munere donatus ſit, cùm & Ioannem Abvndantivm & Ioannem a Bosco inueniamus inuicem confuſos in Annalibus quos ediderunt. Et quidem ſi certum eſſet hos duos tantùm præceſſiſſe *Martialem de Vicinis*, de quo iam nunc dicemus, ſtatuendum eſſet Hiſpaniam coaluiſſe in Prouinciam ab ann. 1499. ita vt eodem anno 1499. *Ioannes Abundantius*, deinde an. 1502. *Ioannes à Boſco* Prouinciales fuerint. Sed præſtat ab certioribus exordiri, omiſſa de primo Prouinciali controuerſia. Igitur ab anno

1505. Martialis de Vicinis, de quo in Prouincialibus Aquitaniæ & in Chronico.

1508. Fernandvs Pandvrvs, primus ex Hiſpanis in eam dignitatem ſubleuatus, de quo etiam obiter meminimus.

1511. Petrvs de Almodovar, magni apud ſuos nominis homo, quem ſtrictim laudauimus.

1514. Iacobvs Presenda, colligitur ex Montoia, idque non multùm diſſentit ab eo quod præfati ſumus de primis Prouincialibus, is enim 6. numeratur.

1517. Martialis de Vicinis, II.

1520. Hieronymvs de Santella, ſeu *de Sancta Ella*, vt in antiquioribus Actis ſcribitur, non ſemel eius meminimus.

1523. Ioannes a Bosco, de quo ſupra, tum etiam alibi.

1526. Hieronymvs de Santella, II. ex coniectura,

1529. Alphonsvs de Aqvila, ſenior cuius nobis mentio non ſemel recurrit.

1532. Hieronymvs ~~de Santella III. aut~~ fortè tantum II. vnde ſupra.

1535. Al-

Digitized by Google

1535. ALPHONSVS AB AQVILA II. vir ingentis apud ſuos famæ & opinionis.

1538. Huius Vicarius ad Capitulum *Franciſcus de Baëza.*

1541. ALPHONSVS AB AQVILA, III.

1544. FRANCISCVS DE BAEZA, vir màgni apud ſuos nominis & nonnunquam à nobis obiter laudatus, de quo ſupra.

1547. DIDACVS DE ALBVRQVERQVE, de quo in Chronico quandoque ſed & in Append. 1.

1550. FRANCISCVS DE BAEZA, II.

1553. ALPHONSVS AB AQVILA, IV.

1556. FRANCISCVS DE BAEZA, III.

1559. PETRVS DE MELGAR. Eius ad Capitulum Gener. Vicarius *Ioſeph Mugnos.*

1562. IOSEPH MVGNOS, qui ſupra, laudatus quandoque à nobis ampliùs & copioſiùs.

1565. PETRVS DE MELGAR, II, multæ apud ſuos commendationis homo.

1568. IOANNES DE LVCENA, quem ſui plurimùm faciunt.

1571. BARTHOLOMÆVS MARTINEZ, vt videtur. Vide infra 1590. Huius ad Capitulum Vicarius. *Ildephonſus à Caſtello.*

1574. ANTONIVS DE BEZERRA, ingentis apud ſuos exiſtimationis vir, qui & per Hiſpaniam Vicarius Generalis fuit. Suas autem ipſe vices commiſit *Alphonſo ab Aquila*, vt videtur iuniori pro Capitulo Generali.

1577. FRANCISCVS DE HENNARES ſenior, cuius memoriam alibi celebrauimus.

1581. LVDOVICVS DE CORNEIO, dignus præcipua laude vir ſuorum iudicio.

1584. DAMIANVS CORREA, vir ſingularis meriti quemadmodum à ſuis prædicatur.

1587. LVDOVICVS DE CORNEIO, vt videtur II. quod Montoia indicat.

1590. BARTHOLOMÆVS MARTINEZ II. apud Montoiam, vnde firma eſt coniectura de altera vice quam premiſimus.

1593. Vicarius huius ad Capitulum Gen. *Franciſcus de Tamais.*

1596. ANDRÆAS DE LORITH.

1599. DIDACVS ARIAS DE VALCARCEL, poſtmodùm totius Ordinis Antiſtes, qua occaſione commodiùs eum laudauimus.

1602. IOANNES PIÑA DE CELIS, cuius cum elogio non ſemel meminimus.

1605. DIDACVS ARIAS DE VARCARCEL, II.

1608. IOANNES PIÑA DE CELIS, II.

1611.

1614. IOANNES PIÑA DE CELIS, III.

1617. 1620. 1623. nobis vacant, niſi quod poſtremi Vicarius ad Cap. Genuenſe fuit qui ſequitur ad an.

1626. PETRVS DE CVENCA ET CARDENAS.

1629. CHRISTOPHORVS DE ORTEGA.

1632. PETRVS DE CVENCA ET CARDENAS, II.

VIII. PROVINCIA GERMANIÆ.

A Gente in Galliis B. P. N. nonnulli ex noſtris in Germaniam miſſi non vanum ſuæ miſſionis fructum retulerant, inſtitutis per *Bohemiam & Moraniam* aliquibus Cœnobiis, & hinc factum Prouinciæ initium, quæ vtplurimùm *Germaniæ*, ſeu *Alemanniæ*, quòd nullis ex tunc terminis circumſcriberetur per ampliſſimam illam Europæ regionem, nonnunquam & *Bohemiæ* quod extra eius Regni fines non protenderetur, appellata eſt. Sed intercidit poſtmodùm

quæ nouiter coalescebat Prouincia per tumultus bellicos quos in Germaniam Lutheranorum factio inuexerat, & his quidem per ea loca inualescentibus & rerum potitis plures è nostris per eos feruntur enecati, ac martyrio generosè defuncti, quod alibi meminimus. Nostro demùm tempore beneficentiâ Piissimi ac Religiosiss. *Ferdinandi* II. Imp. semper Augusti restitui ac recuperati cœpit, pluribus etiam Cœnobiis & loci de nouo condonatis, vt ampliùs ad ann. 1624. & 1629. enarrauimus. Nomen antiquum eadem operâ reuixit & Germaniæ Prouincia reliquis adnumerata, delato etiam pristino natalium loco, quod & in antecessum memorauimus. Terminos non habet magis quàm olim designatos, sed quàm vastum Germaniæ nomen, tàm illi sunt longè latéque diffusi. Quod igitur reliquum est sua illi domicilia quantum rescire licuit assignamus.

CONVENTVS PROVINCIÆ GERMANIÆ.

Pragæ, *S. Saluatoris*, sed. Archiepisc.
Viennæ, *S. Francisci P. N.* sed. Episc.
Fistrici, *S. Trinitatis*, diœcesi. vt videtur *Olomucensis*.
Pirnitzij, diœcesi. eiusdem nisi fallor.
Monachij, *S. Caroli Borromæi*, diœcesi. *Ratisponensis*.
Vvarnouij, *S. Mariæ Virg.* diœcesi. *Olomucensis*.
in Theinnovicht, *S. Annæ*, diœcesi. *Ratisponensis*.
in Xukulkysit, *S. Andreæ*, diœcesi. *Patauiensis*. Sed hi duo postremi nondum videntur recuperati, adeoque illos aliis recentioribus postposuimus.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

Ex antiquis Prouincialibus qui B. P. N. in viuis agente illam Prouinciam rexerunt, horum solummodò supereſt (quoad fas est ex Actis colligere) memoria, *Francisci* nimirùm *Cerdonij* & *Dionysij Barbier*, quorum nomen celebratius est quàm vt rursum ornari aliquo præconio debeat. Deinceps verò per illa prima tempora pluries inuenitur præsediſſe *Bernardus Heyl*, vt alibi diximus. Nuper autem recuperatâ Prouinciâ & ad reliquarum formam ab *Vrbano* VIII. compositâ, circa annum 1628. eius administrationem deferente ipso Pontifice accepit;

Antonivs a S. Blasio, venerandæ canitiei senex & admirandæ mansuetudinis homo, deinceps electi sunt

1629. Alexander de la Tovr, quem sui Ordinis promouendi studiosum comprobauimus.

1632. Ioannes Pillot, quem in Capitulo Barcinonensi coram vidimus & ad res sui Ordinis procurandas benè affectum perspeximus.

IX. PROVINCIA NEAPOLIS.

PRouincia, quam in primo Generali Capitulo *Romanam* dici conuenerat ob vrbis principis dignitatem, postquàm restricta est & diuulsa à Prouincia tunc dicta *Calabriæ* & *Apuliæ*, non diu sub eo nomine stetit. Romano enim Conuentu soli tantùm Generali subdito nomen amisit, ac deinceps *Neapolis*, seu *Terræ laboris*, sed & *Campaniæ* indigetata est, vt ex iis ampliùs constat quæ per annos digessimus, tum etiam ex Actis & documentis vetustioribus quæ supersunt. At verò ea *Neapolis* Prouincia comprehendebat & *Siciliam*, vt propterea non nemo ex nostris dictam tunc *Romanam* fuisse quæ nunc *Messanæ* est, scripserit, post annos tamen non multò plures viginti *Sicilia* separata est ac per se stare cœpit, atque deinceps *Neapolis* nomen, seu *Terra-laboris* non mutauit. Cùm tamen primatus Siciliæ arrogatus sit, nonnisi ab annis centum suos Neapoli Prouinciales

Prouinciales tribuimus quod antehac à nobis obſeruatum. Impræſens his terminis continetur, Secundùm mare *Tyrrhenum* cui adſidet, vtrinque, *Latio* ſeu agro *Romano*, & *Calabriæ*, ſiue *Brutiorum* agro aut ſi mauis *Lucaniæ* finitima & contermina eſt: ab mari ſupero adiunctas habet ſibique adhærentes *Apuliæ* & *Laureti* Prouincias nobis dictas, quâ ſe illæ contingunt, *Lauretana* enim *Apruſium* complectitur. Has ſibi ſedes Neapolitani habent intra deſignatum florentiſſimæ regionis ſpatium.

CONVENTVS PROVINCIÆ NEAPOLIS.

Neapolis I. *S. Ludouici*, ſed. Archiepiſc.
Caſtri-maris, *S. Mariæ à puteolo*, ſed. Epiſcop. Olim quidem parochia fuit vt diximus, iam nunc deſiuit eſſe. *A Puteolo* dicimus, quod Italis eſt *de Puzano*, ſcilicet Imago B. Virginis à S. Luca in ſericeo panno expreſſa & delineata diuini luminis indicio à puteo in quem deiecta fuerat ſublata eſt, & inibi habetur in maxima veneratione, quod aduertendum habuimus.
Campaniæ, *S. Mariæ nouæ*, ſed. Epiſcop.
Salerni, *S. Franciſci P. N.* ſed. Archiepiſcop.
Auerſæ, *S. Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Neapolis II. *S. Mariæ à Stella*, ſed. Archiep.
Eboli, *S. Petri*, diœceſis *Salernitanæ*.
Cauæ, *S. Mariæ ab Vlmo*, ſed. Epiſcop.
Neapolis III. *S. Mariæ Angelorum*, ſed. Archiepiſc.
Nuceriæ, *S. Mariæ à ſanitate*, ſed. Epiſc.
Maſſæ, *SS. Proceſſi & Martiniani*, ſed. Epiſc.
San-Georgij, *B. Virginis Annunciatæ*, diœceſ. *Beneuentana*.
Nolæ, *S. Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Sant-Arpini, *S. Mariæ à ſtella*, diœceſ. *Auerſana*.
Geſunij, *S. Franciſci P. N.* diœceſ. *Salernitana*.
Neapolis IV. *S. Franciſci P. N.* ſed. Archiepiſcop.
Capuæ, *S. Mariæ à via cæli*, ſed. Archiepiſc.
Caſertæ, *S. Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Octauiani, Sermonetæ, } quorum nobis ſolum nomen innotuit.
Variant nonnihil inter ſe Indiculi hactenus editi.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

Neapolis Prouinciales dicti ad annum vſque 1535. requirendi ex Prouincia III. ſeu Meſſanenſi, quos quidem illi attribuimus ob rationes quas cum ibi tum hîc præfati ſumus. Ab eo autem anno hi tantum nobis comperti ſunt, qui vt numero pauci ſic & à nobis paucis perſtringentur.

1535. FRANCISCVS DE VONO, cui ſubſtitutus *Valentinus à Montealto* in Actis Capituli Bononienſis legitur.

1538.

1541. VINCENTIVS A CASTRO FRANCO.

1544. IOANNES DE CASTRO, al. *de Neocaſtro*. Eius ad Capitulum Vicarius *Franciſcus de Bene* vt M. SS. præferunt, & fauet eius nominis quæ reperitur ſedes Epiſcopalis Rheginæ ſuffraganea. At eſſe idem qui ſupra *de Vono* ex editis ſubinfertur.

1547. VINCENTIVS PARTHENOPEVS, ex Actis quæ à Conuentu Pleſſiaci nobis communicata ſunt.

1550. HIERONYMVS ARNONVS, ex Actis quæ proſtant.

1553. VINCENTIVS A NEAPOLI, qui ſupra Parthenopeus vt ex aliis Actis conſtat, adeoque II.

1556. *Vincentius* ille qui ſupra in nonnullis Actis Prouin-

cialis ad hoc tempus legitur, sed dicendus tantùm Vicarius.

1559. Vicarius *Marcellus Pulmerius*, de quo persæpè.

1562. 1565. 1568. nobis desunt, ad ann. 1568. in Actis *Stephanum à Massa* Vicarium inuenimus.

1571. VALENTINVS A MASSA electus Generalis, ei substitutus *Stephanus à Massâ*.

1574. STEPHANVS A MASSA, qui suprà, vt videtur.

1577. MARCELLVS MOLLVS, ab editis quæ legimus, & Actis etiam Capitularibus.

1581. THOMAS A PROCHYTA, collegimus ex certis documentis, & habent edita nostra.

1593. FELIX A MARINO, seu *à Neapoli*.

1608. FRANCISCVS FORTVNATVS, electus in Zelosum.

1620. CHRYSOSTOMVS A NEAPOLI.

1623. STEPHANVS A S. SEVERINO.

1626. IOSEPHVS CIANVS A MESSANA, de quo Pereinis noster in Prælato quæst. 1. cap. 3. vbi functum eum fuisse legatione gemina pluribus edisserit. Sed & scripsisse illum de Viris illustribus Ordinis Minimorum fidem facit Trimarchius, alia Roillartus etiam indicabat.

1629. VIRGILIVS QVAGLIERO *à Capua*, cui Cæsar Cappacius dicat librum de Patronatu S. Francisci P. N.

1632. CHRYSOSTOMVS A NEAPOLI II. Reliqui, vtputa an. 1596. 1599. 1602. 1605. 1611. 1614. 1617. desiderantur.

X. PROVINCIA APVLIÆ.

EAdem olim fuit *Apulia* quæ & *Calabria* Prouincia, & ambiguum eatenus nomen ipsum fuit. Sed diuisione ad an. 1535. factâ omnis ambiguitas facessiuit, licet enim post annos viginti quinque adiuncta fuerit *Neapolitanæ*, non in priorem tamen nominis communionem recidit, præterquàm ad tres annos vnio illa non permansit, omninóq; ab an. 1553. *Apulia* Prouincia per se stetit absque vlla vicissitudine ac variatione. Deinceps etiam nomen nec est confusum nec variatum, adeoque vbi *Aquileia* Prouinciam pro *Apulie* legimus apud Isnardum, typographi error dicendus est, qui ex editione alterius partis diluxescit. Circumscribitur autem hodiè *Apulia* nostra mari *supero*, seu *Adriatico* & sinu *Tarentino*, ac supra sinum *Tarentinum* finitima est *Calabria*, inde verò limites attingit, *Neapolitana* Prouinciæ, versùs mare inferum; *Lauretana* quâ continet *Aprutium*, versùs superum; ad quod ipsa posita est. Ditionis eius sunt Cœnobia quæ ex hoc breuiculo recitamus.

CONVENTVS PROVINCIÆ APVLIÆ.

Alctij, *seu* Litij, &c. *S. Michaëlis*, sed Episcop.
Tarenti, *S. Mariæ à Gratia*, sed. Archiepisc.
Monopolis, *S. Francisci P. N.* sed. Episcop.
Cryptaliæ, *S. Mariæ à Gratia*, diœcesi *Tarentinæ*.
Hydrunti, *S. Francisci P. N.* sed. Archiepiscop.
Brunduzij, *B. Virginis Annunciatæ*, sed. Archiepiscop.
Vriæ, *S. Barsanuphij*, sed. olim Episcop. nunc diœcesi *Brunduzinæ*.
Martinæ, *S. Francisci P. N.* diœcesi *Tarentinæ*.
Galiani, *S. Eliæ*, diœcesi *Mineruienſis*, seu *Vgentinensis*.
Gallipolis, *B. Mariæ à sanitate*, sed. Episcop.
Nardi, *seu* Neriti, *S. Mariæ à Constantinopoli*, sed. Episcop.
Caputsij, *S. Francisci P. N.* diœcesi *Brunduzinæ*.
Castellanæ, *S. Luciæ*. Aliis Castellanetæ, quæ vrbs Episcopal.

Butunti,

Digitized by Google

Butunti, *S. Michaëlis*, sed. Episcop.
Barij, *S. Francisci P. N.* sed. Archiepiscop.
Cupersani, *S. Rochi*, sed. Episcop.
Mesaniæ, *S. Rochi*, diœcesi. vt videtur *Brundusina*.
Ostuni, *S. Michaëlis*, sed. Episcopal.
Aletij Monialium, SS. *Angelorum*, sed. Episcop.

Hanc seriem non eodem hoc Ordine in Chronico exhibuimus, & certè vsquedùm non satis constat de prima origine ac tempore plurium Cœnobiorum, iam nunc aliorum fidem secutus sum, quanquam ex Actis aliter statuendum visum sit vt fecimus in Chronico.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

Quos ex Actis & historia colligere potuimus huius Prouinciæ supremos moderatores quam breuissimè damus, plures nobis deficiunt, de quibus alij viderint.

1535. HIERONYMVS SAMMARCVS *à Cryptalijs*, de quo pluries recurrit dicendum.
1541. VALENTINVS DE MONTEALTO, ex Actis, vid. Prouinc. IX.
1544. HIERONYMVS SAMMARCVS II.
1547. ANGELVS A CROPVLATV.
1550. Neapolitanæ coniunctæ remansit ad hoc tantum triennium.
1553. FRANCISCVS A MONOPOLI, siue à Neapoli, quod M. SS. præferunt.
1556. In consequenti Capitulo Vicarius deputatur *Gaspar Passarellus*, de quó non semel in Chronico.
1559. GASPAR PASSARELLVS, qui supra.
1562. VINCENTIVS A PEDEMONTE, vt videtur.
1565. GASPAR PASSARELLVS II.
1568. Vicarius ad Capitulum *Vincentius à Pedemonte*, qui supra.
1571. Vicarius ad Capitulum *Matthæus de Cryptalijs*.
1574. Vicarius ad Capitulum *Camillus de Cryptalijs*.
1577. CAMILLVS DE CRYPTALIIS, qui supra.
1581. MICHAEL PASSARELLVS, Vices suas ad Capitulum commisit *Gaspari Passarello*.
1590. CÆSARIVS SAMBLASIVS, vir magni nominis & famæ.
1593. IOANNES ANTONIVS A DONATIS, vt habent edita legendum tamen putarem *à Bonatis*. Vid. Prouinc. I. in Conuentu *Libonati*.
1596. CÆSARIVS SAMBLASIVS II.
1614. HIERONYMVS A BITONTO, laudatus à nobis oblata occasione.
1626. FRANCISCVS CASTELLVCIVS.
1629. DIONYSIVS THEOFILATVS.
1632. BARTHOLOMÆVS ROSA.

XI. PROVINCIA CASTELLÆ.

HVnc annum 1635. Prouincia *Castellæ* centesimum suæ institutionis numerat cum altera illi totius *Hispaniæ* pars assignata est, altera *Bæticæ*, seu *Andaluziæ* Prouinciæ relicta est, tum enim hæc vlterioris, illa citeriotis Hispaniæ Prouincia dici potuit. *Castellæ* nomen ab illo principio in hodiernum diem retinuit, vt tamen quoad terminos non semper eadem sibi constiterit. Et quidem impræsens non habet certos & definitos terminos à parte *Lusitaniæ* & *Galleciæ*, qua vergit in Oceanum, sola enim *Hispalis* Prouincia nobis ad *Oceanum* supra fretum *Gaditanum* obtigit quæ pronuper in *Lusitaniam* transgressa fertur; abs freto, secùs mediterraneum, ex continenti *Granatæ* & *Valentiæ* Prouinciæ ab illa parte *Castellam* nostram claudunt, *Valentiæ* quæ contigua est *Ar-*

ragonia inter vtrumque mare ab aditu Pyræneorum in Hiſpaniam, ipſam *Caſtellam* tutatur & tranſuerſo limite complectitur. Propriè tamen hæc Prouincia vtramque tantùm *Caſtellam* à Geographis dictam, ac regnum *Legionenſe* ſibi vendicat. Quibus autem locis in tam vaſtâ terrarum amplitudine conſiſtat quod hic habes breuiarium edocebit.

CONVENTVS PROVINCIÆ CASTELLÆ.

Toleti, *S. Bartholomæi*, à planitie vt diximus, & quidem, contra quàm tum ſcripſimus, extra ciuitatem in loco patenti & plano vt non vana ſit denominatio quam ſortitur ab ipſo ſitu; ſed Archiepiſcop.
Vallis-Oleti, *S. Roch*, ſed. Epiſcop.
Salmanticæ, *S. Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Matriti, *B. Mariæ à Victoria*, diœceſ. *Toletanæ.*
Camarenæ, *B. Virginis Conceptæ*, diœceſ. eiuſdem.
Compluti, *S. Annæ*, diœceſ. eiuſdem.
Burgorum, *B. Mariæ à Victoria*, ſed. Archiepiſc.
Villalonis, *S. Andreæ*, diœceſ. *Legionenſis.*
Segouiæ, *S. Mariæ à Salute*, ſed. Epiſcop.
Manceræ, *B. Virginis Aſſumptæ*, diœceſ. *Abulenſis.*
Saldagnæ, *B. Mariæ à Victoria*, diœceſ. *Legionenſis.*
Legionis, vt audio adeoque, ſed. Epiſcopalis.

Enimuerò de titulis quos Cœnobio Burgorum & Saldagnæ fecimus non ſatis certi ſumus, quem attribuimus Segouiæ ab Imagine miraculis conſpicua, quæ ibi venerationem habet deduximus.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

1535. IOANNES LVSITANVS, de quo ſingulariter meminimus in Chronico.
1538. 1541. 1544. nobis vacant.
1547. IOANNES ITALIANO, cuius nos mentio data occaſione non prætermiſit.
1550.
1553. IOANNES ITALIANO II.
1556. } altero horum ann. IOANNES A VICTORIA, nec multo poſt Gabriel
1559. } Hiſpanus vt indicat Montoia.
1562. 1565. IOANNES ALMENDARIZ, ex Actis editis.
1568. EVGENIVS DE AREVALO, à nobis commendatus ſupra.
1571. Inſtituitur Vicarius in ſequenti Capitulo *Alphonſus de Aquila*, ſed variant ſubſcriptiones in quibus apparet *Michaël de Rodenas.*
1574. vt videtur ille qui ſupra, *Alphonſus ab Aquila*, vel certè alter *Michaël de Rodenas.*
1577. HIPPOLYTHVS SERRANVS, de quo ſæpiùs dicendum recurrit, aliàs iterum Pronincialis, de anno tamen non conſtat mihi. Ei ſubſtitutus *Dominicus à Caſtro-blanco.*
1581. IOANNES MARTINEZ *de Lerma*, qui perperàm in editis *Alartinus.*
1584. FRANCISCVS RODRIGVEZ.
1587. HIPPOLYTHVS SERRANVS II. ex coniectura ſatis firma.
1590. MARTINVS SANZ, à ſuis ſingulari elogio exornatus.
1593. PETRVS DE MENA, ex hoc in Generalem aſſumptus.
1596. IOANNES ROMERO, à nobis cum elogio commendatus.
1599. PETRVS AMORAGA, de quo in Append. II. & alibi.
1602. FRANCISCVS DE RIBAS, hoc vt videtur triennio præſedit, ſin minus ad aliud tempus poſterius, de quo non ſatis certus ſum, at id certum Prouincialem quandoque hîc fuiſſe vt perhibet Montoia, & maximè quidem probabile ad h. ann.
1605. SEBASTIANVS DE BALBOA. Sed hinc multorum interſtitio annorum

tranſcurrendum

tranſcurrendum ad poſtremos dum nobis vacant. 1608. 1611. 1614. 1617. 1620.

1623. IOANNES A GVADALVPE.

1626. IOANNES DE CONTRERAS, quem vidimus Barcinonæ Theologicas difficultates præcipua gratia ediſſerentem. Eo autem Prouinciale obiit Matriti *R. P. Franciſcus de Syracuſis* Collega Generalis ad III. menſis Martij, eiq; poſt tertium diem ſubrogatus *P. Hiacynthus Indies*, quod noluimus nobis excidere dum poſſumus ex Actis electionis quæ præ manibus iam nunc nobis ſunt enotare.

1629. DIDACVS DE AYALA, ex Collega Generali & Prouinciali. Hunc nos familiariter nouimus & plurimum obſeruauimus.

1632. FRANCISCVS DE LVMBRERAS.

XII. PROVINCIA CALABRIÆ.

NOmen *Calabria* omnium planè antiquiſſimum, ſi primam originem attendamus, iam nunc videri poteſt nouitium & recens ex quo ad vſum quem de præſenti habet reſtrictum eſt. Hæc enim Prouincia quam verſamus antè annos non plures ſexaginta ſimpliciter *Calabria* dicta eſt, cùm antè tres inde aut quatuor annos cum adiuncto *ſuperioris Calabria* Prouincia nominaretur, & quæ nunc *S. Franciſci, Calabria inferioris*; ſed cùm primùm hanc alteram placuit à S. Franciſco denominari, adiunctum illud detractum eſt, & altera illa ſolummodò *Calabria* Prouincia ex Patrum decreto cœpit appellari. Deinceps verò non mutauit *Calabria* nomen apud noſtros. Eo autem ſignificant eam regionem quam Veteres *magnam Græciam* dixerunt, licet fortè anguſtioribus eam finibus deſcribant; vtpotè qui regionem ſolummodò eam intelligant, quæ vltrà ſibi aduerſos *Hipponiatem & Scyllaceum* ſinum ad fretum Siculum, circumiecto vndique mari, exporrigitur. Quibus autem locis noſtri per eas ſi dicere fas eſt anguſtias inhabitent, in collecto ac numerato dabit qui ſequitur indiculus.

CONVENTVS PROVINCIÆ CALABRIÆ.

Crotonis, *Ieſu Mariæ*, ſed. Epiſcop.
Maidæ, *Ieſu Mariæ*, diœceſ. *Neocaſtrenſis*. Sunt qui hunc Crotonienſi, ſeu Cortonenſi præponant.
San-Blaſij, *S. Mariæ de Infirmis*, diœceſ. vt videtur *Neocaſtrenſis*.
Tropiæ, S. *Mariæ Auxiliatricis*, ſed. Epiſcop.
Rupis-Bernardæ, S. *Franciſci P. N.* diœceſ. *Sanſeuerinatis*.
Briatici, diœceſ. *Melitenſis*.
Rhegij-Iulij, S. *Franciſci P. N.* ſed. Archiepiſc.
Burrelli, S. *Franciſci P. N.* diœceſ. *Melitenſis*.
Catanzari, S. *Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Pizzi, S. *Rochi*, diœceſ. *Melitenſis*.
Rupellæ, S. *Victoris*, diœceſ. *Hieracenſis*.
Anoiæ, *B. Mariæ gratiarum*, diœceſ.
Hieracij, *S. Trinitatis de monte*, ſed. Epiſcop.
Nicoteræ, S. *Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Sinopolis, S. *Franciſci P. N.* diœceſ. *Melitenſis*.
Montis-leonis, *ſeu* Hipponij, S. *Franciſci P. N.* diœceſ. *Melitenſis*.
Oppidi, S. *Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Seminaræ, *B. Virginis Annunciatæ*, diœceſ. vt videtur *Rhegienſis*.
Catonæ, S. *Franciſci P. N.* & diœceſ. eiuſd. vt videtur.

Variant inter ſe Indiculi qui hactenus prodierunt, aliaque habent aſperſa quæ facta collatione poſſunt emendari.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

1571. AVGVSTINVS DE AREZONA, vt legitur in M. SS. electus in Capitulo Gen. Vicarius ad subsequens Capitulum *Petrus Grossus*.

1574. IOANNES CORVVS, ita præferunt edita.

1577. PAVLVS A BRIATICO, de quo mentionem suo tempore habuimus.

1581. STEPHANVS A FRANCICA electus in Generalem, eique subrogatus *Andreas à Rhegio*.

1584. PETRVS GROSSVS qui supra, de quo per anticipationem ex Montoia locuti sumus ad hunc ipsum ann. in Chronico.

1590. ANDREAS A TROPIA, vir sanctus ad hoc triennium præsedisse videtur, ex Montoia tamen ad alterum esset differendum si constarent quæ affirmat de Conuentu Nicoteræ, &c. sed sunt præter fidem Actorum. Vicarius ad Capitulum *M. Antonius ab Insula*.

1593. GREGORIVS RHEGINVS, [illegible] subscriptionibus Actorum.

1596. [illegible] Vicarius ad Capitulum *Franciscus Longus*. Videtur autem tum II. Prouincialis fuisse *Andreas de Tropea*, qui supra.

1599. PETRVS GROSSVS, ex coniecturâ, pro quo *Petrus Samblasius* alicubi habetur apud Montoiam, quem & nos sequuti sumus si valet memoria.

1602. IOANNES A MAIDA. Deficiunt ann. 1605. 1608. 1611. 1614. 1617. 1620. 1623. nisi quod reperiatur *Dominicus à Ionadi* ad Capitulum Massilienſe an. 1611. destinatus.

1626. STEPHANVS A IONADI, quem Barcinone vidimus.

1629. DOMINICVS A IONADI.

1632. HIACYNTHVS A PIZZO.

XIII. PROVINCIA LVGDVNI.

CEntum anni sunt ex quibus Aquitania Prouinciam ex se alteram præpropero partu visa est effudisse. Placuerat tum vt Prouincia *Prouincia*, seu vt habet communior vsus, *Prouenca* diceretur. Sed præfocatus partus in ipso matris sinu cum vita nomen amisit. Quare antè annos sexaginta & quod excurrit, feliciùs enixa etiam auspicatius nomen indidit. *Lugduni* nimirùm Prouinciam ob dignitatem nobilissimæ vrbis, in quam antè annos non paucos inhabitaturi concesserant Aquitani, & ab eo quidem tempore quo primus ille fœtus interierat, nominandam esse conuenit. Constans quidem appellatio quæ vsque nunc non vacillauit, aut superinducta est. *Lugdunum*, vnde toti Prouinciæ nomen, frequentissimum & celeberrimum totâ Europâ emporium in *Segusiauorum* agro, *Foresium* dicunt, plures extra illum tractum Imperij Gallici regiones denominat. Nam & *Delphinatum*, & *Aruerniam*, & *Borboniam*, ex quo vtramque *Burgundiam* Prouincias per se facturas dimisit, sub hoc nomine sibi habet adiunctas. Circumuallatur *Turonia*, *Francia*, *Aquitania*, *Prouincia*, vtriusque *Burgundia* Prouinciis, ac *Sabaudorum* ditionibus. *Delphinatu*, *Prouinciam*, & *Sabaudi* ditiones attingit: *Aruernia* seiungitur ab *Aquitanis* nostris & *Turonibus* a *Borbonio*, iterùm à *Turonibus*, & *Francis*: Et rursus *Borbonio*, & *Foresio* à *Burgundis*. Quod ampliùs intelligere licebit ex his quæ de aliis Prouinciis annotamus. Sunt autem illi Cœnobia quæ hoc catalogo enotantur.

CONVENTVS PROVINCIÆ LVGDVNI.

Gratianopolis, *Iesu Mariæ*, & *S. Blasij*, sed. Episcop.
Belli-regardi, *B. Virginis Annunciatæ*, diœcesi. *Claromontanæ*.
Lugduni, *B. Virginis Assumptæ*, sed. Archiepiscop.
Montis-Metulæ, *B. Mariæ Virg.* diœcesi. *Lugdunensis*.

Calui montis,

Digitized by Google

Calui-montis, *S. Petri*, diœceſ. *Clairomontana.*
Fori-Seguſianorum, *B. Virginis*, diœceſ. *Lugdunenſis.*
Valentiæ, *B. Virginis Aſſumptæ*, ſed. Epiſcop.
Ruſcinonis, *B. Mariæ Virg.* diœceſ. *Viennenſis.*
Briuatis, *S. Ferreoli*, diœceſ. nullius, h. loci à S. P. immediate mouentis.
San-Stephani, *B. Mariæ Virg.* diœceſ. *Lugdunenſis.*
Tullini, *B. Virginis Annunciatæ*, diœceſ. *Gratianopolitanæ.*
Romani, *B. Mariæ Virg.* diœceſ. *Valentinenſis.*
Molini, *B. Mariæ Virg.* ſeu *S. Michaëlis*, diœceſ. *Auguſtodunenſis.*
San-Chamondi, *B. Virginis Annunciatæ, & S. Ioannis Euangeliſtæ*, diœceſ. *Lugdunenſis.*
Roannæ, diœceſ. *Lugdunenſis.*
Clari-montis, ſed. Epiſc. At his neẽdum optati patroni & titulares niſi admodùm fallor.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

1571. IOANNES SEIGNORET, electus in Capitulo Generali, at in Prouinciali dum hîc in patriam ſecedere præoptat aſſumptus ROLANDVS GVICHARDVS.

1574. GVIGO BOEVF, laudatus à Rubiſio in hiſtoria Lugdunenſi ſub nomine *Guigonis*, quo apud plebem notus erat.

1577. ROLANDVS GVICHARD II.

1581. VINCENTIVS LE BLANC, ex Collega Generali.

1584. GVILLELMVS LIBER. Vid. in Prouincia IV. & alibi.

1587. HIERONYMVS DVRAND, vir notior quam vt præconio noſtro rurſum indigeat.

1590. VINCENTIVS LE BLANC, II. & in locum demortui IOANNES DV COS, qui *Ceſſanus* in Actis.

1593. GEORGIVS OVDIN.

1596. GASPAR DINET, quem oblata occaſione celebrauimus.

1599. ANTONIVS RICCARDVS, cuius laudationem exſcripſimus. Vid. & in Prouinc. VI. quæ eſt Aquitaniæ.

1602. THEODORVS SENAIS, loco electi *Hippolythi Raulin*, ſed alibi vt loquimur confirmati.

1605. FRANCISCVS HVMBLOT, de cuius rebus ſparſim per Chronicon.

1608. HIPPOLYTHVS RAVLIN, de quo tempeſtiuè meminimus.

1611. GODEFRIDVS IANON, obiit anno ſuperiore *Lugduni.*

1614. HIPPOLYTHVS RAVLIN, II.

1617. ANTONIVS BENOIST, & in demortui locum LVDOVICVS DE LA RIVIERE, de quo in Append. II. & alibi.

1620. IOANNES DV BOVRG, magnæ vir autoritatis & doctrinæ.

1623. IOANNES BAPTISTA BARTHOLY, inſignis eruditione ac magnoperè amabilis.

1626. IOANNES DV BOVRG, II.

1629. IOANNES BAPTISTA SAVBARD, Theologiæ doctiſſimus & perantiquus magiſter *Iſnardo*, at verò anno ſuperiore per *Comitatum Burgundiæ* Generalis Viſitator.

1632. IOANNES DV BOVRG, III.

XIV. PROVINCIA VALENTIÆ.

ARragoniæ Prouinciæ, eadem quę nunc *Valentiæ*, perquàm diu appellata eſt, & ſub illo nomine antè annos ſexaginta primùm diſtrahi cœpit à Caſtellana, quare ab an. 1574. ad 1615. ſubinde mutata & inuerſa cùm *Valentiæ*, tum *Arragoniæ*, ac deniq; *Cataloniæ* nomina multas per hiſtoriam rerum noſtrarũ tene-

bras offuderunt. *Valentia* tamen nomen huic, de qua dicimus Prouincię nonnisi ab anno 1593. inuariabiliter adhæsit, cum posthac etiam *Catalonia* & *Arragonia* nomina inuicem confusa sint. Sed hæc præstat ex ipso rerũ successu distinctiùs colligere. Hos habet quæ nunc dicitur *Valentia* Prouincia sui districtus terminos, quos regnum quod vocant Valentinum ab an. 1288. constitutum. Conregionales scilicet illi sunt, inde *Granata* versus meridiẽ, interiecto *Murcia* regno velut communi limite, hinc *Arragonia* in Septentrionem, ad ipsum mare internum à quo versus Ortum pulsatur: vtraque autem Castella, vlteriùs in continentem pergentibus occurrit & *Valentiam* suis finibus coërcet. Habitant nostri non multis locis, quæ nos ex ordine ac vulgato censu describimus.

CONVENTVS PROVINCIÆ VALENTIÆ.

Valentiæ, *S. Sebastiani*, sed. Archiepisc.
Alaquazij, *S. Mariæ ab Olineto*, diœcesi. *Valentinæ.*
Castellæ, *S. Sebastiani*, diœcesi. vt videtur eiusd.
Populationis D. Gandiæ, *SS. Cosmæ & Damiani*, diœcesi. eiusd. vt videtur.
Viuarij, *S. Francisci P. N.* diœcesi. *Segobricensis.*
Muchiameli, *S. Francisci P. N.* diœcesi. *Oriolana.*
Almoradij, *S. Francisci P. N.* diœcesi. eiusdem.
Ondaræ, *B. Virginis Conceptæ*, diœcesi.
Xabeæ, *B. Mariæ à Victoria*, diœcesi.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

Arragoniæ. 1574. GABRIEL HISPANVS, de quo ex aliâ occasione meminimus, sed ad Michaëlitia ei videtur subrogatus per electionem *Petrus de Valdes.*

1577. MARCVS DE NOA, seu *de Noia.*
1581. SIMON DE PALATIOS, à nobis alibi laudatus.
1584. FRANCISCVS XIMENES, de quo alibi meminimus.
1587. HIERONYMVS A CASTRO, vt ex historia edita colligitur.
1590. FRANCISCVS XIMENES II.
1593. IOANNES DE LA BARREDA, cui suum elogium quandoque posuimus.

Valentiæ specialim. 1596. IOANNES DE LEBERA, electus in Capitulo Generali.
1599. HIERONYMVS DE LA GASCA, laudatus ex alia occasione à nobis.
1602. GASPAR BONVS, cuius memoria in benedictione, subrogatus demortuo qui & successor postea electus.
1605. MARTINVS DE VILLAGOMEZ.
1608. FRANCISCVS SANZ. Eius ad Capitulum Vicarius *Dominicus Corenellus*, qui & postmodùm præfectus videtur Prouinciæ, at *Franciscus* pluries, ad quem longo interuallo redeundum dum nos deficiunt, 1611. 1614. 1617. 1620. 1623. est igitur laudatus à nobis non semel, post alias vices ad regimen adhibitus.
1626. FRANCISCVS SANZ, qui supra.
1629. STEPHANVS BLASCO.
1632. IOANNES GVILEM.

XV. PROVINCIA ETRVRIÆ, SEV, TVSCIÆ.

QVinquagesimum quartum à sua institutione annum ad hunc 1635. hæc Prouincia computat. Distracta ex tunc à Prouincia *Genuæ*, quæ & *Lombardiæ* (quod antè obseruauimus) pro illo tempore dicebatur. Nomen à nobilissima ditione quam insidet sortita est, itaque non *Etruria* tantùm aut *Tuscia*, sed *Florentiæ* etiam, aut si quod est aliud eiusdem ditionis nomen, hoc sibi non illibenter vsurpat. Sed & iisdem terminis continetur quibus illa ipsa Tusciæ regio, qua igitur ad inferum mare protenditur conterminales habet ab Orientali parte *Latium* ad *Tiberim*, ab occidentali *Ligutiam* ad *Macram*, adeoque *Genuensem* hinc Prouinciam nostram, inde Romanum Generalis iurisdictionem: ut

at verò ſuprà *Liguriam*, *Lombardiæ* ſupra *Latium*, *Lauretanæ* Prouinciæ finibus accumbit versùs ſuperum mare in quod illæ vergunt. Iuriſdictioni eius ſubiacent Cœnobia quæ ſequuntur.

CONVENTVS PROVINCIÆ TVSCIÆ.

Martæ inſulæ, *B. Virginis à monte*, diœceſ. *Montis-falconis*.
Vulſinij, *Sanctiſſimi Crucifixi*, diœceſ. *Vrbeuetanæ*.
Peruſiæ, *Sancti Spiritus*, ſed. Epiſcop.
Viterbij, *B. Mariæ Virg.* ſed. Epiſcop.
Galeſij, *B. Mariæ Virg.* ſed. Epiſcop.
Piſæ, *S. Torpetis*, ſed. Archiepiſc.
Orbitelli, *S. Franciſci P. N.* diœceſ. vt videtur *Caſtrenſis*.
Florentiæ I. *S. Ioſeph*, ſed. Archiepiſcop.
Florentiæ II. *S. Franciſci P. N.* ſed. eiuſdem.
Fori-Liuij, *S. Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Piſtorij, *S. Onuphrij*, ſed. Epiſcop.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

1581. NICOLAVS RANDANVS, ſeu *Nicolaus de Chriſtianis*, vt colligitur ex hiſtoria edita quod tamen noluimus affirmare. In ſubſequenti autem Capitulo *Matthæus à Macchia*, qui videtur tantum dicendus Viceprouincialis.

1584. GREGORIVS GARBONELLVS *à Paula*, electus inde in Generalem cui ſummiſſus *Anſelmus Stocchius*, de quo infrà.

1587. vt videtur ANSELMVS STOCCHIVS, qui ſubrogatus antè *Carbonello*.

1590. ISIDORVS SAMBLASIVS, ex hoc in Generalem ſubleuatus, cui ſubrogatus ad regendam Prouinciam *Aloyſius à Turano*, de quo nos obiter ad illud tempus.

1593. ANSELMVS STOCCHIVS, qui ſupra. Vacant nobis ann. 1596. 1599.

1602. FRANCISCVS A MAIDA, qui deinceps non ſemel vt videtur, ad annum denique 1614. in eam dignitatem ſublimatus, ad maiora vocatus inde fuit ac toti Ordini præpoſitus, ſummiſſus autem ad Tuſciam adminiſtrandam, *Vincentius à Conſentia*, cui poſtmodùm & ſucceſſor electus eſt vt audio *Robertus à Maida*, quoad ipſe ad an.

1623. VINCENTIVS A CONSENTIA, iterùm ad clauum ſedit.

1626. LAVRENTIVS A SPEZZANO, quem coràm vidimus *Barcinone*, à quo & deinceps magnam humanitatem ac gratiam experti ſumus, vt reuera ſummam ille amabilitatem cum inſigni eruditione atque animi pietate præ ſe fert.

1629. IACOBVS A PAVLA.

1632. MARCELLVS A PISA. Alij deſiderantur.

XVI. PROVINCIA CATALONIÆ.

ANni ſunt quinquaginta quatuor ex quibus vno partu hæc atque ſuperior *Etruriæ* Prouincia primum prodierunt. Sed non pari ſucceſſu ſuam periodum impleuerunt. *Catalonia* enim poſt annos duodecim *Arragoniæ* vt tum vocabatur, (ea enim eſt quæ nunc *Valentiæ* Prouincia) copulata eſt, ac demum poſt viginti duos rurſum diſtracta & diuulſa per ſe in hodiernum ſtetit. Nomen quamdiu conſtitit in alterutra diuiſione non aliud quàm *Cataloniæ* habuit. Sunt autem eius termini ac fines illi ipſi qui Principatum *Cataloniæ* dictum circumſcribunt, quales à recentioribus Geographis aſſignantur. Vt autem ad propoſitum noſtrum loquamur, qua mediterraneo mari accumbit collaterales habet *Valentiæ* & *Aquitaniæ* Prouinciam, interpoſitis hinc ex parte Pyræneis montibus, ex parte plano itinere ſecus mare ad *Narbonæ* fines procurrente.

Arragonia ex continenti, ad *Iberum* & *Cingam* fluuios, disterminat. Sunt autem eius intra hos terminos hæc tantùm Cœnobia quæ enumeramus.

CONVENTVS PROVINCIÆ CATALONIÆ.

Barcinonæ, *S. Francisci P. N.* sed. Episcop.
Perpiniaci, *S. Francisci P. N.* sed. Episcop.
Granullarij, *S. Francisci P. N.* diœcesi. *Barcinonensis.*
Vallesiæ, *S. Francisci P. N.* diœcesi. *Tarraconensis.*
Cerueræ, *S. Francisci Assisiatæ*, diœcesi. *Tarraconensis.*
Stalricij, *S. Francisci P. N.* diœcesi. vt videtur *Perpiniacensis.*
Gerundæ, *S. Francisci P. N.* sed. Episcopal.
Minoritissæ, *S. Francisci P. N.* diœcesi. *Vicensis.*
Tortosæ, *S. Francisci P. N.* vt videtur, diœcesi. *Tarraconensis.*
Barcinonæ Monialium, vnde supra.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

In prima diuisione facta in Conuentu Generali Barcinonæ I. celebrati,

1581. GREGORIVS DE VALBVENA, electus in ipso Capitulo; at verò ad proxima Michaëlitia alter electus videtur ex Actis quæ habemus, nimirũ FRANCISCVS DE OGEDA. Quod autem alicubi de *Hieronymo à Castro* subdubitauimus propter Montoiæ autoritatem deprehenditur non esse verum ex iis quæ in Prouinc. XIV. diximus.

1584. BARTHOLOMÆVS DE PINEDA, ex Actis editis & M. SS.

1587. 1590. IOANNES MARTINEZ *de Rodina*, vt colligitur ex Actis editis.

In altera diuisione, quæ tantùm ad an.

1615. DIONYSIVS DE ESTRADA, ex Montoia.

1617. 1620. nobis non constat de his duobus trienniis.

1623. IOSEPHVS PASCOT, qui & ab an. 1617. videtur præfuisse.

1626. ANTONIVS FERRER.

1629. IOSEPHVS TORNER.

1632. IOSEPHVS A MONTE, antehac & Vicarius eiusdem Prouinciæ, cuius nos humanitatem, eruditionem atque in dicendo facundiam miratos fuisse non possumus non profiteri.

XVII. PROVINCIA PROVINCIÆ, SEV, PROVENCÆ.

A B anno 1535. placuerat huius nominis Prouinciam ab *Aquitania* diuelli, sed ea res successum non habuit, postmodùm autem in *Aquitaniæ* diuisione quæ subsecuta est aliter constitutum, & Prouincia, *Lugdunensis* nomine in prioris illius locum introducta est. Post annos autem viginti quinque *Lugdunensis* ipsa cum fœnore nouam Prouinciæ Prouinciam reposuit. Nomen habet, quod est & ipsius regionis, & omninò quidem illud hactenus mansit inuariatum. Ad mare mediterraneum quod Gallicum dicitur longo tractu & libero aditu extenditur, & ab Italia quidem *Alpes* & *Varus* fluuius, cuius sinistræ ripæ adsider *Nicæa*, eam claudunt, adeoque hoc limite à Vicariatu, vt loquimur, *Pedemontij* separatur; *Rhodanus* ex aduersa parte ab *Occitania*, & proinde ab *Aquitaniæ* Prouinciâ disterminat: vlterius in continentem quâ *Venussinum* Comitatum complectitur, limes illi *Delphinatus* montium interpositu *Velaorum* & planiore agro circa *Rhodanum*, & ita cohærentem habet *Lugduni* Prouinciam quæ sibi *Delphinatum* vendicat. Intra hos terminos loca quæ in numerato damus nostri Prouinciales inhabitant.

CONVENTVS

Digitized by Google

CONVENTVS PROVINCIÆ PROVENCÆ.

Aquarum-Sextiarum, *B. Mariæ de ſede*, vel *ab acceſſu*, &c. ſed. Archiepiſc.
Auinionis, *B. Mariæ à miraculis*, ſed. Archiepiſc.
Porreriarum, *B. Mariæ à Sylua*, diœceſ. *Aquenſis.*
Maſſiliæ, *S. Raphaëlis*, & *B. Mariæ Angelorum*, ſed. Epiſcop.
Manæ, *B. Virginis à Compaſſione*, ſeu *Pietate*, diœceſ. *Ciſtaricenſis.*
Valetæ, *S. Mariæ à monte Oliuarum*, diœceſis *Tolonenſis.*
Inſulæ, *B. Mariæ V. & S. Catharinæ*, diœceſ. *Cabellicenſis.*
Sancti-Spiritus, *B. Mariæ V.* diœceſ. *Veticenſis.*
Tolonij, *S. Ioannis Baptiſtæ*, ſed. Epiſcop.
Venaſci, *B. Mariæ à Vita*, diœceſ. *Carpentoractenſis.*
Arelatis, *S. Honorati*, & *S. Mariæ à Gratia*, ſed. Archiepiſc.
Draconianæ, *ſeu* Draguingnani, *B. Mariæ à Bethleem*, ſeu *de populo*, diœceſ. *Foroiulienſis.*
Ciuitatis, *B. Mariæ Auxiliatricis*, & *S. Franciſci P. N.* diœceſ. *Maſſilienſis.*

Et ad hunc quidem modum ſeriem Cœnobiorum init eius Prouinciæ alumnus Iſnardus ad duos vſque poſtremos, qui tamen poſt eum ſcripſerunt datis à me litteris poſt Maſſilienſem reliquos enumerant hoc ordine: Valetæ, Sanſpiritus, Inſulæ, Tollonij, Manæ, &c. inter quos ſtat diuerſitas vtriuſque indiculi, quod magis ad Victonianum accedit.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

1596. HIERONYMVS DVRANDVS, ex hoc in Generalem electus.
1599. FRANCISCVS HVMBLOT, de quo perſæpè dicendum recurrit.
1602. HIPPOLYTHVS RAVLIN, hoc eodem tempore in tribus Prouinciis electus.
1605. IOANNES FRANCISCVS DE BINANS, vir laudatiſſimus, cuius memoriam quantùm per inſtitutum noſtrum fuit celebrauimus.
1608. IOANNES ISNARDVS, quem obiter ſuo elogio perſtrinximus.
1611. HIERONYMVS DVRAND, II.
1614. IOANNES DE LA TOVR, inſignis Theologus.
1617. FRANCISCVS DE LA FARE, Reienſis poſtmodum Epiſcopus, de quo alibi.
1620. IOANNES DE LA TOVR II. Obiit ſecundo ſui Prouincialatus anno.
1623. BARTHOLOMÆVS LE VIEVX, antea in demortui Deceſſoris locum electus.
1626. IOANNES FRANCISCVS CARRIERE, profundæ eruditionis homo.
1629. GABRIEL BRIMOND, ex Correctore Auinionenſi.
1632. PETRVS DAVIN, cuius patientiam Deus multis exercuit ad maiorem ſuam gloriam quod boni omnes ſibi ſpondent.

XVIII. PROVINCIA CAMPANIÆ.

IIdem huius atque ſuperioris Prouinciæ natales, vt quæ non antè annos triginta & nouem exorta ſit. Diſtracta iam tum à Prouincia *Franciæ* quæ vltra *Campaniam* longiùs in *Lotharingiam* protendebatur. Et vtramque quidem illam nouiter inſtituta Prouincia comprehendebat. Cenſebatur tamen ſolo *Campaniæ* nomine, vt tamen nonnulli aliquando vtrumque *Campaniæ & Lotharingiæ* nomen pro illo tempore coniunxerint, quod factum priuato tantùm ſtudio aliquorum, certè antè ac poſt diuiſam *Lotharingiam* illud *Campaniæ* nomen non mutauit, quod apparebat eſſe commune cum Prouincia IX. vt ad diſtinctionem videri poſſet hæc dicenda *Campaniæ Gallicæ.* Et quidem contine-

tur iam nunc iisdem ferè terminis quibus *Campania* noſtra *Gallica*, vt circumſcribatur Prouinciâ *Francia* qua *Picardiam* & ipſam *Francia* regionem contingit, niſi quod *Laudunenſem* agrum ea parte obtineat qui tamen cenſetur ſub Franciâ Præfecturâ; tum *Burgundia* & *Lotharingiæ* Prouinciis, illâ quidem qua in *Baſignium* & *Tricaſium* declinat; hac vltrâ *Virdunenſem* agrum & *Metenſem*, quos ſibi vendicat, & meritò vt qui ſub regis noſtri imperio acquieſcant, ſed procurrente vnius in alteram limite, vt non ſint benè diſtincti fines qui vtramque diſterminant. Subiacent Campaniæ illi noſtræ Cœnobia quæ ex Indiculo deſcribimus.

CONVENTVS PROVINCIÆ CAMPANIÆ.

Bracancuriæ, *B. Mariæ Virg.* &c. diœceſ. *Lingonenſis.*
Rhemorum, *SS. Coſmæ & Damiani*, ac *S. Mariæ Angelorum*, ſed. Archiepiſcop.
Rethelij, *S. Ludouici*, diœceſ. *Rhemenſis.*
Virduni, *S. Ludouici*, ſed. Epiſcop.
Metis, *S. Mariæ Lauretanæ*, & *S. Nicolai*, ſed. Epiſcop.
Lauduni, *S. Nicolai*, ſed. Epiſcop.
Victoriaci, *S. Crucis*, diœceſ. *Catalaunenſis.*
Sparnaci, *S. Remigij*, diœceſ. *Rhemenſis.*
Spinæ, *B. Mariæ Virg.* diœceſ. *Catalaunenſis.*
Briennæ, *S. Georgij*, diœceſ. *Trecenſis.*

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

1596. Iosephvs le Tellier, electus in Capitulo Generali atque iterum ad Michaëlitia in Prouinciali *Serris* celebrato. At de Ioſepho alibi.

1599. Ioannes Vvapy, electus *Virduni*, vir pius & eruditus, fuerat profeſſus Nigeoni XVII. Iul. 1581. Obiit menſ. Februario an. 1613.

1602. Gvillelmvs Leber, de quo in Prouinc. IV. & XIII. atque alibi.

1605. Daniel Verot, electus *Serris*, de quo in Prouinc. VI. & aliis locis.

1608. Ioannes l'Afriqve, *Nancei* electus.

1611. Georgivs Meot, cui demortuo ſuffectus *Cyprianus Royer.* Nos de Georgio alibi.

1614. Nicolavs Ivlet, electus *Serris.* Hunc ex occaſione laudauimus.

1617. Edmvndvs Carnot, inſignis Theologus.

1620. Cyprianvs Rovyer, electus *Virduni*, de quo in Append. II. copioſiùs.

1623. Nicolavs Liessant, electus *Bracancuriæ.*

1626. Stephanvs le Grand, electus *Virduni.*

1629. Nicolavs Liessant II. vir animi manſuetudine ac pietate clarus, electus *Rhemis.*

1632. Ioannes l'Afriqve II. electus *Rethelij.* Hunc animi magnitudine, doctrina & probitate, ac rerum peritia præſtantem publicè ac priuatim experti ſumus.

XIX. PROVINCIA PANORMI.

COngenita hæc Prouincia vtrique Gallicæ quæ antecedit, ſic geminæ ſorori acceſſit tertia, vt Charitum numerus impleretur. Nomen vnde ſortita ſit planè liquet, at verò non mutauit aut interpolatum eſt ex quo primitùs inditum. Terminos fruſtra deſcriberemus, poſtquàm diximus contra Prouinciam III. quæ Meſſanæ, hanc vnã in tota Sicilia diuidere. Aſſignantur in Actis Capituli Generalis à capite *Orlandi* ad *Terram nouam*, quod Geographiæ periti ſatis intelligunt. Cetterum hæc *Panormitanæ* Prouinciæ Cœnobia quæ perſcribimus.

CONVENTVS

CONVENTVS PROVINCIÆ PANORMI.

Panormi, *S. Oliuæ*, ſed. Archiepiſc.
Semellij, *ſeu* Salemi, *S. Luciæ*, diœceſ. *Mazzarenſis.*
Agrigenti, *S. Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Drepani, *S. Mariæ à Conſolatione*, diœceſ. *Mazzarenſis.*
Marſalæ, *S. Franciſci P. N.*
Thermarum, *ſeu* Termini, *S. Mariæ à Gratiis.*
Panormi II. *B. Mariæ à Victoria.*
Caſtri-Ioannis, *B. Virginis Lauretanæ.*
Ciminæ, *S. Leonardi.*
Xaceæ, *S. Franciſci P. N.* vt videtur.
Siculiani, *S. Franciſci P. N.* vt videtur.
Caſtri-Veterani, *S. Franciſci P. N.*
Patecij, diœceſ. *Mazzarenſis.*
Alcami, *Sanctiſſimi Crucifixi.*
Nicoſiæ,

} Atque hi ad alteram iam antè denominatarũ diœceſeωn pertinent, *Panormitanæ*, inquam, *Agrigentinæ*, aut *Mazzarenſis.*

Panormi III. Monialium, *SS. Septem Angelorum* nomine, ſed. Archiepiſc.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

1596. MICHAEL A MESSANA inſtitutus in Capitulo Generali, at in Prouinciali alius videtur ſubrogatus, ſi quod habet Monroia hic idem proximè conſequenti triennio Prouinciam rexit. Deinceps verò alij à nobis deſiderantur vſque ad annum 1626. Solùm occurrit in Capitulo Gen. Romano an. 1623. *Simon à Termis* Vicarius. Igitur an.

1626. BARTHOLOMÆVS ab ALCAMO, quem Barcinonæ vidimus.
1629. EMANVEL A SALEMO.
1632. BONAVENTVRA A PANORMO.

XX. PROVINCIA HISPALIS.

A Prima origine hæc videri poſſit antiquior Prouincia quàm tres quæ præceſſerunt. Sed quia inſtitutionis primæ beneficio excidit, natales ſuos, à reſtitutione, vt ita dicam, ſolummodò computat. Sunt autem anni triginta ſex ex quibus priſtinum ſtatum recuperauit. Diſtracta & tum & iam antè à *Granatenſi*, ſeu *Bætica* quæ felici fœcunditate multo prius *Caſtellam* progenuerat. Nonnunquam *Hiſpalis* nomine, totam *Hiſpaniam* noſtri ſignificauerunt, quod antè obiter notauimus, ſed ab huius Prouinciæ diuiſione non eſt amplius confuſum, qui minus latinè loquuntur *Seuilla* Prouinciam quandoque dixerunt, quod facit ad popularem loquendi rationem. *Hiſpalenſis* autem hæc Prouinciâ ſupra fretum *Gaditanum* vnde conterminam habet *Granata* Prouinciam ſecùs Oceanum in *Luſitaniam* indefinito limite porrigitur: à continenti Bæturiâ interpoſitâ in *Caſtellam* pertingit quæ & Granatæ magnam partem coëxtenditur. In hoc Hiſpalenſi tractu hæc ſibi noſtri domicilia compararunt.

CONVENTVS PROVINCIÆ HISPALIS.

Portus S. Mariæ, *B. Virg. Mariæ à Victoria*, diœceſ. *Hiſpalenſis.*
Trianæ, *ſeu* Hiſpalis, *B. Mariæ à Victoria*, ſed. Archiepiſcop.
Xeræ, *B. Mariæ à Victoria*, diœceſ. *Hiſpalenſis.*
Arahalij, diœceſ. eiuſdem.
Populationis Caçallæ, *B. Mariæ Purificationis*, diœceſ.
Azalcazarij, *B. Mariæ à Victoria*, diœceſ. *Hiſpalenſis.*

Vtretæ, *B. Mariæ à Conſolatione*, diœceſ. eiuſdem.
Conilij, *B. Maria Virg. à Virtutibus*, diœceſ. *Gaditana.*
Almontij, *B. Maria à Victoria*, diœceſ. *Hiſpalenſis.*
Alcalæ Ganzulorum, *B. Maria à Victoria*, diœceſ. vt videtur eiuſd.
Ximenæ, *S. Annæ*, diœceſ. *Gaditana.*
Methymnæ Sidoniorum, *S. Sebaſtiani*, diœceſ. vt videtur *Hiſpalenſis.*
Moronis, *S. Sebaſtiani*, diœceſ. eiuſd.
Gueluæ, *B. Maria à Victoria*, diœceſ. eiuſdem.
San-Luciferi, *B. Mariæ à Victoria*, diœceſ. eiuſdem.
Hiſpalis, *S. Franciſci P. N.* ſed. Archiepiſc. Collegium.
Aiamontis, Collegium.
Sunt & Monialium.
Xeræ, *Ieſu Mariæ*, diœceſ. *Hiſpalenſis.*
Trianæ, *B. Mariæ à Conſolatione*, ſed. Archiepiſc.
Hiſpalis, *S. Franciſci P. N.* ſed. eiuſdem.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

In prima diuiſione an.

1581. PETRVS DE OGEDA. fidem faciunt cùm Acta, tum hiſtoria edita.

1584. IOANNES TELLER. A quo tempore videri poteſt cum Bæthica coaluiſſe.

In ſecunda diuiſione an.

1599. HIERONYMVS A GASCA, ſeu *de la Gaſca*, qui tranſlatus ad Valentinenſem hoc ipſo anno alium ſucceſſorem accepit nobis incognitum, ſicut ſunt & alij ex quibus hos tantum ſparſim collegimus.

1605. RODERICVS XIMENES, quem alibi laudauimus. Et hic videtur ad prædictum annum 1599. *Hieronymo* ſublectus, certè ſequenti triennio quod incipit ab an. 1602. Generalis per Hiſpaniam Vicarius fuit.

1614. IOANNES DE SANDOVAL, ex Actis M. SS. quæ legimus.

1626. IOANNES PIÑA DE CELIS, de quo in Prouincia VII. & alibi.

1629. PETRVS SIGLER DE VMBRIA.

1632. PETRVS VEIARANO.

XXI. PROVINCIA LOMBARDIÆ.

AB annis triginta tribus hæc quæ nunc dicitur *Lombardia* Prouincia per ſe ſtare cœpit, à quo tamen initio dum prærogatum illi antiquitatis ius ſuprà *Genuenſem* eadem origo cenſebatur, quæ ipſius Genuenſis nunc eſt verè ac ſemper fuit. Quare poſt annos tres recognito errore in hunc ordinem, legitimum quidem illum ac ſibi debitum redacta eſt, & Genuenſis reſtituta in gradum quem ſibi meritò vendicat. Cauſa eius rei fuit vſurpata per Genuenſes ipſos *Lombardiæ* nuncupatio, quod antè obſeruauimus. Itaque vitanda quæ poteſt ex hoc conſequi homonymia, ex temporum deſignatione, alioquin enim ab illa poſtrema diuiſione *Lombardiæ* nomen ſibi conſtitit & huic Prouinciæ inuariabiliter adhæſit. Complectitur autem ipſa propriè dictam *Langbardiam Flaminiam & Æmiliam*, nec adeo patet atque à Geographis recentioribus diſtenditur ea Lombardiæ appellatio. Noſtra igitur *Lombardia* quæ ad mare *Adriaticum* pertingit, ab ea parte *Venetia & Piceno* coarctatur; versùs Tyrrhenum mare *Liguriam & Etruriam* ſuppoſitas habet; agro *Mediolanenſi & Mantuano* intra *Liguriam & Venetiam* concluditur. Regio ſanè qua non cultior, amœnior, vberior per totam Italiam, &, quam noſtri ad hæc quæ ſequuntur loca inſident atque incolunt.

CONVENTVS

Digitized by Google

CONVENTVS PROVINCIÆ LOMBARDIÆ.

Bononiæ, *S. Benedicti*, sed. Archiepisc.
Ferrariæ, *S. Crucis*, sed. Episcopal.
Parmæ, *S. Ioannis Baptistæ*, sed. Episcop.
Placentiæ, *Sanctissimæ Trinitatis*, sed. Episcop.
Codicori, *S. Mariæ à Rosario*, diœcesi. *Comacinensis.*
Mutinæ, *S. Barnabæ*, sed. Episcop.
Balneoli, *S. Francisci P. N.* diœcesi. *Rhegij-Lepidi.*

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

1602. A Capitulo Generali hæc Prouincia cessit Prouinciali tum Genuensi, at verò in Capitulo Prouinciali electus HIERONYMVS BRVTVRIVS, quem sua laude, cum datum est, non fraudauimus. At de reliquis non perinde constat, imo plerique omnes nos deficiunt. Hos modò compertos habemus.

1614. FRANCISCVS A MESSANA.

1617. HIERONYMVS SICCVS, qui antè ac posteà etiam huic Prouinciæ præfedit. Vir sanè mihi notus fuit apud Barcinonem, certóque sciui gratiâ eum apud Principes, autoritate apud suos præstitisse, imò & nos ipsi morum eius suauitatem & elegantiam perspeximus, quod eo libentiùs prædicamus, quod nuper in pace compositum esse audiuerimus.

1626. IOANNES FRANCISCVS GEOVAGNOGNIVS.

1629. FELIX A BONONIA.

1632. IOANNES FRANCISCVS GEOVAGNOGNIVS II. quem & nos coràm vidimus hominem certè liberalem & animi candore præcellentem.

XXII. PROVINCIA MAIORICÆ.

QVas natura Insulas à continente diuulsit, æquum erat separatim consistere. Hoc primum factum eo ipso tempore quo superior *Lombardiæ* Prouincia etiam per se stetit, adeoque iidem huius atque alterius illius natales. Distracta fuit tum à *Valentia* Prouincia cui *Arragoniæ* nomen hærebat, eique hæc modò fuit coniuncta modò *Cataloniæ* Prouinciæ, vt ex Actis liquet, in quibus animaduertere est vicissitudinem non paruam in harum Insularum rebus & conditione. *Maiorica* nomen ab vltima diuisione firmum & stabile permansit. De terminis frustrâ diceremus, cùm & *Maiorica* & *Sardinia* insulas totas absque diuisione possidendas nostri habeant. De Cœnobiis hoc esto breuiculum.

CONVENTVS PROVINCIÆ MAIORICÆ.

Solitudinis, extra Maioricam, *B. Virginis à Solitudine*, diœcesi. *Maioricensis.*
Maioricæ, *S. Francisci P. N.* sed. Episcopal.
Muri, *S. Annæ*, diœcesi. *Maioricensis.*
Camporum, *S. Francisci P. N.* diœcesi. eiusdem.
Calaris, in *Sardinia*, sed. Archiepisc. & alij si qui sunt.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

1602. SIMON DE PALATIOS, electus in Capitulo Generali, de cuius laudibus non semel habuimus dicendum. De reliquis vix aliud liquet quàm quod ignorare de postremis non potuimus. Interim tamen hunc nostrum *Simonem* cui accepti per *Maioricum* Conuentus referendi sunt ad an. 1608. præfuisse ite-

rùm ſuſpicio eſt, non certus tamen omninò ſi ad illud tempus ſuperuixerit. Inuenio autem ad an. 1617. Vicarium Prouincialem confirmatum fuiſſe in Capitulo Generali *P. Bartholomæum Vaglies*, qui & ipſe aliàs videtur præſediſſe. Quin & ad 1620. *P. Petrum de Cuenca & Cardenas* electum fuiſſe audio. Pergo ad reliquos

1626. IOSEPHVS STELRICH.
1629. FRANCISCVS SOCIES.
1632. IOSEPHVS STELRICH, viſus mihi Barcinone vir animi magnitudine ac rerum vſu & peritia præcellens.

XXIII. PROVINCIA LAVRETI.

LAuretana hæc Prouincia coaluit ex duabus aliis antè annos non plures nouem. Conſtitutæ nimirùm fuerant ab ann. 1615. duæ per Italiam Prouinciæ, ſeu potius an. 1614. vt in Chronico. *Picени* ſcilicet (*Marchiam Anconitanam* vocant) & *Samnii*, hoc eſt vt nunc vſus habet *Aprutij*, quo eodem tempore *Catalonia* poſtremò diuiſa eſt. Et in Capitulo quidem Generali Romano an. 1617. *Marchia* Prouincia XXII. *Aprutij* XXIII. locum conſecuta eſt. Sed demùm vt diximus in vnam conflatæ, *Lauretana* nomen acceperunt quod hactenus inuariatum conſtitit. At verò Lauretanæ quæ nunc eſt Prouinciæ termini ſunt illi ipſi qui vtriuſque iam dictæ regionis, & *Vmbriæ*, &c. Adiacet igitur mari Supero ſeu ſinui *Adriatico*; habet collaterales inde *Apulia*, hinc *Lombardia* Prouinciam nobis dictam; & ſuppoſitas, *Apenninum* vltrà, *Etruriæ*, & *Neapolis* ex parte, Prouincias, vt intelligere licet ex iis quæ de illis Prouinciis iam antè ſcripſimus. Cœnobia eius Prouinciæ ſunt quæ hîc colligimus ex vulgato vtriuſque illius Prouinciæ catalogo, prout per annos à nobis digeſta ſunt.

CONVENTVS PROVINCIÆ LAVRETI.

Anconæ, *S. Primiani*, ſed. Epiſcop.
Piſauri, *S. Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Fani, *S. Spiritus*, ſed. Epiſcop.
Guaſti, *S. Franciſci P. N.* vt videtur, diœceſ.
Vrſanæ, diœceſ.
Theatis, *S. Franciſci P. N.* ſed. Archiepiſc.
Atriæ, *S. Franciſci P. N.* ſed. Epiſc.
Ripaltæ, diœceſ.
Æſij, ſed. Epiſcop.
Caſtillionis, *S. Crucifixi*, diœceſ. *Senogalienſis*.
Firmi, *S. Petri*, ſed. Archiepiſcop.
Arimini, *S. Antonij Paduani*, ſed Epiſcop.
Aquilæ, ſed. Epiſcopal.
Sulmonis, ſed. Epiſcop. quæ & *Valuenſis*.
Cæſennæ, ſed. Epiſcop.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

Aprutij. 1614. BARTHOLOMÆVS ROSA, de quo alibi. De *Marchia* non conſtitit.
Laureti. 1626. CLEMENS A MESSANA.
1629. CHYSOSTOMVS A MESSANA.
1632. THEODORVS SEVRO.

XXIV. PROVINCIA

XXIV. PROVINCIA ARRAGONIÆ.

ANtè annos omninò triginta & non plures cùm diuisa est *Catalonia & Arragonia*, postremum huic locum datum esse mirum videri potest, nisi fortè ratio habita est primæ institutionis *Catalaniæ* in Prouinciam ab annis quinquaginta & quatuor vt patet ex Catalogo Prouincialium, & ex iis quæ tum ibi tum aliis etiam locis diximus. Alioquin huius Prouinciæ origo in an. 1596. conferenda est, à quo etiam tempore Prouinciales eius numerabimus, qui fortè melius tribuerentur *Cataloniæ* sub ipso *Arragoniæ* nomine, vt iam antè fecimus in Prouincia *Valentina*. Certè *Arragoniæ* nomen non definit anceps esse ac ambiguum, nisi ab illa postrema diuisione an. 1615. cum prius & *Valentiæ* & *Cataloniæ* commune fuerit. *Arragoniæ* quæ nunc est non alij termini sunt quàm regni cognominis & alterius item regni, *Nauarræ* inquam, quâ ex parte ad *Pyrenæos* pertingit & *Aquitanis* contermina est, subest *Catalonia* ad mediterraneum, suprà est *Biscaia* ad Oceanum, vltrà *Castella* longiùs in Hispaniam tendentibus occurrit. Constiterunt nostri non multis admodùm locis intra vtriusque Regni limites & terminos.

CONVENTVS PROVINCIÆ ARRAGONIÆ.

Cæsaraugustæ, *S. Mariæ à Victoria*, sed. Archiepiscop.
Fraxineti, *seu*, Fresnedæ, *S. Mariæ à Gratia*, diœcesi. *Cæsaraugustana.*
Cascanti, *S. Mariæ à Victoria*, diœcesi. *Pampilonensis.*
Fontium, *S. Annæ*, diœcesi. *Ilerdensis*, vt videtur.
Albalatæ, *S. Mariæ à Victoria*, diœcesi. eiusdem.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

1596. IOANNES DE LA BARREDA, qui Valentinensis, relictus pro specialiter & propriè dicta Arragoniâ in prima diuisione; at in Capitulo Prouinciali electus MATTHIAS DE RIBAS, vt colligimus ex historia edita.

1599. IOANNES DE LA BARREDA II. Ex quo, non satis exploratos habemus qui successerunt; bis quidem *Dominicus de Cayas* præfuisse inuenitur in historia edita, quandonam verò non satis constat. Et sanè Montoia (quem fortè secuti sumus) semel ad ann. 1608. præfuisse indicat, ex subscriptionibus tamen Capituli Massilienſis *Ægidius Ximenes* ab eo anno Prouincialatum iniisse deprehenditur. De reliquis hos tantùm postremos eruimus, qui sunt

1626. ALBERTVS DE LA CVEVA, præclarus sanè Theologus & nobilis verbi diuini præco, quem & nos coràm vidimus & audiuimus. Erat & Vicarius in Capitulo Romano an. 1617.

1629. ANTONIVS ORTIN, Theologus præstantissimus & liberalis homo, cuius beneuolentiam & benignitatem in transitu experti sumus. Fuerat & Vicarius ad Capitulum Romanum an. 1623.

1632. ALBERTVS DE LA CVEVA II.

XXV. PROVINCIA BELGII, SEV, FLANDRIÆ.

AB annis octodecim exorta est hæc Prouincia, non præcisa quidem illa vel decerpta ex alterius propagine, sed suo germine suisque radicibus nixa, nec feliciter minus quàm singulariter enata. *Belgij* nomen Acta Generalia illi faciunt pro vsitato more eorum qui hodiè latinè loqui amant, quanquam hoc nomen plus æquo ab illis coarctatum est, vt alibi diximus: *Flandria* nomen apud populares Gallosque nostros solet vsurpari, tàm frequen-

ter vtrquoduis ferè aliud ignoretur: quare conflatum ab vtroque *Flandrobelgicæ* Prouinciæ nomen poſtmodùm magis placuit. Sed & *Inferioris Germaniæ* nomen, ex quo *Leodium* tranſgreſſi, etiam *Coloniam* cogitarunt, ſibiipſis *Flandri* vendicauere, & non temerè, cum apud ſcriptores pleroſque recentiores ipſis Belgicis tantùm ditionibus attribui ſoleat. Comprehendit autem hæc Prouincia Hiſpanicas, per *Belgium* quod hodiè dicitur, ditiones quas à noſtra Gallia ſecernit *Picardiæ* limes, & inde ſuprà Moſellanica *Lotharingiæ* & *Campaniæ* breui tractu perſtringit. Accedit & *Leodium* Bauaricæ nunc domus ditio nobiliſſima & *Germaniæ inferioris* potius quàm *Belgis* aſcribenda, *Sedanenſi Campaniæ* agro contermina & Galliæ Belgicæ ab antiquo adhærens, quam vltrà indefinito limite ipſam inferiorem Germaniam ſibi deſtinat. Iam nunc Belgæ noſtri hæc loca inhabitant quæ perſcribimus.

CONVENTVS PROVINCIÆ BELGII.

Antuerpiæ, *Ieſu Mariæ*, ſed. Epiſcop.
Anderlaci, *S. Caroli Borromæi & S. Annæ*, diœceſ. *Machlinienſis*.
Bruxellæ, *B. Mariæ Virg. & S. Stephani*, diœceſ. eiuſdem.
Leodij, *S. Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Montium, *S. Dionyſij & S. Dorotheæ*, diœceſ. *Cameracenſis*.
Inſulæ, *S. Franciſci P. N.* diœceſ. *Tornacenſis*.
Gerardimontij, *S. Catharinæ*, diœceſ. *Machlinienſis*.
Duaci, *SS. Michaëlis & Angelorum*, diœceſ. *Atrebatenſis*.
Siegheni, *ſeu*, Coloniæ, in proximo expectatur.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

1617. CLAVDIVS DV VIVIER, ad totum triennium electus in Capitulo Generali, de quo relegend. Chronicon noſtrum & Prouinc. IV. *Hunc ſoli fermè debet Prouincia Belgica totum quod eſt*, vt habet Indiculus antè annos quatuor editus & vulgatus.

1620. BERNARDVS DEMONTHEROT, de quo Indiculus qui ſupra laudatus eſt à nobis: *Anteâ Collega electus Romæ in Capitulo Generali, ann.* 1617. *Profeſſus Nigeoni propè Lutetiam* XI. *Iunij*, 1608. *Vinis plenus Zelo obſeruantiæ & morali Theologia inſignis.*

1623. CLAVDIVS DV VIVIER, II.

1626. BALTHAZAR D'AVILA *Belga*, de quo ille Indiculus: *anteâ Collega an.* 1625. *Vinis prudentia & manſuetudine commendabilis.*

1629. CLAVDIVS DV VIVIER III. cui antè annum ſui Prouincialatus demortuo, ſucceſſor electus eſt PETRVS PIIART, ex Correctore tum Duacenſi & Prouinciæ Definitore. Sed hæc iam in Chronico breuiter executi ſumus.

1631. BALTHAZAR D'AVILA II. Generalis per *Lotharingiam* Viſitator ann. 1634.

XXVII. PROVINCIA LOTHARINGIÆ.

CONuenerat quidem ab annis octodecim vt *Lotharingia* diuelleretur à *Campania* & per ſe ſtaret in Prouinciam, quod tamen nonniſi poſt annos tres mandatum eſt executioni. Nominis variatio nulla & certè non potuit aliqua mutatio intra id temporis ſpatium euenire. Continetur eo tractu qui Lotharingicæ hodiernæ ditionis proprius & peculiaris eſt; itaque ab Oriente *Alſatia*, Comitatus *Burgundiæ* à meridie, ab Septentrione *Arduenna* ſylua & *Luxemburgium*,

gium, ab Occidente *Campania* conregionales illi sunt, adeoque duas Ordinis Prouincias contingit, cum ab aliis partibus indefinito limite vsque nunc protendatur quantùm ad Ordinis iurisdictionem pertinet. Nulla cæteroqui est Prouincia in Ordine quæ tam breui & angusto tractu plura loca occupet atque complectatur.

CONVENTVS PROVINCIÆ LOTHARINGIÆ.

Serræ, *seu* Serrarum, *S. Trinitatis*, diœcesi. *Tullensis.*
Nanceij, *S. Mariæ Lauretanæ*, & *S. Ioannis Baptistæ*, diœcesi. eiusd.
Sam-mieli, *S. Theobaldi*, diœcesi. *Virdunensis.*
Duni, *S. Ægidij*, diœcesi. *Remensis.*
Spinalij, *S. Francisci P. N.* diœcesi. *Tullensis.*
Stenaci, *S. Francisci P. N.* diœcesi. *Trevirensis.* Libet autem hîc annotare quod dicimus *Stenacum*, à Roserio *Astenæum*, ab aliis *Sathanacum* appellari, & quidem inter Abbates Aureæ-Vallis duos à *Sathanaco* cognominatos inuenio, haud dubium quia ex eo oppido essent oriundi.
Nancej II *B. Mariæ Auxiliatricis*, seu, *à bono succursu*, diœcesi. *Tullensis.*
Vezelizæ, diœcesi. *Tullensis.*
Bassingij, *B. Mariæ Virg.* diœcesi. *Metensis.*
Nomeniaci, diœcesi. eiusd.
Barri, *S. Francisci P. N.* diœcesis *Tullensis.*
Duodeciaci, *seu*, Dieuzæ, *S. Francisci P. N.* diœcesi. *Metensis.*
Lunæ-villæ, *S. Francisci P. N.* diœcesi. *Tullensis.*
Marche-uillæ, *B. Virg. Annunciatæ*, diœcesi. *Virdunensis.*
San-Luciæ, *eiusdem B. Luciæ Virg.* diœcesi. eiusdem.
Mussiponti, diœcesi. *Tullensis.*

Et hos quidem recensuimus ex ordine quem in Chronico secuti sumus autoritate litterarum quæ ad nos perscriptæ sunt, quarum certior fides quàm vulgatorum hactenus Indiculorum.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

1620. HIPPOLYTHVS RAVLIN, cum ipsa Prouincia institutus à Generali, de quo in anterioribus Prouinciis non semel, tum etiam alibi. Copiosiùs eum Isuardus laudauit.

1623. IOANNES L'AFRIQVE, electus *Marcheuillæ*, de illo amplius in Prouincia XVIII. & aliis quampluribus locis.

1626. ANTONIVS GERENTES, vir eruditus, elegans, & gerendis rebus idoneus, electus Nanceij, post annos quatuor peste absumptus apud Aquitanos.

1629. NICOLAVS IVLET, quem non semel celebrauimus.

1632. IOANNES TRIPLOT. Anno superiore Visitator Generalis per *Germaniam*, qua ex occasione de illo plura memorauimus.

XXVII. PROVINCIA VENETIÆ.

COeperat in Prouinciam erigi ditio Venetorum ab annis triginta nouem, sed cùm non ea daretur libertas electionum quæ erat necessaria, excidit ab illo suo gradu & loco, eumque solum retinuit quem ab anno 1620. & citra consequuta est. Nomen in vtraque sua institutione idem nacta, idem vsque nunc retinet. Non solam autem Venetorum ditionem obtinet, sed & adiacentem agrum Mantuanum, vltra & citra quem circumstantes habet *Lombardiæ* & *Mediolani* Prouincias, ab reliquis partibus *Adriatico* sinu & montibus *Taurisanis* clauditur communibusque patriæ terminis continetur. In ea pernobili sanè, lauta & splendidissima regione hæc tantum nostris Cœnobia obtigerunt quæ damus in numerato.

CONVENTVS PROVINCIÆ VENETIÆ.

Venetiarum, *S. Bartholomæi*, sed. Archiepisc. & Patriarch.
Brixiæ, *S. Ioannis Baptistæ*, sed. Episcop.
Veronæ, *S. Francisci P. N.* sed. Episcop.
Mantuæ, *S. Francisci P. N.* sed. Episcop.
Gubernoli, *S. Francisci P. N.* diœcesi *Mantuanæ.*
Sulpherini, diœcesi.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

In prima institutione an.
1596. NICOLAVS DE CHRISTIANIS, de quo non semel dicendũ habuimus.
1602. STEPHANVS AVGERIVS, ex hoc in Generalem electus. Posthac per Vicarios Generales administrata est, in quibus ad ann. 1618. *Bartholomæus Frigerio* nobis innotuit.
In secunda institutione ad an.
1620. IOANNES BAPTISTA CAMARET. 1623. nobis vacat.
1626. IOANNES ANTONIVS GERVASIVS.
1629. ANTONIVS LVCAS.
1632. DANIEL BELLOT.

XXVIII. PROVINCIA MEDIOLANI.

A B annis quatuordecim cœpit sub hoc nomine Prouincia institui, ad id præhabita Pontificis autoritate, vt ad illud tempus meminimus. Fuit autem distracta hæc Prouincia ex eâ cui postremò *Lombardiæ* nomen inditum est. *Mediolani* eam dici placuit quòd intra fines eiusdem ditionis cõsisteret, nec mutauit omninò in hodiernum. Habet conterminas *Venetiarum*, *Lombardiæ* nostræ, & *Genuæ* Prouincias quibus ab Italiæ parte circumducitur, ab aditu Galliarum Pedemontij, vt loquimur Vicariatus obtenditur, reliquam circumstant *Sabaudia*, *Heluetia*, *Tirolis Comitatus*, &c. Sunt autem quæ illi pareant hæc solummodò loca, siue Cœnobia, quorum census est qui sequitur.

CONVENTVS PROVINCIÆ MEDIOLANI.

Mediolani, *S. Mariæ à fonte*, sed. Archiepisc.
Papiæ, *S. Marci*, sed. Episcop.
Castillionis, *S. Mariæ à Stella*, diœcesi *Cremonensis.*
San-Axaldi, *S. Francisci P. N.* diœcesi.
Cremonæ, *S. Mariæ à Via*, sed. Episcop.
Comi, *S. Ioannis Baptistæ*, sed. Episcop.
Alexandriæ, *S. Ioannis Baptistæ*, sed. Episcop.
Werlemani, *S. Vrsulæ*, } Sunt hi duo vt videtur in *Rhætia.*
Surici, }

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

1621. Primus quicõ nomine institutus est nobis non innotuit. Eius ad Capitulum Vicarius *Antonius Barberius*, de quo infra.
1623. 1626. ANTONIVS BARBIERVS, de quo infra.
1629. AMBROSIVS MARRVS.
1632. ANTONIVS BARBIERVS II. vir pietate ac eruditione clarus, quem Barcinonæ vidimus in Generali Capitulo.

XXIX. PROVINCIA

Digitized by Google

XXIX. PROVINCIA COMITATVS BVRGVNDIÆ.

EOdem tempore prodiit quo *Mediolanenſis*, & eadem autoritate conſtituta eſt. Propago quidem ipſa Lugdunenſis Prouinciæ, & non ſola quidem vt ſucceſſus edocebit. Fruſtra crediderit tam recens nomen interpolatũ aut concuſſum fuiſſe. Terminos habet quos Geographi deſignant in hunc modum; ad Septentrionem *Lotharingia* ſuperiorq; *Germania* conregionales illi ſunt, ad Occidentem *Burgundiæ Ducatus*; quâ Oriens eſt occurrunt *Heluetij*, qua meridies *Allobroges & Seguſiani*. Adiacent ergò, noſtræ Prouinciæ *Lotharingiæ*, *Burgundiæ*, & *Lugduni* ex parte, indefinitus autem limes ad Orientem in *Helueticos*, in quos etiam tranſgreſſa eſt inſtitutis vno & altero Cœnobiis apud confœderatos Friburgicos, vt ſuo tempore ſignificauimus. Quæ cum reliquis in hunc cenſum conferimus.

CONVENTVS PROVINCIÆ COMITATVS BVRGVNDIÆ.

Ornati, *B. Virginis Purificationis*, diœceſ. *Veſontionenſis*.
Veſontionis, *B. Mariæ Virg.* ſed. Archiep.
Rupti, *S. Hiacynthi*, diœceſ. *Veſontionenſis*.
Rotundi-montis, *B. Mariæ Virg.* diœceſ. *Lauſanenſis*.
Arboroſij, *B. Mariæ Virg.* diœceſ. *Veſontionenſis*.
Stauaieri, *S. Margaritæ*, diœceſ. *Lauſanenſis*.
Dolæ, *B. Virg. Conceptæ*, diœceſ. *Veſontionenſis*.
Mortuæ-aquæ, *S. Michaëlis*. diœceſ. eiuſd.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

1621. GVILLELMVS BAOVLX, inſignis Theologiæ profeſſor, anno ſuperiore Viſitator Generalis per *Belgium*.

1623. IOANNES SAVVAGE, quem ſuo elogio exornauimus. Electus eodem tempore in Aquitania.

1626. FRANCISCVS LA GOVTTE, Theologus eruditiſſimus & ſingulari morum ſuauitate ornatus, de quo cùm plura poſſem dicere, prohibeor eius modeſtia quâ imprimis præcellit.

1629. GVILLELMVS BAOVLX, II.

1631. FRANCISCVS LA GOVTTE, II.

XXX. PROVINCIA DVCATVS BVRGVNDIÆ.

HÆc alterius Burgundiæ gemella ſoror eiuſdemq; matris filia vno & eodem partu edita, poſtrema quidem iam nunc ordine inter Prouincias, non poſtrema dignitate pluribus quæ præceſſerunt, aliiſque non futura poſtrema cum ſubſequentur quod in proximo eſſe multa præſagiunt. Sed hîc nec vota mea, nec faciendorum rationes interpono. *Burgundiæ* nomen huic cum ſuperiore commune, dignoſcitur ex adiuncto, vtrumq; autem pari ſucceſſu in præſens vtriq; conſtitit. Ducatum Burgundiæ recentiores Geographi ſic deſcribunt. Cingunt eum quâ Oriens *Rhodano* interfluente *Sabaudiæ* & *Burgundiæ* Comitatus, qua meridies *Lugdunenſe* territorium; ad Occaſum lætiſſimi *Niuernenſium*, *Borboniorumq;* occurrunt agri; ad Septentrionem *Campaniæ* ſeſe offert. Et ad hunc quidem modum Merula, vnde diluceſcit florentiſſimam & locupletiſſimam Gallici ſceptri regionem Prouinciis ex Ordine noſtro quatuor ambiri, *Franciæ*, inquam, *Lugduni*, *Campaniæ*, & alterius *Burgundiæ*. Sunt autem illi hæc ſolummodò loca quibus inſideat.

CONVENTVS PROVINCIÆ DVCATVS BVRGVNDIÆ.

Cabilonis, *B. Virginis Aſſumptæ*, ſed. Epiſcop.
Semurij, *S. Iacobi*, diœceſ. *Auguſtodunenſis*.
Auallonis, *B. Virginis Aſſumptæ*, diœceſ. eiuſd.

Tornodori, *S. Nicolai*, diœceſ. *Lingonenſis*.
Guichiæ, *B. Virginis Aſſumptæ*, diœceſ. *Auguſtodunenſis*.
Diuionis, *B. Mariæ Virg. à Latitia*, diœceſ. *Lingonenſis*.
Matiſconis, *B. Mariæ Virg.* ſed. Epiſcop.
Belnæ, *B. Mariæ Virg.* diœceſ. *Auguſtodunenſis*.
Claietæ, diœceſ. *Matiſconenſis*.

CATALOGVS PROVINCIALIVM.

1621. RENATVS LE CLERC, inſtitutus à Generali.

1623. Idem qui ſupra electus in Capitulo, ex hoc autem factus *Glandatenſis* Epiſcopus, quod ſuo tempore ampliùs memorauimus.

1626. LVDOVICVS DONY D'ATTICHY, in locum electi OLIVARII CHAILLOV, quem maiora & meliora negotia cum dignitate alibi retinuerùnt. Ex hoc autem *Ludouicus* factus *Reienſis* Epiſcopus nobis ea occaſione ac aliis quamplurimis nominibus fuit celebrandus.

1626. IOANNES CHAPPOT, quem obiter, ſemel & iterum laudauimus.

1632. IOANNES AISEMAN, inſignis Theologus & Concionator egregius à nobis luculentiori elogio quandoque donandus, vt ſua illi laudatio pro merito & dignitate reſpondeat.

CONVENTVS EXTRA PROVINCIAS.

I.

IMprimis eſt *Iuriſdictio Romana* Generalis ſeu Antiſtitis totius Ordinis, nimirùm ei ſoli parent Conuentus qui in vrbe ſunt, vtputâ
Sanctiſſimæ Trinitatis, in monte Pincio, ſedes ipſius Generalis quæ & à ſolis Gallis ac Regi Chriſtianiſſimo ſubditis poteſt inhabitari.
S. Andreæ de Frattis, in radicibus eiuſdem montis Pincij.
S. Franciſci P. N. in regione Montium Collegium Calabrorum.
Sermonetæ, extra vrbem in agro latino, vt nonnulli volunt, eos tamen ſecuti ſumus qui Neapolitanæ Prouinciæ aſcribunt.

II.

Eſt & Vicariatus, vt loquimur *Pedemontij*, regitur ſcilicet ad modum Prouinciæ, ſed per Vicarium Generalem cuius poteſtas eſt tantum delegata, cuiuſmodi regimen ſolemus *Vicariatum* dicere, ſiue ſit vnius aut plurium Conuentuum, ſiue per Generalem, aut per Prouinciales, aut per Correctores inſtituatur. Sunt autem *Gallia Subalpina* hi Conuentus.
Taurini, *S. Franciſci P. N.* ſed. Archiep.
Tinellæ, *B. Mariæ Virg.* diœceſis *Papienſis*.
Niciæ, *S. Franciſci P. N.* ſed. Epiſcop.
Aſtæ & Bouiarum, in proximo.
Vicariorum, quòd eorum poteſtas non ſit ordinaria cenſus non ſolet iniri.

III.

Deniqùe *Luſitaniæ & Indiarum* Vicariatum accenſerem ſi tam certa res mihi eſſet, quàm eſt accepta & audita, Conuentus inibi noſtrorum extare. Nam & de *Vlyſiponenſi* obiter diximus, de *Mexicano* ſanctè mihi affirmauit grauiſſimus homo noſter cui ea procuratio incumbebat, quod & alibi ſtrictim memorauimus; de *Angrenſi* in *Tertia* Inſula, quem noſter *Andreas de Azebedo* ciuis ipſe *Angrenſis* ſuorum conciuium nomine à Rege Hiſpaniarum exorauerit indicat *Monteia*, & alij fortè ſunt de quibus obuerſata nequidem cogitatio nobis fuerit, dum locorum interuallis ab neceſſario cum noſtris commercio quod ſtudioſi agere ſolent diſtinemur, & prohibemur. Aderit cùm volet bonamque mentem iis faciet per quos proficere poſſumus, qui animum incipiendi dedit, perfoiendi, ſi nos ſua gratia dignabitur, & mea exaudiet vota, non auferet.

APPENDIX

APPENDIX QVARTA

QVÆ EST

DIARIVM.

Ex rebus Minimorum in Chronico Generali expositis.

IANVARIVS.

Calendis Ianuarij. Dies I.

SAnctissimorum IESV & MARIÆ nominum veneratio, non ab iis tantùm ex nostris qui speciali eorum patrocinio gaudent, sed ab omnibus per vniuersum Ordinem, vt qui autore B. P. N. eisdem consecratus sit, in faustum ac felix totius anni auspicium singulari cultu peragenda. Vid. de singul. in Indic. gen. Vid. in apparat.

Hoc ipso die primus B. P. Francisco successor electus probatæ sanctitatis & admirandæ religionis alter Franciscus cognomento Binetus, cuius electio cum Spiritui Sancto accepta referri debeat, etiam decernente Summo Pontifice, coràm cuius Delegato in ipsa vrbe celebrata est, non immeritò religiosam esse fecit tanti beneficij simulque huius diei memoriam.

Apud Hispanos instituti primùm apud Vallisoletum Cœnobij festiua recordatio auspicatæ diei iucunditatem amplificat.

Quarto Nonas Ianuarij. II.

Vicennis in agro Parisiensi memoria Venerabilis viri & insignis Theologi Ioannis cognomento Cannarti qui beato exitu sanctam & piam vitam, vt fides est, coronauit.

Apud Italos cœpti apud Galianum Cœnobij primordia cum gratulatione recoluntur.

Apud Hispanos etiam incunabula Conuentus Motrilensis ad hunc diem celebrantur.

Tertio Nonas Ianuarij. III.

Felix ad æterna (vt creditur) migratio Iulianæ cognomento Ala, quæ inculpatâ vitâ suis ad exemplum ita præluxit, vt anniuersaria obitûs recordatio in gaudium conuertatur.

Pridie Nonas Ianuarij. IV.

In Nigeonensi celeberrimo Cœnobio, magnatum virtutum viri & præclari vitæ spiritualis magistri Hieronymi cognomento Absolu depositio & corporeæ sarcinæ expoliatio, quâ solutus in æternitatis adytum creditur subuolasse.

Apud Aquitanos, ad exemplum perseuerat memoria Ioannis cognomento Pontier Clerici, ætate quidem iunioris, sed maturâ virtute seniores præterrecti, cuius pauci & boni dies æternæ felicitatis longitudinem promeruisse creduntur.

Digitized by Google

V. *Nonis Ianuarij.*

Apud Siculos clarus habetur probatæ virtutis & sanctæ conuersationis merito venerandus Simon cognomento Cotta nigra, cui pro vitæ modo exitus quoque obtigit.

VI. *Octauo Idus Ianuarij.*

Apud Hispanos viri Apostolici Ambrosij à Iesu beata & memoranda defectio, vt cuius extasis in mortem pertransiuerit.

In primario Religionis Cœnobio Paulano, religiosissimi patris Balthazaris alumni & ciuis sui sancta recordatio, qui vitæ & mortis exemplo plerosque omnes antecessit.

Parisiis ordinatio nostri Gasparis cognomento Dinet in Episcopum Matisconensem in Gallia.

Apud Hispanos Valentinos prima Muchamelensis Conuentûs initia memori animo repetuntur.

Gratulabundi etiam Itali primum inhabitati Castillionensis Cœnobij diem in fastos suos contuletunt.

VII. *Septimo Idus Ianuarij.*

Apud Panormum, S. Oliuæ patronæ ac tutelaris Panormitanorum nostrique Cœnobij protectricis effosio & eleuatio.

VIII. *Sexto Idus Ianuarij.*

Matriti depositio viri optimi & sancti senis Eugenij ab Arcualo, qui apud suos multis virtutibus effulsit.

Ad hunc diem Ludouicus XII. & Franciscus I. Reges Christianissimi nostros homines amplissimis immunitatibus & singularibus priuilegiis cohonestauerunt.

IX. *Quinto Idus Ianuarij.*

Anna Britanniæ nobilissima hæres & duorum ex nostris Regibus vxor raræ pietatis fœmina, & Ordinis nostri (vt volunt) Tertiaria Christiano fine perfuncta est, & Sandionysij postmodùm tumulata.

In Catalonia nostræ apud Granullarium Ecclesiæ inauguratio ad eundem diem festiuis gaudiis venit peragenda.

Eodem die instituti apud Engolismam nostrorum sodalitij primordia recoluntur.

X. *Quarto Idus Iannarij.*

Mediolanensis Cœnobij fundamenta feliciter constituta iucundam hancce diem apud Italos effecerunt.

Non temerè ad hunc diem reuocatur memoria nostri Ioannis à S. Lucido, qui sanctæ simplicitatis gratia & miraculorum munere primos Eremi colonos suis temporibus repræsentauit.

XI. *Tertio Idus Ianuarij.*

Nigeoni extra muros Parisienses, præstantissimi Theologi, sed morum sanctimonia longissimè præfulgentis, nostri, Ioannis cognomento *Des Bois* beatus (vt spes est) in cœlum transitus, vt quem, duro & longo aduersæ valetudinis, tùm etiam spontaneo, martyrio adornauerit, hancque suis opinionem ac fidem sanctissimâ vitâ conciliauerit.

XII. *Pridie Idus Ianuarij.*

Messanæ in Sicilia venerationem habet Catanensis Tertiaria nomine Benedicta, cuius sanctitudinem in vitâ puritas animi demonstrauit, post mortem corporis incorruptio reuelauit & confirmauit.

XIII. *Idibus Ianuarij.*

Propè Iuncariam in Catalonia martyrium inuicti pugilis Iosephi cognomento Torres, qui ab hæreticis interceptus quòd sanctissimæ Eucharistiæ fidem eiurare nollet crudeliter ab eisdem obtruncatus est.

Decimo-

Digitized by Google

Decimo nono Cal. Februarij. XIV.

Felici auſpicio ad hunc diem iacta eſſe Lugdunenſis Cœnobij fundamenta memorantur.

Vrbanus VIII. Pont. Opt. Max. prærogatam gratiam de ſuffragiis in perpetuum admittendis gratioſo diplomate confirmauit.

Decimo octauo Cal. Februarij. XV.

Apud Oppidum, in Calabria notum municipium, accepta fuit ſub hunc diem hominum noſtrorum familia, quod vtriſque fortunatum accidit.

Panormi, alter Calibita, Ioannes à Mylis, in præmium ſummæ quam per vitam præ ſe tulit deſpicientiæ glorioſum finem & miraculorum ſplendore coruſcantem conſecutus eſt.

Decimo ſeptimo Cal. Februar. XVI.

Arelate apud noſtros S Honorati tutelaris & patroni.

Apud Valentinos in Hiſpania inuicti animi & incomparabilis pietatis virgo Gratia, Valentina ob diuturnum in ea vrbe domicilium cognominata, poſt centeſimum exercitationis annum ad complexus ſponſi ſubintroducta eſt.

Bracancuria per hæreticos pulſi homines noſtri cum gaudio in principem Campaniæ vrbem Durocortum Rhemorum deducti perpetuam inibi ſtationem ab hoc die poſuerunt.

Obitus Roberti Card. Puccij Protectoris.

Decimo ſexto Cal. Februar. XVII.

Apud Narbonam, Syracuſas, Catalam-Heronis, Caſtillionem & Gypſum S. Antonij tutelaris & patroni.

Cataloniæ ſuæ decus & Eccleſiæ Catholicæ clariſſimum iubar Petrus cognomento Valdes peregrinationis ſuæ curſum cum præcipuo quodam diuinæ dignationis indicio abſoluit atque compleuit.

Vitæ perfectione mirabilem Antonium ſuum, non minus ſancta quàm elegans Neapolis cœlo reſtituit.

Speciani apud Calabros aſſiduus nouiſſimorum contemplator & ſancto pœnitentiæ feruore ſuccenſus noſter ille Antonius dictus à Croculo in libertatem filiorum Dei perductus eſt.

Decimo quinto Cal. Februar. XVIII.

Mylis in Sicilia indefeſſus ſui Ordinis propagator, & iam tum eiuſdem ſupremus moderator & Antiſtes Franciſcus cognomento Cerdonius laboribus defungitur, compos futurus æternæ non ſolùm quietis ſed exuberantis in tempore gloriæ, vtpotè miraculis apud homines conſpicuus, qualis hodiéque habetur.

Ludouicus XII. pater patriæ & populi deliciæ homines noſtros in ſuam fidem, regiamque protectionem prærogatis quampluribus gratiis amantiſſimè ſuſcepit.

Decimo quarto Cal. Februar. XIX.

Apud Aquitanos ſanctæ orationis ſtudio præcellens & diuinorum patiens noſter Bernardus cognomento Cauaignes, genibus in terram defixis & expanſis manibus iturum ad Dominum ſpiritum ſuo itinere direxit, & ſancta morte ſodales ſuos admiratione ac deſiderio repleuit.

Decimo tertio Cal. Februar. XX.

Valentiæ in Hiſpania, Valliſoleti, Methymnæ Sidoniorum, Oliueræ, Moroni, Caſtallæ, & Neapoli in Italia S. Sebaſtiani tutelaris & patroni.

Eodem die Valentiam inducti noſtri ſub eiuſdem Sancti martyris patrocinio, feſtiuis gaudiis & iucunda mente tanti beneficij memoriam recolunt.

Loxæ etiam in Hiſpania eo ipſo die ſedem ſibi Granatenſes noſtri comparatunt, quod memori animo quotannis agitant.

Duodecimo Cal. Februar. XXI.

Nobilis virgo & omni laude maior Agnes cognomento de Queſada, inui-

tante Christo, in eius vt creditur consortium transiuit, eaque non vana opinione sanctimoniales sorores suas in Hispania plurimùm lætificauit, quæ in eandem spem certiori fiducia deinceps aspirant.

XXII. *Vndecimo Cal. Februar.*

Apud Granatenses sancti & optimi senis Melchioris cognomento Ximenez vita & mors habetur pretiosa, vt quæ aliis ad exemplum illi ad æternam gloriam credantur prouenisse.

XXIII. *Decimo Cal. Februar.*

Biatiæ in Hispania apud Moniales nostras S. Ildephonsi tutelaris & patroni.

Messanæ in Sicilia non immeritò Cœlitibus addita creditur sanctimonialis virgo Maria cognomento Pharonia quæ innocentia vitæ licet conspicua, iremisso tamen & indefesso animo ad pœnitentiæ studia incubuit.

XXIV. *Nono Cal. Februar.*

Decisæ Conuentus in agrò Niuernensium Prouinciæ Franciæ accessit, quod factum ad maiorem Dei gloriam nulla debet obliuione excidere.

Biatiam in Hispania immigrãt nostri, quod alterius diei solemnitatem quam agunt Moniales nostræ in hunc vsque ad diem producit.

XXV. *Octauo Cal. Februar.*

Astygi in Hispania Conuersio S. Pauli Apostoli peculiari apud nostros solemnitate frequentatur.

In Italia celebris habetur Paulus noster Nolanus, qui certiori elogio per suos ornabitur.

XXVI. *Septimo Cal. Februar.*

Granatenses nostri ad hunc diem in sui tractûs municipium Almunezar dictum cum gratulatione concesserunt, quæ in hodiernum viget.

Galli nostri à Regibus gratioso fori, vt vocant, priuilegio primùm donati sunt.

XXVII. *Sexto Cal. Februar.*

Vrbem Arragonici regni primariam Cæsaraugustam, ad maioris incrementi spem, omni humano præsidio destituti homines nostri subierunt, & sola B. Virginis ope adiuti ad hunc diem in eam accepti sunt, quod semper debent cum reuerentiâ meminisse.

XXVIII. *Quinto Cal. Februar.*

Apud Hispanos celebratur excellentis pietatis & rerum spiritualium magisterio eruditæ Virginis ac Monialis, Mariæ, cognomento ab Arce, memoria, post quam & aliæ multæ virgines quas instituerat in conspectum comitatumque sponsi deductæ sunt.

XXIX. *Quarto Cal. Februar.*

Arnoldus & Archangelus Sículi per obedientiam mare traiicientes ab infidelibus piratis tenti quod in constantia fidei ac religionis persisterent de malo nauis suspensi, ac multis cruciatibus excarnificati post omnia in profundum demersi sunt.

XXX. *Tertio Cal. Februar.*

In agro Carcassonensi fortis & intrepidi animi vir Nicolaus cognomento Ficquetus periter à grassatoribus hæreticis comprehensus, dum nulla vi aut blanditiis potest ob orthodoxa fide auocari, disploso primùm sclopeto deiectus, ac mox pugionibus confossus ad confessionis præmium de corporis ergastulo eluctatus est.

XXXI. *Pridie Cal. Februar.*

Genuæ in Liguria mirabilis obedientiæ erga omnes, mirabilioris erga deploratos & peste attactos charitatis exemplo floruit Ioannes Baptista cognomento Neretus professione Oblatus, qui cum mense viuendi finem fecit apud mortales, non facturus immortalis vitæ finem, ad quam meritò translatus esse creditur.

FEBRVARIVS.

Digitized by Google

FEBRVARIVS.

Calendis Februarij. I.

IN Conuentu Plessiaci iuxta Cæsarodunum memoria imperterriti aduersùs dæmones athletæ Iacobi cognomento Turgotij, qui aduersis spiritibus ad vltimam vitæ periodum colluctatus, victoriam morte, triumphum victoriâ comparauit.

Hispani Valentini, facto ad populationem Caçallæ progressu, sibiipsis hunc suæ industriæ fructum partumque gratulantur.

Quarto Nonas Februarij. II.

Apud Cazallenses nostros in Hispania & Ornatenses in Galliâ specialis festiuitas Purificationis Beatæ Deiparæ, quam sub hoc nomine tutelarem sibi ac patronam adoptarunt.

Vbedæ & Astapæ in Hispania, prima origo Cœnobiorum quæ illic habemus, diuersis licet annis constitutorum, ad eundem tamen hunc diem, festiua recurrit.

Calabri apud Roscianum se consedisse ad hunc ipsum diem non ingrato animo solent meminisse.

Hispalenses nostri, duplicato gaudio, & primi Conuentûs sui ad portum S. Mariæ, & sanctissimi Conuentûs eiusdem alumni Ioannis à S. Maria, cuius meritis nulla potest laudatio respondere, memoriam insimul prosequuntur.

Sigismundæ à Panormo apud conciues suos sanctissima recordatio indefectibilis perseuerat, vt quæ credatur Angelicæ conuersationis merito in beatarum Virginum societatem transiuisse.

Tertio Non. Februar. III.

Gratianopoli in Gallia & Drepani in Sicilia S. Blasij tutelaris & patroni.

Hispani suum celebrant Blasium à Monte albano, qui rectis semel mali gemj fraudibus & insidiis ad Deum seriò conuersus insigni purioris vitæ exemplo enituit, & sanctissimè obiit.

Apud Calabros Sant-Agathani Conuentus primordia nunc primùm constitisse memorantur.

Gallos nostros Carolus VIII. Rex Christianissimus in suam tutelam protectionémq; vindicauit, & ampliſsimis gratiis exornauit.

Pridie Non. Februar. IV.

Beata Ioanna Francica, Regum nostrorum filia, soror & vxor, ac B. Francisci P. N. spiritualis filia, & vt volunt Tertiaria, post institutum B. Virginis Annunciatæ Ordinem quem sanctissimè annos multos rexit, apud Auaricum Biturigum desiit in mortalibus esse, vt Christo sponso non desineret in sanctarum Virginum contubernio adhærere.

Nonis Februarij. V.

Romæ secundus post B.P.N. totius Ordinis Antistes Germanus cognomento Lionetus, vir euangelicæ perfectionis gratiâ cumulatus, fractusque laboribus quos ad Ordinis sui bonum & incrementum alacriter subierat, de statione discessit & in Domini gaudium fidelis seruus intrauit.

Octauo Idus Februarij. VI.

Montibus in Hannonia S. Dorotheæ nostrorum tutelaris & patronæ, quæ apud Antuerpianos etiam speciali veneratione colitur.

Panormi, prophetico spiritu & curationum gratia insignis, sed multò sanctitate vitæ clarior, sanctimonialis virgo Dorothea, cognomento la Grutta, de specie ad rem, vt creditur, perducta est.

VII. *Septimo Idus Februarij.*

Caroli VIII. Francorum Regis optimi atque Italiæ domitoris beneficio, montem Pincium in Vrbe, quamoptimo qui poteſt haberi & videri loco, Galli noſtri ad hunc diem incolere cœperunt, ac demùm exſtructâ magnificentiſſimâ æde ſub inuocatione Sanctiſſimæ Trinitatis, Francicæ domus trophæa in illo totius Orbis theatro erexerunt & in hodiernum ſeruauerunt.

VIII. *Sexto Idus Februarij.*

Apud Vrianos in Italia S. Barſanuphij tutelaris & patroni non vniuerſæ tantùm ciuitatis, ſed noſtri quam maximè ſodalitij quod eius honori ac nomini ſingulariter addictum & conſecratum eſt.

IX. *Quinto Idus Februarij.*

Carcaſſonæ in Gallia, ob profligatam contagioſam luem, homines noſtri, religioſiſſimo Epiſcopo & omni plebe deferente, domicilium acceperunt, & apud Deum deprecatores ſub S. Roehi & B. Franciſci P. N. patrocinio conſtituti ſunt.

X. *Quarto Idus Februarij.*

Auguſtæ Taurinorum publici ſceleris expiandi causâ ſolemni apparatu Crucis trophæum in area Cœnobij noſtri, vbi fuerat per ſummum vt videbatur ſcelus, certè per ingens religionis opprobrium & dedecus antehac exciſum, implantatum, erectum, reſtitutum eſt.

XI. *Tertio Idus Februarij.*

Vir ſanctus Ioannes Standonius Ordinis noſtri vindex & Procurator ex aduerſario effectus, & in tertium vt fama eſt ordinem aſcriptus, beato fine Pariſiis defungitur.

Calniacum in Galliâ immigrarunt noſtri, & familiam inibi peropportunè ad maiorem Dei gloriam, ac populorum ſalutem inſtituerunt.

XII. *Pridie Idus Februarij.*

Apud Neapolitanos, conſpicuæ ſanctitatis homo (vt quam diuinitùs edita comprobarunt) & religioſa ſimplicitate venerandus Andreas dictus à Laurino, conſimilem vitæ exitum ſortitus eſt.

XIII. *Idibus Februarij.*

Montis-Gaugerici Conuentus à B. Franciſco P. N. in acceptum ſupremo actu relatus eſt.

Eodem die Andegauenſi contubernio aucta Turonenſis Prouincia cum gaudio fines ſuos in florentiſſimam Imperij Gallici regionem produxit.

In Comitatu Burgundiæ apud Mortuam-aquam deducta cum Principum & populorum gratulatione noſtrorum familia, vt quæ proximo limite aduerſus hæreticos in propugnaculum ac præſidium ſit opportunè ac ſalutariter collocata.

XIV. *Decimo ſexto Cal. Mart.*

Lutetiæ Pariſiorum ordinatio noſtri Renati, cognomento le Clerc, in Glandatenſem Epiſcopum.

XV. *Decimo quinto Cal. Mart.*

In Cœnobio Nigeonenſi ad Sequanam ſpectabilis olim in ſæculo, ſed religioſis virtutibus poſtmodùm illuſtrior Ioannes, cognomento de Malras, antè annos duos Generalis Antiſtitis officio & dignitate perfunctus ad patres & fratres ſuos in ſomno pacis appoſitus eſt.

XVI. *Decimo quarto Cal. Mart.*

Anticariam Hiſpani Granatenſes inhabitare cœperunt, & inibi ad populorum ſalutem ab hoc die firmiter conſtiterunt.

Obitus Ioannis Card. Bellay noſtri olim Viceprotectoris.

XVII. *Decimo tertio Cal. Mart.*

Hiſpani Cordubam, Itali Sauonam, Galli Dunum-regium, eodem hoc die, pari

Digitized by Google

pari successu, non dispari fructu, sed longè diffito annorum interuallo, concesserunt.

Vndecimo Cal. Mart. XIX.

Apud Calabros instituti nostri purissima virgo Hieronyma cognomento à Paterno, pretiosa & iam antè denunciata morte, cœli gaudia, vt creditur, comparauit.

Decimo Cal. Mart. XX.

Reginæ in Calabria Cœnobium nostris hominibus felici quidem ad hunc diem auspicio constitutũ, non degenere autem deinceps fructu progressum est.

Campiniacum apud Pictones principali munificentia Turonenses nostri deducti sunt.

Nono Cal. Mart. XXI.

Sinopolis apud Calabros hominibus nostris gratiosa finum illis suum peramanter & liberaliter aperuit.

Obitus Iulij II. Pont. Max. in homines nostros totumque Ordinem beneficentissimi.

Octauo Cal. Mart. XXII.

Apud Neapolitanos & Calabros memoria viri grauissimi & optimi senis Ioannis cognomento à Rocca, qui ad Deum mirabiliter conuersus & cum suis mirabilius conuersatus Angelorum consortio dignus effectus est.

Septimo Cal. Mart. XXIII.

Apud Anconitanos nostros S. Primiani Episcopi, quem suũ ciues tutelarem & patronum nostris crediderunt, donatâ eius Ecclesiâ quam procurant.

Sexto Cal. Mart. XXIV.

Conuentus Anoiæ suo prouentu vlterioris Calabriæ Prouinciam dilatauit & amplificauit.

Quinto Cal. Mart. XXV.

Romæ, Franciscus ille Binetus, quem breui sed vero elogio nemini suorum comparandum non temerè dixerim, terram cœlo commutauit.

Quarto Cal. Mart. XXVI.

Prima Regula quam B. Franciscus P. N. edidit, ad hunc diem autoritate Apostolica sancita & comprobata est.

Conuentus ad Turrem-Ximeniam pluribus aliis in Prouincia Granatensi non inutiliter accessit.

Tertio Cal. Mart. XXVII.

Cascanti beatus ad Deum transitus nostri Simonis cognomento Garcia, qui sibi durus, in pauperes misericors, misericordiam consecutus est & præsentis vitæ & futuræ.

Pridie Cal. Mart. XXVIII.

Nigeoni benedictus adolescens Ioannes cognomento Morel, in quo naturæ bonitas cum indubitata diuinæ gratiæ exuberantia mirabiliter enituit, qui quidem in paucis vexatus, vt in multis benè disponeretur non vano suorum iudicio promeruit.

Post sextum annum eodem loco mortalitatem exuit immortalitatis à puero candidatus ac emeritus tandem Christi miles Petrus cognomento Hebertus, ab annis viginti quatuor totius Ordinis sui administratione perfunctus, qui deinceps rerum diuinarum magisterio suis ad pietatem formandis ita vacauit, vt multos quidem suæ disciplinæ alumnos in cœlum præmiserit, nemo tamen eum vt creditur antecesserit.

MARTIVS.

Calendis Martij.

I.

AVspicatò ad hunc diem Placentini Conuentûs prima incunabula recoluntur, quæ reliquum mensem prærogatâ felicitate inaugurauerunt.

Digitized by Google

II. *Sexto Non. Mart.*

Biterras cum omnium Ordinum plauſu & acclamatione deducti Aquitani noſtri, ſedem in opulenta & iucunda planitie deinceps futuram ſtabilem acceperunt.

III. *Quinto Non. Mart.*

B. Mariæ Conſolatricis eremum iuxta Biterras non ſine ſpirituali ſua & populorum conſolatione iidem Aquitani noſtri nuperrimè ſubierunt.

Vriam Itali Cœnobio inædificato primùm adierunt.

IV. *Quarto Non. Mart.*

Gallipolim progreſſi Apuli res ſuas augeri nouæ domus acceſſione gauiſi ſunt.

V. *Tertio Non. Mart.*

Granatæ, ſanctæ ſimplicitatis merito apud Deum acceptus Didacus cognomento Barbutus, miro poſt mortem diuinæ dignationis indicio apud homines commendatus eſt.

VI. *Pridie Non. Mart.*

Veram Hiſpani, deductâ numeroſa ſatis familiâ, nunc primùm inſederunt.

Aquitani pientiſſimam fœminam Tertiariam cognomento de Caſtagnae, quæ cum opinione ſanctitatis obdormiuerat in ſuo ad Tholoſam cœmeterio condiderunt.

VII. *Non. Mart.*

Mylis in Sicilia, conditi ea in Vrbe Cœnobij quod totius inſulæ primarium eſt, adeoque prodigioſi aduentus, quo B. P. Franciſcus in eam inſulam delatus eſt, memoria, cum iucunditate celebratur.

Nigeonenſis Eccleſiæ prima inauguratio in eundem diem incidit.

VIII. *Octauo Idus Mart.*

Beatus Ioannes Dei, qui mira in egentes & infirmos charitate ac miraculorum gratia vt in Cœlites Eccleſiæ iudicio vindicaretur promeruit, ex Ordinis noſtri Tertiario, religioſi Ordinis ad infirmorum curam primus autor & parens, apud Granatenſes noſtros depoſitus eſt, qui hoc pretioſum pignus ad populorum venerationem ſanctiſſimè cuſtodiunt.

IX. *Septimo Idus Mart.*

Galeſij Cœnobio res ſuas ad hunc diem incrementum accepiſſe Thuſciæ Prouincia nunquam non ſibi gratulabitur.

X. *Sexto Idus Mart.*

Nardum Epiſcopalem vrbem in Apuliâ qui eam Prouinciam incolunt noſtri eruditionis ſuæ ac bonæ vitæ odore afflatam ad deſiderium ſui pertraxerunt, nuncque primùm in eam penetrauerunt.

XI. *Quinto Idus Mart.*

Nigeoni, Ioannes, cognomento Salut, religioſæ obſeruantiæ ſtudio & ſpiritualis profectus zelo mirabiliter exæſtuans, vitam temporalem contempſit vt ſuos ad æternam hortaretur, ipſeq; aliis ad eandem præiret.

XII. *Quarto Idus Mart.*

Nannetis, Apoſtolicæ prædicationis gratiâ & animarum zelo incomparabilis vir, Petrus Andreas, cognomento Challuſu, naturæ conceſſit, vt dirupto mortalitatis pariete ad laborum mercedem euaderet.

XIII. *Tertio Idus Mart.*

Panormi ſanctiſſima virgo & Ordinis noſtri Monialis Euphraſia, cognomento à Monte-leonis, gloria & honore virtutum atque miraculorum coronata in cœleſtis ſponſi thalamum perducta eſt.

XIV. *Pridie Id. Mart.*

Neruij in Liguria, noſter Albertus, cognomento Berutus, quem non vana populi vox ſanctum præſumpſerat, de claritate in claritatem transformatus, ad indeficiens vitæ lumen peruenit.

Veſontione.

Digitized by Google

Veſontione ordinatio noſtri Philippi cognomento de Paternay, in Epiſcopum Andropolitanum & ipſius Veſontionenſis ſedis ſuffraganeum.

Idibus Mart. XV.

Hieracenſis Conuentus in Italia, & Bellouacenſis in Gallia, natales ſuos, ad hunc eundem diem, commemorant.

Decimo ſeptimo Cal. April. XVI.

Aquis-Sextiis in Prouincia, Simon cognomento Guichardus, diuini ſpiritus homo, nec opere minùs quàm ſermone potens morte per ſectarios properatâ coronam beatæ vitæ præripuit.

Decimo ſexto Cal. April. XVII.

Panormi pœnitentiæ ſtudiis ſupra naturæ humanæ, vt videbatur tolerantiam dedita ſanctimonialis virgo Oliua, cognomento Incorbeira, pronubo Angelo ad cœleſtes nuptias ſubleuata eſt.

Decimo quinto Cal. April. XVIII.

Catanenſi Cœnobio locupletior facta Siciliæ Prouincia, hunc ſibi diem inter beneficos computat, quo eius incrementi cœpit eſſe particeps.

Duacum, benè ſibi prouidente Deo, Belgæ noſtri poſtmodùm concedentes, eandem ad ſe prorogatam gratiam, qua olim Siculi donati ſunt, non temerè gloriantur.

Decimo quarto Cal. April. XIX.

Florentiæ in Etruria, S. Ioſephi ſponſi beatiſſimæ Virginis Mariæ, noſtrorum tutelaris ac patroni.

In Hiſpania, Conuentus Ceruarienſis, ab hominibus, cum maioris incrementi ac profectûs ſpe, quæ non inanis fuit, cœpit habitari.

Extulit eadem Hiſpania hominem de ſuis totius olim Ordinis Antiſtitem, ſed conuerſationis honeſtate, ac integritate vitæ imprimis reuerendum, Alphonſum, cognomento Villamaiorem, qui poſt longas in ſeceſſu moras à conturbatione hominum ad abſconditum faciei Domini ſeceſſit.

Clem. VII. Pont. homines noſtros ampliſſimis gratiis, ac hũc diem decorauit.

Decimo tertio Cal. April. XX.

Iſabella cognomento Sciarata virgo Panormitana, dum omnibus ſanctitatis officiis ſtudioſiùs inuigilaret & ſodales ſuas quibus præerat exemplo ſuo ad eminentiorem vitæ perfectionem inuitaret, præmatura morte ad beatam Virginum coronam euocata eſt.

Leo X. Pont. hunc diem largiſſima priuilegiorum conceſſione noſtris memorabilem reddidit.

Duodecimo Cal. April. XXI.

Bononiæ in Lombardia S. Benedicti tutelaris & patroni.

Celebrant Itali ſuum Benedictum, cognomento Gugliota, cuius memoriam in benedictione compoſitam eſſe ſignificant.

Vndecimo Cal. April. XXII.

Iudicium Vrbani VIII. Pont. Opt. Max. in cauſa Generalis eligendi & electi, hunc diem, ſuperſtitibus iucundum, poſteris memorandum, effecit.

Decimo Cal. April. XXIII.

Innocentius VIII. Pont. Ordinem vniuerſum omneſq; illius perſonas in fidem & protectionẽ ſuam condonatis permaximis & multis priuilegiis accepit.

Conuentus Dolæ in vlteriore Burgundia non ſine manifeſta Dei prouidentia initium habuit ac deinceps magnis incrementis intra breue tẽpus adauctus eſt.

In Hiſpania Valentini noſtri Cœnobium apud Populationem Ducis Gandiæ, (ita locum vocant) conſtituerunt.

Nono Cal. April. XXIV.

In Britannia minore, Leonam, quæ à S. Paulo cognominatur, diuinæ reuelationis beneficio Turonenſes noſtri aduocati, B. P. N. memoriam apud vltimos hominum ſtabiliuerunt.

Digitized by Google

XXV. *Octauo Cal. April.*

Annunciationem beatissimæ Virginis genitricis Dei Mariæ duodecim & plura fortè Cœnobia ob specialem protectionis atque patrocinij gratiam præcipuo cultu venerantur.

Lutetiæ Parisiorum, Auallonis, Mantuæ, Azalcazarij, Montis-alti Cœnobia, eundem suæ institutionis, quem Orbis vniuersus creationis atque redemptionis, natalem habuerunt.

Leo X. Pont. diem festum in B. Francisci P. N. honorem peragendum primus eodem hoc die ac eodem quo ipse mortuus est anno decreuit.

XXVI. *Septimo Cal. April.*

In Liguria Burgetti Conuentus aspirante Spiritu Sancto in reliquorum Genuensis Prouinciæ numerum cooptatus est.

Carnoti stabilem in futurum stationem Galli nostri posuerunt.

Carolus VIII. Rex Optimus & in homines nostros liberalissimus munificentissimâ priuilegiorum largitione illos prosequutus est.

XXVII. *Sexto Cal. April.*

Natiuitas B. P. N. Francisci, ad totius Ecclesiæ spiritale bonum, festiuis in præsagium à cœlo ignibus & auspice Angelorum cœlesti hymnodiâ & concentu adornata est.

Vesontionem in vlteriore Burgundia, non sine manifesto diuinæ voluntatis indicio quod antecessit, Lugdunenses nostri inducti sunt, & peruetusti ac sanctissimi Monasterij quod illis cessit ruinas feliciter instaurarunt.

Apud Dunum-regium Turonenses iacto ædis suæ fundamento non inani spe maioris incrementi se consolati sunt.

Augustæ Taurinorum, principali magnificentiâ, pignus acceptæ prolis, adornato nostris hominibus domicilio, consecratum & dedicatum est.

Iulius II & Gregorius XIII. Pont. iucunditatem huius diei opportunis & gratiosis concessionibus constitutis & gratiis amplificauerunt.

XXVIII. *Quinto Cal. April.*

Matriti Ioannes, cognomento Calderon, vir animo & conditione simplex at nihilo minus diuinorum munerum consors, dum cœlestis hymnodia Dominicæ resurrectionis gloriam Sabbato sancto anticiparet atque ad altare personaret, lætus & exultans & animo tanta gaudia præuertens, eorum vt creditur è vestigio compos futurus, expirauit.

XXIX. *Quarto Cal. April.*

Iulius II. Pont. insigni beneficentiâ homines nostros ab suis aduersariis vindicauit & asseruit, datis ad hunc diem Apostolicis litteris, quas frustra dixero dignas esse quæ relegantur.

XXX. *Tertio Cal. April.*

Genuæ ipso die sancto Paschatis celebrata electio Generalis qui demortuo Camarto succederet, quæ feliciter in eum ipsum incidit, qui morientis ipsius delectu in officij adiutorem assumptus & in Vicarium relictus fuerat, nostrum inquam Simonem, cognomento Bachelier, qui deinceps Ordinem religiosè ac prudenter administrauit.

XXXI. *Pridie Cal. April.*

Vtreræ Conuentus (quo non augustius apud Hispanos nostros sacrarium) in acceptum relatus, non parùm suo prouentu suaque accessione Hispalensium res extulit & locupletauit.

Apud Turones vir grauissimus & eruditionis atque sanctimoniæ merito in paucis præstans, Ioannes cognomento Iulianus coætaneos suos in signo fidei præcessit & dormiuit in somno pacis.

Augustæ Suessionum, eius vrbis incola & ciuis primarius nostrique Cœnobij fundator, Petrus, cognomento Moreau, adhuc adolescens à malo genio circumsessus, ab eoque post solemnem religiosæ vitæ professionem in Ordine

Digitized by Google

dine noſtro acriùs impetitus, nec ad extremum ſpiritum ea moleſtia liberatus, proficiens continuò ea exercitatione ad eminentiſſimam Chriſtianæ & ſanctæ vitæ perfectionem, cum iam illa incrementum capere non poſſe videretur, Sanctorum morte conſummatus eſt, & miraculorum gratia coronatus medio in Choro ædis noſtræ depoſitus eſt, vnde non ceſſat diuinus ille ſplendor ad populorum ſalutem emicare.

Obitus Auguſtiſſimi Principis Franciſci I. Regis noſtri, qui ſuæ natiuitatis gratiam ſic B.P.N. acceptam retulit, vt vnquam deſiuerit eam omni officio percolere ac proſequi.

APRILIS.

Calendis Aprilis. I.

APud Calabros, Paulus cognomento Rendeacius dictus à Paterno communem hominum ſortem Angelica puritate ſupergreſſus, in virtutum operatione Angelico habitu mirabilis, corporis incorruptione mortis inuidiam & temporum contumeliam expungens vſque in hodiernum, debita veneratione colitur.

Gregorius XIII. Pont. inſolita & indefinita formula plenariam peccatorum condonationem iis omnibus fecit, qui B.P.N. memoriam per Eccleſias Ordinis ſui die eius feſto frequentarent.

Quarto Non. April. II.

Cæſaroduni Turonum, ad Pleſſiacum nobile Regis prætorium extrà vrbem, S.P. Franciſcus Paulanus longo martyrio extenuatus & crucis mortificationem animo & corpore circumferens, eodem die eademque hora, quâ Chriſtus de cruce ſpiritum emiſit, aſpirante diuina gratia vt imagini filij Dei per omnia fieret conformis expirauit. vid. plura alibi.

Apud Codicorum inædificato Cœnobio B.P.N. memoria in perpetuum ab hoc die ſtabilita eſt, quæ Salerni primùm dedicata per ſeptuaginta demùm ædes noſtras propagata eſt, in quibus ad communem vniuerſi Ordinis lætitiam ſpecialis patrocinij gratia recolitur.

Tertio Non. April. III.

Capurſij Conuentus, ſingulari beneuolentia in homines noſtros, & imprimis præcipuâ in B.P.N. deuotione, ab homine amico & liberali, Apulis delatus eſt.

Depoſita Nigeoni, pietatis laude inſignis & clara Tertij Ordinis ſoror, Anna cognomento le Lieur, quæ vitæ ac mortis laudem non immeritò conſecuta eſt.

Pridie Non. April. IV.

Prouinciales Galli ſuum Ioannem cognomento Nicolai, vitæ innocentia & orationis ſtudio conſpicuum, qui hunc diem ſuo funere inſigniuit, celebrant.

Nonis April. V.

Eccleſiæ noſtræ Auallonenſis dedicatio.

Manceræ in Hiſpania natales Cœnobij, quod eo loco Caſtellanis obtigit, in hunc diem conſignati ſunt.

Octauo Idus April. VI.

Perpiniacenſis domus incunabula prima, quibus abundans virtutum operatio per B.P.N. merita ſe infudit, lætam de ſua origine ad hunc diem ſolemnitatem indicunt.

Albertus Belgarum Princeps, pius & liberalis proprio elogio dicendus, vltimum publicæ pietatis actum mente futuri præſaga & aperta, in fundamentis Bruxellenſis ædis noſtræ memoranda in perpetuum gratitudine defixit.

Lauretana Prouincia ex duabus Marchiæ nimirùm & Aprutij facta vnione coaluit.

Digitized by Google

VII. *Septimo Id. April.*

Ordinatio noſtri Ludouici cognomento Dony-d'Attichy in Epiſcopum Regienſem in Galliâ.

Albertus & Iſabella Belgarum Principes delata inædificandorum per omnes ſuas ditiones Cœnobiorum facultate plurimùm noſtris hominibus gratificati ſunt.

Obitus Caroli VIII. Regis noſtri Auguſtiſſimi & Pientiſſimi, qui B. P.N. in viris agentem præcipuo cultu veneratus, omni officio ſibi totique Regno eum deuenit. Sed & Carolum in ſpiritualis Inſtituteris ſui tertium, vt vocant, Ordinem conceſſiſſe antiqua traditio eſt.

VIII. *Sexto Id. April.*

Generalibus facta poteſtas indulgentiæ concedendæ, aliaque delata per Clementem VII. priuilegia, quibus eorum dignitati maior autoritas & honoris amplitudo conſtitit.

Hippolythus Card. Aldobrandinus Protector decretum aduerſus Renunciantes altioris gradus cauſa veiliter & ſanctè promulgauit.

IX. *Quinto Id. April.*

Eccleſiæ noſtræ Maſſilienſis dedicatio.

Apud Engoliſmam Auguſta Maria Medicæa Regum noſtrorum vxor & mater auſpicatum ædificando noſtrorum Cœnobio initium fecit.

X. *Quarto Id. April.*

Valleſiæ in Catalonia datus noſtris locus ad inhabitandum quem hoc primùm die adierunt, & aliquanto poſt ad xx. huius etiam menſis mutauerunt.

Verona vrbs Italię florentiſſima benigniſſimè ac beneficentiſſimè ſinum ſuum noſtris hominibus aperuit.

Obitus Nicolai cognomento Bouſmardi Epiſcopi Virdunenſis, atque noſtri ſua in vrbe fundatoris, qui Cathedrali ſuæ humilem ædiculam noſtram ad ſepulturam ſuam ſingulari amore præpoſuit.

XI. *Tertio Id. April.*

Felicibus auſpiciis apud Dieppam ad Catholicæ fidei conſeruationem & Chriſtianæ pietatis augmentum Galli noſtri conſtiterunt.

Obitus Michaëlis Angeli Card. Tonti Protectoris.

XII. *Pridie Id. April.*

Leo X. Pont. tertij Ordinis noſtri profeſſores, quam potuit ampliſſimâ dignitatis & honoris gratiâ exornauit.

XIII. *Idibus April.*

Horrendo facinoris genere B. Franciſcus P.N. Gallicorum liliorum tutelaris & patronus apud Deum non temerè creditus, ab hæreticis crematus eſt. Per ſummum ſcilicet nefas violato gentium iure omniq; humanitatis modo poſthabito effoſſum beati viri ſepulchrum, à quo venerabile corpus poſt tot annos incorruptum ac viuenti ſimile induto ad collum laqueo foras protractum & longo ſinuoſoque itinere ad primum domus atrium raptatum, incenſo rogo ac buſto, quod conciſis ex imagine Criſti à cruce pendentis lignis ſtructum erat, impoſitum, coràm immaniſſimis & ſceleratiſſimis hominibus (ſi homines dicendi ſunt) ferali crudelitate arſit & conſumptum eſt. Martyrium fuit, quod ſitienti olim animo præparatum deficientibus tamen tortoribus poſt mortem dilatum eſt.

Eodem momento & loco nonagenarius ſenex Euſtachius cognomento Aprilis, integritate morum & vitæ ſanctimoniâ venerandus atque multis in Ordine ſuo dignitatibus cum præcipuâ laude perfunctus, cum in nefarios homines incurriſſet totoque ore ac pectore inauditam impietatem deteſtaretur, ab iiſdem tam execrandæ rei autoribus in ſtratum ſilicem illiſus crudeliſſimè mactatus eſt. Poſt quem & alij qui ſanguinolentas truculentorum carnificum manus clanculò effugerant, perculſi tamen tanti facinoris atque illic editum

fuerat

fuerat indignitate non longo poſt hæc interuallo in pace quieuerunt.

In Italia Forum-Liuij homines noſtros dato quem inhabitarent loco perhumaniter excepit.

Decimo octauo Cal. Maij. XIV.

Nigeoni, optimus ſenex, & honoratiſſimus virtutum quibus inclareſcebat & dignitatum quas geſſerat merito, Guillelmus cognomento Leber, innocentem & immaculatum (vt creditur) ſpiritum Creatori reſtituit.

Exoldunenſes noſtri poſito primùm ædis ſuæ fundamento iucundam diem ab eo momento auſpicati ſunt.

Decimo ſeptimo Cal. Maij. XV.

In Gallia vir innocentia vitæ conſpicuus & ſuorum elogio ea de cauſa conſecratus Iacobus cognomento Ruet, ad hunc diem viſus eſt celebrandus.

Decimo ſexto Cal. Maij. XVI.

Romæ, Petrus cognomento Ruys, dictus à Viſitatione, vir eruditione ac pietate inſignis apud S. Andream de Frattis in vrbe, depoſitus eſt.

Decimo quinto Cal. Maij. XVII.

In agro Cœnomanorum & pago Siligniaco ædes ſibi oblatas nunc primum Turonenſes noſtri ſubierunt ſuoq; incolas & accolas contubernio non parùm recrearunt.

Decimo quarto Cal. Maij. XVIII.

Engoliſmenſis Eccleſiæ noſtræ dedicatio.

Carolus VIII. Rex noſtrorum amantiſſimus, omnia quæ Romani Pontifices hominibus noſtris fecerant priuilegia, per vniuerſas ditiones ſuas valere voluit & mandauit.

Decimo tertio Cal. Maij. XIX.

Belgæ noſtri antiquam apud Gerardimontium ædem ſingulari beneuolentia delatam pari animi gratitudine nunc primùm adierunt.

Virduni pientiſſima fœmina Tertiaria Clara cognomine Horgnia in Chriſto quieuit.

Duodecimo Cal. Maij. XX.

Segobiam Hiſpani noſtri venerunt atque inædificatum Cœnobium nunc primùm rebus ſuis acceſſiſſe memori animo gratulantur.

Itali apud Firmum conſtiterunt, & ſedem fixerunt in ea vrbe quam vt commodam & peropportunam ad ampliorem progreſſum expetiuerant.

Vndecimo Cal. Maij. XXI.

Neapoli beatus ad Deum tranſitus ſecundi Franciſci à Paula, in quo ſe diuinæ gratiæ exuberantia tanta manifeſtauit, vt beato parenti ſuppar in omni virtutum exercitatione ac mirabilium etiam operatione non immeritò habeatur.

Decimo Cal. Maij. XXII.

Natales ſuos ad hunc diem Exoldunenſis Conuentus quo Prouincia Turonenſis adaucta eſt hilariter commemorat.

Nono Cal. Maij. XXIII.

Briennæ in Campania Gallica S. Georgij tutelaris & patroni.

Apud Hiſpanos venerationem habet memoria Ioannis cognomento Caro, viri Apoſtolici & prædicationis gratia, ſpiritus feruore, religioſiſque virtutibus ac diuinis muneribus conſpicui.

Octauo Cal. Maij. XXIV.

Aduentus B. Franciſci P. N. Cæſarodunum, quo die nullum ſibi iucundiorem & gratiorem in vita illuxiſſe Rex noſter Ludouicus XI. poſtmodum prædicabat, & quidem ille cum omni Aula in occurſum beati viri progreſſus peramanter & hilariter eum complexus, omnique demùm gratia & honore proſequutus eſt.

Digitized by Google

Caſtelliarum Conuentus in Cœnomanorum agro Laualliorum procerum donatione noſtris ceſſit ad hunc diem.

Ædis Andegauenſis iacta fundamenta memorabili prouentu Turonenſes quibus accreuit diſtenderunt.

Leodienſes ſui Cœnobij natales in eundem hunc diem conferunt.

Panormi in Sicilia, pœnitentis & auſteræ vitæ exemplo mirabilis, cœleſtibus etiam donis illuſtris & clara virgo Elizabetha cognomento Criſpo, non meritorum minùs quàm ætatis plena, ipſi iuncta creditur in cœlis quem in terris poſita tota deuotione dilexit

XXV. *Septimo Cal. Maij.*

Papiæ S. Marci tutelaris & patroni.

Eccleſiæ Niuernenſis dedicatio.

Cazalium Lombarienſis diœceſis pagum Aquitani nunc primùm incolere cœperunt excultis ædibus quas illi Ducalis magnificentia comparauerat.

Toloſæ depoſita eſt rari exempli fœmina tertium Ordinem noſtrum profeſſa, Anna, cognomento de Treſbons, quod ſibi pignus Aquitani gratulantur.

XXVI. *Sexto Cal. Maij.*

Eccleſiæ Sueſſionenſis dedicatio.

XXVII. *Quinto Cal. Maij.*

Mantuanæ Eccleſiæ dedicatio.

XXVIII. *Quarto Cal. Maij.*

Antonius Riccardus apud Lugdunenſes viuendi finem fecit, qui nunquam fecerat verbi Dei prædicandi per turbulentiſſima factionibus hæreticorum tempora, quos ille ardenti Zelo nunquam non infectatus eſt, fidei ſanè ac religionis excelſo præconio ſemper celebrandus erit qui ſe in cauſa Dei nunquam non imperterritum præſtitit.

XXIX. *Tertio Cal. Maij.*

Sparnacum agri Rhemenſis vrbem noſtrorum deducta familia, traditam ſibi ſpartam ab hoc die non ceſſauit excolere.

Apud Hiſpanos noſter Didacus cognomento Ortiz, in omni virtutum genere ac modo exercitatiſſimus vir, ac ſpiritualis vitæ magiſterio excellens, in Crucis amplexu feliciter expirauit.

XXX. *Pridie Cal. Maij.*

Apud Siculos celebris habetur memoria Ioannis cognomento Muuari, admirandæ humilitatis & continentiæ viri, cui vna martyrij laurea creditur defuiſſe.

MAIVS.

I. *Calendis Maij.*

SCaletæ in Sicilia, SS. Philippi & Iacobi tutelarium ac patronorum.

Romæ Canonizatio B. P. N. Franciſci, qua non altera vnquam ſolemnior, eius tamen feſtiuitas quarto tantum Nonas huius menſis peragitur.

Regula quam ſecundò B. Franciſcus P. N. edidit Apoſtolicæ confirmationis munimine roborata eſt.

II. *Sexto Non. Maij.*

Panormi, Angelus, cognominatus à Sorrino, eximiæ puritatis gratia transformatus in Angelum quem nomine præferebat, terram cœlo commutaſſe ſpiritu à corporali compage ſoluto non temerè creditur.

III. *Quinto Non. Maij.*

In Cruce Domini gloriantur, noſtri apud Ferrariam Agrigentum & Victoriacum

Digitized by Google

riacum Conuentus, qui ſub eius titulo compoſiti ſunt.

Ferrarienſis quinetiam Cœnobij natales ab eadem Cruce Domini efflore-ſcunt, quos in hunc diem incidiſſe nulla obliterabit obliuio, dum ad ſui tituli memoriam adhærebunt.

Quarto Non. Maij. IV.

Feſtiuitas Canonizationis B. P. N. ſolemni officio percolitur.

Sixtus IV. Pont. Opt. Max. magnificentiſſimam toti Ordini exemptionem Apoſtolicis litteris elargitus eſt.

Crotoni hominum noſtrorum Conuentus inſtitutus originem ſuam ab hac die repetit.

Mantuani Cœnobij natales eiuſdem huius diei prærogatiua gloriantur.

Leodienſes ædem ſuam poſitis primùm fundamentis cum gaudio perficien-dam auſpicati ſunt.

Tertio Non. Maij. V.

Hunc ſibi diem vendicat natalitiumque habet Conuentus apud Rothoma-gum, clarum tota Europa emporium, in quo tantò fuit noſtrorum optabilior ſedes quantò fructus diſciplinæ, quam profitentur poteſt inde longiùs proma-nare.

Pridie Non. Maij. VI.

Paulæ in Generali Conuentu magna votorum conſenſione inſignis Theo-logus & nunquam pro dignitate ac merito laudandus vir, Gaſpar Ricciullus à Foſſo primus poſt B. P. N. Italus Generalis electus eſt.

Algerij in Africa, vir pius & in charitate radicatus & fundatus, Guillelmus, cognomento Serreux, interceptus per mare à piratis dum ſub obedientiâ na-uigat, quòd defecturum à fide hominem ſuis hortationibus ad bonam mentem reuocaſſet palo transfixus & in rogum accenſum deiectus, ex quo aliquandiu de palo viuus perſtitiſſet, inſigni martyrio defunctus eſt.

Nonis Maij. VII.

Valentiæ in Hiſpania Ioannes cognomento Iudas Gallus Ambianenſis, ab-ſens, in totius Ordinis Antiſtitem communibus ſuffragatorum votis electus eſt.

Octauo Idus Maij. VIII.

Gratianopoli Generalis ex Ordine Conuentus agebatur in quo deſidera-tiſſimus & amabiliſſimus homo Deſiderius cognomento à Mota, in Ordinis ca-put ac moderatorem ſingulari delectu optatus eſt.

Caſtallæ Cœnobium in Hiſpania expetito prouentu ad aliorum canonem ac-ceſſit.

Duacenſes ciues aſpirante S. Michaële qui propterea in vota vocatus fuerat, noſtros ciuitatis iure optabili beneficio condonarunt.

Septimo Idus Maij. IX.

Apud Genuam celebratum ex Ordine vniuerſo Capitulum in quo conſen-tientibus ſuffragiis vir digniſſimus Franciſcus cognomento Bellamera Gene-ralis Correctoris officio & dignitate ornatus eſt.

Virdum ſtationem ab hoc die noſtri habuerunt, cui excolendæ & firmandæ multam & longam operam impenderunt.

Albam-terram vocati Aquitani, comparatas ſibi ædes Dominorum libera-litate hoc demùm die intrauerunt.

Sexto Idus Maij. X.

Apud Anconitanos noſtros eleuatio S. Primiani.

Nigeonenſis Eccleſia & Clauſtrum luſtrali aqua ſanctificata ſunt.

Apud Malacam percelebre Hiſpanorum emporium, manſuetudinis & inte-gritatis laude clariſſimus Ioannes cognomento Sutoris, totius Ordinis Anti-ſtes in Generali quod vocant Capitulo meritò renunciatus eſt.

Quinto Idus Maij. XI.

Genuæ in Conuentu Generali homo magni meriti & inexhauſtæ diligentiæ

Hugo cognomẽnto de Calce consentientibus omnium votis vniuersum Ordinem regendum accepit.

XII. *Quarto Idus Maij.*

Heluetios constituto apud Rotundum-montem Cœnobio nostri Sequano-Burgundi penetrarunt, vbi magno eius gentis bono Catholicæ fidei docendæ munus strenuè peragunt.

XIII. *Tertio Idus Maij.*

Cæsarianæ, quam hodiè Xeram dicunt, Hispani nostri præcipuo incolarum studio accepti sunt.

In arce Blauiensi datus nostris locus ad inhabitandum, vt peruigili præsidio salutaris statio iuncta consisteret.

XIV. *Pridie Idus Maij.*

Aletium in Apulia frequens municipium alendos sibi homines nostros insigni beneficentia procurauit.

Lugdunensis Cœnobij collocata fundamenta memorabilem hunc diem posteris effecerunt.

Trinæ diuersis temporibus & locis Generalium electiones celebratæ sunt, Martialis de Vicinis Romæ, Hieronymi Arnoni Fori-Iulij, Francisci à Maida itidem Romæ, vnde multiplicata huius diei lætitia per Ordinem circumfertur.

XV. *Idibus Maij.*

Valentiæ in Hispania, Ioannes cognomento de Malras, vir eruditus, rerum vsu consummatus, animi pietate præstantissimus, in Generalis amplitudmis gradum vniuersis applaudentibus subleuatus est.

XVI. *Decimo septimo Cal. Iunij.*

Montensis in Hannonia Cœnobij natales in hunc diem veniunt conferendi, vt hoc suum incrementum ex singulari temporis notâ melius Belgæ recognoscant.

XVII. *Decimo sexto Cal. Iunij.*

Apud Pisanos nostros S. Torpetis martyris, cuius ædes se incolere sancto & grato animo debent meminisse.

Nigeoni, tertiò ad supremam Ordinis dignitatem noster Franciscus cognomento Binetus, inuitus quidem ac repugnans, suis autem vltrò expoſcentibus cum singulari commendatione reuocatus est.

Romæ secundò electus in Generalem insignis ille noster Marcellus cognomento Palmerius, quem sui Ordinis decus & ornamentum possumus prædicare.

Romæ, Gregorius cognomento Carbonellus, dictus à Paula, postmodum Neocæsariensis Episcopus, adhuc penè adolescens in Generalem electus est.

XVIII. *Decimo quinto Cal. Iunij.*

Ædes B. Rocho sacra propè Tolosam tradita nostris ad hunc diem, quam illi deinceps tam operosè adornarunt, vt amplior Deo cultus, maior sibi ad secessum opportunitas, constiterit.

Conilij Cœnobium Hispalensibus etiam cessit hoc eodem die; Xabeæ autem Valentinis; Fontium denique Arragoniis, adeò nulla Hispanis felicior & fœcundior dies videtur obtigisse.

Clemens VII. Pont. Officium proprium B. P. N. die festo eius recitandum concessit.

XIX. *Decimo quarto Cal. Iun.*

Fori-Iulij in Prouincia, Simon cognomento Guichardus, vir doctrina, prudentia & sanctitate clarissimus, optabili successu in totius Ordinis Antistitem electus est.

XX. *Decimo tertio Cal. Iun.*

Regula quam tertiò B. P. Franciscus edidit Apostolicæ sedis iudicio & auctoritate

toritate confirmata est.

Genuæ in Generali Capitulo Valentinus dictus à Massa, vir grauissimus & religiosissimus ad vniuersi Ordinis regimen singulari delectu adhibitus est.

Duodecimo Cal. Iun. XXI.

Romæ celebrata Generalis electio, in virum sanctissimum, Francisçum, cognomento Cerdonium, Deo inspirante feliciter cecidit.

Auarici Biturigum Turonenses nostri ciuium humanitatem & liberalitatem experti sunt, qui eos ciuitate simul & hospitio ad hunc diem acceperunt.

Vndecimo Cal. Iun. XXII.

Tornaci ad Pyrenæos datas sibi ab nobili Toparcha ædes Aquitani nostri adierunt, earumque in possessionem ab hoc die missi sunt.

Massiliæ celebrato Generali Conuentu suffragiorum prærogatiuam tulit insignis doctrina, pietate, mansuetudine vir Didacus Arias, cognomento de Valcarcel, qui Ordinem magna cum laude gubernauit, suisque postmodum moriens imitandum paupertatis exemplum reliquit.

Calesij apud vltimos hominum Morinos ciuitatis & hospitij gratiam Galli nostri summâ pet omnes Ordines beneuolentiæ significatione acceperunt.

Decimo Cal. Iun. XXIII.

Galli Cœnomani, Turonenses nostros primariæ vrbis suæ colonos plebiscito decreuerunt, & nunc primùm in ciuitatem acceptos omni officio prosequuti sunt.

Nono Cal. Iun. XXIV.

Carnotensis Ecclesiæ dedicatio.

Apud Tropæam in Calabria Crucis trophæum homines nostri, præeunte viro sancto ex suis, gloriosè inuexerunt.

Hispani Archidonam ingressi sunt, & institutâ suorum familiâ incolas ad maiora Christianæ pietatis studia religiosæ vitæ exemplo excitauerunt.

Siculis nostris portas suas antiqua Syracusarum ciuitas non inuita reclusit, & habitandi copiam non sine suo postmodùm fructu gratiosa contulit.

Octauo Cal. Iun. XXV.

Tolosæ, noster Franciscus cognomento Binetus, ob præclaras animi dotes & eximiam gubernandi gratiam, à suis in Generali Conuentu secundò ad Generalatum summo studio postulatus & adhibitus est.

Valentiæ in Hispania celebris Iurium interpres & homo elegans Gaspar cognomento Passarellus, toti Ordini præfectus est.

Lauduni raræ pietatis, exempli & eruditionis homo Ludouicus cognomento Frizon, cum ingenti suorum luctu, Exterorum mœrore supremũ diem obiit, non est tamen lugendus is, quem mors ad meliora traduxit.

Septimo Cal. Iun. XXVI.

Valentiæ in Hispania illustris ille ac clarissimus Gaspar, cognomento Ricciullus dictus à Fosso, præcellentis virtutis merito, absens & Paulæ priuatim agens, secundò, in supremam sui Ordinis dignitatem mira suffragatorum consensione subleuatus est.

Barcinonæ in Hispania considentibus ex Ordine vniuerso Patribus, non desiderato cuiusquam voto, certa reuelatione ad id antea designatus (quod ad omnem laudem satis est) Petrus cognomento Hebert in Generalem assumptus est.

Hispanis Burgorum Conuentus accessit, cuius prouentu lætabundi etiam cum gaudio anniuersariam memoriam celebrant.

Apud Bellum montem propè Cæsarodunum nostri Franciscí Bellameræ obitus fastis ad hunc diem inscriptus habetur, eique officio ecclesiastico parentatur.

Sexto Cal. Iun. XXVII.

Abbatisuillensis Ecclesiæ nostræ dedicatio.

S. Franciſcus P. N. in patronum ac tutelarem à Neapolitanis delectus magna celebritate ad hunc diem ſuſceptus eſt. Eam certè feſtiuitatem anniuerſaria memoria recoli conuenit, quod noſtri apud Neapolim ſtudioſè fecerunt & faciunt.

XXVIII. *Quinto Cal. Iunij.*

In Sicilia celebris habetur ingenuus adoleſcens noſter Philippus, cognomento la Via, dictus à Nicoſia, qui ætatem tanta diuinæ gratiæ exuberantia tantoque multiplicium virtutum exemplo præuertit, vt etiam apud populares Sancti fratris nomen inuenerit.

XXIX. *Quarto Cal. Iunij.*

Genuæ celebrata Generalis electio in merituſſimum hominem incidit Stephanum cognomento Augerium, qui poſt tres annos in Viſitatione Hiſpaniæ mortalibus exemptus eſt.

Vrbanus Papa VII. nouam eligendi Generalis in causâ mortis, formata, quæ in Generali Couentu comprobata fuit ſub hoc die promulgauit.

XXX. *Tertio Cal. Iunij.*

Bononiæ in Italia congregato Generali Conuentu, cooptatus in totius Ordinis Antiſtitem præcellens eruditione ac vitæ integritate vir Bernardus cognomento Faber, ſeu de Fabro, qui Ordinem placidè ac ſuauiter adminiſtrauit.

XXXI. *Pridie Cal. Iunij.*

Auinioni celebratâ Generalis electione, ad eam dignitatem omnium deſideratiſſimus & digniſſimus Hieronymus, cognomento Durand, vniuerſis adplaudentibus meritiſſimè ſublatus eſt.

Fori-Iulij in Gallia doctiſſimus & elegantiſſimus homo, Ioannes dictus à Flumine-frigido ſuffragiorum prærogatiuam ad Generalatum promeruit.

In Hiſpania memorabile infirmitatis humanæ exemplum, mirabile diuinæ gratiæ documentum, in ſimplici ſtudioſo & pio homine, Philippo, cui cognomen de Canſeco, propoſitum eſt, qui miſeram vt videbatur vitam, & ſanè miſerabilem infirmitatem prærogata cœleſti dignatione in beatam & inconcuſſam æternitatem commutauit.

Apud Caſertam dedicatio Eccleſiæ noſtræ Dominica prima huius menſis agitur, & magno concurſu frequentatur.

IVNIVS.

I. *Calendis Iunij.*

APud Neapolim tribus anterioribus Cœnobiis quartum acceſſit, ſingulari benignitate viri pij & amici, qui vltrò illud detulit.

Nigeoni depoſitus ad futuram corporum reſurrectionem inſignis autoritate, doctrinâ & pietate vir, Petrus cognomento Nodæus, cuius memoria eſt in veneratione.

II. *Quarto Nonas Iunij.*

Lugduni Ordinatio noſtri Antonij cognomento de Boulogne, in Epiſcopum Dinienſem in Prouinciâ.

Cæſaroduni Turonum, vir ſanctus & inexhauſti laboris atque induſtriæ Germanus cognomento Lionetus, ſecundus poſt B. P. N. vniuerſi Ordinis Antiſtes electus eſt.

Genuæ in Capitulo Generali, præpoſitus Ordini vniuerſo Petrus cognomento de Mena, vir integer & labis purus atque in regendo mirè manſuetus, qui apud Hiſpanos ſuos ampliori virtutum gloria inclaruit.

Valentinis Ondaræ Conuentus optabili ſucceſſu hunc ſuæ originis diem commendauit, & in faſtos eorum intulit.

Tertio

Digitized by Google

Tertio Non. Iun. III.

Peronensis Ecclesiæ nostræ dedicatio.

Hispalenses Cœnobio apud Arahalium adaucti sunt, cuius hoc ipso die possessionem inierunt.

Romæ, in frequentibus ac celeberrimis ex Ordine vniuerso Comitiis, viâ Spiritus sancti & non obscurâ eiusdem designatione, sublectus in Antistitem ipsius Ordinis, nunquam vt dignum est laudandus vir, Ægidius, cognomento Camartus, qui non multò post expectationem de se concitatam intercurrente morte destituit.

Fanum, in Italia, Spiritus Sanctus, nostris, qui sub eius titulo militant, ad hunc diem conciliauit.

Nonis Iun. IV.

Alteram apud Heluerios stationem (Stauaieri cognominant) ab hoc die Sequano-Burgundi habuerunt, vbi & fidei docendæ munus acceperunt quod studiosè præstant.

Obitus Lucæ Antonij Card. Virilis, cuius nomen ad laudationem sufficit, & ipse quidem tanto affectu Ordinem nostrum complexus est, vt nemo quidem potuerit separare, aut nos morte crudeliores debuerimus, vt eius memoria nobis post mortem excideret permittere.

Octauo Id. Iun. V.

Valentiæ in Hispania, generis & animi nobilitate præstantissimus vir, Isidorus, cognomento Samblasius, in totius Ordinis Antistitem electus & promotus est.

Septimo Id. Iun. VI.

Lugduni depositus noster Andreas, cognomento le Baird, insignis & emeritus Theologiæ professor, non solùm ingenio florentissimus, sed etiam pietate ac rerum diuinarum sensu & experientia præcellens in paucis, quod eius memoriam æternitati non frustrâ consecrabit.

Sexto Id. Iun. VII.

Messanensis Cœnobij natales apud Siculos ad hunc diem celebrantur, cuius tanto iucundior prouentus, quantò per eam Insulam nullum aliud est quod non multis nominibus antecedat.

Quinto Id. Iun. VIII.

Genuenses, nostri apud Spetiam Cœnobij primam originem ad hunc diem in suis fastis annotant, quo scilicet primùm noua in illud familia commigrauit.

Quarto Id. Iun. IX.

Panormi, S. Oliuæ ciuium atque nostrorum tutelaris & patronæ.

Apud Castrum-Eraldi sub trophæo Iesu & Mariæ B.P.N. volente, laudante, Cœnobium erectum est.

Natales suos Fublini Conuentus ab hoc die repetit.

Tertio Id. Iun. X.

Mutinæ, S. Barnabæ tutelaris & patroni.

Plessiaci propè Turones consecratio Cappellæ, B.P.N. dicatæ eo loco quem priùs in secessum ac domicilium sibi delegerat.

Iliturgi prima Monialium quæ illic degunt institutio.

Nigeoni, vir sanctus & magnâ eminentioris perfectionis laude coronatus Franciscus, cognomento à S. Vedasto corpore dissolutus cœpit esse (vt fides est) cum Christo.

Arbosij constitutum ab hoc die Cœnobium lato ac felici prouentu Burgundiam dilatauit.

Pridie Id. Iun. XI.

Mylis apud Siculos sanctæ vitæ fœmina Pelagia, cognomento Leonti, etiam beati (vt plura persuadent) funeris gratiâ eam Insulam hominésque nostros memoriæ suæ deuotos esse fecit.

Apud Prouinciales raræ pietatis & bonitatis homo Anselmus, cognomento

Digitized by Google

Paris, vitæ periodum ſancto vt creditur fine abſoluit.

Idibus Iun.

XIII. Nanneti, atque Arimini, S. Antonij à Padua tutelaris & patroni.

Siculi Calatam-Heronis immigrarunt & inædificato Cœnobio incolas, accolaſque beauerunt.

Decimo octauo Cal. Iul.

XIV. Dieppæ, vir animi magnitudine præſtans & vtraque Theologia inſignis Claudius, cognomento Sarracenus funeſto caſu, ſed diuinæ prouidentiæ clariſſima teſtificatione mirando, animam cœlo reſtituit.

Decimo ſeptimo Cal. Iul.

XV. Panormi, Reparata à Paula ſanctimonialis virgo, magnarum virtutum gratia, & diuinorum munerum gloria, mirabilis, exitu mirabiliori ſuæ beatitudinis opinionem confirmauit.

Barbara, cognomento Minneſi, eodem loco non diſpari vitæ exemplo effulſit & conſimili fine ad beatæ perennitatis gloriam (vt creditur) peruenit.

In Calabria Cœnobium apud Samblaſium, de ſuis ad hunc diem natalibus exultat.

Apud Rodumnam, ſeu Roannam initium cœpit hominum noſtrorum Conuentus, qui hoc ſuo natalitio æternum gloriabitur.

Clemens VIII. gratioſis Apoſtolicis litteris omnia Ordinis priuilegia confirmauit.

Decimo ſexto Cal. Iul.

XVI. Eccleſiæ noſtræ apud Nanceium dedicatio.

Decimo quinto Cal. Iul.

XVII. Natalitius hic dies Mutinenſis Cœnobij magna cum iucunditate Italis aſpirauit.

Obitus pientiſſ. Tertiariæ Catharinæ cognomento Pſeaume, apud Virdunenſes noſtros ſepultæ.

Decimo quarto Cal. Iul.

XVIII. Aquitani apud Planiacum conſtiterunt, deductaque familia ruſticanum locum in terreſtrem paradiſum conuerterunt.

Decimo tertio Cal. Iul.

XIX. Maſſiliæ, vir animo & conditione ſimplex Oblatum profeſſus orationis ſanctæ gratia inſignis & virtutum mirabiliumque operatione ſuſpiciendus Iacobus cognomento Martinot, ad cœleſtis retributionis præmium euaſit, qua ſuos opinione non parùm conſolatos reliquit.

Roiam inducti noſtri viri potentis & nobilis beneficio; & primæ inſtitutionis ſuæ & beneficentiſſimæ largitionis memoriam in perpetuum ad hunc diem recolent.

Duodecimo Cal. Iul.

XX. Meſſanæ apud Moniales, atque Galiani, S. Eliæ tutelaris ac patroni.

Drepani apud Siculos Vitus cognomento Græcus, cœleſti puritate, flagrantiſſima charitate ac gratuitis muneribus conſpicuus, magno ſanctitatis odore totam illam Inſulam reſperſit, & apud ſuos ſingularem venerationem promeruit.

Votum Ioannis Comitis Naſſauij principis Catholici & piiſſimi, cuius per merita B.P.N. compos factus eſt impetrata prole, Belgis noſtris ad ampliorem progreſſum viam parefecit, quod ſolent ad hũc diem grato animo pertractare.

Vndecimo Cal. Iul.

XXI. Apud Hiſpanos celebris habetur memoria Hernandi cognomento Calui, qui magnis virtutibus ac dotibus refulſit.

Decimo Cal. Iul.

XXII. Genuæ, beatus adoleſcens Thomas, cognomento Strata, ſanctæ propaginis gloriam vitæ inculpatæ ac puriſſimæ, mortiſq; iucundiſſimæ gratiâ coronauit.

Lugduni,

Digitized by Google

Lugduni, magno ſuorum per vniuerſum Ordinem mœrore, inſignis Theologus, & mirificus verbi diuini præco, ſed euangelica perfectione multò ſublimior, omniumque virtutum ac gratiarum concentu verè amabilis, Ioannes cognomento Sauuage, vegeta & conſtanti adhuc ætate occubuit.

Nono Cal. Iul. XXIII.

Caſtri-villaris Cœnobium ſuo prouentu Italos ad hunc diem lætificauit.

Belgæ Bruxellam, infami loco in auguſtiſſimum ſacrarium conuerſo, ad omnium proborum conſolationem, ſanctificauerunt.

Octauo Cal. Iul. XXIV.

Parmæ, Brixiæ, Nanceij, Tolonij, San-Chamondi, Comi, Alexandriæ apud noſtros S. Ioannis Baptiſtæ tutelaris & patroni.

In Hiſpania, Ioannes cognomento Romero, monaſticæ vitæ laude ac vitæ integritate præcellens, de patroni conſortio gauiſurus ad Dominũ migrauit.

Cæſarodunenſis, ſeu Turonenſis Conuentus natales, huius diei iucunditatem, & lætitiam natalitij quod Orbem penè vniuerſum exhilarat congeminauerunt.

Inſulani apud Belgas Cœnobij exordium ad huius etiam diei celebritatem amplificandam pertinuit.

Vlyſſiponem Hiſpani proſpero euentu (ſicut audio) conceſſerunt.

Septimo Cal. Iul. XXV.

Panormi, Febronia cognomento à Monte-leonis, virgo ſanctimonialis vitæ puritate aſſiduoque orationis ſtudio ac pœnitentiæ zelo admiranda naturæ conceſſit, & ad æternitatis (vt fides eſt) brauium pertigit.

Sexto Cal. Iul. XXVI.

Lugduni depoſitio noſtri Rolandi cognomento Guichard, viri ſtrenui & magnanimi, qui multa paſſus pro ſui Ordinis bono & incremento multiſq; officiis ac dignitatibus gloriosè perfunctus, ingenti partâ ob virtutes & cœleſtes gratias famâ in ſenectute bona quieuit.

Infinitus penè omnium Ordinum concurſus ad B.P.N. memoriam Neapoli, à Sancta Sede Apoſtolica promeruit, vt celebris peccatorum condonatio per ferias ſextas adeuntibus fieret.

Quinto Cal. Iul. XXVII.

Aquitani nunquam non grato animo proſequentur memoriam ſui noſtrique Ioannis cognomento Ropitel, qui Hæreticorum flagellum dici meruit, tantoque religionis ac fidei ardore ſuccenſus fuit, vt eruditione ſimul ac ſanctitate vitæ improbis & Segregibus terrori, bonis autem admirationi eſſet.

Quarto Cal. Iul. XXVIII.

Apoſtolica priuilegia quæ Romani Pontifices hominibus noſtris fecerunt, ſingulari diplomate ab Vrbano VIII. confirmata ſunt.

Tertio Cal. Iul. XXIX.

Eboli, Fublini, Compendij, Firmi, Caluimontij, Caleſij & Deciſæ, S. Petri tutelaris & patroni.

In Hiſpania, Salmanticenſis Conuentus & Collegij prima inſtitutio maiorem huic diei celebritatem conciliauit.

In Italia, noſtrum apud Anconam ſodalitium natales ſuos ad Apoſtolicos gloriatur acceſſiſſe.

Pridie Cal. Iul. XXX.

Debellatæ in Gallia hæreſis monumentum, æternæ Regis noſtri victoriæ trophæum in primario lapide Conuentus noſtri, propè Rupellam perfidiæ & rebellionis arcem, reſonante Apoſtolico præconio dedicatum eſt.

Obitus Venerabilis & piiſſimi Viri Ioannis cognomento Grojan Tertiarij, qui Metis apud noſtros ſepultus eſt.

Die ſancto Pentecoſtes, Peruſij, Fani, Burgetti, Aureliæ, Spiritus Sancti ſolemnitas agitur, cuius ſe noſtri per ea loca ſingulari patrocinio commiſerunt.

DOMINICA in Octaua Penrecostes, Spetiani, Coriliani, Romæ, Gemi, Placentiæ, Hieracij, Sertæ, Monfortij, Sanctiſſimæ Trinitatis, cuius ſub vexilio militant, qui præfatis in locis commorantur.

IVLIVS.

I. *Calendis Iulij.*

PIctauij B. Mariæ Virgini à Miraculis cognominatæ ſodalitium inſtitutum eſt.

S. Trinitatis ædes noſtra in vrbe liberaliſſima Indulgentiarum erogatione à Leone X. Pont. perornata eſt.

II. *Sexto Non. Iul.*

Aquis-Sextiis in Prouincia B. Mariæ Virginis ab acceſſu, ſeu de Sede, aut etiam de Laſſis, cui ad hunc diem ſpecialis feſtiuitas peragitur.

Aſtygi etiam Viſitationis beatæ Mariæ Virginis memoria ſolemniter celebratur.

Maſſæ, SS. Proceſſi & Martiniani patronorum.

III. *Quinto Non. Iul.*

Cœnobij Caſtellanenſis in Apulia natales, hunc ſibi diem non immeritò vindicabunt.

IV. *Quarto Non. Iul.*

Apud Aquitanos memoria noſtri Arnaldi, cognomento la Mazere, quem illi non obſcura ſanctitatis opinione venerabilem habent & magno ſtudio colendum ſibi proponunt.

V. *Tertio Non. Iul.*

Pleſſiaci ad Cæſarodunum Eleuatio Sepulchri B. Franciſci P. N.

Cirellæ, Calabri ab hoc die conſtiterunt.

Gregorius XIV. Pont. omnia per Deceſſores facta priuilegia in ampliſſima forma & gratioſiſſima confirmauit.

VI. *Pridie Non. Iul.*

Nigeoni depoſitio venerandi & optimi ſenis Ioannis cognomento Sutoris, quo non alter toties Franciæ Prouinciam rexit, vt qui planè admirandæ ſanctitatis fuerit eoque nomine à poſteris prædicetur.

VII. *Nonis Iul.*

B. Franciſcus P. N. ſexto poſt mortem anno ad hunc diem in Beatos relatus eſt, eique decreti diuini honores qui necdum ſolemniter vindicatis, ſiue (vt loquuntur) canonizatis deferuntur.

Matriti, apud noſtros S. Firmini Pompeiopolitani Epiſcopi.

VIII. *Octauo Id. Iul.*

Sammieli apud Lotharingos, S. Theobaldi Abbatis & noſtri Conuentûs tutelaris & patroni.

Rhedonenſis Cœnobij prima origo ab hac die reperitur.

Dieppenſes poſito ædis ſuæ fundamento non defuturi poſthac incrementi ſpe lætificati ſunt.

IX. *Septimo Id. Iul.*

Aquitani debita in veneratione habent ſuum noſtrumque Iacobum cognomento l'Eſperuier, qui B. P. N. contubernio ad præcellentem vitæ perfectionem eruditus magnis & ſolidis virtutibus inclaruit. Videtur obiiſſe Romæ.

X. *Sexto Id. Iul.*

Eccleſiæ noſtræ apud Bomerias dedicatio.

Natales

Digitized by Google

Natales Cœnobiorum. Rupellæ seu Roccellæ in Italia, Peronæ in Gallia, Viuarij seu Viueli in Hispania, qui lætitiam iucunditatemque huius diei per omnes quibus constat Ordo nationes distenderunt.

Clementis VII. Pont. in homines nostros gratia, facto de liberandis à purgatorio animabus insigni cumprimis ac memorabili priuilgio, ab hac die amplius innotuit.

Quinto Id. Iul. XI.

Apud Montem-leonis datus nostris locus ad inhabitandum, quem ab hoc die cœperunt incolere ac demceps excolere non destiterunt.

Ambiani plurium altarium memoranda consecratio.

Quarto Id. Iul. XII.

Catanæ & Pistorij S. Onuphrij tutelaris & patroni.

Sammathani apud Aquitanos, prima Cœnobij quod inibi extat origo ad hunc diem recolitur.

Perusij domicilium Itali acceperunt, suiq; in eo sodalitij institutionem hoc etiam die celebrant.

Tertio Id. Iul. XIII.

Ecclesiæ Nigeonensis dedicatio.

Iudicium Pauli V. Pont. quo solis Gallis Conuentûs Sanctissimæ Trinitatis in vrbe inhabitatio defertur & confirmatur.

Pridie Id. Iul. XIV.

Valentiæ in Hispania beatus ad Deum transitus claræ & celebris memoriæ nostri Gasparis cognomento de Bono, quem Deus in vita & post mortem, ex verbo & sensu prophetico, mirificauit.

Idibus Iulij. XV.

Ligures suum nostrumque Iacobum cognomento Venturam, sanctæ conuersationis gratiâ, & omnium quibus innotuit benedictione coronatum ad Dominum transmiserunt.

Decimo septimo Cal. Aug. XVI.

Hispania suum extulit Hieronymum cognomento de Molina, qui se humilians ex verbo Euangelico meruit vt exaltaretur.

Decimo sexto Cal. Aug. XVII.

Moniales in Gallia primùm sunt ab hac die institutæ & sub sanctissimis Iesu Mariæ nominibus apud Abbatisuillam consecratæ.

Decimo quinto Cal. Aug. XVIII.

In Hispania Complutensis Cœnobij natales festiuis gaudiis annuatim veniunt peragendi.

Albingauni in Liguriâ nostri cœperunt ab hac die agere, suoq; contubernio ad salutem populorum proficere.

Decimo quarto Cal. Aug. XIX.

Cordubæ apud nostros SS. Martyrum, qui plurimi, eo loco quem inhabitant, pro Christo sub persecutione Arabica passi sunt.

Decimo tertio Cal. Aug. XX.

Stauaieri apud Heluetios & Genuæ in suburbio Maratio S. Margaritæ tutelaris & patronæ.

Duodecimo Cal. Aug. XXI.

In Sicilia Cœnobij apud Linguam grossam exordium magna festiuitate constitit.

Pistorienſis Conuentûs accessione Thuscíæ Prouincia gauisa est.

Vndecimo Cal. Aug. XXII.

Peronæ, Gerundæ, Calniaci & Ostunij S. Mariæ Magdalenes tutelaris & patronæ.

Bononiæ in Generali Capitulo vir grauissimus & non minoris famæ apud

Digitized by Google

Exteros, quàm autoritatis apud ſuos Marcellus cognomento Palmerius, in totius Ordinis Antiſtitem electus eſt.

Caſtrinoui Cœnobium in agro Engoliſmenſi ceſſit Turonenſibus, qui ab hac die in illud immigrarunt.

XXIII. *Decimo Cal. Aug.*

Leo X. Pont. Opt. Max. de vindicandis noſtrorum priuilegiis grauiſſimè ac luculentiſſimè reſcripſit.

XXIV. *Nono Cal. Aug.*

Natali Conuentûs apud Tarentum, hic dies lætior procedit.

Benedictus & Sanctus cognomento à Panormo, raræ indolis adoleſcens, vtroque ſuo nomine gratiam prætulit, quam apud homines & Deum conſecutus eſt.

XXV. *Octauo Cal. Aug.*

Apud Montem-Gaugerici & Semurium S. Iacobi tutelaris & patroni.

XXVI. *Septimo Cal. Aug.*

Compluti & Ximenæ atque apud Fontes in Hiſpaniâ, S. Annæ tutelaris & patronæ.

Auinioni in Generali Capitulo noſter ille nunquam ſatis laudatus, Ioſephus cognomento Tellerius, totius Ordinis Antiſtes renunciatus eſt.

Viterbij & Caſtillionis Conuentus eodem prouentu diuerſis licet annis Italorum res adauxerunt.

XXVII. *Sexto Cal. Aug.*

Apud Caſtrum-Theodorici paupercula nunc primùm domus inſtituta, non contemnendo poſtmodùm incremento amplificata eſt, dum ad ciuium ſalutem ſtudioſiùs noſtri magno cum fructu inuigilant.

XXVIII. *Quinto Cal. Aug.*

Apoſtolica benignitas in confirmanda poſtrema Regula quam B.P.N. edidit, tum etiam in comprobando Correctorio, aliiſque quampluribus gratiis immunitatibus & priuilegiis elargiendis ſupra ſpem ferè & votum ſe in noſtros effudit.

Calabri, Burrellum inædificato Cœnobio adierunt.

XXIX. *Quarto Cal. Aug.*

S. Marthæ, Laicorum & Oblatorum noſtrorum tutelaris & patronæ.

Panormi profundæ humilitatis virgo Monialis Hieronyma cognomento Gugliazo, non temerè creditur à Domino eleuata & erecta, vt cum ſanctis virginibus in Agni comitarum acciperetur, ſimulque procederet.

XXX. *Tertio Cal. Aug.*

Hiſpani apud Vbedam inſtituto Cœnobio longiùs progreſſi ſunt, eoq; ſucceſſu rebus ſuis conſuluerunt.

XXXI. *Pridie Cal. Aug.*

Piſis, ædes quæ fuerant S. Torpetis martyris ſub Nerone paſſi habitandas Itali noſtri acceperunt, eoque ſe prouentu conſolati ſunt.

DOMINICA prima poſt Octauam SS. Apoſtolorum, omnium Ordinis Eccleſiarum Dedicatio ſolemniter peragitur.

AVGVSTVS.

I. *Calendis Auguſti.*

APud Prouinciales Gallos clariſſimus ille in vtraque Theologia magiſter & rerum diuinarum experientiſſimus vir, Ioannes, cognomento Binans, dictus Franciſcus, vinculis corporeæ neceſſitatis ſub quibus ingemiſcebat expeditus, in libertatem filiorum Dei quam nullo non momento ardentibus deſideriis

Digitized by Google

ſideriis præoccupabat, æternum reſpiraturus conceſſit.

Bleſenſes noſtri ædis ſuæ fundamenta ſolemni apparatu poſuerunt.

Quarto Non. Aug. II.

Paulæ, Rhemis, Neapoli, Ximenæ, Maſſiliæ, & alibi S. Mariæ Angelorum tutelaris & patronæ.

Deſideratus eſt à mortalibus quem cum deſiderio ſors melior acceperat, qui extaſium frequentiâ & amoris diuini æſtibus ſolebat iactari, vir per omnia clariſſimus, Deſiderius cognomento à Mota, quem & alibi commendandum multis nominibus habuimus.

Tertio Nonas Aug. III.

Siculis ſuis Stephanus, à Semperino cognominatus, vir animo & conditione ſimplex, ſed indefeſſus religioſæ perfectionis aſceta & in ſuiipſius maceratione infatigabilis, ſemper ob præcellentem virtutem erit in veneratione.

Prid. Non. Aug. IV.

In Hiſpania, Ioannes cognomento de la Barreda, inſignis doctrina & pietate vir, & in animis ſuorum moderandis præcipua gratia excellens, hunc diem ſupremum habuit & pretioſa, vt creditur apud Deum morte decorauit.

Nonis Aug. V.

Mediolani apud noſtros S. Mariæ à fonte, ſeu ad Niues, tutelaris & patronæ.

Panormi, magnarum virtutum puella inuictæq; patientiæ Virgo ſanctimonialis Marina cognomento à S. Georgio, quæ multis annis aggrauatam in ſe Domini manum mirabiliter ſuſtinuit; tandem verò ſecundùm multitudinem dolorum, quibus probata fuerat, conſolationes Domini eam in æternùm lætificauerunt.

Octauo Id. Aug. VI.

Pragæ, S. Saluatoris, cui ſacram ædem, Auguſtiſſ. Imp. noſtris liberaliſſimè donauit.

Leodij, ædem ſuam noſtri collocato fundamento, à ſummo cœlo Chriſti gloria præfulgente, auſpicati ſunt.

Paulus III. graui edicto ne quiquam veſte noſtra induta transfigurarent ſe in Minimos, quod & Deceſſores atque Succeſſores non ſemel fecerunt, prohibuit.

Septimo Id. Aug. VII.

Natalitius hic dies Cœnobio Matritenſi feſtinis per totam Hiſpaniam gaudiis apud noſtros longè latéque perſonuit.

Leodij, vir grauiſſimus eloquentia præſtans & autoritate, Claudius, cognomento du Viuier, rediens à Germania pro ſui Ordinis bono, maligna febre conſumptus eſt.

Sexto Id. Aug. VIII.

Apud Calabros homo Dei (quod ſibi nomen virtute ac meritis peperit) Hieronymus, cognomento Molinari, dictus à Maluito, mortis neceſſitate abſumptus quidem, corporis tamen incorruptione ac fragrantia eius inuidiam ſuperauit.

Quinto Id. Aug. IX.

Inſulani Cœnobij natales ad perpetuam huius diei memoriam feliciter proenerunt.

Quarto Id. Aug. X.

Laurentij noſtri à Clauo cognominati vindicanda recordatio, propter excellens meritum, iure hunc diem ſibi attribuit.

Obitus Nicolai Pſalmai Virdun. Epiſcopi, qui noſtros ciuitate ſimul & ede accepit.

Tertio Id. Aug. XI.

Gregorius XV. Pont. omnia Deceſſorum priuilegia noſtris conceſſa litteris Apoſtolicis confirmauit.

Prid. Id. Aug.

XII. Maria & Franciſca, nobiles virgines & Monialium noſtrarum primiceriæ & anteſignanæ, glorioſam vitam decora morte obſignarunt.

Ambiani notæ virtutis homo Petrus, cognomento Grip, reuerenter depoſitus eſt.

XIII. *Idibus Aug.*

Apud Aquitanos optimus ſenex & non vanam ſanctitatis opinionem adhuc ſuperſtes conſecutus, vt etiam Sanctus à plebe acclamaretur, Martialis cognomento de Vicinis, placida & ſancta morte requieuit, multaq; in veneratione non apud ſolos Aquitanos, ſed & Hiſpanos, ac per vniuerſum Ordinem meritiſſimè habetur.

XIV. *Decimo nono Cal. Sept.*

Paulus V. Pont. Deceſſorum ſuorum ſententiam de veſtibus noſtris concoloribus abdicandis poſtagitatam ea de re controuerſiam Apoſtolico diplomate aſſeruit & vindicauit.

XV. *Decimo octauo Cal. Sept.*

Abbatiſuillæ, Lugduni, Cabiloni, Longobardi, Manceræ, Aualloni, Valentiæ, Carnoti, Albæ-terræ, Guichiæ, & alibi, Aſſumptionis ſanctiſſimæ Deigenitricis Virginis Matiæ, cuius in tutelam ſub hoc nomine iis in locis noſtri conceſſerunt. Biatiæ autem ſub hoc titulo S. Mariæ à Rupe, Conilj ſub titulo B. Mariæ Virtutum, & alibi, ſub aliis etiam nominibus eiuſdem B. Virginis feſtiuitas ad hunc diem recolitur.

In Hiſpania beatus ad Deum tranſitus noſtri Antonij, cognomento de los Reyes, qui charitate in pauperes planè mirabilis, auſteritate vitæ ſingularis, etiam gratuitis muneribus indubitatam ſanctitatis opinionem & famam promeruit.

In eadem Hiſpania non diſpari ſanctitatis opinione floruit Coſmas ille, cognomento Muñoz, qui ſemel lapſus, eo ſe caſu ita demùm ad meliora & maiora reparauit, vt omni virtutum ſplendore cum pari fama effulſerit, & ſanctæ vitæ non obſcurum poſt mortem argumentum Deo volente dederit.

Panormi, caſtiſſima virgo Cæcilia cognomento à Faccio, diuinæ vocationis beneficium inſigni virtutum exercitatione ac beato funere ad vltimum exaggerauit, vt non immeritò credatur Virgini Virginum coaſſumpta, quò Regi poſt eam adduceretur & afferretur.

Rhegij-Iulij Cœnobium poſt Turcicam direptionem reſtauratum ab hac die cœpit à noſtris habitari.

XVI. *Decimo ſeptimo Cal. Sept.*

Toloſæ, Sammathani, Valliſoleti, Pizzi, Burdigalæ, Vici, Meſſaniæ, Carcaſſonæ, S. Rochi tutelaris & patroni.

Rupti, S. Hyacinthi tutelaris & patroni.

Burdigalæ, poſitis Cœnobij noſtri fundamentis, Ciuitas ſe voto, quo peſtilentis luis profligatori S. Rocho tenebatur, exoluit.

Apud Anderlacum in Brabantia repoſitio manipuli S. Caroli Borromæi.

XVII. *Decimo ſexto Cal. Sept.*

Auerſæ obdormitio bonæ memoriæ noſtri Antonij cognomento à Paterno, viri animo & conditione ſimplicis, qui ſolida virtute ſanctitatis famam collegit, & poſt mortem à Deo commendatus eſt, vt probatus in ſpem quæ non confundit.

XVIII. *Decimo quinto Cal. Sept.*

Illiturgi atque Giemi, S. Helenæ tutelaris & patronæ.

Leo X. Pont. multis gratiis homines noſtros per Apoſtolicas ad hunc diem litteras ſibi demeruit.

Ludouicus XII. Rex noſter, ampliſſimis immunitatibus & condonationibus Gallos noſtros exornauit.

Decimo

Decimo quarto Cal. Sept. XIX.

Apud Siculos, habetur in veneratione religiosissimus vir & singularium virtutum laude præpollens, Marianus, cognomento Carnoualicus, ob quas illum sui non temerè omnibus in exemplum proposuerunt.

Decimo tertio Cal. Sept. XX.

In Hispania nunquam ille satis laudatus noster Bernardus cognomento Boylus, ne inanis & vacua huius diei memoria suos prætereat, ingentibus factis & promeritis, quibus Hispaniam & vniuersum Ordinem suum illustrauit, omninò effecit.

Duodecimo Cal. Sept. XXI.

Trianæ, matura virtute clarus, ætate iuuenis, conditione postremus, noster Petrus, cognomento Buzon, consummatus in breui vt tempora multa expleuisse crederetur, promeruit.

Vndecimo Cal. Sept. XXII.

In Apulia Cryptaliæ Conuentus hoc suo natalitio cum lætitiâ perfruitur.

Aureliæ Turonenses nostri expetitam sanationem ab hoc die consecuti, tam insignis beneficij gratiam Aurelianensibus ciuibus se debere profitentur.

Decimo Cal. Sept. XXIII.

Ducendi ab hac die Cœnobij apud Blesas natales, quo illa successu lætior ac iucundior Turonensibus aspirat.

Nono Cal. Sept. XXIV.

Toleti & Venetiis, S. Bartholomæi tutelaris & patroni; Toletani tamen altero tantùm die accepti Cœnobij sui atque simul patroni festiuitatem celebrant.

Apud Aquitanos eximiæ pietatis gratiâ & multis virtutibus insignis vir Ioannes, cognomento Verdier, sancto (vt creditur) fine ad meliorem & permanentem vitam transiuit.

Octauo Cal. Sept. XXV.

Neapoli, Rethelij, Virduni, Blesis, & apud Rhedones, S. Ludouici Regis nostri, & eorum tutelaris ac patroni.

Ecclesiæ nostræ Rhemensis dedicatio.

Septimo Cal. Sept. XXVI.

In Hispania, emeritus senex & inculpata vita morumque sanctimonia venerabilis atque gubernandi peritia suis maximè amabilis, Ioannes, cognomento à Lusitaniâ, ad maiores suos cum reuerentia & veneratione appositus est.

Sexto Cal. Sept. XXVII.

Ornati Cœnobium in superiore Burgundia constituendæ Prouinciæ initium fecit, nunc que ipsius est decus & ornamentum.

In Hispania, Beatrix cognomento de Ribera, fœmina pientissima & Tertiaria insignem hunc diem suo funere reddidit.

Quinto Cal. Sept. XXVIII.

Apud Briuatenses nostros in Aruernia S. Iuliani martyris, qui eo loco quem nunc incolunt nostri dissecto gutture morte horribili necatus est.

In Anglia ingenuus & liberalis adolescens Thomas, cognomento Felton, Ioannis F. ob professionem fidei & religionis Catholicæ de furca suspensus euisceratus & dissectus est; pater eodem antea supplicio eadémque de causa enecatus fuerat, comes fuit Thomæ, Robertus, cognomento Klarcson Sacerdos, qui necdùm professus inter nostros ad martyrium pro Christo faciendum conuolauit.

Quarto Cal. Sept.

Ceruariæ, S. Magini. XXIX.

Clemens VII. Pont. Generalibus multam in suos autoritatem cùm grauiùs

Digitized by Google

deliquerunt Apoſtolicis litteris arrogauit.

Tertio Cal. Sept.

XXX. Apud Calabros nunquam intercidet memoria Bartholomæi, cognomento à Paterno, qui eodem anno quo inunctus Sacerdos, totus iam tum ſpirans pietatem, quam longè priùs probauerat ac reliquis omnibus virtutibus exaggerauerat, migrauit ad Dominum.

Pridie Cal. Sept.

XXXI. Apud Siculos, admirandæ auſteritatis homo & inexhauſtæ ad corpus macerandum induſtriæ, poſt mortem etiam curationum gratiâ clariſſimus Patientia, cognomento à Bononiâ, in veneratione habetur. Defecit Agrigenti vbi conditus eſt.

In Hiſpania celebratur & perfectioris vitæ ſtudio & quibuſdam diuinitùs editis memorandus Bartholomæus cognomento Martinez, qui de ſuo cum aliis conſortio huius diei gaudium amplificauit.

Ambiani, digna quæ vigeat in perpetuum memoria benedicti adoleſcentis Caroli, cognomento le Roy, cuius vita licet breuiſſima, in exemplum, mors in luctum ſimul & ſolatium, ſuperſtitibus ceſſit.

Paulæ, præſtantiſſimus doctrina, pietate, autoritate, omnibuſque ingenij & animi dotibus incomparabilis, Ægidius, cognomento Camartus, Antiſtes iam tum Ordinis ſui, ſuoque officio ſtudioſè inuigilans, de ſtatione dato per ſummum Imperatorem ſigno lætus & gaudens diſceſſit.

SEPTEMBER.

Calendis Septembris.

I. SVrgeriis, atque Duni, S. Ægidij tutelaris & patroni.

Exoldunenſes poſito ædis ſuæ fundamento diem ſimul & menſem cum gaudio auſpicati ſunt.

Quarto Non. Septemb.

II. Nigeoni, emeritus ſenex Franciſcus, cognomento du Croiſet, qui pro interioris virtutis eminentiâ nunquam ſatis æſtimari poterit, dierum ſatur, meritis diues, fiduciâ plenus, ſæculum, quod penè ignorabat, olim reliquerat, cœlo commutauit.

Tertio Non. Sept.

III. Laudunenſis in Galliâ Conuentus hunc primum ſuæ inſtiturionis diem cum gratulatione commemorat.

Leo X. Pont. ſuis in noſtros elargitionibus hunc, & ſecundum atque tertium ex hoc, diem inſignem memorandumque reddidit.

Pridie Non. Sept.

IV. Panormi, Stephana cognomento Serafino ſanctimonialis virgo, Laicam, vt loquuntur profeſſa, omni virtute præſtans, ſed profundâ imprimis humilitate ſuique deſpicientiâ, quam ad extremum ſpiritum retinuit, nec à morte irremuneratam eſſe ſiuit qui ponit humiles in ſublime, vitæ finem conſecuta eſt, quem Sancti habere ſolent.

Nonis Sept.

V. In Hiſpania venerabilis habetur memoria piiſſimi & ſtudioſiſſimi viri Alphonſi, à S. Auguſtino dicti, qui merito plenus migrauit ad Dominum.

Octauo Id. Sept.

VI. Maratææ, atque Cimenæ, S. Leonardi tutelaris & patroni.

Lauduni, Dedicatio Cappellæ regiæ quam noſtri procurant.

Septimo Id. Septemb.

VII. Per Hiſpaniam apud noſtros S. Mariæ à Victoria, quæ primùm apud Malacam

Digitized by Google

cam ob denunciatam Regi victoriam ab ipſis dedicata, exinde plurimis in aliis ipſius Hiſpaniæ regionibus hominum noſtrorum Cœnobiis nomen & titulum fecit.

Granatæ Cœnobium ſuis ad hunc diem natalibus exultat, & victorias quarum particeps fuit excelſo laudum præconio loquitur.

Oſſunæ principali magnificentiâ exſtructæ noſtris ædes, quas prælato ſuo hoc eſt Victoriæ Marianæ vexillo ad eundem hunc diem iubilantes ingreſſi ſunt.

Sexto Id. Sept. VIII.

Vtretæ in Hiſpania beatiſſimæ Virginis Deiparæ ſolemnis feſtiuitas, ſub inuocatione S. Mariæ à Conſolatione: Caſtillioni in Italia ſub inuocatione S. Mariæ à Stella, & alibi ſub aliis nominibus, dum per vniuerſam Eccleſiam celebris eſt eius Natiuitas, peragitur.

Apud Hiſpanos, eximiæ religionis homo & ſanctitatis admirabili famâ celeberrimus, Antonius, cognomento de los Rios, mortalitatem exuit & in pace compoſitus eſt.

Quinto Id. Sept. IX.

Eccleſiæ noſtræ apud Caſtrum-Theodorici dedicatio.

Quarto Id. Sept. X.

In Gallia Subalpinâ, ſacra B. Deiparæ Virgini ædes, apud Tinellam noſtris hominibus acceſſit, qui ſanctum illud pietatis ſacrarium auguſtiùs excoluerunt.

Tertio Id. Sept. XI.

Nigeoni, depoſitio nobilis & pientiſſimæ fœminæ Tertiariæ, Mariæ, cognomento du Drac, quæ diuinis muneribus & gratiis ſupramodum excelluit.

Pridie Id. Sept. XII.

Apud Albalatam inſtitutum noſtris hominibus Cœnobium, in quod Arragonij ſub hunc diem cum gaudio tranſmigrarunt.

Pleſſiaci iuxta Cæſarodunum, ſummæ vir amabilitatis & venerandæ canitiei atque apud ſuos claræ memoriæ, Sebaſtianus, cognomento Sommaire, naturæ conceſſit.

Idib. Sept. XIII.

Hiſpaniam funere ſuo, vt creditur beauit, Alphonſus, dictus à Matrito, quòd ſub eo nomine latere voluerit, cuius memoria multis de cauſis apud ſuos veneration em habet.

Decimo octauo Cal. Octobr. XIV.

Apud Vulſiniam, Caſtillionem & Alcamum Sanctiſſimi Crucifixi, ſub cuius vexillo qui ex noſtris ea loca inhabitant conquieſcunt.

Eccleſiæ noſtræ apud Montem-Gaugerici dedicatio.

Decimo ſeptimo Cal. Octob. XV.

Correctorum electiones annuatim per omnes & ſingulos Ordinis Conuentus ad hunc diem celebrantur.

Obitus Laurentij Card. Puccij Protectoris.

Decimo ſexto Cal. Octob. XVI.

In Hiſpania, depoſitio venerabilis viri & emeriti ſenis Franciſci cognomento de Veas, ob præcellentem virtutis & beatitudinis opinionem, huic diei reuerentiam conciliauit.

Decimo quinto Cal. Octob. XVII.

Camarenam inducti Caſtellani, hoc ſibi beneficium proueniſſe memori animo gratulantur & congaudent.

Romæ, Stephanus cognomento Iuſtice, multis à Deo probatus, eum paſtorem ſequens non eſt confuſus ab expectatione ſuâ, quando expiatâ prioris vitæ maculâ nulla in eo deinceps iniuſtitia inuenta eſt, adeoque optabili morte Iuſtorum defunctus eſt.

XVIII. *Decimo quarto Cal. Octob.*

Briuate apud noſtros S. Ferreoli tutelaris & patroni.

Eccleſiæ noſtræ Valentinæ in Hiſpania dedicatio.

Lutetiæ Pariſiorum ad plateam regiam ædis ſplendidiſſimæ quæ perpetuam B. Deiparæ & B. Franciſci P. N. memoriam præferet, fundamentum præcipua magnificentia & ſolemni apparatu dedicatum eſt.

XIX. *Decimo tertio Cal. Octob.*

Apud Lotharingos noſtros in diœceſi Virdunenſi, S. Luciæ Virginis & regiæ puellæ, quæ Scotiam patriam reliquens, peregrina illuc aduenit vbi poſtmodùm S. Trinitatis Eccleſiam exſtrui procurauit, quam ipſa non corporis tantùm ſui glebâ, ſed frequentibus miraculis nobilitat, vt propterea de illius nomine dici deinceps cœperit, eamque magno concurſu populi adeant, & ex eo feruentiùs maiorique concurſu quo noſtris credita eſt.

XX. *Duodecimo Cal. Octob.*

Valentiæ eleuatio corporis beatæ memoriæ noſtri Gaſparis cognomento Boni.

Paulus IV. Pont. omnia per Deceſſores hominibus noſtris conceſſa priuilegia ſingulari diplomate, quam magnificentiſſimè & ampliſſimè confirmauit.

XXI. *Vndecimo Cal. Octob.*

Nigeoni, depoſitus eſt clarus pietate religioſiſque virtutibus præſtans, noſter Nicolaus, cognomento Danes, cuius memoria eſt in benedictione, portio vt creditur in terra viuentium.

XXII. *Decimo Cal. Octob.*

Hiſpanorum Regum in noſtros beneficentia, qui accipiendorum per omnes ditiones ſuas Cœnobiorum faculratem irrogarunt hunc diem Hiſpanis noſtris memorabilem reddidit.

Apud Turonenſes noſtros duo illuſtres pietate, doctrina & rerum ſpiritualium experientia viri Matthæus Bordierius & Adrianus Roſſignolius, eodem die non eodem tamen anno deſiderati ſunt; quorum ille Ambaſiæ, hic apud Caſtrum-Eraldi conditus eſt.

XXIII. *Nono Cal. Octob.*

Antonius, cognomento de Boulogne, Dinienſis Epiſcopus, manſuetudinis laude clariſſimus, & Epiſcopalium virtutum gratia coronatus, in ſuburbana Epiſcopali domo ſua diem clauſit extremum & in pace quieuit.

XXIV. *Octauo Cal. Octob.*

Inuentio geminorum, vt creditur, Martyrum ex noſtris in agro Guadicenſi, quos eius populi erga illos ſtudium ne ab hominibus noſtris abriperentur vſque nunc celauit.

XXV. *Septimo Cal. Octob.*

Ligures Leuantino Cœnobio adaucti, poſt annos viginti duos, in ipſo Genuæ ſuburbio Maratio, domum affabrefactam ad eundem hunc diem priori addiderunt, quo vtroque incremento duplicatum illis eſt gaudium ſuæ progreſſionis.

XXVI. *Sexto Cal. Octob.*

Rethelienſis Cœnobij natales non contemnendam huic diei celebritatem conciliarunt.

XXVII. *Quinto Cal. Octob.*

Apud populationem Ducis Gandiæ in regno Valentino SS. Coſmæ & Damiani patronorum, quorum feſtiuitas etiam apud Rhemenſes noſtros celebris eſſe debet.

Leo X. Pont. datis ampliſſimis gratiis ſe in noſtros beneficum ſimul ac beneuolum exhibuit.

Franciſcus I. Rex decimarum gratiam noſtris contulit.

Digitized by Google

Quarto Cal. Octob. XXVIII.

In agro Cœnomanorum & Æstiualio Cœnobio, clarus autoritate, doctrina & dignitate vir, Franciscus cognomento de Lupis, dictus de la Fare, Regiensis Episcopus, peregrè obiit & conditus est.

Tertio Cal. Octob. XXIX.

Solemnitas per vniuersum Ordinem S. Michaëlis Archangeli, quem militiæ & Ordinis nostri Archistrategum & Protectorem singulari deuotione ac prouidentia B. Franciscus P.N. elegit. Aguntur sub eius auspiciis Prouincialium & Correctorum triennales & annuæ electiones, vt tanto felicius procedant, quantò ad id maior à Deo per Angelum facici suæ gratia fuerit deriuata. Sed & speciali cultu potentissimi illius cœlestis & temporalis militiæ Principis per Cœnobia Aletij, Santagathæ, Viuarij, Bitonti, Cupersani, Molini, Duaci, Mortuæ-aquæ & alia, memoria procuratur.

Ligures Neruium, Granatenses Fontem-sanctum hoc eodem die progressi, communem Ordinis lætitiam hac felicitate sua exaggerauerunt.

Apud Aquitanos benè meritus senex, Ioannes cognomento Seignoret, qui animi magnitudine, concionum frequentia, religiosarum virtutum cultu & obseruantia pares paucos, superiorem neminem inter suos habuit, ad Protectorem Archangelorum receptus est, sub cuius manu, vt creditur, promerita eius multa & magna paucis & leuibus infirmitatis humanæ defectibus facilè præponderauerunt.

Pridie Cal. Octob. XXX.

Auarici Biturigum, S. Hieronymi tutelaris & patroni.

Apud Hispanos illustris habetur memoria religiosissimi & abstinentissimi viri Hieronymi cognomento de Contreras, qui sui despicientia, corporis afflictatione & maceratione, secessus & beatæ contemplationis studio rediuiuum Doctorem illum maximum sibique cognominem perfectè repræsentauit.

OCTOBER.

Calendis Octobris. I.

S Parnaci, S. Remigij tutelaris & patroni.

Alexander VI. Pont. omnes Mendicantium Ordinum gratias omniaque priuilegia nostris communicauit.

Paulus V. Pont. Generalatum ad sex annos extendit.

Sexto Non. Octob. II.

Nigeoni, vir doctrina insignis & eximia pietatis gratia imbutus, Stephanus cognomento d'Aluin, cum signo fidei & in somno pacis ad maiores suos appositus est.

Quinto Non. Octob. III.

Fublini, clarissimus ille scriptis monumentis, sed interiore animi sensu, teneritudine ad diuina, omniumque virtutum exercitatione multò illustrior Claudius, cognomento Rangolius, desideratus nobis est, & incomparabili iacturâ nondùm inclinatâ ætate Ordini suo, sed & toti Ecclesiæ subductus diem suum obiit, eò tamen insolabilem alioqui luctum moderatus, quòd æternitatem viuere certò creditur, in quam tota mente anhelabat.

Quarto Non. Octob. IV.

Paulæ, S. Francisci Assisiatis, quem beatus parens noster natiuitatis suæ autorem, Ordo ipse Minimorum incrementi sui prænuncium & demonstratorem libens volens fatetur, agnoscit, veneratur.

Nigeoni, pestilenti tabo consumptus est singulari suorum luctu & mœrore,

Ioannes cognomento Beican, vir sedulus, impiger, & in Theologia mystica non parùm exercitatus, cuius memoria in benedictione est.

V. *Tertio Non. Octob.*

In Comitatu Burgundiæ Conuentus apud Ruptum institutus suum ab hoc die natalem non immeritò recensct ac deducit.

VI. *Pridie Non. Octob.*

Ecclesiæ Victoriacensis dedicatio.

Apud Narbonam datus nostris locus quem incolerent, quemque Ciuium in nostros studia nostrorum in ciues promerita, iam antè huic operi designauerant.

VII. *Nonis Octobris.*

Sicilia Cœnobio ad Santangelum amplificata, eoque successu exhilarata hunc diem in felicibus ac sibi fortunatis computat.

Apud Tripolim Syriæ, peregrè agens & pietatis causâ Redemptionis nostræ loca relegens, vir cæteroqui religiosis virtutibus & integritate vitæ conspicuus, Franciscus cognomento Sigalas, diem suum obiit; in Ecclesiâ S. Thomæ Maronitarum ibidem tumulatus.

VIII. *Octauo Id. Octob.*

Nostri apud Compendium hoc sodalitij sui natalitio non temerè gloriabuntur.

IX. *Septimo Id. Octob.*

Montibus in Hannonia, S. Dionysij tutelaris & patroni.

X. *Sexto Id. Octob.*

Gregorius XIII. Pont. data nostris per Decessores priuilegia litteris Apostolicis in amplissima, vt loquuntur, forma & maximè gratiosa confirmauit.

XI. *Quinto Id. Octob.*

Cœnobio nuper apud Niciam instituto natalitius hic dies pro voto resplendeat, nec vnquam intercidat, quando & Ciuium in nostros beneuolentia & nostrorum opera irrequietaque sedulitas id promerita est.

XII. *Quarto Id. Octob.*

Noster Hieronymus cognomento Frizon, vir magnæ fidei & excelsi apud Deum meriti sancto fine quieuit.

XIII. *Tertio Id. Octob.*

Apud Calabros deducta Beluederium familia hunc suis natalibus diem memorandum effecit.

Paulus III. Pont. eundem diem Apstolica erogatione insigniuit.

XIV. *Pridie Id. Octob.*

Consentiam metropolim suam immigrarunt Calabri, & eo euentu ac successu hunc sibi diem signauerunt.

XV. *Idib. Octob.*

Giemi, dedicatio ædiculæ S. Susannæ.

Clemens VII. Pont. suis concessionibus homines nostros cohonestauit.

XVI. *Decimo septimo Cal. Nouemb.*

Apud Ebolitanos nostros S. Bernerij Anachoretæ, cuius sacra pignora studiosè ac religiosè asseruantur in eorum Ecclesia.

XVII. *Decimo sexto Cal. Nouemb.*

Henricus III. Rex liberalis & Catholicus Nigeonenses nostros in suburbanum secessum Vicennensem deduxit, illisque antiquam ac venerabilem Grandimontensium ædem regiâ magnificentiâ donauit.

XVIII. *Decimo quinto Cal. Nouemb.*

Castaniæ Cœnobium Messanensibus, Surgeriarum Turonensibus, Nanceij ad vrbem Lotharingis, multiplici ad vnum diem felicitate obtigerunt.

Calabris

Calabris, datum in Vrbe Collegium ad huius diei celebritatem pertinet.

Turonenſes extulerunt intra decem aut vndecim annos dilectos Deo & hominibus ſuæ per diuerſa tempora Prouinciæ moderatores, Iacobum cognomento Maſſelin, & Michaëlem cognomento Quenault, quarum alter manſuetudinis, alter patientiæ gratiâ excelluit, vterque perpetuam reliquarum quoque virtutum memoriam promeruit.

Decimo quarto Cal. Nouemb. XIX.

Catanæ in Sicilia, depoſitio nobilis fœminæ Tertiariæ Ludouicæ cognomento à Ventimiglia, quæ non ſolâ vitæ ſanctimoniâ venerabilis, ſed etiam miraculis illuſtris habetur.

Decimo tertio Cal. Nouemb. XX.

Noſtri Hugonis cognomento de Calce, viri per omnia eminentis ſancta recordatio huius diei iucunditatem poteſt adaugere.

Genuenſes ſuum celebrant Adeodatum cognomento Lomellinum, qui ad hunc diem in pace requieuit.

Duodecimo Cal. Nouemb. XXI.

Werlemani, S. Vrſulæ tutelaris & patronæ.

Carolus IX. Rex noſter inſigni beneficentiâ peramplis immunitatibus & gratiis homines noſtros donauit.

Vndecimo Cal. Nouemb. XXII.

Noſtri Ioannis dicti à Bonifacio, viri ſimplicis & ſancti memoria hunc ſibi diem non immeritò vindicabit.

Decimo Cal. Nouemb. XXIII.

Aquitani fortiſſimum Catholicæ fidei vindicem & religioſis virtutibus ornatiſſimum hominem Antonium cognomento Finet, nunquam ſibi patientur animo excidere.

Obitus ſanctiſſ. viri Guillelmi à Prato Claromontani Epiſcopi, in homines noſtros beneficentiſſimi ſuique fundatoris, cuius corpus poſt mortem inuentum eſt incorruptum.

Nono Cal. Nouemb. XXIV.

Apud Italos vir ſanctus & miraculorum gratiâ clarus ex primis B.P.N. diſcipulis Ioannes cognomento à Genua, non vacuum ſpiritali lætitia hunc diem ſinet pertranſire, ſi virtus eius & ſanctitas in animum reuocetur.

Octauo Cal. Nouemb. XXV.

Memoria, beati viri, quem innocentia vitæ, morum candor, animi puritas & diuinorum munerum excellens participatio S. Franciſco P. N. dilectiſſimum fecerant, Bernardini inquam, cognomento à Cropulatu, nunquam per vniuerſum Ordinem intercidet.

Septimo Cal. Nouemb. XXVI.

Eccleſiæ noſtræ apud Caſtrum-Eraldi dedicatio.

Pariſiis, Ordinatio noſtri Franciſci cognomento de Lupis, dicti de la Fare, in Regienſem Epiſcopum.

Apud Prouinciales Gallos præſtantiſſimus eruditione, pietate, autoritate vir, Hieronymus cognomento Durand, in pace quieuit & ſanctum Angelicæ conuerſationis odorem per eam Prouinciam vniuerſumq; Ordinem reſperſit.

Sexto Cal. Nouemb. XXVII.

Siculi Cœnobio apud Scaletam, Hiſpani apud Stalicium, locupletati, ex tanto interuallo ad vnius diei celebritatem conueniunt.

In Hiſpania, Stephanus cognomento Augier, Generalis, raræ pietatis & magnarum virtutum vir, in ipſo Viſitationis curſu defecit & ſanctum vitæ finem adeptus eſt.

Quinto Cal. Nouemb. XXVIII.

Eccleſiæ noſtræ Giemenſis dedicatio.

Sergianæ Cœnobium Liguribus acceſſit, qui euentus hunc eis diem ſingulariter commendauit.

Digitized by Google

Debellata post longam obsidionem Rebellionis & Perfidiæ arx Rupella sibi libertatem, Galliæ pacem, Regi triumphum, nostris in proximo sedem & quietem ad vnum hunc diem comparauit.

Quarto Cal. Nouemb.

XXIX. Apud Turones nostros, laudatissimus ille & nunquam tamen satis laudatus aut pro merito laudandus Franciscus, cognomento Humblot, iuxtâ B. P. N. Franciscum (qui honos ei vni habitus est) tumulatus in terris, ab eo non disiunctus in cœlis esse creditur.

Tertio Cal. Nouemb.

XXX. In Calabria insignis habetur noster Antonius cognomento Risoleo, dictus à Croculo, qui abstinentissimæ vitæ exemplo, indefesso pœnitentiæ studio, rerum diuinarum assidua contemplatione, maximam sanctitatis opinionem sibi conciliauit, quam certa etiam diuinæ dignationis argumenta sanciuerunt & confirmarunt.

Distinctim de duobus Antoniis locuti sumus quorũ vnus Risoleo, alter dictus sit à Croculo, quod alius antè nos placuit.

Pridie Cal. Nouemb.

XXXI. Hispani solemnem alterius diei & mensis celebritatem geminatâ lætitiâ præueniunt, ob constituta Fresnedæ & Villalonis Cœnobia, cuius vtriusque prouentu hic mensis coronatus est.

NOVEMBER.

Calendis Nouembris.

I. ANgela, cognomento Leonti, dicta à Mylis, animi puritate, morum sanctimonia, prophetici spiritus gratiâ illustris, in sanctorum societatem beato, vt creditur, fine concessit.

Quarto Non. Nouemb.

II. Didacus, cognomento de Albuquerque, proprio elogio dictus Pius, apud Hispanos suos singularem venerationem habet.

Tertio Non. Nouemb.

III. Primus in Lotharingiam progressus inædificato apud Serras Cœnobio ad hunc diem consignandus est.

Pridie Non. Nouemb.

IV. Anderlaci, Cœnomanis, Monachij, S. Caroli Borromæi tutelaris & patroni.

Vallisoleti electio Matthiæ cognomento Chico in totius Ordinis Antistitem, quem ille magna prudentia & mansuetudine gubernauit.

Nigeoni, vir magnus & rerum gestarum gloriâ vix vlli suorum comparandus, animi autem proposito & pietate incomparabilis, Iosephus cognomento le Tellier, ad maiores suos cum luctu & desiderio appositus est

Nonis Nouemb.

V. Natales celeberrimi Nigeonensis Cœnobij, hunc diem gaudio & lætitia compleuerunt, ex quo scilicet Vir Clar. Ioannes Quintinus, ex Doctore Theologo & Parisiensis Ecclesiæ maiore Pœnitentiario, Tertiarius ac Procurator noster effectus, nostrorum nomine illius loci possessionem iniit.

Octauo Id. Nouemb.

VI. Apud Italos noster Andreas cognomento Franqui, non immeritò celebratur.

Septimo Id. Nouemb.

VII. Philippus cognomento à Moncloua, raræ virtutis merito ab Hispanis commendatur.

Sexto

Digitized by Google

Sexto Id. Nouemb. VIII.

Sanctitatis laude floruit in Italia vir simplex & populo gratiosus, Ioannes Baptista cognomento à Lataraco.

Quinto Id. Nouemb. IX.

Panormitani Cœnobij natalitius hic dies nunquam non cum gaudio resplendebit.

Apud Granullarium Hispani ab hac die constiterunt, & expoſcentibus ciuibus Cœnobium inædificarunt.

Pius V. Pont. Ordinem noſtrum inter Mendicantes numerandum declarauit.

Obitus Ferdinandi Regis Neapolis, quem apud ſe Turonenſes noſtri candiderunt.

Quarto Id. Nouemb. X.

Pinnuza, cognomento de Alibertis Tertiaria, Messanenses noſtros memoriæ ſuę deuotos habet, apud quos præcellenti sanctitate ac gratuitis muneribus enituit, ac tandem ad hunc diem depoſita & condita eſt.

Tertio Id. Nouemb. XI.

Apud Prouinciales Gallos inculpatæ vitæ gratiâ præstans, Maximinus, cognomento de Villars, peſte contactos iuuans, in eo ſpontaneæ charitatis ministerio glorioſam mortem inuenit. Quem plerique ac magno numero & anteceſſerunt, & ſubſequuti ſunt.

Pridie Id. Nouemb. XII.

Andegaui, S. Renati tutelaris & patroni.

In Hiſpania clarus habetur Hieronymus cognomento à S. Dominico, qui magna pietatis laude venerationem apud ſuos meritus eſt.

Idibus Nouemb. XIII.

In Sicilia, Bernarda cognomento à Monteforti, ſanctimonialis virgo apud Meſſanenſes, ſanctitatis eximiæ merito, ac diuinis circum eam poſt mortem prodigiis, celebratur.

Decimo octauo Cal. Decemb. XIV.

Neapolitani ſuum Ioannem cognomento Piobano, virum quidem conditione ſimplicem, ſed ſanctiſſimæ vitæ gloria ſignorumque ac beati funeris honore coronatum ad hunc diem extulerunt.

Decimo ſeptimo Cal. Decemb. XV.

Hiſpani, Gerundam conceſſerunt & ab hac die inhabitare cœperunt.

Decimo ſexto Cal. Decemb. XVI.

Belgij Prouincia contubernio Anderlacenſi aucta, familiam inibi ab hac die conſtituit.

Decimo quinto Cal. Decemb. XVII.

Apud Hiſpanos venerabilis habetur memoria Petri Ariæ ex Comitibus de Puñoroſtro, vt qui generis nobilitatem ſuiipſius deſpicientia religioſiſq; virtutibus ac Chriſtianæ pietatis officiis longè ſupergreſſus fuerit.

Decimo quarto Cal. Decemb. XVIII.

Calabri apud Nicoteram accepto domicilio ex die hac, bonum incrementum auſpicatumque ab hoc exordio duxerunt.

Decimo tertio Cal. Decemb. XIX.

Mediolanenſis ditio & vtraque Burgundia in Prouincias erectæ ſunt, & hinc ſuum natalem computant atque recenſent.

Duodecimo Cal. Decemb. XX.

In Hiſpania ſuorum præconio dilaudatus Ioannes cognomento à S. Michaële, hunc ſibi locum depoſcit.

Vndecimo Cal. Decemb. XXI.

Pluribus in Cœnobiis B. Mariæ Virg. tutelaris & patronæ feſtiuitas ſub diuerſis nominibus agitur.

Digitized by Google

Caſcanti Cœnobium Hiſpanis, Alcami Siculis, oblatum, ſuos quoſque incolas ab hac die ſuſcepit.

XXII. *Decimo Cal. Decemb.*

Caſale nouum nouo domicilio Calabros adauxit.

XXIII. *Nono Cal. Decemb.*

Andreas, cognomento de Mora, fidei causâ trucidatus martyrij lauream creditur retuliſſe.

XXIV. *Octauo Cal. Decemb.*

In Calabria inſignis Chriſti Confeſſor, Franciſcus, cognomento Maioranus, ex primis B. P. N. diſcipulis multis nominibus inclaruit, adeò vt ſæpiùs ei Spiritus Sanctus in columbæ ſpecie apparuerit.

XXV. *Septimo Cal. Decemb.*

Archidonæ, Auguſtæ Sueſſionum, Gerardimontij, S. Catharinæ tutelaris & patronæ.

Panormi, ſanctarum Virginum ſodalitas in ſacrum Aſceterium inducta eſt, & Sanctorum ſeptem Angelorum patrocinio commendata.

XXVI. *Sexto Cal. Decemb.*

Apud Calabros noſter Antonius cognomento Bonus, dictus à Flumine frigido, à primis II. P. N. ſociis ac diſcipulis, admirandæ ſanctitatis opinionem ſuis, & exteris reliquit.

XXVII. *Quinto Cal. Decemb.*

In Hiſpania nunquam obliuione delebitur memoria noſtri Ferdinandi, cognomento Moreno, qui tantam collegit ſanctitatis famam vt proximè ad eum ſepeliri pro beneficio habeatur.

XXVIII. *Quarto Cal. Decemb.*

Hiſpalenſis Eccleſiæ noſtræ dedicatio.

Pleſſiaci Turonum noſter Petrus, cognomento Haguenier, inſignis pietate, doctrinâ, magnitudine animi & autoritate vir, quo non alter toties regimini adhibitus inuenitur, pretioſa vt creditur apud Deum morte defunctus eſt.

XXIX. *Tertio Cal. Decemb.*

In Cœnobio Turonum Pleſſiacenſi, repoſitio reliquiarum B. P. N. Franciſci.

XXX. *Pridie Cal. Decemb.*

Leontij & Sergianæ, S. Andreæ tutelaris & patroni.

Andreas, cognomento de Mora, Laicum, vt loquimur, apud Hiſpanos profeſſus, miræ in pauperes charitatis & ſuſcitato mortuo, vt creditur, venerabilis ſuorum elogiis prædicatur: ſed & alij eius nominis plures clari habentur.

Primum Ordinis priuilegium & libertas à Pyrrho Conſentino Archiepiſcopo diuina aſpirante gratia conceſſa ſunt.

DECEMBER.

I. *Calendis Decembris.*

MAtiſconi, noſter Gaſpar cognomento Dinet, eius Vrbis Epiſcopus in Chriſto requieuit.

II. *Quarto Non. Decemb.*

In Cœnobio S. Oliuæ iuxta Panormum depoſitio Franciſci, cognomento Ceccardi, dicti à Genuâ, qui admirabili pietatis gratia effulſit, & cœleſtis prodigij honore inter moriendum dignus effectus eſt.

Obitus Leonis X. Pont. in B. Franciſcum P. N. totumque Ordinem beneficentiſſimi.

Tertio

Digitized by Google

Tertio Non. Decemb. III.

Andreas, dictus à Meſſana, magnifico ſanctitatis elogio à ſuis decoratur, ad quam ſcilicet B. P. N. contubernio eruditus eſt cùm inter primos illius diſcipulos verſaretur.

Pridie Non. Decemb. IV.

In Hiſpania, Ioannes cognomento Vegel, lapidibus obrutus martyrium feciſſe perhibetur.

Nonis Decemb. V.

Apud Siculos, Philippus cognomento Sinaria ſancto compunctionis ſpiritu imbutus & lachrymarum dono prædituſ etiam reliquis virtutibus ad perpetuam memoriam inclaruit.

Octauo Id. Decemb. VI.

Caſtaniæ, Metis, Lauduni, Tornodori, Calniaci, S. Nicolai tutelaris & patroni.

Briaticenſis Cœnobij natales ad huius diei celebritatem pertinent.

Celebrantur ab Italis Nicolaus de Alexio, à S. Lucido, à Nucito, à Gallis Nicolaus Berthunius & Papelartus vt ſingulari pietate, aliiſque donis venerabiles.

Septimo Id. Decemb. VII.

Magnum ſibi apud Hiſpanos nomen fecit optimus ſenex, Didacus, cognomento de Pontoia, vir verè Apoſtolicus & præcellenti pietate totus accenſus & ardens, qui in illis ſymboli verbis Et vitam venturi ſæculi expirauit.

Sexto Id. Decemb. VIII.

Cameranæ, Ondaræ, & alibi, Conceptionis glorioſæ ſemper Virginis genitricis Dei Mariæ feſtiuitas ſolemniter agitur, quibus locis in B. Deiparæ tutelam ſub hoc titulo noſtri conceſſerunt, & alibi ſub aliis nominibus.

Hiſpalis & Noaleij apud Hiſpanos Cœnobia, hoc ſuo die natilitio non fruſtra gloriantur.

Antuerpiam inducti noſtri feſtiuis gaudiis & magnificentiſſimâ pompâ, hunc ſibi & Ciuibus diem memorandum effecerunt.

Quinto Id. Decemb. IX.

Didacus, cognomento de Verdeio à Mauris interceptus in fidei & religionis odium confoſſus eſt, ſimiliter & alia occaſione Petrus cognomento de Cueillar, cum itineris comite ab iiſdem infidelibus mactati ſunt.

Quarto Id. Decemb. X.

In Sicilia ingenuus adoleſcens Franciſcus, cognomento Paſchalis, qui & dictus Petrus à Meſſana, ingenti ſanctitatis gloriâ efflоruit.

Tertio Id. Decemb. XI.

In Cœnobio S. Mariæ à Victoria iuxta Panornum, Michaël, cognomento Pellicus, dictus à Meſſana, miraculis clarus habetur.

Prid. Id. Decemb. XII.

Apud Calabros, Matthæus cognomento à Celico, virtutum omnium laude celebris à B. Franciſco P. N. viſibiliter apparente in cœleſtis beatitudinis conſortium euocatus creditur.

Idib. Decemb. XIII.

Salemi & Caſtellanæ in Sicilia, S. Luciæ tutelaris & patronæ.

Hiſpani ſuum Martinum cognomento de Vermujos, à profunda & ſolida humilitate, aſſidua corporis maceratione, aliiſque virtutibus, quæ vt in eius gratiam ederentur aliqua diuinitùs effecerint, ſolent prædicare.

Decimo nono Cal. Ianuar. XIV.

In Sicilia venerationem habet Philippus cognomento à Gibboſo, qui religioſis virtutibus omnibus enituit, & ſanctitatis famam comparauit.

Digitized by Google

XV. *Decimo octauo Cal. Ianuar.*

Matriti, Ioannes, cognomento Villanus dictus à Mylis, ſanctum vitæ finem conſecutus eſt qualem vita promittebat, cuius vtriuſque merito non temerè per ſuos commendatur.

XVI. *Decimo ſeptimo Cal. Ianuar.*

Lutetiæ Pariſiorum, vir Apoſtolicus, ſui ſæculi Paulus & Elias publica voce proclamatus, Ioannes, cognomento Dehem, ſoli ſibi exitioſa quod prædixerat peſte ſublatus eſt, magno hæreticorum gaudio, maiore Catholicorum luctu, inſolabili ſuorum mœrore, Deo autem aliquid melius pro illo prouidente.

Obitus Bernardini Card. Caruaiali primi Protectoris.

XVII. *Decimo ſexto Cal. Ian.*

Sauonæ, S. Lazari tutelaris & patroni.

In Hiſpania celebris habetur memoria Dominici, cognomento de Caſtelblanco, qui ſuo funere hunc diem conſecrauit.

XVIII. *Decimo quinto Cal. Ian.*

Turonenſes emeritum ſenem ac probatæ virtutis hominem Robertum, cognomento Iahan, cum mœrore ac deſiderio extulerunt.

XIX. *Decimo quarto Cal. Ian.*

Alphonſus, cognomento de Caruaial ſenio penè confectus, ſed Euangelicâ perfectione conſummatior apud Hiſpanos ſuos in pace quieuit.

XX. *Decimo tertio Cal. Ian.*

Nigeoni vir clarus Ioannes, cognomento de Longueiouë, ſui deſpicientiâ & ſpiritualis vitæ magiſterio inſignis ſingulari bonæ mortis exemplo ſuos conſolatus obdormiuit in Chriſto.

Iulius II. ampliſſima gratia noſtros proſequutus hunc diem illis memorabilem fecit.

XXI. *Duodecimo Cal. Ian.*

Arragonij ſuum Ioannem, cognomento Abarca, multa ſanctitate venerabilem magniſque doloribus exercitatum, in cœlum (vt fides eſt) tranſmiſerunt & apud ſe cum honore depoſuerunt.

Itali ſuos celebrant Thomam à Cleſuto, & à Neapoli, tum etiam Seminum, apud quos venerationem habent.

XXII. *Vndecimo Cal. Ian.*

Victoriacenſes noſtri hoc ſui Cœnobij natalitio cum lætitia perfruuntur.

XXIII. *Decimo Cal. Ian.*

In Sicilia, Franciſcus cognomento Xilo dictus à Meſſana, clarus miraculis prædicatur.

Carnotenſes poſito ædis ſuæ fundamento lætabundi, hunc in felicibus diem habuerunt.

XXIV. *Nono Cal. Ian.*

Apud Italos, Ioannes cognomento à Laureto prophetici ſpiritus gratia, puritate animi & corporis, aliiſque diuinis muneribus illuſtris fuiſſe prædicatur.

XXV. *Octauo Cal. Ian.*

In Hiſpania, Melchior Ximenez ſacra in Natiuitate Domini peragens & altari aſtans, ab irruentibus Mauris cum ſocio & miniſtro Stephano à Granata obtruncatus eſt, ſicque naſcenti Chriſto ſuo ſanguine ambo libauerunt.

In eadem Hiſpania inſignis Theologus autoritate ac pietate præſtans Franciſcus ille, cognomento de Tamaio, poſt longos & acerbiſſimos dolores viuere deſiit mortalem vitam, vt ad immortalem naſceretur.

Septimo Cal. Ian.

XXVI. Panormi & Bruxellæ, S. Stephani tutelaris & patroni,

Vicennis

Digitized by Google

Vicennis in agro Parisiensi noster Antonius cognomento Estienne, vir eruditus & pius, & in Theologia mystica exercitatus eum vitæ consecutus est, ad quem se longo vsu & tempore comparauerat.

Itali, Galli, & Hispani, Stephanos plures sanctimonia vitæ ac morum integritate venerabiles possunt producere.

Sexto Cal. Ian. XXVII.

Ioannes à Neapoli Clericus eique alter cognominis Oblatus apud suos Neapolitanos egregio perfectionis vitæ cœlestiumque donorum præconio commendantur: quin & plures Ioannis nomine apud eos aliosque insignes habentur.

Quinto Cal. Ian. XXVIII.

Primum à morte B. P. N. totius Ordinis Capitulum felici auspicio cœpit celebrari.

Rhegij-Iulij, clarissimus ille omnique laudatione maior Gaspar cognomento Ricciullus dictus à Fosso, eius Vrbis Archiepiscopus, dierum ac meritorum plenus migrauit ad Dominum.

Lugduni, felix obdormitio beatæ memoriæ viri Dei Francisci cognomento de Sales, Gebennensis Episcopi, cuius merita vt nulla potest oratio adæquare, sic eum in tertium suum sodalitium concessisse Ordo Minimus nunquam satis poterit gratulari.

Quarto Cal. Ian. XXIX.

Apud Calabros duo Archangeli, vnus à Longobardo, alter à Besignano, vitæ gratia & mortis gloria insignes & clari, non immeritò sub vnius diei celebritate coniungentur.

Tertio Cal. Ian. XXX.

In Hispania, vir pius animique ac corporis puritate nitens, in orationis studio assiduus, charitate feruens, aliisque religiosis virtutibus excellens, Alphonsus cognomento Maldonatus, quam beatæ mortis gratiam quotidianis votis exposcebat feliciter adeptus est.

Sículi suum Iosephum cognomento à S. Lucia, mirabili perfectioris vitæ exemplo conspicuum debitis laudibus æternitati consecrarunt.

Pridie Cal. Ian. XXXI.

Nigeoni columbinæ simplicitatis, indefessæ orationis, prophetici spiritus, Angelicæ puritatis gratiâ communem sortem transgressus homo Dei, Ioannes, cognomento Alard, vniuersæ carnis viam ingressus immaculatum cœlo spiritum, vt creditur restituit.

Ibidem, Franciscus cognomento le Tellier, & Abbatissillæ Ioannes cognomento Franssure, non frustra in veneratione habentur.

Compendij, pientissima tertij Ordinis sodalis Catharina, cognomento Thibault, cum certo diuinæ dignationis pignore, & spe maioris cum tempore gloriæ reuelandæ nuper deposita est.

Hoc Diarium currente ac præcipiti calamo exaratum non multa, quibus studioso Lectori placere, aut satisfacere possit complectitur. Et id equidem vt verum fatear mihi non proposui, sed solùm volui hominum nostrorum animos excitare ad diligentius perscrutanda rerum suarum monimenta, vt suis quæque temporibus non negligant designare, intelligantque in quem vsum sua possit diligentia proficere. Quam ad rem satis habui vnum aliquem cuiuslibet rei successum in singulos dies annotare, nisi plures non exquirenti sub manum venerunt, quod non semel factum est. At quantò maior futura esset copia de singulis accuratiùs rationem inennti multis si tanti re-

ferret exemplis edocerem, quanta verò per alios fieri potuisset si suis in rebus magis exacti fuissent non facilè potest enarrari. Non diffiteor tamen inanes nobis ac vacuos plerosque dies occurrisse, tum maximè in postremis duobus mensibus, quos obuiis vt datum est rebus impleuimus, non vana plerumque ratione ducti, de qua sit Lectoris iudicium dum eius enunciandæ facultas non datur. Annos in margine descriptos præstitisset habere, quòd mihi etiam in animo erat, sed properanti præterquam credi potest, omninò non licuit. Non videbor mihi operam perdidisse, si hoc sibi tantùm specimen esse factum, Lector constituat, dum maiorum ac meliorum spe animum pascet ac sustinebit, nostri pro certo habeant; & ex hoc studium suum ad perficienda quæ nos retractare aliquando non pigebit, seriò conferant, nosque operâ & ope suâ non dedignentur.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

TOPOGRAPHICVS,

IN QVO VRBIVM, OPPIDORVM, fluminum, &c. nomina recenſentur.

A

Badiacum, 1629. 9
Aballo, *Auallon*, 1607. 5
Abbatiuilla, *Abbeuille*, 1499. 2
Abdara, 1605. 2
Abdua, 1547. 1
Accitana colonia, 1510. 2
Accuſium, 1499. 1
Achates, 1623. 12
Acheron, 1623. 6
Achradina, 1579. 2
Acilinus, 1585. 2.
Acinthius, 1572. 3
Acqui. V. Aquæ Statiellæ.
Acraga, 1534. 1
Acrouentum, 1614. 4
Adamatium, 1518. 7
Adda, V. Abdua.
Adour, V. Atyrus.
Adria, 1603. 11.
Adrianorum paludes, 1588. 1
Adriaticum mare, 1540. 1
Adſeptem fratres, 1535. 4
Adua, 1623. 22
Adura, 1616. 1
Ægabra, 1589. 1.
Æmilia, 1532. 2
Æſia, 1499. 2. 1573. 1
Æſium, 1603. 13
Ætna, 1523. 1
Agabra, 1589. 1
Agathyrium, 1582. 6
Agathyrſus, 1579. 3
Agendicum, 1585. 10
l'Agno, 1574. 1
l'Agno, V. Clanius.
Agragas, 1534. 1
Agrigentum, 1534. 1
Aiamonte, 1624. 7
Aillier, V. Elaueris.
Aiſne, V. Axona.
Aix, V. Aquæ Sextiæ.
Ala Flauiana, 1629. 7
Alaquaz, 1534. 2
Alaro, 1580. 5.
Albalata, *Albalata de Cinca*, 1610. 7
Albaycin, 1518. 6.
Alba, 1482. 6
Albaterra, 1617, 6
Albenga, V. Albingaunum.
Albingaunum, 1602. 6
Albintemelium, 1602. 6
Albula, 1600. 1
Alburgum, 1629. 10
Alcala de Hennares, 1578. 4
Alcala de los Ganzules, 1577. 4
Alcala la Real, 1556. 4
Alcamus, Alcamum, 1609. 7
Alcira, 1533. 2
Alcorcon, 1534. 2
Aldenardum, 1622. 2
Alecium prom. 1545. 2
Alençonium, *Alençon*, 1493. 8. & alibi.
Aletium, 1460. 1. 1524. 3
Alexandria, 1623. 22
Algaliola, *Algaliola*, &c. 1623. 14
Alhambra, 1518. 6
Alicante, 1586. 1
Alimania, 1541. 1
Allier, V. Elauer.
Allobroges, 1499. 1
Almeria, 1580. 1
Almontium, *Almonte*, 1568. 1
Almoradium, *Almoradi*, 1609. 8
Almeria, 1493. 6
Almunezarium, *Almunezar*, 1582. 1
Alnetum, 1585. 10
Alo, 1609. 8
Alone, 1585. 1
Aloſtum, 1622. 2
Altiſſiodorum, 1607. 5
Aluntium, 1582. 6
Alyba, 1535. 4
Amalphis, 1548. 6
l'Amanthia, 1416. 4
Amantia, *Amante*, 1623. 6.
Amatiſſa, 1490. 2
Ambacia, 1482. 5. 1489. 1. 1490. 2
Ambianum, 1498. 5. 1499. 2
Amboiſe, Vid. Ambacia.
Amiens, Vid. Ambianum.

Index.

Amiternum, 1614. 8
Amphiſa, 1580. 5
Anas, 1624. 7
Ancon, Ancona, &c. 1594. 2
Andaluſia, Vid. Vandalia.
Andegaui, Andes, &c. 1615. 1
Anderlacum, 1615. 3
Anderlecht. V. Anderlacum.
Andouerpium, 1614. 6
Andus, 1615. 1
Anduyer. Vid. Illiturgis.
Angeriacum, 1600. 4
Angeris, 1502. 4
Angers, 1615. 1
Angitula, *Angitola*, 1555. 4. 1579. 4
Angium, 1622. 2
Angouleſme. V. *Engouleſme*.
Anicium, 1611. 2
Anitia, 1603. 6
Anoia, *Anoia*, 1582. 2
Anſequera, 1585. 3
Anthemus, 1558. 1
Anticaria, 1585. 3
Antuerpia, 1614. 6
Anuers, 1614. 6
Anxa, 1612. 2
Anxanum, 1603. 8
Anzaluaſer, 1558. 1
l'Anzano. V. Anxanum.
Aouſt, 1619. 3
Apennini montes, 1529. 4
Apiarium, 1586. 1. 1605. 1
Apoſa, 1529. 4
Apruſtum, 1571. 1
Aquæ Larodæ, 1610. 4
Aquæ Sextiæ, 1555. 1
Aquæ Statiellæ, 1602. 2
Aquila, *Aquile*. 1624. 8
Aquilæ, ſeu Aquæ ſylua, 1585. 10
Aquitania II 1607. 6
el Arabal, 1546.
Aranda de Duero, 1596. 2
Araria, 1552. 1
Araris, 1552. 1606. 5. 1622. 4
Arbon, 1621. 2
Arboroſa, 1621. 2
Arboſium, 1621. 2
Arca, 1581. 2
Arcamum, *Arcame*, 1609. 7
Archidona, 1551. 5. 1556. 2
Arcus, *Arc*, 1555. 1
Arcus, 1602. 1
Arelas, Arelate, &c. 1616. 7
Arles. V. Arelas.
Arlançon, 1582. 5
Arena, 1523. 4
Arenæ, 1607. 1
Arenas gordas, 1568. 1
Areuaci, 1591. 3
Argentanum, 1428. 1516. 5
Argentius, *Argent*, &c. 1529. 2
Argentarius mons, 1582. 7
Argilla, 1602. 5
Ariminum, 1610. 2
Arnus, *Arno*, 1581. 3. 1585. 3
Armentio, 1605. 7
Arque. V. Arca.
Arſicua, 1629. 12
Artemiſium, 1593. 1
Artemiſium prom. 1611. 5
Arucci, 1584. 5
Aruerna, 1632. 2
Aruernia, 1541. 1
Aruernum, 1632. 2
Aſchenez, 1556. 2
Aſindum, 1379. 5
Aſparnacum, 1620. 2
Aſprenciacum, 1620. 2
Aſſidonia, 1543. 1. 1579. 5
Aſſiſium, 1429.
Aſta, 1524. 6
Aſtapa, 1562. 2
Aſta Pompeia, 1602. 2. *Aſti*.
Aſtorga. V. Aſturica.
Aſturica, 1548. 5
Aſtygis, 1506. 7. 1509. 5
Aſtyron, 1416. 4
Atax, 1570. 2. 1629. 1
Atella, 1574. 1
Aternus, 1624. 8.
Athanagia, 1629. 14
Atheſis, 1595. 3
Athum, 1622. 2
Atria, *Atri*, 1605. 11
Atyrus, 1592. 1. 1609. 5
Auaricum Biturigum, 1505. 1. 1617. 13
Auaricus, 1617. 13. 1623. 1
Aube, 1482. 6
Aubete. V. Albula.
Aubeterre. V. Albaterra.
Auallo. V. Aballo.
Auca, 1582. 5
Auctura, 1616. 1
Aude. V. Atax.
Audura, 1616. 1
Auerſa, *Auerſa*, 1574. 1
Auguſta firma. 1506. 7.
Auguſta Peruſia, 1576. 3
Auguſta Taurinorum, 1625. 4
Auguſta Veromanduorum, 1613. 1
Auguſtobona, 1617. 1
Auguſtobriga, 1582. 5
Auguſtonemetum, 1607. 7. 1632. 2.
Auguſtonemetum Aruernorum, 1611. 2
Auguſtoritum, 1591. 7
Auia Iulia, 1585. 11
Auia Liuia, 1585. 11
Auinio, *Auignon*, 1570. 5
Aula-cocta, 1534. 2
Aulon, 1480. 1
Aurata, 1617. 13
Aurelia, Aureliæ, &c. 1613. 3.
Auricella, 1623. 12
Aurelia, Aurelianum, 1498. 4
Aurigia, 1584. 5
Auſa, 1591. 1
Auſer, Auſur, Auſetis, 1581. 5
Auſedonia, 1582. 7
Autricum Senonum, 1607. 5
Auuergne. V. Aruernia.
Auuretz, 1617. 13

Digitized by Google

Auuron, 1617. 13. 1623. 1
Auxerre, 1607. 5
Auxon, 1605. 7
Auximum, 1603. 13
Axalitum, 1559. 1
Axona, 1573. 1. 1582. 4
Azalcaçar, 1558. 1

B

Bæta, 1561. 3
Bætis, 1495. 4. 1506. 7. 1510. 1. 1514. 5. 1551. 4. 1568. 1
Baëza. V. Biatia.
Bagnuolo. V. Balneolum.
Bailen, 1556. 3
Balma, 1607. 5
Baldricurium, 1482. 6
Baldeolum, 1603. 6
Barcelona. Vid. Barcino.
Barcino, 1510. 3. 1574. 1
Barium ad Albam, 1627. 1
Barium, *Bari*, 1530. 2. 1616. 2
Bar-le Duc, 1618. 5
Barolum, 1616. 2
Barrum, 1618. 5
Barrum ſuper Albam. *Bar ſur Aube*, 1482. 6
Bar-ſur-Aube, 1627. 1
Baſilea, 1607. 3
Baſſingium, *Baſsing*, 1615. 5
Baſtetani, 1605. 2
Baudricour, 1482. 6
Bealna, Belna, 1625. 3
Beaune, 1625. 3
Bellouacum, 1617. 14
Beauuais, 1617. 14
Beau-regard. V. Belli-regardum.
Belli-regardum, 1541. 1
Belicardi mons, 1607. 3
Belſinum, 1603. 3
Belmontium, *Bellomonte* 1455. 3
Beluederium. Vid. Blanda.
Beluedere, 1416. 4. 1518. 7
Benacus, lacus, 1591. 8
Benenentum, 1588. 6
Benius, 1602. 4
Bergomum, *Bergamo*, 1602. 2
Bernalda, 1539. 1
Bernauda. V. Bernalda.
Berry. Vid. Bituriges.
Beſagno, 1623. 13
Beſançon. V. Veſuntio, &c.
Beſara, 1614. 2
Beſidianum. *al.* Biſinianum.
Beſos, 1578. 5. 1557. 1
Betulo, 1578. 5
Bezuers, 1614. 2
Biatia, 1551. 4
Biar, *Biaz*, Biuar, 1586. 1. 1605. 1
Bibracte, 1625. 3
Bilbilis, 1510. 2
Billomum, *Billom*. 1560. 4
Biſignano. Vid. Biſinianum.
Biſinianum, 1455. 3. 1458. 1515. 2. 1518. 7. 8. 9
Biſontio, 1607. 3
Biterræ, Biterræ, 1614. 2
Bitonto. V. Butuntum.
Bituriges, 1507. 1
Biturigæ, 1617. 13
Blanda, 1416. 4. 1518. 7. 8
Blaye. V. Blauia.
Blauia, 1606. 8
Blaſia, *Blaiſe*, 1482. 6. 1496. 1. 1614. 1. 1490. 2
Bleſocium, 1496. 1
Blois. V. Bleſæ.
Bliteræ, 1614. 2
Blonna, *Blonne*, 1602. 4
Boccnium Hemerum, 1519. 1
Bologna. Vid. Bononia.
Bone, 1602. 4
Bonne-maiſon. V. Bona-domus.
Bona-domus, 1585. 10
Bonifacium, 1518. 8
Bonifato. Vid. Bonifacium.
Bononia G. 1611. 4. *ſen*, Bolonia.
Bononia, 1519. 4. 1532. 2
Bomeriæ, *Bommiers*, 1507. 1
Borello. V. Burellum.
Borgetto. V. Burgettum.
Bormiæ, *Bormes*, 1482. 4
Boſſena, 1574. 1
Bourdeaux. V. Burdegala.
Bourges, 1617. 13
Bourges. Vid. Auaricum, &c.
Bracancuria, *Bracancour*, 1482. 6. 1496. 1
Brauum, 1582. 5
Braces, 1550. 6
Briaticum, 1550. 6
Breſcia. V. Brixia.
Brenna, Brienna, &c. 1627. 1
Brienne. V. Brenna.
Brigætium, 1548. 5
Brindiſi. Vid. Brunduſium.
Brionde, 1611. 2
Briocopolis, 1622. 1
Briſtacia, 1545. 2
Briuas, Briua, 1611. 2
Briua-Æſiæ, 1593. 7
Brixia, 1588. 5
Brunduſium, 1460. 1. 1524. 3. 1530. 2. 1578. 6
Brunna, 1629. 12
Bruſſelle, 1616. 4
Brutij, 1416. 4. 1444
Bruxella, 1616. 4
Bubiemum, 1629. 6
Buda, 1629. 7
Burdegala, Burdigala, 1607. 6
Burellum, 1555. 4
Burgettum, 1604. 3
Burgos. V. Burgi.
Burgi, 1582. 5
Burſoria, 1625. 3
Burſure, 1625. 3
Buſentus, *Buſento*, 1510. 5
Buta, 1611. 2
Butuntum, 1615. 4
Buxentum, 1471. 1

Digitized by Google

Index

C

CAbellio, &c. 1596. 3
Cabellio, 1604. 7
Cabilo, &c. 1596. 3
Cabo Bengerbino, 1584. 4
Cabo Corſo, 1623. 14
Cabo di S. Maria, 1612. 1
Cabo di Maſſa Oliueri, 1579. 2
Cabo Orlando, 1582. 6
Cabo Piſſaro, 1579. 2
Cadoing. Vid. Cadunium.
Cadunium, 1503. 2
Cæſarauguſta, 1492. 2. 1493. 6
Cæſarauguſta, 1576. 1
Cæſaria, 1623. 22
Cæſariana, 1514. 6
Cæſarodunum Turonum, 1482. 5. 1490. 2. 1491
Cæſaromagus, 1617. 14. 1633. 1
Cæſarodunum, 1621. 4
Cæſenna, *Ceſena*, 1619. 16
Caglieri, 1613. 14
Caino, 1481. 3
Calaita, 1428.
Calais, 1611. 4
Calagurris, 1585. 11
Calahora. V. Calagurris.
Calata-Heronis, *Calatagirone*, 1585. 8
Cales, 1551. 3
Caleſium, 1611. 4
Caletes, 1611. 4
Calonatus, 1520. 2
Calopinace, 1566. 2
Calis. Vid. Gades.
Calidus-mons, 1499. 1. 1500. 1
Calniacum, 1617. 15
Calor, 1588. 6
Calopicciatum, *Calopicciato*, *Calopezzati*, 1624. 4
Calpe, 1535. 4
Calpe, 1493. 6
Calui, 1551. 3
Caluus-Mons, 1611. 2
Camarena, *Camarena*, 1562. 4
Cambodunum, 1619. 9
Camerinum, 1617. 9
Campania, 1513. 11
Campagna. Vid. Campania.
Campiniacum, 1603. 1
Campi, *Campos*, 1596. 2
Cantera, 1623. 12
Cantera, 1584. 2
Cœnus, 1555. 1
Capis, 1602. 3. 1631. 1
Capo Boco. Vid. Libœum promont.
Capo Campanella, ſeu, *Capo di Minerua*. Vid. Mineruæ promontorium.
Capua, *Capoa*, 1605. 4
Capo d'ella Torre, d'el faro, 1464. 2
Capo d'elle Colonne. Vid. Lacinium prom.
Capo di S. Maria. Vid Iapygium prom.
Capo di Milazzo, 1464. 2
Capo di Vaticano, 1543. 1
Capreæ Inſ. 1586. 6
Capurſium, *Capurſi*, &c. 1622. 4
Caraca, 1578. 4
Calaris, *Caralis*, 1625. 14
Carantonus, 1619. 1. 2
Carcaſſo, Carcaſſona, *Carcaſſone*, 1619. 1
Cardo, *Cardone*, 1623. 5
Cariatum, *Cariati*, 1444. 1512. 2
Carlonoplis, 1606. 7
Carnotes, Carnutes, &c. 1616. 1
Carolopolis, 1606. 7
Carpentoracte, *Carpentras*, 1606. 4
Carrion, 1585. 11. 1606. 3
Carſium, *Cars*, 1617. 9
Cartama, 1608. 6
Cartaiena, 1605. 2
Carteia, 1567. 3
Carthago, 1605. 2
Carthuſiani-montes, 1499. 1
Carus, 1491.
Caſale-benedictum, 1507. 1
Caſale nouum, *Caſalnous*, 1581. 2
Caſalium, 1621. 3
Caſatum, 1621. 3
Caſcantum, *Caſcante*, 1585. 12
Caſerta, 1605. 5
Caſſanum, 1581. 2
Caſtania, *Caſtania*, 1579. 3
Caſtalla, *Caſtalla* y *Caſtralla*, 1586. 1
Caſtellum, 1609. 1
Caſtel-al-mare di Stabie. Vid. Caſtrum-Almurinum Stabienſe.
Caſtellana, *Caſtellana*, 1612. 5
Caſtellariæ, 1493. 8
Caſtel-al-mare, &c. Vid. Caſtrũ-Almurinũ.
Caſtelvetere. V. Caulona.
Caſtel-Vetrano, ſeu, *Caſtel-bertran*, 1607. 1
Caſtillo de loſa, 1559. 1
Caſtillio, *Caſtiglione*, 1604. 5. 1606. 1
Caſtrouillarium, 1571. 1
Caſtrum-Almurinum Stabienſe, 1480. 1
Caſtrum-Almurinum, &c. 1506. 8
Caſtrum-altum, 1586. 1
Caſtrum-foſcaldum, 1416. 5
Caſtrum-Ioannis, *Caſtro Gionanni*, 1601. 2
Caſtrum-Heraldi, &c. 1495. 3
Caſtrum-Orientis, &c. 1603. 7
Caſtrum-nouum, 1619. 2
Caſtrum-Theodorici, 1609. 6
Caſtrum-Veteranum, 1607. 1
Catacium, 1577. 1
Catana, *Catania*, 1525. 1
Catanzarum, *Catanzaro*, 1577. 1
Catona, *la Catona*, 1464. 1. 1629. 13
Caua, *Caua*, 1583. 2
Cauares, 1570. 3
Cauaillon. V. Cabellio.
Caulona, 1580. 5
Cauriana, 1617. 5
Caurum, 1588. 1
Cazau, 1621. 8
Celanus, 1520. 2
Celicum, 1453.
Celliniæ, 1611. 2
Centa, 1601. 6
Centurium, *Centuri*, 1623. 14
Cerilli, 1545. 1

Ceruaria,

Digitized by Google

Topographicus.

Ceruaria, *Cerueta*, 1591. 1
Ceuennici montes, 1614. 2
Chalon. V. Cabilo.
Chalemont. Vid. Calidus-mons.
Chambery. V. Camerinum.
Champigny. 1603. 1
Chanaualetis, 1611. 2
Charante. V. Carantonus.
Charidemum prom. 1605. 2
Charnia, 1623. 2
Chartres, 1616. 1
Charybdis, 1503. 1.
Chaſteau-Thierry, 1606. 6
Chaſtel. V. Caſtellum.
Chaſtellerault. Vid. Caſtrum-Heraldi.
Chaſtelliers. Vid. Caſtellariæ.
Chaſteau-neuf, 1619. 2.
Chaumont. Vid. Calidus-mons.
Chaumont, 1611. 2
Chauny, 1617. 15
Chenevalet, 1611. 2
Chenij portus, 1611. 2
Chenil. Vid. Singulis.
le Cher, 1491
Cherſoneſum promontorium, 1464. 2
Chezan-benoiſt. Vid. Caſale-benedictum.
la Chiana. Vid. Clanis.
Chieti. V. Teate.
Chinon, 1481. 3
Chryſopolis, 1607. 3
Ciantum Venetorum, 1619. 3
Cilium, 1608. 3
Cimina, *Cimina*, 1608. 2
Cinga, *Cinca*, 1610. 7
Cinque frondi, 1582. 2
Cirella, 1545. 1
Cirnus, 1494. 2
Cirò, 1545. 2
Cirra, 1444
Cirtius, 1510. 1
Ciuaro, 1499. 1
Ciza, 1614. 1
Clain, 1591. 7
Claicetta, *la Claiette*, 1629. 17
Clairmont, 1632. 2
Clannius, 1591. 7. Clanis, *ibid.*
Clanis, 1507. 7
Clanius, 1574. 1. 1593. 5
Clarus-mons, 1632. 2
Clennis, 1571. 7
Clermont, 1632. 2
Cleta, 1629. 17
Clibanus, 1539. 1
Codicorum, 1588. 1
Codigoro. V. Codicorum.
Cogniacum, *Cognac*, 1493. 9
Cœnomani, Cœnomanium, 1618. 6
Colonia Vibia, 1576. 3
Colonia Iulia Auguſta, 1555. 1
Colonia Patricia, 1510. 1
Columbaria Inſ. 1572. 3
Collis hortulorum, 1495. 1
Comingeois. Vid. Conuenæ.
Commachio, 1588. 1
Compendium, 1606. 7
Compiegne. V. Compendium.
Complutum, 1578. 4
Comum, *Como*, 1623. 22
Condate, 1619. 3
Condiuicum, Condiueum, 1589. 3
Condrum, *Condro*, 1601. 4
Conilium, *Conil*, 1567. 3
Conuenæ, 1533. 3
Conuerſano. V. Cuperſanum.
Conuicinum, 1606. 7
Conſentia, *Conſenza*, 1416. 4. 1444. 1458. 1510. 5. 1515. 2
Conſtantina, 1616. 7
Conteſtani, 1533. 2
Corduba, *Cordoüa*, 1495. 4. 1506. 7. 1510. 1
Corilianum, *Corigliano*, 1458. 1482. 1
Corlianetus, 1458.
Coro, 1588. 1
Cortona, 1460. 2
Corrone, 1460. 2
Corſica. Vid. Cirnus.
Corſicum prom. 1623. 14
Coſa, Coſanum, 1582. 2
Crathis, 1510. 5
Cratis, *Crate*, 1623. 5
Crauſia, 1502. 4
Cremona, *Cremona*, 1623. 23
Creſpy, 1560. 4
Creuſe. Vid. Crauſia.
Crimiſſa, 1444. 1595. 2
Criſia, *Criſia*, 1624. 4
Cropulatum, 1520. 2
Croton, 1460. 2
Cryptalia, &c. 1538. 1
Cularo, 1499. 1
Cultura Caroli M. 1606. 7
Cumerum prom. 1594. 2
Cuperſanum, 1623. 17.
Cuteclara. 1510. 1

D

le D*Anube*, 1629. 7. 9
Danubius, 1629. 7. 9
Darrus, *ſeu*, Dauras, 1518. 6
Deciſa, 1621. 5
Decempagi, 1621. 5
Decetia, 1621. 5
Denia, 1611. 5
Deppa, 1581. 2
Dertona, 1510. 4
Dertoſa, Dertuſa, 1629. 14
Dertuſa, 1595. 2
Deſize, 1621. 5
Deulla, 1618. 3
Diamante. Vid. Adamatium, 1518. 7
Dianium, 1611. 5. 1616. 6
Dieppa, *Dieppe*, 1581. 2
Dieuze, 1620. 3
Digne. V. Dinia.
Dijon. V. Diuio.
Dinia, 1602. 4
Dinlo, 1617. 4
Diuio, 1596. 4
Diuodurum Mediomatricum, 1604. 6.

Index

Dola, *Dole*, 1624. 1
la Dordogne, 1615. 2
Doüay, 1624. 2
Doria, 1625. 4
Doulens. Vid. Dulenium.
le Doux. V. Dubis.
Dracena, 1631. 2
Drach. Vid. Draco.
Draco, 1499. 1
Draconiana, 1631. 2
Draguignan, 1631. 2
Drepanum, 1572. 3.
Drona, 1617. 6
la Drone, Drona, &c.
Druentia, 1604. 7
Druna, 1617. 6
Duacum, 1614. 2
Dubis, 1607. 3. Dubius, 1614. 1
Duero. V. Durius.
Dulenium, 1499. 2
Dunave. V. Danubius.
Dun le-Roy, 1623. 1
Dunum, *Dun*, 1608. 4
Dunum-regium, 1623. 1
Duodeciacum, 1620. 3
la Durance. V. Druentia.
Duranius, 1615. 2
Durazzo. V. Dyrrachium.
Durencour, 1572. 1
Duria, 1625. 4
Durius, 1585. 11
Durocortum, 1572. 1
Dyrrachium, 1540. 1

E

EBolis, 1513. 11
Ebolum, Ebulum, 1577. 3
Ebro. V. Iberus.
Ecija, 1506. 7. Vid. Aftygis
Ecoliſma, 1619. 1
Edeta, 1603. 3
Edetani, 1533. 2
el Egido, 1551. 4
Egnatia, 1530. 2
Eguſa Inf. 1572. 3
Elaio, 1556. 4
Eleuariolus, 1617. 13
Elauer, Elaueris, 1541. 1. 1611. 2. & alibi.
Elbij Vicus, 1577. 2
Eleona, 1627. 3
Ella, 1615. 2
Elmantica, 1554. 2
Engoliſma, 1619. 1
Engouleſme, 1619. 1
Enna, 1579. 2. 1585. 8. 1601. 3. 1624. 6
Entella, 1607. 1
Eridanus, 1532. 2
Eryx, 1572. 3
Eſaro. V. Iſaurus.
l'Eſcaut, 1614. 6
Eſla. V. Eſtola.
Eſparnay. V. Sparnacum.
Eſpinal. V. Spinalium.
l'Eſpine. 1624. 3
Eſtalrich, 1610. 8
Eſtampes. Vid. Stampæ.
Eſtanayer, 1622. 3
Eſtepa, 1562. 2
Eſtola. 1585. 11
Eſſui, 1573. 1
Etruria, 1577. 2
Euoli. V. Ebolum.
Euoli. Vid. Ebolis & Ebolum.
Eura, 1617. 13
Eure, 1616. 1
Exiliſſa, 1535. 4
Exitanu. *V.* Hexitani.
Exoldunum, 1507. 1
Exoldunum, Exſoldunum, &c. 1615 6

F

Faënza. V. Fauencia.
Faience. V. Fauentia.
Faliſca, 1578. 2
Fanum, *Fano*, 1602. 5
Fauagnana, 1572. 3
Fauentia, 1574. 1. 1629. 16. 1631. 2
Fauerniacum, *Fauerny*, 1611. 2
Felicitas Iulia, 1627. 3
Felſina, 1529. 4
Ferentium, 1577. 2
Feritas-Bernardi, *Ferté-Bernard*, 1493. 8
Feritor, 1623. 13
Ferme. V. Firmum.
Ferraria, *Ferrara*, 1532. 2
la Ferté-Aucol, &c. 1606. 6
Forum-Liuij, 1623. 2
Feſcennia, 1578. 2
Feublaine, 1588. 2
Feurs, 1611. 2
Fiorenza. V. Florentia.
S. Fidis oppid. 1615. 2
Firmitas-Auculphi, 1606. 6
Firmum, 1607. 2
Fiſtricum, Fiſtritz, 1629. 8
Fiume freddo, 1623. 8
Fiume grande. V. Himera.
Flaminia. 1532. 2
Flauia Gallica, 1610. 7
Flauianum, 1629. 7
Flauium Axalitanum, 1559. 1
Florentia, 1583. 3
Floris, 1627. 3
Flumen-frigidum, 1623. 8
Fons-ſanctus, 1608. 6
Fontenay. V. Fontanetum.
Fontes, 1595. 2
Fontes Legionis, 1548. 5
Forconium, 1624. 8
Forli, 1613. 2
Formicole. V. Forum-Herculis.
Formigo, 1588. 3
Forenſes, 1611. 2
Forum, 1603. 9
Forum Alieni, 1532. 2
Forum-Caſſij, 1577. 2
Forum-Egurorum, 1585. 11
Forum-Herculis, 1543. 2

Digitized by Google

Forum-Iulij, 1482. 4. 1529. 2
Forum-nouum, *Fornone*, 1595. 2
Forum Segusianorum, 1611. 2
Foscaldum, *Foscaldo*, 1416. 3. 1603. 4
Fraga. V. Flauia Gallica.
Fanca-villa, 1538. 1
Francolin, 1582. 3
Fraxinetum, 1580. 2
Fraxinum, 1580. 2
Fredus, 1455. 3
Freiuls. Vid. Forum-Iulij.
Frentani, 1603. 8
Fresneda. V. Fraxinetum.
Friburgum Nuſtlandiæ, 1620. 5
Frundens, 1601. 4
Fublinum, 1588. 2
la Fuenta ſanta. V. Fons-ſanctus.
Fuentes. V. Fontes.
Fuentes de Leon, 1548. 5
Fumarellus, *Fumarello*, 1614. 4
Furania, 1611. 2
Furor, 1513. 11. 1582. 2

G

GAdes, 1502. 5. 1514. 5
Gagliano, 1612. 1
Gallon. V. Gallio.
Galianum, 1612. 1
Gallenium, Galeſus, *Galeſe*, 1578. 2
Gallipolis, *Gallipoli*, 1612. 2
Gallio, 1603. 1
Gallula Roma, 1616. 7
Gapeau. V. Capis.
Garcia, 1588. 5
Garonne. V. Garumna.
Gaurum, 1588. 1
Garumna, 1606. 8. 1607. 5
Garumna, *Garonne*, 1490. 1
Gaurus, 1506. 8
Geiſſo. V. Gypſum.
Geſunium, *Geſuny*, 1593. 6
Gehers-berge, 1622. 2
Gemina Vrbanorum, 1548. 4
Genabum, 1498. 4
Genua, *Genoa*, 1494. 2
Genua Vrbanorum, 1548. 4
Gerardi-montes, Gerardimontium, 1622. 2
Gerenia, 1512. 2
Gergean. Vid. Iargolium.
Gergenti. V. Agrigentum.
Gergobia, 1623. 20
Gerro, vel *Garro*. Vid. Gaurus.
Gerunda, 1611. 6
Geryone. Vid. Gerenia.
Geſſoriacum Nauale, 1611. 4
Gibraltar. Vid. Calpe.
Giemum, ſeu Gianum, *Giem*, 1498. 4
Gieraci, 1585. 4
Giers, *Giers*, 1623. 21
Girona. V. Gerunda.
Giuortius, 1623. 21.
Gobæum prom. 1622. 1
Golfo d' Alicante, 1586. 1
Golfo di Agropoli, ſeu *di Salerno*. Vid. Sinus Peſtanus.
Golfo di Roſſano, 1545. 2
Golfo di Scalea, 1545. 1
Golfo di S. Eufemia. Vid. Sinus Hipponiates.
Golfo di Taranto. Vid. Sinus Tarentinus.
Golfo di Venetia. V. Adriaticum mare.
Gorò. V. Gaurum.
Gouerno, *Gouernolo*, 1614. 4
Goulfe de Grimaud. 1609. 6
Grammont, ſeu *Grandmont*, 1622. 2
Granada. Vid. Granata, &c.
Granata, *vel*, Granatum. 1487. 6. 1493. 6. 1518. 6
Granollers, 1578. 5
Granullarium, 1578. 5
Graſſa, 1574. 2
Gratianopolis, 1499. 1
Gratti. Vid. Crathis.
Grayum. *Graj*, 1611. 2
Grenoble. Vid. Gratianopolis.
Grotaglie. V. Cryptalia.
Grotalla. V. Cryptalia.
Guadalaviar, 1533. 2
Guadalete. Vid. Lethe.
Guadalmar. 1551. 4
Guadalquiuir. Vid. Bætis.
Guadiamar, 1558. 1
Guadiana, 1624. 7
Guaſtum *il Guaſto*, 1603. 8
Gubernolum, 1614. 4
Guelua, *Guelua*, 1588. 7
la Guiche, 1617. 7
Guichia, 1617. 7
Guienna, 1607. 6
Guiſia, *Guiſe*, 1613. 1
Gurſonium, 1615. 2
Gypſum, 1623. 18

H

HAbana, *Havana*, Inſ. 1602. 1
Hainia, 1618. 2
Haleſus, 1578. 2
Hannia, 1618. 2
Hatton-Chaſtel, 1601. 8
Helledus, 1614. 2
Helmantica, 1554. 2
Heluinus, 1603. 11
Herbita, 1624. 6
Herinum, 1515. 2
Hexitani, 1580. 1. 1582. 1
Hidruntum, 1460. 1. ſup. Hydrus, ſeu Hydruns.
Hieracium, 1585. 4
Himera, 1584. 4
Hipparis, 1585. 8
Hiſpalis, 1493. 6. 1506. 7. 1518. 6. 1524. 5. 1548. 5
Hiſtonium, 1603. 8
Horta, 1578. 2
Hoſtalric, 1610. 8
Huinnis, *Huine*. 1463. 8
Hybla, 1617. 2
Hydruns, 1480. 8. 1481. 1. 1524. 3. 1540. 1
Hyela, 1518.

Digitized by Google

Index

I

Iaën, 1551. 4
Ianua. Vid. Genua.
Iapygium prom. 1530. 1. 1612. 1
Iargolium, 1498. 4
Iarnacum, *Iarnac*, 1619. 2
Iberus, 1568. 1. 1576. 2. 1629. 14
Icauna, 1611. 2
Iccius portus, 1611. 4
Idabeda, 1557. 1
Ieropotamus, 1582. 2
Ieſi, 1603. 13
Ilbrucus, 1610. 4
Ilerda, 1486. 1610. 7
Ilipa, 1567. 3
Illiberis, 1518. 6
Illice, 1586. 1
Illicitanus Sinus, 1586. 1
Illiturgis, 1495. 4. 1505. 10
Inculiſma, 1619. 1
Indre. Vid. Angeris.
Inſula-Burchardi, 1603. 1
Inſula, Iſla, &c. 1618. 3
Inſula Venuſina, 1604. 7
Ione, 1611. 2
Ioreo, 1541. 1
Iouinus, *Iouins*, 1453.
Iria, 1510. 4
Iris, 1555. 1. 1594. 1
Iſara, *Iſere*, 1499. 2. 1611. 2. 1623. 19
Iſarus, Iſara, Iſer, 1619. 9
Iſaurus, 1593. 1. 1598. 3
I'Iſle. V. Inſula, &c.
Iſponis, 1585. 8
Iſſoudun. V. Exoldunum.
Iſter, 1619. 9.
Itacheſiæ Inſulæ, 1550 6
Iudicellus, 1523. 1. 1384. 2
Iulia Conſtantia, 1524. 5
Iulia Fama, 1624. 7
Iuliana, 1607. 1
Iulia Paterna, Narbo, &c. 1570. 3
Iulia pietas, 1416. 4
Iuliobona, 1629. 7
Iuliodunum, 1603. 1
Iuliomagus, 1615. 1
Iuncuria, 1593. 12
Iunquera, Iuncaria, 1593. 12

L

Lacinium promontorium, 1460. 2
Lago di Como. V. Larius.
Lago di Garda V. Benacus.
Laino, 1545. 1
Lancedona, 1582. 7
Laon, 1609. 2
Larodio, *Larod*, 1592. 1
Lartes, 1574. 1
Larius lac. 1623. 22
Laſicuria, *Laſicour*, 1496. 1
Laualis, *Laual*, 1493. 8
Laudunum, 1609. 2
Launa, 1609. 2
Laiis, *Lao*, 1545. 1. 1610. 3
Lauſana, 1620. 5
Lauſodunum, 1620. 5
Lauretum, 1607. 2
Ledus, 1615. 1
Legia, 1618. 1
Legio Gemina, &c. 1627. 3
Lemanus lacus, 1620. 5
Lentino. V. Leontium.
Lentus, *Lento*, 1603. 12
Lenza, 1603. 6
Leona, 1622. 1
Leodium, Leodicium, 1618. 1
Leomanus, 1622. 1
Leonium, 1622. 1
Leontium, 1584. 1
Lerida, 1486.
Leſſinia, 1622. 2
Leta, *Leto morto*, 1607. 2
Lethe, 1502. 5. 1514. 6
Letianum, 1623. 15
Leuantium, *Leuante*, 1603. 7
Leuca promont. 1480. 1
Leudica, 1618. 1
Leuer, 1617. 13
Lezano, 1623. 15
Lexe, *Lexi*, &c. Vid. Aletium.
Liburum promontor. 1518. 10
Libonatum, *Libonati*, 1610. 3
Liburnium, 1615. 2
Licodia, 1617. 4
Liconium, 1595. 1
Liege, 1618. 1
Ligeris, 1489. 2. 1491. 1505. 6. 1607. 7
Lilla, 1618. 3
Lilybæum prom. &c. 1585. 2
Limegne. V. Limania.
Limania, 1541. 1
Linder, 1620. 3
Lingua Groſſa, *Lingua groſſa*, 1584. 2
Lintium, 1629. 7
Lion. V. Lugdunum.
Lisboa, *Lisbona*, 1627. 3
Lisbona. Vid. Vlyſippo.
Liſius, 1609. 5
Litero, *Litro*, 1541. 1
Liuga, 1618. 1
Lobregat, 1629. 14
Locri, 1585. 4
Loir. V. Ledus.
Loire. Vid. Ligeris.
Lomberia, 1533. 3
Lombez. V. Lomberia.
Longhola, 1577. 2
Longobardi, Longobardum, *Longobardo*, 1600. 3
Longuntica, 1609. 8
Lora, 1559. 3
Loudun. V. Iuliodunum.
Louue. V. Lupa.
Louure. Vid. Lupara.
Loxa, 1559. 1
Lucena, 1486. Vid. Lucentia, &c.
Lucentia, 1486. Lucentum, 1495. 5

Luceria,

Digitized by Google

Luceria, 1586. 5
Luciferi-fanum, 1502. 5. 1593. 8
Lugdunum, 1499. 1. 1552. 1
Lugdunum Clauatum, 1609. 2
Luna, Luna noua, 1601. 5
Lunarium prom. 1611. 6
Luna-riuula, 1620. 4
Lunæ-villa, *Luneuille*, 1610. 4
Lupa, 1607. 4
Lupara, 1493. 7
Lupia, 1460. 1
Lutetia, 1493. 7. 1610. 5
Luxia, 1588. 7
Lypia, Lypiæ, 1460. 1.

M

MAcra, 1601. 5
Madama, 1555. 4
Madinus, 1607. 1
Madrid, 1561. 4
Mageritum, 1561. 4
Magneliacum, *Maignelay*, 1504. 1
Magnum prom. 1617. 3
Magra, 1601. 5
Maidæ, *Maida*, 1469. 3. 1496. 5
Maioritum, 1561. 4
Maiorica, 1596. 2
Maius-monaſterium, 1490. 3
Malaca, *Malaga*, 1493. 6
Malburgetum, *Malbourguet*, 1592. 1
Mallorca. V. Maiorica.
Mammillaria, 1616. 7
Mana, *Mane*, 1602. 1
Mancera, *Mancera de Abaxo*, 1602. 1
Mandubij, 1605. 7
Manduria, Manduriun, 1581. 2
le Mans, 1618. 6
Manreſa, 1629. 14
la Manthia, 1623. 6
Mantua Carpetanorum, 1561. 4
Mantua, *Mantoa*, 1591. 8
Maratea, *Maratea*, 1603. 5
Maratium, *Marato*, 1623. 13
Marcopolis, 1428. 1623. 7.
Marcharuilla, *Marcheville*, 1621. 1
Mare inferum, ſeu Tyrrhenum, 1416. 4 & alibi.
Marecia, *Marida*, 1610. 2
Mariani montes, 1510. 1
Marmoutier, 1490. 3
Marne. V. Matrona.
Maronium prom. 1623. 14
Mariſma, 1561. 3
Marobudum, 1629. 6
Marrucini, 1603. 10
Marruces, &c. 1519. 1
Marſala, *Marſala*, 1585. 2
Marſeille. V. Maſſilia.
Marta, *Marta*, 1574. 1.
Martina, *Martina*, 1608. 3
Martinopolis, 1491.
Martos, 1589. 1
Maſanum, 1604. 8
Maſburgum, 1582. 5
Maſcon, 1622. 4
Maſſa Lubrenſis, 1586. 6
Maſſilia, 1482. 4. 1594. 1
Matiſco, Matiſcona, 1622. 4
Matiſſa, 1622. 4
Matrinus, 1603. 11
Matritum, 1561. 4
Matrona, 1496. 1. 1606. 6. 1610. 6
Mayenne. V. Meduana.
Mazara, 1523. 4. 1585. 2
Medama, 1593. 11
Medama. V. Madama.
Medina Sidonia. 1567. 3. & alibi.
Medina de rio ſeco, 1585. 11
Mediolum, 1502. 5
Mediolanum, 1547. 1
Meduana, 1493. 8. 1615. 1
Mela, 1588. 5
Melanium, 1469. 3. 1496. 5
Melitellum, *Melitello*, 1617. 2
Melitellus, 1579. 3
Mellaria, 1605. 1
Menoba, 1551. 4
Mentia, ſeu *Menza*. V. Minciut.
Meſima. V. Medama.
Meſſafra, *Meſſafra*, 1623. 13
Meſſana, *Meſſina*, 1464. 2. 1513. 1. 1503. 1
Meſſania, 1623. 15
Meſſapia, 1623. 15
Metapontus, 1530. 1
Metaurus, 1496. 3
Metaurus alter, 1555. 4
Methymna-Cœli, *Medina-Celi*, 1502. 5
Methymna Sidoniorum, 1567. 3. 1579. 5
Metis, Metæ, 1604. 6
Metreme. Vid. Metaurus.
Metz. V. Metæ, &c.
la Meuſe. V. Moſa.
Milano. V. Mediolanum.
Milaſſo, 1464. 2. *Milazzo*.
Milili, 1617. 2
Mina, 1611. 2
Mincius, 1591. 8. 1614. 2
Mineruæ promontorium, 1506. 8. 1586. 6
Minervino. V. Mineruium.
Mineruium, 1619. 14
Miſagno, 1623. 15
Mneſtheus portus, 1502. 5. 1514. 6
Modena. V. Mutina.
Mola, 1616. 2
Modica. V. Motuca.
los Morales, 1561. 3
Molda. V. Multauia.
Molinæ, Molinum, 1623. 10
Molus, 1617. 13
Monachium, Monacum, 1629. 9
Monſon, 1610. 7
Moline, Moneglia, 1603. 7
Monopolis, *Monopoli*, 1530. 2
Monpontium, 1615. 2
Mons-altus, *Mons-alto*, 1447. 1. 1516. 5
Mons-briſonis, *Monbriſon*, 1611. 2
Mons-Argentarius, 1582. 7
Mons-Caſinus, 1429.
Mons canis, 1608. 2

Digitized by Google

Mons-fortis, *Monteforte*, 1623. 9
Mons-Gaugerij, *Mont-gaugier*, 1502. 4
Mon-Gibel. Vid. Ætna.
Mons-en-Hainault, 1618. 2
Mons-Iouis, *Mon-iuy*, 1510. 3
Mons-Merulæ, *Mont-merle*, 1606. 5
Mons, Montes, 1618. 2
Mons-peregrinus, 1518. 9
Mons-Phylcon, 1574. 1
Mons Pincius, 1482. 3. 1495. 1
Mons-Sanctus. *Monte-ſancto*, 1518. 6
Mons-ſanus, *Monte-ſano*, 1494. 2
Mons Sardus, 1612. 1
Mons-Sorellij, *Mont-ſoreau*, 1505. 6
Montecium, 1603. 6
Monte di S. Guiliano, 1572. 3
Monte-fiaſcon, 1574. 1
Monte ſano ò Guaſco, 1594. 2
Monti di Namari, 1584. 3
Montio, 1610. 7
Montonus, 1613. 2
Moron, *Moron*, 1584. 5. 1589. 1
Mortan, 1628. 1
Mortua-aqua, 1628. 1
Mortuacum, 1628. 1
Moſa, 1575. 3. 1618. 1. 1625. 2
Moſella, Moſelle, 1604. 6
Motrilium, *Motril*, 1580. 1
Motuca, 1609. 7
Moulins, 1623. 20
Moulon, 1617. 13
Mozac, 1560. 4
Muchamiel, 1605. 1
Mugrid, 1561. 4
Multauia, 1629. 6
Munchen, Munich. V. Monachium.
Murgoborum Auguſta, 1582. 5
Murtha, 1590. 1
Murviedro, 1603. 3
Murus, *Muro*, 1596. 2
Muſſipons, 1632. 1
Mutina, 1558. 3
Mylæ, Myle, 1464. 2
Mylæ, 1464. 2

N

NAmanei montes, 1584. 3
Namurcum, 1618. 2
Nanceium, 1590. 1
Nantes. V. Nannetis, &c.
Nannetis, Nannetes, &c. 1589.
Nancy. V. Nanceium.
Napatium, 1579. 4
Napatia, 1623. 8
Napitia, 1623. 6
Narbo, Narbona, *Narbonne*, 1570. 2
Nardo, 1612. 3
Naritia, 1585. 4. 1623. 6.
Narus, *Naro*, 1534. 1
Naſium, 1590. 1
Naſſius, 1579. 2
Nauale Geſſoriacum, 1611. 4
Naulius, 1623. 22
Nea, 1623. 10
Neapolis apud Syracuſas, 1579. 2
Neapolis, *Napoli*, 1482. 2. 1506. 8. 1516. 6
Nebriſſa, 1584. 6
Neetum, Nectum, 1623. 10
Nemoſum, Nemoſtum, 1623. 10
Neocaſtrum, 1508. 5
Nepetia, 1579. 4. 1623. 6
Neptunia, 1566. 2
Neritum, 1612. 3
Nertobriga, 1595. 2
Neruium, *Neri*, 1606. 2
Netum, 1623. 10
Neſcum, *Neſque*, 1606. 4
Neuernum, *Neuers*, 1607. 7. & alib.
Nicaſtro. Vid. Neocaſtrum.
Nicæa, 1602. 2. 1633. 3
Nicia, 1602. 2. 1633. 3
Nicoſia, *Nicoſia*, 1614. 6
Nicotera, *Nicotera*, 1593. 11
Niebla, 1567. 3
Nigeo, *Nigeon*, 1493. 7
Ninauia, 1622. 2
Niſſe. V. Nicia.
Nitia, 1603. 6
Niuedunum, Niuidunum, 1607. 7
Niuernis, 1607. 7
Nizza di Provenza. V. Nicia.
el Noalejo, 1556 4
Noæ, 1623. 10
Nocera delli Pagani. V. Nuceria.
Noiſy. V. Noſiacum.
Nola, *Nola*, 1593. 4
Nomeniacum, Nomenium, *Nomeny*, 1616. 5
Noſiacum, 1581. 2
Noto, Noti, 1623. 10
Notum, 1623. 10
Nouiodunum, 1607. 7
Nucera, 1539. 1
Nuceria, 1583. 2. 1586. 5

O

OBripolis, 1614. 2
Obris, 1614. 2
Obucula, 1559. 1
Octauani, 1529. 2
Octauianum, 1618. 4
Octodurum, 1554. 2
Oebalia, 1550. 1
Olane, 1588. 1
Olbia, 1486. 1495. 5
Olchinium, 1416. 4
Oliſipo, Olyſippo, 1627. 3
Olit, 1486. Vid. Olbia.
Oliuera, *Oliuera*, 1583. 4
Olomucium, 1629. 8
Olmuntz, 1629. 8
Ombrone, 1614. 3
Ondara, *Ondara*, 1611. 5
Ondara de Benidoleig, 1611. 5
Onoba, 1567. 3
Onobaluſturia, 1588. 6
Oppidum, *Oppido*, 1610. 1. 1623. 18
Orb. V. Obris, & Orobus.
Orbitellum, *Orbitello, Orbetello*, 1582. 7

Orcelis,

Digitized by Google

Topographicus.

Orcelis, 1605. 1. 1609. 8
Oria. V. Vria, &c.
Origuela. V. Orcelis.
Orlando, 1582. 6
Orleans. Vid. Aurelia, &c.
Ornacum, Ornatum, *Ornans*, 1607. 4
Orobiorum mons, 1602. 2
Orobus, 1614. 2
Oronda, 1611. 5
Oropitum, 1507. 7. 1574. 1
Orſagna. V. Ortona.
Orſona, 1548. 4
Orton, Ortona, 1603. 9
Ortygia, 1579. 2
Orueto. Vid. Oropitum.
Oſari. V. Auſer.
Oſcara, 1596. 4
Oſcimi, 1622. 1
Oſeran. V. Oſeranus.
Oſeranus, 1611. 2
Oſicerda, 1603. 3
Oſiris, 1611. 2
Oſiſſimorum Col. 1622. 1
Oſſuna, 1548. 4. 1555. 2
Oſmo. V. Auximum.
Oſſet, 1524. 5
Oſtia Tyberina, *Oſtia*, 1482. 3
Oſtippo, 1562. 2
Oſtunium, Oſtunum, *Oſtuno*, 1623. 16
Oſtunum, 1608. 3
Otobeſa, 1603. 3
Ottaiano, 1618. 4
Otranto. 1480. 1. 1540. 1
l'Ouche. V. Oſcara.
Oudon, 1615. 1
Ouiedo, 1548. 5

P

Pacheco. V. Patecium.
Pachymum prom. 1579. 2
Padus, 1532. 2. 1581. 1
Paglia. Vid. Pelia.
Palantia, 1585. 11. 1605. 3
Palatia, *los Palaçios*, 1561. 3
Palermo. Vid. Panormus.
Pantagies, 1584. 1
Pandoſia, 1623. 8
Panormus, 1518. 10
Paola, 1416. 4
Papia, 1572. 2. V. Ticinum.
Paradas, 1546.
Paris. V. Lutetia.
Paris, 1610. 5
Parma, *Parma*, 1574. 1
Paſſair, 1629. 10.
Paſtrana. V. Paterniana.
Patauium, Patauix, 1629. 10
Paternio, Paterno, 1444
Paternum, *Paterno*, 1444
Patecium, 1608. 1
Paterniana, 1567. 3
Patycos, 1416. 4
Pauia. V. Papia.
Paula, 1416. 4. 1455. 3.
Pauſilippus mons, 1585. 1
Pé-Caluary, 1519. 2
Pedace, Pedaggio, 1623. 5
Pedacium, 1623. 5
Pelia, *ſeu*, Palia, 1507. 7
Peñaranda, 1602. 1
Pelorum promontorium, 1464. 2. 1503. 1. 1518. 10
Perigueux, 1615. 2
Perona, *Perone*, 1608. 5
Perpiniacum, 1575. 2
Perſania, 1493. 8
Perſaigne. Vid. Perſania.
Pertica, 1496. 1
Perugia. V. Peruſium.
Peruſium, Peruſia, 1576. 3
Peſaro. V. Piſaurum.
Petra fiſta, 1623. 5
Petragorij, 1615. 2
Phinton, 1623. 14
Phiternus, 1512. 2
Phocenſis portus, 1545. 1
Phudris, 1498. 5
Piacenza. V. Placentia.
Picentini, 1516. 6
Pictauia, Pictauium, &c. 1591. 7
Pintia, 1544. 1
Piomba, 1603. 11
Pirnicum, Pirnitzium, *Pirnitz*, 1619. 8
Piſa, Piſæ, *Piſa*, 1581. 3
Piſaurum, 1598. 3
Piſciota, 1471. 1
Piſoraca, 1544. 1
Piſtoia. V. Piſtor.
Piſtoria, Piſtorium, 1614. 3
Piſuerga. V. Piſoraca.
Pizzum, *Pizzo*, 1579. 4
Placentia, 1581. 1
Plagnac. V. Planiacum.
Planaſia, 1604. 8
Planiacum, 1615. 2
Planus, 1591. 7
Plemyrium prom. 1579. 2
Pleſſiacum Caſtrum, Arx, Regia, &c. 1482. 5
le Pleſſis. Vid. Pleſſiacum, &c.
Plutia, 1585. 8
Pò, 1532. 2. *V.* Padus.
Poictiers. V. Pictauia, &c.
Pola, *Pola*, 1416. 4
Policaſtrum, *Policaſtro*, 1610. 3
Polichnium, 1621. 2
Pons-Ieuius, *Pont-Ieuoy*, 1502. 3
Pons-Æſiæ, 1593. 7
Pons-Moncionis, &c. 1632. 1
Pontoiſe. V. Pons-Æſiæ.
Pont-Saint-Eſprit, 1614. 8
Pont-à-Mouſſon, 1632. 1.
Pontiuium, *Ponthieu*, 1499. 2
Ponto D. Gonzali, *Ponton de Dom Gonzalez*, 1618. 10
Populatio Ducis Gandiæ, 1605. 2
Porreriæ, *Porrieres*, 1584. 1
Porcari. V. Pontagies, *ſeu*, Pontagia,
Porto Venere, 1616. 3
Porto delli Foceſi, 1545. 1

Digitized by Google

Index

Portus Herculis, 1582. 7
Portus pilarum, *Port de pilles*, 1502. 4
Portus Santonum, 1628. 2
Poſidonia, 1566. 2
Poſtropæa, 1543. 2
Prata, 1550. 6
Præſtanus ſinus, 1610. 3
Praga, *Prag*, *Prague*. 1629. 6
Principato citra. Vid. Picentini.
Priuernum, 1624. 5
Probatia Inſul. 1572. 3
Prouins. V. Agendicum. Pruuinum.
Pruuinum, 1585. 10
Puebla de Caçalla, 155. 2
la Puebla del Duque de Gandia, 1603. 2
Puerto de S Maria. Vid. Mneſthei-portus.
Punta de Marono, 1623. 14
Punta de Vbeda, 1557. 1

Q

QVartum, *Quarte*, 1533. 2
Quinquefrondes, 1582. 2
Quintinopolis, 1613. 1

R

RAdolium, 1560. 4
Regina. Vid. Regina.
la Rambla, 1510. 3
Randa, 1596. 2
Randatium, 1623. 12
Randazzo, 1623. 12
Rauenna, 1610. 2
Rebellum, 1548. 6
Reggio, &c. 1503. 2
Regia legia, 1627. 3
Regina, 1596. 4
Regina, 1447. 1. 1515. 2
Reginaldia, 1496. 2
Regiteſte, 1573. 1
Regula, 1609. 5
Reims. V. Rhemi.
Relançon, 1582. 5
Remiremont. V. Romerici-mons.
Rennes, 1619. 3
Reomum, 1574. 1
Rethelium, *Rethel*, 1573. 1
Reyne. V. Regina.
Rhedonæ, 1619. 3
Rhegium-Lepidi, 1588. 3
Rhegium-Iulium, 1503. 1. 1561. 1. 1566. 2
Rhemi, 1572. 1
Rhenus, 1529. 4
Rhodanus, 1552. 1. 1616. 7. alibi ſæpè.
Rhodanuſia, 1552. 1
Rhodus, *Rhodi*, &c. 1480. 1
le Rhoſne, 1552. 1
Ricomagus, 1574. 2. & alibi.
Rimini. V. Ariminum.
Rio de Rouſſillon, 1575. 2
Rio Odier, 1588. 7
Rio de Hennares, 1578. 4
Rio Tinto, 1568. 1. 1588. 7
Riom, 1574. 2
Ripalta, Ripaltella, 1603. 12
Rivoltella. V. Ripalta, &c.
Roanna, *Roüanne*, 1631. 3
Robec, Robetius, 1600. 1
Rocca, *la Rocca*, 1460. 1
Roccella, 1623. 12
Rocca-Bernarda. V. Rupes, &c.
la Rochelle, 1628. 2
la Rochelle. V. Rupella.
Rodium. 1633. 1
Rodomus, Rodonium, 1600. 1
Rodrina, 1633. 1
Rodumna, 1631. 3
Roia, *Roie*, 1633. 1
Roma, *Roma*, 1495. 1
Romana Caſtra, 1623. 19.
Romans, 1623. 19
Romanum, Romanus, 1623. 19
Romerici-mons, *ſeu*, Romarici, &c. 1609. 1
Romontium, *Romont*, 1620. 5
Roncus, 1613. 2
Roſcianum, 1458. 1545. 2. 1580. 4
Roſſa, 1623. 14
Roſſanum, *Roſſano*, 1458
Rothomagus, &c. 1600. 1
Rotundus-Mons, 1620. 5
Roüen. V. Rothomagus.
Rouſſillon, 1611. 2
Rouſſillon. V. Ruſcino.
Rubico, 1629. 16.
Rubricatus, 1629. 14
Rueil. V. Radolium.
Rupella, 1600. 4. 1616. 4. 1628. 2
Rupes, 1460. 2
Rupes-Bernarda, 1539. 1
Rupis-ſciſſa, 1611. 2
Ruptum, *Rupt*, 1611. 2
Ruſcianum, 1458.
Ruſcino, 1575. 2
Ruſcino, Ruſſilio, 1611. 2

S

S. Acheolus. *Saint-Acheul*. 1505. 7
Sabata, 1600. 1
Sabatium vadum, 1600. 1
S. Brieu, 1622. 1
Sacra, 1610. 4
Sacra Inſ. 1572. 3
Sagis, 1588. 1
Sagona, 1552. 1
Sagra, 1580. 5.
Saguntum, 1562. 2. 1603. 3
Saint-Chamont. 1623. 21
Sainct-Dizier, 1610. 6
Sainte-Lucie, 1625. 2
le Saint Eſprit. 1604. 8
Sainct-Eſtienne, 1611. 2
Sainmiel. V. Sammielum.
Saintes. V. Santonum, &c.
Salacia, 1627. 3
Salamanca. V. Salamantica.
Saldaña, *Saldagna*, 1605. 3
Saldura, 1576. 1
Saldyba. 1576. 1

Digitized by Google

Topographicus.

Salebrena. V. Selambina.
Salerni. Vid. Semellium.
Salernum, *Salerno*, 1482. 1. 1513. 11. 1516. 6
Salia, 1604. 6. 1620. 3
Salinæ, *Salins*, 1621. 2
Saliorum colonia, 1616. 7
Salmantica, 1554. 2
Salmurium, 1505. 6
Salnesium, 1493. 8
Saltus, 1610. 6. 1618. 5
Samblacitanus sinus, 1609. 6
Sam-Bialium, *Sam-blasio*, 1496. 3. 1508. 5
Sambroca, 1611. 6
Sambuca. V. Sambroca.
Sammathanum, *Sammathan*, 1533. 3
Sam-miclum, 1598. 2
Samona, Samara, &c. 1498. 5. 1499. 2
Sampiniacum, 1625. 2
Sanct-Angeli fanum, *Sant Angelo*, 1582. 6
San-Arpinus, 1593. 5
San-Axaldi fanum, 1623. 22
San-biaso. Vid. Turres.
San-Chamondus, Sanchamundum, 1623. 21
Sant Agatha, 1593. 1
Sancta-Maria, 1605. 4
Sancta-Maura, *Sancte-Maure*, 1502. 4
San-Georgius, 1588. 6
San-Lucar de Barrameda, 1593. 8
San-Lucia, 1625. 2
San-Michaël, 1598. 2
San-Philadelphus, 1582. 6
San-severina. V. Siberina.
San-Stephani fanum, 1582. 7
Santerne, 1623. 18
Santonum portus, 1600. 4. 1628. 2
la Saone, 1552. 1
Sapis, 1629. 16
Sapris, *Sapri*, 1610. 3
Sapina, 1529. 4
Saragossa. Vid. Syracusæ.
Sardinia, 1623. 14
Sarnus, *Sarno*, 1506. 8
Sarragossa. 1579. 2
Sarta, &c. 1615. 1. 1618. 6
Sarta, *Sarte*, 1493. 8
Sarana. V. Sergiana.
Sassoferrato. V. Sentinum.
Sauio. V. Sapis.
Sault. V. Saltus.
Saumur. Vid. Salmurium.
Saunois. Vid. Salnesium.
Sauo, Sauona, *Sauona*, 1600. 1
Sauus, Saua, 1621. 3
Sauus, *Saue*, 1533. 3
Scalæ, 1611. 4
Scalæ Annibalis, 1611. 6
Scalæ, *Scala*. 1548. 6
Scalula, *la Scaleta*, 1584. 3
Scarpus, 1624. 2
Schelde, 1614. 6
Scopæ, 1530. 1
Segalauni, 1570. 3. 1611. 2
Segesta, 1523. 4
Segestani, 1609. 7
Segestrum, 1603. 7
Segobia, *Segouie*, 1591. 3
Segobrica, 1603. 3
Segura, 1609. 8
Segusiani, 1552. 1
Seine. V. Sequana.
Sedecola, 1579. 4
Selambina, 1580. 1. 1582. 1
Selinuns, 1523. 4
Semellium, 1523. 4
Seminaria, *Seminara*, 1623. 18
Semurium, *Semur*, 1605. 7
Senna, 1616. 4
Sentij, 1602. 4
Sentinum, 1603. 13.
Sepia, 1535. 4
Sequana, 1493. 7. 1600. 1
Serezola, 1525. 1
Sergiana, Sergianum, 1601. 5
Seria, 1624. 7
Serius, *Serio*, 1606. 1
Sermonetta, *Sermonetta*, 1614. 5
Serra, *seu*, Serræ, *Serres*, 1588. 4
Sernaria, 1591. 1
Sessa. V. Suessa.
Sestri. V. Segestrum.
Setabicula, 1616. 6
Seuilla. Vid. Hispalis.
Sex, 1580. 1
Sexifirmum, 1580. 1
Sextanorum colonia, 1616. 7
Sextani, 1570. 3
Siberina, 1539. 1
Sicia, 1614. 1
Sicoris, 1610. 7
Siculianum, *Siculiano*, 1612. 7
Sidicinum, 1595. 4
Siegena C. *Siegben*, 1627. 2
Sierra Morena. Vid. Mariani montes.
S. Iean d'Angely, 1600. 4
S. Ioannes Angeliacensis, 1600. 4
Silarus, 1577. 3
Silhé-le-Guillaume, 1623. 2
Silignacum, 1623. 2
Sine-muro, &c. 1605. 7
Singulis, *vel*, Singylis, 1506. 7. & alibi sæpè.
Singylia, 1585. 3
Sinopolis, *Sinopoli*, 1595. 1
Sinus Erycis, 1616. 3
Sinus Hipponiates, 1508. 5. 1539. 1. 1543. 2
Sinus Pestanus, 1516. 6
Sinus Rosciani, 1545. 2
Sinus Talaï, 1545. 1
Sinus Tarentinus, 1444. 1458. 1520. 2. 1530. 1
S. Lucidus, *San-lucido*, 1471. 1
S. Marcus, *San-Marco*, 1428.
S. Maurus, 1458.
Sociennis, 1627. 3
Soissons, 1582. 4
Sollanco. V. Sublancia.
Some. Vid. Samona.
Sorabis, 1609. 8
Sorgia, 1604. 7
la Sorgue. V. Sorgia.
la Soruia. Vid. Iria.

Sorrento, vel, *Sorriente*. Vid. Surrentum.
Soulcilanges, 1611. 2
Sparnacum, Spernacum, 1606. 6. 1620. 2
S. *Paul de Leon*, 1622. 1
Sperlinga, *Sperlinga*, 1624. 6
Spetia, *Specie*, *Spezza*, 1616. 3
Spetianum, *Spezzano*, 1453
Spina, 1624. 3
Spinalium, 1609. 1
S. Spiritus pons. 1604. 8
S. Ragneberti-fanum, 1611. 2
S. *Rambert*, 1611. 2
Stabiæ, 1480. 2. 1482. 1. 1506. 8
Staliocan. port. 1622. 1
Stalricium, *Stalrich*, 1610. 8
Stampæ, 1498. 3. 1547. 4
Stauajerum, 1622. 3
Stella, *Stella*, 1614. 3
S. Stephani fanum, 1611. 2
Subi, 1578. 5
Sublancia, 1627. 3
Sucronenſis ſinus, 1532. 2.
Sueſſa, 1551. 3
Sueſſionum Auguſta, 1582. 4
Sulmo, 1624. 5. 9
Sulmona, *Sulmona*, &c. 1624. 9
Sulpherinum, *Solferino*, 1617. 5
Summus-lacus, 1623. 22
Surgeriæ, *Surgeres*, 1600. 4
Suricum, *Surich*, 1623. 22
Surrentum, 1506. 8
Suſio, 1596. 4
Suſon. V. Suſio.
Sypheum, 1571. 1
Syracuſæ, 1523. 1. 1579. 2

T

Tacina. V. Targus.
Tagonius, 1578. 4
Tagus, 1525. 1. 1627. 3
Taio. Vid. Tagus.
Talai ſinus, 1545. 1
Tamarus, 1588. 6
Tanaro, *Tanaron*, 1602. 4
Tanarus, *Taner*, 1623. 22
Tarazona. V. Turiaſo.
Tarba, *Tarbe*, 1592. 1. 1609. 5
Tardera, 1610. 8. 1611. 6
Tarentum, *Tarante*, 1530. 1
Targus, 1539. 1
Tariffa, 1567. 3
Tarraco, *Tarragona*, 1582. 3
Tarſia, *Tarſia*, 1455. 3
Tarteſſus, 1510. 1 1567. 3
Tauranium, 1623. 18
Tarentum, 1609. 6
Taurianum, 1623. 18
Taurinum, 1625. 4
Taurocinus, 1566. 2
Tauroentum, 1609. 6. 1623. 18
Tauromenium, 1617. 3
Teanum Sidicinum, 1551. 3
Teate, Teatea, 1603. 10
Tegulia, *Teglia*, 1603. 7.
Telo, 1609. 6
Telo Martius, 1482. 4
Temeſa, 1428.
Tenera, 1622. 2
Tenda, *Tenda*, 1623. 14
Tenna. V. Tignia.
Terdona, 1510. 4
Terina, 1539. 1
Termine. V. Himera.
Terra nuova, 1585. 8
Teſino. V. Ticinum.
Tet, 1575. 2
Thara, *Thare*, 1617. 14
Thaurontium, 1609. 6
Theimouicht, 1629. 10
Thelas, 1575. 2
Theline, 1616. 7
Theolium, *Theol*, 1615. 6
Therina, *Therin*, 1617. 14
Thermæ, 1610. 4. 1584. 4
Thermini. V. Thermæ Himeriæ.
Thermulæ, 1603. 8
Thierarchia, 1613. 1
Tholobi, 1610. 8. 1611. 6
Thulcis, 1582. 3
Thurium, 1458.
Tiano. V. Teanum, &c.
Tiberis, 1576. 3. 1578. 2
Ticinum, 1510. 4. 1572. 2. 1547. 1
Tifata, 1605. 5
Tignia, 1607. 2
Tilauentum, 1614. 3
Io Tindaro, 1464. 2
Tinella, *Tinelle*, 1628. 3
Tinia, 1586. 5
Titus, 1622. 1
Toletum, *Toledo*, 1525. 1
Tolonum, *Toulon*, 1609. 6
Toloſa, *Toulouze*, 1490. 1
Tormes, *Tormes*, 1554. 2
Tonnerre, 1611. 2. V. Tornodor.
Tornacum, *Tornay*, 1592. 1
Tornamina, 1615. 6
Tornodorum, Tornodorus, 1611. 2
Toro, 1554. 2
Toromina. V. Tauromenium.
Torre del Campo, 1604. 1
Torrens, 1534. 2
Torre-Ximeno, 1604. 1
Torrijos. Vid. Turriculæ & Turrigium.
Tortona. Vid. Terdona & Dertona.
Tortoſa. V. Dertoſa.
Totus, 1622. 1
Toulon. Vid. Telo, &c.
Tours. Vid. Cæſarodunum, &c. Turones.
Traina, 1624. 6
Traianopolis, 1624. 6
Tranium, 1616. 2
Trapani. V. Drepanum.
Trebia, 1581. 1
Trecora, 1612. 1
Tregiamus, *Tregiamo*, 1623. 14
Triana, 1524. 5
Trien, 1622. 1
Trigno. V. Trinium.

Digitized by Google

Triguier, 1612. 1
Trinacia, 1623. 12
la Trinità di monts. Vid. Mons-Pincius.
Trinum, 1603. 8
Trocentium, 1609. 6
Tronto. Vid. Truentum.
Tropea, Tropia, &c. 1543. 2
Truentum, 1507. 7
Trulla, 1618. 2
Tucci, 1589. 1
Tullinum, *Tullin*, 1617. 8
Tunetum, 1518. 10
Turia, 1533. 2
Turiaſo, 1585. 12
Turin, 1625. 4
Turrecula, 1550. 6
Turres, 1508. 5. 1623. 14
Turriculæ, 1510. 2. 1525. 1
Turrigium, 1510. 2
Turris-Ximenia, 1604. 1
Tutela, *Tudela*, 1585. 12
Tyche, 1579. 2
Tydaris, 1464. 2
Tyracinæ, 1623. 12

V

VAdanus-mons, 1614. 5
Vaena. V. Vlia regia.
Valentia, 1533. 2
Valentia Segalaunorum, 1570. 5
Valentia, *Valence*, 1611. 2
Valeta, *la Valette*, 1602. 3
la Valona. Vid. *Aulon*.
Valladolid. V. Vallisoletum.
Valles. V. Valleſio.
Valleſia, 1582. 3
Vallicolorium, 1598. 2
Vallis-benedicta, 1611. 2
Vallis-claræ, Carthuſia, 1615. 2
Vallis-clauſa, 1604. 7
Valliſoletum, &c. 1544. 1
Valua, 1624. 9
Vandalia, 1495. 4. 1524. 5
Varea, 1605. 2
Varennæ, 1533. 3
Varennæ, *Varennes*, 1623. 20
Vartemburgum, 1620. 10
Vaſtum, 1603. 8
Vaticanum prom. 1543. 2
Vauciuſe. V. Vallis-clauſa.
Vaucouleur. V. Vallicolorium.
Vaudemont, 1614. 5
Vbeda, *Vbeda*, 1495. 4. 1551. 4. 1557. 1
Vdo, 1615. 1
Veaune. V. Vilna.
Vede. V. Vida.
Velez Malaga, 1580. 1
Veiuſa, 1577. 2
Velitræ, 1624. 3
Venaſcum, *Venaſque*, 1606. 4
Veneti Britanni, 1619. 3
Vennes, 1619. 3
Vera, *Vera*, 1605. 2
Verona, *Verona*, 1593. 3
Verodunum, *Verdun*, 1575. 3
Veruinum, *Veruins*, 1609. 2
Veſeſia, *Veſiſe*, 1611. 2
Veſle. V. Vidula.
Veſulus m. *Veſoul*, 1602. 4
Veſunna Petragorior. 1615. 2
Veſuntio, 1607. 3
Vettones, 1554. 2
Vetulonia, 1577. 2
Vezelay, 1617. 15
Vezeliza, *Vezelize*, 1614. 5
Vffugum, 1447. 1
Vgensi. V. Vxentum.
Viala, 1611. 2
Vibona, 1579. 4
Vibonuſis, 1579. 4
Vicani, 1554. 2
Vicennæ, *Vicennes*, 1585. 10
Vicenonia, 1619. 3
Vicus, *Vic*, 1609. 5
Victoriacum, Victriacum. 1610. 5
Vida, 1603. 1
Videliacum, 1617. 15
Vindonana, 1629. 7
Vidula, 1572. 1
Vienna, *Vienne*, 1499. 1. 1611. 2. 1629. 2
la Vienne. Vid. Vigenna.
Vigelania, 1619. 3
Vigenna, 1495. 3
Villaine, 1619. 3
Villalon, *Villalon*, 1585. 11
Villamanta, 1561. 4
Vilna, 1594. 1
Vindinum, Vindicum, 1618. 6
Vindobona, 1629. 7
Vintimiglia, 1602. 6
Virdunum, 1575. 3
Virgi, Virgitanus ſinus, 1605. 2
Viſardo. V. Clibanus.
Vita-ſana, 1585. 10
Viterbium, *Viterbo*, 1577. 2
Vitry. V. Victoriacum.
Viuarium, 1603. 5
Viuel. V. Viuarium.
Vizinum, Vizini, 1617. 4
Vlda, 1619. 3
Vliaregia, 1589. 1
Vlyſippo, 1525. 1, 1627. 3
Vlla, 1557. 1
Vmbriaticum, *Vmbriatico*, 1545. 2. 1550. 6
Vmbro, 1614. 3
Vocates, 1609. 5
Vocontij, 1499. 1
Vogeſus mons, 1575. 3. 1609. 1
Volana, 1588. 1
Volſinium, Vulſinium, 1574. 1
Volterno. V. Vulturnus.
Vomanus, *Vomano*, 1603. 11
la Voſge. V. Vogeſus.
Vrania, 1546.
Vrbatellum, 1582. 7
Vrbs-vetus, 1582. 7
Vreña. V. Vrania.
Vretum, 1538. 1
Vria, 1538. 2. 1611. 2

Index Topographicus.

Vrium, 1588. 7
Vrſana, 1603. 9
Vrſao, Vrſo, 1548. 4
Vſſento. V. Vxentum.
Vtica, 1557. 1
Vtrera, *Vtrera*, 1546. 1561. 3
Vtriculum, 1561. 3
Vvarnouium, *Vvarnoff*. 1629. 12
Vverlemanum, *Vverleman*, 1623. 12
Vuien. V. Vienna.
Vulturnus, 1603. 4.
Vxellodunum, 1615. 6
Vxentum, 1612. 1

X

Xabea, *Xabea*, 1616. 6
Xacca, Xiacca, *Xacca*, 1610. 4
Xarama, 1561. 4
Xenil. Vid. Singulis, &c.
Xera, &c. *Xeres de la Frontera*, 1502. 5. 1524. 6. 1543. 1
Xerica, *Xerica*, 1603. 3
Ximena, *Ximena*, 1585. 5
Xucar, 1533. 2
Xukukyſit, 1629. 10

Z

Zaragoſſa. V. Cæſarauguſta.
Zephyrium prom. 1585. 4
Zeuta, 1535. 4
lo Zirb, 1545. 2

Digitized by Google

INDEX GENEALOGICVS,

QVI COMPLECTITVR COGNOMINA cùm gentilitia, tum municipalia.

A

Barca, 1589. 10
Abondance. Vid. Ioannes, &c.
Abſolu, 1589. 5
de Acuña, 1554. 2
Adorni, 1469. 1
de Aedo, 1532. 8. 1599. 1
l'Afrique, 1565. 1. 1608. 4. 1621. 1. & alibi. V. Ioannes.
di Agno, 1516. 4
d'Aguts, 1503. 2. & alibi ſæp.
d'Aillon, 1617. 7
de Aimeric, 1611. 6
Ala, 1611. 8
Alamandi, 1489. 1. 1490. 1. 1503. 2
Alamanni, 1599. 2. infrà *l'Alemant*.
Alart, 1581. 2. 1606. 12
Albarello, in app. 1. P.
d'Albert, 1627. 1
d'Alburquerque, 1541. 2
Aldobrandino, 1586. 3. 1622. 6. V. Protect.
Alemain, 1507. 7
l'Alemant, 1489. 1. 1490. 1. 1499. 1. 1503. 2. 1506. 4. 1507. 2
d'Alençon, 1493. 8. 1516. 1
d'Alexio, ſeu, *d'Aleſſo*, 1416. 5. 1489. 2. 1509. 3. 1532. 6. & in appa.
Alfonſo, 1495. 4
de Alzbertis, 1612. 14
de Almodouar, 1548. 5
Alonſo, 1591. 4
d'Alvilla, 1559. 2
Altoviti, 1495. 1
Alvarez, 1493. 6. 1561. 3
d'Alvin, 1610. 10
Amado, 1561. 3
d'Amboiſe, 1496. 1. 1500. 1. 1504. 1. 1505. 5. 7. 8. 1507. 1. 1547. 1. & alibi.
Amodeo, 1578. 2
Amorага, 1602. 1
de Angulo, 1617. 16
de Angulo y Cordoüa, 1510. 1
Antonelio, 1598. 3
Apuril, 1507. 7. 1562. 5
de Aquilar, 1544. 2
de Aquilar y Cordoüa, 1506. 7
d'Aquanima y Arragon, 1506. 7
d'Araiz, 1544. 1
d'Archambault, 1591. 7
Arimboldi, 1506. 2
Arena, app. 1. C.
di Arena, 1516. 4
Ares, in app. 2. A.
de Arenalo, in app. 1. E.
Arias, 1601. 1
Arias, 1609. 13. 1611. 2. V. Didacus, &c.
d'Armagnac, 1493. 8. 1495. 1. 2. 1548. 2
Arnault, 1559. 2. 1610. 5
Arnoni, 1556. 1
d'Arollas, 1570. 2
Arragon, 1607. 1
d'Arragonia, 1480. 2. 1504. 3. 1516. 5. 1533. 2. & alibi non ſemel.
de Arremberghe, 1623. 22
Arrigo, 1532. 8
Arſali, 1605. 8
de Arſone, 1571. 1
l'Artigue, 1533. 3
de Arze, 1561. 4
Arzelier, in app. 2. S.
Aſagy, 1489. 2. 1569. 2
de Aſti, 1602. 6
Ateſtini, 1532. 2
d'Attichy, 1630. 2
d'Avales y Aquino, 1603. 8
Aubert. 1550. 2. V. Mathurinus.
de l'Aubeſpine, 1613. 3. 1615. 6
d'Aucrouſt, 1624. 3
Augias, 1602. 3
Augier, 1596. 2
d'Avila, 1493. 6. 1579. 6. 1618. 1
Avrillot, 1590. 3
Aux-couſteaux, 1498. 5
de Ayala, 1623. 3
Ayrault, 1615. 1

B.

Baou, 1610. 5
Bachelier, 1613. 3. & alibi.
de Baeza, 1530. 4. 1600. 5
Baillet, 1493. 7. 1496. 4. 1512. 2. 1551. 2. 1615. 5
Bailliny, 1590. 1
le Baird, 1632. 4
Baladrin. V. *Malendrin*, inf.

Digitized by Google

Index

de Balagny, 1610. 6
Balbi, 1494. 2
de Balboa, 1585. 11. 1606. 3
Balby, 1614. 6
de Balſac, 1608. 5. 1617. 15
Baltimore, 1614. 3
Balnot, ſeu potius Balenot, 1507. 7
de Bandis, 1610. 2
Baoulx, 1621. 8
de Baradat, 1608. 5
Baraton, 1502. 4
Barbier, 1497. 1507. 7
Barbuto, 1530. 4
Bardonis, 1510. 2
de la Barge, 1611. 2
Barleta, 1572. 3
de Barionueuo, 1556. 4
Baron, 1562. 5
Baroncelli, 1520. 2
Barra, 1629. 4
de la Barre, 1632. 2
de Barreda, 1561. 3. 1602. 7
de Barreta, 1617. 11
de Barrientos, 1493. 6
de Barros, 1617. 4
de Baſſompierre, 1590. 1. 1609. 1. 1610. 6
de Batareſi, 1523. 4
de Batarnay, 1621. 5
de Baudricour, 1416. 3. 1482. 6. 1496. 1. 1562. 5
de Bauiere, 1618. 1. 1629. 9. & alibi.
Bavvins, 1618. 5
Bazin, 1625. 4
le Beau, in appar.
de Beaufort, 1611. 2. 1615. 6
de Beaulieu, 1496. 1
de Beaumanoir, 1618. 6
de Beaune, 1509. 14
de Beauregard, 1553. 2. 1556. 1. V. Ioannes, &c.
de Beauuais, 1604. 6
du Bec, 1572. 1. 1573. 1
Beccaria, 1494. 2. 1573. 1
Becerra, 1561. 4
Becquet, 1610. 6
le Begue, 1617. 14
Beiean, 1596. 7
du Bellay, 1551. 2. 1553. 2
Bellarmino, 1605. 4
de Bellegarde, 1596. 4
Belleforiere, 1633. 1
Bellemere, 1523. 2. 1529. 1. V. Franciſcus.
de Bellieure, 1611. 2
Benedicti, 1598. 3
de Benedictis, 1574. 1
de Beon, 1619. 2
de la Beraudiere, 1615. 2
de Berlaymont, 1614. 6
Bernard, 1596. 3
de Bernieulles, 1608. 5
de Berquin, 1503 3. 1504. 1
Berthelot, 1602. 4. V. Robertus.
Berthon, 1614. 2. 1615. 2. 1617. 6
Bethune, 1514. 1. 1517. 2
Bertrand, 1604. 7
Bertrandi, 1514. 1
Bertuccio, in app. 2. F.
Beruto, 1603. 7. 1620. 6
Beſſoic, 1570. 2
de Bezerra, 1571. 1. 1574. 1
Bianqueri, 1532. 8
Bicheta, 1610. 4
Bidaire, 1584. 1
Billaut, 1581. 2
de Billy, 1609. 2. 1622. 11
de Binans, 1613. 7. 1621. 2. & alibi. V. Ioann. Franciſcus, &c.
Binet, 1490. 3. Vid. Franciſcus Binetus.
di Biſignano, 1482. 7
du Blaiſel, in appar.
le Blanc, 1578. 3. 1611. 2
Blanchard, 1575. 5
Blanchot, in app. 2. P,
Blondo, 1593. 1
Blotfiere, 1499. 2
de Bobadilla, 1561. 4
à Bokolt, 1618. 1
des Bois, 1612. 7
du Bois, 1495. 5
de Boiſy, 1631. 3
de Bolea, 1576. 1
Bone, 1617. 8
Boneti, 1507. 7
Bonfilio, 1601. 4
de Banfigny, 1559. 2
Bonnillier, 1629. 17
Bonzy, 1614. 2. 1633. 1
Bonzeré, 1581. 4
de Boonen, 1622. 2
Bordier, 1583. 6
Bordini, 1599. 1
Borgheſe, 1605. 8
Borgia, 1532. 2. V. Alexand. VI.
du Boſquiel, 1618. 3
Boſſell. 1533. 2
le Boſſu, 1626. 4. in appa.
Bota, in app. 1. F.
Bothean, 1552. 1
Bouchard, 1617. 6
Boucheis, 1607. 6
Boucher, 1575. 3. in app. 2. I
du Boucher, in appar.
Bouhier, 1610. 5
Boudot, 1624. 2
des Boues, 1582. 4
de Boulogne, 1602. 4
Boulon, 1523. 2
le Boults, 1621. 4
de Bourbon, 1485. 1. 1489. 2. 1490. 1. 1498. 4. 1499. 2. 1503. 2. 1507. 1
de la Bourdaizere, 1568. 2
du Bourg, 1618. 6
de Bourg-neuf, 1589. 3
de Bourgogne, 1607. 7
de Bouſiere, 1482. 6
Bouſmard, 1575. 3
Bouuet, 1590. 1
de Bouville, 1600. 1
Boyer, 1509. 4
Brancaccio, 1629. 4
Branciforte, 1617. 2
le Braſſeur, 1582. 4

Digitized by Google

Braue, 1608. 6
de Brechainuille, 1609. 2
Bremant, in app. 2. I.
de Bremont, 1603. 1
de Breſlay, 1606. 6. 1617. 1
Breton, 1509. 4. 1581. 5. 1599. 4. 1614. 8. 1616. 1
Breual, 1563. 2
Bricet, 1562. 3
de Brichanteau, 1610. 5
Briçonnet, 1495. 1. 1509. 4. 1519. 2
Bridoul, 1618. 3
Brignot, 1507. 4
Brillet, in app 2.
de Briſſac, 1591. 7
Brochero, 1554. 2
de Broie, 1633. 1
Bruiant. 1573. 1
Brunel, 1618. 7. 1625. 3
Bruno, 1610. 5. 1614. 6. 1616. 1523. 4
Bruſnel, 1633. 1
Brutura, 1603. 6. V. Hieronymus.
de Bucy, 1496. 1. 1507. 1
de Bueil, 1500. 1. 1596. 4
Bufalo, 1495. 1. 1585. 5
de Buffard, 1624. 1
Buignet, 1509. 4
Buinet, 1509. 4
de Buquoy, 1618. 2
Van-der Burch, 1618. 2
Buré, 1603. 1
Burgheſe, 1623. 22
Burgheſi, 1495. 1
de Buſſet, 1507. 1
de Butbach, 1618. 1
Buyl, 1486. 1. 1493. 6.
de Buzegnies, 1613. 2. 1612. 2
Buzon, 1528. 2

C

de las Cabeças, 1617. 11
de Cabraroles, 1614. 2
de Caceres, 1510. 1
Cadilonis, 1529. 1
Caetani, 1593. 10
di Caieta, 1530. 1
Caignet, 1517. 2. 1520. 1
Caiſier, 1621. 6
Caldera, in app. 2. F.
Calderon, 1592. 4
de Caldon, 1578. 5
de Caluacantibus, 1518. 1
Camarota, 1592. 5
Camart, 1581. 2. 1600. 1. V. Ægidius.
de Camera, 1550. 5
Camiliano, 1485. 3
Campi, ſeu Campo, 1616. 3
Campoclaro, 1605. 6
Camus, 1621. 2
Candel, 1499. 2
de Camillac, 1611. 2. 1615. 6
de Canſeco, 1601. 7
Cannart, 1589. 4
de Cañizares, 1617. 16
Capilla, in app. 2. H.
di Capoa, 1540. 1. 1547. 1
Capoueti, 1623. 3
Capoui, 1606. 4
Caradileti, 1532. 8
Carafa, 1516. 4. 1586. 4. 1538. 1
Caranza, 1561. 4
Carbonello, 1587. 1
de Cardenas. 1539. 2. 1606. 3
Cardillac, 1592. 1
de Cardena, 1589. 1. 1611. 5
Carneuali, 1584. 1
Carnot, 1620. 2
Carnoualico, in app. 1. M.
Caro, in app. 1. I.
de Carolcis, 1507. 7
Carpentier, 1617. 15
Carracciolo, 1603. 12
Carré, 1581. 2
Carualal, 1493. 3. Vid. Bernardinus, &c. Protectores, &c.
de Carualal, in append. 1. A.
Caſerta, 1501. 5
Caſſo, 1606. 3.
de Caſtaignac, 1623. 25
de Caſtania, 1579. 3
de Caſtello, 1574. 1
de Caſtille, 1610. 5. 1633 2
del Caſtillo, 1561. 4. 1561. 5
Caſtrioti, 1612. 1
de Caſtro, 1554. 2. 1571. 1. & alibi ſæp.
de Caſtro-blanco, 1598. 7
di Caſtro-foſcaldo, 1416. 5
di Caſtro-France, 1568. 2. 1574. 1. 1507. 7
de Caſtromaluenda, 1582. 5
Caſtrucci, 1586. 3
de Cataſtin, 1614. 2
Categgera, 1608. 9
Caualiero, 1605. 9
Cauda, 1625. 4
de Caueron, 1621. 6
de Caument, 1606. 6. 1615. 2
de Cayas, 1610. 7
Ceccardi, in app. 1. F.
de Cella, 1600. 4
Cenami, 1533. 1
Centurion, 1562. 2
Centurioni, 1494. 2
de la Cerda, 1502. 5
Cerdonis, 1507. 7
de Cerezano, 1518. 1
Ceriſy, 1493. 7
Cermoiſe, 1556. 1
Certain, 1562. 3
de Ceruis, 1583. 1
Ceſarini, 1623. 4
Ceſio, 1519. 2
Ceſpedes, 1561. 4
de Chabanes, 1507. 1
Chabot, 1505. 6
Chabrion, 1512. 2
Chaillou, 1610. 5

Index

Challuau, 1609. 12, cott.
de Chambes, 1505. 6
de Champagne, 1585. 10
Chandon, 1622. 4
de Chantemerle, 1629. 17
Chappot, 1631. in fin.
de la Charité, 1499. 2
Charlier, 1582. 4
Charton, 1512. 2
Chaſtaignier, 1591. 7
de Chaſtillon, 1621. 1
de la Chaſtre, 1615. 6
de Chatelins, 1496. 1
de Chauaignes, 1547. 3. 1550. 2
de Chauigny, 1507. 2
Chaumeau, 1489. 2. & alibi ſæp.
Chaulſin, 1624. 1
Chaumillion, 1507. 7
de la Chaux, 1535. 1. & alibi.
Chenet, in app. 2. L.
Cheſneau, 1572. 1
de Cheurieres, 1615. 6. 1617. 8. 1623. 21.
Chichon, in app. 2. N.
de Chicoumeau, 1617. 15
Chico, 1608. 7
de Chinchilla, 1493. 6
Chirico, 1555. 4
de Chiuerny, 1616. 1
Cholet, 1575. 3
de Chriſtiauis, 1582. 7
Cicala, 1523. 1. 1593. 3. 1602. 1
Cicoria, 1586. 4
Cipola, 1602. 6
Ciraulo, 1582. 6
de Ciuille, 1600. 1
de Claire-vaux, 1504. 1
Clauel, 1576. 1
Clarkſon, 1588. 8
Clauſſe, 1572. 1. 1610. 6. 1624. 3
à Clauo, 1516. 4
le Clerc, 1507. 7. 1617. 14. & alibi. V. Renat. &c. itémque de al. in appa.
de Clermont, 1581. 2. 1606. 7
de Clermont d'Amboiſe, 1610. 6. 1611. 2
de Clermont Tonnerre, 1611. 2
de Cleſuto, in app. 1. T.
du Cloud, 1550. 2
de Coadelets, 1622. 1
de Coalla, 1493. 6
de los Cobos, 1599 1
Cocquelet, 1602. 4
Coignet, 1628. 1
Colebert, 1517. 3
Coliſar, 1618. 2
Collalto, 1629. 8
Collemedio, 1610. 3
Colona, 1493. 6. 1602. 1
Colona, 1495. 1. 1603. 9. 1604. 3
Coloſa, ſeu, Coloſo, 1464. 1
Combar, 1493. 7
de Combault, 1617. 14
Coëffereau, 1616. 5. & alibi.
de Commartin, 1633 1
Compain, 1621. 4
Contarene, 1610. 2
le Comte, 1518. 1. 1523. 2
Cotta nigra, in app. 1. S.
Condegnat, 1519. 3
di Conſenza, 1532. 1
Conſtantini, 1607. 2
Content, 1591. 7
di Conti, 1594. 2. 1599. 1
de Contreras, in app. 1. H. 1580. 1
de Cordoüa, 1493. 6. 1533. 2. 1589. 1
de Cordoüa, 1506. 7. 8. 1518. 6. 1548. 3. 1617. 10
de Cotiliano, 1507. 7
del Cornal, 1576. 1
Corneio, 1582. 1
Cornullier, 1619. 3
Correa, 1585. 3
Corta, 1602. 6
di Cortali, 1559. 2
Cortes, 1510. 1
Corteſe, 1602. 1
de Coſſé, 1591. 7. 1623. 2
de Coſte, 1610. 3. & alibi.
Couche, 1581. 2
de Couty, 1609. 2
de Coulange, 1610. 3
de la Cour, 1585. 10
de Courtenay, 1609. 2
Courtois, 1632. 3
Courvoiſier, in app. 2. I.
Couſin, 1624. 2
de la Couture, 1504. 1
de Creil, 1615. 9. 1616. 4
de Crequy, 1608. 3
Criſpe, 1600. 7
Crochard, 1596. 3
du Croiſet, 1624. 13
de la Croix, 1610. 3. 1617. 8. 1621. 3
à Cropolatu, 1435. 3. 1487. 2. 1507. 4. 7
Croſnier, 1489. 2
de Croi, 1609. 2. 1618. 2
Cruchet, 1512. 2
de la Cruz, 1561. 3
Cuchillero, 1572. 3
de Cugnac, 1498. 4
Cuignet, 1532. 1. 2
de Cuellar, 1569. 3. & alibi.
Cuello, 1604. 1
de las Cuenas, 1588. 8
la Cuena, 1546. 1616. 4
de Curſule, 1611. 2
de Curſigny, 1609. 1
de Cyberan, 1622. 4
Cybo, 1485. 2. 1494. 2. 1561. 4
Cyres, 1562. 7

D

Dafis, 1559. 3. 1621. 3
Dalvin, 1610. 10
Danes, 1551. 2. 1565. 2
Daviés, 1610. 13
Davin, 1634. 3
Debem, 1559. 2. 1562. 3
Delgado, 1596. 6
Denets, 1600. 1
Deniſon, 1507. 7. 1511. 1

Deſlanques,

Deſplanques, 1618. 3
Deſtrac, 1607. 6
Deza, 1511. 1. 1548. 5
Diaz, 1591. 4
Didonis, 1507. 7
Diedo, 1610. 2
Dietrichſtain, 1619. 6
Diharſe, 1592. 1
Dinet, 1593. 10. 1599. 2. 1611. 4. *V. Geſſar*, & alibi.
Doca, 1611. 3
Domballe, 1610. 6
de Dom-martin, 1507. 7
de Doncourt, 1618. 5
Dony, 1610. 5. 1630. 2
Doria. V. D'Oria.
Dormy, 1611 4
Dotel, 1598. 2
du Drac, 1590. 3
de Drechel, 1629. 17
Druat, 1618. 2
Duarte, 1493. 6. 1524. 5. 1589. 2
Duran, 1561. 4
Durand, 1596. 2. & alibi ſæp. V. Hieronymus.
Dupre, 1573. 4. 1585. 10. 1633. 1. & in append. 2. 3. &c.
Durelle, in app. 2. I
Durre, 1616. 5

E.

d'Eaubonne, 1610. 5
d'Effiat, 1621. 4
Elzear, 1602. 3
Emard, 1591. 9
Enriquez, 1577. 4. 1617. 10
d'Eſcars, 1596. 4. 1604. 6
d'Eſchaus, 1621. 4
Eſchieri, 1533. 1
Eſcolano, 1580. 3. 1604. 9
d'Eſcoubleau, 1606. & 1610. 5. & alibi.
d'Eſcures, 1613. 3
l'Eſguillier, 1582. 4. 1621. 6
Eſpagnol, 1574. 1. & al. *V. Gabriel.*
d'Eſpagny, 1498. 5
d'Eſparues, 1606. 8. 1617. 6
aux-Eſpaules, 1623. 20
de l'Eſpaux, 1633. 1
d'Eſpernon, 1621. 3.
l'Eſperuier, 1487. 2. 1507. 7. 1612. 16
de Eſpes, 1610. 7
de l'Eſpinay, 1507. 7
de Eſpinoſa, in app. 1. L. 1604. 9
d'Eſſa, 1606. 4
des Eſſards, 1624. 3
d'Eſt, 1532. 2. 1547. 1
d'Eſtampes, 1616. 1
d'Eſtain, 1632. 2
de l'Eſtang, 1629. 1
Eſteue, 1578. 4
Eſtenan, 1578. 4
Eſtienne, 1610. 12
d'Eſtrac, 1607. 6
de Eſtrada, 1611. 2
d'Eſtrée, 1610. 5

F.

Fabri, 1507. 7. 1538. 2. 1550. 2. 1559. 3
de Faccio, 1571. 4
Facio, 1606. 2
de la Faïette, 1610. 5
de la Falloire, 1621. 4
Fardela, 1608. 1
Fardino, 1594. 2
de la Fare, 1610. 5. 1616. 7. 1625. 6
Farneſe, 1517. 1. 1529. 4. 1536. 1559. 2. 1574. 1. & alibi ſæpiùs.
Fauerole, in appar.
Faxarde, 1493. 6
de la Fayette, 1617. 7
le Febure, 1602. 4. 1610. 3
le Febure, 1621. 4. 1623. 1. itemque de al. in appar.
Felton, 1588. 8
Fené, 1592. 2
Fernandez, 1493. 6. 1506. 8. 1589. 1
Ferrer, 1582. 3
Feſtineſe, 1583. 1
Ficquet, 1571. 1
de Figueroa, 1493. 6. 1617. 10
Figadin. 1471. 1
Figuli, 1529. 1
Finet, 1559. 3. 1565. 1
Fois, 1604. 6
de Foix, 1607. 6. 1615. 2
Follini, in app. 1. H.
Flauin, 1559. 3
de Flehard, 1617. 8
de Fliſco, 1519. 2
de Fonſeca, 1525. 1
de Fonſeque, 1600. 4
de la Fontaine, 1541. 2
Fornari, 1613. 6
de la Foreſt, 1615. 5
Forter, 1498. 4
Fortunato, 1611. 2. 1620. 3
di Foſcaldo, 1416. 4. 5
de la Foſſe, 1610. 5
Foubelin, in app. 1. V.
Foucault, 1613. 3. 1617. 13
Foucquart, 1621. 6
Fougas, 1613. 3
Fouquet, 1615. 1
Fourbeur, 1574. 1
de Fourbin, 1602. 1
Fourmanoir, 1498. 5
Fournier, 1578. 3
Foy, 1617. 14
del Frago, 1576. 1
de France, 1498. 4. 1505. 1. 1516. 1
Franqui, 1529. 4
Franſure, 1600. 1
de Frazans, 1596. 4
de la Frazo, 1614. 8
Fregoſi, 1494. 2
Fremiot, 1610. 5. 1617. 13. 1596. 4. 1615. 6
Fretay, 1517. 2. 1520. 1
Frezel, 1507. 7
de Frias, 1582. 1

Frizon, 1609. 2
Fulgoſi, 1581. 1
Fuſcian, in app. 1. V.

G.

de GAdagne, 1623. 21
Gaſſé, in app. 1. V.
Gaillac, 1503. 2
Galen, 1583. 4
Galamini, 1611. 1. 1617. 1
Galland, 1582. 9. 1621. 4
Gallios, 1607. 6
Gallo, 1554. 2
les Gallos, 1561. 4
de Gamarra, 1602. 1
Gamba-curta, 1473. 1619. 4
Gambart, 1630. 4
de Gamboa, 1510. 1
de Gand, 1618. 3
Ganzales, 1577. 4
de Gaona, 1533. 2. 1581. 5
Garcia, 1606. 11.
de la Garde, 1610. 6
Garnier, in app. 2. fin.
Gaſca, vel, *Guaſca*, 1611. 2
Gaſſendi, 1602. 4
du Gas, 1604. 8
Gauuit, 1547. 3
Genaſio, 1601. 1
Genebrad, 1560. 4
de Geneue, 1496. 1. 1504. 1
Geneuois, 1502. 2
Gentilis, in app. 2. L.
à Genuâ, 1435. 3. 1530. 2
Geoni, 1619. 8
Georgeau, 1610. 5
de Gereſme, 1624. 3
Germain, in app. 2. I.
Germais, 1585. 10
de Gibboſo, in app. 1. P.
Gideni, in app. 1. L.
de Gifford, 1610. 2
Girardi, in app. 2. P.
Girault, in app. 2. N.
Giron, 1546.
de Giury, 1604. 6
de Glandeuez, 1584. 1
le Glouſt, 1596. 1. 1572. 1
Gobaille, 1493. 7
Gobineau, in appar.
Godineau, 1507. 7
le Goix, 1616. 4
Golutо, 1532. 8
Gomez, 1562. 4
Gonçalez, 1561. 4
de Gondy, 1578. 7. 1581. 2
Gonzaga, 1547. 1. 1573. 1. 1590. 1. 1591. 8. 1603. 6
de Gorgia, 1622. 3
Gouffier, 1608. 5. 1631. 3
de Gournay, 1609. 4. 1621. 1
de la Grange, in app. 2. A.
la Goutte, 1607. 4. 1612. 3. & alibi. V. Franciſcus, &c.
le Gras, 1606. 7. 1616. 1
Graſſi, 1495. 1
de Graſſis, 1571. 1
Grauille, 1488. 1
Graxina, 1599. 1
Gridane, 1499. 2
de Grilli, 1613. 4
de Grillier, 1582. 4
Grille, in app. 1. V.
Grimaldo, 1561. 2
Grimaud, 1488. 1
Grip, in app. 1. V.
Griſi, 1533. 1
Grogens, 1582. 7
Grogniet, 1623. 2
Groian, 1604. 6
de Groſpain, 1607. 3
Groſlier, 1562. 3. 1582. 2
Grumi, 1532. 8
la Grutta. 1532. 8. V. Dorothea.
Gual, 1604. 9
Guani, 1603. 10
de Guaſca, 1599. 1
du Guaſt, 1502. 4
Guepean, 1569. 2
Gueret, 1610. 5
Guerin, 1611. 4. 1619. 1
Guerrero, 1513. 11
Guerrier, 1552. 1
de Gueuara, 1605. 9
Gugliazo, 1603. 16
Gugliota, in app. 1. A.
de Guibé, 1508. 1. 1513. 3
de la Guiche, 1617. 7
Guichard, 1535. 1. 1547. 3. & alibi ſæpè.
de Guignecourt, 1582. 4
Guilland, 1596. 3
Guillaume, 1509. 4
Guillebaut, 1574. 1. 1596. 2
de Guiral, 1604. 1
Gulinſo, 1574. 1
de Guſman, 1579. 5. 1595. 8. 1567. 3
Guttierez, 1580. 1

H

HAcqueuille, 1582. 4
Haguenier, 1565. 1. V. Petrus, &c.
de Hailly, 1597. 2
de Hallewin, ou, *Halluyn*, 1499. 2. 1503. 3. 1504. 1. 1510. 7. 1513. 15. 1516. 7. 1517. 3
de Harach, 1629. 6
de Harlay, 1611. 2
de Haraucourt, 1598. 2
de Haro, 1608. 6
Harpal, 1580. 2
du Hault-bois, 1495. 3
de la Haye, 1495. 3. 1507. 7
Hebert, 1568. 4. V. Petrus *Hebert*, 1617. 13
de Hedouuille, 1498. 5
de Hennares, 1568. 2
Hennequin, 1582. 4
Hepburn. in app. 2. I.
Herbelin, 1614. 1
de Heredia, 1595. 2
Hernandez, 1608. 8

Digitized by Google

Herpon, 1582. 4
de Herrera, 1612. 16
Heyl, 1517. 2
de Hiarce, 1592. 2. 1609. 5
Hinſelin, 1600. 1
Honoré, app. 2. A.
de la Horgne, 1575. 3
de l'Hoſpital, 1610. 5
Hourdel, in app. 2. A.
Huan, 1493. 2. 1495. 3. & alibi.
Hugonis, 1627. 2
Humblot, 1598. 4. V. Franciſcus.
Huot, 1529. 1
Hurault, 1585. 10. 1614. 2. 1616. 1
Hurtado, 1547. 3. 1627. 4

I.

Iacob, 1612. 3
Iacobatio, 1518. 2. 1519. 2
Iacgere, 1624. 1
Iacquart, 1617. 15
Iahan, 1559. 2. 1589. 6
Iambart, 1587. 1. 1593. 10
Ianneal, 1559. 2
Iannetin, 1541. 2
Iannin, 1610. 5
Iannot, in app. 2. N.
Iaquet, 1610. 5
le Iay, 1610. 5
Ieſſe, 1614. 2
à Ieſu, 1551. 4. 1556. 3
le Ieune, in app. 2. I. 1507. 7
de Imola, 1507. 7
Imperator, in app. 1. F.
Incorbeira, in app. 1. G.
de las Infantas, 1617. 11
Ingrata, 1612. 10
Ioly, 1507. 7
du Ioncquoy, 1624. 2
de Ioncfrida, 1507. 7
de Iordanis, 1593. 1
le Iourneur, 1499. 2
de Ioyeuſe, 1570. 2. & alibi ſæpè.
Iſnard, 1609. 6
l'Iſola, 1607. 3
Iuan, 1533. 2
Iudas, 1559. 2. 1562. 3
Iudici, 1624. 12
Iulet, 1609. 4. 1632. 1
Iulian, 1550. 2. 1553. 2. 1573. 3
de Iuliana, 1629. 4
de Iuillard, 1610. 5
Iurado, 1617. 11
Iuſteau, 1506. 2. Vid. Ludouicus, &c.
Iuſtice, 1612. 11
Iuſto, 1593. 3
Italiano, 1554. 2
de Ixar, 1576. 1

K.

Kermarec, 1630.

L.

Lachiuer, 1619. 3
les Ladrones, 1586. 1
de Lagnet, 1606. 4
Laiane, in appar.
Laliota, 1585. 2
di Lamagna, 1447. 1
Lambert, 1630. 1
Lambreſt, 1618. 1
Lancelloti, 1611. 1
Landriano, 1628. 5
la Lane. 1559. 3
de Lara, 1493. 6. 1554. 2
Laſarte, 1538. 2
Laſo, 1493. 6
de Laſſe, 1607. 6
Laſſe, 1561. 4
de Lateraco, 1532. 2
de Laual, 1493. 8
de Lauardin, 1618. 6
du Laurent, 1616. 7
de Laurino, 1607. 8.
de Lauſun, 1615. 2
Leber, 1575. 3. 1619. 5
de Lebera, 1596. 2
de Leberon, 1611. 2
de Leche, 1562. 3
de Ledeſma, 1562. 3
Legier, 1507. 7
de Lemus, 1493. 6
Lengueglia, 1602. 6
de Lenoncent, 1489. 2. 1506. 4. 1575. 3. 1588. 4
Leni, 1611. 2
Leny, 1622. 1
de Leon, 1490. 1
Leoni, 1608. 3
Leonti, 1559. 4. 1591. 5
de Lerma, in app. 1. I.
Leſné, 1610. 5
Lenamis, 1633. 3
Leui, 1611. 2
de Leyua, 1589. 2. 1602. 1
Libault, in app. 2. A.
de Licinac, 1585. 10
de Liechtenſtein, 1629. 12
le Lieur, 1590. 4
le Lieure, 1596. 2
de Ligne, 1627. 3
de Lima, 1627. 4
Limena, 1447. 1
de la Limena, 1447. 1
Lionet, 1495. 4. V. Germanus Lionet.
Lipaneli, 1586. 6
du Lis, 1607. 7. 1621.
Liſola, 1607. 3
Liſon, 1580. 5
Lizet, 1551. 2
de Loaiſa, 1605. 10
de la Lobbe, 1624. 3
Lomberdi, 1572. 3
Lomellino, 1494. 2. 1564. 4. 1603. 7. 1613. 3. 1622. 5
de Lomenie, 1619. 2
Loncin, 1618. 1
Longis, 1610. 5
Longo, 1581. 2. 1599. 1
de Longobardis, 1630. 1. & ſeq.

Index

à Longobardo, 1435. 3
de Longueioüe, 1616 9
de Longueual, 1618. 2
de Longueuille, 1489. 2. 1573. 1
Lopez, in app. 2. G.
de Lorenzana, 1561. 4
Loris, 1574. 1
de Lorraine, 1572. 1. alibi ſæpiſſ.
de Louuain, 1617. 14
Lucas, 1519. 2
de Lucena Olis, 1486. 1. 1495. 4. 5. 1596. 6
de Lucillento, 1507. 7
de Ludeña, 1561. 4
Ludere, 1621. 4
Ludouiſio, 1621. 7
Ludtin, 1499. 2
de Luna, 1595. 2. 1610. 7
de Lupis, 1616. 7. 1624. 6
de Luſſan, 1606. 8. 1617. 6
de Luſſé, 1610. 5
de Luxembourg, 1493. 8. 1589. 3. 1619. 2

M.

MAgaire, 1582. 4. & alibi.
de Macherata, 1611. 3. 1617. 1.
Machon, 1621. 5
Magaignes, 1547. 3
de la Magdeleine, 1607. 5. 1613. 10
Maginet, 1621. 2
Magiſtri, 1559. 2
Magnin, 1604. 8
de Maida, 1507. 7. 1513. 2
de Maillanes, 1590. 1. 1609. 1
Maillard, 1493. 6
de Mailly, 1582. 9
de Maio, 1607. 1
Maioli, 1614. 6
à Maiorana, 1435. 3. 1496. 3. 1507. 7
Maioret, 1575. 3
Maiſonat, 1570. 2
Malarme, 1607. 3
Maldonado, 1556. 4. 1559. 1
Maldonato, in app. 1. A. 1518. 6
Malendrin, 1489. 2. 1532. 6. & in appar.
Malet, 1621. 1
Malherbe, 1517. 2. 1520. 1
de la Malleraye, 1600. 1
Mandini, 1587. 1
Mando, 1612. 4
Manget, &c. 1502. 4
Manipulo, 1612. 4
Manrique, 1460. 2. 1493. 6. 1525. 1. 1554. 2. 1557. 1. 1578. 4
Manſcour, 1582. 4
Manſilla, 1533. 1
Manuel, 1502. 5.
de Maqueda, 1510. 2
Maramonte, 1514. 3
de Marca, 1607. 6
Marcel, 1585. 10
Marchand, 1621. 4
Marchant, 1610. 5
de Marchia, 1593. 10
de Marchaumont, 1610. 6
de Marcouſſey, 1624. 3
Marguerin, 1633. 1
Maricour, 1617. 14
Mariette, 1509. 4
de Marigny, 1618. 6
Marillac, 1610. 5
Marmac, 1559. 3
de Marquemont, 1607. 5. V. Dionyſius. 1624. 21. 1616. 4
de Marteau, 1604. 6
de la Marthonie, 1517. 3
Martiales, 1533. 1
de Martialis, 1559. 2
Martin, 1634. 5. in app. 2. M. S.
Martin, 1499. 2. 1507. 7
de Martina, 1535. 1
Martinez, 1582. 5. 1598. 6. 1550. 2. 1559. 2
Martinot, 1624. 14
Martotilla, ſeu, *Martelilla*, 1416. 5. in appar.
de Maſſé, 1619. 2
Maſſelin, 1599. 6
Matrini, 1633. 3
Mattebone, 1614. 4
Maurin, 1631. 1
di Mauro, 1629. 4
de Mayenne, 1582. 4
la Mazere, 1590. 5
Medici, 1513. 4
de Medicis, 1591. 8. 1610. 5. 1583. 3. ſup. & alibi.
de Medina, 1509. 5. 1558. 1
le Meignen, 1578. 7
Melendez, 1561. 4
de Melgar, 1556. 1. 1561. 3
de Mena, 1596. 2
Mendes, 1493. 6. 1535. 1. 1617. 11
de Mendoza, 1502. 5. 1617. 4
Meot, 1612. 8
Merano, 1603. 7
le Mercier, 1557. 2
de Mercœur, 1589. 3
Merlo, 1610. 2
Merſenne, in app. 2. M.
de Meſme, 1610. 6. 1633. 1
Meurier, 1614. 6
Michaud, 1610. 6
Michel, 1507. 7. 1511. 1. Vid. Matthæus, &c.
Mignon, 1544. 2
di Milazzo, 1579. 3
Milcaconne, 1586. 4
Mingron, 1581. 1
Minneſi, 1615. 7
de Miolans, 1615. 6. 1623. 21
de Miracle, 1493. 6
Miron, 1615. 1
à Miſſanio, 1435. 3
Mitte, 1623. 21
Moion, 1591. 1
du Molin, 1503. 2
de Molina, 1561. 4. 1608. 3
Molinari, 1607. 9
de Monmartin, 1621. 4
de Monceaux, 1617. 14
de Moncel, 1600. 1
de Monchy, 1617. 14. 1621. 6. 1610. 5
de Moncloüa,

Digitized by Google

de Moncloüa, 1589. 8
Monçon, 1604. 9
de Mondory, 1632. 2
de Mon-gaillard, 1616. 4
de Mongober, 1507. 7
de Moniuc, 1610. 6
de Monopoli, 1617. 1
de Monte, 1517. 1. & alibi.
di Monte, 1517. 1.
de Monte-alto, 1507. 7
à Monte-forti, 1538. 2
de Montenigro, in app. 1. M.
Monteſano, 1629. 4
de Montgerard, 1620. 2
de Monthreſor, 1621. 3
de Montigny, 1617. 15
de Montmorency, 1489. 2. 1502. 4. 1507. 1
de Montol, 1629. 17
de Montolin, 1610. 5
de Mora, in app. 1. A.
Morales, 1530. 4. 1568. 3
Morando, 1584. 1.
de Morano, 1507. 7
de Morchette, 1584. 3
Moreau, 1482. 5. 1626. 1
Morel, 1623. 23
Moreno, 1591. 3. 1600. 6. in app. 1. D.
de Morete, 1562. 5
Morgati, 1533. 1
Morhier, 1493. 7
de Mornac, 1570. 3
Morosino, 1588. 5
Morus, 1597. 1
di Motola, 1550. 2
de la Motte, 1520. 1. 1523. 2. 1526. 2
du Moulin, 1632. 1
Mugnoz, 1573. 2
Muñoz, 1548. 5
la Mure, 1631. 3
Muret, 1585. 7
Munaro, in app. 1. I.

N.

de Nancé, 1615. 6
di Napoli, 1532. 2
de Naſſau, 1626. 3
Navarro, 1579. 6
de Nemours, 1493. 3. 1516. 1
Nereti, 1618. 8
de Neuf-Chezes, 1610. 5
de Neufville, 1610. 5
de Neuville, 1585. 10.
Nicolai, 1610. 5. 1623. 24
Nicolas, 1610. 5
de Nicotera, 1507. 7
Nicueſa, 1533. 1
Niño, 1605. 9
de Ninelle, 1493. 8
de Noa, 1586. 1
Nodé, 1578. 3. 1582. 4
de Nogaret, 1590. 2. 1619. 1. 1621. 3
de la Noüe, in app. 1. S.
de Noyers, 1585. 10. 1611. 4
de Noz, 1559. 3
de Nucito, 1435. 3
de Nuncibay, 1493. 6
de la Nuza, 1576. 1

O.

O'Brien, 1608. 4
d'Oca, 1611. 3
de Ogeda, 1581. 2
Oliuier, 1609. 11
de los Olmos, 1605. 9
de Ondegarde, 1578. 4
d'Orleans, 1489. 1. 1573. 1. 1606. 6. & alibi.
d'Oria, 1482. 3. 1494. 2. 1604. 3
de Orme, 1561. 4
Orlando, in app. 2. M.
d'Ormeſſon, 1610 5
d'Ornano, 1607. 6
d'Orneſan, 1533 3
de Ortega, 1604. 11
Ortez, in app. 1. D.
Oſorio, 1550. 1
d'Ottrante, 1495. 3. Vid. à Cropolatu.
d'Ourſans, 1607. 4

P.

Pacheco, 1591. 2. 1608. 1
Paëz, 1598. 6
Pagani, 1586. 5
Paglarino, 1544. 2
Paineau, 1621. 3
de Palma, 1583. 4
Palmarola, 1591. 3
Palmeri, 1526. 2. 1530. 2. 1568. 2
Pamphilio, 1629. 5
Panduro, 1482. 7. 1486. 1. 1493. 6
de Pantoia, 1603. 15
Papacoda, 1612. 4
Papelart, in app. 1. N.
Papillon, 1512. 2
Paradin, 1596. 3
Parceli, 1602. 6
Parey, 1610. 6
Paris, 1617. 18
de la Parra, 1493. 6
Parrini, 1533. 1
Paſſard, 1591. 7
Paſſarello, 1568. 2. & alibi ſæpè.
Paſſedoit, 1507. 7. 1520. 1
de la Paſtora, 1493. 6
Paternay, 1632. 3
de Paterno, 1617. 17
à Paterno, 1435. 3. 1507. 7
Particelle, 1610. 5
Patini, 1533. 1
à Paulâ, 1416. 4. 1435. 3
de Paz, 1561. 4
de Paz, in app. 2. fin.
Pazos, 1598. 6
de Pedemonte, 1571. 1. & al.
Pelletier, 1559. 3
Pellico, in app. 1. M.
Pepoli, 1607. 8. 1629. 5
Perez, 1533. 2. 1579. 5. 1582. 5

Index

à Longobardo, 1435. 3
de Longueiouë, 1616 9
de Longueual, 1618. 2
de Longueuille, 1489. 2. 1573. 2
Lopez, in app. 2. G.
de Lorenzana, 1561. 4
Loris, 1574. 1
de Lorraine, 1572. 1. alibi ſæpiſſ.
de Louuain, 1617. 14
Lucas, 1519. 2
de Lucena Olit, 1486. 1. 1495. 4. 5. 1596. 6
de Lucillento, 1507. 7
de Ludeña, 1561. 4
Ludere, 1621. 4
Ludouiſio, 1621. 7
Ludtin, 1499. 2
de Luna, 1595. 2. 1610. 7
de Lupis, 1616. 7. 1624. 6
de Luſſan, 1606. 8. 1617. 6
de Luſſé, 1610. 5
de Luxembourg, 1493. 8. 1589. 3. 1619. 2

M.

MAſaire, 1582. 4. & alibi.
de Macherata, 1611. 3. 1617. 1.
Machon, 1621. 5
Magaignes, 1547. 3
de la Magdeleine, 1607. 5. 1613. 10
Maginet, 1621. 2
Magiſtri, 1559. 2
Magnin, 1604. 8
de Maida, 1507. 7. 1523. 2
de Maillanes, 1590. 1. 1609. 1
Maillard, 1493. 6
de Mailly, 1582. 9
de Maio, 1607. 1
Maioli, 1614. 6
à Maioranâ, 1435. 3. 1496. 3. 1507. 7
Maioret, 1575. 3
Maiſonat, 1570. 2
Malarme, 1607. 3
Maldonado, 1556. 4. 1559. 1
Maldonato, in app. 1. A. 1518. 6
Malendrin, 1489. 2. 1532. 6. & in appar.
Malet, 1622. 1
Malherbe, 1517. 2. 1520. 1
de la Malleraye, 1600. 1
Mandini, 1587. 1
Mando, 1612. 4
Manget, &c. 1502. 4
Manipulo, 1612. 4
Manrique, 1460. 2. 1493. 6. 1525. 1. 1554. 2. 1557. 1. 1578. 4
Manſcour, 1582. 4
Manſilla, 1533. 1
Manuel, 1502. 5.
de Maqueda, 1510. 2
Maramonte, 1524. 3
de Marca, 1607. 6
Marcel, 1585. 10
Marchand, 1621. 4
Marchant, 1610. 5
de Marchia, 1593. 10
de Marchaumont, 1610. 6
de Marcouſſey, 1624. 3
Marguerin, 1633. 1
Maricour, 1617. 14
Mariette, 1509. 4
de Marigny, 1618. 6
Marillac, 1610. 5
Marnac, 1559. 3
de Marquemont, 1607. 5. V. Dionyſius. 1623. 21. 1626. 4
de Marteau, 1604. 6
de la Marthonie, 1517. 3
Martiales, 1533. 1
de Martialis, 1559. 2
Martin, 1634. 5. in app. 2. M. S.
Martin, 1499. 2. 1507. 7
de Martina, 1535. 1
Martinez, 1582. 5. 1598. 6. 1550. 2. 1559. 2
Martinet, 1624. 14
Martorilla, ſeu, *Martolilla*, 1416. 5. in appar.
de Maſſé, 1619. 2
Maſſelin, 1599. 6
Matrini, 1633. 3
Mattebono, 1614. 4
Maurin, 1631. 1
di Mauro, 1629. 4
de Mayenne, 1582. 4
la Mazere, 1590. 5
Medici, 1513. 4
de Medicis, 1591. 8. 1610. 5. 1583. 3. ſup. & alibi.
de Medina, 1509. 5. 1558. 1
le Meignen, 1578. 7
Melendez, 1561. 4
de Melgar, 1556. 1. 1561. 3
de Mena, 1596. 2
Mendes, 1493. 6. 1533. 1. 1617. 11
de Mendoza, 1502. 5. 1617. 4
Meut, 1612. 8
Merano, 1603. 7
le Mercier, 1557. 2
de Mercœur, 1589. 3
Merle, 1610. 2
Merſenne, in app. 2. M.
de Meſme, 1610. 6. 1633. 1
Meurier, 1614. 6
Michaud, 1610. 6
Michel, 1507. 7. 1511. 1. Vid. Matthæus, &c.
Miguon, 1544. 2
di Milazzo, 1579. 3
Milcaconne, 1586. 4
Mingron, 1581. 1
Minneſi, 1615. 7
de Miolans, 1615. 6. 1623. 21
de Miracle, 1493. 6
Miron, 1615. 1
à Miſſanio, 1435. 3
Mitte, 1623. 21
Moien, 1591. 1
du Molin, 1503. 2
de Molina, 1561. 4. 1608. 3
Molinari, 1607. 9
de Monmartin, 1621. 4
de Monceaux, 1617. 14
de Moncel, 1600. 1
de Monchy, 1617. 14. 1621. 6. 1610. 5

de Moncleüa,

Digitized by Google

de Moncloüa, 1589. 8
Monçan, 1604. 9
de Mondory, 1632. 2
de Mon-gaillard, 1616. 4
de Mongober, 1507. 7
de Mouluc, 1610. 6
de Monopoli, 1617. 1
de Monte, 1517. 1. & alibi.
di Monte, 1517. 1.
de Monte-alto, 1507. 7
à Monte-forti, 1538. 2
de Montenigro, in app. 1. M.
Monteſano, 1629. 4
de Montgerard, 1610. 2
de Monthreſor, 1621. 3
de Montigny, 1617. 15
de Montmorency, 1439. 2. 1502. 4. 1507. 1
de Montol, 1629. 17
de Montolin, 1610. 5
de Mora, in app. 1. A.
Morales, 1530. 4. 1562. 3
Morando, 1584. 1.
de Morano, 1507. 7
de Morchette, 1584. 3
Moreau, 1482. 5. 1626. 1
Morel, 1623. 23
Moreno, 1591. 3. 1600. 6. in app. 1. D.
de Morete, 1562. 5
Morgati, 1533. 1
Morbier, 1493. 7
de Mornac, 1570. 3
Morosino, 1588. 5
Morus, 1597. 1
di Motola, 1550. 2
de la Motte, 1520. 1. 1523. 2. 1526. 2
du Moulin, 1632. 1
Mugnoz, 1573. 2
Muñoz, 1548. 5
la Mure, 1631. 3
Muret, 1585. 7
Muuaro, in app. 1. I.

N.

de Ancé, 1615. 6
di Napoli, 1532. 2
de Naſſau, 1626. 3
Nauarro, 1579. 6
de Nemours, 1493. 3. 1516. 1
Nereti, 1618. 8
de Neuf-Chezes, 1610. 5
de Neufville, 1610. 5
de Neuuille, 1585. 10.
Nicolai, 1610. 5. 1623. 24
Nicolas, 1610. 5
de Nicotera, 1507. 7
Nicueſa, 1533. 1
Niño, 1605. 9
de Niuelle, 1493. 8
de Noa, 1586. 1
Nodé, 1578. 3. 1582. 4
de Nogaret, 1590. 2. 1619. 1. 1621. 3
de la Noüe, in app. 1. S.
de Noyers, 1585. 10. 1611. 4
de Noz, 1559. 3
de Nucito, 1435. 3
de Nuncibay, 1493. 6
de la Muza, 1576. 1

O.

O'Brien, 1608. 4
d'Oca, 1611. 3
de Ogeda, 1581. 2
Olivier, 1609. 11
de los Olivos, 1605. 9
de Ondegardo, 1578. 4
d'Orleans, 1489. 1. 1573. 1. 1606. 6. & alibi.
d'Oria, 1482. 3. 1494. 2. 1604. 3
de Orive, 1561. 4
Orlando, in app. 2. M.
d'Ormeſſon, 1610 5
d'Ornano, 1607. 6
d'Ornefan, 1533 3
de Ortega, 1604. 11
Ortez, in app. 1. D.
Oſorio, 1550. 1
d'Otranto, 1495. 3. Vid. à Cropolatu.
d'Ourſans, 1607. 4

P.

Pacheco, 1591. 2. 1608. 1
Païz, 1598. 6
Pagani, 1586. 5
Paglarino, 1544. 2
Paineau, 1621. 3
de Palma, 1583. 4
Palmarola, 1591. 5
Palmeri, 1526. 2. 1530. 2. 1568. 2
Pamphilio, 1629. 5
Panduro, 1482. 7. 1486. 1. 1493. 6
de Pantoia, 1603. 15
Papacoda, 1612. 4
Papelart, in app. 1. N.
Papillon, 1512. 2
Paradin, 1596. 3
Parceli, 1602. 6
Parey, 1610. 6
Paris, 1617. 18
de la Parra, 1493. 6
Parrini, 1533. 1
Paſſard, 1591. 7
Paſſarello, 1568. 2. & alibi ſæpè.
Paſſedoit, 1507. 7. 1520. 1
de la Paſtora, 1493. 6
Paternay, 1632. 3
de Paterno, 1617. 17
à Paterno, 1435. 3. 1507. 7
Particelle, 1610. 5
Patini, 1533. 1
à Paulâ, 1416. 4. 1435. 3
de Paz, 1561. 4
de Paz, in app. 2. fin.
Pazos, 1598. 6
de Pedemonte, 1571. 1. & al.
Pelletier, 1559. 3
Pellico, in app. 1. M.
Pepoli, 1607. 8. 1629. 5
Perez, 1533. 2. 1579. 5. 1582. 5

Perez, in app. 1. H.
Pericard, 1599. 2
Perucio, 1578. 2
Perugino, 1585. 9
Perrenot, 1533. 1. 1607 4
Perrin, 1559. 2. 1631. 3
Perſin, 1616. 4
Petaſſe, 1605. 7. V. Petrus.
de Petra-ſitta, 1507. 7
le Peutre, 1610. 5
du Peyrat, 1507. 1
Pexi, 1533. 1
Pharaone, 1604. 13
de Phariat, 1553. 2
Philippe, 1625. 2
Pibalteau, 1562. 5
Pichonneau, 1578. 3
de Pienne, 1499. 2
di Pietro, 1608. 2
Pignatello, 1607. 1
Pijart, 1624. 2. 1630. 4
Piloni, 1532. 8
Pillot, 1496. 1
Pimentel, 1533. 1. 1583. 11
Pinede, 1581. 1
Pingré, 1517. 3
Piña, 1604. 1. 1608. 6
Piñatello, 1518. 10. 1532. 8
Piñeros, 1460. 2
Pio, 1495. 1. 5564. 2. 1612. 6
Piobano, 1607. 10
Piouara, 1625. 4
de Piſa, 1587. 1
Piſa, 1518. 6
Pizzullo, 1623. 4
des Planques, 1618. 3
du Plaſſis, 1631. 3
Policina, 1624. 9
Ponce de Leon, 1506. 7. 1510. 1. 1605. 1
Poncher, 1506. 4. 1507. 7. 1509. 2. 1512. 2
de Poligny, 1607. 3
Ponneteau, 1550. 2
du Pont, in app. 2. N.
de Ponte, 1507. 7
Pontier, 3622. 9
Ponzo, &c. 1595. 4
Porras, 1561. 4
Portal, 1559. 3
de Portillo, 1606. 13
Portillo, 1561. 4
Portugal, 1570. 5
Potin, 1493. 7
Poton, 1519. 2
Poulain, 1617. 15
Pourcelet, 1590. 1. 1609. 1
de Pouſſemie, 1588. 2
de la Pouſſoie, 1627. 1
du Prat, 1503. 2. 1507. 6
du Pré, 1582. 4
des Prés, 1588. 2
de Preſsin, 1617. 8
le Preſtre, in appar.
le Previeux, 1502. 4
de Priego, 1510. 1
Prieur, 1610. 5. & alibi.
Principato, in app. 2. P.
Prouenziano, 1501. 5
Prouſt, 1605. 6
de Prunay, 1609. 2
Pſeaume, 1575. 3
Pucci, 1513. 10. 1532. 5. V. Laurent. Anton. &c.
du Puch, 1532. 1. V. Saluius.
le Puel, 1631. 1
de Puio, 1609. 5
de Puy-du-fou, 1588. 4

Q.

Quadra, 1559. 2
Quadro, 1625. 4
Quenaut, 1610. 11
Quentin, 1493. 7. 1496. 1. Vid. Ioannes, &c.
de Quero, 1617. 11
Querv, 1503. 2
de Queſada, 1593. 14
de Quiñones, 1617. 4
Quirini, 1586. 4
de Quiroga, 1539. 4

R.

de Radeual, 1590. 1
Ragaueau, 1594. 1
de Ragercourt, 1598. 2
de Ragny, 1607. 5
de Rambure, 1499. 2. 1513. 15
Randani, 1581. 2
Rando, 1599. 5
Rangueil, 1625. 8
de Rantigny, 1626. 4
Raolin, 1493. 7
Raphin, 1519. 2
Rapuel, 1572. 1. 1590. 3
de Rauenel, 1621. 1. 1626. 4
Rauelli, 1507. 1
Raulin, 1607. 3. 1620. 1
de Reatis, 1596. 2
de Rebé, 1622. 4
Recy, 1607. 3
de Regina, 1507. 7
de Reimer, in app. 2. T.
Remondi, 1517. 2
de Remua, 1603. 8
Renault, in app. 2. R.
Renty, 1629. 7
Rennel, 1590. 1
de los Reyes, 1591. 4
Reynier, 1503. 2
de Reyroles, in app. 2. I.
Riario, 1517. 1
de Ribadauia, 1544. 1
de Ribadeneira, 1619. 6
de Ribas, in app. 1. F.
Riccard, 1598. 4
Ricciulli, 153 5. 1. V. Gaſpar, &c.
Richard, 1619. 4. 1588. 4. 1619.
de Richelieu, 1631. 3
Riceüart, 1610. 5
de Ribera, 1577. 4. 1593. 10
de Rieux, 1616. 4. 1622. 1

Digitized by Google

Ringard, 1585. 10
de los Rios, 1613. 8
Risoleo, 1596. 5
de la Riuiere, 1606. 5. 1617. 1
de Riuoire, 1611. 2
Rocca, 1593. 11
di Rocca, 1483. 2. 1504. 2. 1507. 7
de la Roche, 1575. 3
de la Rochebaron, 1611. 2
de la Rochechoüart, 1503. 2
de la Rochefoucault, 1582. 9. 1610. 5. 1611. 2. 1619. 2
de la Rochepozay, 1591. 7
Rochon, 1610. 5
de Rodenas, 1591. 1
Rodriguez, 1561. 4. 1562. 4. 1585. 11
de Rogiano, 1593. 10
de Rohan, 1489. 2. 1502. 4. 1506. 1. 1618. 6
Roillart, in app. 2. N.
Romegas, 1495. 1
Romeo, 1458.
Romero, in app. 1. I. 1599. 4
Ropitel, 1562 7. 1578. 3
Rosa, 1603. 8
Rosado, in app. 1. O.
Rose, 1498. 5. 1611. 2
Rosemberg, 1629. 10
de Rosergio, 1490. 1
Rossignol, 1612. 10
Rosso, 1633. 3
Rousseau, 1507. 7
de Roxas y Cordoüa, 1493. 6
Royer, in app. 2. C.
le Roy, 1507. 2. 1550. 2. 1623. 8
Royal, 1612. 9
du Rozier, in app. 2. I.
Rubini, 1133. 1
de Rubis, 1572. 2
de la Rue, 1509. 4
de Rueda, 1493. 6
Ruet, in app. 1. I.
de Ruelland, 1623. 2
Rufo, 1595. 1
Ruffo, 1629. 13
Ruiz, 1561. 3. 1601. 6
Ruſtitucci, 1602. 5
Ruteau, in app. 2. A.
de Ruuere, 1472. 1482. 3. 1505. 3. 1598. 3. 1604. 5
Ruzé, 1621. 4
de Ryt, 1607. 3. & alibi ſæpè. V. Franciſcus.

S.

Sacalier, 1503. 2
de Sacierges, 1592. 2
Sadoleti, 1519. 2
Sainct-André, 1551. 2
de Sainct-Belin, 1496. 1. 1591. 7
de Sain-Chamont, 1623. 21
de Sant-Ella, 1516. 3. 1526. 2. V. Hieronymus.
de Sain-geran, 1623. 20
de Sainct-Martial, 1503. 2
Sain-Martin 1607. 6
de Sainctle-Maure, 1502. 4
de San-Pedro, 1561. 4
de Sainct-Remy, 1611. 2
de Sainct-Simon, 1498. 5
de Sainct-Vaaſt, 1558. 2
de Saintyon, in appa.
de Salcedo, 1556. 4
de Salamanca, 1582. 5
de Salazar, 1518. 6. 1533. 1. 1561. 4
de Sales, 1623. 11
Salinas, 1544. 1
de Salme. 1601. 8
Saluagio, 1601. 5
de Saluatierra, 1518. 6
Saluiati, 1519. 2
Salut, 1574. 2. 1583. 6
Samblancat, 1533. 3.
Samblaſio, 1593. 10
Sammarco, 1538. 1
S ffe, 1629. 14
de San-Domingo, 1589. 9
Sanchez, 1544. 1. 1593. 5
de Sandoual, 1616. 6
de Sandricourt, 1498. 5
de San-Georgio, 1532. 8
de Sangro, 1519. 4
Sanguin, 1626. 2
di San-Lucido, 1435. 3
de San-Marſaſſo, 1628. 3
di San-Saluador, 1579. 3
di Sanſeuerino, 1516. 6. 1616. 4. 1618. 4
de Santoyo, 1578. 4
de Santiſteuan, 1557. 1
Sanz, 1591. 2. 1606. 13. 1609. 8. 1611. 5. 1632. 5
de Sappo, 1507. 7. & alibi.
di Saracina, 1435. 3
Sarazin, 1613. 5
de Sarlabous, 1592. 1
Sarſali, 1512. 2
Sartheane, 1610. 1
Saulier, 1625. 4
Saulmon, 1621. 6
Saulnier, 1605. 7. 1618. 1. 1632. 2
de Saulx, 1610. 5
de Saueca, in app. 1. V.
de Sauoye. V. Ludouica, &c. & 1516. 1. 1582. 4. alibi ſæpè.
de la Sauſſaye, 1614. 1
Saunage, 1614. 6. 1630. 3
Saunte, 1580. 6
Secondo, 1530. 2
Scalioni, in app. 2. A.
Scachico, 1614. 4
Schlanata, 1629. 8
Scholaro, 1532. 8
de Schomberg, 1617. 7
Sciarata, 1532. 8
Scodes, 1533. 1
Selleguenant, 1488. 1
de Semprimo, in app. 1. S.
de Senatoris, 1508. 5
de Senecllys, 1623. 25
Sentis, 1629. 5
Serafino, 1586. 8

Index

Sermello, 1616. 3
de Sermoiſe, 1616. 4
de la Serra, 1493. 6. 1501. 5
Serrano, 1578. 4
Serreux, in app. 1. G.
Seruonnet, 1623. 19
de Seſſa, 1506. 8
Seſſe, 1580. 2
Sforzia, 1494. 2. 1505. 2
de Sibilla, 1507. 7
Sigalas, 1621. 10
Sigaudi, 1611. 3
Signoret, 1592. 1. 1604. 12. 1571. 1
Simon, 1623. 21. 1616. 4. 1607. 5
Simoneta, 1495. 1. 1518. 1. 1539. 6
Sinaria, in app. 1. P.
les Seiſes, 1569. 3
Solegate, 1588. 1
Solorçano, 1561. 4
della Sommaglia, 1623. 22
Sommaire, 1600. 4. 1625. 7
Sorbelloni, 1560. 3
Sorbin, 1599. 2
de Sorudeac, 1622. 1
Sordet, 1614. 1
de Sortino, in app. 1. A.
Soſcundo, 1607. 6
de Sotomaior, 1493. 6. 1617. 11
Soupplis, in app. 1. V.
de Sourdis, 1606. 8. 1607. 6. 1617. 14
Spanochio, 1529. 4
Spinola, 1561. 4
de Spinoſa, 1602. 1
Spinello, 1435. 3. & alibi ſæp. 1603
Sprouerio, 1512. 2
Stamarella, 1517. 1
Standonk, 1493. 7. 1496. 1. 1504. 4
Stocchi, 1587. 1
Strada, ſeu, *Strata*, 1613. 6
Strozi, 1605. 3
Suarez, 1493. 6. 1608. 6
Sublet, 1611. 4
di Surrento, 1512. 2
Suueris, 1526. 2. 1551. 2
de Sylua, 1535. 4
de Syracuſis, 1624. 12

T.

Tachereau, 1621. 4
le Tailleur, 1602. 1
Tagliaferro, 1611. 2
Talaia, 1532. 8. Placidus.
de Tamayo, 1596. 2. V. Franciſc.
Taono, 1633. 3
Tardif, 1507. 7
de Tauannes, 1610. 5
de Tauromena, 1547. 3
Tedurio, 1483. 2
Tellez Giron, 1546. 1561. 4
le Tellier, 1566. & alibi ſæpè. V. Ioſeph. Franciſc. &c.
Teres, 1582. 3
Terruggio, 1629. 4
Thabourdeau, 1507. 7
Thalamonis, 1507. 7. 1508. 1. 1511. 1
de Theſtieres, 1616. 5
Theuart, 1610. 6
Thibault, 1632. 6. in app. 2. I.
Thierry, 1530. 3. 1531. 1. 1602. 1. 1631. 1.
Thomas, 1609. 8
de Thou, 1616. 1
de la Thuillerie, 1628. 2
Tibaldi, 1607. 2
Tillier, 1512. 2
Tillot, 1607. 7
Timbaudi, 1503. 2
de Torras, 1627. 2
de Toledo, 1571. 1
de Tonnerre, 1617. 14. V. de Clermont.
Tonſſe, 1514. 1
Tonti, 1611. 1. V. Protector.
Torres, 1593. 12. 1629. 4
Torrefini, 1610. 2
de la Tour, 1620. 3
de Tournon, 1552. 1. 1611. 2
Traban, 1562. 5
de Tresbons, 1610. 13
Trimarchi, in app. 2. H.
de la Trimouille, 1500. 1. 1507. 1. 1616. 1.
Triplet, 1629. 6. & ſeq.
Triuiſani, 1586. 4
Truxillo, 1585. 11
de Turchis, 1535. 2. idem fortè qui de Turquiis, 1510. 4
Turget, 1600. 4. 1616. 8
de Turquiis, 1510. 4
de Tyard, 1596. 3

V.

Vachier, 1535. 1
du Val, 1574. 2. 1590. 1. 1621. 6
de Valaguer, 1605. 1. 1609. 8
de Valbuena, 1574. 1. 1617. 1
de Valcarcel, 1611. 2. & alibi. 1601.
de Valdes, 1575. 2. 1580. 3. 1561. 3
de Valençay, 1616. 1
de Valençuela, 1495. 5
Valerio, 1593. 3
de la Valette, 1619. 1. 1621. 3
de Valle-peigna, 1532. 1. 1535. 1
Valles, 1518. 6
de Valois, 1505. 1. 1617.
Valtmete, 1614. 3
Valtedano, 1561. 4
Vanegas, 1493. 6
Vanel, in appar.
Vanderburch, 1618. 2
de la Vaquerie, 1617. 15
de la Varenne, 1517. 2. 1526. 2. 1616. 1
de Vargas, 1525. 1
Vaſſallo, in app. 2. H.
de Vaſſé, 1623. 2
le Vaſſeur, 1499. 2. 1617. 15
de Vaudetart, 1610. 5
de la Vaur, 1585. 10
de la Vega, 1617. 11
de Vega, 1561. 4. 1606. 14. 1493. 6
de Veas, 1619. 7

Digitized by Google

Vegel, in app. 1. I. 1569. 3
Vela, 1582. 5
Velaſquez, 1541. 2. 1561. 4
de Venabides, 1557. 1
Venegas, 1579. 6
le Veneur. 1585. 10
le Venier, 1607. 6
de Ventadour, 1611. 2
Venti, 1503. 2
Ventura, 1626. 2
de Vera, 1595. 2
Verdier, 1621. 9
Verdolmio, 1629. 4
de Verdenia, 1562. 5
du Verger, 1614. 2
Vermujos, in app. 1. M.
Veroſſi, 1495. 1
Veror, 1608. 4
Verſé, 1498. 5
Verſoris, in appa. 1610. 5
de Verthamon, 1610. 5
Vertix, 1576. 1
Vertura, 1606. 1
Veſpuli, 1556. 1
Veyni, 1507. 6
la Via, in app. 1. P.
de Viange, 1609. 1
Viart, 1568. 3
Vicenti, 1623. 22
de Vichi, 1552. 1
de Vico, 1488. 2. 1507. 7
Vidon, 1610. 5. & alibi ſæpè, tum maximè in appa.
de Victoria, 1561. 4
de Vienpont, 1608. 5
de Viens-pont, 1588. 2. idem.
de la Vienuille, 1610. 5
le Vieux, 1628. 3
Vigeri, 1507. 7. 1516. 8
de Villafaña, 1544. 1
de Villagomez, 1605. 1
Villain, 1618. 3
Villani, in app. 1. I.
Villalobos, 1550. 2
Villamaior, 1569. 3. 1581. 2
de Villars, 1611. 2. 1629. 18
de Villegas, 1578. 4
de Villeroy, 1610. 5
de Vincent, 1618. 5
Virili, 1634. 4
Virion, 1614. 5
de Viruega, 1578. 4
de Vitré, 1508. 1
de Vitry, 1610. 5
Vittorio, 1607. 2
de Vintimiglia, 1619. 8
Vivian, 1590. 4
du Vivier, 1606. 6. V. Claudius.
des Voiſins, 1506. 1. 1507. 7
de Voorde, 1622. 2
de Voragine, 1517. 2
de Vornay, 1609. 2
de Vrrea, 1576. 1
Vrſini, 1539. 1
des Vrſins, 1606. 6
Vvaesberge, 1622. 2
Vvambold, 1627. 3
de VVateville, 1620. 5. 1622. 3
de VVinke, 1622. 2
Vul, 1544. 1

X.

X *Amarillo*, 1518. 6
de Xarana, 1578. 4
de Xeres, 1544. 1
Xilo, in app. 1. F.
Ximenez, 1493. 6. 1530. 4. 1565. 1. 1587. 1. 1604. 2. 10

Y.

Y *Anella*, in app. 2. I.
Iner, 1505. 7

Z.

Z *Aci*, 1517. 2
Zapata, 1533. 1
Zapatero, 1578. 5
de la Zarega, 1604. 1
de Zarate, 1578. 4
Zumbano, 1588. 5
de Zuniga, 1544. 1

Alia plura colligi poſſunt ex Appendice III. & Apparatu quæ non licuit exſcribere.

INDEX GENERALIS *ſequitur poſt Bullarium.*

BVLLARIVM

Digitized by Google

BVLLARIVM
ORDINIS
MINIMORVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

BVLLARIVM
ORDINIS MINIMORVM.
PRÆFATIO.

EDITIONEM *hanc Bullarij, vt vocant, neceſſariam penè amici perſuaſerunt, præterquàm ipſe apud me, cùm in hoc opus primùm incubui, conſtitueram. Videbar mihi ſcilicet pro Chronici modo ſatis egiſſe, quod ſingularum Conſtitutionum argumẽta vt occurrerant, ſummatim perſtrinxeram: At non perinde illi affecti fuerunt, cauſati argumenta ſucciſa plerunq; ac detruncata breuitatis ſtudio non poſſe ſatis plenam fidem efficere: atq; vt efficerent, non explere tamen plurimorũ vota, quibus nihil actum videatur ſi copia deſit exemplarium in quæ inſpiciant, dum rem exigere ſuis monimentis volunt. Quam ad rem cùm præſto eſſe nouiſſimam* R.P. Laurentij de Pereinis *Collectionem, præter alias vetuſtiores obtenderem, tum illi exceperunt eam Gallis noſtris vix eſſe cognitam, deinde* ***multis etiam notis grauem & exaggeratam eſſe quæ ad hiſtorias fidem nihil facerent, quin & omninò præſtare vt temporis ordinem teneremus, quem ille ſæpiùs non attendit, denique plura nobis obtigiſſe antiqua monimenta quæ in locum ſuum reponere conueniret. At cùm deſiderari præter hæc & alia certis documentis (quæ Tibi Lector inter relegendum ſi attendere velis facilè recurrent) demonſtrarem; id modò ſe à me requirere, vt quæ præ manibus habebam bona fide redderem & communicarem, reſponderunt, reliqua fortè dum aliam editionem parabimus non defutura. Verùm & aliud nonnihil anxium me habebat, ſi quæ nimirùm nactus eſſem ſingulorum Conuentuum documenta, & quæ ad priuatas illorum res ſpectabant multiplicia indulta, gratiaſque alias Apoſtolicas, deſcriberem; in quo planè vno conſentientes mihi, viros illos graues & mihi pro ſua benignitate amicos, habui, qui probauerunt, quod magis ad animum meum erat, ne illa ederentur, primùm quod è multis pauca tantùm ad me peruenissent; tum verò, quia in vnam ferè ſententiam concepta ſunt quæ ad aliquod rerum genus pertinent, vt ſunt putâ, Indulgentiæ, Reſcripta ad cauſas ciuiles, Conſtituta ad vniones Sacerdotiorum & ſimilia; maximè demùm quod priuatarum rerum multitudine publicas offundere & offuſcare id eſſet: non eſſe tamen ex priuatis rebus illas omittendas, quas Collectores noſtri, ob cauſam communicationis & extenſionis quâ præualent, duxiſſent commemorandas, & ad inſtar illarum vnam fortè aut alteram interſeri poſſe, cenſuerunt. Quod igitur Bullarium hoc inſtitui, magis ad obſequium ſpectat quod conſulentibus detuli, quàm ad proprium ſenſum meum, quanquam videri nolim vel in hoc indulſiſſe aliquid Iudicio meo, vt præter tantorum virorum ſententiam non eſſe neceſſariam hanc quam à me requiſierunt operam profitear. Reliquum videtur vt quando ita placuit, conſilium tibi meum & rationem quam in hac editione mea tenui, aperiam. Conſtitutiones inſcripſi documenta ſingula, Collectores alios imitatus, vt tamen***

Digitized by Google

nonnulla ſint quibus aptari hoc nomen non ſatis cõmodè videatur, quod vltrò agnoſco. Temporis ordinem (quod ex inſtituto potißimùm decuit) per omnia cõſectatus ſum, nec vllâ omninò parte deficit, niſi quid fortè per Operas typographicas luxatum eſt. Prodit autem hæc editio auctior & locupletior non iis tantùm Conſtitutionibus quas vt antehac nõ editas in Chronico dedimus, ſed aliis etiam non paucis, quas ſingillatim deſignaſſe operæpretium non fuerit. Reſecuimus, & conſultò quidem, duas aut tres ex iis quas Collectio R.P. Laurentij de Pereinis *præferebat, nec iuuat ſanè de ſingulis rationem inire quâ factũ meum probem. Sepoſuimus noſtras ſiue proprias, hoc eſt quæ ſub nomine Minimorum emanarunt ab aliis, quas placuit Collectoribus noſtris in Codices ſuos referre. Hinc orta diſtinctio Bullarij huiuſce noſtri in duas partes. Quarum illam, quæ prior eſt, diligentius (quod fuit ex inſtituto noſtro) excoluimus: hãc, ſeu poſteriorem eo tantùm cõſilio ſubiunximus, quod ſibi anteceſſores illi noſtri propoſuerũt, adeò nihil, præter diſpoſitionẽ ex temporis ratione, in eo nobis poſſumus vindicare. Abſtinuiſſemus quinetiam, niſi gratificatũ iis voluiſſemus qui rogauerant, & ex ſuo animo aliorũ ſodalium deſideria metiebãtur. De hac igitur poſteriori parte haud ampliùs ſpondemus, habes facti autores qui de mente ſua ſcripto cauerunt. De priore cætera conſtant ex iis quæ præfati ſumus, nimirùm quòd priuata nõnulla publicis admixta habeat, non planè abſoluta & perfecta ſit, & ſi quid eſt huiuſmodi, quod fruſtra replicatũ imus. Notas aliquas breuiores, ad hiſtoriæ tum maximè lucẽ & fidem, ex amicis plerique deſiderarunt, & præſtitiſſemus ſanè ſi per nos potuiſſemus editionem curare, quæ per abſentiã meã Typographo permittenda fuit. Reſponſa Congregationum Eminentiſſ. S.R.E. Card. ad Dubia quæ per tempus inciderũt circa diuerſas materias dare animus erat, ſi, vt ea quæ facta ſunt* R.R.P.P. Gaſpari Paſſarello, Andreæ Amodeo, Benedicto de Benedictis, Cornelio à Rugiano, Deodato Lomellino *& aliis pluribus, ſic & reliqua fuiſſemus conſecuti. Erit fortè cũ hæc & alia plura olim animo deſignata præſtabimus, ſi vota ſcilicet mea Superiores exaudiãt, & me neceſſaria rerum & locorum opportunitate non deſtituant. Interim bona fide id totum præſtiti, quod per me ac præſentem occaſionem licuit. Sunt porrò duo quædam parergõs adiecta, de quibus monuiſſe iuuabit, ſed ordine præpoſtero.* Bullam *quam vocant* in Cœna Domini *quaſi colophonis loco addidimus, vt qui quotannis in publico legere illam ſolent, commodo ſuo eam in promptu hîc habeant. Antè omnia verò, adeóque in hac ipſa præfatione,* Sacri & Oecumenici Concil. Trident. Exceptiones *damus, ſecundùm quas anteriora Regulariũ priuilegia moderanda & interpretanda edixit. Anteriora inquam, hoc eſt, quæ ipſum Concilium præceſſerunt: nam poſteriora quædam per Summorum Pontific. voluntatem & poteſtatem ab aliquibus ex his exceptionibus libera & ſoluta prodierant. Id autem conſultò & deliberatè fecimus, primùm ne quis fallatur, ex tenore priuilegiorum res dimetiens quas liceat, tum vt ne fallat aliquis, dũ, quod fieri ſolet, eas exceptiones longiùs latiuſq; diducit: deinde, vt in Notarum vicem, quibus ſingularum Conſtitutionum validitatem aut inualiditatem ſubindicare meditabamur, ea collectio ſuccurrat; in quo alios imitati ſumus; tum noſtros, tum exteros, qui eam ipſi collectionẽ excerpſerunt ac ſimiliter ediderunt: denique vt nihil per nos diſſimulatũ iure aut iniuria videatur, omninoque conſtet, quo animo & ſenſu priuatas leges noſtras accipiamus, quo publicas habeamus & reuereamur. Vtere Lector & Vale.*

EXCEPTIONES

EXCEPTIONES
AD PRIVILEGIA REGVLARIVM
A SACRO CONCILIO TRIDENTINO EDITÆ.

Seſſ. 5. dec. de reform. Cap. 2.

REGVLARES cuiuſcunque Ordinis, niſi à ſuis ſuperioribus de vita, moribus, & ſcientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, prædicare non poſſint: *cum quæ licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopo præſentare, & ab eo benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant. In Eccleſiis verò quæ ſuorum Ordinum non ſunt, vltra licentiam ſuorum Superiorum, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur, ſine qua in Eccleſiis non ſuorum ordinum nullo modo prædicare poſſint.* Ipſam autem licentiam gratis Epiſcopi concedant.

Seſſ. 6. dec. de reform. Cap. 3.

ECCLESIARVM Prælati ad corrigendum ſubditorum exceſſus prudenter ac diligenter intendant, & nemo ſecularis Clericus, cuiuſuis perſonalis, *vel regularis, extra Monaſterium degens, etiam ſui Ordinis priuilegij prætextu tutus cenſeatur, quo minus ſi deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam ſuper hoc à ſede Apoſtolica delegato, ſecundùm Canonicas ſanctiones, viſitari, puniri, & corrigi valeat.*

Seſſ. 7. decret. de reform. Cap. 14.

IN exemptorum cauſis conſtitutio Innocentij quarti, quæ incipit, *Volentes*, in generali Concilio Lugdunenſi edita, ſeruetur, quam eadem ſacroſancta Synodus innouandam cenſuit, & innouat; addendo inſuper, quod in ciuilibus cauſis mercedum & miſerabilium perſonarum, clerici ſeculares aut regulares, extra Monaſterium degentes, quomodolibet exempti, etiam ſi certum iudicem, à ſede Apoſtolica deputatum, in partibus habeant, in aliis verò, ſi ipſum iudicem non habuerint, *coram locorum Ordinariis tanquam in hoc ab ipſa Sede delegatis, conueniri, & iure medio ad ſoluendum debitum cogi, & compelli poſſint: priuilegiis, exemptionibus, conſeruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduerſus præmiſſa nequaquam valituris.*

Seſſ. 14. decret. de reform. Cap. 7.

QVONIAM igitur natura, & ratio iudicij illud expoſcit, vt ſententia in ſubditos duntaxat feratur, perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, & veriſſimum eſſe Synodus hæc confirmat, nullius momenti abſolutionem eam eſſe debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut ſubdelegatam non habet iuriſdictionem. Magnopere verò ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere, ſanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt, vt atrocia quædam & grauiora crimina non à quibuſuis, ſed à ſummis duntaxat Sacerdotibus, abſoluerentur. Vnde meritò Pontifices Maximi pro ſuprema poteſtate, ſibi in Eccleſia vniuerſa tradita, cauſas aliquas, criminum grauiores ſuo potuerunt peculiari iudicio reſeruare. *Neque dubitandum eſt, quando omnia quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt, quin hoc idem Epiſcopis omnibus in ſua cuique diœceſi, in ædificationem tamen, non in deſtructionem, liceat, pro illis in ſubditos tradita ſupra reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate, præſertim quo ad illa, quibus excommunicationis cenſura annexa eſt.* Hanc autem delictorum reſeruationem, conſonum eſt diuinæ auctoritati, non tantùm in externa politia, ſed etiam coram Deo vim habere. Veruntamen piè admodum, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis: atque ideo omnes Sacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſol-

Digitized by Google

uere poſſunt: extra quem articulum Sacerdotes cùm nihil poſsint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitentibus perſuadere nitantur, vt ad ſuperiores & legitimos iudices pro beneficio Abſolutionis accedant.

Seſſ. 21. decr. de reform. Cap. 8.

QVÆCVNQVE in diœceſi ad Dei cultum ſpectãt, ad Ordinario diligenter curari, atque iis, vbi oportet, prouideri æquum eſt: propterea commendata Monaſteria, etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præpoſituræ nuncupatæ, in quibus non viget regularis obſeruantia, nec non beneficia tam curata, quàm non curata, ſecularia & regularia, qualitercunque commendata, etiam exempta, ab Epiſcopis, etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis, annis ſingulis viſitentur; curéntque iidem Epiſcopi congruentibus remediis, etiam per ſequeſtrationem fructuum, vt, quæ renouatione indigent, aut reſtauratione, reficiantur: & cura animarum, ſi qua illis vel eorum annexis immineat, aliáque debita obſequia rectè exerceantur, appellationibus quibuſcunque, priuilegiis, conſuetudinibus etiam immemorabili tempore præſcriptis, conſeruatoriis, iudicum deputationibus, & eorum inhibitionibus non obſtantibus: &, ſi in eis vigeret obſeruantia regularis, prouideant Epiſcopi paternis admonitionibus, vt eorum regularium Superiores, iuxta eorum regularia inſtituta, debitam viuendi rationem obſeruent, & obſeruari faciant, & ſibi ſubditos in officio contineant, ac moderentur. *Quod ſi admoniti, intra ſex menſes eos non viſitauerint, vel correxerint, tunc iidem Epiſcopi etiam vt delegati Sedis Apoſtolicæ eos viſitare poſſint, & corrigere, prout ipſi Superiores poſſent, iuxta eorum inſtituta, quibuſcunque appellationibus, priuilegiis, & exemptionibus, penitus remotis, & non obſtantibus.*

Seſſ. 22. dec. de Obſeruandis & euitandis in celebratione Miſſæ.

DEINDE, vt irreuerentia vitetur, ſingulis in ſuis diœceſibus interdicant ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Miſſas celebrare liceat. Neminem præterea qui publicè, & notoriè criminoſus ſit, aut ſancto altari miniſtrare, aut ſacris intereſſe permittant, *neue patiantur priuatis in domibus, atque omnino extra Eccleſiam & ad diuinum tantum cultum dedicata Oratoria ab eiſdem Ordinariis, deſignanda & viſitanda, ſanctum hoc ſacrificium à ſecularibus aut regularibus quibuſcunque peragi*: ac niſi prius qui interſint decenter compoſito corporis habitu, declarauerint, ſe mente etiam, ac deuoto cordis affectu, non ſolùm corpore adeſſe. Ab Eccleſiis verò Muſicas eas, vbi ſiue organo, ſiue cantu laſciuum, aut impurum aliquid miſcetur, item ſeculares omnes actiones, vana, atque adeo prophana colloquia, deambulationes, ſtrepitus, clamores arceant, vt domus Dei verè domus Orationis eſſe videatur, & dici poſſit. *Poſtremo ne ſuperſtitionis locus aliquis detur, edicto, & pœnis propoſitis caueant, ne Sacerdotes aliis, quàm debitis horis celebrent*, neue ritus alios, aut alias cæremonias, & preces in Miſſarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Eccleſia probatæ, ac frequenter, & laudabili vſu receptæ fuerint. Quarundam verò Miſſarum, & candelarum certum numerum, qui magis à ſuperſtitioſo cultu, quàm à vera religione inuentus eſt, omnino ab Eccleſia remoueant: doceántque populum, quis ſit, & à quo potiſſimum proueniat ſanctiſſimi huius ſacrificij tam precioſus ac cæleſtis fructus. *Moneant etiam eundem populum, vt frequenter ad ſuas parochias, ſaltem diebus Dominicis, & maioribus feſtis, accedant.* Hæc igitur omnia, quæ ſummatim enumerata ſunt, omnibus locorum Ordinariis ita proponuntur, vt non ſolùm ea ipſa, ſed quæcumque alia huc pertinere viſa fuerint, ipſi pro data ſibi à ſacroſancta Synodo poteſtate, ac etiam, vt delegati Sedis Apoſtolicæ, prohibeant, mandent, corrigant, ſtatuant, atque ad ea inuiolatè ſeruanda cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque pœnis, quæ illorum arbitrio conſtituentur, fidelem populum compellant: non obſtantibus priuilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac conſuetudinibus quibuſcumque.

Seſſ. 23. dec. de Reformat. Cap. 11.

MINORES ordines iis, qui ſaltem Latinam linguam intelligant, per temporum interſtitia, niſi aliud Epiſcopo expedire magis videatur, conferantur; vt eo accuratius, quantum ſit huius diſciplinæ pondus, poſſint edoceri, ac in vnoquoque

Digitized by Google

vnoquoqúe munere, iuxta præſcriptum Epiſcopi, ſe exerceant; idque in ea, cui aſcripti erunt, Eccleſia, niſi forte ex cauſa ſtudiorum abſint, atque ita de gradu in gradum aſcendant, vt in eis cum ætate vitæ meritum, & doctrina maior accreſcat, quod & bonorum morum exemplum, & aſſiduum in Eccleſia miniſterium, atque maior erga Preſbyteros, & ſuperiores Ordines reuerentia, & crebrior, quàm antea, Corporis Chriſti communio maximè comprobabunt. Cúmque hinc ad altiores gradus, & ſacratiſſima myſteria ſit ingreſſus, nemo iis initietur, quem non ſcientiæ ſpes maioribus Ordinibus dignum oſtendat. *Hi verò non niſi poſt annum à ſuſceptione poſtremi gradus minorum Ordinum ad ſacros Ordines promoueantur: niſi neceſſitas, aut Eccleſiæ vtilitas, iudicio Epiſcopi, illud expoſcat.*

Seſſ. 23. decret. de reform. Cap. 12.

NVLLVS *in poſterum ad Subdiaconatus ordinem ante vigeſimum ſecundum, ad Diaconatus ante vigeſimum tertium, ad Presbyteratus ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum promoueatur.* Sciant tamen Epiſcopi, non ſingulos, in ea ætate conſtitutos, debere ad hos Ordines aſſumi, ſed dignos duntaxat, & quorum probata vita ſenectus ſit. Regulares, quoque nec in minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinentur: priuilegiis quibuſcumque, quo ad hoc penitus excluſis.

Seſſ. 23. decret. de reformat. Cap. 13.

PROMOTI ad ſacrum Subdiaconatus ordinem, ſi per annum ſaltem in eo non ſint verſati, ad altiorem gradum, niſi aliud Epiſcopo videatur, aſcendere non permittantur. *Duo ſacri Ordines non eodem die, etiam regularibus, conferantur:* priuilegiis ac indultis quibuſuis conceſſis, non obſtantibus quibuſcunque.

Seſſ. 23. dec. de reform. Cap. 15.

QVAMVIS Preſbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi occaſionem accipiant, decernit tamen ſancta Synodus, *nullum etiam regularem, poſſe confeſſiones ſecularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari; niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem quæ gratis detur, obtineat, priuilegiis, & conſuetudine quacunque, etiam immemorabili, non obſtantibus.*

Seſſ. 24. dec. de reform. Cap. 4.

NVLLVS *ſecularis, ſine regularis, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo prædicare præſumat.* Iidem etiam ſaltem dominicis, & aliis feſtiuis diebus pueros in ſingulis parochiis fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes diligenter, ab iis ad quos ſpectabit, doceri curabunt, &, ſi opus ſit, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas compellent: non obſtantibus priuilegiis, & conſuetudinibus. In reliquis, ea, quæ de prædicationis munere ſub eodem Paulo III. decreta fuerunt, ſuum robur obtineant.

Seſſ. vltima de Reg. Cap. 3.

IN Monaſteriis & domibus, tam virorum, quàm mulierum, bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, is tantum numerus conſtituatur, ac in poſterum conſeruetur, qui vel ex redditibus propriis Monaſteriorum, vel ex conſuetis eleëmoſynis commodè poſſit ſubſtentari: *nec de cetero ſimilia loca erigantur ſine Epiſcopi, in cuius diœceſi erigenda ſunt, licentia priùs obtenta.*

Seſſ. vltima de regula. Cap. 11.

IN Monaſteriis ſeu domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet animarum cura, perſonarum ſecularium, præter eas, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, ſeu locorum familia, perſonæ, tam regulares, quàm ſeculares, huiuſmodi curam exercentes, ſubſint immediatè in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, *iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius diœceſi ſunt ſita. Nec ibi aliqui, etiam ad nutum amouibiles, deputentur, niſi de eiuſdem conſenſu, ac prænio examine, per eum, aut eius Vicarium faciendo, excepto* Monaſterio Cluniacenſi cum ſuis limitibus, & exceptis etiam iis Monaſteriis, ſeu locis, in quibus Abbates, Generales, aut Capita Ordinum ſedem ordinariam principalem habent, atque aliis Monaſteriis, ſeu domibus,

in quibus Abbates, aut alij regularium Superiores iurisdictionem Episcopalem & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent : saluo tamen eorum Episcoporum iure, qui maiorem in prædicta loca, vel personas iurisdictionem exercent.

Sess. vltima de Regula. Cap. 12.

CENSVRÆ *& interdicta, nedum à Sede Apostolica emanata, sed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Episcopo à regularibus in eorum Ecclesiis publicentur, atque seruentur.* Dies etiam festi, quos in diœcesi sua seruandos idem Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam regularibus, seruentur.

Sess. vltima de Regula. Cap. 13.

CONTROVERSIAS omnes de præcedentia, quæ persæpe cum scandalo oriuntur inter Ecclesiasticas personas, tam seculares, quàm regulares, cùm in processionibus publicis, tum in iis quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus & in deferenda vmbella, & aliis similibus, Episcopus amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscunque, componat. *Exempti autem omnes, tam clerici seculares, quàm regulares, quicumque, etiam monachi, ad publicas processiones vocati, accedere compellantur, iis tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò viuunt.*

Sess. vltima de Regula. Cap. 20.

ABBATES, qui sunt Ordinum capita, ac cæteri prædictorum Ordinum Superiores. Episcopis nõ subiecti, quibus est in alia inferiora Monasteria, Prioratúsve legitima iurisdictio, eadem illa sibi subdita Monasteria, & Prioratus, suo quisque loco, atque ordine, ex officio visitent, etiam si commendata existant. Quæ cùm Ordinum suorum capitibus subsint, declarat Sancta Synodus, in iis, quæ aliàs de visitatione Monasteriorum commendatorum definita sunt, non esse comprehensa: teneantúrque quicunque prædictorum Ordinum Monasteriis præsunt, prædictos Visitatores recipere, & illorum ordinationes exequi. Ipsa quoque Monasteria, quæ sunt Ordinum capita, iuxta Sanctæ Sedis Apostolicæ, & cuiusque Ordinis constitutiones, visitentur & quandiu durabunt huiusmodi Commendæ, Priores Claustrales, aut in Prioratibus Conuentum habentibus, Superiores, qui correctiones, & spirituale regimen exercent, à Capitulis generalibus, vel ipsorum Ordinum Visitatoribus instituantur. *In ceteris omnibus præfatorum ordinum priuilegia, & facultates quæ ipsorum personas, loca, & iura concernunt, firma sint, & illæsa.*

Sess. 25. dec. de reformat. Cap. 12.

NON sunt ferendi qui variis artibus, decimas, Ecclesiis obuenientes, subtrahere moliuntur, aut qui ab aliis soluendas temerè occupant, & in rem suam vertunt: cùm decimarum solutio debita sit Deo, aut qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadunt. *Præcipit igitur sancta Synodus omnibus, cuiuscunque gradus & conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, vt eas, ad quas, de iure teneantur,* in posterum cathedrali, aut quibuscunque aliis Ecclesiis, vel personis, quibus legitimæ debentur, integrè persoluant. Qui verò eas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absoluantur. Hortatur dehinc omnes, & singulos, pro Christiana charitate, debitóque erga Pastores suos munere, vt de bonis sibi à Deo collatis, Episcopis, & Parochis, qui tenuioribus præsunt Ecclesiis, largè subuenire ad Dei laudem, atque ad Pastorum suorum, qui pro eis inuigilant, dignitatem tuendam, non grauentur.

Sess. 25. dec. de reformat. Cap. 13.

DECERNIT sancta Synodus, quibuscunque in locis, *iam ante annos quadraginta*, quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali aut Parochiali Ecclesiæ solita esset persolui, ac postea fuerit ex quocumque priuilegio, aliis Monasteriis, Hospitalibus, aut quibuscumque locis piis concessa, eadem posthac integro iure, & eadem portione, quæ antea solebat, Cathedrali, seu Parochiali Ecclesiæ persoluatur: non obstantibus concessionibus, gratiis, priuilegiis, etiam Mari Magno, nuncupatis, aut aliis quibuscumque.

Exceptio firmat regulam. ff. de reg. iur.

Digitized by Google

BVLLARII PARS PRIOR,

IN QVA

CONSTITVTIONES ORDINI IPSI PROPRIÆ ET SINGVLARES,

SVB NOMINE CVM EREMITARVM, tum Minimorum.

PYRRHVS ARCHIEPISC. CONSENTINVS.

CONSTITVTIO VNICA.

Eximit Ordinem Minimorum à sua iurisdictione, & illum immediatè subiicit Sedi Apostolicæ, illumque approbat, multa priuilegia concedendo.

PYRRHVS MISERATIONE DIVINA ARCHIEPISCOPVS CONSENTINVS.

1471. *Dilecto nobis in Christo filio* F. Francisco de Paula, *Eremitæ nostræ Consentinæ Diœcesis, suæque Congregationis fratribus Eremitis præsentibus, & futuris, ac vniuersis, & singulis. Salutem in Domino sempiternam.* 1471.

Proœmium

Primum edidit Passerellus ac deinceps alij.

DECET nos ex officio, quo Archiepiscopali Ecclesiæ Consentinæ præsidemus, vigilanti cura, singularique sollicitudine circa ea, quæ in laudem, & gloriam omnipotentis Dei, cui soli cura est de nobis, & à quo bona cuncta procedunt, ac in augmentum sanctæ fidei Catholicæ, nostræque Christianæ Religionis, ac plurimorum animarum salutem cedunt, ac in multorum bonum exemplum, insudare; ac, quantùm cum Deo possumus, ea, quæ iusta, rationabilia, salutifera, & à iure diuino, ac Sanctorum Patrum institutionibus penitùs, & omninò non discrepantia, gratiosè concedere, & iis fauorabiliter annuere.

Supplicatio

§. 1. Dudum siquidem ad tuæ supplicationis instantiam super finibus, & posse dictæ terræ Paulæ, quoddam Oratorium, seu Ecclesiam sub vocabulo *S. Francisci* per te erigi fecimus, in quo diuina officia audire, & Ecclesiastica Sacramenta recipere, ac orare posses. Tu, qui dictum Oratorium, seu Ecclesiam cum singulari diligentia vnà cum quodam paruo dormitorio fabricasti, ac fabricari fecisti, ac in dies fabricas, & amplias, vitamq; austeram eremiticam per 20. annos, vel circa, & sanctè, & iustè, & religiosè vixisti, ac de bono in melius semper perseueraſti, pro vt ducis, viuis, & perseueras de præsenti, ibidémq; Deus solita clementia, diuersa, & crebra miracula per te operatus est, & operatur in dies, propter quæ multorum creuit deuotio populorum, & ad te confluit populi multitudo, multique sub habitu eremitico, & tecum viuere decreuerunt, & Deo continuò præstare famulatum. Et vt tu, ipsique quietiùs, sanctiùs, & deuotiùs viuere, & Deo feruentiùs famulari valeatis, tu, & *F. Balthasar* Sacerdos, cæterique Clerici, & Laici sub habitu eremitico ibidem vitam ducentes, nobis humiliter supplicastis, vt dictum Oratorium, seu Ecclesiam *S. Francisci*

Releg. qua ad an. 1455 notauimus.

Digitized by Google

1471. *de Paula*, ab omni iurisdictione, & superioritate matris Ecclesiæ tertæ *Paulæ*, & ab omni alia iurisdictione, & superioritate, etiam nostra, eximere, & liberare, & sub protectione Sedis Apostolicæ totaliter relaxare, dictumque Oratorium, seu Ecclesiam vnà cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis, tibi, tuæque Congregationis Eremitis fratribus, præsentibus, & futuris conferre, & in perpetuum concedere, & prouidere de eodem; téque (pro vt ipsi supplicarunt) in eorum Patrem, Superiorem, & Priorem deputare, huiusmodique Fratribus Eremitis potestatem, baliam, auctoritatem te F. Franciscum, & alios quoscumque in eorum superiores, & officiales canonicè eligendi dare, & concedere, tibique, & aliis per vos eligendis omnem iurisdictionem, & potestatem in spiritualibus, & temporalibus, inde & super omnibus locis, personis, & rebus huiusmodi, cum potestate Missas, & alia diuina Officia celebrandi, Confessiones audiendi, Eucharistiæ, & alia Ecclesiastica Sacramenta ministrandi, & recipiendi; malefactores, rebelles, & inobedientes puniendi, incarcerandi, condemnandi, & absoluendi: & pro huiusmodi vitæ obseruantia statuta, & ordinationes iuri diuino, & sanctorum Patrum institutionibus consona faciendi, & de bono in melius reformandi, ac aliàs opportunè in omnibus concedere, dare, & prouidere dignaremur. 1471.

Eremitorii Paulanum donat & instituit.

§. 2. Nos verò, qui ex vera scientia, & experientia iam longo, & continuo tempore te cognoscimus, operaque tua & nobis manifesta sunt, & te religiosum, & sanctum hominem, ac Deo gratum, & acceptum fore, & esse demonstrant, considerantes, quòd bona opera, pia, charitatiua, ac Deo grata, & multis salutifera, ibidi, & vbique per te, tuamque Congregationem feruentiùs, ac quietiùs, & deuotiùs operari poterunt, si priuilegiis muniamini, ac fauoribus, & gratiis prosequamini opportunis, vestris iustis, & sanctis desideriis, & supplicationibus annuentes, & inclinati; huiusmodi Oratorium, siue Ecclesiam vnà cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis tibi, tuæque Congregationi in perpetuum damus, tradimus, assignamus, cedimus, & conferimus, ac tenore præsentium prouidemus de eadem.

Eligit P. N. in superiorem Religionis.

§. 3. Teque in Superiorem huiusmodi tuæ Congregationis, Patrem, Rectorem, & Priorem, seu quouis alio nomine nuncupandum damus, & deputamus, cui præsis, ac vita, & exemplis profis, tuisque monitis, mandatis, & præceptis salubribus omnes huiusmodi Congregationis personæ obedire, & parere debeant, ipsisque tuis Eremitis fratribus te in suum Superiorem, & Priorem, ac vnà tecum alios quoscumque Superiores, & Officiales canonicè eligendi potestatem, & auctoritatem.

Concedit facultatem statuta condendi.

§. 4. Nec non statuta, & ordinationes pro huiusmodi vitæ obseruantia, à iure tamen diuino, & sanctorum Patrum institutionibus non deuiantia faciendi.

Det superioribus potestatem super fratres.

§. 5. Tibique, & huiusmodi Officialibus, & superioribus sic eligendis omnimodam iurisdictionem ordinariam in spiritualibus, & temporalibus Congregationis huiusmodi personarum, etiamsi Sacerdotali, seu quauis alia præfulgeant dignitate, & locorum, iurisdictionum, animalium, & rerum omnium ad te, tuamque Congregationem quomodolibet spectantium, & pertinentium.

Concedit auctoritatem delinquentes castigandi.

§. 6. Cum potestate quoscumque rebelles, & inobedientes, omnium huiusmodi Congregationis personarum delinquentium peccata, delicta, & cuiuscumque generis maleficia, & crimina (pro vt iuris fuerit) puniendi, huiusmodique delinquentes incarcerandi, condemnandi, disciplinandi, liberandi, absoluendi, cæteraque faciendi, quæ in præmissis, & circa præmissa vobis videbuntur fore necessaria, & opportuna, & quæ nosmet facere possemus.

Sacerdotes possint Missam ante diem cũ Altari portatili celebrare, & Sacramenta ministrare.

§. 7. Sacerdotibus verò huiusmodi Congregationis, seu sæcularibus, vel regularibus per vos eligendis, vt Missas etiam ante diem, & in quocumque loco ad hoc congruo, & honesto cum Altari portatili celebrandi, Eucharistiæ, & alia quæcumque Sacramenta ecclesiastica liberè, & licitè tibi, huiusmodique tuæ Congregationis personis, quoties deuotio ingruerit, & necessitas postulauerit,

1471. rit, abſque quacumque Superioris licentia miniſtrare, ad quæ ſuſcipienda extra loca huiuſmodi compelli non poſſitis. 1471.

§. 8. Confeſſiones audire, & ab omnibus caſibus, excommunicationibus, ſuſpenſionibus, & interdictis, ac ſuper quacumque irregularitate, nobis tàm à iure, quàm à nobis reſeruatis, & permiſſis, toties quoties abſoluendi, & diſpenſandi, votaque quæcumque permutandi, & relaxandi, ac pœnitentiam ſalutarem iniungendi. Confeſſiones audire, & à caſibus abſoluere.

§. 9. Loca, Oratoria quæcumque, & Eccleſias licitè accipiendi, & retinendi. Loca recipere.

§. 10. Quaſcumque etiam perſonas eccleſiaſticas, & ſæculares ad vos venientes, & vobiſcum moram trahere, & habitum, quem geritis, profiteri, & recipere volentes acceptandi, & recipiendi ad habitum, & promiſſionem obſeruantiæ caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, veſtraque huiuſmodi ſtatuta, & ordinationes facere poſſint, & valeant, ac poſſitis, & valeatis, poteſtatem, baliam, & auctoritatem tenore præſentium damus, concedimus, & indulgemus, ac vobiſcum ſuper his opportunè diſpenſamus. Quibuſcumque, venientibus habitum tradere.

§. 11. Omnibuſque priuilegiis, gratiis, immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus, quibus fratres S. Franciſci, cæterique Mendicantes fruuntur, & vtuntur, frui, & vti, auctoritate noſtra in Ciuitate, & Diœceſi Conſentinenſi poſſitis, & valeatis. Communicat priuilegia S. Franciſci.

§. 12. Huiuſmodi Oratorium, ſiue Eccleſiam, ac alia quæcumque loca, Oratoria, & Eccleſias per vos in poſterum acquirenda, cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, eremitiſque, & perſonis, rebuſque omnibus, ad vos, veſtraque loca quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, perſoniſque huiuſmodi inibi degentibus, ab omni iuriſdictione, ſubiectione, & ſuperioritate matrum Eccleſiarum, ac noſtra, noſtræque Conſentinæ Eccleſiæ, cæterarumque perſonarum (ſalua tamen ſemper quarta omnium legatorum, quam omninò nobis, & ſucceſſoribus noſtris, pro vt iuris eſt, ſolpere teneamini) ex certa noſtra ſcientia, motu proprio, & de plenitudine noſtræ dignitatis, quantum cum Deo poſſumus, in perpetuum eximimus, & totaliter liberamus, ac ſub protectione, ſubmiſſione, iuriſdictione, & ſuperioritate Sedis Apoſtolicæ totaliter, ſpecialiter, ſingulariter, & expreſsè remittimus, & relaxamus, præſentibus, perpetuis, futuriſque temporibus valituris. Eximit Religionem à ſua iuriſdictione.

Not. quòd Epiſcopus non poteſt totaliter eximere à ſuâ iuriſdictione & hinc hæc clauſula reſeruatur à qua poſtmodum liberat ſummus Pon. &.

§ 13. In quorum omnium, & ſingulorum roboris firmitatem, & teſtimonium præmiſſorum per manus *Philippi Figady de Buxenta* Cancellarij noſtri præſentes fieri fecimus, noſtrique maioris ſigilli appenſione munitas, & noſtræ propriæ manus ſubſcriptione roboratas. Subſcriptione, & ſigillo corroborat.

Datum in noſtro Archiepiſcopali Caſtro *S. Lucidi* Anno 1471. die vltimo Nouembris. quartæ Indictionis, ſub Pontific. Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. *Pauli Papæ* II. Anno Septimo. Amen.

SIXTVS QVARTVS,

qui ſedit à die IX. Aug. an. 1471 ad XII. Aug. an. 1484.

CONSTITVTIO I.

Mandat Epiſcopo S. Marci, vt ſumpta informatione de nobis conceſſis à Pyrrho, ea auctoritate Apoſtolica approbet, & confirmet. Communicat priuilegia conceſſa F. Petro de Piſis.

SIXTVS EPISCOP. SERVVS SERVORVM DEI. 1473.
Venerabili fratri Epiſcopo *S. Marci* ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Reſcriptum eſt quod vocant gratia. Proœmium.

IIS, quæ piorum locorum, perſonarumque quarumlibet, præſertim ſub humilitatis ſpiritu Altiſſimo ſua vota exhibentium commodo, & vtilitati piè

1473. proceſſiſſe comperimus, vt illibata perſiſtant, libenter, cùm à nobis petitur, mandamus Apoſtolici muniminis adiici firmitatem. 1473.

Supplicatio §. 1. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filij *Franciſci de Paula* Eremitæ *Conſentinenſis* Diœceſis petitio continebat, quòd dudum poſtquam venerabilis frater noſter *Pyrrhus* Archiepiſcopus *Conſentinus* ſibi quoddam Oratorium, ſiue Eccleſiam ſub vocabulo *S. Franciſci* in tenimento *de Paula* prædictæ Diœceſis ædificare poſſet, licentiam conceſſerat, præfatus *Franciſcus* Oratorium huiuſmodi propriis manibus, & expenſis cum dormitorio pro vſu, & habitatione ſua, & ſuorum, pro magna parte ædificauit, & nonnullos ſocios vitam eremiticam ducentes recepit, ipſéque Archiepiſcopus prædictum Oratorium, ſiue Eccleſiam vnà cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis prædicto *Franciſco*, eiuſque Congregationi in perpetuum donauit, & nonnulla alia eorum deuotioni, & ſaluti conuenientia, ſalutifera, & opportuna conceſſit, fecit, & ordinauit, pro vt in literis dicti Archiepiſcopi deſuper confectis dicitur pleniùs contineri. Quare pro parte *Franciſci*, & Eremitarum prædictorum aſſerentium, quòd Oratorium, ſeu Eremitorium prædictum adhuc pro ſufficienti habitatione ipſorum perfectum omninò non eſt, illudque ex piis Chriſti fidelium eleemoſynis cum dormitorio, & aliis neceſſariis officinis continuè ædificant, ampliant, & exornant, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt conceſſioni prædictæ, ac omnibus, & ſingulis in dictis litteris contentis pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Cauſæ commiſſio. §. 2. Nos igitur, qui de præmiſſis certam notitiam non habemus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi, & poſtquam vocatis, qui fuerint euocandi, tibi de præmiſſis legitimè conſtiterit, conceſſionem, & literas prædictas, ac omnia, & ſingula in dictis literis contenta, pro vt ea concernunt, auctoritate Apoſtolica approbes, & confirmes, ſuppleaſque omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

Concedit priuilegia Petri de Piſis. §. 3. Nos enim ſi approbationem, & confirmationem huiuſmodi per te vigore præſentium fieri contigerit, vt præfertur, eidem *Franciſco*, & Eremitis, vt omnibus, & ſingulis priuilegiis, indulgentiis, & gratiis, quibus *F. Petrus de Piſis* nuncupatus, cæterique Eremitæ potiuntur, & gaudent, vti, & gaudere pariformiter, & abſque vlla differentia, liberè, & licitè poſſint, & valeant, concedimus per præſentes.

Derogat contrariis. §. 4. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum *Romæ* apud *S. Petrum* anno Incarnationis Dominicæ 1473. tertiodecimo Kal. Iulij, Pontificatus noſtri anno 2.

CONSTITVTIO II.

Confirmat ex certa ſcientia priuilegia Pyrrhi, & de nouo concedit.

SIXTVS EPISC. SERVVS SERVORVM DEI. AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Dilectis filiis F. Franciſco de Paula, cæteriſq; Fratribus Eremitis Eremitorij, ſeu Oratorij S. Franciſci de Paula, Conſentinenſis Diœceſis præſentibus, & futuris ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Præmiſſ. SEDES Apoſtolica æqua in omnibus ſemper diſtributrix, ea, quæ pro diuini cultus augmento, ac piorum locorum, & perſonarum, præſertim ſub humili, & religioſo habitu in eis degentium commodo, & vtilitate piè facta ſunt, vt illibata perſiſtant, libenter, cùm ab ea petitur, Apoſtolici muniminis conſueuit adiicere firmitatem, ac benigno fauore ea, quæ ſunt pro animarum ſalute

1474. ſalute concedere, illiſque, vt eò deuotiùs, quò quietiùs Altiſſimo famulari poſſint, munimen impartiri. 1474.

§. 1. Dudum ſiquidem pro parte *Franciſci* prædicti nobis expoſito, quòd olim poſtquam venerabilis frater noſter *Pyrrhus* Archiepiſcopus Conſentinus tibi, vt quoddam Oratorium, ſiue Eccleſiam ſub vocabulo *S. Franciſci* in tenimento *de Paula Conſentina* Diœceſis ædificare poſſes, licentiam conceſſerat, túque Oratorium huiuſmodi propriis manibus, & expenſis cum dormitorio pro tuis, & ſociorum tuorum vſu, & habitatione pro magna parte ædificaueras, & nonnullos ſocios vitam eremiticam ducentes receperas. Ipſéque Archiepiſcopus prædictum Oratorium, ſiue Eccleſiam vnà cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis tibi, tuæque Congregationi in perpetuum donauerat, & nonnulla alia tuæ, & ſociorum tuorum deuotioni, & ſaluti conuenientia, ſalutifera, & opportuna conceſſerat, fecerat, & ordinauerat. Quodque Oratorium, ſiue eremitorium prædictum adhuc pro ſufficienti habitatione tui, & Eremitarum prædictorum perfectum omninò non erat, illudque piis Chriſti fidelium eleemoſynis cum dormitorio, & aliis neceſſariis officinis tu, ac Eremitæ tui ſocij huiuſmodi continuè ædificabatis, ampliabatis, & exornabatis. Expoſitio.

§. 2. Nos tunc tuis, & Eremitarum prædictorum in ea parte ſupplicationibus inclinati, venerabili fratri noſtro Epiſcopo *S. Marci*, eius proprio nomine non expreſſo, per alias noſtras literas dedimus in mandatis, vt ſi, & poſtquam vocatis, qui forent euocandi, de præmiſſis ſibi legitimè conſtaret, conceſſionem, & literas dicti Archiepiſcopi, ac omnia, & ſingula in ipſis literis contenta, pro vt ea concernebant, auctoritate Apoſtolica approbaret, & confirmaret, ſupplerétque omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenſſent in eiſdem, & in euentum approbationis, confirmationis, & ſuppletionis huiuſmodi, vobis prædictis Eremitis, vt omnibus, & ſingulis priuilegiis, indulgentiis, & gratiis, quibus *F. Petrus de Piſis* nuncupatus, cæterique Eremitæ potiebantur, & gaudebant, vti, & gaudere pariformiter, & abſque vlla differentia liberè, & licitè poſſetis, & valeretis, conceſſimus, pro vt in eiſdem noſtris literis deſuper confectis pleniùs continetur. Memorat literas ab ipſo datas Epiſcopo S. Marci.

§. 3. Cùm autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, venerabilis frater noſter *Gofredus* Epiſcopus *S. Marci* prædictus ad executionem prædictarum noſtrarum literarum, illarum forma ſeruata, procedens (quia ſibi, vocatis vocandis, de à nobis expoſitis legitimè conſtiterat) licentiam, donationem, conceſſionem, ordinationem, & literas Archiepiſcopi prædicti, omniaque, & ſingula in eis contenta, pro vt ea concernunt, auctoritate Apoſtolica approbauerit, & confirmauerit, ſuppleuerit que omnes, & ſingulos defectus, qui interuenerunt in eiſdem, pro vt in quodam publico inſtrumento deſuper confecto dicitur pleniùs contineri. Quodque *Pyrrhus* Archiepiſcopus prædictus inter alia per eum vobis tunc conceſſa, prædictum eremitorium, ſiue Eccleſiam *S. Franciſci*, & alia quæcumque loca, Eccleſias, & Oratoria per vos in poſterum recipienda, cum omnibus iuribus, & pertinentiis, Eremitiſque, & perſonis inibi pro tempore degentibus, ac rebus omnibus ad vos, locaque veſtra quomodolibet pertinentibus, & ſpectantibus, ab omni iuriſdictione, ſubiectione, & ſuperioritate matrum Eccleſiarum, ac ſua, ſuæque Eccleſiæ *Conſentinenſis*, cæterarumque perſonarum in perpetuum exemit, & liberauit, ac ſub protectione, ſubmiſſione, & iuriſdictione Sedis Apoſtolicæ ſpecialiter, & expreſsè remiſerit, & relaxauerit. Supplicatio.

§. 4. Et, ſicut eadem petitio ſubiungebat, à nonnullis aſſeritur, noſtras prælibatas literas, ac confirmationem, approbationem, & defectuum ſuppletionem, cæteraque omnia alia, & ſingula per prædictum *Gofredum* Epiſcopum *S. Marci* illarum vigore facta, & inde ſequuta quæcumque iuribus non ſubſiſtere, pro eo quod Archiepiſcopus prædictus per ſuas prædictas literas te *F. Franciſcum* in Superiorem huiuſmodi tuæ Congregationis, Patrem, Rectorem, & Priorem, ſeu quouis alio nomine nuncupandum dederit, & deputauerit, cui Congregationi præeſſes, ac vitæ exemplis prodeſſes, tuiſque monitis, man- Numerat priuilegia conceſſa à Pyrrho.

1474. datis, & præceptis ſalubribus omnes Congregationis huiuſmodi perſonæ obedire, & parere deberent. Ipſiſque tuis Eremitis fratribus facultatem conceſſit, te in ſuum Superiorem, & Priorem, ac vnà tecum alios quoſcumque Superiores, & Priores, & Officiales canonicè eligendi. Necnon ſtatuta, & ordinationes pro huiuſmodi vitæ obſeruantia, à iure tamen diuino, & SS. Patrum inſtitutionibus non deuiantia faciendi. Tibique & huiuſmodi Officialibus omnimodam iuriſdictionem ordinariam in ſpiritualibus, & temporalibus Congregationis huiuſmodi perſonarum, etiamſi ſacerdotali, ſeu quauis alia præfulgerent dignitate, ac locorum iuriſdictiones, animalium, & rerum omnium ad te, tuamque Congregationem quomodolibet ſpectantium, & pertinentium. Quoſcumque quoque rebelles, & inobedientes omniumque huiuſmodi Congregationis perſonarum delinquentium peccata, & delicta, & cuiuſcumque generis maleficia, & crimina, pro vt iuris foret, puniendi, huiuſmodique delinquentes incarcerandi, diſciplinandi, condemnandi, liberandi, abſoluendi, cæteraque faciendi, quæ in præmiſſis, & circa præmiſſa vobis viderentur fore neceſſaria, & opportuna, & quæ ipſemet Archiepiſcopus facere poſſet. Sacerdotibus verò huiuſmodi Congregationis, ſeu ſæcularibus, vel regularibus per vos eligendis, Miſſas etiam ante diem, & in quocumque loco ad hoc congruo, & honeſto cum Altari portatili celebrandi, Euchariſtiæ, & alia quæcumque Eccleſiaſtica Sacramenta liberè, & licitè tibi, huiuſmodique tuæ Congregationis perſonis, quoties deuotio ingrueret, & neceſſitas poſtularet, abſque quacumque Superioris licentia miniſtrandi, ad quæ ſuſcipienda extra loca huiuſmodi compelli non poſſetis. Confeſſiones audiendi, & ab omnibus caſibus, excommunicationibus, ſuſpenſionibus, & interdictis, ac ſuper quacumque irregularitate eidem Archiepiſcopo, tàm à iure, quàm ab eo reſeruatis, & præmiſſis, toties quoties opus foret, & eſſet, abſoluendi, & diſpenſandi, votaque quæcumque permutandi, & relaxandi, ac pœnitentiam ſalutarem iniungendi. Loca, Oratoria quæcumque, & Eccleſias licitè accipiendi, & retinendi. Quaſcumque etiam perſonas eccleſiaſticas, & ſæculares ad vos venientes, & vobiſcum moram trahere, & habitum, quem geritis, profiteri, & recipere volentes, ad habitum, & profeſſionem obſeruantiæ caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ acceptandi, & recipiendi. Nec non vt omnibus, & ſingulis priuilegiis, gratiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, quibus fratres *S. Franciſci*, cæterique Mendicantes, fruuntur, & vtuntur, frui, & vti poſſetis, & valeretis, ac poſſent, & valerent, indulſit, ac vobiſcum ſuper his opportunè diſpenſauit. Huiuſmodique Oratorium, ſiue Eccleſiam *S. Franciſci de Paula*, ac alia quæcumque loca, Oratoria, & Eccleſias per vos in poſterum acquirenda, & acceptanda cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, eremitiſque & perſonis, ac rebus omnibus, & ſingulis ad vos, veſtraque loca quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, perſoniſque huiuſmodi inibi pro tempore degentibus, ab omni iuriſdictione, ſubiectione, ſuperioritate matrum Eccleſiarum, ac ſua, ſuæque Eccleſiæ *Conſentinenſis*, cæterarumque perſonarum ex certa ſua ſcientia, & motu proprio in perpetuum exemit, & totaliter liberauit, ac ſub protectione, ſubmiſſione, iuriſdictione, & ſuperioritate Sedis Apoſtolicæ prædictæ totaliter, ſpecialiter, ſingulariter, & expreſsè remiſit, & relaxauit, pro vt in literis dicti Archiepiſcopi pleniùs continetur. Et de eiſdem nihilominùs conceſſionibus, gratiis, & indultis vobis ſic, vt præmittitur, per prædictum Archiepiſcopum conceſſis, in dictis aliis noſtris literis ſpecialiter, & ſingulariter mentio facta non fuerat, ſed ſub clauſula generali dumtaxat, videlicet dicendo, Nonnulla alia veſtræ deuotioni, & ſaluti conuenientia, ſalutifera, & opportuna. Et ſimiliter ſub eadem clauſula, & non facta alia expreſſione, per dictum *Gofredum* Epiſcopum *S. Marci* prædicta omnia, & ſingula probata, & cum ſuppletione defectuum confirmata fuerant, pro vt in noſtris, ac dicti Archiepiſcopi literis, ac inſtrumento publico deſuper confecto pleniùs continetur.

Suppletio pro approbatione literarũ Pyrrhi, & Gufredi.

§. 5. Pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt omnia, & ſingula præmiſſa, conceſſiones, gratias, & indulta vobis per Archiepiſcopum prædictum

Digitized by Google

1474. prædictum conceſſa, facta, & indulta. Necnon approbationem, confirmationem, defectuumque ſuppletionem, cæteraque omnia, & ſingula per prædictum *Goffredum* Epiſcopum vigore noſtrarum literarum prædictarum deſuper facta, & inde ſecuta quæcumque rata, & grata habentes, approbare, confirmare, ac omnes, & ſingulos defectus, qui interuenerunt in eiſdem, ſupplere; ac aliàs in præmiſſis, & circa ea vobis de opportuno remedio prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. 1474.

§. 6. Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, donationem, conceſſionem, ordinationem, conſtitutionem, remiſſionem, relaxationem, indulta, gratias, & literas prædicti Archiepiſcopi, omniaque & ſingula in eis contenta, noſtras alias, ac dicti Archiepiſcopi literas, ac approbationem, confirmationem, & defectuum ſuppletionem per prædictum *Goffredum* Epiſcopum factas, ac proceſſus deſuper habitos, & inde ſecuta quæcumque, omniaque & ſingula, quæ in prædictis noſtris, & prænominati Archiepiſcopi literis, & proceſſibus, & inſtrumentis publicis deſuper habitis contenta pro ſufficienter expreſſis, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, rataque & grata habentes, auctoritate Apoſtolica, ac ex certa noſtra ſcientia laudamus, approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſuppleмuſque omnes, & ſingulos defectus, qui interuenerunt in eiſdem. Decernentes, noſtras prædictas literas, ac proceſſus deſuper habitos, & inde ſecuta quæcumque valere, ac roboris firmitatem tenere, proindeac ſi omnia, & ſingula vobis per prædictum *Pyrrhum* Archiepiſcopum conceſſa, & ipſius Archiepiſcopi literis contenta in ſæpè nominatis noſtris literis ſpecialiter, ſingulariterque narrata, & expreſſa fuiſſent. *Confirmit Papa ſupplicata.*

§. 7. Et inſuper vos, & veſtrum quemlibet, ac eremitorium, ſiue Eccleſiam *S. Franciſci de Paula* prædictum, cæteraque omnia, & ſingula eremitoria, Eccleſias, & loca per vos in quibuſcumque Ciuitatibus, & Diœceſibus, ac vbilibet hactenùs recepta, & in poſterum recipienda cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, Eremitaſque & perſonas in illis pro tempore degentes, ac res, & bona quæcumque mobilia, & immobilia, ad vos, & Eremitas, & perſonas, ac veſtrum quemlibet, ac loca, eremitoria, & Eccleſias huiuſmodi quomodolibet, communiter, vel diuiſim ſpectantia, & pertinentia, ab omni iuriſdictione, dominio, poteſtate, viſitatione, correctione, & ſuperioritate prædicti, ac pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi *Conſentini*, & aliorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Ordinariorum, Iudicum, & Superiorum quorumcumque, etiam illorum, in quorum iuriſdictione, Ciuitatibus, & Diœceſibus, eremitoria, loca, Eccleſiæ, vos, & Eremitæ, ac perſonæ, res, & bona huiuſmodi conſiſtunt, & conſiſtere poterunt quomodolibet in futurum, auctoritate, & ſcientia prædictis, de ſpeciali gratia tenore præſentium prorsùs eximimus, & totaliter etiam liberamus, ac ſub B. Petri, & Sedis memoratæ, ac Romanæ Eccleſiæ, & noſtra protectione ſuſcipimus, ac exempta, & immunia eſſe volumus, nobiſque & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonicè intrantibus, ac dictæ Sedi immediatè ſubiacere. Itaque Archiepiſcopi, Epiſcopi, Ordinarij, Iudices ſupradicti ratione delicti, ſeu contractus, aut rei, de qua ageretur, vbicumque committatur delictum, vel ineatur contractus, aut res ipſa conſiſtat, nullam in vobis, ac eremitoriis, locis, & Eccleſiis, Eremitis, & perſonis huiuſmodi, acrebus, & bonis prædictis iuriſdictionem, poteſtatem, & dominium poſſint quomodolibet exercere, ſed dumtaxat coram dicta Sede, vel eius Legatis vos, & Eremitæ, ac aliæ perſonæ in locis, Eccleſiis, & eremitoriis huiuſmodi pro tempore degentes teneamini de iuſtitia reſpondere. *Eximit Ordinem à iuriſdictione Ordinariorum.*

§. 8. Et inſuper vobis omnibus, & Eremitis, ac perſonis, locis, Eccleſiis, ac eremitoriis huiuſmodi, vt omnibus, & ſingulis priuilegiis, indulgentiis, conceſſionibus, gratiis, indultis, cæteriſque omnibus, & ſingulis in præſentibus, & aliis noſtris, & ipſius *Conſentinenſis* Archiepiſcopi literis ſæpè dictis, ac per eas habitis proceſſibus prædictis contentis, vobis, ac eremitoriis, Eccleſijs, & *Conceſſit quod poſſitus priuilegiis conceſſis vti abſque cuiuſque licentia.*

1474. locis huiuſmodi conceſſis, & concedendis in quacumque Ciuitate, & Diœceſi, ac vbique, & in quocumque loco auctoritate Apoſtolica prædicta vti, & gaudere, eaque omnia, & ſingula in huiuſmodi noſtris, ac aliis, & prædicti Archiepiſcopi prænominatis literis, & proceſſibus deſuper habitis contenta, cuiuſuis Superioris ſuper his, aut aliqua præmiſſorum licentia minimè requiſita, ac quibuſcumque etiam contradictionibus, exceptionibus, & impedimentis remotis, prædicta auctoritate Apoſtolica liberè, & licitè exercere poſſitis, & valeatis. 1485.

Derogat contrariis.

§. 9. Quæ etiam omnia, & ſingula in præſentibus, & aliis noſtris, ac dicti Archiepiſcopi literis ſæpè dictis, & proceſſibus deſuper habitis contenta, auctoritate, & ſcientia prædicta de ſpecialis dono gratiæ concedimus, & indulgemus per præſentes ſel. rec. *Innocentij Papæ IV.* prædeceſſoris noſtri contra exemptos, quæ incipit, Volentes, & qualibet alia conſtitutione Apoſtolica contraria nonobſtante.

Cap. Volentes, de pœnit. in 6.

Declarat nullas ſententias cõtra exemptionem datas.

§. 10. Decernimus quoque ex nunc, omnes, & ſingulas excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti, aliaſque eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pœnas, ac proceſſus, quos, & quas contra vos, & Eremitas, ac perſonas, Eccleſias, eremitoria, & loca huiuſmodi, & veſtrum quemlibet promulgari contigerit, vel haberi, irritas, & irritos, & inanes, ac nullius exiſtere firmitatis, vel momenti.

Apponit pœnas contra facientibus.

§. 11. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc noſtram paginam noſtræ laudis, approbationis, confirmationis, communitionis, ſuppletionis, decreti, exemptionis, liberationis, ſuſceptionis, voluntatis, conceſſionis, & indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud *S. Petrum* anno Incarnationis Dominicæ 1474. ſextodecimo Kal. Iunij, Pont. noſtri anno 3.

INNOCENTIVS VIII.

qui ſedit à die XXIX Aug. ann. 1484 ad XXV Iul. an. 1492.

CONSTITVTIO VNICA.

Confirmat priuilegia Pyrrhi, *&* Sixti IV. *ex certa ſcientia.*

INNOCENTIVS EPISCOP. SERVVS SERVORVM DEI.

1485.

Dilectis filiis *F. Franciſco de Paula*, cæteriſque Fratribus Eremitis eremitorij *S. Franciſci de Paula Conſentinenſis* Diœceſis præſentibus, & futuris ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Proœmiũ.

PAſtoris officium nobis, licet immeritis, diuina diſpoſitione commiſſum, noſtram continuè mentem excitat, & inducit, vt ad ea ſollicitè attendamus, quæ diuini cultus augmentum, & piorum locorum, aut in illis perſonarum, ſub humili, & religioſo habitu vacantium commodum, & vtilitatem reſpiciunt, & ea, quæ propterea à Sede Apoſtolica proceſſiſſe comperimus, vberioris Apoſtolici muniminis adminiculo fulcire ſatagimus, vt eo firmiùs illibata perſiſtant, quò ſæpiùs fuerint eiuſdem præſidio Sedis communita.

Ponit conſtitutionem a. Sixti IV.

§. 1. Dudum ſiquidem à ſel. rec. *D. Sixto Papa IV.* prædeceſſore noſtro literæ emanarunt tenoris ſubſequentis. *Sixtus* Epiſcopus, &c. Sedes Apoſtolica, &c. *vt ſuprà in conſtit. 2. Sixti IV.*

Supplicatio

§. 2. Cùm autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, à nonnullis de laudis, approbationis, confirmationis, communitionis, ſuppletionis, voluntatis, conceſſionis, & indulti prædictorum iuribus hæſitari poſſet,

Digitized by Google

1485. poſſet, vos ad tollendum omnem perſonarum hæſitationem, præmiſſa omnia, & ſingula, ac pro eorum ſubſiſtentia firmiori cupiatis noſtræ approbationis munimine roborari. 1485.

Confirmat ex certa ſcientia priuileg. Pyrrhi & Sixti.

§. 5. Nos veſtræ Congregationis, ac perſonarum eiuſdem ſtatum proſperum, & tranquillum paterno affectu prosequi, in hac parte ſupplicationibus inclinati, dictas, & præinſertas dicti prædeceſſoris literas, ac omnia, & ſingula in eis contenta recenſentes, laudem, approbationem, confirmationem, communitionem, ſuppletionem, decretum, exemptionem, liberationem, ſuſceptionem, voluerarum, conceſſionem, & indultum huiuſmodi, ac prout illa concernunt, omnia, & ſingula in iiſdem literis contenta, & narrata, auctoritate Apoſtolica, ex certa noſtra ſcientia, tenore præſentium de nouo confirmamus, ac approbamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Necnon omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan in eiſdem conceſſionibus, donationibus, gratiis, & indultis, ac in prædecenoris præinſertis, ac Archiepiſcopi prædictorum literis huiuſmodi contentis, quæ aliàs præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quomodolibet intreuenerint, ſupplemus, ac plenitudine, & ſcientia ſimilibus ſupplemus.

Reputat Communicatos.

§. 6. Nihilominùs vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, Succentoribus, aliiſque perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ac Canonicis Eccleſiarum Cathedralium committimus, & mandamus, quatenùs ipſi, plures, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas noſtras, vbi, & quando, quoties expediens fuerit, & pro parte veſtra, aut alicuius veſtrum fuerint requiſiti deſuper hoc, ſolemniter publicantes, vobiſque in præmiſſis opportunæ defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittant vos, aut aliquem veſtrum, ſeu loca, & bona veſtra contra præſentium, & prædictarum dicti prædeceſſoris literarum tenorem quomodolibet moleſtari; moleſtatores, & contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia iuris remedia compeſcendo.

Derogat contrarijs.

§. 7. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ prædictus prædeceſſor in ſuis literis præinſertis voluit non obſtare, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à Sede prædicta indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Trãſumptis fidem adhiberi iubet.

§. 8. Cæterum quia difficile eſſet præſentes literas ad quæcunque loca, in quibus ille forent neceſſariæ, transferri, volumus, & auctoritate noſtra decernimus, quòd earum tranſumptis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, vel alterius Prælati muniti, prorſus in iudicio, & extra, fides plenaria adhibeatur, & illis ſtetur in omnibus, & per omnia, ſicut originalibus adhiberetur, & eis ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Decernit irritum.

§. 9. Et inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, præſentibus, perpetuis, futuris temporibus duraturis. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Datum *Romæ* apud *S. Petrum*, anno incarnationis Dominicæ 1485. 10. Kal. Aprilis, Pontific. noſtri anno 11.

Digitized by Google

1493. # ALEXANDER VI. 1493.

qui sedit à die xi Aug. an. 1492 ad xviij eiusdem mens. an. 1503.

CONSTITVTIO I.

Approbat primam Regulam, & nuncupat nomen Eremitarum in nomen Minimorum.

ALEXANDER EPISCOP. SERVVS SERVORVM DEI. AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmium. MEritis religiosæ vitæ, quam dilecti filij *Franciscus de Paula*, & eius socij Eremitæ eremitorij *S. Francisci de Paula*, Diœcesis *Consentinensis* ad obsequendum Altissimo elegerunt, inducimur, & exemplo boni operis excitamur, vt iis, quæ pro eorum directione vocata ab eodem Francisco prouidè ordinata sunt, vt firmiùs illibata permaneant, Apostolicæ Sedis, cui immediatè sunt subiecti, munimine roboremus.

Supplicatio. §. 1. Sanè pro parte eorumdem Eremitarum nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd prædictus *Franciscus* habens ad hoc, vt asserebat, à bonæ mem. *Pyrrho* Archiepiscopo *Consentino* specialem per illius literas facultatem, per fel. rec. *Sixtum IV*, & *Innocentium VIII*. Romanos Pontifices, prædecessores nostros successiuè confirmatam, & ad quæcumque loca, quæ eidem Congregationi donari contingeret, ampliatam, prout in dicti Archiepiscopi authenticis, & dictorum prædecessorum Apostolicis literis plenius continetur, illarum vigore pro salubri directione Eremitarum Societatis eiusdem, nominibus omnium statuta aliqua, ex quibus augmentum, & animarum eorumdem salutem, in beneplacitis diuinæ voluntatis, & vitæ eremiticæ huiusmodi perseuerantiam, & eorum prosperitatis votiuæ successus concernentia, sacris Canonibus non contraria, in tredecim capitulis contenta, statuit, & ordinauit, voluitque & mandauit, per eiusdem Societatis Eremitas perpetuis temporibus obseruari. Quare pro parte *Francisci*, & Eremitarum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt eiusdem *Francisci* statutis, & ordinationibus huiusmodi pro earum subsistentia firmiori, roborationis, confirmationis adiicere firmitatem, aliásque eis super eorumdem sic statutorum, & ordinatorum obseruantia opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Approbat primam Regulam eiil ad instantiam Caroli Regis Francorum. §. 2. Nos igitur, qui amatores huiusmodi eremiticæ vitæ, quæ solitudine contenta versatur in abditis, & numquam minùs sola est, quàm cùm sola esse reputatur, quia cœlestis patriæ contemplatio illam sociatur, & comitatur, & dum secularis conuersationis commercio caret, cœlestis alimoniæ pabulo refocillatur, & gaudet, libenter in suo laudabili proposito confouemus, & tamquam tutissimo calle incedentes, & pauperes spiritu, quos D.N. Iesus Christus beatos esse dixit, quoniam ipsorum est regnum cælorum, pia, & paterna charitate prosequimur, & eis, quantum cum Deo possumus, fauorem beneuoli impertimur huiusmodi: Necnon charissimi in Christo filij nostri *Caroli Francorum* Regis illustris, qui, vt asseritur, ad eosdem Eremitas specialem gerit deuotionis affectum, & quamdam domũ cum Oratorio, & opportunis officinis extra, & propè Ciuitatem *Turonensem* constrũi, & ædificari fecit, ac eis piè donauit, nobis pro supradictis eisdẽ Eremitis cum instantia humiliter supplicantis supplicationibus inclinati, eiusdem *Francisci* statuta, & ordinationes huiusmodi, ac omnia, & singula in dictis capitulis contenta, quæ diligenter inspici, ac præsentibus de verbo ad verbum annotari fecimus, auctoritate Apostolica præsentium *Caroli VIII.*

Digitized by Google

1495. præſentium tenore approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplemuſque omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Et pro potiori cautela ea omnia, quæ per eumdem *Franciſcum* ordinata, & prohibita fuerunt, de nouo dicta auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, probibemus, & permittimus. Ac volumus iuxta earum ſeriem, & continentiam perpetuis futuris temporibus per eiuſdem Societatis Eremitas, qui nunc ſunt, & perpetuis futuris temporibus qui erunt, pro eorum regularibus inſtitutis, eoſque Eremitas *Ordinis Minimorum* fratrum Eremitarum *F. Franciſci de Paula* in poſterum nuncupari, inuiolabiliter obſeruari. Tenor verò prædictorum ſtatutorum, &c. *vt ſupra ad hunc ipſum eum.* 1495.

§. 3. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, ſuppletionis, ſtatuti, ordinationis, prohibitionis, permiſſionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud *S. Petrum* anno Incarnationis Dominicæ 1492. IV. Calend. Martij, Pontific. noſt. an. 1.

CONSTITVTIO II.

Communicat omnia Mendicantium priuilegia & gratias, eaſque ad Ordinem Minimorum extendit, ac ſi pro eo principaliter emanaſſent.

Dilectis filiis Correctori Generali, & Prouincialibus vniuerſi Ordinis Fratrum Minimorum profeſſoribus. 1495.

Non antehac edita.

ALEXANDER PAPA VI.

Dilecti filij, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. VEſtris deuotis ſupplicationibus inclinati omnia & ſingula Priuilegia, Indulgentias & immunitates, exemptiones, gratias & indulta quæcunque, vobis ac veſtro Ordini ac domibus, etiam antè veſtri Ordinis factam erectionem, dum Eremiticam vitam ducebatis, per felicis recordationis *Sixtum IV.* & *Innocentium VIII.* & alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & nos quomodocunque conceſſa, quæ omnia volumus hic pro expreſſis & ſpecificatis haberi, autoritate Apoſtolica approbamus, & robur perpetuæ firmitatis, aliàs iuxta conceſſionum earumdem continentiam & tenorem, obtinere debere decernimus. Et quia dicti prædeceſſores noſtri ſingula priuilegia, exemptiones, immunitates, Indulgentias & Indulta quæcunque Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Auguſtini, ac Carmelitarum, nec non aliis Mendicantium Ordinibus, & illorum profeſſoribus ac domibus, & eorum Eccleſias viſitantibus, & cuilibet eorum Ordinum quomodocumque conceſſa, & ad veſtrum Ordinem extenderunt. Nos pariter eorum extenſionem confirmamus, & ſi quæ alia indulta, priuilegia & gratiæ poſt dictam illorum ad vos extenſionem à dictis prædeceſſoribus, vel nobis eiſdem Ordinibus Mendicantium, vel alicui eorum conceſſa ſint, eadem ad vos & veſtrum Ordinem ac illius domos extendimus & ampliamus, ac vobis autoritate Apoſtolica tenore præſentium ſuffragari volumus in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi à prædictis prædeceſſoribus, & nobis etiam pro vobis & veſtro Ordine, & illius profeſſoribus, & domibus, & earum Eccleſiis pari modo emanaſſent. Concedit vt in ſumma-rio.

§. 2. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis quæ in literis conceſſionum huiuſmodi prædeceſſores præfati voluerunt, noſque etiam volumus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Derogat contrariis.

§. 3. Volumus etiam quod præſentium tranſumpto, vel tranſumptis coram

Digitized by Google

Transcripti autoritatē attribuit. aliquo Ordinario loci ſub ſuo ſigillo, & per manum alicuius Notarij publici ſubſcriptis, tanta ac plena & indubitata adhibeatur fides quanta præſentibus adhiberetur & adhiberi debet ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die prima Octobris 1495. Pontificatus noſtri anno quarto. 1502

CONSTITVTIO III.

1501. 1501. *Nunc primùm edita.*

Approbat & confirmat ſecundam Regulam, itemque Priuilegia omnia à Deceſſoribus conceſſa tum Ordini in ſpecie, tum in genere per communicationem.

ALEXANDER EPISCOP. SERVVS SERVORVM DEI. AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Præmium & narratio progreſſus Ordinis & Priuilegiorum eidem conceſſorū. AD ea, quæ circa decorem ſacræ Religionis ac ſtatum perſonarum ſubillius ſuaui iugo in voluntaria paupertate degentium ſalubriter dirigendum tendere noſcuntur, paterna ſolicitudine proſpicientes, his quæ ad hoc tam ex Apoſtolicæ Sedis conceſſione, quàm prouida Miniſtrorum eiuſdem Religionis ordinatione emanarunt, libenter cùm à nobis petitur Apoſtolici adiicimus muniminis firmitatem, & alia ſuper hoc ordinamus, prout ad Religionis ipſius conſeruationem & animarum ſalutem in Domino cognoſcimus ſalubriter expedire.

§. 1. Dudum ſiquidem pro parte dilecti filij Franciſci de Paula Ordinis Fratrum Minimorum Miniſtri generalis tunc Eremitæ Cuſentinæ Diœceſis, felicis recordationis Sixto Papæ Quarto prædeceſſori noſtro, expoſito quod olim antea bonæ memoriæ Pyrrhus Archiepiſcopus Cuſentinus tunc in humanis agens eidem Franciſco vt quoddam Oratorium ſiue Eccleſiam ſub vocabulo *S. Franciſci* in tenimento de Paula dictæ diœceſis ædificare poſſet licentiam conceſſerat, ipſéque Franciſcus Oratorium huiuſmodi propriis manibus & expenſis cum Dormitorio pro ipſius ac ſociorum ſuorum vſu & habitatione pro magna parte ædificauerat, & nonnullos ſocios vitam Eremiticam ducentes receperat, ipſeque Archiepiſcopus præfatum Oratorium ſiue Eccleſiam vnà cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis præfato *Franciſco* ſuæque Congregationi in perpetuum donauerat, & nonnulla alia ſuæ & ſociorum prædictorum deuotioni & ſaluti conuenientia, ſalutifera & opportuna conceſſerat, fecerat & ordinauerat, quodque Oratorium ipſum adhuc pro ſufficienti habitatione *Franciſci* & Eremitarum prædictorum perfectum omnino non erat, illudque piis Chriſti fidelium eleemoſynis cum neceſſariis officinis continuò ædificabant, amplificabant & exornabant: Præfatus *Sixtus* prædeceſſor, tunc Epiſcopo *S. Marci*, eius proprio nomine non expreſſo, ſuis dedit litteris in mandatis vt ſi & poſtquam vocatis qui forent vocandi de præmiſſis ſibi legitimè conſtaret, conceſſionem & litteras dicti Archiepiſcopi & in eis contenta cum ſuppletione defectuum approbaret & confirmaret, ipſeque Prædeceſſor in euentum approbationis & confirmationis ac ſuppletionis huiuſmodi eiſdem Eremitis & omnibus & ſingulis priuilegiis, indulgentiis & gratiis quibus Frater Petrus de Piſis cæterique Eremitæ potiebantur & gaudebant, vti & gaudere poſſent conceſſit per quaſdam primo, & deinde cùm tunc Epiſcopus *ſancti Marci* præfatus ad executionem prædictarum litterarum legitimè procedens licentiam, donationem, conceſſionem, ordinationem & litteras Archiepiſcopi huiuſmodi & in eis contenta cum ſuppletione defectuum approbauiſſet & confirmauiſſet, approbatione, confirmatione & ſuppletione huiuſmodi eidem *Sixto* prædeceſſori, quodque præfatus Archiepiſcopus inter alia per eum tunc eiſdem Eremitis conceſſa prædictum Oratorium ſiue Eccleſiam *S. Franciſci* & alia quæcunque loca & Eccleſias per eos in poſterum recipienda cum omnibus

1501. bus iuribus & pertinentiis ſuis, Eremitiſque & perſonis inibi pro tempore degentibus ac rebus omnibus ad eos locaque ipſa quomodolibet pertinentibus & ſpectantibus ab omni iuriſdictione, ſubiectione & ſuperioritate Matrum Eccleſiarum ac ſua ſuæque Eccleſiæ *Coſentinæ* cæterarumque perſonarum in perpetuum exemerat & liberauerat, ac ſub protectione, ſubmiſſione & iuriſdictione ſedis Apoſtolicæ remiſerat & relaxauerat, pro parte *Franciſci* & Eremitarum prædictorum expoſitis: quia à nonnullis aſſerebatur litteras prædictas & confirmationem, approbationem & defectuum ſuppletionem cæteraque alia & ſingula per præfatum Epiſcopum *ſancti Marci* illarum vigore facta & inde ſecuta quæcunque iuribus non ſubſiſtere, pro eo quod quamplura ſpeciali nota digna ſub generalitate verborum in eiſdem litteris expreſſa duntaxat fuerant, Idem prædeceſſor per alias ſuas, donationem, conceſſionem, ordinationem, conſtitutionem, remiſſionem, relaxationem, indulta, gratias & litteras præfati Archiepiſcopi, omniaque & ſingula in eis contenta tam circa deputationem præfati *Franciſci* in Superiorem, Patrem, Rectorem & Priorem dictæ Congregationis, & aliorum Superiorum & Officialium electionem, ſtatutorum dictionem, conceſsionem iuriſdictionis in Officiales, res & bona dictæ Congregationis in ſpiritualibus & temporalibus, correctionem rebellium, inobedientium & delinquentium, & illorum abſolutionem, necnon conceſſionem Altaris portatilis, miniſtrationem Sacramentorum Eccleſiaſticorum, confeſsiones audiendas, diſpenſationes & commutationes votorum, nec non receptionem nouorum Eremitarum & nonnulla alia ſalutiferum ſtatum dictæ Congregationis concernentia, quæ tunc expreſſa fuerunt, ſuaſque & dicti Archiepiſcopi litteras, nec non approbationem, confirmationem & ſuppletionem defectuum præfati Epiſcopi *S. Marci*, proceſſuſque deſuper habitos & inde ſecuta quæcunque quæ pro expreſsis haberi voluit, rata & grata habens, illa omnia laudauit, approbauit, confirmauit & communiuit cum ſimili defectuum ſuppletione, decreuit quoque priores litteras ac proceſſus huiuſmodi & inde ſecuta quæcunque valere ac roboris firmitatem obtinere, perinde ac ſi in eiſdem litteris omnia per dictum Archiepiſcopum conceſſa ſpecialiter ac ſingulariter narrata & expreſſa fuiſſent: & inſuper *Franciſcum* & Eremitas prædictos ac eorum quemlibet Eremitoriumque ſiue Eccleſiam *ſancti Franciſci de Paula* huiuſmodi ac omnia & ſingula Eremitoria, Eccleſias & loca per eos in quibuſcunque ciuitatibus & diœceſibus ac vbilibet eatenus recepta & in poſterum recipienda cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, Eremitaſque & perſonas in illis pro tempore degentes, ac res & bona quæcunque mobilia & immobilia ad eos ac Eremitas & perſonas, ac eorum quemlibet ac loca Eremitoria & Eccleſias huiuſmodi quomodolibet communiter vel diuiſim ſpectantia & pertinentia, ab omni iuriſdictione, dominio & poteſtate, viſitatione, correctione & ſuperioritate præfati ac pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi *Coſentini* & aliorum Epiſcoporum, Superiorum, Ordinariorum, Iudicum & ſuperiorum quorumcunque, etiam illorum in quorum iuriſdictione, ciuitatibus & diœceſibus Eremitoria loca Eccleſiæ ipſi & Eremitæ ac perſonæ, res & bona huiuſmodi conſiſterent & conſiſtere poterant, quomodolibet in futurum autoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia prorſus exemit & totaliter etiam liberauit, ac ſub Beati Petri & Sedis memoratæ ac Romanæ Eccleſiæ & ſua protectione ſuſcepit, ac exempta & immunia eſſe voluit, ſibique & ſucceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus canonicè intrantibus ac dictæ Sedi immediatè ſubiecit, ita quod Archiepiſcopi, Epiſcopi, Ordinarij Iudices ſupradicti ratione delicti, ſeu contractus, aut rei de qua ageretur, vbicunque committeretur delictum, vel iniretur contractus, vel res ipſa conſiſteret, nullam in eos, Eremitoria loca & Eccleſias Eremitaſque, ac perſonas huiuſmodi, ac res & bona prædicta iuriſdictionem, poteſtatem, aut dominium poſſent quoquomodo exercere, ſed duntaxat coram dicta Sede vel eius Legatis ipſi Eremitæ & aliæ perſonæ in locis, Eccleſiis & Eremitoriis huiuſmodi pro tempore degentes tenerentur de iuſtitia reſpondere; & inſuper eis omnibus & ſingu- 1501.

1501. lis personis, locis, Eremitoriis & Ecclesiis, vt omnibus & singulis priuilegiis 1501.
in illis ac aliis suis, ac ipsius *Cusentini* Archiepiscopi litteris sæpè dictis ac per eos habitis processibus prædictis contentis eis ac Eremitoriis, Ecclesiis & locis huiusmodi concessis & concedendis in quacunque ciuitate & diœcesi, & vbicunque, & in quocunque loco autoritate Apostolica vti & gaudere, eaque omnia & singula in suis huiusmodi, & aliis præfati Archiepiscopi prænominatis litteris & processibus desuper habitis contenta, cuiusuis Superioris super his aut aliquo præmissorum licentia minimè requisita, & quibuscunque etiam contradictionibus, exceptionibus & impedimentis remotis, autoritate prædicta liberè & licitè exercere possent & valerent concessit & indulsit. Postea verò piæ memoriæ *Innocentius Papa Octauus* etiam prædecessor noster per alias suas in quibus litteræ *Sixti* prædecessoris huiusmodi de verbo ad verbum insertæ fuerant, easdem litteras ac omnia & singula in eis contenta recensens, laudem, approbationem, confirmationem, communitionem, suppletionem, decretum, exemptionem, liberationem, susceptionem, voluntatem, concessionem, & indulta huiusmodi ac prout illa concernebant omnia & singula in eisdem litteris contenta & narrata autoritate Apostolica confirmauit & approbauit, cum simili defectuum suppletione. Postmodùm verò pro parte dictorum Eremitarum nobis expositò quod præfatus *Franciscus* habens ad hoc ab eodem *Pyrrho* Archiepiscopo specialem facultatem per eosdem *Sixtum* & *Innocentium* prædecessores successiuè confirmatam, & ad quæcunque loca quæ eidem Congregationi donari contingeret ampliatam, illius vigore pro salubri directione Eremitarum Congregationis eiusdem nonnulla diuini cultus augmentum & animarum salutem & vitæ Eremiticæ huiusmodi perseuerantiam, & eorum prosperitatis votiuæ successus concernentia sacris Canonibus non contraria sub Regulâ Ordinis Fratrum *Minimorum* pauperum Eremitarum dicti Fratris *Francisci de Paula*, in tredecim capitulis contenta statuerat & ordinauerat, quæ voluerat & mandauerat per Eremitas eiusdem societatis perpetuis futuris temporibus obseruari: nos tunc supplicante etiam claræ memoriæ *Carolo* Francorum Rege, qui ad dictum Ordinem singularem gerebat *Carolus*
deuotionem, per alias nostras litteras, statuta & ordinationes huiusmodi ac *VIII.*
omnia & singula in dictis capitulis contenta, quæ tunc diligenter inspici, & de verbo ad verbum inseri fecimus etiam cum suppletione defectuum approbauimus & confirmauimus. Postea verò per reliquas nostras in forma Breuis Not. *decreum firm. priuilegiorum.*
litteras omnia & singula priuilegia, indulgentias, immunitates, exemptiones, gratias & indulta quæcunque ipsis Eremitis & eorũ Ordini ac domibus etiam antè erectionem huiusmodi Ordinis dum Eremiticam vitam ducerent per eosdem *Sixtum* & *Innocentium*, ac alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, & nos quomodocunque concessa quæ omnia pro expressis haberi volumus autoritate Apostolica approbauimus, & perpetuæ robore firmitatis obseruari decreuimus. Et quia dicti prædecessores singula priuilegia, exemptiones, immunitates, indulgentias, & indulta quæcunque *Prædicatorum*, *Minorum*, *Eremitarum S. Augustini*, ac *Carmelitarum*, nec non aliis Mendicantium Ordinibus & illorum professoribus ac domibus, & eorum Ecclesias visitantibus, & cuilibet eorundem Ordinum quomodocunque concessa ad Ordinem *Minimorum* huiusmodi extenderant, Nos pariter eorum extensionem confirmauimus, & si quæ alia indulta, priuilegia & gratiæ post datam extensionem eiusmodi à dictis prædecessoribus, vel à nobis, eisdem Ordinibus Mendicantium, vel alicui eorum concessa essent, ad eosdem Eremitas, ac illorum Ordinem & domos extendimus & ampliauimus, ac ipsis suffragari voluimus in omnibus ac per omnia perinde ac si pro eis emanassent, prout in singulis litteris & capitulis prædictis plenius continetur.

Supplicatio pro secunda Regula & priuilegiis.

§. 2. Cùm autem sicut exhibita nobis nuper pro parte *Francisci* & Eremitarum prædictorum petitio continebat, ipse *Franciscus* vnà cum aliis nonnullis Eremitis Congregationis eiusdem tredecim capitula Statutorum & Ordinationum prædictarum in decem capitula reduxerit, & illorum aliqua pro salu-

bri

1501. bri directione Fratrum *Minimorum* eiusdē Ordinis olim societatis dictorū Eremitarum mutauerit, aliqua etiam addiderit quæ voluit & mādauit per eosdem fratres deinceps perpetuis futuris temporibus obseruari, ipsi etiam cupiant Regulam pro personis vtriusque sexus pœnitentiam secundùm ipsius Fratris *Francisci* salubria monita facere volentibus secundùm modum viuendi eis per ipsum Fratrem *Franciscum* in septem capitulis redactum datum ad fratres Minimorum & eorum Ordinem extendi pariter & ampliari, pro parte Francisci & aliorum fratrum dicti Ordinis prædictorum nobis sit humiliter supplicatum vt singulis, tam *Pyrrhi* Archiepiscopi, quàm Episcopi *S. Marci*, & *Sixti*, & *Innocentij*, prædecessorum prædictorum, ac nostris litteris prædictis, & in eis contentis, necnon reductioni, mutationi, alterationi ac Regulæ, seu modo viuendi prædictis robur Apostolicæ firmitatis adiicere, & Regulam huiusmodi in Ordinem Minimorum de nouo erigere, nec non Regulam seu modum viuendi fratrum tertij Ordinis huiusmodi ad eosdem fratres extendere & ampliare, ac aliàs in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. 1501.

Addita Regula pro tertiarijs.

§. 3. Nos igitur qui amatores Regularis vitæ libentèt confouemus & pia ac paterna pietate prosequimur, & eis quantum cum Deo possumus fauorem beniuolum impartimur, huiusmodi nec non Chariſſimi in Christo filij nostri Ludouici Francorum Regis Illustris, qui vt asseritur ad eosdem fratres *Minimorum*, & eorum Ordinem specialem gerit deuotionis affectum, nobis super hoc pro eisdem cum instantia supplicantis supplicationibus inclinati, *Pyrrhi* Archiepiscopi ac *Sixti* & *Innocentij* prædecessorum prædictorum, ac nostras litteras prædictas, necnon omnia & singula in eis contenta, alia etiam priuilegia, immunitates, exemptiones, & indulta quæcunque eisdem fratribus Minimorum ac eorum Ordini & domibus à Sede Apostolica vel Legatis eiusdem, seu aliàs quocunque modo facta & concessa quatenus in vsu existunt, necnon reductionem, mutationem, alterationem, dictorum decem capitulorum ac Regulam, seu modum viuendi fratrum tertij Ordinis huiusmodi, nec non omnia & singula in decem capitulis ac Regula, seu modo viuendi huiusmodi contenta, quæ diligenter inspici ac præsentibus de verbo ad verbum annotari fecimus autoritate Apostolica tenore præsentium approbauimus & confirmauimus, ac præsentis scripti patrocinio communiuimus, supplemusque omnes & singulos defectus, tàm iuris quàm facti, si qui forsan interuenerint in eisdem, & pro potiori cautela societatem pauperum Eremitarum huiusmodi in Ordinem Fratrum *Minimorum* dicti *Francisci de Paula* erigimus, ac singulas litteras & in eis contenta, ac priuilegia, concessiones, immunitates, exemptiones, & indulta quæcunque eisdem fratribus ac eorum Ordini & domibus à Sede Apostolica prædicta, vel Legatis eiusdem, seu aliàs quomodocunque facta & concessa, quæ hîc, ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus haberi volumus pro expressis, quatenus sunt in vsu & obseruantia, innouantes & de nouo concedentes ea omnia quæ circa statuta & ordinationes confirmata per eundem Franciscum reducta, immutata, & alterata fuerunt, de nouo eadem autoritate reducimus, immutamus & alteramus, Regulamque seu modum viuendi Fratrum tertij Ordinis huiusmodi ad eosdem Fratres Minimorum extendimus ac volumus illam & illum, nec non contenta in dictis decem capitulis iuxta eorum continentiam & tenorem perpetuis futuris temporibus per eiusdem Ordinis Minimorum fratres qui nunc sunt & pro tempore erunt pro eorum regularibus institutis inuiolabiliter obseruari. Tenores verò dictorum decem capitulorum, necnon Regulæ seu modi viuendi Fratrum tertij Ordinis huiusmodi de verbo ad verbum sequuntur, &c. vt supra ad eundem hunc ann.

Ludouicus XII.

Cōfirmatio & approbatio prædictorum & Priuilegiorum.

§. 4. Nulli ergo omninò hominū liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, cōmunitionis, suppletionis, erectionis, innouationis, concessionis, reductionis, immutationis, alterationis, extensionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,

Derogatio contrar. & Iudicij diuini interminatio.

Digitized by Google

1502. indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud *S. Petrum* anno Incarnationis Domini 1501. Calendis Maij Pont. noſt. an. 9. 1502.

CONSTITVTIO IV.

Approbat tertiam Regulam ſecundùm omnes ſuas clauſulas, idque de conſilio Cardinalium. Nunc primùm edita.

ALEXANDER EPISCOP. SERVVS SERVORVM DEI. AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Prooemiũ. AD fructus vberes quos dilectus filius Frater *Franciſcus de Paula* Dominicæ vineæ vigilans agricola, & quaſi alter Franciſcus ardentiſſimus Redemptoris noſtri imitator, velut arbor bona in agro militantis Eccleſiæ modernis temporibus plantata, dextera Domini auxiliante & Apoſtolica Sede benedicente produxit hactenus, ſuorumq; Confratrum Ordinis Fratrũ Minimorum profeſſorum, quorum Regulam à Domino firmatam eſſe piè credendum eſt, deuotis operibus & ſalutaribus inſtitutis quotidiana experientia indicante prouenturi ſperantur, conſiderationis noſtræ oculos extendentes, Apoſtolici fauoris præſidium eis libenter impartimur, & in iis quæ firmamentum Regulæ & modi viuendi ac animarum ſalutem & perſonarũ eiuſdem Ordinis concernunt nos fauorabiles exhibemus, & quæ propterea prouidè facta comperimus vt illibata perſiſtant libenter cùm à nobis petitur Apoſtolico munimine roboramus, & alia circa hoc ſtatuimus & ordinamus prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Supplicatio pro hac Regula. §. 1. Sanè pro parte *Franciſci de Paula* & fratrum prædictorum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cùm olim Regula fratrum eiuſdem Ordinis per dictum Franciſcum in tredecim capitula concepta fuiſſet & diſtincta, ipſe Franciſcus vnà, cum nonnullis fratribus ſuis Congregationis eiuſdem experientia edocti cupientes futuris periculis quæ ſuccedente tempore in eodem Ordine futura formidabant obuiare, tredecim capitula prædicta in decem tantummodò reduxerunt, aliqua etiam pro ſalubri ipſorum & aliorum directione immutauerunt ac etiam addiderunt, quibus ſic reductis, mutatis, ampliatis, & quæ ſuperflua erant reſecatis, ipſe *Franciſcus* decem capitula prædicta voluit & mandauit per ſingulos eiuſdem Ordinis fratres pro ſua ſalubri Regula deinceps perpetuis futuris temporibus pro poſſe obſeruari *Regulamque Fratrum Minimorum*, vt prius appellari: ipſi etiam ſalutarem cupiant promiſcui ſexus Tertijvè Ordinis viuendi modum, ſeu Regulam in ſeptem tantum capitulis ſtatutam & ordinatam per nos benedici, approbari & confirmari, ac ſub præfato Minimorum Ordine comprehendi: quorum omnium tenores per dilectum filium *Bernardinum* tituli ſanctæ Crucis in Ieruſalem Preſbyterum Cardinalem, ac Venerabilem fratrem noſtrum *Felinum* Epiſcopum Lucenſem Referendarium noſtrum domeſticum diligenter viſos de verbo ad verbum præſentibus annotari fecimus: Quare pro parte tam præfati Franciſci, quàm dilectorum filiorum vniuerſorum fratrum Congregationis eiuſdem Franciſci de Paula, quorum Ordo ab Apoſtolica Sede confirmatus ac diuerſis priuilegiis decoratus extitit, nobis fuit humiliter ſupplicatum vt Regulæ Fratrum Minimorum huiuſmodi cum prædicta ſua immutatione & innouatione, Reguiæque ſeu modo viuendi Tertiariorum ſuorum vtriuſque ſexus pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur confirmationis & approbationis adiicere, inſtitutionémque Ordinum huiuſmodi ac ſingula Priuilegia, Indulgentias, gratias, & indulta eidem Ordini ac illius perſonis ſub quacunque forma & expreſſione verborum conceſſa ad Fratres & Sorores tertij Ordinis huiuſmodi extendere,

Digitized by Google

1502. extendere, ac aliàs in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. 1502.

Not. de priuileg. extēſ. ad Tertiarios.

§. 2. Nos igitur qui in noſtrō & Venerabilium Fratrum noſtrorum conſiſtorio ſuper hoc per *Bernardinum* Cardinalem, ac *Felinum* Epiſcopum præfatos, ſacrorum Theologiæ ac Iurium Doctores eximios affirmantes capitula, Regulas & ordinationes huiuſmodi diligenter examinaſſe & ſacris Canonibus non contrauenire fideliter coram nobis & vniuerſo fratrum noſtrorum Cardinalium Collegio relationem habuimus, attendentes quod hi qui morum puritate, vitæ ſanctimonia & obſeruantiæ auſteritate ſpreto ſeculo & pompis eius ad Religionis iugum reuera ſuaue quamuis in apparentia duriſſimum ſponte perpetuaque ſeruitute ſe mancipant, & cum verbo Euangelico teſtante qui minimos ſe exiſtimant magni futuri ſint in regno cœlorum, ac cupientes Regulam ipſam Minimorum, tanquam non confuſionem, ſed lumen ad reuelationem gentium in Eccleſia Dei parituram per perſonas eiuſdem Ordinis, ſimiliter & modum viuendi ſeu Regulam Tertiariorum vtriuſque ſexus à ſuis profeſſoribus pro poſſe obſeruari: nec non *Franciſcum* prædictum ac ſingulos fratres congregationis huiuſmodi, & eorum quemlibet à quibuſcunque excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum horum ſerie abſoluentes & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati Regulam & ſtatuta huiuſmodi ſic reducta, mutata extenſa & ampliata cum omnibus & ſingulis in eis contentis & inde ſecuta quæcunque, prædictumque Tertiariorum viuendi modum ſeu Regulam huiuſmodi ſimul cum priore, autoritate Apoſtolica tenore præſentium de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio approbamus & confirmamus, ſupplentes omnes & ſingulos defectus, tam iuris quàm facti, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, pro potiori etiam cautela dictos Fratres Minimos ab alia priori Regula in tredecim videlicet capitulis ſancita, reductione, ſeu immutatione huiuſmodi prædicta penitus eximimus & liberamus, eoſque ſub noua Regula per præſentes approbata reponimus, & nihilominus inſtitutionem Ordinis huiuſmodi ac omnia & ſingula priuilegia, indulgentias, litteras, & indulta eidem Ordini & illius perſonis ſub quacunque forma & expreſſione verborum conceſſa ad Fratres & Sorores tertij Ordinis eiuſmodi autoritate eiſdem & tenore extendimus pariter & ampliamus, decernimuſque & volumus Regulas ipſas iuxta earum continentiam & tenorem, ab earum profeſſoribus, qui nunc ſunt & pro tempore erunt reſpectiuè, perpetuis futuris temporibus teneri & obſeruari, decernentes irritum & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis autoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Et vt hæc ſpiritualis & humilis ac quadrageſimalis vita quam Deo largiente aſſumpſerunt ſtabiliùs perſeueret, nec pro illius mitigatione in poſterum ad Sedem Apoſtolicam recurrere habeant, volumus & ordinamus quod ſi qui deuotionis cauſa pietatiſvè obtentu eleëmoſynas annuas ſeu perpetuas, vt in Regula continetur, pro Eccleſiæ pauperumque fratrum neceſſitatibus releuandis piè legare voluerint, liceat ipſis fratribus eleëmoſynas ipſas perpetuas, vel temporales, vtenſilia quoque & oblationes quaſcunque, cuiuſcunque ſpeciei exiſtant, quarum tamen dominium & proprietatem pro nobis & Eccleſia Romana ſuſcipimus, nudo vſu dumtaxat ipſis fratribus relicto, per procuratores ſuos & noſtros ad hoc prouida cura paternaque beneuolentia deputandos noſtro & dictæ Romanæ Eccleſiæ nomine ad ſe recipere: qui procuratores dictas eleëmoſynas fratribus ipſis per ſe vel per alios iuxta piam legantium, ſeu largientium deuotionem ac intentionem conſtitutionemque noſtram huiuſmodi fideliter habeant diſtribuere aut diſtribui facere. Ipſum autem Fratrem *Franciſcum de Paula*, non tam religioſiſſimi huius Ordinis primarium Patrem & Inſtitutorem, quàm priſcorum Patrum fidelem imitatorem diligentémque laudabilium ſuarum inſtitutionum ſequacem ac innouatorem,

Approbatio & confirmatio.

Not. de Quadrageſimali vita.

Not. tranſſa mutatur.

1502. in Patrem, Superiorem, Generalem Corectorem, quoad vixerit, esse & haberi volumus & decernimus: quodque liceat fratribus prædictis habere Altare portatile cum debita reuerentia & honore super quo celebrare possint in locis ad hoc congruentibus & honestis sine iuris alieni præiudicio, & cùm qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit circa diurnam lucem: & quoad vixerint singulis Quadragesimæ, & aliis cuiuslibet anni stationum temporibus aliquam eorum Ecclesiam, aut aliam in quibus eos pro tempore cum obedientiæ merito fore contigerit, & inibi ante illius Altare maius quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam, deuotè dicendo omnes & singulas Indulgentias consequantur, & consequi possint, quas consequuntur visitantes Ecclesias Stationum Vrbis & extra illius muros temporibus huiusmodi, quasque consequerentur & consequi possent si dictas Ecclesias stationum Vrbis eisdem temporibus personaliter visitarent: quodque si hactenus aliqua alia Regula seu modus viuendi in eorum Ordine autoritate Apostolica approbata seu approbatus fuerit, ille ac desuper confectæ in quantum Regulam seu modum viuendi huiusmodi litteræ concernunt dumtaxat, nullius sint roboris vel momenti: omnibus etiam & singulis priuilegiis, indulgentiis, concessionibus, gratiis & indultis Quatuor Mendicantium Ordinibus & Eremitis Fratris *Petri de Pisis*, eidem Ordini nostro ac illius locis & personis per nos & prædecessores nostros ac Sedem Apostolicam huiusmodi concessis & forsan innouatis, confirmatis & ampliatis aliàs in suo robore permansuris, quibus omnibus dictos fratres vbique locorum iuxta prædictas concessiones Apostolicas eis pro illorum priuilegiorum extentione factas, vti & gaudere volumus, & de nouo concedimus & permittimus: omnia etiam prædicta illis qui sunt de tertio ordine præfatæ Regulæ promiscui sexus in iis quæ ipsis Tertiariis adaptari & conuenire possunt concedimus, quorum Regulam per septem capitula inferiùs post alia decem capitula Fratrum ipsorum Minimorum exprimenda districtam simili modo autoritate Apostolica ex præfato fratrum consilio approbamus. Tenores verò prædictarum Regularum, &c. *vt suprà ad hunc ipsum annum.* 1502.

Transumpti fides arrogatur.

§. 3. Cæterùm quia difficile esset præsentes literas ad quæcunque loca, in quibus illæ forent necessariæ, transferre, volumus & autoritate prædicta decernimus quod eorundem transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Episcopi vel Archiepiscopi aut alterius Prælati munitis, prorsus in Iudicio & extra fides plenaria adhibeatur & illis stetur in omnibus & per omnia, sicut originalibus adhiberetur, & eis staretur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Decretum irritans.

§. 4. Et insuper ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his à quocunque quauis autoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Sanctio penalis.

§. 5. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, suppletionis, exemptionis, liberationis, repositionis, extensionis, ampliationis, ordinationis, susceptionis, concessionis, permissionis, voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Romæ* apud *S. Petrum* an. Incarnat. Dom. 1502. XIII Calend. Iunij Pontif. nost. ann. 10.

IVLIVS

Digitized by Google

1505. 1509.

IVLIVS II.

qui sedit à die 1. Nouemb. 1503. ad 21 Februarij an. 1513.

CONSTITVTIO I.

Facultatem concedit noua Statuta condendi: tum vt Sumpta Priuilegiorum pro quatuor Mendicantibus similiter pro nobis valeant, &c. deinde vt in Sacerdotes nostri anno ætatis 22 ordinari possint: denique vt Prouinciales & eorum Vicarij omnia ministeria Ecclesiastica præter Calices & Patenas benedicere possint, decernit.

IVLIVS EPISCOP. SERVVS SERVORVM DEI.
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

EX debito pastoralis Officij nobis meritis licet insufficientibus ex alto commissi, ad ea libenter intendimus per quæ personarum quarumlibet sub suaui Religionis iugo Altissimo famulantium commoditatibus securitati & quieti valeat salubriter prouideri, & iis quæ à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus concessa fuisse dicuntur, vt firma perpetuò & illibata persistant libenter cùm à nobis petitur approbationis robur adiicimus, ac aliàs statuimus, disponimus & ordinamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Proœmium

§. 1. Sanè pro parte dilecti filij *Francisci de Paula* Institutoris & Generalis Correctoris *Ordinis Minimorum* nobis nuper exhibita petitio continebat; Quòd licet per felicis recordationis *Alexandrum* Papam VI. prædecessorem nostrum Regula ac viuendi norma Fratrum *Minimorum data*, & per eum ac Sedem Apostolicam confirmata fuerat, tamen ipse *Franciscus* cupit pro dictæ Regulæ conseruatione, & vt illa meliùs & faciliùs ab illius professoribus nunc & pro tempore in dicto Ordine degentibus seruari possit, aliqua statuta & ordinationes salubria facere, quæ fratres dictum Ordinem professi seruare & secundùm quæ contra illa venientes seu facientes, licet aliàs peccatum secundùm præcepta Ecclesiæ committere non videantur, pœna corporali seu temporali per eorum Superiores in eisdem statutis contenta puniri valeant. Et quamuis per piæ memoriæ *Sixtum IV.* & *Innocentium VIII.* Romanos Pontifices, & dictum *Alexandrum* prædecessores nostros eisdem Fratribus Minimorum, quod omnibus & singulis priuilegiis, gratiis, indultis, immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus, quibus Fratres Minores & cæteri quatuor Ordines Mendicantium, ac personæ illorum vtebantur & gaudebant, seu vti & gaudere poterant in futurum, vti & gaudere valerent, concessum fuerit, nihilominus eo quod dicti Fratres *Minimorum* priuilegia & indulta huiusmodi originalia non habeant ac de illis fidem facere non possint, ac etiam quia illa per nos confirmata non fuerint, aliqui partim scrupulosa conscientia & partim inuidia moti Fratres *Minimorum* huiusmodi eisdem priuilegiis & gratiis gaudere non debere asserunt, quo fit vt dicti Fratres *Minimorum* eisdem priuilegiis & indultis vti posse non sperant nisi eis per nos desuper opportunè prouideatur. Quare pro parte dicti *Francisci* nobis fuit humiliter supplicatum vt sibi quæcunque statuta & ordinationes salubria in perpetuum valitura, quæ Fratres *Minimorum* huiusmodi seruare & secundùm quæ contra illa venientes vel facientes, licet aliàs peccatum iuxta dicta præcepta Ecclesiæ committere non videantur, nihilominus pœna corporali vel temporali per eorũ Superiores mulctari possint, condendi & faciendi licentiam & facultatem concedere: ac omnibus & singulis priuilegiis, gratiis, concessionibus, indultis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, quibus prædicti quatuor Mendicantium Ordines & illorum personæ vtuntur, potiuntur & gaudent, seu vti, potiri & gaudere poterũt, quomodolibet in futu- Supplicatio.

Digitized by Google

1505. tum,atq; eidem *Ordini Minimorum* & illius perſonis huiuſmodi, vt præmittitur, 1505.
conceſſis,pro eorũ ſubſiſtentia firmiori robur noſtræ approbationis adiicere ac aliàs in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Concedit facultatem ſtatuta noua condendi & ſumpta Priuilegiorum pro Mendicantibus per omnia nobis ſuffragari decernit, & alia vt in ſummario.

§ 2. Nos igitur eundem *Franciſcum* à quibuſuis excommunicationis,ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes & abſolutũ fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati eidem *Franciſco* quæcunque ſtatuta & ordinationes ſalubria, & honeſta, ſacris Canonibus non contraria, quæ dicti Fratres *Minimorum* ſeruare, & ſecundùm quæ contra illa venientes vel facientes, licet aliàs peccatum iuxta præcepta huiuſmodi committere non videantur,pœna corporaliſeu temporali per ſuos Superiores mulctari poſſint, condendi & faciendi plenam & liberam autoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam concedimus,ac etiam facultatem,ac omnia & ſingula priuilegia,gratias, cõceſſiones, indulta,immunitates,libertates & exemptiones prædicta, quibus præfati quatuor Ordines Mendicantium & illorum perſonæ,vt præfertur,in genere vtuntur, potiuntur & gaudent,ſeu vti,potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum eiſdem Fratribus *Minimorum* & illorum perſonis,vt præfertur, conceſſa, ita vt illis *Ordo Minimorum* & illius perſonæ prædictæ vtantur, potiantur,& gaudeant,ac vti,potiri & gaudere liberè & licitè valeant,approbamus,& præſentis ſcripti patrocinio communimus,dictiſque Fratribus Minimorum vt de dictis priuilegiis & indultis fidem facere poſſint, quod Sumpta ex Camera Apoſtolica pro ſingulis priuilegiis,conceſſionibus,gratiis, immunitatibus, exemptionibus,libertatibus & indultis dictis quatuor Mendicantium Ordinibus per quoſcunque Romanos Pontifices & Sedem eandem conceſſis & in poſterum concedendis habeře,& illa ac litteras Apoſtolicas eas & quomodibet concernentia & præſentes litteras per ipſius Cameræ Auditorem, & quoſcunque alios Iudices ordinarios ritè tranſumptari & authenticari facere, liberè & licitè valeant, & poſtquam tranſumptata & authenticata fuerint illis & præſentibus litteris ac aliis ſuper huiuſmodi priuilegiis,conceſſionibus,gratiis,immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, & indultis prædictis ad inſtantiam quatuor Ordinum Mendicantium, aut perſonarum eorundem vel aliquorum ex eis iam ritè factis & tranſumptatis ea prorſus fides adhibeatur vbicunque fuerint exhibita vel oſtenſa, ac ſi dictæ præſentes & aliæ litteræ exhiberentur ac priuilegia, conceſſiones, gratiæ, immunitates, libertates, & indulta prædicta præfato Ordini Minimorum & illius Fratribus & perſonis conceſſa, & in eis Ordo Minimorum & illius fratres & perſonæ huiuſmodi ſpecialiter & nominatim expreſſi fuiſſent & pro eis emanaſſent, ac de cætero famuli domorum dicti Ordinis Minimorũ, & cæteri eiuſdem Ordinis Minimorũ habitum portantes, ac in articulo mortis in dictis domibus ſepulturam eligentes, omnibus & ſingulis priuilegiis dicto Ordini Minimorum conceſſis gaudere liberè & licitè valeant eadem autoritate Apoſtolica indulgemus : quodque de cætero perpetuis futuris temporibus Fratres dicti Ordinis Minimorum, in viceſimo ſecundo ſuæ ætatis anno nunc & pro tempore conſtituit ad Pretbyteratus Ordinem aliàs tamen ritè ſe promoueri facere liberè poſſint : ac omnes & ſingulæ perſonæ cuiuſcunque ſtatus, nobilitatis & conditionis fuerint, qui in cauſis eorundem Fratrum Minimorum ſe immiſcuerint, aut in ipſos Fratres Minimorum manus iniecerint violentas, vel eos moleſtauerint, aut inquietauerint, ſeu eorum bona abſtulerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant, vt aliis Fratribus Mendicantibus eſt conceſſum: omniaque priuilegia, indulta, gratiæ, facultates & indulgentiæ vni aut pluribus domibus dicti Ordinis Minimorum in genere per eundem *Sixtum* prædeceſſorem conceſſa & in poſterum forſan concedenda omnibus & ſingulis aliis domibus & Fratribus dicti Ordinis Minimorum conceſſa ſint & eſſe intelligantur : ac Generales illius, necnon Prouinciales & Vicarij eiuſdem Ordinis Minimorum corporalia & alia ornamenta Eccleſiaſtica ſuorum locorum & domorum

Digitized by Google

1505. domorum præter Calices & Patenas benedicere valeant, præfata auctoritate Apoſtolica earumdem tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus. 1505.

§. 3. Nonobſtantibus præmiſſis ac defectu ætatis huiuſmodi, quem ipſi fratres in dicto viceſimo ſecundo anno conſtituti ad dictum Preſbyteratus ordinem ſuſcipiendum patiuntur modò & patientur, ac *Viennenſis* Concilij ac aliis Apoſtolicis & Prouincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus, conſtitutionibus & ordinationibus, necnon prædicti Ordinis Minimorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate aliàs roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus cæteriſque contrariis quibuſcunque. Derogatio contrariorum.

4. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, communitionis, indulti, ſtatuti & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1505. quarto Idus Iunij, Pont. noſt. anno 2. Interminatio diuini Iudicij in contrad.

CONSTITVTIO II.

Concedit, quòd fratres poſſint ſe obligare ad ſuffragia perpetua in genere.

IVLIVS PAPA II. 1505.

Dilectis filiis *F. Franciſco de Paula*, & eius Fratribus *Ordinis Minimorum*. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. EXponi nobis nuper feciſtis, quòd licet in Regula veſtra expreſsè caueatur, ne vos Miſſas particulares perpetuas, ſeu ſub perpetua obligatione recipere poſſitis; quia tamen de præſenti ſunt veſtri tres ſpeciales eiuſdem Ordinis benefactores obligati celebrari facere quaſdam particulares Miſſas, ſiue ex propria, & ſpeciali deuotione, ſiue ex ordinatione quorumcumque viuorum, ſeu defunctorum, quorum ſunt hæredes, ac teſtamentorum ſuorum executores, ſeu etiam ex eorum propria deuotione, aut aliàs ob ſingularem deuotionis affectum, quem ad dictum Ordinem veſtrum gerunt, cupientes vobis, ſeu fratribus eiuſdem veſtri Ordinis piè relinquere nonnulla bona, ſeu pia legata cum onere, quòd vos, ſeu eiuſdem veſtri Ordinis fratres ſupradictas Miſſas celebrare teneamini; voſque dubitantes ob præmiſſa præfatæ veſtræ Regulæ contra uenire, pro conſcientiarum veſtrarum quiete cupiatis vobis gratioſè concedi, quòd, cuiuſlibet dictorum trium benefactorum interueniente conſenſu, prædicta piè legata cum onere celebrandi Miſſas ipſas particulariter, ſeu in ſpecie, ad futuros quinquaginta annos duntaxat, & poſt dictos quinquaginta annos eaſdem Miſſas in genere, ſeu ſub generalitate omnium Miſſarum, per vos in vniuerſo veſtro Ordine prædicto de cætero celebrandarum, à dicta veſtra Regula non deuiando, acceptare poſſitis, proparte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut vobis deſuper oppertunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Supplicatio

Nota, quòd iſta conſtitutio eſt obtenta viuente P. N. Franciſco.

§. 2. Nos huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, quòd dicta piè legata, ſeu relicta quæcumq; cum onere celebrandi Miſſas ipſas modo prædicto, iuxta veſtræ Regulæ tenorem, & inſtrumentorum cuiuſlibet dictorum trium veſtrorum benefactorum conſenſu ſuper huiuſmodi factorum, ſeu nouiter faciendorum, & innouandorum formam, licitè acceptare, ac Miſſas ipſas particulares modo, & forma prædictis celebrando, ſingulis particularibus Miſſis ſatisfacere, & huiuſmodi viuorum, ſeu defunctorum quorumcumque relinquentium, ſeu legantium voluntates, ac ordinationes adimplere conſeamini, & propterea dictæ veſtræ Regulæ nullatenus contrauenire intelligamini, ſed perinde habeatur, tam apud tres præfatos ſpeciales dicti veſtri Ordinis bene- Concedit, quod poſſint fratres obligari per quinquaginta annos ad ſuffragia particularia, & in perpetuum ſub generalitate.

Digitized by Google

1506. factores, quàm etiam apud vos, seu eiusdem vestri Ordinis fratres, & quoscumque reliquos, tam viuos, quàm defunctos, quò ad hoc dumtaxat, ac si vos, seu fratres ipsi prædictas particulares Missas, iuxta dictorum relinquentium, seu largientium intentionem, & deuotionem, particulariter, & in specie celebraretis, dictorum quorumcumque testamenta, seu ordinationes in hoc commutando, auctoritate Apostolica tenore præsentium de speciali gratia concedimus, & indulgemus. 1505.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum *Romæ* apud *S. Petrum*, sub annulo Piscatoris, die 23. Decembris, 1505. Pontificatus nostri anno 3.

Derogat contrariis.

CONSTITVTIO III.

Approbat & confirmat tres Regulas Ordinis Minimorum, videlicet Fratrum, Sororum & Tertiariorum vtriusque sexus.

1506. IVLIVS EPISCOP. SERVVS SERVORVM DEI.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmium. INter cæteros Regularis obseruantiæ professores, quibus velut rutilantibus gemmis militans decoratur Ecclesia, dilectos filios *Franciscum de Paula* & alios Ordinis Minimorum professores, qui vitæ munditia & charitatis eximiæ feruore, ac continentiæ cingulo lumbos accincti, mortui mundo, Deo verò viuentes, illique secularibus sepositis desideriis deuotum & sincerum iugiter famulatum exhibentes, ipsam militantem Ecclesiam plurimis virtutum donis illustrant, ac cæteros ad diuinæ Maiestatis obsequium sua trahunt per exempla, specialis dilectionis prærogatiua prosequentes, his quæ pro dicti Ordinis felici directione ac manutentione, ad Dei laudem & Religionis propagationem, ab eodem *Francisco* dicti Ordinis patre ac institutore, prouida consideratione & (vt piè creditur) inspiratione diuinâ, ordinata fuisse noscuntur, vt firmiùs illibata persistant, Apostolici muniminis libenter adiicimus firmitatem.

Supplicatio. §. 1. Sanè pro parte præfati *Francisci* nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd licet aliàs ipse dictum *Ordinem Minimorum* instituerit, ac decem, secundum fratres dicti Ordinis, septem verò, secundùm quæ vtriusque sexus Christi fideles Tertiarij, viuere deberent, capitula eiusdem Ordinis regulas concernentia ediderit: illaque per felicis recordationis *Alexandrum* Papam VI. prædecessorem nostrum, de Venerabilium Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium consilio (de quorum numero tunc eramus, licet absentes) confirmari obtinuerit: quia tamen per illa dicti Ordinis & illius personarum directioni non satis videbatur esse consultum, idem *Franciscus* cum nonnullis dicti Ordinis Patribus, capitulis prædictis diligenter examinatis, ex nouis & emergentibus causis, nonnulla mutanda & emendanda fore prospiciens, ea in melius moderauit ac emendauit, mutauit, ampliauit & reformauit: ac etiam Sororum dicti Ordinis Regulam ad instar dictæ Regulæ Fratrum *Minimorum*, in decem capitulis redactam de nouo edidit & instituit. Quibus sic redactis, mutatis & ampliatis, & quæ superflua erant resecatis, aliisque de nouo editis, ipse *Franciscus* tres Regulas & capitula huiusmodi, voluit ac mandauit, per singulas eiusdem Ordinis personas, præsentes & futuras (prout eis respectiuè adaptantur) pro suis salutaribus Regulis deinceps perpetuis futuris temporibus teneri & obseruari: ac earumdem primam *Fratrum Ordinis Minimorum*, velut antea: Secundam verò, *Sororum* etiam dicti *Ordinis Minimorum*: Tertiam autem, *vtriusque sexus* similiter eiusdem *Ordinis Minimorum* Regulas irrefragabiliter appellari: ipsaque singula nunc per nos benedici, approbari & confirmari

cupit.

Digitized by Google

1506. cupit. Quorum omnium tenores, per dilectos filios *Bernardinum* tituli *S. Crucis in Ieruſalem* Preſbyterum Cardinalem dicti Ordinis Protectorem, ac etiam Magiſtrum *Octauianum Arcimboldum* Notarium & Referendarium noſtrum domeſticum diligenter viſos ac examinatos de verbo ad verbum præſentibus annotari fecimus. Quare pro parte dicti *Franciſci* nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt Regulis prædictis cum capitulorum prædictorum mutatione, additione, emendatione, ampliatione, ac reformatione, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, aliáſque in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. 1506.

§. 2. Nos igitur qui in ſecreto noſtro Conſiſtorio, ſuper hoc, per *Bernardinum* Cardinalem, ac *Octauianum* præfatos, affirmantes capitula, regulas & ordinationes huiuſmodi diligenter examinaſſe & ſacris Canonibus contraria non eſſe, fideliter coram nobis ac vniuerſo Fratrum noſtrorum prædictorum Collegio relationem habuimus, attendentes, quòd ipſi fratres *Minimi* vti meſſores idonei in agro Dominico fructuoſæ ſegetis manipulos ad menſam Domini offerre, & vt veri operarij de vinea Dominica vepres ac tribulos vitiorum quotidiè efficaciter extirpare, & oues ſacri gregis Dominici doctrinæ ſalutaris paſcuis ſaginatas ad aulam cœleſtis patriæ feliciter introducere poterunt: ac cupientes, prædictas eiuſdem Ordinis Minimorum Regulas, tanquam lumen ad illuminationem pœnitentium in Eccleſia militante efficaciter productu-ras, per eiuſdem Ordinis perſonas præſentes & futuras, prout ipſis reſpectiuè adaptantur, vigilanter obſeruari: præfatum *Franciſcum* ac omnes & ſingulos ſuæ Religionis fratres ſub præſentibus Regulis reponentes, & illos à quibuſvis excommunicationis ſententiis quomodolibet latis, & à tribus Regulis per præfatum Prædeceſſorem approbatis, ad effectum dumtaxat præſentium conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & earumdem Regularum ternas Bullas annullantes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, tres ipſas Regulas ac ordinationes & ſtatuta, nec non capitula prædicta, ſic mutata, emendata, ampliata & reformata, cum omnibus ac ſingulis in eis contentis, autoritate Apoſtolica, tenore præſentium, approbamus & confirmamus, ſupplentes omnes ac ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Et pro potiori cautelâ, ea omnia & ſingula quæ per eundem *Franciſcum* ſtatuta & ordinata ac emendata fuerunt, de nouo, eiſdem modo & forma, eadem autoritate, ſimiliter ſtatuimus & ordinamus, ac volumus, iuxta eorum ſeriem & continentiam, ab ipſorum profeſſoribus, qui nunc ſunt ac pro tempore erunt, perpetuis futuris temporibus, pro eorum regularibus inſtitutis, prout ipſis reſpectiuè adaptantur, inuiolabiliter teneri ac obſeruari; dictarumque Regularum primam *Fratrum Ordinis Minimorum* velut primâ, ſecundam verò *Sororum* etiam dicti *Ordinis Minimorum*, tertiam autem *vtriuſque ſexus fidelium* eiuſdem *Ordinis Minimorum* regulas, ipſum ordinem *Minimorum Ordinem* perpetuò irrefragabiliter nuncupari. Tenores verò, &c. *vt proſtant in exemplaribus editis.*

Approbatio & confirmatio Regularum.

§. 3. Cæterùm quia difficile foret, præſentes literas ad quæcunque loca, in quibus illæ fuerint neceſſariæ, transferre, volumus, & præfata Apoſtolica autoritate decernimus, quod earumdem literarum, necnon Calendarij & Maris magni tranſumptis, ſiue coniunctim, ſiue diuiſim factis, & manu Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Archiepiſcopi vel Epiſcopi, ſeu alterius Prælati Eccleſiaſtici munitis, eadem prorſus, in iudicio & extra, fides plena adhibeatur & illi ſtetur in omnibus ac per omnia, ſicut ipſis literis originalibus adhiberetur & ſtaretur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Et vlteriùs autoritate & tenore præmiſſis concedimus ac volumus quod huiuſmodi tranſumpta & ſigillata, prædictis Ordini Minimorum & eius perſonis præſentibus ac futuris, adeò vbique locorum valeant, ac ſi omnia & ſingula, in ipſo Mari magno & alibi contenta, omnibus ac ſingulis Quatuor Mendicantium Ordinum Fratribus quomodolibet indulta, ipſis etiam Fratribus ac Sororibus Minimis, ac eorum Ordini, etiam ſub Minimorum nomine ex ſua primordiali origine ſpecialiter & expreſsè, ac pro illis principaliter emanaſſent.

Tranſumptis fidem & autoritatem aſtruit.

Digitized by Google

1506. §. 4, Ex nunc irritum decernentes & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis autoritate, ſcienter aut ignoranter, coniunctim vel diuiſim contigerit attentari: præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. 1506.

Iudicia in contrarium irritat.

Iudicij diuini interminatio aduerſus contradictores.

§. 5. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, mutationis, exemptionis, liberationis, innouationis, extenſionis, ampliationis, ſuſceptionis, conceſſionis, permiſſionis, indulti, voluntatis ac decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud S. Petrum anno Incarnat. Dom. 1506. quinto Calend. Auguſti, Pontific. noſtri an. 3.

CONSTITVTIO IV.

Approbat & confirmat Correctorium.

Dilectis filiis *F. Franciſco de Paula*, cæteriſque omnibus *Ordini s Minimorum* præſentibus & futuris.

1506. IVLIVS EPISC. SERVVS SERVORVM DEI Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Proœmiū. PAſtoris officij Nobis, licet inſufficientibus meritis, ex alto commiſſa cura mentem noſtram continuè pulſat & excitat, vt quantum cum Deo poſſumus operam impendamus, quòd ſtatus Religioſorum, & eorum præſertim qui ſub humili & abiecto habitu in auſteritate vitæ Altiſſimo famulantur, non ſolum vbique floreat, verùmetiam felicibus in Domino proficiat incrementis, & ea quæ propterea facta fuiſſe comperimus, vt firmiùs illibata perſiſtant Apoſtolici muniminis adminiculo fulcire ſatagamus.

Supplicatio §. 1. Sanè pro parte tua fili *Franciſce*, nobis expoſitum fuit quòd tu, (poſtquàm olim felicis recordationis *Alexander* Papa VI. prædeceſſor noſter, piæ memoriæ *Sixti IV. & Innocentij VIII.* Romanorum Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærendo, tibi vt nonnulla tui Ordinis Minimorum ſtatuta componere ac illa in melius emendare poſſes & valeres licentiam conceſſerat) vnâ cum aliquibus eiuſdem Ordinis Fratribus ſtatuta iſta compoſuiſti, ac illa in melius emendaſti. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum quatenus Statutis ipſis taliter compoſitis & emendatis piè benedicere, ac noſtræ approbationis robur adiicere, & illa per ſingulos eiuſdem Ordinis Fratres præſentes & futuros pro ſuo ſalubri Correctorio perpetuis futuris temporibus teneri & obſeruari mandare, atque Statuta ipſa Correctorium Fratrum Ordinis Minimorum perpetuò nuncupari debere, decernere, aliáſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmat Correctorium. §. 2. Nos igitur qui præmemorati Ordinis propagationem, religioſarumque perſonarum ſub illius ſuaui iugo Altiſſimo famulantium pacem & quietem intenſis deſideriis affectamus, quique dictum Correctorium taliter compoſitum & emendatum, per dilectum filium noſtrum *Bernardinum* tituli *ſanctæ Crucis in Hieruſalem* Preſbyterum Cardinalem, Patriarcham Hieroſolymitanum, eiuſdem Ordinis Protectorem, diligenter ac ſtudioſè examinari mandauimus: quibus etiam ac Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus in ſecreto noſtro Conſiſtorio, per dictum *Bernardinum* Cardinalem relatum fuit, Correctorium ipſum ſalubre exiſtere: huiuſcemodi ſupplicationibus inclinati, Correctorium ipſum autoritate Apoſtolica, tenore præſentium, approbamus & confirmamus, præſentiſque ſcripti perenni patrocinio communimus: & illud per omnes eiuſdem Ordinis Fratres præſentes ac futuros pro ſuo ſalubri

Digitized by Google

1506. bri Correctorio perpetuis futuris temporibus teneri & obſeruari, ipſumque perpetuò *Correctorium Fratrum Ordinis Minimorum Fratris Franciſci de Paula* nuncupari ac intitulari debere, decernimus & mandamus. 1506.

Derogat contrariis.

§. 3. Nonobſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis quoque & conſuetudinibus dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, aut quauis alia firmitate roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Tenor verò ipſius Correctorij, &c. *præſtat alibi.*

Tranſumptis fidem adhibendam.

§. 4. Cæterum quia difficile foret præſentes literas ad quæcunque loca, in quibus illæ fuerint neceſſariæ, transferre, volumus & præfata autoritate Apoſtolica decernimus, quòd earumdem literarum tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Archiepiſcopi vel Epiſcopi, aut alicuius Prælati Eccleſiaſtici munitis, eadem prorſus, in iudicio & extra, fides plenaria adhibeatur, & illis ſteturin omnibus ac per omnia, ſicut ipſis literis originalibus adhiberetur & ſtaretur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Interminat contrafactorum diuinum iudicium

§. 5. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, communitionis, voluntatis, indulti, conceſſionis, ac decreti infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ*, apud S. Petrum an. Incarn. Domin. 1506. quinto Calend. Aug. Pontif. noſt. an. 3.

CONSTITVTIO V.

Confirmat omnia priuilegia, à ſuis prædeceſſoribus nobis conceſſa, & quamplurima de nouo concedit.

IVLIVS EPISCOP. SERVVS SERVORVM DEI 1506.
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Procemium

DVdum ad ſacrum *Ordinem Minimorum*, olim per fel. rec. *Sixtum IV. Innocentium VIII. Alexandrum VI.* Rom. Pont. prædeceſſores noſtros ſalubriter approbatum, ac variis priuilegiis cum Regulæ approbatione multipliciter decoratum noſtræ conſiderationis aciem dirigimus. Dum etiam uitra noſtræ mentis abſcondita reuoluimus fructus vberes, quos, dextera Domini opitulante, & Apoſtolica Sede benedicente, dilectus filius *Franciſcus de Paula* prædicti Ordinis Pater, ac Inſtitutor, & quoad vixerit generalis Corrector, exemplo B. Franciſci ardentiſſimus noſtri Redemptoris imitator, in agro militantis Eccleſiæ producere non deſinit, ac etiam ſalutifera exempla, ad quæ imitanda Chriſti fideles ex eiuſdem *Franciſci de Paula*, & aliorum Fratrum dicti Ordinis arctiſſima vita, quam ipſi ad obſequendum Altiſſimo ſub Euangelico iugo, ac humili habitu, & humilitatis ſpiritu, ſprero ſeculo, ac pompis eius, voluntariè aſſumpſerunt, in perpetua Chriſti ſeruitute laudes diuinas die, noctuque ſumma cum deuotione Domino perſoluentes, quotidie inducuntur. Dignum, immò debitum reputamus, vt Ordo ipſe apud eamdem Sedem gratiam liberalitatis inueniat, & gratiæ, & priuilegia illi quomodolibet conceſſa, per ipſius Sedis approbationem remaneant illæſa.

Ponit tenorem conſt. Sixti IV.

§. 1. Dudum ſiquidem præfato Sixto prædeceſſori noſtro, &c. *vt ſuprà in conſtit. Sixti IV.*

Innocentii VIII. vt ſuprà in eo literas Sixti approbant.

§. 2. Et ſucceſſiuè præfatus *Innocentius* etiam prædeceſſor per alias ſuas literas, in quibus literæ prædicti *Sixti* prædeceſſoris de verbo ad verbum inſertæ fuerunt, eaſdem *Sixti* prædeceſſoris huiuſmodi literas, ac omnia, & ſingula in eis contenta recenſens, laudationem, confirmationem, approbationem, communitionem, ſuppletionem, decretum, exemptionem, ſuſceptionem, voluntatem, conceſſionem, & indulta huiuſmodi, ac, prout illa concernebant, om-

Digitized by Google

1506. nia, & ſingula in eis contenta, & narrata auctoritate Apoſtolica, & ſcientia prædictis confirmauit, approbauit, ſuique ſcripti patrocinio cum ſimili defectuum ſuppletione communiuit, & voluit, & dicta auctoritate decreuit, quòd earumdem literarum ſuarum tranſumptis; manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, aut alterius Prælati munitis, prorſus in iudicio, & extra fides plena adhiberetur, & illis ſtaretur in omnibus, & per omnia, ſicut ipſis originalibus literis adhiberetur, & ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ; Decreuitque irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit, communitor, vel diuiſim attentari. 1506.

Alexander VI. vt ſuprà in eius Conſtitutione 1. approbauit primam Regulam.

§. 3. Poſtmodum verò pro parte *Franciſci de Paula*, & Eremitarum prædictorum eidem *Alexandro* prædeceſſori etiam expoſito, quòd ipſe *Franciſcus de Paula* habens ad id ab eodem *Pyrrho* Archiepiſcopo ſpecialem per illius literas facultatem, per eoſdem *Sixtum*, & *Innocentium* prædeceſſores ſucceſſiuè confirmatam, & ad quæcumque loca, quæ eidem Congregationi donari contingeret, ampliatam: illarum vigore pro ſalubri directione Eremitarum Societatis huiuſmodi, nonnulla diuini cultus augmentationem, & animarum ſalutem, vitæque Eremiticæ huiuſmodi perſeuerantiam, ac eorum votiuæ proſperitatis ſucceſſus concernentia, ſacris Canonibus non contraria, ſub Regula *Ordinis Fratrum Minimorum* pauperum Eremitarum dicti *Franciſci de Paula* in tredecim capitulis contenta ſtatuerat, & ordinauerat, quæ voluerat, & mandauerat per eiuſdem Societatis Eremitas, & Fratres perpetuis futuris temporibus obſeruari. Idem *Alexander* prædeceſſor per reliquas ſuas, ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in dictis capitulis contenta, quæ tunc diligenter inſpici, ac de verbo ad verbum in dictis ſuis literis inſeri fecit, cum ſuppletione defectuum approbauit, & confirmauit.

Idem Alexander per alias ſuas literas, quæ ſupra priuilegia Sixti, & Innocentij confirmauit.

§. 4. Præterea idem *Alexander* prædeceſſor per alias ſuas in forma Breuis literas, omnia, & ſingula priuilegia, indulgentias, immunitates, exemptiones, gratias, & indulta quæcumque *Franciſco de Paula*, & Eremitis huiuſmodi, ac eorum Ordini, domibus etiam ante erectionem huiuſmodi Ordinis, dum adhuc Eremitæ nuncupabantur, per eoſdem *Sixtum*, & *Innocentium* ſuos, & ipſum *Alexandrum* noſtros prædeceſſores quomodocumque conceſſa, quæ omnia, & ſingula pro expreſſis haberi voluit, auctoritate Apoſtolica præfata approbauit, & perpetuæ robur firmitatis eadem obtinere decreuit.

Sixtus, Innocentius, & Alexander priuilegia Mendicantium Ordini noſtro conceſſerunt.

§. 5. Et quia *Sixtus*, & *Innocentius* prædeceſſores præfati ſingula priuilegia, exemptiones, immunitates, indulgentias, & indulta quæcumque Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Auguſtini, ac Carmelitarum, necnon aliis Mendicantium Ordinibus, & eorum cuilibet, ac illorum profeſſoribus, & domibus, ac eorum Eccleſias viſitantibus quomodocumque conceſſa, ad Ordinem Minimorum huiuſmodi extenderant; Idem Alexander prædeceſſor pariter eorum extenſionem confirmauit. Et ſi qua indulta, priuilegia, & gratiæ poſt datam extenſionis huiuſmodi à dictis prædeceſſoribus, vel ab ipſo *Alexandro* eiſdem Ordinibus Mendicantium, aut alicui eorum conceſſa eſſent; Illa etiam ad eoſdem Eremitas, & Fratres, & ad illorum Ordinem; ac domos extendit, & ampliauit, ac ipſis ſuffragari voluit in omnibus, & per omnia, ac ſi pro eiſdem Eremitis, & illorum Ordine huiuſmodi emanaſſent.

Et idem Alexã ler Regulam pro Fratribus à P N reformatam; & aliam pro Tertiariis ab eodem editam approbauit.

§. 6. Et deinde pro parte *Franciſci de Paula*, & Eremitarum, ſeu Fratrum prædictorum eidem *Alexandro* prædeceſſori ſimiliter expoſito, quòd ipſe *Franciſcus de Paula* tredecim capitula ſtatutorum, & ordinationum prædictorum in decem capitula reduxerat, & eorum aliqua pro ſalubri directione Fratrum Minimorum Ordinis huiuſmodi, olim Societatis dictorum Eremitarum mutauerat, aliqua etiam addiderat, quæ voluerat, & mandauerat, per eoſdem Fratres deinceps perpetuis futuris temporibus, prioribus omiſſis, pro ſalubri eorum Regula teneri, & obſeruari. Quodque ipſe *Franciſcus de Paula* Regulam, ſeu modum viuendi ſui tertij Ordinis pro vtriuſque ſexus perſonis ſub eadem Regula, ſeu modo viuendi, quæ ſeptem dumtaxat clauderetur capitulis, pœnitentiam

1506. tentiam agere volentibus, per eumdem *Alexandrum* prædeceſſorem benedici, approbari, & confirmari cupiebat. Idem *Alexander* prædeceſſor *Pyrrhi* Archiepiſcopi, ac *Sixti*, & *Innocentij* prædeceſſorum prædictorum, ac ſuas literas prædictas, necnon omnia, & ſingula in eis contenta; alia quoque priuilegia, conceſſiones, immunitates, exemptiones, & indulta quæcunque eiſdem Fratribus *Minimis*, ac eorum Ordini, & domibus à Sede prædicta, vel eius Legatis, ſeu aliàs quomodocumque facta, & conceſſa, necnon reductionem, mutationem, & alterationem dictorum decem capitulorum, ſeu Regulam ipſorum Fratrum *Minimorum*, necnon Regulam, ſeu modum viuendi tertij Ordinis pro vtriuſque ſexus perſonis, & in vtriuſque Regulæ capitulis contenta quæcumque. Quæ omnia diligenter inſpici, ac de verbo ad verbum inſeri fecit, cum ſuppletione defectuum approbauit, & confirmauit. 1506.

§. 7. Et pro potiori cautela Societatem quondam Eremitarum huiuſmodi in Ordinem *Fratrum Minimorum* dicti *Franciſci de Paula*, priore caſſata, & omiſſa, ſub huiuſmodi noua Regula erexit, & ſingulas literas prædictas, ac in eis contenta quæcumque, necnon priuilegia, & indulgentias, tam generales, quàm ſpeciales, conceſſiones, immunitates, exemptiones, & indulta quæcumque eiſdem Fratribus, ac eorum Ordini, & domibus à Sede prædicta, vel eius Legatis, ſeu aliàs quomodocumque facta, & conceſſa. Quæ omnia, & ſingula, ac ſi in dictis ſuis literis inſerta forent, haberi voluit pro expreſſis, innouauit, & de nouo conceſſit. Ac omnia, quæ circa ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi confirmata, & per eumdem *Franciſcum de Paula* ducta, mutata, & alterata fuerant, de nouo reduxit, mutauit, & alterauit.

Idem Alexander Societatē Eremitarum in Ordinem Fratrū Minimorum inſtituit, & gratias iam conceſſas cōfirmauit.

§. 8. Regulamque Minimorum Fratrum huiuſmodi ſic innouatam, & Regulam, ſeu modum viuendi Tertiariorum Ordinis eiuſdem laudauit, benedixit, approbauit, & confirmauit, ac voluit, Regulam ipſam ſic innouatam, ſeu contentam in dictis decem capitulis, iuxta eorum tenorem perpetuis futuris temporibus, & per *Ordinis Minimorum* huiuſmodi fratres, qui tunc erant, & pro tempore eſſent, eo modo pro eorum regularibus inſtitutis cuſtodiri.

Dictamque ſecundam Regulam à Fratribus Minimis ſeruari inſtit.

§. 9. Regulam quoque, ſeu modum viuendi Tertiariorum huiuſmodi per quaſcumque perſonas vtriuſque ſexus ſuſcipi poſſe, ac propria in Chriſto Regula, & modo viuendi ſalutari, & commodo amplecti, & obſeruari.

Tertiariorū quoque Regulam ſuſcipi poſſe decreuit.

§. 10. Ipſumque *Franciſcum de Paula* non tam religioſiſſimi Ordinis Minimorum huiuſmodi primarium Patrem, ac Inſtitutorem, quàm etiam priſcorum beatorum Patrum fideliſſimum imitatorem, ſuarumque laudabilium inſtitutionum diligentem innouatorem in perſonarum Ordinis Minimorum huiuſmodi præcipuum Patrem, ac Superiorem, & quamdiu viueret generalem Correctorem irrefragabiliter inſtituit, ac inſtitutum laudauit, & confirmauit.

B. Franciſcum dicti Ordinis noſtri Correctorem declarauit.

§. 11. Ac etiam conceſſit, & indulſit, quòd omnes, & ſinguli Ordinis Minimorum huiuſmodi Fratres præſentes, & futuri, qui ſingulis quadrageſimæ, & aliis cuiuſlibet anni ſtationum temporibus aliquam ipſorum Eccleſiam, vel aliam, in qua eos pro tempore cum obedientiæ merito fore contingeret, viſitarent, & inibi antè illius Altare maius quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam deuotè recitarent, omnes, ac ſingulas indulgentias, conſequerentur, & conſequi poſſent, quas temporibus huiuſmodi conſequuntur viſitantes Eccleſias ſtationum Vrbis, & alias extra illius muros pro ſtationibus deputatas. Quaſque fratres ipſi conſequerentur, & conſequi poſſent, ſi Eccleſias ſtationum huiuſmodi temporibus perſonaliter viſitarent.

Indulgentias Ordini conceſſit. Sed hodie vacant per cōſtit. Pauli V. infrà.

§. 12. Inſtituit etiam, atque ordinauit ob ſanctæ vitæ quadrageſimalis obſeruantiam, quòd ſi qui deuotionis gratia, vel pietatis intuitu perpetuas, aut temporales eleëmoſynas, Eccleſiæ, pauperumque Fratrū Minimorum huiuſmodi neceſſitatibus ſubleuandis piè legare vellent, liceret ipſis Fratribus Minimis, à promiſſæ paupertatis perfectione, puritatéque non recedendo, perpetuas, & temporales eleëmoſynas huiuſmodi, vtenſilia quoque, ac oblationes quaſcumque, cuiuſcumque etiam ſpeciei exiſterent, ſeu exiſtere poſſent, quarum tamen

Bona omnia piè elargita retinēdi facultatē cōceſſit, ſub prohibitione tamen, quòd in iudicio non reperantur.

1506. dominium, ius, & proprietatem idem Alexander prædeceſſor penes ſe, ac Eccleſiam Romanam tunc penitùs retinuit, nudo dumtaxat illarum vſu Fratribus Minimis huiuſmodi relicto, per ſuos, ac præfatæ Sedis, & eiuſdem Ordinis Minimorum Procuratores (ad hoc prouida cura, paternaque beneuolentia deputandos) ſuo, & dictæ Romanæ Eccleſiæ nomine ad ſe recipere. Ipſique Procuratores eleëmoſynas huiuſmodi Fratribus ipſis Minimis per ſe, vel per alios, iuxta piam largientium deuotionem, & intentionem, ſuamque conſtitutionem huiuſmodi fideliter diſtribuere, ſeu diſtribui facere deberent. Laudauit etiam, & approbauit, quòd vbi perpetuæ, vel temporales eleëmoſynæ huiuſmodi Fratribus ipſis Minimis legarentur, tunc Ciuitatis, Villæ, Caſtri, Oppidi, ſeu Vici, vbi Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi loca paſſim habere contingeret, Rectores, Scabini, Præſides, Conſules, Electi, Iurati, aut Domini de conſilio, vel alij officiarij quouis nomine nuncupati, in primis vnũ, vel plures recollectores eleëmoſynarum huiuſmodi, quæ Fratribus ipſis Minimis iuxta piam largientium intentionem haberent diſtribui per miniſterium oblatorum dicti Ordinis Minimorum, vel amicorum ſpiritualium, per Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi pro tempore conuentualiter electorum, qui (dum opus foret) deponi, & innouari poſſent, deputare. Ac de locis, & domibus, quæ Ordini Minimorum huiuſmodi, ac illius perſonis, & fratribus per quoſcumque Chriſti fideles vbilibet concederentur, pro Fratribus Minimis vnum inſtrumentum publicum, vel plura confici facere, ac eleëmoſynarum huiuſmodi ſpecialem curam, & ſollicitudinem habere deberent. Quodque Fratres ipſi Minimi ſuper eleëmoſynis huiuſmodi nullatenus cum aliquo in iudicio, vel extra illud contendere, ſed potiùs, vt veri pacis filij, & amatores, Rectoribus, Præſidibus, Scabinis, Iuratis, & Conſulibus, cæteriſque officiariis Prælatis illarum curam relinquere, ac ſine aliqua contentione in Domino (qui non derelinquit ſperantes in ſe) fiducialiter reponere, ac oſtiatim mendicare haberent. Poſſent tamen Fratres ipſi præfatos Dominos de conſilio, & politiæ Gubernatores, cæteroſque officiarios ad eleëmoſynas huiuſmodi colligendas deputatos, ſeu deputandos, benignè monere, vt eis legatas eleëmoſynas huiuſmodi pro animarum ſuarum exoneratione, animarumque dictorum legantium ſalute, iuxta piam legantium huiuſmodi deliberationem, & intentionem, ſibi fideliter impenderent. Quódque eleëmoſynæ huiuſmodi ſcripto redigi, & Fratribus ipſis Minimis capitulariter declarari, ac ſcripto taliter redactæ, ſeu redigendæ, infra cuiuſlibet Conuentus Ordinis Minimorum huiuſmodi quamlibet conuentualem arcam quatuor clauaturis claudendam reponi; ac per Ordinis Minimorum huiuſmodi Oblatorum, vel amicorum ſpiritualium miniſterium in Ordinis huiuſmodi Eccleſiarum, & fratrum vſus conuerti; & poſtquam Fratribus ipſis Minimis de ſibi requiſitis veſtimentis, ac vitæ neceſſariis, cæteriſque præinſertis rationabiliter prouiſum foret, ſi adhuc ex perpetuis, vel temporalibus eleëmoſynis huiuſmodi aliquæ ſupereſſent, illæ charitatiuè per Rectores, Scabinos, Conſules, Electos, cæteroſque officiarios præfatos de Capituli localis ſcientia, & conſenſu in pias cauſas erogari deberent: &, ipſis Fratribus Minimis, ac eorum Eccleſiis (vt præfertur) competenter prouiſo, perpetuas, aut temporales eleëmoſynas huiuſmodi vllatenus procurare, vel iam procuratas augere eis minimè liceret; ſi tamen illæ Fratribus ipſis Minimis vltrò largirentur, illarum cenſus per Rectores, Scabinos, Iuratos, & Electos, cæteroſque officiarios præfatos in pias cauſas ſimiliter diſtribui deberent. Ipſique Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi in qualibet ipſorum Eccleſia tam conſtructa, quàm conſtruenda cippum, ſeu truncum ad quotidianas deuotorum eleëmoſynas commodè reponendas vtique habere poſſent.

1506.

Hic Pontifex per aliã eius bullam, facultatem conceſſit P. N cõdendi ſtatuta, vt ſuprà.

§. 13. Et deinde pro parte præfati *Franciſci de Paula* nobis expoſito, quòd licet olim per præfatum *Alexandrum* prædeceſſorem Fratrum Ordinis Minimorum huiuſmodi Regula approbata, & per eum, ac Sedem prædictam confirmata fuiſſet, tamen pro ſalubriori dictæ Regulæ conſeruatione, ac vt illa meliùs,

1506. liùs, & faciliùs ab eius professoribus tunc, & pro tempore in dicto Ordine degentibus obseruari posset, cupiebat idem *Franciscus de Paula* nonnullas ordinationes, & statuta salubria facere, quæ Fratres dictum Ordinem Minimorum professi seruare, & secundùm quæ contra illa venientes, seu facientes, licet aliàs peccatum (secundùm præcepta Ecclesiæ) committere non viderentur, pœna corporali, seu temporali in eisdem statutis contenta per eorum Superiores puniri valerent. Quôdque licet aliàs per *Sixtum*, *Innocentium*, ac *Alexandrum* prædecessores præfatos eisdem Fratribus Minimis, quòd omnibus, & singulis priuilegiis, gratiis, indultis, immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus, quibus quatuor Mendicantium Ordines, ac illorum personæ vtebantur. & gaudebant seu vti, & gaudere poterant, in futurum vti, & gaudere valerent, concessum, ac indultum fuisset. Nihilominùs tamen eo quod dicti Fratres Minimi priuilegia, & indulta huiusmodi originaliter non habebant, ac de illis fidem facere non poterant, & etiam quia illa per nos adhuc confirmata non fuerant, aliqui partim scrupulosa conscientia, & partim inuidia moti, Fratres Minimos huiusmodi eisdem priuilegiis, & gratiis gaudere non debere asserebant, quo fiebat vt ipsi Fratres Minimi eisdē priuilegiis, & indultis vti posse non sperabant, nisi eis per nos desuper opportunè prouideretur. Nos per reliquas nostras literas eidem *Francisco de Paula* quascumque ordinationes, & statuta salubria, & honesta, sacris Canonibus non contraria, in perpetuum valitura, quæ dicti Fratres Minimi seruare, ac secundùm quæ viuere tenerentur, & contra illa venientes, seu facientes, licet aliàs peccatum iuxta præcepta huiusmodi committere non viderentur, pœna corporali, seu temporali in eisdem statutis contenta per eorum Superiores mulctari possent, condendi, & faciendi plenam, & liberam præfata Apostolica auctoritate licentiam indulsimus, & facultatem. 1506.

§. 14. Ac omnia, & singula priuilegia, gratias, concessiones, immunitates, libertates, exemptiones, ac indulta prædicta, quibus præfati quatuor Mendicantium Ordines, & illorum personæ in genere vtebantur, potiebantur, & gaudebant, seu vti, potiri, & gaudere poterant quomodolibet in futurum, Ordini Minimorum, ac illius personis, & fratribus huiusmodi concessimus. Ac, vt illis Ordo Minimorum, & illius personæ, & fratres huiusmodi vterentur, potirentur, gauderent, ac vti, potiri, & gaudere liberè, ac licitè valerent, approbauimus, & nostri scripti patrocinijs communiuimus. Dictisque Fratribus Minimis, vt de dictis priuilegiis, & indultis fidem facere possent, quòd sumpta ex Camera Apostolica super singulis priuilegiis, concessionibus, gratiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, & indultis huiusmodi, præfatis quatuor Mendicantium Ordinibus per quoscumque Romanos Pontifices, & Sedem præfatam concessis, ac in posterum concedendis, habere, & illa, & literas Apostolicas, eas, & ea quomodolibet concernentia; necnon literas nostras huiusmodi per ipsius Cameræ Auditorem, & quoscumque iudices ordinarios ritè transumptari, & authenticari facere liberè, ac licitè valerent, & postquam transumptata, & authenticata forent, illis, ac nostris, & aliis literis huiusmodi super dictis priuilegiis, concessionibus, gratiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, & indultis ad instantiam quatuor Ordinum Mendicantium, & personarum, ac fratrum eorumdem, aut aliquorum ex eis iam ritè factis, & transumptatis, ea prorsus fides adhiberetur, vbicumque forent exhibita, vel ostensa, ac si nostræ etiam aliæ literæ huiusmodi tunc exhiberentur; ac priuilegia, concessiones, gratiæ, immunitates, libertates, exemptiones, & indulta præfata Ordini Minimorum, ac illius personis, & fratribus huiusmodi concessa, & in eis Ordo Minimorum, ac illius fratres, & personæ huiusmodi specialiter, & nominatim expressæ fuissent, ac si pro eis principaliter emanassent.

Priuilegia quatuor Ordinum Mendicantium communicauit.

§. 15. Quodque de cætero famuli domorum Ordinis Minimorum huiusmodi, necnon cæteri eiusdem Ordinis habitum portantes, & in articulo mortis in dictis domibus sepulturam eligentes, omnibus, & singulis priuilegiis Ordini

Dict. q. priuilegia portantes habuerit, & famulos, ac eligentes sepulturam in domib' nostris extendit.

1506. Minimorum huiusmodi quomodolibet concessis, gaudere liberè, ac licitè valerent, indulsimus. 1506.

Quòd Fratres possent 22. ætatis suæ anno Ordinem presbyteratus sumere. Molestantes nostros Fratres, vel eorum bona excommunicant. Vide supra in Const Pyrrhi. n 31 § 7

§. 16. Ac quòd Fratres Ordinis Minimorum huiusmodi in vigesimo secundo suæ ætatis anno tunc, & pro tempore constituti, ad presbyteratus ordinem, aliàs tamen ritè, se promoueri facere liberè possent.

§. 17. Necnon omnes, & singulæ personæ cuiuscumque status, nobilitatis, & conditionis forent, quæ in causis eorumdem Fratrum Minimorum se immiscerent, aut in ipsos Fratres Minimos manus iniicerent violentas, vel aliàs eos molestarent, aut inquietarent, vel eorum bona auferrent, excommunicationis sententiam eo ipso incurrerent, prout aliis Fratribus Mendicantibus erat concessum.

Priuilegia Ordinis omnib' eius locis communicauit. Vide hic infrà, § 19. & Const. 3 Clem 7 § 2

§. 18. Ac omnia, & singula priuilegia, indulta, gratiæ, facultates, ac indulgentiæ vni, aut pluribus domibus dicti Ordinis Minimorum in genere per eumdem Sixtum prædecessorem concessa, & in posterum concedenda, omnibus, & singulis aliis domibus, & Fratribus Ordinis Minimorum huiusmodi essent, & intelligerentur esse concessa.

Prælatos Ordinis ornamẽta Ecclesiæ benedicere posse voluit.

§. 19. Quodque Generalis, necnon Prouinciales, & eorum Vicarij eiusdem Ordinis Minimorum corporalia, & alia ornamenta Ecclesiastica suorum locorum, ac domorum, præter calices, & patenas, benedicere valerent, concessimus, statuimus, & ordinauimus.

Noua loca construendi licentiã dedit, nullius Superioris obtenta licentia.

§. 20. Et successiuè pro parte præfati *Francisci de Paula* nobis etiam expósito, quòd licet olim *Sixtus*, & *Innocentius* prædecessores præfati *Francisco de Paula*, & aliis personis, ac Fratribus Ordinis Minimorum huiusmodi per eorum literas specialem facultatem concessissent recipiendi Ecclesias, Oratoria, & loca, cuiusuis etiam Superioris licentia minimè requisita, pro perpetuis vsu, & habitatione Fratrum dicti Ordinis Minimorum, & concessionis huiusmodi vigore à triennio citra, nonnulli Ordinis Minimorum huiusmodi Fratres in Diœcesi *Hispalensi* degentes, à dilecto filio nobili viro moderno Duce, & dilecta in Christo filia nobili muliere moderna Ducissa de *Medina cœli*, aliisque deuotis personis in dicta Diœcesi *Hispalensi* degentibus, certum locum eis oblatum recepissent, & inibi vnam domum cum Ecclesia, & aliis officinis necessariis sub inuocatione *S. Mariæ de Victoria*, *portus B. Mariæ*, Ducis, ac Ducissæ, & aliarum deuotarum personarum huiusmodi eleëmosynis adiuti construi, & ædificari fecissent, ac domum ipsam per biennium pacificè inhabitassent, die, noctuque Altissimo seruiendo inibi. Quia tamen tunc ab anno circa fratres ipsi in eadem domo habitantes, & Domino taliter seruientes per venerabilem Fratrem nostrum modernum Archiepiscopũ *Hispalensem*, & eius Officialem, impedimenta plurima habuerant, ita quòd ipse Officialis quibuscumq; Christi fidelibus sub pœna excommunicationis, ne ad Ecclesiam, & domum vltimò dictas pro audiendis eorumdem Fratrum Missis, & prædicationibus, deuotionis gratia confluerent, per suas certi tenoris literas valuas dictæ Ecclesiæ affixas prohibuerat, dictisque Fratribus impedimenta, & incommoda plurima intulerat, ita etiam quod præfatus Archiepiscopus prædictam Ecclesiam *S. Mariæ de Victoria* benedicere, & consecrare noluerat, neque per alium benedici, seu consecrari permiserat. Nos *Francisco de Paula*, & aliis Fratribus Ordinis Minimorum huiusmodi omnia, & singula Oratoria, Ecclesias, domos, & loca eisdem *Francisco de Paula*, & Fratribus in posterum concedenda recipere, & illa, ac prædictam *de Victoria*, & alias domos, seu Ecclesias, loca, & Oratoria quæcumq; eatenus vbilibet recepta pro eorum perpetuis vsu, & habitatione vigore concessionis *Sixti*, & *Innocenty* prædecessorum prædictorum retinere, construere, & ædificare, seu construi facere, absque alia desuper facienda noua concessione Apostolica. Et quòd deinceps Ordinis Minimorum huiusmodi Conseruatores (quoties opus fuerit) eidẽ Ordini Minimorũ, ac illius personis, & fratribus in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, ne dictus Archiepiscopus, seu eius Officialis, aut alij quicũq; cuiuscumq; etiã nobilitatis, aut dignitatis existerent, Ordinis Minimorum huiusmodi Fratres, neq; in dicta Diœcesi *Hispalensi*, neque alibi in aliquo

1506. aliquo damnificare, moleſtare, perturbare, nec inquietare vllatenus auderent, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna inhibere poſſent. 1506.

§. 21. Quodque Ordinis Minimorum huiuſmodi fratres tunc, & pro tempore exiſtentes prædictam Eccleſiam *S. Mariæ de Victoria*, & generaliter omnes, & ſingulas alias eiuſdem Ordinis Minimorum Eccleſias, & Oratoria quæcumque recepta, & recipienda, nondum conſecratas, ſeu conſecrata, facta priùs requiſitione ab Epiſcopis locorum, eiſdémque recuſantibus, vel negligentibus, per quemliber alium Catholicum Epiſcopum gratiam, & communionem dictæ Sedis habentem conſecrari facere. Eccleſias Ordinis quilibet Epiſcopus conſecrare poteſt recuſante Ordinario.

§. 22. Ac quòd ipſius Ordinis Minimorum Generalis, & Vigiles, ac Prouinciales, eorumque vicegerentes, omnes, & ſingulas eiuſdem Ordinis Minimorum Eccleſias, Cœmeteria, Capitula, & Oratoria, tam in dicta Diœceſi *Hiſpalenſi*, quàm vbicumque receptas, ſeu recepta, & recipiendas, ſeu recipienda, ſolemni benedictione benedicere; ac etiam illas, ſeu illa, & earum quamlibet ſanguinis, ſiue ſeminis effuſione, ſiue aliàs quomodocumque polluras, ſiue polluta, quoties opus foret, aqua tamen priùs per aliquem Catholicum Antiſtitem (vt moris eſt) benedicta, reconciliare. Prælati Ordinis poſſunt Eccleſias benedicere & polluras reconciliare.

§. 23. Ac quòd alterius cuiuſuis Ordinis fratres quicumque in dicto Ordine Minimorum, etiam prius non petita, aut non eo, quo decet, modo petita licentia, iam recepti, abſque alia prouiſione Apoſtolica perpetuò in ipſo Ordine Minimorum ſtare, & permanere. Ac idoneum confeſſorem, qui eos à quacumque excommunicationis ſententia (quam propterea incurriſſent) Apoſtolica auctoritate abſolueret, ſecumque ſuper irregularitate eadem de cauſa contracta diſpenſaret, ſibi eligere poſſent. Fratres alterius Ordinis iam recepti permanent, & abſolui poſſint, ac diſpenſari.

§. 24 Quodque ſingulæ Ordinis Minimorum huiuſmodi Tutrices, prout ipſius Ordinis Fundatrices, & cum eorum vtriuſque ſexus liberis procreatis, & procreandis, omnibus, ac ſingulis eiuſdem Ordinis Minimorum priuilegiis, gratiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, indultis, conceſſionibus, & indulgentiis vti, potiri, & gaudere liberè, ac licitè valerent, licentiam, & facultatem conceſſimus pariter, & indulſimus. Priuilegia Ordinis Tutricibus, & Fundatricibus communicauit.

§. 25. Poſtmodum verò pro parte eiuſdem *Franciſci de Paula* ſimiliter nobis expoſito, quòd ipſe, poſtquam præfatus *Alexander* prædeceſſor *Sixti*, & *Innocentij* prædeceſſorum veſtigiis inhærendo, ſibi vt nonnulla ſui Ordinis Minimorum ſtatuta componere, ac illa in melius emendare poſſet, licentiam conceſſerat, vnà cum aliquibus eiuſdem Ordinis Minimorum patribus ſtatuta ipſa compoſuerat, ac illa in melius emendauerat, illaque Correctorium Fratrum Minimorum perpetuò nuncupari, & per eoſdem Fratres Minimos perpetuis futuris temporibus obſeruari, ac per nos benedici, approbari & confirmari deſiderabat. Nos per alias noſtras Correctorium ipſum, quod tunc diligenter inſpici, & de verbo ad verbum inſeri fecimus, approbauimus, & confirmauimus, ac noſtri ſcripti patrocinio communiuimus, illudque per omnes Ordinis Minimorum huiuſmodi fratres præſentes, ac futuros pro ſuo ſalubri Correctorio perpetuis futuris temporibus teneri, & obſeruari, ipſumque perpetuò *Correctorium Fratrum Ordinis Minimorum* dicti *Franciſci de Paula* nuncupari, ac intitulari debere decreuimus, & mandauimus. Correctorium cõfirmauit, & obſeruari mandauit, vt ſuprà.

§. 26. Succeſſiuè autem pro parte præfati *Franciſci de Paula* etiam nobis expoſito, quòd licet aliàs ipſe dictum Ordinem Minimorum inſtituiſſet, ac decem, ſecundùm quæ Fratres eiuſdem Ordinis; ſeptem verò, ſecundùm quæ vtriuſq; ſexus fideles Tertiarij nuncupati viuere deberent, capitula, Regulam, & modum viuendi concernentia edidiſſet, illaq; per prætatum *Alexandrum* prædeceſſorem de venerab. Fratrum ſuorũ S.R.E. Cardinalium conſilio (de quorum numero tunc eramus, licet abſentes) confirmari obtinuiſſet Quia tamen per illa Ordini Minimorum huiuſmodi, & illius perſonarum directioni non ſatis videbatur eſſe conſultum, idem *Franciſcus de Paula* cum nonnullis eiuſdem Ordinis fratribus, capitulis prædictis diligenter examinatis, ex nouis, & emergentibus cauſis nonnulla mutanda, ſeu moderanda, & emendanda fore proſpi- Tres Regulas, primam pro Fratribus, 2. pro Sororibus, 3 pro Tertiarijs editas confirmauit, & obſeruari inſſit. Hanc confir habes, ſupra.

1506. ciens, ea in melius moderauerat, mutauerat, emendauerat, & reformauerat: Ac Sororum eiuſdem Ordinis Regulam ad inſtar Regulæ Fratrum Minimorum huiuſmodi in decem capitulis redactam de nouo ediderat, & inſtituerat. Quibus ſic redactis, ampliatis, &, quæ ſuperflua erant, reſecatis, ac aliis de nouo editis, ipſe *Franciſcus de Paula* tres Regulas, & capitula huiuſmodi voluerat, & mandauerat per ſingulas dicti Ordinis Minimorum perſonas præſentes, & futuras, prout eis reſpectiuè adaptabantur, pro ſuis ſalutaribus Regulis perpetuis futuris temporibus teneri, & obſeruari, ac earumdem primam Fratrum Ordinis Minimorum velut anteà; 2. verò Sororum etiam dicti Ordinis Minimorũ; 3. autem vtriuſque ſexus fideliũ ſimiliter Ordinis Minimorum huiuſmodi Regulas irrefragabiliter appellari, ac per nos benedici, approbari, & confirmari cupiebat. Nos per reliquas noſtras, Regulas, ac ſtatuta, & ordinationes, necnon capitula huiuſmodi ſic mutata, moderata, ampliata, & reformata, quæ tunc diligenter inſpici, ac de verbo ad verbum inſeri fecimus, cum defectuum ſuppletione approbauimus, & confirmauimus; Ac pro potiori cautela ea omnia, quæ per *Franciſcum de Paula* ſtatuta, & ordinata, ac emendata fuerant, de nouo eiſdem modo, & forma ſtatuimus, & ordinauimus, ac voluimus, iuxta eorum ſeriem, & continentiam ab ipſorum profeſſoribus, qui tunc erant, & pro tempore eſſent, perpetuis futuris temporibus pro eorũ regularibus inſtitutis, prout ipſis reſpectiuè adaptabantur, inuiolabiliter obſeruari: Dictarumq; trium Regularum; primam Fratrum Ordinis Minimorum velut anteà; 2. verò Sororum etiam eiuſdem Ordinis Minimorum; 3. autem vtriuſque ſexus fidelium ſimiliter Ordinis Minimorum huiuſmodi Regulas, ipſumque Ordinem, Minimorum Ordinem perpetuò irrefragabiliter nuncupari. 1506.

Fratres moleſtabantur ſuper quadam Ordinis domo.

§. 27. Et deinde pro parte *Franciſci de Paula*, & aliorum Fratrum Ordinis Minimorum huiuſmodi nobis etiã expoſito, quòd licet olim præfatus *Sixtus* prædeceſſor eis conceſſiſſet, quòd in quocumq; loco, & Diœceſi Eccleſias, & Oratoria recipere poſſent, ac conceſſionis huiuſmodi vigore quamdam domũ dicti Ordinis Minimorum per dilectum filium modernum Dominum *de Rambures*, infrà limites Eccleſiæ *S. Vlfrani de Abbatiſuilla Ambianenſis* Diœceſis fundatam, & conſtructam, ac eiſdem *Franciſco de Paula*, & Fratribus pro eorum perpetuis vſu, & habitatione conceſſam recepiſſent, inibique per trienniũ, & vltrà vixiſſent, die, noctuque Domino famulantes, ac in humilitatis ſpiritu vota ſua perſoluentes; Quia tamen dilecti filij Decanus, & Capitulum dictæ Eccleſiæ *S. Vlfrani* prætextu quarumdam literarum piæ memoriæ *Vrbani* Papæ V. etiam prædeceſſoris noſtri eis conceſſarũ inhibuerat, ne aliqui Regulares, vel ſeculares infra fines Parochiæ dictæ Eccleſiæ *S. Vlfrani* poſſent Eccleſiã, vel Oratorium de nouo conſtruere ſine eorum conſenſu, & Diœceſani Epiſcopi licentia ſpeciali, (ſaluis tamen priuilegiis Pontificum Romanorum) *Franciſcum de Paula*, & Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi quo minùs præfatam domũ de *Abbatiſuilla* pacificè poſſidere valerẽt, diuerſimodè moleſtare præſumebant; ipſique, necnon tunc Rector parochialis *Eccleſiæ S. Ægidij*, etiam de *Abbatiſuilla* dictæ *Ambianenſis* Diœceſis, corpora defunctorum, qui apud Eccleſiam domus *Abbatiſuilla* huiuſmodi ſuam elegerant ſepulturam, ad eorum Eccleſias deferre, & in eis ſepelire non verebantur in animarũ ſuarum periculum, ac priuilegiorũ Ordinis Minimorum, ac illius perſonis, & fratribus huiuſmodi conceſſorum non modicum præiudicium, & grauamen. Nos venerabili Fratri noſtro moderno Epiſcopo Pariſienſi per reliquas noſtras in forma Breuis literas mandauimus, quatenus *Franciſco de Paula*, & aliis Fratribus Ordinis Minimorum huiuſmodi, quòd omnia, & ſingula Oratoria, Eccleſias, domos, & loca eis in poſterum concedenda recipere, ad dictam de *Abbatiſuilla*, & alias domos, ſeu Eccleſias, & Oratoria eatenus per eos recepta, pro eorum perpetuis vſu, & habitatione vigore conceſſionis *Sixti*, & *Innocentij* prædeceſſorum prædictorũ retinere, abſq; alia noua deſuper facienda conceſſione Apoſtolica poſſent, & valerent. Ac quòd ipſe Epiſcopus Pariſienſis dicti Ordinis Minimorum Conſeruator eſſet, & (quoties opus foret) Ordini Minimorũ, ac illius perſonis, & fratribus huiuſmodi

Vide ſupra in Conſtit. Pyrrhi.

1506. modi in præmiſſis effi cacis defenſionis præſidio aſſiſteret, & non permitteret, quòd Decanus, & Capitulum, aut eorum Officialis, aut Rector Eccleſiæ *S. Ægidij* huiuſmodi, aut alij quicumque cuiuſcumque etiam nobilitatis exiſterent; Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi, tam in dicta Diœceſi Ambianenſi, quàm alibi in aliquo damnificare, moleſtare, perturbare, aut inquietare vllatenus auderent; Quinimmò corpora quorumcumque defunctorũ, qui in Eccleſia domus de *Abbatiſuilla* huiuſmodi in eorum vita ſepeliri elegerant, cum relictis fratribus domus de Abbatiſuilla huiuſmodi factis, integraliter reſtituerent, nec ipſi, neque alij prædictos, & quoſcumque alios Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi de cætero ſuper ſepulturis, & corporibus illorum, qui in dictæ domus de *Abbatiſuilla*, & aliis eiuſdem Ordinis Minimorum Eccleſiis elegerint pro tempore ſepeliri, impedire præſumerent, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna inhiberet; Ac Eccleſias *S. Vulfrani*, & *S. Ægidij* huiuſmodi, necnon alias, ad quas corpora defunctorum, qui in dictæ domus de *Abbatiſuilla*, & aliis Ordinis Minimorum huiuſmodi Eccleſiis iuxta ordinationem ipſorum defunctorum ſepeliri deberent, deferrentur, Eccleſiaſtico ſupponeret interdicto. Necnon corpora ipſa eiſdem Fratribus Minimis in dicta de *Abbatiſuilla*, & aliis cæterarum domorum Ordinis Minimorum huiuſmodi Eccleſiis reſtituerent, præfata Apoſtolica auctoritate decerneret, ac deſuper ſtatueret, & ordinaret, prout in ſingulis literis prædictis pleniùs continetur. 1506.

B. Franciſcus expoſuit huic Pontifici contentiosas contra Ordinem motas ſuper ſolutione decimarum, & quarta funeralium.

§. 28. Cùm autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dicti *Franciſci de Paula* petitio continebat, à certo tempore citra quædam domus Sororum ſecundi Ordinis Minimorum huiuſmodi in Regno Hiſpaniæ cum Eccleſia, campanili, campana, dormitorio, hortis, hortaliciis, & aliis neceſſariis officinis conſtructa, & ædificata, ac per illius Sorores iam per triennium, vel circa inibi iuxta Regulam per præfatum *Franciſcum de Paula* pro eis inſtituram, aut ſaltem iuxta Regulæ huiuſmodi principaliora, ſanctè, ac laudabiliter viuentes, inhabitata fuerit; Et licet iuxta priuilegia, exemptiones, immunitates, & indulta quæcumque ſingulis Mendicantium Ordinibus, & eorum profeſſoribus, ac domibus, & eorum Eccleſiis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores, ac Sedem huiuſmodi quomodocumque conceſſa, ſit vnicuique liberum in Eccleſiis dictorum Ordinum ſuam eligere ſepulturam, ac Fratres Mendicantium Ordinum huiuſmodi de funeralibus quartam funeralem Rectoribus parochialium Eccleſiarum, in quarum Parochiis ſepulturam huiuſmodi eligentes degebant: Et de fructibus bonorum immobilium, quæ iuxta dicta priuilegia poſſidere, & tenere poſſunt, decimas, aut oblationes aliquas, etiam ex noualibus ſoluere minimè teneantur. Ipſorumque quatuor Mendicantium priuilegia ad Ordinem Minimorum huiuſmodi, ac illius profeſſores, & domos, ac eorum Eccleſias per præfatos prædeceſſores, ac Sedem prædictam extenſa, & ampliata fuerint, & propterea Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi dictis priuilegiis gaudere, & à quartæ funeralis, & decimarum prædictarum ſolutione immunes eſſe debeant. Et tamen nonnullæ Eccleſiaſticæ perſonæ (præſertim in partibus Gallicanis) contra priuilegia huiuſmodi venire non formidantes, *Franciſco de Paula*, & aliis Fratribus Ordinis Minimorum huiuſmodi ſuper his plurimas moleſtias, impedimenta, & incommoda inferre, aliquando etiam armata manu, per ſe, vel per alias perſonas, herbarum, & fructuum in hortis domorum Ordinis Minimorum huiuſmodi excreſcentium decimas violenter capere, atque exigere: Nonnumquam verò dum corpora defunctorum ad Eccleſias domorum Ordinis Minimorum huiuſmodi inhumanda cum intorciis, & aliis luminaribus deferuntur, intorcia, & luminaria huiuſmodi etiam in dictis Eccleſiis, & earum Cœmeteriis violenter etiam auferre, corpora ipſa ſic inhumanda etiam antè ipſorum inhumationem inibi ſine luminaribus relinquere, ac ſuper funeralibus, & decimis, necnon oblationibus Fratribus Ordinis Minimorum huiuſmodi factis plurima incommoda inferre præſumunt.

§. 29. Pro parte præfati *Franciſci de Paula* nobis fuit humiliter ſupplicatum,

1506. Supplicauit S P N. pro opportuno remedio.

vt ſibi, quòd dicti Ordinis Minimorum fratres pro tempore exiſtentes de hortis, ac virgultis, & aliis bonis, Ordinis Minimorum huiuſmodi domibus, & illarum Eccleſiis pro tempore relictis, ac ſuper luminaribus, & aliis rebus diuino cultui pro tempore dedicatis, decimas, aut oblationes aliquas, etiam ex noualibus, vel quartam ex funeralibus ſoluere minimè teneantur, nec ad id à quoquam quomodolibet valeant coarctari, concedere, & indulgere. Ac omnibus, & ſingulis, tam *Pyrrhi* Archiepiſcopi, quàm *Goffredi* Epiſcopi S. Marci, & *Sixti*, ac *Innocentij*, necnon *Alexandri* prædeceſſorum prædictorum, ac noſtris literis prædictis, necnon priuilegiis, indulgentiis, exemptionibus, libertatibus, indultis, facultatibus, immunitatibus, fauoribus, & gratiis quibuſcumque in eis conceſſis, ſub quouis nomine, ac titulo Ordini Minimorum huiuſmodi, ac illius perſonis, & domibus quomodolibet conceſſis, robur Apoſtolicæ approbationis adiicere, illaque omnia, & ſingula, ac etiam nonnulla alia de nouo ad Ordinem Minimorum huiuſmodi, ac illius perſonas, & fratres, ac eorum Eccleſias, & domos conſtructas, & conſtruendas ſub Minimorum nomine: Necnon & ad dictam iam conſtructam, & ad omnes alias Eccleſias, & domos Sororum Ordinis Minimorum vbilibet conſtruendas, & ædificandas extendere, & ampliare, ac aliàs Ordini Minimorum huiuſmodi in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Hic Pontifex omnia priuilegia Ordinis cõfirmat, & extendit ad omnes domos, tam cõſtructas, quàm conſtruendas.

§. 30. Nos igitur, qui regularem obſeruantiam in locis religioſis vigere, & augeri, ac religioſarum perſonarum, præſertim ſub humili habitu in humilitatis ſpiritu Deo ſeruientium commodum, & tranquillitatem intenſis deſideramus affectibus, eumdem *Franciſcum de Paula* à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, *Pyrrhi* Archiepiſcopi, & *Goffredi* Epiſcopi S. Marci, ac *Sixti*, & *Innocentij*, necnon *Alexandri* prædeceſſorum prædictorum, ac noſtras præfatas literas, necnon omnia, & ſingula in eis contenta, auctoritate Apoſtolica præfata tenore præſentium approbamus, innouamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, illaque omnia, & ſingula *Franciſco de Paula*, & aliis Ordinis Minimorum huiuſmodi fratribus, & perſonis, ac illorum Eccleſiis, domibus, & locis conſtructis, & conſtruendis ſub Minimorum nomine, auctoritate, & tenore præmiſſis de nouo concedimus, & indulgemus.

Facultatem recipiendi quoſcumq; alios Religioſos concedit.

§. 31. Ac pro potiori cautela, omnia, & ſingula in dictis literis quomodolibet contenta, & quò ad hoc vt *Franciſcus de Paula*, & alij Ordinis Minimorum huiuſmodi fratres pro tempore exiſtentes, tam quatuor Mendicantium, quàm aliorum quorumcumque quantumcumque priuilegiatorum Ordinum quaſcumque religioſas perſonas ad ſe venientes, & habitum per eos geſtari ſolitum ſumere volentes, primitus verbo, vel ſcripto à ſuis immediatis Superioribus, per ſe, vel per interpoſitam perſonam petita licentia, quamuis non obtenta, ad Minimorum Ordinem, & habitum huiuſmodi recipere.

Confeſſiones que audiendi.

§. 32. Necnon confeſſiones quarumcumque perſonarum, tam religioſarum, quàm Eccleſiaſticarum, & ſecularium vbilibet audire, & , illis auditis, perſonas ipſas, & earum quamlibet iuxta formam, & tenorem priuilegij per præfatum *Sixtum* prædeceſſorem Ordini Minimorum huiuſmodi, ac illius perſonis, & fratribus dudum conceſſi, & confirmati, abſoluere, ac pœnitentiam ſalutarem illis iniungere valeant.

Exemptionem à decimis, & quartâ funeraliũ largitur.

§. 33. Necnon Ordinis Minimorum huiuſmodi Eccleſiæ, & Oratoria, domus, & loca, tam recepta, quàm recipienda, tamquam Sedis, & Eccleſiæ Romanæ huiuſmodi ſpecialia Oratoria, domus, & loca, cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis prorſus ab omni decimarum, & oblationum perſolutione, ſeu iuriſdictione perpetuò libera ſint, & eſſe cenſeantur; Ac ſub B. Petri & dictæ Sedis, & noſtra protectione immediatè ſubiaceant. Ipſiuſque Ordinis Minimorum fratres pro tempore exiſtentes de hortis, ac virgultis, & aliis quibuſcumque

1506. cumque bonis, Ordinis Minimorum domibus,& illarum Eccleſiis huiuſmodi pro tempore relictis, & legatis; ac ſuper luminaribus, & aliis rebus diuino cultui pro tempore dedicatis, decimas, aut oblationes aliquas, etiam ex nouali-bus, vel quartam ex funeralibus ſoluere minimè teneantur, nec ad id à quoquam cuiuſcumque nobilitatis, aut dignitatis exiſtat, valeant quomodolibet coarctari. 1506.

§. 34. Quodque Ordini Minimorum huiuſmodi, ac illius perſonis, & domibus per *Sixtum*, & *Innocentium* prædeceſſores prædictos ſub Eremitarum nomine dudum conceſſa priuilegia, ſub nouo nomine, mutatis in eis nominibus Eremitæ, ac Eremitarum in Minimi Minimorum, ac Eremitorij,& Eremitoriorum in domorum Ordinis Minimorum huiuſmodi nomina,cæteriſque ſingulis ad hunc effectum de neceſſitate mutandis, innouata & mutata ſint, & eſſe cenſeantur. Priuilegia data Ordini ſub nomine Eremitarũ, conceſſa eſſe Minimis declarat.

§. 35. Necnon ſuper omnibus, ac ſingulis maris magni, & aliis quibuſcumque bullis quatuor Mendicantium Ordinibus, & eorum cuilibet quomodocumque conceſſis, vnum, vel plura tranſumpta coniunctim, aut diuiſim facere queant,perinde ac ſi illa, mutatis in eis nominibus quotumcumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum,& ipſorum Mendicantium,in noſtrum, & Fratrum Ordinis Minimorum huiuſmodi nomina, cæteriſque ſingulis ad hunc effectum de neceſſitate mutandis, conceſſa forent; Ac quòd tranſumptum, ſeu tranſumpta huiuſmodi taliter facta, & manu alicuius Notarij publici ſubſcripta, ac ſigillo alicuius Prælati Eccleſiaſtici ſigillata, Ordini Minimorum huiuſmodi, ac illius perſonis, & fratribus pro tempore exiſtentibus adeò vbique locorum ſuffragentur, ac ſi ſingulæ prædictæ bullæ, præfatis quatuor Mendicantiũ Ordinibus per quoſcumque prædeceſſores prædictos quomodolibet conceſſæ, quas hîc pro expreſſis, & inſertis haberi volumus, Fratribus ipſis Minimis, & eorum Ordini præfato,etiam ſub Minimorum nomine ſpecialiter, & expreſsè indultæ fuiſſent, ac pro eis principaliter emanaſſent. Omnes gratias quatuor Ordinum Mendicantium noſtro Ordini conceſſas eſſe decernit. Nota bene hoc priuilegiũ, quia eo multos parum doctos confundes.

§. 36. Quodque *S. Trinitatis* tunc ad Eccleſiam *S. Stephani Gienuni*, & aliam *S. Rochi*, tunc etiam ad Monaſterium *S. Saturnini Tholoſani* Ordinis S. Auguſtini pleno iure ſpectantes Eccleſias, ac illarum domos, necnon reliquam *S. Blaſij*, per dilectam in Chriſto filiam nobilem mulierem modernam Dominam *de Bourbon*, ac venerabilem Fratrem noſtrum modernum Epiſcopum *Gratianopolitanum*, etiam tunc dicti Monaſterij Abbatem. Necnon omnia, & ſingula alia Oratoria, Eccleſias, reliquas domos, loca, Cõuentus, & bona in *Gallia*, *Calabria*, *Sicilia*, *Hiſpania*, *Bohemia*, & aliis Regnis, ac *Italia*, *Picardia*, *Aquitania*, *Patrimonij*, *Paulenſis*, & *Paterna*, aliiſque Prouinciis, Ciuitatibus, & locis quibuſcumque, Ordini Minimorum, ac illius perſonis, & fratribus, & præfatis quomodocumque conceſſa, & per *Franciſcum de Paula* & alios Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi vigore priuilegij *Sixti* prædeceſſoris prædicti recepta, & per eos eatenus poſſeſſa, abſque alia noua conceſſione Apoſtolica perpetuò pacificè poſſidere valeant, ac ſuper illis, aut aliquo eorum à quoquam moleſtari nequeant. Ordinem ſuper eius Conuentibus moleſtari prohibet.

§. 37. Et quòd Fratres ipſi Minimi in eorum Eccleſiis conſtructis, & conſtruendis, curialibus, mercatoribus, peregrinis, ac tranſeuntibus, & aliis quibuſuis perſonis Euchariſtiæ Sacramentum (quoties opus fuerit) miniſtrare ac miniſtrari facere. Confluentibus ad noſtras Eccleſias Sacramenta miniſtrari indulget.

§. 38. Necnon eiuſdem Ordinis Minimorum apoſtatas, & gyrouagos quoſcumque vbilibet repertos, & quibuſcumque literis, ac prouiſionibus Apoſtolicis, etiam quaſcumque derogatoriarum derogatorias clauſulas in ſe continentibus munitos, quas eis nullatenus ſuffragari poſſe decernimus, inuocato etiam ad id (quatenus opus fuerit) auxilio brachij ſeculàris, capere, incarcerare, ac punire, ſeu capi, incarcerari, aut puniri facere liberè, ac licitè valeant. Apoſtatas omnes poſſe capere vbilibet concedit.

§. 39. Et præfati Ordinis Minimorum Fratres, Sorores, & Oblati, necnon vtriuſque ſexus Chriſti fideles tertij Ordinis Minimorum huiuſmodi, ac eiuſdem Ordinis Conſeruatores per Fratres Minimos huiuſmodi pro tempore Indulgentias elargitur.

1505. capitulariter electi, ac Tutores, & Tutrices, Fundatores, & Fundatrices, Procuratores, & Procuratrices, ac eorum vtriusque sexus liberi procreati, & procreandi, semel in vita, & ita in morte sibi, ac quæcumque personæ in dicto Ordine Minimorum de cætero recipiendæ, in earum ingressu plenariam omnium peccatorum suorum veniam, & indulgentiam consequi, ac quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam recitando, omnes, ac singulas indulgentias, quas diebus indulgentiarum omniũ Ecclesiarum dictæ Vrbis, & extra illius muros pro stationibus deputatarum consequuntur, Ecclesias Vrbis, & extra muros huiusmodi visitantes, plenè, ac integrè consequantur, & consequi possint, ac si indulgentiarum huiusmodi diebus Ecclesias Vrbis, & extra muros huiusmodi, & earum quamlibet personaliter visitarent. 1506.

Sororibus etiam, & aliis prænominatis priuilegia Ordinis communicat.

§ 40. Ac tam prædicta iam constructa, quàm aliæ quæcumque Sororum secundi Ordinis Minimorum huiusmodi de cætero vbicumque construendæ, & ædificandæ domus, ac Ecclesiæ, omnésque prænominatæ personæ ad eumdem Ordinem Minimorum quomodolibet spectantes, omnibus, & singulis priuilegiis, immunitatibus, indulgentiis, facultatibus, libertatibus, indultis, exemptionibus, fauoribus, & gratiis Ordini Minimorum huiusmodi, ac illius fratribus, & domibus per præfatorum prædecessorum, ac nostras literas huiusmodi quomodolibet concessis vti, potiri, & gaudere liberè possint, & valeant, ac si illa omnia, & singula eis expressè concessa fuissent, auctoritate Apostolica, ac tenore præmissis de nouo indulgemus, extendimus, & ampliamus.

Contraria derogat.

§. 41. Non obstantibus sanctæ mem. *Innocentij IV.* contra exemptos, quæ incipit, Volentes, & *Bonifacij VIII.* quæ incipit, Cùm ex eo, ac *Clementis V.* quæ incipit, Religiosi; & *Alexandri IV.* quæ incipit, Vt Abbates, ac etiam quæ incipit, Viam ambitiosæ cupiditatis *Martini V.* Romanorum Pontificũ, etiam prædecessorum nostrorum, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, statutis quoque, & consuetudinibus. Necnon omnibus illis, quæ præfati prædecessores in suis, ac nos in nostris literis prædictis volumus non obstare, cæteriſque contrariis quibuscumque.

Trãsumptis fidem adhiberi iubet.

§. 42. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad quæcumque loca, vbi illæ necessariæ fuerint, deferre, volumus, & præfata Apostolica auctoritate decernimus, quòd earumdem præsentium transumptis, manu Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati Ecclesiastici munitis prorsus in iudicio, & extra fides plenaria adhibeatur, acj illis stetur in omnibus, & per omnia, sicut ipsis originalibus literis adhiberetur, & staretur, sicut si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Apponit pœnas.

§. 43. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Si quis autem, &c. Datum *Romæ* apud *S. Petrum*, anno Incarnationis Dominicæ 1506. quinto Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno 3.

CONSTITVTIO VI.

Est Mare magnum nostræ Religionis, in quo plurima nobis concedit.

1506. IVLIVS EPISCOP. SERVVS SERVORVM DEI.

Dilectis filiis *Francisco de Paula* Generali, & Prouincialibus Correctoribus, & vniuersis Fratribus Ordinis Minimorum.

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Proœmiũ.

VIrtute conspicuos sacri Ordinis vestri professores, qui contemplationi cœlestium feruenter inuigilant, & piæ vitæ studio sine intermissione desudant, decet per Apostolicæ circumspectionis auxilium sic prouidè dirigi, & sollicitè

Digitized by Google

1506. ſollicitè confoueri, vt alicuius prætextu calumniæ nullum internæ pacis excidium, nullumque religioſi ſtatus perferant detrimentum, ſed in his robur, & vigorem habeant, per quæ circa cultum diuini numinis deuotis, & quietis mentibus inualeſcant. 1506.

§. 1. Hinc eſt, quòd, cùm, ſicut nobis exponere curaſtis, tu fili generalis Corrector, & prædeceſſores tui, iuxta eiuſdem Ordinis conſuetudinem obſeruatam hactenus, & à Sede Apoſtolica toleratam, ſtatim poſtquam electi ſecundùm prædicti conſtitutiones Ordinis extitiſtis, fratrum ipſius curam geſſeritis, Correctoris officium plenè, ac liberè in omnibus exercentes, iidémque fratres vobis deuotè, & humiliter obedierint, & intenderint reuerenter; & in eadem Regula ſit expreſſum, vt generalis Corrector, qui pro tempore fuerit, à Correctoriatus officio amoueri valeat à Vigilibus, Prouincialibus, & aliis fratribus in generali Capitulo congregatis. Nos volentes ambiguitatis ſcrupulum in hac parte de veſtris cordibus amputare, ac Ordinem ipſum præfatæ Sedi immediatè ſubiectum, à Sede approbatum eadem, honeſtate floridum, præclarum ſcientia, & virtute fœcundum, priuilegio Apoſtolicæ gratiæ attollere ſingulari, veſtris ſupplicationibus inclinati, deuotioni veſtræ, vt ſucceſſores tui, fili generalis Corrector, qui erunt pro tempore, ſtatim poſtquam electi ſecundùm Regulam, & conſtitutiones fuerint ſupradictas, eo ipſo veri eiuſdem Ordinis generales Correctores ſint effecti, curam animarum fratrum ipſius Ordinis plenè habeant, liberéque gerant, ipſoſque fratres auctoritate propria ligare, ac ſoluere, necnon in eodem Ordine agere valeant, quæ ipſi, & præfati Ordinis definitores ad hoc electi, iuxta prædictas conſtitutiones, eidem Ordini, & fratribus ſecundùm Deum viderint expedire, aliáſque poſſint officium generalis Correctoris licitè in omnibus exercere, iidémque fratres tibi, Corrector, & ſucceſſoribus ipſis deuotè, ac humiliter obediant, & intendant.

Correctoris generalis auctoritas quæ ſit.

§. 2. Ac præfati ſucceſſores, & tu generalis Corrector, à prouincialibus Correctoribus, & Vigilibus, ſecundùm Regulam, & conſtitutiones ipſius Ordinis abſolui, & amoueri poſſitis auctoritate Apoſtolica indulgemus: Ratum habentes, & firmum quicquid ſuper præmiſſis per te, Generalis Corrector, dictoſque prædeceſſores fratres, & diſcretos factum, & obſeruatum eſt hactenus, conceſſa tibi exequendi officium Generalis Correctoris quo ad præmiſſa omnia libera facultate.

Generalis à quib' amoueri poſſit.

§. 3. In electionibus quoque Generalis, & prouincialium Correctorum, ipſius Ordinis Fratribus, qui debent electionem huiuſmodi celebrare, cùm eos frequenter de remotis partibus oporteat conuenire, tempus ſuper hoc à iure ſtatutum non currat, nec ipſi in hac parte iuris huiuſmodi regulis coarctentur.

Electoribus in remotis partibus degentibus non currit tempus à iure ſtatutum.

§. 4. Vigiles verò, Prouinciales, & Correctores locales, aut delegati Viſitatores, ſeu Vicegerentes, qui ſecundùm ſtatuta eiuſdem Ordinis per electionem, vel aliàs inſtituuntur, poſt ipſam inſtitutionem, ſeu prouiſionem de ipſis factam, curam animarum fratrum ſibi ſubditorum ipſius Ordinis habeant, ipſoſque ligare, ac ſoluere poſſint, iuxta ipſius Ordinis inſtituta.

Prælati ſtatim poſt electionem adminiſtrationem habẽt.

§. 5. Fratres autem de Ordine veſtro, quos ſecundùm conſtitutiones ipſius Ordinis Conuentibus veſtris deputandos duxeritis in Lectores, ſine cuiuſquam alterius licentia, liberè in domibus ipſius Ordinis legere, ac docere valeant in Theologica facultate; illis locis exceptis, in quibus viget ſtudium generale, ac etiam, quando in facultate ipſa docturus, vt magiſter ſolemniter incipere conſueuit.

Lectores in Theologia quando liberè legere poſſint.

§. 6. Et quia eiuſdem Ordinis fratres de locis ad loca ipſius Ordinis ſæpius tranſmittuntur, propter quod ſtabilem, & perpetuam in certis, & determinatis eiuſdem Ordinis domibus non faciunt manſionem, quia etiam bonos, & idoneos, & approbatos à vobis fratres facitis ad Ordines promoueri, liceat vobis ordinandos fratres eiuſdem Ordinis quibuſcumque malueritis Catholicis Pontificibus, communionem, & gratiam Sedis Apoſtolicæ habentibus

Sacri Ordines à quocumque Antiſtite ſuſcipiantur.

Digitized by Google

1506. præsentare, ipsisque Pontificibus præsentatos fratres sine qualibet examinatione per eosdem Pontifices facienda, & absque omni promissione, vel obligatione ipsorum ordinandorum fratrum ad Ordines promouere. 1506.

Missas in altari portatili celebrare possumus.

§. 7. In locis quoque in quibus degitis, liceat vobis habere Oratoria, in quibus cum Altari portatili possitis Missarum solemnia, & alia diuina Officia celebrare, ac etiam Ecclesiastica recipere Sacramenta.

Vide supra in constit. Pyrrhi, à nu. 27.

Morari possumus in terris interdictis, ibique necessaria vitæ deposcere.

§. 8. Et quia vos extremam patientes pro Christi nomine paupertatem, exhortationis piæ studio bonos ad potiora dirigitis, & errantes in rectitudinis semitam laudabiliter reuocatis, concedimus, vt in excommunicatorum terris liberè commorari, ac aliàs, & etiam quando per ipsos transire vos contigerit, necessaria vitæ deposcere, ac recipere valeatis, nisi id vobis fuerit interdictum.

Facultas Prælatorum Ordinis absoluendi fratres, & cum eis dispensandi super irregularitate, &c.

§. 9. Generalis quoque, & singuli Vigiles, ac Prouinciales, & Correctores, & eorum Vicarij in Prouinciis, & vigilantiis sibi commissis, prædictis fratribus constitutis ibidem, necnon & fratribus aliis eiusdem Ordinis interdum ad eos declinantibus vndecumque absolutione, & dispensatione indigentibus, siue priusquam intrauerint Ordinem, siue post, in casibus excesserint, pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut suspensionis incurrerint sententias, à iure, vel à iudice generaliter promulgatas, & huiusmodi sententiis innodati, aut in locis suppositis Ecclesiastico interdicto diuina Officia celebrantes, vel suscipientes Ordines, sic ligati notam irregularitatis incurrerint, absolutionis, & dispensationis beneficium valeant impartiri: Nisi adeò grauis, & enormis excessus fuerit, quòd sint ad eamdem Sedem meritò destinandi. Fratres etiam vestri, quos pro tempore vos Generalis, Vigiles, & Prouinciales, ac Correctores, necnon & vices vestras gerentes, in proprios habueritis confessores, absolutionis, & dispensationis beneficium vobis, cùm expedierit, valeant impertiri, iuxta formam concessionis super absolutione, ac dispensatione Fratrum eiusdem Ordinis superiùs vobis facta. Ad hæc volentibus vestro aggregari consortio, qui suspensionis, aut interdicti, vel excommunicationis sententiis, à iure, vel à iudice promulgatis generaliter sunt ligati, absolutionis beneficium, obseruata forma canonica, impartiri, ipsosque in fratres recipere, ac eos, qui post assumptum habitum, vel professionem emissam recognouerint se talibus in seculo fuisse sententiis innodatos, secundùm formam ipsam vos Generalis, Vigiles, & Prouinciales, & Correctores, ac vices vestras gerentes, valeatis absoluere, & cum irregularibus dispensare, si forsan talibus innodati sententiis, vel in locis interdicto suppositis diuina præsumpserint Officia celebrare, vel Ordines recipere; ita tamen, quòd si alicui ex huiusmodi eisdem sententiis propter debitum sint adstricti, satisfaciant, vt tenentur. Volumus autem nihilominus, quòd huiusmodi volentes vestro aggregari consortio, nisi mox, postquam fuerint absoluti, Ordinem vestrum intrauerint, etiamsi super hoc eis induciæ à Prælatis Ordinis eiusdem concedantur, eo ipso in pristinas sententias, à quibus eos taliter absolui contigerit, relabantur: cæterum vestra discretio cautè prouideat, vt Apostolicæ Sedis, Legatorum ipsius, & Ordinariorum locorum in absolutionibus huiusmodi scandalum euitetur.

Exemptio à cura Monialium, & aliis hic enarratis.

§. 10. Porrò quieti vestræ prouidere volentes, quòd per literas Apostolicæ Sedis, aut Legatorum, seu Subdelegatorum ipsius conueniri à quoquam minimè valeatis; & quòd ad pecuniam colligendam cogi non possitis inuiti per literas ipsius Sedis de cætero impetrandas: quodque nullus vestrum correctionis, seu visitationis, vel inquisitionis officium Monasteriis, vel Ecclesiis, seu quibuscumque personis impendere, vel ad cognitiones causarum, citationes partium, & denunciationes sententiarum, interdicti, vel excommunicationum procedere, aut recipere curam Monialium, seu Religiosarum quarumlibet personarum, illis dumtaxat exceptis, quæ in vestris Regula, vel constitutionibus continentur, aut, quæ fuerint de mandato Apostolicæ Sedis exceptæ, teneatur per literas Apostolicas impetratas, vel impetrandas in posterum, nisi huiusmodi Apostolicæ literæ de hoc indulto, & Ordine vestro expressam fecerint

Digitized by Google

1506. fecerint mentionem, auctoritate Apostolica vobis indulgemus. Concedimus etiam, vt ad visitanda aliqua Monasteria Monialium cuiuscumque Ordinis (illis exceptis, quæ, sicut præmittitur, in vestris Regula, vel constitutionibus continentur, aut quæ fuerint de mandato Apostolicæ Sedis excepta) vel ad audiendas confessiones earum compelli vllatenus non possitis: aut ad recipiendum commissiones causarum, seu sententiarum executiones, vel alia contingentia causas ipsas, per literas præfatæ Sedis, in quibus facta non fuerit de indulgentia huiusmodi mentio specialis, siue per Legatos, vel Delegatos ipsius. Nullus insuper Archiepiscopus, vel Episcopus, nec alius Prælatus Ecclesiasticus, vel eorum Vicarij, vel Officiales ad portandum, seu deferendum literas, vel exequendum, aut denuntiandum sententias contra Principes seculares, Communitates, Populos, seu quosque benefactores vestros, nullusque delegatus, vel ordinarius Iudex ad faciendum citationes, vel commissiones recipiendas, siue quòd sitis in causis aliquibus assessores, seu ad alia, lites, vel controuersias contingentia in causis, quæ coram ipsis tractantur, quemquam vestrum compellere valeant, siue prædictæ Sedis mandato, & licentia speciali, expressam faciente de hac indulgentia mentionem, nec quisquam vestrum patere, vel intendere teneatur super iis monitionibus, mandatis, aut iussionibus eorumdem, aut facere, vel implere, quod in hac parte duxerit iniungendum. 1506.

Fratres Ordinis non possint absque speciali mandato Papæ aliis deseruire, & seruientes ad Ordinem reuocari possint.

§. 11. Cæterùm Generalis, ac Prouinciales, Correctores, ac ipsorum Vicarij, illos ex fratribus, de quibus auctoritate literarum Sedis Apostolicæ, vel Legatorum ipsius, Archiepiscopis, & Episcopis, aliis quibuscumque prouisum extitit, vel in posterum contigerit prouideri, corrigere, ac etiam, non obstante conditione aliqua, possint ad suum Ordinem reuocare, nec per literas eiusdem Sedis, seu Legatorum ipsius iam obtentas, vel de cætero obtinendas, aliquos de Fratribus ipsius Ordinis præfatis Archiepiscopis, & Episcopis, aut aliis teneantur in socios deputare, nisi dictæ literæ Apostolicæ obtinendæ de indulto huiusmodi, & Ordine ipso expressam fecerint mentionem, & aliàs id honestati Ordinis, & illorum saluti viderint expedire. Nullus autem Legatus, nisi de latere nostro, missus auctoritate literarum Sedis Apostolicæ, specialem de hoc indulto, & Ordine vestro facientium mentionem, nullusque Prælatus, etiam Cardinalis Romanæ Ecclesiæ, nec aliqua persona religiosa, vel secularis, de Fratribus eiusdem Ordinis ad sua, seu Ecclesiæ negotia procuranda, vel secum manendum aliquos assumere valeat, nisi quos generalis, vel prouincialis Corrector ipsorum, tamquam idoneos, & discretos, sibi duxerint assignandos, quos etiam subiacere volumus Ordinis disciplinæ.

Generalis Correctoris auctoritas in fratres inquisitionis, aut verbi crucis prædicationi deputatos.

§. 12. Illos verò ipsius Ordinis fratres, qui ad prædicandum crucem, vel inquirendum contra prauitatem hæreticam, seu ad alia huiusmodi negotia, sint, vel fuerint vbicumque à Sede Apostolica deputati, tu fili Generalis Corrector, tuique successores remouere, seu reuocare, penitus transferre, ipsisque quòd supersedeant iniungere, aliosque substituere, cùm expedire videbitur, licitè, ac liberè valeatis, & in eos, si contrauenerint, censuram Ecclesiasticam exercere; ac quilibet Corrector Prouincialis, vel eius Vicarius eiusdem Ordinis id ipsum in sua Prouincia circa Fratres ipsius Ordinis, quibus ab eadem Sede similia contigerit in illa committi, facere possit, non obstantibus aliquibus literis, vel indulgentiis Apostolicis impetratis, vel etiam in posterum impetrandis, quæ de hoc non fecerint mentionem.

Fr. in discedentes ab Ordine post emissam professionem.

§. 13. Inhibemus quoque, ne quis post professionem in Ordine vestro factam, sine Generalis, vel sui Prouincialis licentia discedat ab ipso; discedentem verò absque cautione literarum alterius ipsorum, prætextu priuilegij alicuius Apostolicæ Sedis, nullus audeat retinere; quòd si forte retinere præsumpserit, vobis Generalis, & Prouincialis Correctores dumtaxat, & vestris, seu Prouinciarum Vicariis licitum sit ipsos discedentes fratres excommunicationis sententiam promulgare: detinentes verò eosdem secum, vel in Mona-

1506. steriis, aut Ecclesiis suis (nisi eos reiecerint, postquam eis denunciatum fuerit) excommunicationis sententiæ volumus subiacere, non obstante, quòd excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam de indulto huiusmodi mentionem. 1506.

A nostro Ordine nemo potest ad alium transire absque licentia Papæ.

§. 14. Si verò aliqui de Fratribus vestri Ordinis post obtentam licentiam à Sede prædicta, aut à nobis Religionem aliam transeundi, infra duos, vel tres menses se ad illam Religionem suæ saluti congruam non contulerint, & ipsius non susceperint habitum regularem, licitum sit vobis Generalis, ac Prouinciales Correctores, & vices vestras gerentibus contra ipsos, tamquam alios Ordinis vestri apostatas procedere, secundùm quod honestati ipsius Ordinis videritis expedire. Illud idem intelligi volumus de illis, qui post susceptionem habitus alterius Religionis infra tempus probationis, nulla professione facta, inde præsumpserint resilire, aut etiam si post professionem huiusmodi ad Religionem laxiorem, seu mitiorem Ordinem transierint, vel, quod absit, ad seculum reuertantur, volumus, vos contra ipsos rigorem vestri Ordinis exercere.

Apostatas possunt Prælati excommunicare.

§. 15. Apostatas quoque vestri Ordinis excommunicare, capere, ligare, incarcerare, & aliàs subdere disciplinæ rigori possitis per vos, ac etiam alios, in quocumque habitu eos contigerit inueniri, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

Expulsi ab Ordine prædicare, confessiones audire aut docere non possunt.

§. 16. Inhibemus etiam, ne fratres, quos ab Ordine vestro pro suis culpis per Generalem, seu Prouinciales Correctores, aut Vigiles expelli contigerit, vel qui egressi fuerint proprio suo motu, prædicare, confessiones audire, seu docere præsumant, nisi ad alium Ordinem, in quo licitè huiusmodi officia exercentur, transierint de vestra, vel dictorum Correctorum licentia speciali. Quòd si fortè ipsi contra huiusmodi inhibitionem nostram aliquod super præmissis temerè attentare præsumpserint, Prouinciales Correctores, & Vigiles, ac eorum Vicarij in illos, quos infra fines suarum Prouinciarum, iuxta consuetudinem Ordinis vestri, distractos inuenerint talia præsumentes, monitione præmissa, auctoritate nostra excommunicationis sententiam valeant promulgare.

Et ad alium Ordinem vt hic transire possint.

§. 17. Iectos autem de Ordine vestro, vel egressos, qui receptionne in eodem Ordine suis culpis exigentibus, reddiderunt se indignos, & alios fratres eiusdem Ordinis, ex rationabili causa ad quoscumque Ordines approbatos (præterquam ad B. Augustini Templariorum, Hospitaliorum, & aliorum Religiosorum arma portantium) ad vitandam occasionem euagandi, Generalis, vel Prouinciales Correctores cum suis testimonialibus literis auctoritate nostra licentiandi liberam habeant facultatem: Nos enim districtiùs inhibemus, ne tales ad alium Ordinem aliter transire, vel aliqui eos recipere, seu retinere præsumant, absque licentia speciali Sedis Apostolicæ faciente de hoc plenariam mentionem.

Prohibet quibuscumque Religiosis habitum consimilem.

§ 18. Inhibemus etiam, vt nulli, siue sit in Religionis Ordine, siue extra Ordinem constitutus, habitum vestrum, vel ita consimilem, quòd propterea Frater Minimus credi possit, deferre liceat, absque mandato Sedis Apostolicæ speciali; & vt dicta inhibitio maiorem consequatur effectum, statuimus, vt ij, qui habitum vestrum, vel illi prædicto modo consimilem deferre præsumpserint, ad deponendum ipsum per Diœcesanos locorum, cùm à vobis requisiti fuerint, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compellantur.

Exemptio à solutione decimarum.

§. 19. Cæterum cùm humilitas vestra sibi de latitudine orbis terræ nihil, præter domos, & hortos cum virgultis, ad simplicem tantummodo Fratrum vsum præmiorum obtentu cœlestium duxerit reseruandum, Nos piè volentes, quòd illorum fructus integrè vestræ pauperratis vsibus applicentur, vt de dictis hortis, & virgultis vestris nulli decimam teneamini exhibere, vobis auctoritate præsentium indulgemus, districtiùs inhibentes, ne quis à vobis de præmissis aliquid exigere, vel extorquere præsumat

§ 20. Quia

1506. §. 20. Quia verò nonnulli veſtræ Religionis habitum aſſumentes, diuerſis perſonis, quæ ſciri, & inueniri non poſſunt, aliqua bona interdum reſtituere tenentur, vobis Prouincialibus, Vigilibus, ac Vicariis prædictis concedimus, vt ſinguli veſtrum in locis ſibi commiſſis, bona ipſa in pios vſus conuertere valeant, prout ſecundùm Deum videbitur expedire.

1506. Ingredientes Ordinem bona incertorum dominorum poſſint portare.

§. 21. Sepulturam quoque in locis, Cœmeteriis, & Eccleſiis veſtris concedimus, & eam liberam eſſe cenſemus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint (niſi excommunicati, vel interdicti, aut etiam publicè vſurarij fuerint) nullus obſiſtat, ſalua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Sepultura in locis Ordinis eſt omnibus libera.

§. 22. Diſtrictiùs inhibentes, vt nulli Religioſi, vel ſeculares, vobis inuitis, aliquorum corpora defunctorum in veſtris Cœmeteriis ſepelire, aut in Eccleſiis veſtris Miſſarum ſolemnia, vel pro animabus eorum, qui ad loca veſtra tumulandi feruntur, ibidem exequias celebrare, ſine veſtro aſſenſu, aut voluntate præſumant.

Celebrari, nec mortui ſepeliri poſſunt in noſtris Conuentibus, inuitis fratribus.

§. 23. Et cùm generale interdictum fuerit, in Eccleſiis, & Oratoriis veſtris, & aliis quibuſcumque, vel cùm ad loca peruenerit Eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, clauſis ianuis, interdictis, & excommunicatis excluſis, non pulſatis campanis, & ſubmiſſa voce, liceat vobis celebrare diuina, & Eccleſiaſtica recipere Sacramenta, dummodò cauſam non dederitis interdicto, nec contingat vobis ſpecialiter interdici, neque Eccleſiæ, vel Oratoria ipſa fuerint ſpecialiter interdicta. His verò, qui in veſtris morantur obſequiis, cuncta liberè miniſtrare poteritis Eccleſiaſtica Sacramenta, & ipſos cùm deceſſerint in veſtris Oratoriis ſepelire. Si quando autem in terris, in quibus reſidetis, vel eorum perſonis, excommunicationis, ſeu interdicti ſententias contigerit promulgari, pueri veſtris ſeruitiis deputati, negotiorumque veſtrorum Procuratores, & operarij, qui in veſtris locis eorum operibus perſonaliter continuè inſtiterint, huiuſmodi ſententiis obnoxij minimè habeantur, ibique poſſint audire diuina, iuxta formam, quæ locis ipſis eo caſu à Sede Apoſtolica eſt conceſſa, niſi eidem cauſam dederint, vel excommunicari ſpecialiter, ſeu interdici contingat eoſdem.

Tempore interdicti quomodo fratres celebrare valeant.

§. 24. Inhibemus inſuper vniuerſis Fratribus veſtri Ordinis, ne aliquis eorum (niſi neceſſitatis vrgente articulo) aliis, quàm Prælatis ſuis peccata ſua confiteri præſumat, vel alius eiuſdem Ordinis Sacerdotibus ſecundùm Regulam, & ipſius Ordinis inſtituta.

Fratres confiteantur Prælatis Ordinis.

§. 25. Vniuerſis autem Eccleſiarum Prælatis, & aliis inhibemus confeſſiones veſtras, vobis inuitis, audire, vel compellere vos ad Synodos, ſeu conuocationes ſuas accedere, vel cum eis extrà Ciuitates, vel intra proceſſionaliter exire, aut ſuis conſtitutionibus ſubiacere, vel capitula, ſcrutinia, & inquiſitiones in locis veſtris, vel alibi de vobis facere, aut fidelitatem iuramento firmatam, annualem obedientiam à Prouincialibus, Vigilibus, & Correctoribus localibus veſtris exigere, aut de ipſorum inſtitutione, vel deſtitutione, ſiue de ſtatutis veſtri Ordinis ſe aliquatenus intromittere; ſeu prohibere, ne ad Ciuitates, vel Villas, vbi religiosè, ac honeſtè commorari poſſitis, à populis euocati audeatis accedere, ibique pro veſtris vſibus conſtruere ædificia, Eccleſias, ſeu Oratoria, aut in accedentes fratres, ſeu confluentes huiuſmodi, vel acceptatores ipſorum excommunicationis ſententias ferre præſumant.

Prælati Eccleſiaſtici non moleſtent fratres ſuper his expreſſis.

§. 26. Concedimus quoque vobis, vt de iis, quæ in ornamentis, vel pro eis, aut libris, fabrica, luminaribus, anniuerſario, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo, ſiue aliis, ad perpetuum cultum diuinum, ſeu pro pietantiis, aut victu ad ſuſtentationem veſtram, vel indumentis, necnon pro annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem aliquæ domus veſtri Ordinis obligatæ noſcuntur, vel de domibus prædictis, & hortis, aliiſque locis, vobis ſecundùm inſtituta veſtri Ordinis opportunis, aut de iis, quæ pro huiuſmodi domibus, prædiis, hortis, & locis emendis vobis legantur, dummodò præmiſſa non conuertantur in vſus alios, ſed in illos dumtaxat, pro quibus relinquuntur, aut alios etiam, qui in

Exemptio à ſolutione Canonicæ portionis de Ordini relictis.

1506. hac conceſſione, vel indulgentia continentur, nulli Canonicam portionem aliquam teneamini exhibere. Et ne quis à vobis, vel vltimarum executoribus voluntatum, ſeu decedentium hæredibus, de præmiſſis, aut de iis, quæ vobis in vltimis voluntatibus abſolutè legantur, vel aliàs pro veſtris neceſſitatibus conferuntur, aliquid exigere, vel extorquere præſumat diſtrictiùs inhibemus. 1506.

Fratres poſſunt loca Ordinis dimittere, &c.

§. 27. Ad hæc liceat Fratribus veſtri Ordinis, cùm de prioribus locis ſuis ad alia loca ſe transferunt, tam ædificia, ſeu omnem ædificiorum materiam locorum, quæ dimittunt, (dedicatis Eccleſiis dumtaxat exceptis,) libros, calices, & paramenta ſecum ad alia loca transferre; ac ædificia ipſa cum ſolo, & aliis ad eadem loca pertinentibus, præter Eccleſias, per perſonas, ad hoc à Sede Apoſtolica deputatas vendere, ipſorumque pretium in aliorum locorum, ad quæ dicti Fratres ſe transferunt, ædificationem, ſeu aliàs in eorum vtilitatem conuertere, ſecundùm quod melius videbitur expedire, cùm ipſa priora, & alia loca fratrum ad nos, & Apoſtolicam Sedem ſpecialiter, & immediatè pertinere noſcantur. Et ne aliqui Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, aut alij Eccleſiarum Prælati, ſeu quæuis alia perſona Eccleſiaſtica, vel ſecularis, prædicta loca, ſeu bona occupare, accipere, vel vſurpare, aut quoquo modo ſibi vendicare præſumant, abſque dictæ Sedis licentia ſpeciali, diſtrictiùs inhibemus.

Exemptio ab omni preſtatione, & onere.

§ 28. Indulgemus vobis, vt ad præſtationem procurationum Legatorum prædictæ Sedis, vel Nunciorum ipſius, ſeu Diœceſanorum locorum, aut exactionum, vel collectarum, ſeu ſubſidiorum, vel prouiſionum quarumcumque minimè teneamini, nec ad ea ſoluenda per literas dictæ Sedis, aut Legatorum, vel Nunciorum eiuſdem, ſeu Rectorum terrarum Eccleſiæ Romanæ impetratas, ſeu in poſterum impetrandas, cuiuſcumque tenoris fuerint, in perpetuum compelli poſſitis, niſi dictæ Sedis literæ impetrandæ plenam, & expreſſam de huiuſmodi indulto, & dicto Ordine fecerint mentionem.

Prælatorum Ordinis facultas abſoluendi fratres, & cum eis diſpenſandi.

§. 29. Præterea cum fel. recor. Gregorius XI. prædeceſſor in dictis ſuis literis Generali, Vigilibus, & Prouincialibus, necnon Correctoribus localibus, & eorum Vicariis abſoluendi Fratres eiuſdem Ordinis, ac etiam Fratribus dicti Ordinis, quos ipſi huiuſmodi Superiores habuerint pro tempore in confeſſores, abſoluendi ipſos Superiores ab exceſſibus, & cenſuris (niſi talia forent, propter quæ eſſent ad Sedem Apoſtolicam meritò deſtinandi) ac cum eis deſuper diſpenſandi licentiam conceſſerit, & propterea, qui ſint deſtinandi, perſæpe nouceturin dubium. Vt abſoluentium, & abſoluendorum, diſpenſantium & diſpenſatorum pro parte puritati conſcientiæ conſulamus, declaramus, hæreticos relapſos, ſchiſmaticos, & qui literas Apoſtolicas falſificaſſent, aut ad infideles prohibita detuliſſent, dumtaxat eſſe ad Sedem prædictam meritò deſtinandos, reliquis verò omnibus, etiam ſimoniæ qualitercumque irretitis, poſſe per illos, quibus inibi conceditur, abſolutionis beneficiũ & diſpenſationis, iuxta caſuum indigentiam, impartiri. Et vt dicti Ordinis profeſſoribus omnis vagandi tollatur occaſio, & ad Apoſtolicam Sedem recurrendi ſubtrahatur poſſe neceſſitas, omnibus Superioribus, & eorum Vicariis, defectũ natalium, ex adulterio, ſacrilegio, inceſtu, & quouis alio nefario, & illicito coitu prouenientem, patientibus, nec non cum his, qui ex quauis cauſa, præterquam homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis membrorũ, irregulares forent, diſpenſandi cum dicti Ordinis Minimorum profeſſoribus, poſtquam ipſum Ordinem profeſſi fuerint, vt defectu, & irregularitate huiuſmodi non obſtante, irregulares ipſi ad quoſcumq; etiam ſacros Ordines promoueri, & in illis etiã altaris myſterio miniſtrare, & tam ipſi irregulares, quàm defectum natalium patientes, ad quaſcumque adminiſtrationes, & officia eligi, recipi, & aſſumi, illaq; gerere, & exercere liberè, & licitè valeant, motu, ſcientia, & auctoritate prædictis concedimus per præſentes.

Exemptio à decimis, etiã Papalibus.

§. 30. Indultum verò prædeceſſoris de decimis non ſoluendis, ad quæcumque bona dictorum fratrum, & quaſcumque decimas, etiam quas vulgus Papales appellant, & Apoſtolica Sedes pro Chriſtianæ fidei defenſione, aut aliis

imminentibus

1506. imminentibus perſæpè neceſſitatibus indicit, & quæcumque alia onera, motu, & ſcientia prædictis extendimus. Decernentes, fratres ipſos Minimos, etiamſi per quoſcumque exemptos, etiam Mendicantes ſolui mandarentur, cum quibuſuis derogatoriis, & fortioribus clauſulis, ad illarum ſolutionem ceſſando, cenſuras, & pœnas aliquas non incurrere; niſi præſentibus noſtris, non per generales, aut alias clauſulas, etiam ſpecialem mentionem importantes, ſit derogatum ſpecificè, eorum de verbo ad verbum inſerto tenore. 1506.

§. 31. Cæterùm cùm fel. rec. Innocentius Papa IV. prædeceſſor noſter, olim duxerit ſtatuendum, vt exempti quantacumque gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, ſeu contractus, aut rei, de qua contra ipſos agitur, ritè poſſint coram locorum Ordinariis conueniri, & illi quo ad hoc ſuam in ipſos iuriſdictionem, pro vt ius exigit, exercere. Nos vobis (vt occaſione conſtitutionis huiuſmodi, nullum libertatibus, & immunitatibus, vobis, & Ordini veſtro per priuilegia, & indulgentias ab Apoſtolica Sede conceſsis, aut in poſterum concedendis præiudicium generetur) auctoritate præſentium indulgemus, decernentes, vos, ſeu perſonas veſtri Ordinis in prædictis caſibus Ordinariis ipſis minimè ſubiacere. Decernimus ergo irritum quicquid contra tenorem conceſsionum, & inhibitionum huiuſmodi per quoſcumque fuerit attentatum, & interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, ſi quas contra conceſsiones, conſtitutiones, & inhibitiones eaſdem, in vos, vel veſtrum aliquos, aut loca veſtra, ſeu benefactores veſtros, vel executores, aut hæredes prædictos, in poſterum promulgari contigerit, penitus non tenere.

Exemptio à iuriſdictione Ordinariorum. Cap. Volentes, de priu. in 6.

§. 32. Et quia Bonifacius VIII. prædeceſſor noſter olim ad augmentum continuum Religionum, & Ordinum, quos Romana ſuſcepit, & approbauit Eccleſia, paternis ſtudiis intendit, & conſiderauit attentiùs, quòd non intermiſſa ſedulitas diſciplinæ Religiones, & Ordines ſupradictos, ſtatuſque regulares ſalubriter dirigit, & conſeruat, quodque ſi eam perire, vel remitti contigerit, Ordo quilibet collabi neceſſariò cogeretur. Penſando etiam, quòd ſi regularium perſonarum correctio rimas iuris, & apices ſequeretur, huiuſmodi rigor lenteſceret, ac multiplicata laxatione torperet. Nos auctoritate Apoſtolica vobis indulgemus, vt ad correctiones, & punitiones fratrum veſtri Ordinis delinquentium infligendas, Generalis, Vigiles, & Prouinciales, necnon Correctores locales, & eorum Vicegerentes, ad quos eadem ſpectare noſcuntur (rimulis, & apicibus ipſis poſtpoſitis) liberè procedere valeant ſecundùm conſuetudines approbatas, & generalia, facta, & etiam facienda ipſius Ordinis inſtituta. Nec volumus eiſdem licere fratribus, ab eiſdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare, prouida in hoc deliberatione, ac maturitate debita obſeruatis.

Facultas Prælatorum Ordinis coercendi fratres iuxta eius ordinationes, appellatione remota.

§. 33. Quodque Fratres, & Sorores, ac Gubernatores præfati, ratione domorum, locorum, ac Monaſteriorum prædictorum, aut quorumcumque aliorum bonorum, aut poſſeſſionum, quæ in præſentiarum habent, & iuſtis modis, præſtante Domino, habebunt in futurum, ſeu alia quauis occaſione, decimam, vel aliam petitionem, aut annuos redditus, ſeu cenſum, vel procurationem aliquam, vel aliam ſubuentionem, Legatis, vel Nunciis dictæ Sedis, aut Ordinariis locorum, vel aliis quibuſcumque, aut pedagia, vel telonia, & alias exactiones, quibuſuis Regibus, ſeu aliis perſonis Eccleſiaſticis, ſeu ſecularibus dare, & ſoluere minimè teneantur. Nec ad illud compelli poſſint, vel ſuper hoc aliàs à quoquam quomodolibet conueniri per literas Sedis prædictæ, aut Legatorum, vel Delegatorum, ſeu Nunciorum ipſius, aut Diœceſanorum locorum, vel Rectorum terrarum Eccleſiæ Romanæ, aut quorumcumque aliorum, etiamſi in eiuſdem Sedis literis contineatur expreſsè, quòd ad quæuis exempta, vel non exempta loca, ſeu Monaſteria ſe extendant, & aliqua eis, cuiuſcumque tenoris exiſtat, ipſius Sedis indulgentia non obſiſtat, niſi forſan dictæ literæ Apoſtolicæ de dicto Ordine, & præſentibus, de verbo ad verbum, ac etiam Monaſteriis, locis, & domibus, ipſorumque Rectoribus, ac Gubernatoribus, & perſonis prædictis, plenam, & expreſſam, ac etiam

Exemptio à gabellis, & impoſitionibus.

1507. ſpecialiter, & nominaliter fecerint mentionem. 1506.

Derogatio contrariorum. §. 34. Fel. recor. Innocentij Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis, legibus imperialibus, ſtatutis, & conſuetudinibus, per quæ præmiſſa poſſent quomodolibet infringi, vel impediri, & aliis in contrarium editis non obſtantibus quibuſcumque Nos enim quaſlibet excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti ſententias, & quoſcumque proceſſus, quaſuis pœnas, ſententias continentes, quas, & quos contra Generalem, Fratres, & Sorores, domos, Monaſteria, perſonas, & alia ſupradicta, contra tenorem, & formam præſentium, & exemptionis huiuſmodi promulgari, & haberi contigerit, irritas decernimus penitus, & inanes. Nulli ergo, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, quinto Kalendas Auguſti, 1506. Pontificatus noſtri anno tertio.

CONSTITVTIO VII.

Declarat irrita pacta facta abſque Generalis, vel Capituli Generalis, & quæ ſint perſonæ fruentes priuilegiis Fratrum, denique quæ ſit Conſeruatorum poteſtas.

1507. IVLIVS PAPA II.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Granaten. & Epiſcopo Malagiñ. ac dilecto filio Vicario in Epiſcop. Malagiñ. in ſpiritualibus generali,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Inſtituerat hic Pontifex per alias literas. Conſeruatorem Epiſcopum Pariſienſem. §. 1. ALiàs venerabilem Fratrem Epiſcopum *Pariſienſem* Conſeruatorem Ordinis Minimorum deputauimus, eique mandauimus, quatenus, quoties opus foret, dicto Ordini, & illius perſonis, & fratribus aſſiſteret, & non permitteret, quòd Decanus, & Capitulum Eccleſiæ *S. Vlfrani*, & eorum Officiales, ac Rector Parochialis Eccleſiæ *S. Ægidij* de *Abbatiſuilla Ambianenſis* Diœceſis, & alij quicumque cuiuſcumque dignitatis forent, tam in dicta Diœceſi, quàm alibi, in aliquo dãnificare, moleſtare, perturbare, aut inquietare vllatenus auderent, quinimmo corpora defunctorum quorumcumque qui in Eccleſia domus de *Abbatiſuilla* in eorum vita ſepeliri elegerant, ſeu qui in poſterum eligerent, cum relictis fratribus ipſius domus de *Abbatiſuilla*, fratribus integraliter reſtituerent; nec ipſi, nec alij prædictos, & quoſcumque alios fratres dicti Ordinis de cætero ſuper ſepulturis, & corporibus illorum, qui in dictæ domus de *Abbatiſuilla*, & aliis eiuſdem Ordinis Eccleſiis ſepeliri eligerent pro tempore, impedire præſumerent, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna inhiberet, ac *S. Vlfrani*, & *S. Ægidij* Eccleſias, necnon alias, ad quas corpora defunctorum, qui in dicta de *Abbatiſuilla*, & aliis cæterarum domorum Ordinis huiuſmodi Eccleſiis ſepeliri deberent, deferrentur, interdiceret, ac deſuper ſtatueret, & ordinaret, prout de iure foret faciendum.

Inſtituerat per alias literas Epiſcopum Pariſienſem, & Archiepiſcopum Turonenſem Commiſſarios pro exequendis literis, &c. §. 2. Et deinde pro parte dilecti filij *Franciſci de Paula*, dicti Ordinis Inſtitutoris nobis expoſito, quòd Fratres Ordinis Minimorum potentiam Decani, & Capituli, ac Rectoris prædictorum plurimum formidabant. Nos per alias noſtras in forma Breuis literas præfato *Pariſienſi* Epiſcopo, ac venerab. Fratri Archiepiſcopo *Turonenſi*, ac dilecto filio Abbati Monaſterij *S. Saturnini Tholoſanæ* Diœceſis commiſimus, ac dedimus in mandatis, quatenus in præmiſſis eiſdem Fratribus aſſiſterent, & ad executionem prædictorum, & aliarum quarumcumque literarum, dicto Ordini per Sedem Apoſtolicam, aut aliàs quomodolibet conceſſarum, & in poſterum concedendarum, in quocumque loco, & Diœceſi opus foret, ac quoties pro parte *Franciſci*, & aliorum Fratrum

Digitized by Google

1507. Fratrum prædictorum, ac quorumcumq; Superiorum, & Correctorum domorum, ac locorum dicti Ordinis requisiti fuissent, procederent, ac Decanum, & Capitulum, necnon Rectorem præfatum, & alios quoscumque priuilegiorum Ordinis Minimorum huiusmodi transgressores, vbicumque pro tempore degentes, etiam extra prædictam, & quascumque Diœceses, & Prouincias, quoties opus foret, coram eis euocari facerent, & per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia compellerent, & compescerent, inuocato etiam ad id, si opus foret, auxilio brachij secularis, & sententias, ac censuras ipsas aggrauarent, & reaggrauarent, & alia necessaria, & opportuna facere curarent, aliàs iuxta dictarum literarum continentiam, & tenorem in omnibus, & per omnia, perinde ac si hæ prædictæ à principio eorum cuilibet directæ fuissent, ipsique in illis Conseruatores specialiter deputati fuissent, prout in singulis literis prædictis plenius continetur. 1507.

§. 3. Cùm autem, sicut præfatus *Franciscus de Paula* nobis exponi fecit, tunc Prouincialis, & Fratres dictæ domus de *Abbatisuilla*, seu aliqui ex eis cum Decano, & Capitulo præfatis super tumulandis corporibus defunctorum huiusmodi ad certam concordiam, seu transactionem deuenerint, per quam inter alia voluerunt, quòd processus præmissorum occasione eatenus facti, & qui in posterum fierent, nullius essent roboris, & momenti; Quódque ex tunc de cætero corpora eorum, qui apud Ecclesiam dictæ domus de *Abbatisuilla* eligerent sepulturam, ad dictam Ecclesiam *S. Vlfrani* cum luminaribus deferri, & mibi duabus Missis celebratis, & luminaribus, cum aliis funeralibus, iuribus, & obuentionibus eisdem Decano, & Capitulo relictis, ad Ecclesiam domus de *Abbatisuilla* huiusmodi portari deberent, prout in quodam instrumento publico desuper confecto dicitur plenius contineri. Et quia concordia, & transactio per Prouincialem, & Fratres præfatos factæ huiusmodi, contra tenorem priuilegiorum eidem Ordini concessorum, & absque licentia, & consensu præfati *Francisci* dicti Ordinis generalis Correctoris, per Sedem prædictam deputati, sine cuius licentia illæ fieri non poterant, & in maximum dicti Ordinis præiudicium factæ fuerunt. Idem *Franciscus* generalis Corrector nobis humiliter supplicari fecit, concordiam, & transactionem supradictas, ac sententiam cuiuscúque iudicis secularis super præmissis pro Decano, & Capitulo, & contra fratres dictæ domus de *Abbatisuilla* latam, nullas, nulliusq; roboris, vel momenti fuisse, & esse declarare, aliásq; in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, vobis, & vestrum cuilibet præsentium tenore mandamus, quatenus concordiam, & transactionem, ac prædictas, & quascumq; alias, per quoscumq; iudices seculares super funeralibus, & quartis, & alijs contra prædictam de *Abbatisuilla*, & alias dicti Ordinis domos, & illarum fratres hactenus latas, & in posterum ferendas sententias, nullas fuisse, & esse auctoritate nostra declaratis, &, prout de facto processerunt, cassetis, & annulletis, ac, eisdem *Francisco*, & fratribus, assistendo, priuilegia dicto Ordini concessa obseruare faciatis. Quodque quascumque conuentiones, per quoscumq; dicti Ordinis Prouinciales, & Vicarios generales, speciales, ac quoscumque alios fratres, seu eorum Procuratores, vbicumque & quomodocumq; & sub quibuscumque clausulis, & formis factas, concordatas, transactas, & expeditas, quæ per præfatum Franciscum, vel successores suos dicti Ordinis generales Correctores, seu Capitulum generale dicti Ordinis acceptatæ, confirmatæ, & ratificatæ non fuerint, nullius esse roboris, & momenti declaretis, si, & prout de iure fuerit faciendum.

Pacta, quæ non sunt confirmata à Generali vel Capitulo generali non tenent.

§. 4. Et pro manutenenda, & conseruanda Regula dicti Ordinis, in qua expressè inhibetur, ne fratres ipsi vltra quinquaginta annos particularia quæcumque suffragia in dicto Ordine acceptent, & suscipiant; vt particularia quorumcumcumque dicti Ordinis Fundatorum, & Fundatricum, ad quæ ipsi obligantur, suffragia huiusmodi sub omnium dicti Ordinis suffragiorum, & bonorum generalitate suscipere, & acceptare, singulisque priuilegiis, gratiis, & indulsis

Quomodo fratres possint renuntiare suffragiis, quæ suscipiunt priuilegiis & indulgentiis concessis.

1507. omnibus quatuor Mendicantium Ordinibus, & eorum cuilibet per Sedem prædictam concessis, seu aliàs quomodolibet concedendis, & etiam Ordini prædicto iam concesso, & confirmato priuilegio confessiones audiendi, iuxta illius formam, & tenorem, vbiuis frui, vti, & gaudere valeant.

Personæ quæ priuilegio Ordinis gaudeãt. Vide bene Capit. 80. 7 seq. Rayn. quòd solum filiæ Fundatricis, non filiæ filiarum hæreditatem nostri iugiter dimittunt.

§. 5. Quodque dicti Ordinis domorum Fundatores, Fundatrices, Procuratores, & Procuratrices, Tutores, & Tutrices, eorumque vtriusque sexus liberi, necnon dicti Ordinis Conseruatores præsentes, & futuri, omnium, & singulorum ipsorum ieiuniorum, orationum, & sacrificiorum, ac quorumcumque aliorum bonorum, in toto huiusmodi Ordine Minimorum de cætero faciendorum, & recitandorum participes fierent, & illis communicata sint, & esse debeant.

Conseruatores eligendi potestas, ipsorumque officium.

§. 6. Quodque Fratres dicti Ordinis Conseruatores Minimorum etiam Canonicos Cathedralium Ecclesiarum & Officiales, ac Vicarios ipsorum sibi eligere, & quòd tales in Conseruatores taliter per eos electi, ex nunc per nos deputati censeantur, possintque contradictores quoscumque excommunicare, & censuras, iteratis vicibus, aggrauare, ac loca quæcumque Ecclesiastico subiicere interdicto, ac omnia alia, quæ possunt Conseruatores, ab aliis Fratribus aliorum Ordinum Mendicantium, iuxta priuilegia eis super hoc concessa, electi.

Vni domui concessa censentur concessa omnibus.

§. 7. Quodque singula priuilegia, indulgentiæ, gratiæ, & indulta, alicui ex domibus Ordinis Minimorum huiusmodi hactenus per nos, vel Sedem prædictam, aut aliàs quomodolibet concessa, ad omnes, & singulas alias domos dicti Ordinis Minimorum hactenus constructas, & construendas intelligantur concessa, ac si in specie cuilibet eorumdem concessa fuissent, & illa ad quaslibet domorum extensa, & de nouo concessa sint, & esse censeantur, dicta auctoritate statuatis, & ordinetis.

Derogat contrariis.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac piæ mem. Bonif. Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & duabus dietis in Concilio generali editis, & aliis constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis; etiamsi aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem Sede indultum fuerit, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum *Romæ* apud *S. Petrum*, sub annulo Piscatoris, die 29. Martij 1507. Pontificatus nostri anno 4.

CONSTITVTIO VIII.

Quæ est viuæ vocis oraculum. In quo datur forma tonsuræ gerendæ ab omnibus choro destinatis, & assignatur forma professionis a Tertiariis faciendæ.

1507. BERNARDINVS MISERATIONE DIVINA tit. S. Crucis in Ierusalem, S.R.E. Presb. Card. Patriarcha Ierosolymit. Ordinis Minimorum Protector.

Vniuersis, & singulis præsentes literas inspecturis.

Salutem in Domino sempiternam.

Supplicatur Papæ pro tonsura.

§. 1. VNiuersitati vestræ notum facimus, qualiter cum instantia pro parte dilecti in Christo Francisci de Paula Instituroris, ac generalis Correctoris Ordinis Minimorum, requisiti, S.D.N. Iulio II. qui nuper Ordinis Minimorum huiusmodi Fratrum, & Sororum, & vtriusque sexus fidelium Regulas, per eumdem Franciscum reformatas, super aliquibus in melius emendatas, ac per nos, quibus eiusdem Ordinis Minimorum Protectoris officium per Sedem Apostolicam commissum extitit, de prædicti S.D.N. commissione diligenter visas, & examinatas, ac priuilegia eis aliàs concessa confirmauit, & approbauit

approbauit, ſupplicauimus, quatenus infraſcriptas inſtitutiones per prædictum Franciſcum editas, videlicet quòd omnes, ac ſinguli Ordinis Minimorum huiuſmodi fratres præſentes, & futuri, dictum Ordinem pro tempore expreſsè profeſſi, ac iuxta ipſius Ordinis Regulæ tenorem, ad ſtatum Clericalem aſſumpti, necnon alij quicumque eiuſdem Ordinis in ſacris ordinati, mediocres eorum tonſuras deferrent, ſeu coronas, iuxta formam per eumdem Franciſcum ordinatam, & præſentibus annotatam. 1507.

§. 2. Quodque omnes, ac ſingulæ tertij Ordinis Minimorum huiuſmodi vtriuſque ſexus perſonæ ſub prædicta Regula, & ordine perpetuò militare cupientes, reuoluto ſuæ probationis anno, profeſſionem, iuxta formam per nos de mandato prædicti S.D.N. ſuper hoc viuæ vocis oraculo nobis facto diligenter emendatam, ac etiam præſentibus annotatam, quæ ſequitur, & eſt talis. Supplicatur etiã pro forma profeſſionis Tertiæ ordinis.

Ego N. promitto Deo omnipotenti, totique Curiæ cœleſti, & tibi Patri N. mores meos, ac vitam meam in melius emendare, & Ordinis Minimorum vtriuſque ſexus fidelium Regulæ, per S.D.N. *Papam Iulium II. confirmatæ, ſalutifera præcepta propoſſe obſeruare, & F. Franciſco de Paula, ſuiſque ſucceſſoribus eiuſdē Ordinis Minimorū Generalibus Correctoribus pro tempore exiſtentibus obedire, necnon prædictæ Regulæ ſalubribus conſiliis, ac monitis me conformare, & prædicti Ordinis honorem, & vtilitatem fideliter procurare. Amen.* emittere tenerentur, confirmare, & approbare de benignitate Apoſtolica dignaretur,

§. 3. Tandem à Sanctitate ſua viuæ vocis oraculo inſtitutionum, & ordinationum huiuſmodi, tamquam quæ per nos iuſtæ, & honeſtæ, ac Religioni conſonæ repertæ ſunt, confirmationem, & approbationem, ac etiam vniuerſis, & ſingulis dicti Ordinis fratribus pro tempore exiſtentibus, Ordinem ipſum expreſsè profeſſis, & ad ſtatum Clericalem, vt præfertur, aſſumptis, ac aliis quibuſcumque eiuſdem Ordinis in ſacris ordinatis; vt, iuxta præinſertam tonſuræ, ſeu coronæ formam, mediocres eorum tonſuras deferre, ſecundi verò Ordinis Minimorum huiuſmodi Sororibus, vt, mutatis dumtaxat mutandis, eiuſdem Ordinis Fratribus traditam profeſſionis formulam; tertij autem Ordinis Minimorum huiuſmodi vtriuſque ſexus perſonis nunc, & pro tempore exiſtētibus, vt præinſertam profeſſionis formam in ſuæ profeſſionis emiſſione tenere, & obſeruare deberent, mandari ac tranſumptis eorumdem præſentium manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati, vel alterius in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti munitis, eamdem prorſus fidem in iudicio, & extra illud, quæ ipſis originalibus literis exhiberetur, ſi originaliter exhiberentur, adhiberi debere obtinuimus. In quorum omnium, & ſingulo- Approbatio formam tonſuræ, & profeſſionis Tertiarum

1508. rum fidem, & testimonium præsentes literas fieri, etiam per infrascriptum Secretarium subscribi, nostrique sigilli iussimus, ac fecimus appensione communiri. Datum, & actum *Romæ*, in domibus nostræ solitæ habitationis, sub anno à Natiu. Dom. 1507. die verò 18. mensis Aprilis, Pontif. prædicti S.D.N.D. *Iuly* Papæ II. anno 4. V. Card. S. Crucis. De mandato prædicti Reuerendiss. D. mei Cardinal. *Ioannes de Burgo* Secretarius.

Hic inferenda essent Indulgentia ab eodem Iulio *Pont. concessa, & data hoc ipso anno 1507. Idib. Aprilis, nisi eiusdem essent tenoris cum aliâ* Leonis X. *præter clausulam Indulgentiæ plenariæ pro prima vice, vt aduertimus in Chronico nostro.*

CONSTITVTIO IX.

Concedit multa priuilegia P. Binet, qui fuit primus post S. Franciscum in Religione Generalis, & in specie quòd nouem collectæ valeant pro nouem Missis.

1508. IVLIVS PAPA II.

Dilecto filio F. Francisco Binet, Ordinis Minimorum Correctori generali.

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Iuuenil. SAcer Ordo per quondam *Franciscum de Paula* exemplaris vitæ Religiosum institutus, & per nos approbatus, & per quem Ecclesiam Dei multiplicibus splendoribus illustrari speramus, à nobis, & Sede Apostolica promeretur, vt illius quieti, & corroborationi vigili cura intendamus.

P. Binet in Generalem electus bis renusat. §. 1. Cùm itaque superiori anno prædictus *Franciscus*, qui dicti Ordinis Corrector per Sedem prædictam deputatus fuerat, ad meliorem vitam à Domino conuocatus, in *Gallia* fuisset vita functus. Nos cupientes dicto Ordini opportunè prouideri, generale Capitulum Fratrum dicti Ordinis in alma Vrbe nostra in domo *SS. Trinitatis* dicti Ordinis celebrari, inibique Correctorem generalem eligi iussimus, atque mandauimus; ac pro eiusdem Ordinis directione, illi dilectum filium nostrum *Marcum* tituli *S. Mariæ trans Tiberim* presbyterum Cardinalem *Senogallien sem* nostro, & dictæ Sedis nomine præsidere voluimus. Cùm autem in Capitulo huiusmodi, Spiritus sancti gratia cooperante, via scrutinij in generalem Correctorem electus, ac ibidem publica electione, in quæ consenserunt capitulantes fratres diuersarum Regionum, in huiusmodi electione voces habentes, ipsorumque nominibus alta, & intelligibili voce perlectis, & aliis ad huiusmodi electionem necessariis inibi iuridicè peractis, à prædicto *Marco* Cardinali auctoritate nostra, licet plurimum renitens, confirmatus, & ad officium huiusmodi suscipiendum in virtute Spiritus sancti, & ad sanctæ obedientiæ meritum astrictus, & coram nobis, ac prædicto *Marco*, ac dilecto etiam filio nostro *Roberto* tit. *S. Anastasiæ*, officium Generalatus huiusmodi sponte, & liberè resignasti, quam renunciationem tuam admittere recusauimus, tibique, vt officium huiusmodi, & triennium, pro quo electus fueras, diligenter exerceres, mandauimus, in Generalem confirmatus fuisti.

Supplicat Pio Binet Papæ, sibi aliquid cradi de sua auctoritate pro visitatione peragenda. §. 2. Et, sicut nobis nuper exponi fecisti, dubitas propter eiusdem Ordinis Regulam, nouissimè per nos approbatam, & confirmatam, & alia, in huiusmodi tui Generalatus officio nouo, ac vniuersali visitatione, quam per vniuersum Ordinem huiusmodi perficere cum Dei gratia speras, tam à tuis, quam aliis plurimis aliorum Ordinum Religiosis, plura, variaque impedimenta tibi afferri, propter quæ negotiis dicti Ordinis tui opportunè prouidere posse non confidis, nisi auctoritas nostra tibi suffragetur.

§. 3. Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus inclinati, quod super om-

1508. nes, & ſingulos Ordinis Minimorum huiuſmodi pro tempore vbilibet exiſtentes fratres, cuiuſcumque etiam ſtatus, conditionis, & gradus exiſtant; auctoritate noſtra plenariam, & omnimodam poteſtatem, facultatem, & iuriſdictionem, quibuſcumque generalibus Correctoribus tui Ordinis per priuilegia Apoſtolica conceſſam, & nuper per nos in eorumdem Marci, & Roberti Cardinalium præſentia tibi viuæ vocis oraculo de nouo attributam, & conceſſam, etiam in vtroque foro liberè exercere: Ipſique dicti Ordinis Minimorum Fratres, tam Prælati, quàm alij inferiores vbilibet exiſtentes, quacumque etiam Apoſtolica auctoritate muniti, tibi tamquam vero, legitimo, & immediato Prælato, & generali Correctori dicti Ordinis Minimorum, per nos, vt præfertur, confirmato, & ſubſtitutis, ſeu deputaris per tuas patentes literas, tuiſque mandatis, Regulæ prædicti Ordinis tui non contrariis, humiliter, & cum effectu parere, ac obedire, ac prædictam Regulam per nos approbatam, & confirmatam cum omnibus circa illam per nos declaratis auctoritate noſtra à te reuerenter ſuſcipere teneantur.

1508. Papa illi Papa plenariam auctoritatem ſuper ordines fratres.

§. 4. Et cùm vita Ordinis Minimorum huiuſmodi ſit cæteris aliorum Religioſorum arctior, & ſtrictior, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna mandamus, in quam, tam recipientes, quàm recepti, & concedentes ipſo facto incurrere debeant, quòd fratres ipſi ad nullum alium, quantumlibet etiam priuilegiatum Ordinem, prætextu quorumcumque priuilegiorum, cuicumque alteri Ordini, etiam ſub quacumque verborum forma quomodolibet conceſſorum, abſque noſtra, & tua, aut generalis Correctoris pro tempore exiſtentis licentia ſpeciali tranſire poſſint. Nec eiuſdem Ordinis Minimorum domos, vel bona quæcumque ad Eccleſias prædicti tui Ordinis quomodolibet pertinentia, aliis quibuſcumque perſonis ſecularibus, regularibus, Eccleſiaſticis, de Ordine Minimorum huiuſmodi non exiſtentibus, concedere audeant, vel præſumant. Et quòd fratres contrafacientes auctoritate noſtra prædicta, quoties opus fuerit, excommunicare, necnon, iteratis vocibus, aggrauare, necnon per alias cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia compeſcere, & ad Ordinem Minimorum reducere, reuocare, & recuperare, ſeu reduci, & reuocari facere. Et cum eiſdem Fratribus Ordinis Minimorum huiuſmodi eadem auctoritate diſpenſare, ipſoſque & ipſorum quemlibet punire, & corrigere, abſoluere, & abſolutionem huiuſmodi etiam aliis demandare.

Regula noſtra eſt ſtrictior omnibus, & ideo nullus ab ea poteſt tranſire, nec vllus poteſt bona Religionis abtenere.

§. 5. Et ſi in huiuſmodi viſitatione tua, vel aliàs in aliquibus domibus, & locis dicti Ordinis Minimorum, tam pro Eccleſiarum fabricis, quàm aliis Fratrum neceſſitatibus, Miſſarum multitudinem copioſam inuenires, & cognoſceres, quòd illæ per fratres domorum, & locorum huiuſmodi in Eccleſiis illorum, iuxta obligationem per eoſdem fratres factam, aut relinquentium ordinationem, celebrari non poſſint, prout in Pariſienſibus, & Ianuenſibus domibus per illarum fratres eſſe cognouiſti, vt cum fratribus domorum, & locorum huiuſmodi nunc, & pro tempore ibidem degentibus, & eorum quolibet diſpenſare poſſis, & quòd diſpenſatio ſuper his per te facienda, à nobis facta cenſeatur: Eiſdem fratribus, vt nouem collectas per eos, ſeu eorum quemlibet in vnaquaque Miſſa recitare pro nouem Miſſis, ac ſeptem collectas pro ſeptem Miſsis, ſicque de aliis deſcendendo, ſeu citra dictum numerum, cum omnium, & ſingularum domorum, & locorum huiuſmodi fratrum, ac etiam totius Ordinis Minimorum huiuſmodi ſuffragiorum, orationum, ſacrificiorum, ieiuniorum, vigiliarum, diſciplinarum, & aliorum quorumcumque bonorum generalitate, ſingulis eiuſdem Ordinis benefactoribus, qui Miſſas ipſas in Eccleſiis domorum, & locorum huiuſmodi recitandas dederint, adeo plenè, & integrè valeant, & ſufficiant, ac ſi Miſſæ huiuſmodi pro eis, & eorum quolibet, iuxta piam eorum deuotionem, & intentionem particulariter recitarentur, & particulariter recitatæ forent, licentiam concedimus.

Quòd nouem collectæ valeant pro nouem Miſſis per reductionē.

§. 6. Necnon omnes, & ſingulas Ordini Minimorum huiuſmodi, & eius perſonis, per nos, & prædeceſſores noſtros, ſeu Sedem prædictam, & eius Legatos, tam S. Franciſco de Paula, quàm aliis quibuſcumque eiuſdem Ordinis

Indulgētias concedit.

1508. Minimorum domibus, tam generaliter, quàm particulariter ſub quacumque verborum forma, etiam ſtationum Vrbis, & aliarum Eccleſiarum eiuſdem, indulgentias quaſcumque iuxta priuilegiorum eiuſdem Ordinis Minimorum formam, & tenorem, hactenus quomodolibet conceſſas, in viridi obſeruantia exiſtentes, de nouo de ſpeciali gratia concedimus. 1508.

Derogat contrarijs. §. 7. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſuis reuocationibus, per nos, vel aliàs etiam ſub quacumque verborum ſerie factis, & in poſterum faciendis, ac ſtatutis, & conſtitutionibus dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumpti fidem adhiberi iubet. §. 8. Volumus inſuper, quòd tranſumptis ſupra præſentibus pro tempore factis, & ſigillo alicuius Prælati Eccleſiaſtici munitis, & manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſignatis, tam in iudicio, quàm extra illis tanta fides adhibeatur, quanta adhiberetur, ſi ipſæ originales literæ forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum *Romæ* apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcatoris, die 17. Martij, 1508. Pontificatus noſtri anno 5.

CONSTITVTIO X.

Quæ eſt viuæ vocis Oraculum. In quo declarantur quædam puncta noſtræ Regulæ.

1508. MARCVS MISERATIONE DIVINA TIT. S. Mariæ trans Tiberim, S.R.E. preſb. Card. Senogall. vulgariter nuncupatus, & in Capitulo generali Fratrum Minimorum in alma Vrbe apud S. Trinitatem, de mandato S. D. N. Iulij, diuina prouidentia Papæ II. celebrato, ad Prælatorum eiuſdem Ord. inſtitutionem, & Regulæ, ac Correctorij declarationem Commiſſarius ab eodem S. D. N. Papa viuæ vocis oraculo ſpecialiter deputatus, ac per eoſdem fratres capitulariter congregatos acceptatus.

Vniuerſis, ac ſingulis eiuſdem Ordinis Minimorum, nunc, & pro tempore exiſtentibus fratribus, ac aliis quibuſcumque ad quos ſpectat.

Salutem in Domino ſempiternam.

Prohibet cantum. §. 1. VObis, & veſtrum cuilibet tenore præſentium ſignificamus, qualiter de mandato eiuſdem S. D. N. nobis, quibus Ordinis Minimorum huiuſmodi Regulæ, & Correctorij, per eumdem S. D. N. viuæ vocis oraculo examinatio, & declaratio commiſſæ fuerunt, ſimili viuæ vocis oraculo nuper facto declarauimus, prout etiam præſentium tenore declaramus, quod Regulæ, & Correctorij huiuſmodi clauſula de non cantando in Officiis diuinis iuxta formam in ea expreſſam, per totum Ordinem Minimorum debet vniformiter obſeruari, prout nobis etiam viuæ vocis oraculo expreſsè declarauit, & declarari mandauit præfatus S. D. N.

Eleëmoſynæ in iudicio quomodo repetendæ. §. 2. Similiter ſuper debitorum, ſeu relictarum eleëmoſynarum repetitione, auctoritate Apoſtolica declaramus, quòd non fuit intentionis Regulæ conditoris, vt fratres Ordinis huiuſmodi eleëmoſynas ipſas omnino non repeterent, ſed quòd illas non repeterent in iudicio, & cum contentione; ita quòd fratres ipſi etiam perſonaliter, religiosè, amicabiliter, ac fraternè, & ſine contentione eleëmoſynas ipſas repetere poſſint, non autem iudicialiter, & contentiosè illas in iudicio repetant: Cùm etiam Religioſis, qui ſpiritui, & contemplationi vacare debent, prohibitum ſit negotiis ſecularibus ſe immiſcere, & iudicialiter

Digitized by Google

1508. & iudicialiter agere, & ideo fratres ipsi per se ipsos in iudicio minimè comparere valebunt; sed benè per Procuratores seculares, prout eis ex declaratione, in priuilegiorum eiusdem Ordinis quinternione super hoc facta, expressè permissum est. 1508.

§. 3. Declaramus etiam, quòd vbi in dictæ Regulæ Minimorum 6. cap. expressè dicitur, quòd ægroti ad infirmariam exteriorem primitus deducantur, intelligi debet de Conuentibus completis, & in quibus habetur talis infirmaria. Et ideò decernimus, ac præsentium tenore mandamus, quòd vbi adhuc non esset constructa talis infirmaria, studeatur construi, & haberi, quàm citiùs fieri poterit; interim verè ne patiantur infirmi, ponantur in aliqua mansione in Conuentu ipso existente, ab aliis tamen officinis magis sequestrata, prout commodiùs id fieri poterit, & quòd potiùs ab ædificatione aliorum membrorum domorum Ordinis huiusmodi (excepto dormitorio) cessetur, quàm à constructione, seu ædificatione infirmariæ huiusmodi. Infirmaria vbi construenda.

§. 4. Insuper circa infirmorum gubernationem, & prouisionem, eadem auctoritate declaramus, quòd vbi fratres huiusmodi, omni possibili diligentia adhibita, studuerint, Procuratores, vel deuotos suos, in defectu oblatorum, habere, qui infirmis prouideant, & illos si taliter habere non potuerint, ne infirmi ipsi interim debita cura careant, licitè possint fratres personaliter illis infirmis obsequi, ipsisque de sibi necessariis cibis de Superioris licentia debitè prouidere; & quòd fratres ipsi ad infirmorum curam deputati dumtaxat ipsis infirmis deseruire habeant. Infirmis qui debeat deseruire.

§. 5. Vlteriùs eadem auctoritate declaramus, quòd dum in 9. cap. Regulæ, & Correctorij Ordinis huiusmodi circa Officialium Conuentuum electionem dicitur, quòd per superiores Prælatos in eorum visitatione aliquando fieri debeat, clausulam huiusmodi debeat intelligi de Capituli localis consensu. Officiales Conuentuum quomodo à Prælatis fieri possint.

§. 6. Præterea simili auctoritate declaramus, quòd dum in eodem 9. Regulæ, & Correctorij cap. dicitur, quòd Correctores locales extra Conuentum exire non valebunt, nisi de Capituli scientia, debet hoc intelligi, prout plenius in ipso Correctorio continetur, quòd prædicti Correctores propter hoc non semper locale Capitulum specialiter celebrare habeant, sed satis sit, quòd ipsi coram fratribus suis, siue ante, siue post diuinum Officium in Ecclesia, siue ante cibum, siue sumpto, in refectorio debitè congregatis exitus sui causam proponant, & ita de eorumdem fratrum scientia, & Seniorum assensu domos exire poterunt pro causis in prædictis Regula, & Correctorio plenius specificatis. Correctores Conuentum quomodo exire possint.

§. 7. Eadem auctoritate declaramus, quòd verba in 10. cap. prædictæ Regulæ de non condendis statutis posita, intelligi debeant relatiuè ad immediatè ante dicta, videlicet ad statuta contra Regulam huiusmodi in toto, vel in parte venientia, seu ab huiusmodi deuiantia. Statuta cõtra Regulam fieri nõ possunt.

§. 8. Simili auctoritate declaramus, quòd vbicumque in eisdem Regula, & Correctorio agitur de non emendo, vel vendendo, intelligi debet, quòd ipsi fratres, neque soli, neque proprio nomine, præterquam in itinere, defectu oblatorum, vel deuotorum, pro quotidiano victu vendere, vel emere possint, sed bene per eorum Procuratores, ac deuotos, & oblatos nomine domorum Ordinis, ita tamen, quòd fratres ipsi, dum hæc fient, ad consensum, vel dissensum super huiusmodi exhibendum, non ad mercandum, vel ad contractandum, præsentes esse poterunt. Emere, vel vẽdere quomodo possint fratres.

§. 9. Insuper eadem auctoritate declaramus, quòd vbicumque tam in dicto Correctorio, quàm alibi agitur de superflui distributione, & erogatione, hoc intelligi debeat ciuiliter, videlicet salua semper prouisione per annum pro infirmis, & fratrum indumentis, ac aliis necessitatibus, & præsertim pro fabrica perficienda. Superflua quomodo distribuãtur.

§. 10. Tandem eadem auctoritate declaramus, quòd vbi in eodem Correctorio agitur de vinolentia punienda, intelligi debeat de vinolentia consuetudinaria, & affectata. Vinolentia consuetudinaria quomodo

1508. §. 11. Quas quidem declarationes, & modificationes de maturo totius gene- 1508.
His declarationibus fratres stare tenentur. ralis Capituli, & præfatorum Fratrum Minimorum consilio, deliberatione, & consensu expostulatas, & admitti, & approbari petitas admisimus, & Apostolica auctoritate nobis viuæ vocis oraculo super hoc facto commissa modo præfato approbauimus, & per præsentes de nouo approbamus, & confirmamus, illasque singulas, iuxta earum formam, & tenorem, obseruari, ac eis in toto Ordine Minimorum huiusmodi stari, præfata auctoritate Apostolica expresse mandamus. Necnon vt super illis per prædicti Ordinis Generalem, seu de eius mandato, fieri possint transumpta, quibus taliter factis, & eiusdem Generalis manu propria subsignatis, suique officij sigillo debitè sigillatis, vbique in iudicio, & extra fides plenaria adhibeatur, præsentium tenore plenam concedimus facultatem. In cuius rei fidem, & testimonium præsentes literas manu propria subscripsimus, ac per Secretarium nostrum subsignatum subscribi, & signari, magnique nostri sigilli iussimus, ac fecimus appensione communiri. Datum *Romæ* in domibus nostræ solitæ habitationis, die vero 15. mensis Febr. sub anno à Natiu. Domini 1508. Pontif. prædicti S. D. N. Papæ anno 5. M. Card. Senogall. manu propria.

CONSTITVTIO XI.

Confirmat de nouo Regulam, approbat declarationes illius, factas à Cardinali Senogallensi. Prohibet cantum, & ingressum mulierum non Fundatricum intra septa nostrorum Monasteriorum.

1508. IVLIVS PAPA II.

Dilecto filio F. Francisco Binet Ordinis Minimorum Generali

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Capitulum generale per alias suas celebrari mandauit. §. 1. LIcet anno superiori generale Capitulum Ordinis Fratrum Minimorum in alma Vrbe nostra de mandato nostro celebratum fuerit, illiq; auctoritate nostra præfuerit dilectus filius noster *Marcus*, tit. S. *Mariæ trans Tiberim* presbyter Cardin. Senogallensis, ac electio de te in Generalem Correctorem dicti Ordinis canonicè facta, necnon omnia, & singula per generalis Capituli Ordinis huiusmodi fideles, ac pios zelatores, iuxta eiusdem Ordinis primi Patris, & Institutoris *Francisci de Paula* piam, & vltimam voluntatem, seu iuxta tenorem eiusdem Regulæ per nos approbatæ, & confirmatæ ibidem deliberata, acceptata, concluſa, ac per eundem Cardinalem auctoritate nostra huiusmodi declarata, & authenticata, tam super cantus inhibitione, quàm super aliis punctis, & articulis super Regula prædicta inibi etiam ritè notatis, & articulatis, per nos (prædicto *Marco* Cardinali singula huiusmodi, nonnulla vtique declaratione digna nobis fideliter referente) approbata, & confirmata fuerunt.

Dubitauerint quidã de mente huius Pontificis. §. 2. Quia tamen nuper fide dignorum relatione percepimus, aliquos ex fratribus dicti Ordinis, præsertim in Italiæ partibus degentibus, tam super cantus huiusmodi prohibitione, quàm mulierum intra Conuentuum septa ingressus inhibitione, & Vigilum deputatione, huiusmodi prædictæ Regulæ moderationem petere, ac in dubium reuocare, an nostræ mentis extiterit confirmare Regulam huiusmodi per ipsum Institutorem vltimò reformatam, seu in melius emendatam, dum prohibet, diuinum Officium cum notulis decantari, & mulieres aliter, quàm in Regula huiusmodi permittitur, Conuentuum septa ingredi, permittatque Vigiles deputari; aut etiam si super iis, ac aliis singulis in dicta Regula contentis, per prædictum Marcum Cardinalem plenissimè fuerimus, & simus informati.

§. 3. Nos

1508. §. 3. Nos, qui Regulæ, & Ordinis huiuſmodi zelatores ſumus, & ad quos ſpectat ambiguitates ſingulas, præſertim cùm de mente noſtra, & de reſultantibus noſtris ex literis dubitationibus quibuſcumque quæritur, declarare. Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra ſcientia, & deliberatione, vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis notum facimus, quòd Regulam Ordinis Minimorum huiuſmodi vltimo loco, de mandato vltimo Inſtitutoris reformatam, ſeu in melius emendatam, etiam quò ad prohibitionem recitationis diuinorum Officiorum, tam diurnorum, quàm nocturnorum, & quarumcumque Miſſarum, etiam defunctorum cum cantu aliquo, etiam Gregoriano: Necnon aliàs, quàm in prædicta Regula permittitur, ingreſſus mulierum intra Conuentuum Ordinis huiuſmodi ſepta: Vigiliúmque deputationem, & huiuſmodi, iuxta Regulæ prædictæ tenorem, approbauimus, & confirmauimus, ac pro potiori cautela de nouo approbamus, & confirmamus. Et proinde vniuerſis, & ſingulis Ordinis Minimorum huiuſmodi, nunc, & pro tempore vbilibet exiſtentibus Fratribus præſentium tenore diſtrictiùs inhibemus, ne in aliqua Eccleſia cuiuſcumque domus dicti Ordinis, tam citra, quàm vltra montes, & vbicumque nunc, & pro tempore exiſtentibus, diuina eorum Officia, tam diurna, quàm nocturna, & tam feſtiua, quàm ferialia, Miſſas aliquas, tam defunctorum, quàm alias, etiam in ſolemnibus feſtis, neque Gregoriano, neque alio quouis cantu cum notulis cantare, nec aliquas mulieres aliter, quàm in dicta Regula permittitur, Ordinis Minimorum huiuſmodi Conuentuum ſepta ingredi vllatenus præſumant.

1509. Prohibet cantum, & ingreſſum mulierũ in noſtros Cõuentus.

§. 4. Et ne pro prædictis, aut aliis quibuſcumque prædictæ Regulæ punctis, ſeu articulis, ad nos, ſeu Sedem Apoſtolicam in poſterũ recurrere ſit neceſſarium, illis etiam, vt diuina eorum Officia, tam diurna, quàm nocturna, ſingulaſque Miſſas, etiam defunctorum, & in feſtis ſolemnibus, tam in Choro, quàm in Altari, iuxta prædictæ Regulæ tenorem, plana dumtaxat, & intelligibili voce, ac ſine notulis quibuſcumque cantu vtique rectiſſimo, tamquam eorum minimo nomini, ſuæque vitæ quadrageſimali apto, & conuenienti, ſimpliciter recitare debeant. Mulieres verò aliter, quàm in prædicta Regula permittitur, Ordinis huiuſmodi Conuentuum ſepta ingredi nullatenus permittant: Vigiles autem, iuxta tenorem dictæ Regulæ per nos, vt præfertur, approbatæ, & confirmatæ, à cunctiſque fratribus huiuſmodi, nunc, & pro tempore vbilibet exiſtentibus, & degentibus, de mandato noſtro, perpetuis futuris temporibus in virtute Spiritus ſancti recipiendæ, & acceptandæ, ſibi pro tempore deputatos, ſeu deputandos, ea, qua decet, reuerentia recipere habeant, mandamus, atque iniungimus.

Officium diuinũ ſimpliciter recitari, & Vigiles acceptari iubet.

§. 5. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis quoque, ac conſuetudinibus dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & confirmatis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum *Romæ* apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcatoris, die 20. Decembris, 1508. Pontif. noſtri anno 6.

Derogat contrar.

CONSTITVTIO XII.

Concedit quod poſsimus Conuentus ſumere & ædificare etiam non diſtantes ab aliis per cannas 140.

IVLIVS PAPA II. 1509.

Dilecto filio F. Franciſco Binet Generali Ordinis Minimorum,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

PIIS, & honeſtis deſideriis, illis præſertim, per quæ paci, & quieti perſonarum, ſub regulari obſeruantia degentium conſulitur, libenter annuimus, eaque fauoribus proſequimur opportunis.

Proœmiũ.

1509. Ordini citabûntur fratres sub quodam Conuentu non distante per 140 cannas.

§. 1. Exponi nobis nuper feciſti, quòd licet aliàs dilectus filius *Andreas de Medina* certas domos in ſuburbiis Oppidi B. Mariæ *Aſtigiæ Hiſpalenſis* Diœceſis, quas tunc obtinebat, Ordini Minimorum, cuius Generalis exiſtit, pro conſtruenda inibi vna domo, ſeu Monaſterio ſub inuocatione *Ieſu Mariæ* pro perpetuo vſu, & habitatione Sororum dicti Ordinis conceſſerit, ipſiuſque Ordinis fratres, quibus fel. rec. *Sixtus* Papa IV. prædeceſſor, & ſecundùm carnem patruus noſter, recipiendi domos, & loca pro eorum domibus à ſponte dantibus priuilegia etiam à nobis approbata conceſſerat, iuxta dicta priuilegia, domos ipſas receperint, inibique quamplurimas impenſas ex Chriſti fidelium eleëmoſynis piè erogatis hactenus fecerint. Quia tamen nonnulli fratres certæ domus Ordinis Fratrum B. Mariæ de monte Carmelo, aſſerentes dictam domum *Ieſu Mariæ* infra ſpatium centũ, & quadraginta cannarum per aërem, aut aliàs menſurandarum conſtructam fuiſſe, idque contra priuilegia eiſdem fratribus B. Mariæ de monte Carmelo Apoſtolica auctoritate conceſſa, & in Mari magno contenta factũ fuiſſe, ac ſub certis ſententiis, cenſuris, & pœnis in dicto Mari magno contentis, ne in dicta domo *Ieſu Mariæ* habitare, ſeu conſtruere præſumerent, inhibuerunt, ſeu inhiberi fecerunt.

1509.

Suppliant pro remedio.

§. 2. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, tibi, & Fratribus dicti Ordinis Minimorum, ad quem quamplurimi Chriſti fideles, præſertim partium Hiſpaniæ, ob Dei amorem, ac *F. Franciſci de Paula* illius Inſtitutoris memoriam magnum gerunt deuotionis affectum, vt tam dictam *Ieſu Mariæ*, quàm alias, tam eis, quàm Sororibus dicti Ordinis Minimorum domos hactenus conceſſas, quàm in poſterum concedendas, etiam ab aliis domibus fratrum B. Mariæ de monte Carmelo, & aliorum quorumcumque Ordinum per centum, & quadraginta cannas, etiam per aërem, aut aliàs menſurandas, non diſtantes recipere, & receptas tenere, & inhabitare, ac de nouo in illis conſtruere, & ædificare, ſeu conſtrui, & ædificari facere valeas, & ipſi valeant, concedere, aliáſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Concedit, quòd poſſint fratres noſtri ſumere Conuentus non diſtantes per 140 cannas.

§. 3. Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi, ac Fratribus Ordinis Minimorum huiuſmodi prædictam *Ieſu Mariæ*, & quaſcumque alias domos, & loca hactenus eidem Ordini Minimorum, illiuſque Fratribus, & Sororibus conceſſas, ſeu conceſſa, & in poſterum concedendas, ſeu concedenda, etiamſi infra centum, & quadraginta cannas per aërem, aut aliàs menſurandas, ab aliis domibus dictorum Fratrum de monte Carmelo, & aliorum quorumcumque Ordinum fuerint, de eorum tamen conſenſu, quorum intereſt, liberè, ac licitè recipiendi, & pro eorum perpetuis vſu, & habitatione retinendi, ac de nouo in illis conſtruendi, & ædificandi, ſeu conſtrui, & ædificari faciendi, ac inhabitandi de conſenſu quorum intereſt, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam concedimus.

Deputat commiſſarios.

§. 4. Quocirca dilectis filiis Miniſtro Monaſterij per Miniſtrum gubernari ſoliti S. Trinitatis Malacitanæ, & Decano Eccleſiæ Cordubenſis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel alter eorum vobis in præmiſſis efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes, faciant vos conceſſione prædicta liberè potiri, & gaudere, non permittentes, vos per quoſcumque deſuper indebitè moleſtari; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Derogat contrarias.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus dictorum Ordinum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, & indultis Apoſtolicis dictis Ordinibus conceſſis, quibus, illorum tenores pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum *Romæ* apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcatoris, die 11. Iunij 1509. Pontificatus noſtri anno 6

CONSTITVTIO XIII.

1511. 1511.

CONSTITVTIO XIII.

Confirmat electionem Generalis Germani Lionet, & acta Capituli generalis Turonensis; & concedit, quòd Generalis præsideat in Capitulo generali vsque ad nouam futuri Generalis electionem; & quòd acta in vno Capitulo generali, in sequenti approbari, vel reprobari possint.

IVLIVS PAPA II.

Dilecto filio *Germano Lionet* Ordinis Fratrum Minimorum,

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Supplicatio. §. 1. EXponi nobis nuper fecisti, quòd tu in proximo Capitulo generali Ordinis Fratrum Minimorum in domo Iesu Mariæ, propè Ciuitatem Turonen. dicti Ordinis celebrato, Spiritus sancti gratia cooperante, via scrutinij in generalem Correctorem dicti Ordinis, iuxta illius regularia instituta, per nos, & Sedem Apostolicam approbata, canonicè electus fuisti. Ac post electionem de te factam huiusmodi, in eodem Capitulo nonnulla pro dicti Ordinis manutentione, & directione vtilia, ac rationabilia edita fuerunt. Quæ omnia pro illorum subsistentia firmiori cupis dictæ Sedis munimine roborari.

Confirmat acta Capituli Turonen. §. 2. Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus inclinati, electionem de te ad triennium proximum factam, & omnia, & singula alia, regularibus institutis dicti Ordinis per nos approbatis, & canonicis, & Apostolicis institutis non obuiantia, in dicto Capitulo generali pro ipsius Ordinis vtilitate gesta, & edita, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illáque inuiolabiliter obseruari mandamus. Supplentes omnes, & singulos defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem.

Millar. Generalē præsidere Capitulo vsque ad nouam electionem. §. 3. Et ne, triennio huiusmodi finito, etiam ante futuri Correctoris generalis iuxta dicti Ordinis regularia instituta factam electionem, Ordo ipse Correctore generali interim careat, tibi, ac successoribus tuis Correctoribus generalibus dicti Ordinis pro tempore existentibus, vt Correctores generales dicti Ordinis remanere, & Capitulo præsidere debeatis, donec canonica electio successoris in Capitulo generali pro tempore celebrato iuxta dicti Ordinis regularia instituta facta fuerit.

Quòd acta in vno Capitulo possint ab alio approbari vel reprobari. §. 4. Quódque gesta, & edita in Capitula huiusmodi, in sequenti Capitulo (dummodò canonicis, & Apostolicis ordinationibus, aut Primatui Ecclesiæ Romanæ aliquo modo non obsistant) infirmari, aut approbari, seu confirmari possint, eadem auctoritate licentiam concedimus, pariter & indulgemus.

Derogat contrariis. §. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis. Necnon omnibus, & singulis concessionibus, sub quacumque etiam verborum forma, & serie, per nos, & Sedem prædictam, aut aliàs in contrarium forsan factis, & in posterum faciendis, quorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserrentur, pro expressis haberi volumus, cæteriſque contrariis quibuscumque. Datum Romæ, die 1. Decembris, 1511. anno 9.

Digitized by Google

1513. 1513.

LEO X.

qui sedit à die III. Martij an. 1513. ad diem II. Decembr. an. 1521.

CONSTITVTIO I.

Concedit Tertiarijs Ordinis nostri, vt gaudeant immunitate, & aliis priuilegijs, quibus Tertiarij Ordinis Minorum.

LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiū. EA, quæ à prædecessoribus nostris pro personarum sub Religionis habitu Domino famulantium immunitate, & quiete sunt concessa, nonnumquam ad alias similes arctioris vitæ personas, subsistente causa, libenter extendimus.

Cõmemorat literas Sixti IV. Sacrosanctæ. § 1. Dudum fel. rec. *Sixt.* Papæ IV. prædecessori nostro pro parte dilectorum filiorum vniuersorũ Fratrum, & dilectarũ in Christo filiarum vniuersarum Sororum tertij Ordinis *B. Francisci* de pœnitentia nuncupatorum per *Italiam* consistentium exposito, quòd licet plures Summi Pontifices etiam prædecessores nostri, diuersa, & plura pro immunitatibus eorum concessissent priuilegia, & plures solemnissimi iuris vtriusque Doctores tenuissent, quòd ipsi Fratres, & Sorores deberent gaudere libertate, & immunitate Ecclesiastica, vt personæ Religiosæ: nihilominus Communitates Ciuitatum, Potestates, aliique Officiales seculares locorum Italiæ non cessabant quotidie nona eis, tam in rebus, quàm in personis inducere grauamina, libertati Ecclesiasticæ contraria. Idem *Sixtus* prædecessor Communitatibus, Potestatibus, & Officialibus prædictis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, eo ipso per Officiales ipsos, ac singulares personas earumdem Communitatum, si contra facerent, incurrenda, ne eisdem Fratribus, & Sororibus grauamina aliqua libertati Ecclesiasticæ contraria inducere, aut ipsos Fratres, & Sorores, quominùs gauderent priuilegiis, & immunitatibus, tam fori, quàm personæ, & rerum, sicut aliæ personæ Ecclesiasticæ, quomodolibet impedire præsumerent, Apostolica auctoritate inhibuit. Et nihilominus omnibus, & singulis, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, & quibuslibet personis in Ecclesiastica dignitate constitutis; necnon Patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarũ Canonicis, & cuilibet eorum, qui desuper forent requisiti ab aliquo Fratrum, seu Sororum prædictorum, mandauit, quatenus præmissa, vbi, & quando expedire viderent, solemniter publicarent, & non permitterent, eosdem Fratres, & Sorores contra inhibitionis suæ huiusmodi tenorem per quoscumque quauis auctoritate indebitè molestari, & illos, quos propterea huiusmodi excommunicationis sententiam eis incurrisse constaret, excommunicatos nunciarent, facerentque ab aliis nunciari, & ab omnibus arctiùs euitari, donec ab huiusmodi indebitis molestiis, per eos dictis Fratribus, & Sororibus illatis, cum effectu destitissent; contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, prout in ipsis Sixti prædecessoris desuper confectis literis pleniùs continetur.

Supplicatio. § 2. Cùm autem, sicut exhibita nobis pro parte dilecti filij *Germani* Ordinis Fratrum Minimorum generalis Correctoris petitio continebat, pro eo quòd in dicto Ordine Minimorum sunt Fratres, & Sorores tertij Ordinis Minimorum, prout in dicto Ordine Minorum, videatur consonum iuri, quòd etiam Fratres,

1513. Fratres, & Sorores tertij Ordinis Minimorum immunitate Eccleſiaſtica, & priuilegiis, quibus Fratres, & Sorores tertij Ordinis Minorum gaudent, gaudere debeant, pro parte dicti Germani Correctoris nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt Fratribus, & Sororibus tertij Ordinis Minimorum, quòd libertate, & immunitate Eccleſiaſtica, ac aliis priuilegiis in literis Sixti prædeceſſoris huiuſmodi contentis, & quibus Fratres, & Sorores tertij Ordinis Minorum gaudent, & potiuntur, potiri, & gaudere; ipſique Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Ordinarij, & Canonici eos tueri, & defendere debeant, concedere, & indulgere, aliáſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. 1513.

§. 3. Nos igitur, ad quos pertinet ſuper his adhibere vigilantiæ noſtræ curas, volentes Fratres & Sorores tertij Ordinis Minimorum huiuſmodi fauore proſequi gratioſo, prædictum *Germanum* Correctorem à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, literas *Sixti* prædeceſſoris huiuſmodi ad Fratres, & Sorores tertij Ordinis Minimorum, ita quòd ipſi libertate, & immunitate Eccleſiæ, & aliis priuilegiis in illis contentis, & quibus Fratres, & Sorores tertij Ordinis Minorum gaudent, & potiuntur, potiri, & gaudere. Ipſique Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Ordinarij, & Canonici eos tueri debeant in omnibus, & per omnia, ac ſi Fratres, & Sorores tertij Ordinis Minimorum in illis expreſsè nominati, ipſæque literæ eis conceſſæ fuiſſent, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium extendimus, pariter & ampliamus. Tertiarij gaudẽt immunitate.

§. 4. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ idem *Sixtus* prædeceſſor in dictis literis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Derogat contrariis.

§. 5. Cæterùm quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus Fratres, & Sorores tertij Ordinis Minimorum huiuſmodi illis indigerent, deferri; volumus, & eadem auctoritate decernimus, quòd earum tranſumptis manu Notarij publici, & Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, aut alicuius Prælati Eccleſiaſtici ſigillo munitis, ea prorſus in iudicio, & extra illis plena fides adhibeatur, ac iis ſtetur, ſicuti ipſis originalibus literis adhiberetur, & ſtaretur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Datum *Romæ* apud *S. Petrum*, anno Incar. Dom. 1513. pridie Idus April. Pontif. noſtri an. 1. Tranſumptis fidem adhiberi iubet.

CONSTITVTIO II.

Concedit indulgentiam decem annorum, & totidem quadragenarum viſitantibus noſtras Eccleſias in feſto Omnium Sanctorum, Aſſumptionis, & Annunciationis B. Mariæ, ac in die Pentecoſtes. Et concedit Correctoribus licentiam deputandi ſex, aut plures Confeſſores, qui dictis diebus, & præcedenti poſſint abſoluere à caſibus Epiſcopalibus, & vota omnia commutare, exceptis quatuor.

LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. 1513.

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

PAſtoris æterni, qui, vt humanum genus ab æterna damnatione eriperet, ſe in ara crucis immolari non abnuit, vices, quamuis immeriti, gerentes in Proœmium

Digitized by Google

1513. terris, id ſuper reliqua vota noſtra feruenter optamus, vt cunctos fideles, quos ipſe ſui pretioſi ſanguinis ſparſione Deo Patri reconciliare curauit, quorum regimen, & gubernationem nobis commiſit, ad recolendam iugiter memoriam ſuæ paſſionis, & viſitandum Eccleſias, aliqua religioſa loca præſertim ſub inuocatione B. Mariæ Virginis, cuius vbera ipſum Redemptorem noſtrum lactare meruerunt, fundata, inuitemus, &, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire, frequentiùs excitemus. 1513.

Indulgentias elargitur.

§. 1. Cupientes igitur, vt *Ieſu Mariæ Turonenſis*, & *B. Mariæ*, ac *omnium Sanctorum Ambaſienſis*, necnon eiuſdem *B. Mariæ totius gratiæ Pariſienſis*, ac *S. Helenæ Gisnenſis* Ordinis Minimorum domus, & Eccleſiæ, ad quas, vt accepimus, *B. Franciſcus de Paula* dicti Ordinis Inſtitutor, & dum viueret generalis Corrector, ſingularem gerebat deuotionis affectum, congruis frequententur honoribus, & Chriſti fidelium deuotio ad Eccleſias ipſas, & D. N. Ieſu Chriſti paſſionem magis augeatur; ipſique fideles eò libentiùs confluant ad eaſdem, quò ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ vberiùs conſpexerint ſe refectos. De omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſias alicuius ex prædictis, vel aliis domibus dicti Ordinis in celebritate omnium Sanctorum, & dictæ B. Mariæ Aſſumptionis, & eiuſdem Annunciationis, ac Pentecoſtes feſtiuitatibus, à primis Veſperis celebritatis, & ſingularum feſtiuitatum huiuſmodi, vſque ad occaſum Solis ſequentis diei annuatim deuotè viſitauerint, & inibi in dictæ paſſionis memoriam quinquies Orationem Dominicam, & totidem Salutationem Angelicam huiuſmodi recitauerint, decem annorum, & totidem quadragenarum indulgentiam in Domino miſericorditer concedimus.

Correctores Confeſſores deputare poſſunt.

§. 2. Et vt Chriſti fideles prædicti, qui ad Eccleſias ipſas pro huiuſmodi conſequenda indulgentia pro tempore confluerint, huiuſmodi indulgentiæ faciliùs participes eſſe poſſint, omnium, & ſingularum conſtructarum, & conſtruendarum domorum Ordinis Minimorũ huiuſmodi Correctoribus nunc, & pro tempore exiſtentibus deputandi annis ſingulis ſex, aut plures preſbyteros idoneos ſeculares, aut dictarũ domorũ Fratres, qui in celebritate, & aliis feſtiuitatibus prædictis, & die præcedenti in dictis Eccleſiis, eorumdẽ confluentium confeſſionibus diligenter auditis, eis pro cõmiſſis per eos delictis, etiam in ſingulis caſibus Epiſcopalibus, abſolutionis beneficiũ impendere, & pœnitẽtiam ſalutarem iniungere; necnon vota quæcumque per eos pro tempore emiſſa (religionis, & caſtitatis, & vltramarino, necnon liminum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac S. Iacobi in Compoſtella, votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeant, licentiam, & facultatem tenore præſentium concedimus, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Dictis indulgentiis numquam derogatur.

§. 3. Volumus autem, decernimus, & declaramus, quòd ſi contingat, nos, aut Sedem Apoſtolicam in poſterum huiuſmodi indulgentias, & facultates reuocare, caſſare, & annullare, ſeu ſuſpendere, quòd præſentes literæ, ac in eis contenta quæcumque nullatenus includantur; nec per tales, vel alias reuocationes, caſſationes, declarationes, decreta, & ſuſpenſiones, ſublata quomodolibet intelligantur, etiamſi de huiuſmodi intentione noſtra, & mente non derogandi, ſpecialis, expreſſa, & non per generales clauſulas, quæ huiuſmodi ſpecificam mentionem importare viderentur, aut importarent, mentio fieret. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, anno Incarnat. Dom. 1513. pridiè Nonas Maij, Pontif. noſtri anno 1.

CONSTITVTIO IIII.

Digitized by Google

CONSTITVTIO III.

Concedit, quòd singulis annis die 2. Aprilis possit celebrari Officium, & Missa in Ecclesiis nostri Ordinis, in honorem B. Francisci de Paula; *& quòd illius Imago in nostris Ecclesiis depingi possit.*

Et Beatificatio Francisci P. N.

LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiū. ILlius, qui semper in sanctis suis mirabilis est, vices, licet immeritò, gerentes in terris, piis fidelium, præsertim religiosarum personarum votis, quæ ad Dei laudem, & gloriam, ac Sanctorum veneratiónem, fideliumque animarum salutem cedere dignoscuntur, libenter annuimus, & prout expedire in Domino conspicimus, fauoribus prosequimur opportunis.

§. 1. Sanè pro parte dilecti filij *Germani Lionet* Ordinis Fratrum Minimorum generalis Correctoris nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd cùm aliàs claræ mem. *Ludouicus* Francorum Rex summoperè desideraret coram videre quondam *Franciscum de Paula*, in quodam Eremitorio districtûs *Paule* Regni *Neapolitani*, tunc solitariam vitam ducentem, propter ipsius *Francisci* odorem bonæ famæ, & vitæ sanctimoniam, à fel. rec. *Sixto* Papa IV. prædecessore nostro sibi mandari obtinuit, vt idem *Franciscus* de Regno *Neapolitano* huiusmodi, ad Regnum *Francie* se conferret, & ipsius Regis conspectui se præsentaret, qui adeo eidem Regi, & omnibus regnicolis gratus, & acceptus fuit, quòd in diuersis Ciuitatibus, & locis, tam *Gallie*, quàm *Neapolitani*, ac *Sicilie*, ac *Hispanie* Regnorum, ac *Germanie* diuersæ domus pro fratribus, vitam, quam ipse *Franciscus* elegerat, ducere volentibus, à Christi fidelibus constructæ, & ædificatæ fuerunt. S. Franciscus vocatus in Galliam à Rege Francorum.

§. 2. Ipséque *Franciscus* Ordinem ipsum, qui arctior, & strictior cæteris omnibus existit, quem vtique *Minimorum* appellauit, & sub certo viuendi modo instituit, illumque per piæ mem. *Alexandrum VI.* & deinde *Iulium II.* post *Sixtum IV.* & *Innocentium VIII. Romanos* Pontif. etiam prædecessores nostros approbari, & confirmari obtinuit, ac dum in humanis egit, & dum suo Creatori spiritum reddidit, ac etiam vita functus plurimis claruit miraculis, adeò vt propterea magna Christi fidelium multitudo, quæ ad domum *Iesu Marie Turonensem* dicti Ordinis, in qua eius corpus requiescit, confluit, cum eiusdem *Francisci* intercessione, preces, quas ad Deum effundunt, exaudiri firmiter credant, ipsumque pro beato teneant, & venerentur. Ordo Minimorum strictior omnibus.

§. 3. Et quia in Sanctorum catalogo annumeratus non est, tam prædictus *Germanus*, quàm alij dicti Ordinis Minimorum Fratres summoperè cupiunt eis concedi, vt liceat illis singulis annis die 2. mensis Aprilis, nisi occurrat maior Hebdomada, vel Octaua Paschæ, & tunc in 2. Feria post dictam Octauam, Festum, & Officiū eiusdem *Francisci* de vno Confessore, cum oratione vnius Confessoris, sub nomine *B. Francisci de Paula*, in domibus dicti Ordinis celebrare, & celebrari facere. Quare pro parte dicti *Germani* Correctoris nobis fuit humiliter supplicatum, vt pro æterni Regis laude, & gloria, ac ipsius glorioſi Confessoris reuerentia, & honore, necnon decore Ecclesiæ, ac Catholicæ Religionis splendore, populique deuotione, & salute, super iis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Supplicatio.

§. 4. Nos igitur, qui fideles quoslibet ad Sanctorum Dei veneratiónem, & iugem erga eos deuotionem, vt ei, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum procedit, placere studeant, prout possumus, libenter incitamus, huiusmodi supplicationibus inclinati, eisdem Fratribus, vt de cætero perpetuis futuris temporibus in eorum domibus officium in memoriam eiusdem Concedit facultatem celebrandi officium S. Francisci de Paula & eius imaginem pingendi.

Digitized by Google

1513. *Francisci* de vno Confessore, sub nomine *B. Francisci de Paula* huiusmodi, annis singulis in die 2. mensis Aprilis, nisi occurrat Maior hebdomada, vel Octaua Paschæ, & tunc in 2. feria post dictam Octauam celebrare, & in eorum Missis, ac Matutinis, & Vesperis eiusdem *Francisci* commemorationem sub nomine *B. Francisci de Paula* huiusmodi recitare, eiusque Imaginem depingi facere; & in Ecclesiis domorum suarum, prout etiam Fratres Ordinis Minorum de familia in eorum Ecclesiis Imaginem *F. Bernardini de Montefeltro*, qui etiam proximis annis decessit, tenent depictam, tenere liberè, & licitè valeant, Ordinariorum locorum, & cuiusuis alterius licentia super hoc minimè requisita, auctoritate Apostolica, tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus. 1513.

Derogat contrarijs, & transumptis fidem adhiberi iubet.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæteris què contrariis quibuscumque. Volumus autem, quòd propter præmissa dictus *B. Franciscus* catalogo prædicto adscriptus non censeatur. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, vbi illæ forent necessariæ, deferri, volumus, & prædicta auctoritate decernimus, quòd earumdem literarum transumptis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo Cameræ Apostolicæ, vel alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constituræ munitis, eadem prorsus in iudicio, & extra illis fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo, &c. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, anno Incar. Dom. 1513. Nonis Iulij, Pontif. nostri anno 1.

CONSTITVTIO IV.

Confirmat omnia priuilegia concessa à suis prædecessoribus, & approbat de nouo Regulas Fratrum, & Sororum tertij Ordinis; ac concedit, quòd famulis inseruientibus in nostris Monasteriis in habitu seculari possimus ministrare Eucharistiam, etiam tempore Paschatis, & in articulo mortis, ac reliqua Sacramenta præstare, & in nostris Ecclesiis sepelire.

1513. LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmium

IIS, quæ pro fidelium omnium, & Religiosorum animarum salute à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris prouidè processerunt, vt eò firmiùs maneant, quò sæpiùs fuerint Apostolicæ sedis munimine roborata, libenter, cùm à nobis petitur, adiicimus nostri muniminis firmitatem, ac alia desuper ordinamus, prout pro eorumdem animarum salute in Domino conspicimus salubriter expedire.

Memoratæ Constitut. Iulij II. de qua suprà.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. *Iulius* Papa II. prædecessor noster inter alia Ordini Fratrum Minimorum *B. Francisci de Paula* concessit, quòd famuli domorum dicti Ordinis, necnon cæteri eiusdem Ordinis habitum portantes, & in articulo mortis in dictis domibus sepulturam eligentes, omnibus, & singulis priuilegiis, dicto Ordini quomodolibet concessis, gaudere liberè, & licitè possent. Quodque dicti Ordinis Fratres, & Sorores, ac Oblati, necnon vtriusque sexus Tertiarij, seu tertij Ordinis huiusmodi, & nonnullæ aliæ personæ tunc expresè semel in vita, & in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum veniam, & indulgentiam consequi possent, & valerent, concessit: Ac tam præfatus *Iulius*, quàm piæ memoriæ *Sixtus IV. Innocentius VIII. Alexander VI.* Romani Pontifices prædecessores nostri nonnulla alia priuilegia, concessiones, & indulta Ordini Minimorum huiusmodi, ac illius pro tempore existenti Generali, Vigilibus, ac Prouincialibus, & eorum vices gerentibus, cæterisque dicti Ordinis Fratribus concesserunt: Ipséque *Iulius* prædecessor

1513. prædeceſſor dicti Ordinis Fratrum, Sororum,& vtriuſque ſexus Tertiariorum huiuſmodi Regulas, per præfatum *Franciſcum de Paula* dicti Ordinis Inſtitutorem vltimò editas, tamquam eiuſdem *Franciſci* vltimam voluntatem, nouiſſimè approbauit, & confirmauit. 1513.

Supplicatio. §. 2. Quare pro parte dilecti filij *Germani Lionet* moderni Ordinis Generalis, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt omnibus, & ſingulis priuilegiis, conceſſionibus, & indultis, eidem Ordini, ac illius pro tempore Generali, Vigilibus, ac Prouincialibus, & eorum Vices gerentibus, & aliis dicti Ordinis Fratribus conceſſis, necnon tribus Regulis nouiſſimè per eumdem Iulium prædeceſſorem approbatis, & confirmatis, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, ipſaque priuilegia, & indulta, quò ad hoc vt Fratres dicti Ordinis domorum huiuſmodi famulorum, pro tempore in habitu ſeculari eis ſeruientium, quoties opus fuerit, etiam Paſchali tempore, & in mortis articulo, in eorum domibus, & Eccleſiis huiuſmodi confeſſiones audire, ipſiſque & eorum cuilibet Euchariſtiæ,& Vnctionis Extremæ Sacramenta miniſtrare, ac inhumationis, & ſepulturæ beneficia impendere poſſint: Ita quòd ſingulæ perſonæ huiuſmodi, & prout dicti Fratres, priuilegiis, & indulgentiis huiuſmodi in eorum mortis articulo frui, & gaudere valeant, ac ſi eis expreſsè conceſſa fuiſſent, extendere, & ampliare, aliáſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmat priuilegia, & concedit, quòd famulis poſſimus miniſtrare Sacramenta &c. §. 3. Nos itaque præfatum *Germanum* Correctorem à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædicta, ac omnia, & ſingula Ordini Minimorum huiuſmodi, ac illius pro tempore exiſtentibus Generali, Vigilibus, ac Prouincialibus, & eorum vices gerentibus, cæteriſque ſingulis Fratribus per præfatos prædeceſſores ſub quacumque verborum ſerie, tam in genere, quàm in ſpecie hactenus quomodolibet conceſſa priuilegia, & indulta quæcumque. Necnon eiuſdem Ordinis Fratrum, Sororum,& vtriuſque ſexus Tertiariorum Regulas huiuſmodi per præfatum *Iulium* prædeceſſorem, tamquam præfati *Franciſci* vltimam voluntatem, nouiſſimè approbatas, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illáque omnia,& ſingula, ad hoc vt Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi dictarum domorum famulorum pro tempore in habitu ſeculari eis deſeruientium, quoties opus fuerit, etiam Paſchatis tempore, & in mortis articulo, in eorum domibus, & Eccleſiis huiuſmodi confeſſiones audire, ipſiſque & eorum cuilibet Euchariſtiæ, & Extremæ Vnctionis Sacramenta miniſtrare, ac illis, & cuilibet eorum inhumationis, & ſepulturæ beneficia, cuiuſuis licentia ſuper hoc minimè requiſita, impendere licitè valeant: Ita quòd ſingulæ perſonæ huiuſmodi, & prout dicti Fratres, priuilegiis, & indultis huiuſmodi in eorum mortis articulo frui, & gaudere valeant, ac ſi eis expreſsè conceſſa fuiſſent, eiſdem auctoritate, & tenore præſentium extendimus, & ampliamus.

Derogat contrarijs, & tranſumptis fidē adhiberi iubet. §. 4. Non obſtantibus ordinationibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Et quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, vbi illæ forent neceſſariæ, deferre, volumus, & præfatâ auctoritate Apoſtolica decernimus, quòd earum tranſumptis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Cameræ Apoſtolicæ, vel alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus in iudicio,& extra illis fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi fuiſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, anno Incarnat. Dom. 1513. Nonis Iulij, Pontif. noſtri anno 1.

CONSTITVTIO V.

Confirmat, & de nouo concedit priuilegium, quòd nouem Collectæ dictæ ad beneplacitum, & deuotionem Sacerdotis, valeant pro totidem Missis de Requiem.

LEO PAPA X.

Vniuersis, & singulis præsentes literas inspecturis,

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Proœmiũ. EXposcit dilectorum filiorum Fratrum *Ordinis Minimorum* deuotionis sinceritas, & religionis promeretur honestas, vt eorum piis petitionibus libenter annuamus.

Memoratur Constitut. Iulij II. de qua supra. §. 1. Licet aliàs fel. rec. *Iulius* Papa II. prædecessor noster dilecto filio *Francisco Binet* tunc Correctori generali dicti Ordinis per suas in forma Breuis literas concesserit, quòd si ipse in visitatione domorum dicti Ordinis, quam, iuxta illius regularia instituta, facere tenebatur, vel aliàs in aliquibus domibus, vel locis dicti Ordinis, tam pro Ecclesiarum fabricis, quàm aliis fratrum necessitatibus, Missarum multitudinem copiosam inueniret, & cognosceret, quòd illæ per fratres locorum, & domorum huiusmodi, in Ecclesiis eorum, iuxta obligationem per eosdem fratres factam, aut relinquentium ordinationem, celebrari non possent, prout in Ianuen. & Parisien. domibus per illorum fratres factum esse cognouerat, vt cum fratribus locorum, & domorum huiusmodi, aut etiam ibidem pro tempore degentibus, & cum eorum quolibet dispensare posset; Ita quòd dispensatio super his per eumdem *Franciscum*, factam, ab eodem prædecessore facta censeretur cum eisdem fratribus; Ac nouem Collectæ per eos, aut eorum quemlibet in vnaquaque Missa recitatæ, pro nouem Missis, ac septem Collectæ pro septem Missis, atque ita de aliis descendendo, seu citra dictum numerum, cum omnium, & singulorum locorum, & domorum huiusmodi fratrum, ac etiam totius *Ordinis Minimorum* huiusmodi suffragiorum, orationum, sacrificiorum, ieiuniorum, vigiliarum, disciplinarum, & aliorum quorumcumque bonorum generalitate, singulis eiusdem Ordinis benefactoribus, & benefactricibus, qui Missas ipsas in Ecclesiis domorum, & locorum huiusmodi recitandas dederint, adeo plenè, & integrè valerent, & sufficerent, ac si Missæ huiusmodi pro eis, & eorum quolibet, iuxta piam eorum deuotionem, & intentionem, particulariter separatim recitatæ fuissent, prout in dictis literis plenius continetur.

Dubitat Generalis, an possit priuilegio iam olim facto, &c. §. 2. Cùm autem, sicut nobis nuper dilectus filius *Germanus Lionet* modernus Corrector generalis dicti Ordinis exponi fecit, pro eo quod officium Correctoriatus præfati *Francisci* expirauit, antequam domos dicti Ordinis partium *Bohemiæ*, & *Alemanniæ* visitaret, quarum fratribus pro illorum sustentatione, aut aliàs deuotionis causa duo baiochi, seu septem quatrini monetæ Iuliæ, pro celebratione vnius Missæ per Christi fideles communiter dari consueuerunt, & adeò pauci fratres in iisdem domibus existunt, quòd non possunt singulas Missas pro singulis eleëmosynis celebrare, dubitauerit ipse generalis Corrector, vigore earum literarum eidem *Francisco* tunc Correctori concessarum, posse cum dictis, ac aliis fratribus domorum *Bohemiæ*, & *Alemanniæ* huiusmodi, necnon Regni *Neapolis*, ac *Siciliæ*, *Terræ Laboris*, ac *Calabriæ* dispensare, vt singuli fratres dictarum domorum in celebratione vnius Missæ vnius Sancti, vel Sanctæ, vel aliàs quomodocumque ad eorumdem fratrum deuotionem recitatæ, seu etiam mortuorum, dicendo septem, vel nouem commemorationes, satisfacerent pro septem, vel nouem particularibus, & integralibus Missis, etiamsi

Missæ

Digitized by Google

1513. Missæ huiusmodi specialiter de Requiem, vel de quocumque Sancto, vel Sancta, vel aliàs integraliter recitatæ forent, pro quibus etiam tamquam pro Missis specialiter de Requiem, vel de quibuscumque Sanctis integraliter celebrandis, eleëmosynas vndecumque receperant, satisfacere valeant, ac commemorationes huiusmodi per eosdem fratres ad eorum deuotionem in vnica eorum Missa taliter factæ, illis plenè valeant, & eis, qui Missas huiusmodi celebrare mandauerint, suffragentur, ac super illis taliter recitatis fratres ipsi exonerentur, proinde ac si idem fratres septem, aut nouem Missas specialiter de Requiem, vel de quocumque Sancto, seu de diuersis Sanctis, vel aliàs, iuxta quorumcumque benefactorum huiusmodi piam deuotionem, & intentionem, integraliter diuersis diebus celebrassent. Quare pro parte eiusdem Germani nobis fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis pro eorum conscientiæ pace prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. 1516.

§. 3. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, omnibus Fratribus domorum dicti Ordinis in partibus *Alemanniæ*, & *Boemiæ* pro tempore consistentium, vt de cætero perpetuis temporibus in celebratione vnius Missæ, septem, vel nouem commemorationes ad eorum deuotionem pro tempore recitatæ, pro septem, vel nouem specialibus, & integralibus Missis, etiamsi illæ specialiter de Requiem, vel de quibuscumque Sanctis recitandæ forent, vel aliàs quomodocumque etiamsi pro illis recitandis eleëmosynas recepissent, seu in posterum reciperent, plenè satisfacere valeant: Ac commemorationes huiusmodi de quibuscumque Sanctis, vel etiam defunctorum, vel aliàs ad eorumdem fratrum deuotionem taliter factæ, eisdem fidelibus, qui eleëmosynas huiusmodi pro ipsis Missis celebrandis, eisdem fratribus pro eorum sustentatione dederint, seu in posterum eos dare contigerit, plenè suffragentur: Ipsique fratres super singulis Missis huiusmodi, cum septem, vel nouem Collectis ad eorum deuotionem taliter recitatis, integraliter in eorum conscientiis exonerentur, proinde ac si fratres ipsi singulas Missas huiusmodi, & earum quamlibet specialiter de Requiem, vel de ipsis Sanctis, aut eorum quolibet, vel aliàs quomodocumque iuxta piam benefactorum huiusmodi, & cuiuslibet eorum deuotionem, & intentionem, diuersis diebus integraliter celebrassent: Quódque dicti Ordinis generalis Corrector pro tempore existens, cum omnibus fratribus quarumcumque domorum dicti Ordinis Minimorum, in dictis, & aliis quibusuis Regnis, & locis consistentium, super dictis Missis modo præmisso celebrandis dispensare liberè, & licitè valeat, auctoritate Apostolica, tenore præsentium licentiam concedimus, pariter & indulgemus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum *Romæ* apud *S. Petrum*, sub annulo Piscat. die 23. Iulij, anno 1513. Pontif. nostri anno 1. Derogat contrariis.

CONSTITVTIO VI.

Mandat sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiæ, sibi absolutionem reseruando, ne Fratres Minimi possint transire ad alium quantumuis priuilegiatum Ordinem; Quam etiam vult incurrere retinentes, & retentos non dimittentes.

LEO PAPA X.

1516.

Dilecto filio F. Francisco Binet Ordinis Minim. generali Correctori,

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

§. 1. QVamuis aliàs fel. rec. *Iulius* Papa II. prædecessor noster ad Minimorum Ordinem, qui tamquam vitis in vinea Domini palmites vberes, Memorat Constit. Iulij II. qua supra.

1516. & fructuosos in dies producere non cessat, singularem gerens deuotionis affectum, & prouidè considerans, quòd vita, & obseruantia Ordinis Minimorum huiusmodi, cùm sit continuè quadragesimalis, tam in Conuentibus, & domibus Ordinis huiusmodi, quàm extra, cæterorum quatuor Mendicantium Ordinum, & aliorum Religiosorum sit arctior, & strictior, tibi, & pro tempore existenti dicti Ordinis Minimorum generali Correctori, & Ordini huiusmodi per quasdam suas in forma Breuis literas concessas, quòd nulli eiusdem Ordinis Minimorum fratres ad alium quemcumque etiam priuilegiatum Ordinem prætextu quorumcumque priuilegiorum, cuicumque alteri Ordini, etiam sub quibuscumque verborum formis quomodolibet concessorum, absque tua, tuæque aut Generalis Correctoris pro tempore existentis speciali licentia transire possent, aut deberent, etiam sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam tam recipientes, quàm receptos, & concedentes ipso facto incurrere voluit, inhibuerit: Quodque tu fratres contra facientes auctoritate Apostolica, quoties opus foret, excommunicare, necnon, iteratis vicibus, aggrauare, ac per alias censuras Ecclesiasticas, aliaque iuris remedia compescere, & ad Ordinem Minimorum huiusmodi reuocare, & reducere, seu reuocari, & reduci facere posses, & valeres, indulserit, prout in dicti Iulij prædecessoris literis plenius continetur. 1516.

Motius. § 2. Nihilominus, indulto, & literis huiusmodi non obstantibus, accepimus, quòd nonnulli aliorum Ordinum fratres, non verentes contra indulti, & literarum huiusmodi tenorem venire, plures dicti Ordinis Minimorum fratres, Ordinis huiusmodi expressè professores, ad eorum Ordinem, & habitum præsumpserunt, in dictorum fratrum recipientium, & receptorum animæ periculum, & dicti Ordinis, & Religionis tuæ graue præiudicium, & scandalum plurimorum, recipere.

Prohibet Minimos ad alios Ordines transire. §. 3. Nos itaque ipsius *Iuly* prædecessoris in hac parte vestigiis inhærentes, ac literas, & indultum *Iuly* prædecessoris huiusmodi, harum serie Apostolica etiam auctoritate confirmantes, & approbantes, ac Ordinem Minimorum huiusmodi, qui his nouissimis, & nostris temporibus incepit, & quotidie per eorum vitæ, & morum salubria exempla, Domino benedicente, crescit, pro debito pastoralis officij confouere, ac præmissis, ne in eneruationem eiusdem Ordinis Minimorum vlteriùs serpant, obuiare volentes, dictis fratribus, & aliis quibuscumque quarumuis Religionum fratribus quantumcumque priuilegiatis, eorumque Superioribus, & Prælatis auctoritate Apostolica, tenore præsentium sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam contrafacientes eo ipso incurrere volumus, & à qua, nisi à nobis, & Romano Pontifice canonicè intrante, præterquam in mortis articulo constituti, absolui non possint, districtè inhibemus, ne à modò in antea aliquos Fratres Ordinis Minimorum huiusmodi ad eos confugientes, seu venientes sub prætextu quorumcumque priuilegiorum, & indultorum Apostolicorum eis desuper concessorum, in eorum domibus, seu Conuentibus recipere, aut eis ipsorum habitum concedere, seu exhibere audeant, vel præsumant.

Decernit receptiones irritas. §. 4. Decernentes nihilominus, quascumque receptiones, & habituum exhibitiones factas, & faciendas, nullius existere roboris, vel momenti, nullumque tibi, & Generali Correctori pro tempore existenti, & Ordini huiusmodi Minimorum præiudicium propterea generari potuisse, aut in futurum posse.

Mandat restitui Ordini nostro fratres in aliis receptos. §. 5. Et nihilominus eisdem fratribus, prædictos Religiosos, & professos Ordinis Minimorum huiusmodi penes se, seu in eorum domibus, locis, & Conuentibus tenentibus, sub dicta excommunicationis pœna modo præmisso incurrenda, præcipimus, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus dictos fratres per eos receptos huiusmodi infra nouem dierum spatium, à die præsentium intimationis computandorum, cum eorum priori habitu, tibi, & Ordini tuo huiusmodi restituere habeant, de cæteroque à simili Fratrum Ordinis huiusmodi Minimorum receptione abstineant; Sed ad eos accedere volentes cum omni humilitate, & in spiritu patientiæ, & charitatis ipsos de indulto,

1516. dulto, & inhibitione huiuſmodi certificantes, ad omnem tuam, & pro tempore exiſtentis generalis Correctoris, tuique, ac ſui Viceſgerentis petitionem reſtituant. Nos enim tibi, & pro tempore exiſtenti dicti Ordinis generali Correctori, veſtriſque Viceſgerentibus quoſcumque Fratres, & Religioſos dicti Ordinis Minimorum corrigendi, puniendi, & eos ad Ordinem, & habitum huiuſmodi, etiam ſub excommunicationis, & aliis pœnis, & cenſuris reuocandi, & reducendi, eaſdemque pœnas, & cenſuras, iteratis vicibus, aggrauandi, & reaggrauandi plenam, & omnimodam Apoſtolica auctoritate prædicta, tenore præſentium concedimus facultatem. 1516.

Derogat contrariis.

§. 6. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac priuilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, Fratribus, & Religioſis quorumuis aliorum Ordinum conceſſis, & pro tempore concedendis, quæ quò ad hoc eis nolumus in aliquo ſuffragari, cæteriſque aliis in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcat. die 18. Aug. 1516. Pontif. noſtri anno 4.

CONSTITVTIO VII.

Concedit, quòd Generalis poſſit deputare quoſcumque Viſitatores cum plenaria poteſtate. Reſiſtentes excommunicat, abſolutionem ſibi reſeruando.

LEO PAPA X.

1516.

Dilecto filio Franciſco Binet Ordinis Minimorum B. Franciſci de Paula generali Correctori,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. Licet aliàs fel. rec. Iulius Papa II. prædeceſſor noſter ad Ordinem Minimorum, illiuſque Religionem ſingularem gerens deuotionis affectum, illius propagationem cupiens, tibi, tuiſque ſucceſſoribus dicti Ordinis generalibus Correctoribus per ſuas in forma Breuis literas benignè conceſſerit, & indulſerit, quatenus ſuper omnes, & ſingulos dicti Ordinis Fratres, tam Prælatos, quàm ſubditos, omnimodam poteſtatem, & iuriſdictionem haberes, & exerceres, illoſque iuxta Ordinis Regulæ per ipſum Iulium approbatæ, & confirmatæ tenorem, per tuos Viceſgerentes, ſeu oculatos Viſitatores, vbicumque exiſterent, quoties opus foret, cum plenaria auctoritate tua viſitare, ac eos per te, vel Viſitatores tuos huiuſmodi corrigere, punire, caſtigare, incarcerare, & excommunicare, ac, iteratis vicibus, aggrauare, & reaggrauare poſſes, & valeres, prout in eiſdem literis pleniùs continetur. Quia tamen, ſicut non ſine magna animi noſtri perturbatione accepimus, modernus Prouincialis dicti Ordinis Prouinciæ Hiſpaniæ, literis Iulij prædeceſſoris, ac tuæ per illas tibi conceſſæ auctoritati temerè contrauenire non formidans, tuis mandatis, ac literis authenticis, manu etiam tua propria ſubſignatis, magnoque dicti Ordinis ſigillo ſigillatis parere, ſpecialémque tuum Viceſgerentem, ſeu Viſitatorem oculatum, dilectum filium Hieronymum de S. Ella Hiſpanum preſbyterum, ac Ordinem huiuſmodi expreſsè profeſſum, per te ſpecialiter deputatum, iuxta dictarum authenticarum literarum tuarum, dictique Ordinis Regulæ tenorem, tuam veluti perſonam acceptare, ipſique reuerentiam, & obedientiam, vt decebat, exhibere noluit, & contumaciter recuſauit, aliaque indebita contra dictum tuum Viceſgerentem, & Viſitatorem committere non eſt veritus, in animæ ſuæ præiudicium, dictique Ordinis ſcandalum non modicum, & malum exemplum plurimorum.

Memorat Conſtit. 5. Iulij II §. 1.

Digitized by Google

1516. Visitatores à Generali missos tenentur fratres recipere Vide Cõstit. 1. §. 2. Greg XIII. infrà.

§. 2. Nos attendentes, præcipuum quarumuis Religionum fundamentum obedientiam existere, qua sublata, non Religio, sed confusio potiùs dicenda esset; volentes pro debito pastoralis Officij, quo vniuersas Religiones, & potissimùm hanc, quæ nostris temporibus, Domino concedente, florere, & vberes fructus producere in agro Domini cœpit, paterna charitate amplectimur, præmissis, ne in deterius serpant, & Ordinem ipsum, ac Regulam labefactare incipiant, opportunè prouidere, ac duram cernicem ipsius Prouincialis, vt aliis cedat in exemplum, contundere. Motu proprio, & ex nostra certa scientia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium dicto Prouinciali Hispaniæ, ac omnibus aliis, & singulis eiusdem, & aliarum quarumuis Prouinciarum vbilibet constitutarum Fratribus Ordinis Minimorum huiusmodi, tam Prælatis, quàm subditis, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam tam impedientes, & contradicentes, quàm consensum, auxilium, vel fauorem directè, vel indirectè præbentes, eo ipso incurrere volumus, à qua, nisi à nobis, vel Sede præfata, præterquam in mortis articulo constituti, absolui non possint, districtè præcipimus, & mandamus, quatenus ipsi, & eorum singuli dictum Hieronymum Vicesgerentem tuum, cæteroſque Vicesgerentes, & oculatos Visitatores, per te, & successores tuos dicti Ordinis generales Correctores pro tempore deputatos, iuxta tuarum, tuorum vel successorum huiusmodi literarum tenorem, recipere, ac illis, veluti personæ tuæ, parere, & obedire, ac debitam reuerentiam exhibere habeant, & teneantur. 1516.

Commissarios deputat.

§. 3. Omnes, & singulos Archiepiscopos, Episcopos, & quasuis alias Ecclesiasticas personas, tam in Regno Hispaniæ, quàm alibi constitutas, quacumque præfulgeant dignitate, harum serie hortantes in Domino, vt præfato Hieronymo Vicesgerenti tuo, cæterisque tuis, dictorumque tuorum successorum huiusmodi literis, & contentis in præmissis huiusmodi, opportuno defensionis præsidio assistentes, eum, seu eos, per te, vel successores tuos generales Correctores pro tempore deputatos, seu deputandos iuxta earumdem tuarum, vel successorum tuorum huiusmodi literarum tenorem, tuis, dictorumque tuorum successorum huiusmodi literis, & contentis in eis frui, & gaudere, ac officio Vicesgerentis, & Visitatoris huiusmodi vti faciant, & permittant; ac ipsum Prouincialem, si quod absit, contumax, & rebellis fuerit, vinculo excommunicationis huiusmodi irretitum, per Fratres, & Religiosos, & alios, quibus tu per literas tuas duxeris committendum, capi, & incarcerari, & si opus fuerit ad huiusmodi, auxilium brachij secularis inuocari faciant, & procurent, vt de eo per te, vel deputandos à te debita iustitia ministrari possit, & ipse Prouincialis tandem ad cor reuersus, mandatis Apostolicis, & tuis, ac Regulæ, & Ordinis huiusmodi institutis parere discat.

Derogat contrarijs.

§. 4. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis literis, etiam per nos forsan in contrarium concessis, & concedendis, quas quò ad præmissa nolumus Prouinciali huiusmodi, vel cuicumque alteri suffragari, & quibus, illarum tenorem præsentibus pro expresso habentes, harum serie derogamus, cæterisque aliis in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Transumptis fidem adhiberi iubet.

§. 5. Cæterùm quia difficile foret, præsentes literas in quibusuis locis, vbi opus foret, ostendere, vel exhibere, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quòd transumptis ipsarum, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo dictæ Religionis, vel alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillatis, ea prorsus fides vbique adhibeatur, sicut originalibus literis adhiberetur, & adhiberi deberet, si essent in medio exhibitæ, vel ostensæ. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, sub annulo Piscatoris, die 3. Septembris, 1516. Pontificatus nostri anno 4.

CONSTITVTIO VIII.

Digitized by Google

1516. 1516.

CONSTITVTIO VIII.

Confirmat indulgentias concessas ab ipso supra, in constit. eius 2. cùm omnibus clausulis in ea contentis. Et addit, quòd per Bullam Cruciatæ dictæ indulgentiæ numquam intelligantur suspensæ; Quapropter concedit, vt possint liberè, & licitè vbique publicari.

LEO PAPA X.

Vniuersis, & singulis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis,

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

§. 1. SOlet Sedes Apostolica petentium piis precibus, per quas animarum salus procuratur, fauorem beneuolum impertiri. Cùm itaque nos ad Ordinem Minimorum, quem B. Franciscus de Paula piè, & religiosè instituit, singularem gerentes deuotionis affectum, per diuersas nostras, tam sub plumbo, quàm in forma Breuis confectas literas, in fauorem dicti Ordinis, & domorum eiusdem in diuersis Regnis, & Prouinciis constructarum, omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, qui aliquam ex dicti Ordinis domibus huiusmodi vbilibet constructis, vel pro tempore construendis, Ecclesiam certis festis, & diebus, in dictis literis respectiuè expressis, à primis Vesperis cuiuslibet Festorum, & dierum huiusmodi, vsque ad Solis occasum eiusdem visitarent, & ibi quinquies Orationem Dominicam, & totidem Salutationem Angelicam in Christi passionis memoriam recitarent, decem annorum, & totidem quadragenarum indulgentiam in Domino misericorditer elargiti fuerimus, cum facultate Confessiones deputandi, qui in festiuitatibus, & diebus huiusmodi, eorumdem Christi fidelium ad Ecclesias Ordinis Minimorum huiusmodi confluentium confessionibus diligenter auditis, eis pro commissis per eos peccatis, etiam in singulis casibus Episcopalibus, absolutionis beneficium impendere, & salutarem pœnitentiam iniungere, necnon vota quæcumque per eos pro tempore emissa (Religionis, & castitatis, ac vltramarino, ac visitationis liminum Apostolorum Petri, & Pauli, & S. Iacobi in Compostella, votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valerent, licentiam, & facultatem concesserimus: & nihilominus voluerimus, decreuerimus, & declarauerimus, quòd si contigerit, nos, aut Sedem Apostolicam in posterum huiusmodi indulgentias, & facultates cassare, reuocare, & annullare, seu suspendere, quòd huiusmodi per nos dicto Ordini, & eius fratribus, ac domibus, & Ecclesiis huiusmodi concessæ literæ, ac in eis contenta quæcumque nullatenus in reuocationibus, aut cassationibus huiusmodi includerentur, nec per tales, aut alias reuocationes, cassationes, declarationes, decreta, & suspensiones, sublata, aut cassata quomodolibet intelligerentur; etiamsi de huiusmodi intentione nostra, & mente non derogandi specialis expressio, & non per generales clausulas, quæ huiusmodi specificam mentionem importare viderentur, fieret, prout in huiusmodi sub plumbo, quas perpetuò valere decreuimus, & aliis singulis respectiuè confectis literis, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti essent, præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, pleniùs continetur.

Memoriæ suam Const. de quâ suprà.

§. 2. Quia tamen à nonnullis verti posset indubium, an indulgentiæ, per nos, vt præmittitur, Ordini Minimorum, ac illius domibus, & Ecclesiis concessæ huiusmodi per indulgentiam ad effectum Cruciatæ, necnon fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac etiam fabricæ, seu reparationis turris Ecclesiæ Viennens. Archiducatus Austriæ, per nos, vel prædecessores no-

Modus.

1516. ſtros quomodolibet etiam cum derogatione aliarum indulgentiarum, etiam annullatæ fuerint. Nos attendentes, quòd indulgentias huiuſmodi Ordini Minimorum, ac illius domibus, & Eccleſiis libenter conceſſimus, & illas ſub quibuſuis reuocationibus, caſſationibus, & annullationibus, quæ à nobis, & Sede Apoſtolica pro tempore emanarent, comprehendi nullo pacto voluimus, & decreuimus, vt præmittitur, ad effectum, quòd Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi, qui noſtris temporibus, Domino famulantes, cœperunt, Domino benedicente, multiplicari, poſſent Chriſti fidelium piis ſuffragiis, & eleëmoſynis, cùm ipſi vitam quadrageſimalem intus, & foris agant, pro eorum neceſſitatibus, & pro eorum ſuſtentatione aliquod ſubleuamen ſuſcipere, & habere: Et ne Chriſti fideles à bonis operibus abſtrahantur, quinimmo feruentiores ad lucrandum indulgentias, Ordini, & domibus, ac Eccleſiis Minimorum huiuſmodi, vt præmittitur, vel aliàs quouis modo conceſſas, reddantur, dignum duximus eiſdem Chriſti fidelibus notam facere mentis noſtræ intentionem. 1516.

Noſtræ indulgentiæ non plenariæ non reuocantur.

§. 3. Quocirca auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, per conceſſionem indulgentiarum dictæ fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cruciatæ, necnon fabricæ, ſeu reparationi dictæ turris Eccleſiæ Viennenſ. huiuſmodi, aut quibuſuis aliis fabricis, Eccleſiis, ſiue locis per prædeceſſores noſtros, vel nos hactenus factam, ſeu fiendam, mentis noſtræ non fuiſſe, neque in futurum eſſe, velle non plenarias indulgentias, & literas ſingulas, Fratribus, & Eccleſiis domorum Minimorum huiuſmodi ſub quibuſuis verborum formis conceſſas, plenarias indulgentias non continentes, reuocare, caſſare, & annullare, vel eis vllatenus derogare; quinimmo illas, & in eis contenta quæcumque iuxta illarum formam, & tenorem, præterquam quòd ad plenarias indulgentias, harum ſerie innouantes, & confirmantes, Fratribus, Ordini, & Eccleſiis huiuſmodi prout conceſſæ ſunt, & omnia in eis contenta in ſuo robore permanere, & ſic ab omnibus obſeruari debere volumus, &c.

Dictas indulgentias poſſumus vbique publicare.

§. 4. Et nihilominus Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi, eorum indulgentias prædictas in eorum Eccleſiis, & domibus publicando, etiam poſt conceſſionem prædictarum, ſeu aliarum indulgentiarum, vt præmittitur, conceſſarum, & inhibitionem de non publicando vbilibet factam, nullas pœnas, ſeu cenſuras, ſeu excommunicationis ſententias mereri debuiſſe, aut potuiſſe, eadem auctoritate decernimus; Ac eoſdem Fratres ſuas indulgentias præmiſſas, quibuſcumque non obſtantibus, libere, & licitè publicare poſſe, & debere volumus, & pari auctoritate indulgemus. Per præſentes tamen non intendimus in aliquo præiudicare indulgentiæ pro futuri proximi Capituli generalis in Vrbe celebratione conceſſæ, quominus illa in locis in literis Breuis deſuper expeditis expreſſis liberè publicari valeat.

Derogat contrarijs.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, & quibuſuis aliis ſuſpenſionibus, & reuocationibus ſimilium indulgentiarum, ſub quacumque verborum forma, per nos, vel prædeceſſores noſtros ad effectus prædictos, ſeu aliàs ſub quibuſuis verborum formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, conceſſis hactenus, & in poſterum concedendis, ſeu factis, & fiendis, ſub quibus præſentes nullo modo comprehendi poſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fidem adhiberi iubet.

§. 6. Cæterùm quia difficile foret præſentes literas ad ſingula loca vbi expediens fuerit, deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quòd literarum huiuſmodi tranſumpto, manu publici Notarij ſubſcripto, & alicuius Archiepiſcopi, Epiſcopi, aut alterius Eccleſiæ Prælati, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munito, vbicumque illud exhiberi contigerit, ea prorſus, & indubitata fides in iudiciis, & extra vbicumque locorum adhibeatur, ac ſi præſentes forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcat. die 5. Septemb. 1516. Pontif. noſtri anno 4.

CONSTITVTIO IX.

1516. 1516.

CONSTITVTIO IX.

Concedit, quòd tempore interdicti ordinaria auctoritate appositi, possimus, ianuis apertis, diuina celebrare.

LEO PAPA X.

Dilectis filiis Correctori generali, & Fratribus Ordinis Minimorum, B. Francisci de Paula vbilibet constitutis,

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

§. 1. QVamuis in priuilegijs, & indultis Apostolicis, vobis, & Ordini vestro concessis, inter alia caueatur expressè, & indultum existat, quod vos omnibus, ac singulis priuilegijs, & gratijs omnibus quatuor Mendicantiũ Ordinibus quomodolibet concessis vti, frui, & gaudere liberè, & licitè possetis, & valeretis: Et in dictis Mendicantium Ordinum, & præsertim Fratrum Minorum priuilegijs inter cætera, vt accepimus, expressè contineatur, quòd ipsi Fratres Mendicantes, præsertim Minores, in eorum Ecclesijs tempore interdicti ordinaria auctoritate pro tempore appositi, etiam ianuis apertis, celebrare possint, & valeant; Et licet vobis dicta priuilegia Ordinum Mendicantium, concessa, communicata, & ad vos extensa fuerint, vt præfertur; ipsique Mendicantes, & præsertim Fratres Ordinis Minorum consueuerint, & soliti sint tempore interdicti huiusmodi in Ecclesiis domorum suarum, ianuis apertis, celebrare, & proptereà idem vobis iure merito licere minimè dubium sit, cupitis tamen id vobis specialiter denuò concedi, & indulgeri. Supplicatio.

§. 2. Nos igitur, qui Ordinem vestrum huiusmodi, illiusque religiosas personas in visceribus charitatis complectimur, vos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes; Motu proprio, & ex nostra certa scientia, vobis, vt in quibusuis Ecclesiis domorum vestrarum, nunc, & pro tempore in quibusuis locis consistentibus, tempore interdicti ordinaria auctoritate appositi, etiam ianuis apertis, diuina Officia celebrare liberè, & licitè possitis, & valeatis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, pariter & indulgemus. Tempore interdicti, ianuis apertis possumus diuina Officia celebrare.

§. 3. Et insuper omnibus, & singulis locorum quorumcumque Ordinariis, quacumque etiam Archiepiscopali, Episcopali, vel alia inferiori dignitate præfulgeant, sub interdicti Ecclesiarum suarum, ac suspensionis à diuinis, necnon quibusuis personis aliis Ecclesiasticis, etiam laicis, ac Parlamentis regiis, vel aliorum DD. temporalium, seu Principum vbilibet constitutis, quauis auctoritate, & dignitate præfulgeant, sub excommunicationis latæ sententiæ pœnis harum serie expressè inhibemus, ne vos, quominùs in Ecclesiis vestris tempore interdicti huiusmodi, etiam ianuis apertis, celebrare possitis, ac vos, & res vestras quascumque quæ sub speciali Apostolicæ Sedis protectione immediatè consistunt, quouis quæsito ingenio, vel colore, perturbare, seu molestare, aut de vobis, & rebus vestris ex quauis causa se se quomodolibet intromittere audeant, vel præsumant; Decernentes nihilominus, eos, qui huiusmodi excommunicationis sententiam incurrere non formidauerint, ab illa absolui non posse, nisi à nobis, aut Sede præfata, præterquam in mortis articulo constituti. Impedientibus pœnas apponit.

§. 4. Et insuper irritum, & inane fore quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 5. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis literis, etiam Apostolicis, aduersus præmissa forsan concessis, quibus, illarum teno- Derogat contrarijs.

1517. rem, ac si de verbo ad verbum insertus esset, præsentibus pro expresso habentes, harum serie specialiter, & expresse derogamus, ac quibusuis friuolis appellationibus, etiam desuper forsan interponendis, per quas, & alia quæcumque contraria, literas huiusmodi, & illarum effectum impediri, aut suspendi nullo modo volumus, cæterisque aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, sub annulo Piscatoris, die 6. Septembris 1516. Pontif. nostri anno 4. 1517.

CONSTITVTIO X.

Concedit, quòd Fratres possint se obligare ad suffragia perpetua in genere.

1517. LEO PAPA X.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minimorum B. Francisci de Paula.

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Supplicatio §. 1. CVm, sicut nobis exponi fecistis, ex Regula vestra, per nos nuper, cum accumulatione, & concessione quamplurimorum priuilegiorum, & indultorum, Apostolica auctoritate confirmata, & approbata, caueri dicatur expresse, quòd vos, qui sub perpetua quadragesimali vita, & ex mendicatis eleëmosynis viuitis, perpetuas Missas, seu aliqua perpetua suffragia pro aliquibus in vestris domibus, & Conuentibus, nunc, & pro tempore existentibus, recipere non possitis: Et, sicut eadem expositio subiungebat, nonnulli ex Fratribus Minimorum Ordinis huiusmodi, forsan dictæ Regulæ ignari, vel eis id licere arbitrantes, nonnullas perpetuas Missas, seu responsoria, & alia huiusmodi suffragia perpetua, pro certis personis, quæ eis pro corum sustentatione certam pecuniæ summam, vel aliquid æquiualens erogarunt, acceperint; & in eadem expositione subiuncto, quòd cùm Ordo ipse nuper institutus, & approbatus adeò, benedicente Domino, creuerit, & in dies crescat, cumque nihil proprij vobis liceat habere, Christi fidelium præfata suffragia pro sustentatione vestra plurimùm necessaria propterea fore noscantur; & in Regula vestra huiusmodi contineatur, quòd vltra quinquaginta annos Missas, & suffragia huiusmodi particulariter, & in specie suscipere non debeatis; nobis propterea humiliter supplicari fecistis, vt super iis, vobis de opportuno remedio prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Fratres possint se obligare ad suffragia perpetua in genere. §. 2. Nos itaque vt Regula vestra huiusmodi illibata seruetur, & animarum saluti Christi fidelium, pia suffragia huiusmodi vobis pro tempore largientium consulatur, prouidere volentes, auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus, quòd Missas, ac suffragia quæcumque huiusmodi, per vos in quibuscumque domibus, & Conuentibus vestris pro quibusuis personis, & in quauis parte mundi, à quibuscumque & cum quacumque etiam obligatione hactenus recepta, ad quinquaginta dumtaxat annos proximè futuros, particulariter, & in specie recitare teneamini; Finito verò dictorum quinquaginta annorum spatio, in genere Missæ, ac suffragia quæcumque per vos, & pro tempore vbilibet existentes dicti Ordinis Fratres recitanda, eisdem benefactoribus suffragentur, & animarum ipsorum saluti prosint, perinde ac si pro eisdem benefactoribus, tam viuis, quàm defunctis, Missas, & suffragia huiusmodi particulariter, & in specie dictim perpetuò recitaretis, ac celebraretis.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, sub annulo Piscat. die 26. mensis Iunij, 1517. Pontif. nostri anno 5.

CONSTITVTIO XI.

1517. 1517.

CONSTITVTIO XI.

Statuit, Correctorium esse addendum Regulæ, & secundùm illud, & istam omnia in Religione debere definiri: Et concedit, quòd in Capitulis generalibus possint fieri statuta, non tamen contra Regulam, nec contra Correctorium, quæ tamdiu durent, quò fuerint per sequens Capitulum generale reuocata.

IOANNES DOMINICVS ZACIVS I. V. D. DEI, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Therdon. & Comes.

Vniuersis, & singulis præsentes literas inspecturis, lecturis, visurè, & legi audituris.

Salutem in Domino & præsentibus fidem indubiam adhibere.

Exhortatio pro pace Capituli.

§. 1. VNiuersitati vestræ notum facimus, qualiter, nobis præsentibus, necnon pro reuerendiss. D. Cardinali S. Crucis Ordinis Fratrum Minimorum Protectore vices gerentibus, ac præsidentibus Romæ in 4. Capitulo generali dicti Ordinis B. Francisci de Paula, apud domum SS. Trinitatis eiusdem Ordinis celebrato anno Domini 1517. die verò 22. mensis Maij, ad Ecclesiam S. Trinitatis huiusmodi accessit prædictus reuerendiss. in Christo P. & DD. *Bernardinus Caruaial* Episcopus Sabin. Card. S. Crucis, Patriarcha Ierosolymitan. Et ibidem primùm audita Missa, accessit ad locum deputatum pro dicti 4. generalis Capituli eorumdem Fratrum celebratione, & inibi incipiendo à diuinis, dictis orationibus solitis, proposuit causam aduentus sui, vt scilicet videret, & consolaretur eosdem Patres, & rogaret, vt ipsi instanter bonæ directioni Ordinis sui, & Regulæ, ac Correctorio, per bonæ mem. Iulium II. approbatis intenderent, & vt deinceps super eisdem Patris eorum Fundatoris Regula, atque Correctorio huiusmodi per sanctam Sedem Apostolicam sub dicto Iulio II. confirmatis, nulla inter eos in futurum esset discordia, sed, sicut bonos decebat filios obedientiæ, vniformiter Regulam, & Correctorium huiusmodi omnes in perpetuum acceptarent, & fideliter obseruarent, ita quòd ipsi Regulæ in aliquo non derogetur, sed semper, vt iacet, illibata permaneat.

Correctorium addendum Regulæ, quibus generale Capitulum derogare non potest.

§. 2. Dictum verò Correctorium, quod prædictus B. P. eiusdem Ordinis Institutor edidit, & prædictus fel. rec. *Iulius* Papa II. confirmauit, primitùs siquidem per bonæ mem. Cardinalem Senogallien sem, seu eiusdem literarum vigore, in primo eiusdem Ordinis generali Capitulo Romæ similiter per eumdem auctoritate Apostolica celebrato, in quinque dumtaxat articulis, tandem verò in hoc 4. generali Capitulo in viginti quinque articulis, primò siquidem per dictum reuerendiss. D. Protectorem visis, & deinde per reuerendiss. D. Cardinalem SS. quatuor Coronatorum, eiusdem etiam Ordinis Protectorem reuisis, & per eosdem iustis repertis, & similiter per eorum quemlibet, & postmodum per prædictum S.D.N pro totius Ordinis vniuersali pace, & consolatione vnanimiter admissis, necnon per totum generale Capitulum huiusmodi tandem vniformiter acceptatis, auctoritate Apostolica modificatum, & emendatum, præfatæ Regulæ maneat annexum; ita quòd Regulæ, & Correctorio huiusmodi per sequentia generalia Capitula quæcumque nullo modo derogari possit: Sic etiam, quòd iuxta dicti B. P. Institutoris vltimam voluntatem, cui semper standum erit, vnica sit ipsorum Fratrum Regula cum vnico eius Correctorio huiusmodi: Et similiter eiusdem Ordinis Sororum sit vnica

1518. Regula: Ac pariformiter Ordinis huiusmodi vtriusque sexus Tertiariorum vnica sit Regula, prout idem B. P. Institutor vltimo statuit, & ordinauit, & Apostolica Sedes sub prædicto *Iulio* Papa II. approbauit, & confirmauit. 1517.

Regula, & Correctorium non emendetur.

§. 3. Insuper etiam, nobis præsentibus, eadem auctoritate Apostolica ibidem statuit, & ordinauit præfatus reuerendiss. D. Protector, quòd de cætero per quæcumque sequentia generalia Capitula de Regula, & Correctorio huiusmodi nil penitus emendari, aut subtrahi possit.

In Capitulis generalibus possunt fieri statuta, non tamen contra Regulã, & Correctorium, & quæ durent, vsque per aliud generale Capitulum fuerint derogata.

§. 4. In dictis tamen sequentibus generalibus Capitulis de communi totius generalis Capituli pro tempore celebrandi, aut saltem duarum eiusdem Capituli partium consensu ad decorem, & quietem Ordinis licitè poterunt fieri aliqua noua statuta, & ordinationes, quæ non sint contra Regulam, & Correctorium huiusmodi. Quæ quidem taliter statuta, & ordinata vsque ad aliud pro tempore immediatè sequens generale Capitulum durare, & stare debeant. Quæ etiam, nisi in aliquo sequenti generali Capitulo reuocentur, firma semper remaneant. In ipsis etiam generalibus Capitulis, & non alibi, per Patres inibi pro tempore capitulares reuocari, aut moderari poterunt statuta huiusmodi. Talis autem naturæ aliquando esse possent prætacta statuta, quòd ipsa ob eorum vtilitatem, & grauitatem, Apostolicam confirmationem obtinere meretentur, & deberent, & tunc iuxta dictorum respectiuè Capitulorum generalium determinationem, similiter illibata permaneant statuta huiusmodi.

Contra Regulam, & Correctorium nullus potest recalcitrare.

§. 5. Tandem verò, nobis similiter præsentibus, per dictum reuerendiss. D. Protectorem eadem auctoritate Apostolica inibi conclusum extitit, ac definitum, quòd vlteriùs in quibuscumque sequentibus generalibus Capitulis huiusmodi contra Regulam, & Correctorium huiusmodi nullatenus recalcitrare, sed de cætero, & in antea iuxta Regulam, & Correctorium huiusmodi, cæteraque dictorum respectiuè generalium Capitulorum statuta maximè, prouidéque definiantur singuli pro tempore emergentes casus.

Constitutionis firmatio.

§. 6. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes literas exinde fieri, & per Notarium publicum infrascriptum subscribi, & publicari mandauimus, sigillique nostri iussimus, & fecimus appensione communiri. Datum, & actum Romæ, in domo habitationis nostræ, sub anno à Natiu. Dom. 1517. Indictione 5. die verò 28. mensis Iunij, Pontif. SS. in Christo P. & D. N. D. Leonis diuina prouidentia Papæ X. anno 5.

CONSTITVTIO XII.

Concedit indulgentiam plenariam visitantibus Ecclesiam SS. Trinitatis de Vrbe omnibus Dominicis Quadragesimæ, & diebus Ascensionis, &c. Et omnibus diebus à media Quadragesima vsque ad Octauam Paschæ indulgentias S. Mariæ de Populo. Et omnibus diebus Dominicis totius anni concedit triginta annos, & totidem quadragenas, cum potestate deputandi Confessores dictis diebus, qui absoluant ab omnibus casibus, etiam Papæ reseruatis, exceptis contentis in Bulla Cœnæ.

1518. LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiũ.

ET si cunctæ orbis Ecclesiæ sub Sanctorum fundatæ vocabulis, sint pia deuotione fidelium venerandæ, illas tamen, quæ in honorem, & sub vocabulo sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis dedicatæ noscuntur, eo celebriori memoria conuenit venerari, quò ipsa sancta Trinitas immediatiùs, & perfectius vota fidelium dirigit, & ad gratias exauditionis admittit.

§. 1. Cupientes igitur, vt claustrum domus eiusdem SS. Trinitatis in monte Pincio

1518. Pincio de Vrbe Ordinis Minimorum à *B. Francisco de Paula* instituti, & à fel. rec. *Alexandro VI.* & *Iulio II.* Romanis Pontif. prædecessoribus nostris, ac nobis approbati, ac pluribus priuilegiis, & diuersis decorati, commoda Fratrum dictæ domus habitatione constrvi cœptum, celeriùs perfici valeat, ac Ecclesia eiusdem domus, ad quam Romanus Populus, & etiam Curiales, ac alij Christi fideles diuersarum nationum singularem gerunt deuotionis affectum, congruis frequentetur honoribus, ac Christi fideles ipsi eò libentiùs deuotionis causa confluant ad eamdem, quò ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ conspexerint se refectos. De omnipotentis Dei misericordia, & BB Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, seu firmum confitendi propositum habentibus, qui prædictam Ecclesiam SS. Trinitatis singulis diebus Dominicis cuiuslibet Quadragesimæ, & in Resurrectionis, & Ascensionis D. N. Iesu Christi, Pentecostes, & eiusdem SS. Trinitatis, ac Natiuitatis eiusdem D. N. Iesu Christi festiuitatum diebus, à primis Vesperis singularum Dominicarum, & festiuitatum, seu dierum huiusmodi, vsque ad occasum Solis cuiuslibet ipsarum, deuotè visitauerint, & ibidem in honorem SS. Trinitatis ter Orationem Dominicam, & totidem Salutationem Angelicam recitauerint annuatim, singulis earumdem Dominicarum, & festiuitatum diebus huiusmodi, plenariam, & veram omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam concedimus. Eisdem verò Christi fidelibus vniuersis, qui Ecclesiam prædictam à media cuiuslibet anni Quadragesima, vsque ad Octauas Paschæ inclusiuè annuatim similiter visitauerint, dictasque Dominicas Orationes, & Salutationes Angelicas ibidem similiter recitauerint, similes omnino indulgentias, quas consequuntur, seu pro tempore consequentur singuli Ecclesiam B. Mariæ de Populo visitantes, auctoritate Apostolica, tenore præsentium in Domino concedimus, & elargimur.

1518. Indulgétias elargitur cũ proposito confitendi.

Nota pro ædificatione Conuentus S. Trinit. de Vrbe.

§. 2. Aliis verò singulis Dominicis diebus cuiuslibet respectiuè anni Ecclesiam ipsam modo prædicto visitantibus, triginta annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus.

Indulgentias non plenarias elargitur.

§. 3. Et vt Christi fideles ipsi indulgentiarum huiusmodi commodiùs participes esse possint, Correctori dictæ domus pro tempore existenti, Confessores Religiosos dicti Ordinis, qui eosdem Christi fideles ad eandem Ecclesiam pro huiusmodi indulgentiis consequendis, dictis singulis diebus Dominicis Quadragesimæ cuiuslibet anni, & à medio Quadragesimæ, vsque ad Octauam Paschæ inclusiuè, etiam cuiuslibet anni, diebus singulis accedentes, eorum confessiones audire, eorumque confessionibus diligenter auditis, eosdem à quibuscumque casibus etiam Apostolicæ Sedi reseruatis (exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini) absoluere possint, & valeant, deputandi, auctoritate Apostolica tenore præsentium de vberiori gratia licentiam, & facultatem etiam concedimus, paritérque indulgemus.

Concedit auctoritatẽ Confessores deputandi. Vide Const. 2. eiusdem, à num. 3 & nota hic, quod per istã Const. Confessores debent esse nostri Ord.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis etiam suspensionibus similium, vel dissimilium indulgentiarum pro tempore factis, cæterisque contrariis quibuscumque præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, anno Incarn. Dom. 1518. Kal. Iulij, Pontif. nostri anno 6.

Derogat contrariis.

Digitized by Google

CONSTITVTIO XIII.

Mandat Archidiacono, & Cantori Eccleſiæ maioris Conſentinen. ne ſinant Fratres noſtros moleſtari à Parochis ſuper quarta funeralium, &c.

LEO PAPA X.

Dilectis filiis Archidiacono, & Cantori Eccleſiæ Conſentinenſis, vel eorum alteri,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Supplicatio §. 1. EXponi nobis nuper fecerunt dilecti filij *Franciſcus de Trano*, modernus Prouincialis, & alij Fratres Ordinis Fratrum Minimorum *B. Franciſci de Paula* Prouinciæ *Calabriæ*, quòd licet in priuilegiis, & indultis per fel. rec. *Iulium* Papam II. prædeceſſorem noſtrum dicto Ordini, & illius Fratribus, tunc, & pro tempore exiſtentibus conceſſis, ac per nos confirmatis, & approbatis, inter alia caueatur expreſsè, quòd Fratres prædicti tunc, & pro tempore exiſtentes, de hortis, virgultis, & aliis quibuſcumque bonis, Ordinis Minimorum domibus, & illarum Eccleſiis huiuſmodi pro tempore relictis, & legatis, ac de luminaribus, & aliis rebus diuino cultui pro tempore dedicatis, decimas, aut oblationes aliquas, etiam ex noualibus, vel quartam portionem ex funeralibus ſoluere minimè teneantur, nec ad id à quoquam, cuiuſcumque ſtatus, nobilitatis, conditionis, vel dignitatis exiſtat, valeant quomodolibet coarctari; Tamen nonnulli Parochialium Eccleſiarum Rectores, ſeu illarum Vicarij, ac in ipſis perpetui Beneficiati, auaritiæ cupiditate obcœcati, & quidam alij Clerici, & laici dictæ Prouinciæ, eoſdem Prouincialem, & Fratres ad ſoluendum ſibi quartam portionem huiuſmodi de legatis pro tempore decedentium, vel aliis bonis eiſdem Prouinciali, & Fratribus, ſiue pro Miſſis, ſiue pro fabricis, vel ornamentis Eccleſiaſticis, aut aliàs quomodolibet relictis, per ſe, vel alios exigere, ſeu extorquere temerè præſumentes, & interdum illos, qui in domibus dictorum Fratrum Eccleſiaſticam ſibi eligere ſepulturam deliberato animo propoſuerant, perſuaſionibus, & inductionibus, eorum propoſitum, ac vltimas voluntates deſuper factas mutare, & variare procurantes, dictos Fratres in eiuſmodi bonis relictis, & legatis defraudari, ac damnum, & iacturas pati procurant, nonnullàque ab ipſis Fratribus contra huiuſmodi priuilegia eis conceſſa extorquere præſumpſerunt, in animarum ſuarum periculum, & priuilegiorum huiuſmodi contemptum, ac Fratrum prædictorum non modicum præiudicium, & grauamen. Quare pro parte dictorum Prouincialis, & Fratrum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſibi ſuper iis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Eximit à ſolutione quartæ, &c §. 2. Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, per præſentes mandamus, quatenus vos, aut alter veſtrum, ſi, & poſtquam, vobis de præmiſſis legitimè conſtiterit, vniuerſis, & ſingulis Rectoribus, Vicariis, Beneficiatis, Plebanis, & aliis Clericis, ac laicis dictæ Prouinciæ, cuiuſcumque ſtatus, Ordinis, conditionis, aut præeminentiæ fuerint, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, ac aliis cenſuris Eccleſiaſticis præcipiatis, ne ipſi contra dicta priuilegia quicquam ab eiſdem Fratribus, occaſione quartæ portionis huiuſmodi, directè, vel indirectè, quouis quæſito colore, per ſe, vel per alios, contra tenorem priuilegiorum prædictorum, exigere, aut extorquere, ac aliàs ab ipſis Fratribus extorta, & indebitè exacta retinere: Nec defunctorum huiuſmodi parentes, vel hæredes, aut etiam executores ſuarum vltimarum voluntatum, præmiſſorum occaſione, aliquatenus moleſtare, ſeu inquietare, aut impedire: Nec teſtatores intendentes apud dicti Ordinis domus eorum ſepultu-

ras

1518. ras eligere, ab eorum propoſito perſuaſionibus retrahere, aut ipſorum voluntates reuocari, aut mutari facere præſumant; inuocato etiam ad hoc, quatenus opus ſit, auxilio brachij ſecularis. 1519.

§. 3. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ mem. Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodò vltra tres dietas aliquis vigore præſentium ad iudicium non trahatur, ac aliis conſtitutionibus Apoſtolicis, priuilegiis quoque, & indultis illis conceſſis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Viterbij, ſub annulo Piſcatoris, die 27. Septemb. 1518. Pontific. noſtri anno 6. Derogat contrariis.

CONSTITVTIO XIV.

Præcipit ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ, abſolutionem ſibi reſeruando, quòd nullus audeat habitum noſtri coloris deferre.

LEO PAPA X. 1519.

Dilectis filiis Correctoribus, Vicecorrectoribus, & aliis Fratribus Ordinis Minimorum B. Franciſci de Paula vbilibet conſtitutis, & eorum cuilibet,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. LIcet aliàs, cum B. Franciſcus de Paula Ordinis Minimorum Fundator, Regulam ſtrictiſſimam inſtituiſſet, & eam ſub perpetua quadrageſimali vita per Fratres Ordinis huiuſmodi obſeruari, ac habitum, ab habitibus aliorum Religioſorum differentem, videlicet ex lana naturaliter nigra, & ſine tinctura contextum, quem aſſumpſerat, per eoſdem fratres geſtari voluiſſet: ac, ſicuti nobis tunc innotuerat, nonnulli Fratres tertij Ordinis S. Franciſci, contra Regulam, & votum vitæ quadrageſimalis Religionis veſtræ, carnes, & lacticinia quæcumque, à quibus vos omnino abſtinere debetis, comedebant, habitum coloris per vos geſtari ſolitum in nonnulli; Prouinciis, & præſertim Hiſpaniarum degentes, ſibi aſſumpſerant, in graue præiudicium Ordinis veſtri, & Religionis huiuſmodi ſcandalum, cùm diuerſæ perſonæ vtriuſq; ſexus illarum partium videntes eoſdem Tertiarios, ſeu Fratres huiuſmodi carnibus, & lacticiniis veſci, ex delatione dictorum habitus, & coloris, illos eſſe veros Religioſos B. Franciſci de Paula exiſtimantes, murmuraſſent, eos Regulam, & votum vitæ quadrageſimalis non ſeruare, ob quod grauia ſcandala in Ordine veſtro huiuſmodi potuiſſent ſuſcitari: Per alias noſtras in forma Breuis literas decreuerimus, & declarauerimus, eoſdem Fratres Tertiarios, & quoſuis alios Religioſos, non habitum coloris illius, ſed ipſorum ſolitum, & Religionis Minorum S. Franciſci, albi ſcilicet coloris, geſtare debere; Iniungentes, & præcipientes eiſdem Tertiariis, & aliis Religioſis quibuſcumque ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, à qua niſi à nobis, & à Romano Pontifice, pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui non poſſent, quatenus à ſuſceptione habitus coloris veſtri, & illius geſtatione omnino deſiſterent; ac in eorum, & ſolito Fratrum Minorum habitu, dictique coloris albi, in ea, qua vocati erant, vocatione degerent; & propterea venerabili Fratri Epiſcopo Malaginen. eiuſque Officiali commiſerimus, & mandauerimus, quatenus vobis in præmiſſis opportunæ defenſionis præſidio aſſiſterent, & non permitterent, per eoſdem Tertiarios, & alios quoſuis Religioſos habitum veſtrum, & coloris veſtri huiuſmodi quoquo modo geſtari. Iſte Pontifex per alias ſuas, quas hic non habes, prohibuerat geſtari habitum coloris noſtri.

§. 2. Tamen, ſicut nobis exponi feciſtis, dilecti filij Gienen. & Cordubenſ Supplicatio

1519. Matris Dei, ac Hiſpalen. S. Ioannis de Alfaraxo nuncupatorum Monaſteriorum, Conuentuum, necnon nonnulli alij Fratres Tertiarij, & Eremitæ, ac mulieres etiam habitum veſtrum, ſeu coloris veſtri deferre nituntur, & præſumunt; eleëmoſynas etiam nomine Fratrum Minimorum petendo, & Ordinem ſuum Ordine veſtro priorem fore aſſerendo, in graue præiudicium dicti Ordinis veſtri, & ſcandalum plurimorum. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt vobis in præmiſſis de opportuniori remedio prouidere benignè dignaremur. 1519.

Prohibet de nouo geſtari habitum coloris noſtri: eamdem prohibitionem fecit Paulus V. in ſua Conſtit. 6. infrà.

§. 3. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus iterum, & declaramus, eorumdem Gienen. & Corduben. ac Hiſpalen. Conuentuum, necnon alios Tertiarios Fratres, & Eremitas, ac mulieres, habitum veſtrum, ſeu coloris veſtri deferre, & geſtare præſumentes, non habitum veſtrum, & coloris ipſius, ſed ipſorum ſolitum, & Religionis Minorum S. Franciſci, albi coloris, ſeu ad albitudinem potiùs, quàm ad nigredinem tendentem geſtare debere. Iniungentes, & præcipientes eiſdem Tertiariis, Eremitis, mulieribus, & aliis Religioſis quibuſcumque ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, eo ipſo abſque alia declaratione incurrenda, à qua niſi per nos, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui non poſſint, vt à ſuſceptione, & delatione habitus coloris veſtri huiuſmodi penitùs, & omnino deſiſtant, & abſtineant.

Commiſſarios inſtituit.

§. 4. Et nihilominus ven. Fratri Epiſcopo de Marrucos nuncupato, & dilectis filiis Priori domus S. Dominici Ciuitatis Aſtigiæ, & Officiali Granaten. nunc, & pro tempore exiſtentibus harum ſerie committimus, & mandamus, quatenus ipſi, & eorum quilibet vobis in præmiſſis opportunæ defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittant dictorum Gienen. & Corduben. ac Hiſpalen. Conuentuum, necnon alios Fratres Tertiarios, & Eremitas, ac mulieres, & alios Religioſos quoſcumque habitum veſtrum, & coloris veſtri huiuſmodi, ſed ad albedinem potiùs, quàm ad nigredinem tendentem deferre, vel geſtare. Contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

Derogat contrariis.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, & conſtitutionibus, ac ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutiſque & conſuetudinibus Ordinis huiuſmodi iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon priuilegiis, & indultis Apoſtolicis, illi, ac Fratribus præfatis forſan conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, illorum tenores pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, die 20. Martij 1519 Pontif. noſtri an. 7.

CONSTITVTIO XV.

Eſt canonizatio B. P. N. Franciſci de Paula.

1519. LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Deus Eccleſiam ſuam pretioſiſſimis lapidibus cõſtruxit.

EXcelſus Dominus militantem Eccleſiam pretioſorum lapidum viuorum ipſi ſummo angulari lapidi Chriſto Ieſu vnitorum ornatiſſima varietate decoratam ſtructura mirabili fundare diſpoſuit,

Cuius primi fundatores fuerunt Patriarchæ.

§. 1. Hinc proceſſere beati Patriarchæ qui fide præclarè Sanctorum etiam Angelorum ſuſceptores effecti, facie ad faciem videre Deum meruerunt. Hos ſequuti ſunt ſancti Prophetæ, quibus oſtendit Deus ſecreta ſua, vt ventura quaſi

1519. quasi præsentia, Spiritu S. illuminati, agnoscere, atque enunciare potuerint. 1519.

§. 2. Postquam autem venit plenitudo temporis, & nos in assumpta sibi humanitate oriens ex alto visitare, nostraque salutis mysteria (iuxta quod prædixerant Prophetæ) adimplere dignatus est, constituti fuere beati Apostoli, diuinæ legis promulgatores, & prædicatores, qui per orbem vniuersum genus humanum, quod sub diabolicæ iugo potestatis tenebatur, ad salutem excitantes, Dei verbum in omnibus terræ finibus prædicarunt. Apostoli deinde.

§. 3. Hos subsequuti sunt Martyres splendidi, qui fidei loricam induti, & inconcussæ stabilitatis balteo succincti, stolas suas in sanguine innocentis agni lauantes, & candidato exercitu Christum Iesum imitati, supernæ Ciuitatis Hierusalem, hoc est triumphantis Ecclesiæ, cum glorioſa victoria palmas manibus gestantes, se dicto viuo lapidi Christo adiunxerunt sempiternam sui memoriam, & exemplum venerabile militanti Ecclesiæ relinquentes. Martyres.

§. 4. Progressi sunt & Doctores lucidi, qui suis doctrinis, & exemplis catholicam, & orthodoxam fidem defensantes, falsisque Prophetis, ac iniquis Doctoribus, fidem ipsam subuertere satagentibus se opponentes; dictam Ecclesiam militantem multipliciter illustrarunt, quibus eadem Ecclesia comitata progreditur quasi Aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata. Doctores postea.

§. 5. Sequuntur postea sancti Confessores, qui virtutum gemmis coruscantes, Domino rationem de talentis creditis deposcenti, vtpotè fideles, & boni serui, multiplicatum de suis laboribus fructum attulerunt; & in arcam cœlestem deposuerunt, omniaque mundi blandimenta, vt venenum aspidum fugientes, latibula in terris petierunt, antris abditi, rudi victu, & scaturientis aquæ leui potu carnem macerantes, tegmine hircino amicti, iunceo, vel stramineo cubili fessa membra somno fouentes; nudis pedibus Dominum quæsierunt, æternamque patriam inuenerunt. Confessores etiam.

§. 6. Adsunt & Virgines nitidæ, mundo corpore, sincero corde, sanctaque mente, cum oleo in lampadibus suis sponso, qui est præ filiis hominum speciosus, obuiam venientes. Deuotæ tandem, continentesque Viduæ, & aliæ quamplurimæ sexus vtriusque personæ, piis, ac sanctis operibus semper intentæ, cum plenis etiam manipulis, eidem cœlesti sponso se repræsentant, cum Angelis gloriam in Altissimis Deo, & in terra pacem hominibus bonæ voluntatis mirificè depromentes. Hæc omnia vnus, atque idem Spiritus admirando plurimùm operatur mysterio; & sicut Altissimus ab initio vineam suam talibus piis cultoribus, iuxta sanctam promissionem suam, visitauit, firmauit, & auxit, sic semper ad illam suæ protectionis auxilium multipliciter impertitur. Virgines & Viduæ.

§. 7. Nouissimè verò diebus nostris, cœlestis ille agricola vineam suam more solito visitans, virum fortem ad huiusmodi vineæ culturam adduxit, glorioſum scilicet Confessorem *B. Franciscum de Paula*, superno cœtui meritò sociandum, immò veriùs sociatum, qui inter cæteros Christi athletas suis meritis, & exemplis ipsam sanctam Ecclesiam, diuina cooperante gratia, multipliciter decorauit, præsentis temporis caligines suæ lampadis fulgore mirabiliter illustrauit; ipse enim aduersus mundum, carnem, & dæmonem fortiter dimicauit, ac in odorem suauitatis Altissimi currens, copioſam vtriusque sexus fidelium multitudinem post se salubriter traxit, ac velut effusam super faciem terræ religioſam professionis suæ generationem dereliquit, vt ad illuminationem gentium celebris sui memoria, tamquam rutilum sydus, in Ecclesiæ firmamento seruaretur. S. Franciſcus Religionem fundauit.

§. 8. De cuius quidem origine, vita, moribus, & fama, necnon mirabilibus, quæ in præmium sanctitatis eius Deus mundo multipliciter ostendere dignatus est, ne de tam celebri viro etiam posteritas ipsa remaneat ignara, pauca ex multis duximus recensenda. Constat siquidem in Regno *Neapolitano* inter *Brutios*, & *Lucanos Paule* Oppidum situm esse, quod itinere vnius diei à *Consentia* illius Prouinciæ Metropoli distat. Inde originem traxit *Iacobus Martolilla*. Origo S. Francisci de Paula.

Digitized by Google

1519. Illi proximum est castrum *Fuscaldi*, vbi nata est *Vienna*, quondam ambo in fide Christi baptizati, & confirmati, ac, vt veri catholici, educati, qui inuicem secundùm ritum S. R. E. matrimonium contrahentes, & vt fideles decet coniuges, mutuam charitatem, vitæque honestatem seruantes, diu cohabitarunt, ex hoc matrimonio *B. Franciscum de Paula* procreatur. 1519.

A puerilibus annis Religionẽ dilexit.

§. 9. Qui sacri baptismatis fonte lauatus, & chrismatis Sacramento confirmatus, ab eisdem parentibus sub Dei timore, & amore educatus, insigne specimen sanctitatis futuræ præse ferens, solitudinem, & religionem diligere, ac orationibus, & ieiuniis assiduè vacare cœpit; quæ cùm eius parentes animaduertissent, ipsum, annum circiter decimumtertium agentem, iuxta votum per eos emissum, domui *S. Francisci* Ciuitatis *S. Marci* obtulerunt; in qua puer in sortem Domini electus, anno per eum exacto, nullaque professione emissa, vocatis parentibus, eos, vt se ad Ecclesiam *S. Francisci de Assisio*, & *S. Mariæ de Angelis* deuotionis causa ducere vellent, enixè rogauit, qui pio eius desiderio annuentes, se se itineris comites præbuerunt, quibus Ecclesiis deuotè visitatis, in patriam reuersus, idem Beatus, S. Spiritu inspirante, ad Ecclesiam construendam animum addixit, ipséque primus fundamenta effodere cœpit, quo inter vicinos diuulgato, vndique ad opus iuuandum concurritur, alij operi incumbebant, nonnulli calcem, lapides, cæmenta, & alia id genus futuro ædificio necessaria deportabant. Fertur etiam tunc fratrem quemdam, *S. Francisci* habitu indutum, ex improuiso *B. Franciscum de Paula* increpasse, quòd tam angustam ædem facere inchoasset, eamdémque demoliri sibi mandasse, ac aliam maiorem designasse, Beatoq; *Francisco de Paula* asserenti sibi vires ad tam ingens opus perficiendum non sufficere, diuinitùs respondisse, Deum omnipotentem ei nullo pacto defuturum, è vestigioq; diruptis muris, euanuisse; vnde non immeritò plerique illum *B. Franciscum* fuisse existimarunt. Postridie verò nobilis quidam Consentinus superuenit, qui eidem B. pro ædificanda Ecclesia, magnum auri, atque argenti pondus obtulit, vnde iuxtà situs designationem Ecclesiam notabili forma, non paruo sumptu construere cœpit.

Semper orabat, aut laborabat.

§. 10. Numquam à laboribus cessabat, nisi cùm orationi, diuinisque rebus intendebat, qui, etsi vigiliis, continuisque ieiuniis maximè esset attritus, lapides tamen, calcem, & ligna, aliaque ad fabricam necessaria, propriis etiam humeris deferre non desinebat.

Affabilis erat.

§ 11 Erat adeò in loquendo humanus, atque affabilis, vt nullus vmquam ad eum accesserit, qui mellifluis eius verbis delectatus, & incredibili quadam sermonis dulcedine captus, & quasi diuino Spiritu repletus, ab eo non recesserit.

Ordinem suum appellauit Minimorum.

§. 12. Humilitatem eius etiam instituti per eum Ordinis cognomentum ostendit, quòd vt is omnium minimus esse volebat, ita Minimorum censuit, & instituit: eiusdem etiam Ordinis Institutor, & generalis Corrector existens, omnium se infimum, quo ad poterat, exhibebat, & ad omnia seruilia etiam opera, vt & cæteris humilitatis præberet exemplum, descendere non dedignabatur; quippe discipulis suis discumbentibus ministrabat, sæpéq; Ecclesiam, & altaria verrebat, & mundabat, ac paramenta, & alia ad diuinum cultum necessaria componebat, aliorumque Fratrum, etiam Nouitiorum, indumenta propriis manibus abluebat.

Super ignẽ, spinas, &c. ambulabat.

§. 13. Et cùm iuuenis adhuc esset, *Calabriamque* incoleret, numquam nisi nudis pedibus etiam per glacies, niues, montes, & acuta saxa, vepres, spinasque incedebat, nullamque ex eo, etiam grauissimo sæpe pondere pressus, læsionem in pedibus patiebatur. Ipsum sæpiùs ignem nudis pedibus conculcasse, ac ignitos, candentésque lapides manibus portasse, liquidò constat. Admirabilis erat vitæ eius austeritas, quæ propterea admirabilior censenda est, quia in pueritia, adolescentia, iuuentute, senecta, & decrepita eius ætate; inter labores, vigilias, ieiunia, abstinentias, innumerasque corporis macerationes, eumdem pene viuendi modum seruauit.

§. 14. Horum,

Digitized by Google

1519. §. 14. Horum, & plurimorum aliorum ſanctorum operum ratione habita, adeò S. Spiritus gratia hominem complexa eſt, vt piis eius meritis, & precibus, in Chriſti nomine dæmones à corporibus humanis ſæpius eiecti; pluresq; infirmi diuerſis morborum generibus oppreſſi, etiam à Medicis deſtituti, ac morti propinqui, priſtinæ ſanitati reſtituti fuerint; idémque Beatus aliis compluribus, qui memoria, & ſenſibus capti, ſeu intelligentia debilitati erant, ſanitatem præſtiterit, ac multis claudis inceſſum, ſurdis auditum, mutis loquelam, cœciſque lumen reſtituerit, & leproſos mundauerit, nonnulloſque mortuos, vel pro mortuis habitos, ad vitam, priſtinamque lucem reduxerit. 1519. Claruit miraculis, mortuos ſuſcitauit.

§. 15. Quorum quidem miraculorum fama cùm iam per totum fere orbem vagaretur, & ad aures fel. rec. *Pauli* II. prædeceſſoris noſtri peruenisſet, Cubicularium quemdam ſuum ad bonæ mem. *Pyrrhum* Archiepiſcopum *Conſentinenſem* miſit, mandauitque, vt ipſe ſuper miraculis huiuſmodi ſe diligenter informaret, ac deinde ipſum de veritate certiorem efficeret. Qui quidem Archiepiſcopus Pontificis mandato parere deſiderans, ac neminem habens, qui talia meliùs, quàm ipſemet Cubicularius, explorare, fideliuſque referre poſſet, eidem ſuaſit, vt is cum ſocio, quem ei adiunxit, ad dictum Beatum virum ſe conferret, ac de illius vita, miraculis, & fama huiuſmodi plenam informationem caperet. Paulus II. ſuum Cubicularium ad ſe informãdum mittit.

§. 16. Cubicularius Archiepiſcopi fretus conſilio, hominem adiit, & cùm inter ſalutandum dicti Beati viri manum deoſculari vellet, ille omnino renuit, eumque rogauit, vt ſibi potiùs manum deoſculandam porrigeret, aſſerens, id multò iuſtius, & conuenientius fore, eo quod ipſe Cubicularius triginta tres annos iam preſbyter eſſet; quod Cubicularius memoria reperens, vbi id verum eſſe cognouit, miratus eſt hominis ſpiritum, & cum eo ad colloquium in cameram conceſſit, vbi cùm primus ſermo de tam ardua, difficilique vita fuiſſet, vt eam nulli, niſi robuſto, ac valido, tolerabilem fore, Cubicularius aſſeueraret; B. P. audito illius verbo, igni appropinquans, ardenteſque prunas abſque læſione manibus arripiens, dixit; Qui perfecto corde Domino ſeruiunt, omnia creata illis obtemperant: exterritus ille eo miraculo veniam petiit, cúmq; eius pedes humiliter oſculari vellet, ipſéque vir Beatus id recuſaſſet, eius tunc veſtem manu apprehenſam deuotè oſculans, & ab eo recedens, ad Pontificem rediit, eique miracula, quæ viderat, enarrauit. Cubicularius Papæ præſente ignem manibus accepit.

§. 17. Olim etiam vir nobilis *Iacobus de Tarſia* Baro terræ *Bellimentis* Conſentinæ Diœceſis, cùm grauiſſimo, & penè inſanabili apoſtemate longo tempore in crure laboraſſet, inſigneſque Medici, & Chirurgi in eo nihil proficerent, quin vlcus illud quotidie ingraueſceret, omnibuſq; remediis adhibitis, iam in deſperationem ſalutis res adducta eſſet; tandem dictus *Iacobus* fama ſanctitatis, & miraculorum Beati viri, qui tunc Paulæ degebat, adductus, ad eum non ſine magno labore acceſſit: illique plagam detexit, & ſe deuotiſſimè commendauit. Primùm ſiquidem ipſi Beato, & omnibus, qui aſtabant, vlcus graue, & miſerabile, ac penè inſanabile viſum eſt, illum tamen Beatus admonuit, vt in Deo firmam fidem, & certam ſpem haberet, quia ſanitatis gratiam conſequeretur; ac ſtatim vnum ex ſuis fratribus miſit, qui aliqua folia herbæ, quæ vngula caballina dicitur, & inibi naſcitur, colligeret, & cum ipſis foliis certos pulueres, quos in cella ſua ipſe Beatus retinebat, ſibi afferret. Dum frater ille mandata exequitur, Beatus vir ad propinquam Crucifixi imaginem conuerſus orauit, vt Baroni, in ſuæ diuinitatis gratia confidenti, miſericordiam ſuam aperiret, nec multò poſt foliis, ac pulueribus huiuſmodi ſibi, vt iuſſerat, apportatis, facto ſigno Crucis aliquantulùm de dictis pulueribus vlceri impoſuit, illudque tribus ex foliis prædictis cooperuit, & omnia circumligauit, in Domino ſpem reponens, quòd ſanitatem recuperaret; illi ergo benedicens, iuſſit, vt illicò ſuam repeteret domum, ad quartumdecimum fermè lapidem inde diſtantem. Qui cùm aliquandiu equitaſſet, ad vxorem ſuam Ioannam, quæ illum ſemper in eo itinere comitata fuerat, conuerſus, Mihi videtur, inquit, quòd ſim ſanus, quia acerbum dolorem, & peſſimum fœto- Apoſtema incurabile Iacobi de Tarſia ſanauit.

Digitized by Google

1519. rem ampliùs non ſentio, & cùm iam certum monticulum ſuperaſſet, Iacobus auidè cupiens intelligere, an poſſet ambulare, ex equo deſcendens, propriis pedibus ambulare cœpit, & calce terram percutiens, nec aliquid doloris ſentiens, ſe liberum, & ſanum intellexit. Deo igitur, & *B. Franciſco de Paula* gratias agentes coniuges, voti compotes ad propria rediere. 1519. 1519.

Paralyticũ & leproſum curauit.

§. 18. Iiſdem fermè diebus, in Ciuitate *Conſentina* fuit quidam *Marcellus de Cardilla*, pedibus, & manibus contractus, ac totus leproſus, adeò vt iam vocem quaſi omnem amiſiſſet, eiuſque loquela vix audiretur, qui cùm per conſanguineos ſuos ad *Paula* Monaſterium adductus, & Beato viro præſentatus fuiſſet, ille miſericordia motus, parum ſecretò orauit, mox verò rediens, eum manu ſubleuauit, & ab omni membrorum contractu, & lepra incolumem reddidit. *Guidonem* quoque *Lipantum* nobilem Conſentinum grauiſſima infectum lepra in domo *Paterni*, quam vir Beatus tunc ædificabat, ad ſe venientem ſanitati reſtituit.

Mutum à natiuitate liberauit.

§. 19. Cùm idem Beatus vir fabricam domus iuxta *Paula* Oppidum incœpiſſet, adductus eſt ei quidam à natiuitate mutus, quem cùm parentes eius iuxta Eccleſiam poſuiſſent, dixit eis vir Beatus, altè ſecum ter Ieſum acclamarent, & ita aperiretur illi ſenſus; Beato viro inchoante, dictiſque parentibus proſequentibus, mutus ſimiliter alta voce dixit *Ieſus*, & inde liber, atque integer vſque ad eius obitum in loquela permanſit.

Puellæ cœcæ viſum reddidit.

§. 20. Rurſus *Iulia Antonij Catalani* in dicto Oppido *Paulæ* habitantis filia ab ortu cœca, & nihil prorſus videns, cùm à parentibus ad Beatum virum, qui fortè tunc in horto domus erat, adducta fuiſſet, idem Beatus vir herbam quamdam euulſit, eamque ſigno Crucis facto, ſuper ipſius puellæ oculos apoſuit, quæ ſtatim videre cœpit, ac ſenſu viſus tandiu, quandiu poſtea vixit, freta eſt.

Obrutos illæſos repetit.

§. 21. In fabrica dictæ domus *Paterni*, cùm duo laborantes, terram effodiendo, obruti fuiſſent, ita vt iam pro mortuis haberentur, ad ſuccurrendum inuocatus vir Beatus, à duabus partibus terram effodi fecit, quo facto, dicti laborantes viui, & illæſi ſua, vt creditur, gratia ſunt reperti.

Fabas ſine igne coxit.

§. 22. Dum quidam *Antonius* Architectus ad dictæ domus *Paterni* fabricam acceſſiſſet, & Beatus vir, vt pro cibo illi miniſtrando nonnullæ fabæ coquerentur, cuidam fratri iuniori inibi exiſtenti mandaſſet, frater ille ollam cum dictis fabis, & aqua frigidis in coquina cineribus ſuperpoſuit, obliturſque ignem, quo coquina carebat, aliunde afferre, diſceſſit; ſed cùm vir Beatus dictas fabas iam coctas eſſe credens, vnà cum hoſpite in coquinam iuiſſet, nulluſque ibi ignis adeſſet, dictus *Antonius* ſubriſit de dicti Beati præcepto, & eius ferculo, quod nondum coqui cœpiſſet, cui vir Beatus ferculum ipſum paratum eſſe reſpondit, tetigitque manu ollam, quæ illicò feruere viſa eſt, ſtatimque fabæ coctæ fuere, ita vt idem *Antonius* ipſe prandium ſumere potuerit, qua de re dictus *Antonius*, & nonnulli alij tunc præſentes, maxima ſunt admiratione affecti.

Lampadem abſque igne accendit.

§. 23. Idem etiam Beatus vir die quadam, more ſolito Miſſam audire cupiens, Eccleſiam ingreſſus eſt, cúmque tunc Eccleſiæ lampas accenſa non eſſet, & aliqui ex his, qui ibi Miſſæ audiendæ cauſa aderant, ignem foras quæſitum iuiſſent, illumque iam afferrent, vir Beatus chordam lampadis accepit, vt eam deduceret; illa verò in medio deſcenſu, abſque aliquo igne miraculosè accenſa, affulſit, ex quo circunſtantes candelas, pro Miſſa tunc celebranda neceſſarias, deuotiſſimè accenderunt.

Filiũ viduæ mortuum fere ſanauit.

§. 24. Cùm in terra *Montis alti* dictæ Conſentinæ Diœceſis, quidam *Franciſcus* ipſius terræ incola, febri adeo vexaretur, vt de eius ſalute nullam Medici ſpem promitterent, laboraretque in extremis, ac omnibus Eccleſiæ Sacramentis deuotè ſuſceptis, & candela benedicta more ſolito accenſa, in eiuſque manibus poſita, à circumſtantibus iam pro mortuo haberetur: Tunc *Ioanna* mater eius ad *B. Franciſcum de Paula* ſpecialem gerens deuotionis affectum, illum lacrymans deprecata eſt, vt filium ſuum ſanare, ac vitæ reſtituere

1519. reſtituere dignaretur, vt illius ope tribus ſuis ex dicto eius filio nepotibus prouidere poſſet; præterea, ſi voti compos fieret, ſtatim huius ſeculi vanitatibus omninò renunciaturam, & in habitu tertiæ Regulæ eiuſdem Beati Deo perpetuò famulaturam, deuotè vouit; quo voto emiſſo, ſtatim eius filius, quaſi à morte reſurgens, circumſtantes aſpicere, ſéque meliùs habere incœpit, nec multis poſtea diebus, priſtinæ fuit ſaluti reſtitutus, & per triginta ferè annos idem ſuperuixit. 1519.

§. 25. Cùm in dicto Oppido *Paterni* idem Beatus vir moram traheret, quidam oculi albuginem patiens, ad eum acceſſit, humiliterque rogauit, vt ſibi opem afferret, cuius precibus motus vir Beatus, bombycem ſacro larice aſperſam ſuper virginem calcem, quæ fortè pro Eccleſiæ fabrica ibi aderat, conuoluit, & ea oculum macula huiuſmodi infectum abſterſit, ſignoque Crucis deſuper facto, ab omni albugine, & macula ſtatim liberauit. Oculi albugine abſtulit.

§. 26. Cùm quidam dicti Oppidi venatores hyemis tempore, in montibus niuibus repletis, hominem nullum viuentis ſignum præſe ferentem inueniſſent, illum ſepeliendum ad locum detulerunt, vbi tunc Beatus vir morabatur, qui in illum reſpiciens, Per charitatem, ait, viuit homo iſte; & ad eum conuerſus, Surge, inquit, & ambula: ad cuius verba homo in ſepulcrum mittendus illicò ſurrexit, ac pedetentim ambulare cœpit, moxque hoſpitij domum ingreſſus, ac cibo, & potu refectus, priſtinæque valetudini reſtitutus, ad propria ſaluus, & incolumis remeauit. Mortuum in ſepulcrũ immitendũ incolumem reddidit.

§. 27. Præterea in dicto Oppido *Paule*, dum ſui Ordinis domus ædificaretur, & calx in fornace coqueretur, accidit, quòd, vel propter nimium ignem, vel aliam cauſam, fornax ipſa ruinam minaretur, tunc illius magiſtri, nullum penitus remedium adhibere ſcientes, ad Beatum virum pro auxilio recurrerunt, qui illis, Per charitatem, inquit, ad collationem, ſeu prandium eatis, mihique curam fornacis relinquatis: quibus diſcedentibus, ipſe ſtatim, ſigno Crucis facto, intrepidè dictam fornacem ardentem intrauit, ac illam ſolus reparauit, idémque abſque læſione aliqua incolumis exiuit. In fornacẽ ignis intrauit, & exinde incolumis exiuit.

§. 28. *Iulius Bartuchius* etiam de *Paula*, iuuenum multitudine adiutus, poſt Beati viri obitum, è *Conſentia* Caſtro *Paulam* verſus eximiæ magnitudinis bombardam tranſportari curans, additis etiam ad laborem viginti boum iugis, apud quemdam decliuem locum, non longè à *Paula* diſtantem, *Lamachiam* nuncupatum, funem maximum cuiuſdam nauis onerariæ, quo bombarda ipſa alligata erat, cuidam arbori, vt paulatim laberetur, inuoluit, quam cùm nec *Iulius* ipſe, neque tot ſocij propter impetum velocem, quo ex magnæ molis lapſu ferebatur, retinere valerent, vbi dum idem *Iulius*, vltra quam eius vires ferebant, nititur, iuxta arborem, cui circumligatus erat funis, proſtratus cecidit, pedéſque ſuos intra funis orbes inuoluit; vnde cùm nullo pacto, niſi munere diuino, quin eius crura frangerentur, euadere poſſet, arborem amplectens, ſumma cum deuotione clamauit, O *B. Franciſce de Paula*, opem fer mihi miſero: his dictis, currus, cui bombarda ipſa impoſita erat, in loco præcipiti ſtatim reſtitit, apparuitque eidem *Iulio* quidam Frater Ordinis *B. Franciſci de Paula*, qui tunc funem ipſum manibus retinuit. Idem verò *Iulius* tanto periculo ereptus, omneſque qui illuc, quaſi ad ſpectaculum, conuenerant, omnipotenti Deo, *Beatoque Franciſco de Paula* immenſas illicò gratias egerunt, ipſéque ante alios omnes nudis pedibus ad eiuſdem Beati viri Monaſterium profectus, imaginem ſuam ceream, fune pedibus implicito, pro deuotione in tanti miraculi memoriam obtulit. Iulium ab euidenti mortis periculo liberauit.

§. 29. Cùm à quodam *F. Antonio* Ordinis Minorum profeſſore, viro doctiſſimo, integerrimæque vitæ, idem Beatus vir, etiam in publicis prædicationibus, carperetur, quòd videlicet tam imprudens eſſet, vt ſimplex laicus, & literarum penitus ignarus, quibuſdam herbis ægrotis ſalutem promitteret; accidit, vt idem *F. Antonius* ab aliis dicti Ordinis Minorum Fratribus ad eumdem Beatum virum miſſus fuerit, quatenus eum de præmiſſis redargueret, qui cùm ad eum veniſſet, & magnis illum contumeliis affeciſſet, increpaſſetque Ardentes petitiones manibus propriis ad proximi ſalutem accepit.

1519. eius ignauiam, & craſſitudinem, vir Dei conſtantiſſimus, patientiſſimuſque tot conuiciis, & iniuriis nullatenus fractus, ac nec commotus quidem fuit, ſed foco appropinquans, ardentes titiones nudis manibus accepit, eoſque ſtrictè compreſſit, ac manifeſtè oſtendit, in Dei virtute omnia fieri poſſe. At ille prudentiſſimè perſpiciens hominis ſimplicitatem, & fidem, omniaque ab eo diuina gratia, & ardentiſſimo fidei ſpiritu fieri, eius pedibus aduolutus, illos arctè complectens, oſcularique ſatagens, veniam ab ipſo humillimè poſtulauit, neque inde ſurrexit, donec ab eodem B. P. benediceretur; quod factum eſt, vt, qui antea in illum publicè maledicta plurima congeſſerat, proprium confeſſus errorem, beati viri ſanctitatem dignis, veriſque poſtea laudibus meritò efferret. 1519.

Iuſſu Sixti IV. ad Regem Franciæ accedit, qui benignè cum recepit, & ei Eccleſiam ædificauit.

§. 30. Quæ omnia cùm mirabilem quamdam, & rarè auditam viri ſanctitatem arguerent, eorumque celebris fama iam ad claræ mem. *Ludouicum XI.* huius nominis, Francorum Regem Chriſtianiſſimum perlata eſſet, Rex viri beati ſanctitate motus, ac ipſum coram videre cupiens, à piæ mem. *Sixto* Papa IV. etiam prædeceſſore noſtro impetrauit, vt eidem beato viro in virtute ſanctæ obedientiæ mandaret, vt ex *Calabria* in *Franciam* ſe conferret, dictumque *Ludouicum* Regem viſitaret, quibus iuſſis Dei famulus obediens, in *Franciam* iuit, vbi eum præfatus Rex ſingulari deuotione ſuſcipiens, ſéque ab eo benedici poſtulans, illi tamquam viro Dei magnum honorem, & reuerentiam exhibuit: Cognita deinde viri ſanctitate, ei, eiuſque Fratribus ſedem propè Ciuitatem *Turonenſem*, & regium Palatium aſſignauit, amplamque, & magnificam domum cum Eccleſia, quæ in hanc vſque diem extat, pro ipſius *B. Franciſci de Paula*, ſuorumque Fratrum vſu, & habitatione conſtrui fecit.

Regulares tres B. Franciſcus inſtituit.

§. 31. Tantæ inſuper continentiæ fuit idem beatus vir, vt non carne, ſed ſolo ſpiritu compactus eſſe videretur; priùs enim, quàm ab hac luce diſcederet, ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ſuæque Religionis propagationem, diuina, vt piè creditur, inſpiratione inſtructus, tres Regulas, Fratrum ſcilicet, ac Sororum, & vtriuſque ſexus fidelium Tertiariorum nuncupatorum inſtituit, & vt humilitatis amator erat, illamque à ſuis etiam coli deſiderabat, Fratres ſui Ordinis Minimos, & Sorores Minimas vocari debere, ordinauit, iniunxitque illis, vt decem mandata diuina, & Eccleſiæ præcepta ſalutaria vigilanter obſeruantes, Romano Pontifici pro tempore exiſtenti fideliter obedirent, ac ſub obedientiæ, caſtitatis, & paupertatis, quadrageſimaliſque vitæ ſacris votis, perſeueranter viuere profiterentur, nonnullis ad Regulatum Fratrum, ac Sororum huiuſmodi, tam circa perſonarum ipſarum directionem, & informationem, quàm diuini cultus augmentum, debitam obſeruationem, & inſtitutionem, opportunis adiectis capitulis.

Romani Pontifices plurima illi priuilegia conceſſerūt.

§. 32. Ipſas verò Fratrum, ac Sororum cum decem, dictorum autem vtriuſque ſexus Tertiariorum Regulas cum ſeptem capitulis, per eum piè inſtitutas, reuerendiſſ. mem. *Iulius* Papa II. ſimiliter prædeceſſor noſter, eodem Beato viro tunc in humanis agente, matura præhabita deliberatione, tamquam Religioni conſonas, poſtquam idem *Sixtus* prędeceſſor noſter, ac ſanctę commem. *Innocentius VIII.* & *Alexander VI.* Romani Pontifices etiam prædeceſſores noſtri, eidem Beato viro, eiuſque Ordini, ac eius perſonis, & domibus quamplura priuilegia conceſſerant, per ſuas primò, & deinde nos per alias noſtras literas approbauimus, & confirmauimus, diuerſiſque priuilegiis, gratiis, & indultis Ordinem ipſum multipliciter communiuimus, prout in ipſorum prædeceſſorum, & noſtris itidem confectis literis pleniùs continetur.

Is, præviſo ſuæ mortis die, ſacris ſuſceptis, obdormiuit in Domino in die Veneris ſancti.

§. 33. Cúmque vitæ ſuæ finem iam proximum diuina inſpiratione proſpiceret, idem Beatus vir pridie quàm decederet, qui fuit dies Cœnæ Domini, pluribus ex Fratribus ſuis, qui ex variis Prouinciis, & Regnis tunc ad eum venerant, aſtantibus, in Miſſa Conuentuali, poſt Pœnitentiæ Sacramentum deuotè ſuſceptum, cum profundiſſima humilitate, vberrimáque lacrymarum effuſione, pectus ſuum percutiendo, ſacroſanctum Euchariſtiæ viaticum è manibus vnius ex ſui Ordinis preſbyteris magna cum deuotione ſuſcepit; poſtea

Domino

1519. Domino noſtro Ieſu Chriſto, beatæque Mariæ Virgini, & Sanctis omnibus deuotè peractis gratiarum actionibus, Miſſaque huiuſmodi celebrata, ad cellam ſuam propriis pedibus, licet præ ſenectute debilis, & infirmus, baculo, quem more ſolito geſtabat, innixus rediit. Poſtero autem die, cùm idem Beatus, fideliſque Dei ſeruus tempus inſtare videret, quo ſibi ex hac lachrymarum valle migrandum erat, dictos Fratres ſuos ad ſe conuocari iuſſit, eoſque ad fraternam pacem, mutuamque charitatem dulciſſimis verbis, ac ſalutaribus monitis charitatiuè exhortatus eſt, illiſque benedictione more ſolito impertita, cùm iam nonageſimum primum, vel circa, annum feliciter impleuiſſet, anno à partu virgineo 1507. Aprilis verò die ſecunda, quæ tunc fuit Paraſceues, Veneris ſancta nuncupata, circa horam, qua pro nobis Chriſtus paſſus eſt, ſigno ſanctæ Crucis deuotè ſignatus, omnibuſque Sacramentis Eccleſiaſticis debitè communitus, perlecta coram eo Dominica Paſſione, iunctis deuotè manibus, erectiſque in cœlum oculis, ſanctæ Crucis triumphum piè amplectens, reuerenterque oſculans, ac ſæpius, In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, aliaſque pias orationes deuotiſſimè repetens, dimiſſa huius carnis ſarcina, quaſi viuens, abſque aliquo doloris, aut mortis notabili ſigno migrauit ad Chriſtum. 1519.

§. 34. Cumque tunc per vndecim dies eiuſdem Beati corpus inſepultum remanſerit, illucque maxima virorum, & mulierum, ac religioſarum perſonarum multitudo acceſſerit, vt ſanctum virum, quem viuentem ſumma fuerant veneratione venerati, & proſequuti, etiam defunctum viderent, & illius apud Deum ſuffragia mererentur; mirum omnibus fuit, quòd eius caro per tot dies incorrupta permanſerit, nec vllum prorſus fœtorem emiſerit, quin potius odor quidam ſuauiter fragrans ab ea manauerit. Poſt ipſius etiam obitum, multis eius ſuffragia deuotè implorantibus omnipotens Deus quamplures gratias elargiri, magnaque miracula palam operari dignatus eſt. miracula poſt eius obitū D.us edidit.

§. 35. Propter quod chariſſimus in Chriſto filius noſter *Franciſcus*, huius nominis primus *Francorum* Rex Chriſtianiſſimus, chariſſimaque in Chriſto filia *Claudia* Regina eius conſors, quæ, aliàs coram dicti Ordinis tunc Generali, ac aliis nobilibus perſonis emiſſo voto, quòd ſi gratiam pro maſculo aſſequeretur, in B. P. honorem, *Franciſci* nomen ei imponeret, fulgentiſsimum puerum in lucem edidit, illique iuxta dictum eius votum *Franciſci* nomen imponi fecit; necnon dilecta etiam in Chriſto filia nobilis mulier *Aloyſia* de *Sabaudia* Andegauenſis, & *Engoliſmenſis* Duciſſa, *Cænomanenſiſque* Comitiſſa, eiuſdem *Franciſci* Regis genitrix, nobis per venerab. fratrem noſtrum *Dionyſium* Epiſcopum *Maclouienſem* generalem, ac dilectos filios *Iacobum Lucam* Decanum Eccleſiæ *Aurelianenſis*, & nobilem virum *Antonium Raphin* aliàs *de Poton* Dominum temporalem loci de *Podiocaluario Agennenſis* Diœceſis, pro nonnullis particularibus ipſius Chriſtianiſſimi Regis negotiis Nuntios, & Oratores ad nos deſtinatos, humiliter ſupplicari fecerunt, vt, præmiſſis diligenter inquiſitis, & exploratis, ad eiuſdem viri canonizationem procedere dignaremur. Rex Franciæ, ac alij inſtituerunt pro canonizatione.

§. 36. Quorum quidem precibus licet libenter annuere vellemus, ſummoperéque gauderemus, huiuſmodi canonizationem noſtris temporibus diuino quodam myſterio contigiſſe, ac nobis æquum videretur, vt idem *B. Franciſcus de Paula*, quem iam Deus in cœleſti gloria Sanctorum choro dignum feciſſe, pluribus, ac manifeſtis indiciis, & miraculis oſtenderat, in terris etiam ſibi debito Sanctorum honore non defraudaretur: Ac ſuper eo maximè nobis inſtaret venerab. frater noſtros *Bernardinus* Epiſcopus Sabinenſis, Card. S. Crucis nuncupatus, in dicti Ordinis protectorem ab eodem Beato viro nondum tunc ab humanis egreſſo aſſumptus, cumulatiſſimæque preces nobis, ac venerab. Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, per prædicti Ordinis tunc Zeloſum totius Minimorum Ordinis nomine, ſuper hoc ſæpius porrectæ fuiſſent, non ſtatim rem tanti ponderis, ac momenti faciendam, ſed iuxta veterem, ac laudabilem conſuetudinem, cunctanter, maturéque conſiderandam duximus. Poſt complures igitur commiſsiones, aulæ Palatij noſtri Aduocato conſiſto- Hic ergo Pontifex annuens canonizationi petitæ, examen, & proceſſum fieri mandauit.

1519. riali, & Auditoribus cauſarum eiuſdem Palatij ſuper hoc debitè factas; tandem tribus etiam S. R. E. Cardin. ex tribus illorum Ordinibus, videlicet venerab. Fratri *Nicolao* Epiſcopo Albanenſi *de Fliſco*, & dilectis filiis noſtris *Dominico* tituli S. Bartholomæi in Inſula Preſbytero de *Iacobatiis*, ac *Ioanni* SS. Coſmæ, & Damiani, noſtro (ſecundùm carnem) nepoti, Diacono *de Saluiatis*, reſpectiuè nuncupatis Cardinalibus, de Fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu commiſimus, vt ipſi, viſis, & examinatis proceſſibus editis ſuper eiuſdem Beati viri vita, moribus, fama, & miraculis, ante, & poſt ipſius obitum eius interceſſionibus à Deo factis, aliiſque cunctis ad Sanctorum canonizationem huiuſmodi neceſſariis, ſe ſuper omnibus, ac ſingulis diligenter informarent, & per eos comperta in noſtro ſecreto conſiſtorio, vt moris eſt, fideliter referrent. Cúmque ipſi Cardinales, viſis, ac diligenter examinatis diuerſis proceſſibus in partibus *Calabriæ*, & *Franciæ*, de Sedis Apoſtolicæ commiſſione habitis, & ad Curiam noſtram tranſmiſſis, teſtiumque fide dignorum depoſitionibus pro tantæ rei dignitate debitè ponderatis, de ſupradictis miraculis, ac vitæ ſanctimonia, & aliis à iure requiſitis, fidelem nobis relationem, in pluribus etiam ſecretis conſiſtoriis, iam feciſſent, noſque ipſorum, & omnium aliorum Cardinalium vota pro facienda dicta canonizatione, conuenientia, & conformia inueniſſemus. 1519.

Eiuſque relatio facta fuit in publico conſiſtorio.

§. 37. Et pro vlteriori executione dilectus filius *Angelus de Cæſis*, vtriuſque iuris Doctor, & dictæ aulæ noſtræ conſiſtorialis Aduocatus, in publico conſiſtorio omnia de ipſius Beati viri vita, moribus, fama, & miraculis, copioſè recenſuiſſet, nobiſque humiliter ſupplicaſſet, vt ad eiuſdem Beati canonizationem, matura deliberatione præhabita, procedere dignaremur. Nos de relatis coram nobis in primis humiliter Deo gratias agentes, rogauimus omnes in eodem publico conſiſtorio tunc aſtantes, vt ſuis orationibus, & ieiuniis Eccleſiam Dei iuuarent, &, ne eam Altiſſimus modo aliquo in huiuſmodi canonizationis officio errare permitteret, inſtanter orarent.

Papa preces ad Deum emitti præcipit, & deinde vota pro canonizatione recipit.

§. 38. Demum poſt aliquot dies, conuocatis de nouo in aula noſtra conſiſtoriali, in Palatio Apoſtolico, vniuerſis, & ſingulis, qui tunc aderant in noſtra Romana Curia, Eccleſiarum Prælatis, Patriarchis videlicet, Archiepiſcopis, ac Epiſcopis, in præſentia eorumdem Fratrum noſtrorum præfatæ S. R. E. Cardinalium, eoſdem proceſſus ſuper ipſius Beati vita, moribus, fama, & miraculis editis, per eumdem Angelum breuiter, ſummariéque repeti fecimus: Quæ cùm ex ſerie per Cardinales, ac alios, quibus id munus per nos iniunctum fuerat, enarrata, & expoſita fuiſſent, omnéſque aſtantes Prælati, quid ſibi ſuper huiuſmodi negotio videretur, interrogati, vnanimi conſenſu, nullo penitus diſcrepante, reſpondiſſent, ſibi videri, quòd idem Beatus vir inter Sanctos meritò adſcriberetur, & connumeraretur.

Et modò B. Franciſcũ, Sanctorum catalogo adſcribit.

§. 39. Nos iterum humiles omnipotenti Deo gratias agentes, quòd ad Beatum ſeruum ſuum debitis honoribus proſequendum, corda noſtra illuminare dignatus eſſet, ipſius canonizationis diem Dominicam in Albis nuncupatam, qua in Eccleſia cantatur, *Quaſi modò geniti infantes*, quæ tunc occurrebat. 1. die Maij, anno Domini 1519. in qua etiam tunc BB. Apoſt. Philippi, & Iacobi feſtum contingebat, deputauimus, ac in Baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe amplum ſuggeſtum ligneum de more parari, & exornari iuſſimus. Super quo quidem hodie, aſtante populo, ac vniuerſo Clero, de vita, miraculis, & fama eiuſdem *B. Franciſci de Paula*, humili, deuotionéque pleno ſermone per nos, vt moris eſt, habito, deindéque Litania, & Hymno *Veni creator Spiritus*, per omnia deuotè decantatis: Nec non à Procuratoribus cauſæ ipſius canonizationis, & à Chriſtianiſſimi Francorum Regis Oratoribus huiuſmodi, eiuſdémque Ordinis Minimorum tunc vicegenerali Correctore, à nobis magna cum inſtantia petito, pronunciari, adſcribi inter Sanctos eumdem *B. Franciſcum de Paula*. Cùm iam omnia conſummata eſſent, omnéſque conſuetas Eccleſiæ cæremonias ſuper ea re ritè ſeruauiſſemus, Deum præ oculis habentes, ad canonizationem eiuſdem Beati ſub his verbis procedendum duximus, &

proceſſimus.

1519. proceſſimus: Ad honorem omnipotentis Dei, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ad exaltationem fidei Catholicæ, Chriſtianæque Religionis augmentum, ac Ordinis Minimorum conſolationem, & incrementum, auctoritate D. N. Ieſu Chriſti, Beatorumque Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, & noſtra, de fratrum noſtrorum ſpeciali conſilio, & aſſenſu, decernimus, & definimus, bonæ memoriæ *Franciſcum de Paula*, eiuſdem Ordinis Minimorum Inſtitutorem, in cœleſti Hieruſalem inter Beatorum choros iam receptum, æternæque gloriæ condonatum fuiſſe, ac SS. Confeſſorum catalogo adſcribendum fore, ipſumque huiuſmodi catalogo in præſentiarum adſcribimus, & eum tamquam Sanctum publicè, priuatimque colendum eſſe declaramus, atque mandamus. 1519.

§. 40. Statuentes, eius feſtum die 2. menſis Aprilis ab vniuerſali Eccleſia annuatim celebrandum fore, & ab eo ſuffragia à Chriſti fidelibus implorari, & expectari poſſe, omnéſque ac ſingulos honores illi meritò præſtandos, & exhibendos eſſe, qui cæteris etiam SS. Confeſſoribus in huiuſmodi catalogo deſcriptis, conuenire noſcuntur. Feſtumque die 2. Aprilis celebrari iubet.

§. 41. Quibus debitè peractis, inchoatoque per nos, ac decantato, & ad finem vſque à Cantoribus proſequuto Hymno *Te Deum laudamus*, in illius etiam fine, Cardinali Diacono in cantu dicente, *Ora pro nobis B. Franciſce de Paula*, à choroque reſponſo, *Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti*, nos illicò propriam orationem de eodem Sancto alta voce decantauimus dicentes. Orationes proprias de Sancto decreuit.

§. 42. *Seruitutis noſtræ tibi, Domine, iura ſoluentes, quæſumus, vt, B. Franciſci de Paula Confeſſoris tui patrocinio ſuffragante, in nobis tua dona multiplices, & ab omnibus tuearis aduerſis. Per Chriſtum Dominum noſtrum*; Deinde verò à dicto choro reſponſo *Amen*, ſolemnem illic Miſſam nos ipſi celebrauimus de dicta tunc currente Dominica in Albis, Collectas ſingulas ſub vna concluſione terminantes, additis etiam prædicta, cæteriſque ſpecialibus eiuſdem *S. Franciſci de Paula* Collectis immediatè ſequentibus, pro Secreta videlicet, Oratio prima.

§. 43. *Hoſtias, Domine, tuorum ſuſcipe populorum, quas tibi in B. Franciſci de Paula feſtiuitate dicamus, vt nobis conferant tua propitiationis auxilium*; cum ſua concluſione, videlicet *Per Dominum, &c.* Deinde verò Poſtcommunionem ſubiunximus dicentes. Secreta.

§. 44. *Cœleſti, Domine, Sacramento conſolati, te ſupplices deprecamur, vt, intercedente B. Franciſco de Paula, ab omnibus mentis, & corporis labe cuſtodias, & per ipſum tuæ ſentiamus indulgentiæ largitatem*; cum ſimili concluſione. Et ita Miſſam ipſam ad finem vſque cum ſolitis cæremoniis, iuxta ordinarium Apoſtolicum, illic debitè terminauimus, indulgentiámque plenariam omnibus Officio huiuſmodi tunc aſſiſtentibus deuotè conceſſimus, ac etiam in loco ſepulturæ eiuſdem S. *Franciſci de Paula*, in depoſitionis ſuæ die, videlicet 2. Aprilis huiuſmodi perpetuò duraturam, quadraginta annorum, totidémque quadragenarum indulgentiam annuatim condonauimus, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, qui in Sanctis ſuis mirabilis, & glorioſus viuit, & regnat benedictus in ſecula ſeculorum. Poſt cõmunio.

§. 45. Cæterùm quia difficile foret præſentes originales literas ad omnium notitiam deferri, volumus, & decernimus, quòd earumdem tranſumptis, manu Notarij publici ſubſcriptis, ſub ſigillo venerab. Fratris noſtri *Paridis* moderni, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi *Piſaurienſis*, ac cæremoniarum Magiſtri, vel alicuius Prælati Eccleſiaſtici, fides adhibeatur indubia in omnibus, ac per omnia, & illis vbique ſtetur, ac ſi originales literæ huiuſmodi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Tranſumptis fidem adhiberi iubet.

§. 46. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum proceſſus, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum* 1519. 1. Maij Pontif. noſtri anno 7. Apponit pœnas.

Digitized by Google

CONSTITVTIO XVI.

Statuit quod fratres non obstante Calendario Ordinis possint festa municipalia celebrare, & quod Capitula Prouincialia possint anticipari & differri.

BERNARDINVS MISERATIONE DIVINA Episcopus Sabinensis, S. R. E. Cardinalis S. Crucis in Ierusalem, Patriarcha Ierosolymitanus, Ordinis Fratrum Minimorum B. Francisci de Paula Protector,

Vniuersis ac singulis Fratribus dicti Ordinis nunc & pro tempore vbilibet degentibus,

Salutem in Domino.

Debẽt Fratres celebrare Missam de Sanctis municipalibus cum cõmemoratione Sanctorum proprij Calendarij.

§. 1. VObis ac vestrum cuilibet præsentiũ tenore significamus, qualiter à S. D. N. D. Leone diuina prouidentia Papa X. viuæ vocis oraculo obtinuimus, quòd in quibuscũq; respectiuè Prouinciis, terris, & locis, vbi vos pro tempore residere, seu moram trahere habebitis, aliquod solemne Festũ, quod etiam iuxta dicti vestri Ordinis Calendarij, vestrarumq; rubricarum tenorem, & continentiam tali die celebrare non deberetis, solemniter celebrabitur, vos etiam singuli per totum vestrum prætactum Ordinem de dicto festo in Prouincia, seu terra huiusmodi tunc taliter celebrando ad minus tali die Missam vnam celebrare debeatis, vnà cum commemoratione festi in dicto vestro Calendario pro tali die annotati, quod videlicet tunc iuxta dicti vestri Calendarij, vestrarumque rubricarum huiusmodi tenorem vos celebrare continget.

In celebratione Officij Conceptionis se conformet. cõsuetudini locorum

§. 2. Insuper circa glorioſissimæ semper V. M. Conceptionis celebrationem à præfato S. D. N. simili viuæ vocis oraculo pariformiter obtinuimus, quòd cuique laudabili consuetudini vniuscuiusque respectiuè Prouinciæ, seu terræ, vbi vos pro tempore residebitis, & licitè vos conformare possitis, & debeatis.

In celebratione festorum municipaliũ fiat commemoratio festi proprij Calendarij.

§. 3. Vlteriùs ab eodem S. D. N. eodem viuæ vocis oraculo obtinuimus, quòd quotiescumque in aliqua Prouincia, seu terra, vbi vos pro tempore moram pertrahere continget, aliquod inibi solemne festum, etiam in dicti vestri Ordinis Calendario minimè annotatum, communiter, ac solemniter celebrabitur; illud etiam idem festum apud dictam Prouinciam, seu terram taliter solemnizandum, vos similiter singuli vno, eodémque die vestris in Ecclesiis more vestro pariformiter celebrare valeatis; ita tamen, quòd, si festum ipsum, tunc in Prouincia, seu terra huiusmodi per seculares, ac Regulares quoscumque, &, vt præfertur, vestris in prætactis Ecclesiis per vos taliter celebrandum, in dicto vestro Calendario minimè annotatum foret, vltra dicti festi celebrationem huiusmodi per vos, vt præfertur, tunc taliter faciendam, vos, ac vestrum singuli dictum festum pro tempore taliter celebrantes, in vtriusque Vesperis, ac Matutinis, & Missa in vestris diuinis Officiis de quocumque tunc ob huiusmodi respectiuè relicto festo, in dicto vestro Calendario specialiter annotato, aliásque per vos iuxta supradicti vestri Calendarij, vestrarumque rubricarum huiusmodi continentiam tali die celebrando, specialem cõmemorationem peragere debeatis. Ita etiam, vt, attenta talis festi commemoratione huiusmodi per vos tali die, vt præfertur, facta, dictum festum in prætacto vestro Calendario taliter annotatum, & aliàs illa die per vos iuxta dicti vestri Calendarij, vestrarumque rubricarum huiusmodi continentiam celebrandum, iterum eodem anno nullatenus celebrare debeatis.

§. 4. Tandem à præfato S. D. N. simili viuæ vocis oraculo obtinuimus, ac-

tento,

1519. tento, quòd prouincialium Capitulorum celebrationis locus, & tempus non sunt essentialia Regulæ, neque Correctorio, sed dumtaxat ipsa Capitulorum huiusmodi celebratio, cùm etiam nonnumquam, vrgente necessitate, interueniente Sedis Apostolicæ, totiusque generalis Capituli consensu, mutari, differri, vel anticipari possint dictorum Capitulorum celebrationis locus, & tempus huiusmodi, quòd interuenientes super huiusmodi Capitulorum celebrationis loci, vel temporis mutatione, dilatione, vel anticipatione, Ordinis vestri Capituli generalis consensu speciali, absque Regulæ, Correctorijve transgressione aliqua, iuxta prætacti vestri Ordinis cuiusque respectiuè Prouinciæ varietates, multiplicesque necessitates, etiam per integrum mensem vestrorum respectiuè Capitulorum prouincialium celebrationem huiusmodi iuxta dicti vestri Correctorij tenorem facere debeatis, & teneamini.

1519. Capitula prouincialia possunt anticipari, & differri. Est derogatum per Const. 4. Pauli III. infra, §. 4.

§. 5. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes literas exinde fieri, & per Secretarium nostrum infrascriptum subscribi, & publicari mandauimus, sigillique nostri iussimus, & fecimus appensione communiri. Datum, & actum Romæ in domibus nostræ solitæ residentiæ sub anno à Natiu. Dom. 1519. Indict. 5. die verò 1. mensis Iun. Pontif. in Christo Patris, & D. N. D. Leonis Papæ X. præfati anno 5.

Constitutionis firmatio.

CONSTITVTIO XVII.

Mandat & per excommunicationem & alias ecclesiasticas sententias ij compescantur qui indultum nobis factum de audiendis confessionibus impugnare præsumpserint.

Dilectis filiis Officialibus Turonensi & Aurelianensi, seu eorum alteri.

LEO PAPA X.

Dilecti filij, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

LIcet aliâs per felic. record. *Iulium* II. Prædecessorem nostrum Ordini Minimorum & illius fratribus indulta fuerit facultas Confessiones, quarumcumque tam Religiosarum, quàm Ecclesiasticarum & secularium personarum, vbilibet audiendi, & illis auditis personas ipsas & earum quamlibet, iuxta formam & tenorem priuilegij per bon. mem. *Sixtum IV.* etiam prædecessorem nostrum Ordini Minimorum huiusmodi, ac illius personis & fratribus dudum concessi & per nos ac eundem *Iulium* prædecessorem etiam confirmati, absoluendi, ac pœnitentiam salutarem illis iniungendi: quia tamen sicut accepimus, à paucis diebus citra dilectus filius tunc Vicarius Rectoris Ecclesiæ *S. Saturnini Turonensis* non est veritus, etiam publicè, bis aut ter, in ambone dicere & publicare omnes & singulas personas fratribus Ordinis Minimorum huiusmodi nunc & pro tempore confitentes, earum confessiones reiterare, ac de nouo earum Rectori, seu eius Vicario huiusmodi confiteri debere & teneri; & personæ ipsæ propter Vicarij huiusmodi assertionem confessiones eisdem Fratribus Minimis factas Rectori seu eius Vicario huiusmodi, contra priuilegiorum prædictorum tenorem & præiudiciũ minus ritè reiterarunt: Quare pro parte dictorum Fratrum nobis fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per præsentes committimus & mandamus, quatenus vos vel alter vestrûm, per vos vel alium seu alios faciatis eosdem fratres præfato eorum indulto audiendi confessiones huiusmodi, iuxta ipsius indulti tenorem & continentiam, pacificè frui & gaudere, non permittentes eos super indulto huiusmodi per Rectorem seu Vicarium

1521. prædictos aut quoſvis alios quomodolibet indebitè moleſtari, inhibeatiſque ſub Excommunicationis ac aliis eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & pœnis, eo ipſo abſque alia declaratione, ſi ipſi contra tenorem præſentium deinceps dicere ſeu venire præſumpſerint, per eos incurrendis, ne dictos fratres ſuper indulto audiendi confeſſiones huiuſmodi, per ſe vel alium ſeu alios, quouis modo turbare aut moleſtare audeant vel præſumant: contradictores quoſcumque ſub eiſdem ac aliis ſententiis, cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, quatenus opus ſit, auxilio brachij ſæcularis. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Datum *Romæ* apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcatoris die 23. Iulij an. 1519. 1519.

CONSTITVTIO XVIII.

1521. *Mandat celebrari feſtum S. Franciſci de Paula ſub ritu duplici; & in Eccleſiis Ordinis noſtri cum Octaua.*

LEO PAPA X.

Inſtitutio feſtiuitatis cũ Octaua.

LIcet per alias noſtras literas S. Franciſci de Paula Ordinis Fratrum Minimorum Inſtitutoris feſtum ab vniuerſali Eccleſia die 2. Aprilis annuatim celebrandum fore ſtatuerimus; Quia tamen de cætero eiuſdem S. Franciſci de Paula feſtum huiuſmodi etiam cum Octaua celebrari volumus; idcirco vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis quibuſcumque Prælatis Eccleſiaſticis, quatenus ipſi & eorum ſinguli S. Franciſci de Paula feſtum huiuſmodi cum officio proprio, cùm illud de Sedis Apoſtolicæ mandato ordinatum fuerit, aliàs cum officio vnius Confeſſoris non Pontificis, cum propria oratione, in eius canonizatione à nobis edita die 2. Aprilis huiuſmodi; niſi tunc occurrat maior Hebdomada, vel Octaua Paſchæ, & tunc 2. Feria poſt Octauam Paſchæ huiuſmodi, in ſuis ſolemniter, in dictorum verò Fratrum Minimorum Eccleſiis ſingulis ſub ritu feſti duplicis, & cum Octaua annuatim celebrent, ſeu celebrari faciant, & mandent expreſsè, Apoſtolica auctoritate committimus, & mandamus per præſentes. Datum *Romæ* apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcat. die 25. Martij, 1521. Pontif. noſtri anno 9.

CONSTITVTIO XIX.

Concedit facultatem Generali, & Prouinciali, ac aliis Superioribus Ordinis Minimorum capiendi apoſtatas, & fugitiuos, & mandat excommunicari eos retinere præſumentes.

1521. ### LEO PAPA X.

Dilectis filiis *Franciſco Binet* Correctori generali, ac *Auguſtino Cotronenſi* Prouinciali *Calabriæ* Prouinciæ, cæteriſque ſingulis Superioribus, nunc, & pro tempore exiſtentibus Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, & eorum cuilibet,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Supplicatio. §. 1. EXhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quòd cùm quandoque contingat, Fratres Ordinis veſtri *Minimorum S. Franciſci de Paula* debitam correctionem ſuſcipere nolle, & illos, abſque licentia Correctoris

1521. ctoris generalis, seu Prouincialium, aut aliorum Superiorum suorum, à domibus dicti Ordinis recedere, & ad secularium domos se conferre, & in eis degere, ac vitam vagabundam ducere, recusantes ad domos vestras cum humilitate redire, ac reuerentiam, & obedientiam debitas suis Superioribus exhibere, excommunicationis, & alias sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, iuris, tam à iure, quàm etiam iuxta dicti Ordinis instituta promulgatas incurrendo, in opprobrium dicti Ordinis, & animarum suarum periculum non modicum, & grauamen; eapropter humiliter petiistis, per Sedem Apostolicam prouideri, desupérque salubre remedium adhiberi. 1521.

§. 2. Nos itaque salutaribus petitionibus vestris libenter annuere, & ita prouidere volentes, quòd excessus huiusmodi non remaneant impuniti, vobis, ac singulis vestrum, dicti Ordinis fratres, talia pro tempore perpetrantes, per vos, & familiares vestros, Clericos, & laicos, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, capiendi, & ad dictum Ordinem, seu ad aliquam domorum eius deducendi, seu deduci, & mancipari faciendi, liberam concedimus tenore præsentium licentiam, & facultatem; Ita quòd, propter captionem fratrum per vos, vel laicos faciendam huiusmodi, nullus ex fauentibus censuras, aut aliquam excommunicationis sententiam incurrat. Facultas capiendi apostatas.

§. 3. Et nihilominus venerabilibus Fratribus *Melfiensi*, cæterisque singulis Archiepiscopis, necnon *Licien si & sancti Marci*, ac aliis Episcopis, Prælatis Ecclesiasticis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, per se, vel alium, seu alios F. aliàs I. de Trano, & eius socios tamquam dicti Ordinis Protectori, & generali Correctori huiusmodi inobedientes, & contumaces, ac omnes, & singulos alios dicti Ordinis professores fugitiuos, & apostatas extra dicti Ordinis domos per seculum, seu aliàs, absq; dicti Generalis obedientia vagantes, in eorum domibus, vel aliàs occultare præsumentes, aut de illis quouis modo notitiam habentes, ex parte, & auctoritate nostris publicè in Ecclesiis coram populo moneant, quatenus ipsi infra certum terminum, quem ad hoc eis præfixerint, dictum F. aliàs I. ac eius socios, aliosque singulos dicti Ordinis apostatas, & fugitiuos huiusmodi, vobis, seu alicui vestrum, cum omnibus, & singulis libris, literis, instrumentis, ac mulis, cæterisque quibuscumque dicti Ordinis, quæ secum detulere, bonis, etiam cum fauore regio, seu brachij secularis auxilio, cum effectu restituant, & reuelent. Quòd si forsan ipsi taliter moniti non adimpleuerint, infra alium competentem terminum, quem ad hoc eis peremptoriè duxerint præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam auctoritate nostra publicè proferant, & eam faciant, vbi, quoties, & quando id expedire viderint, vsque ad omnium prædictorum restitutionem, & condignam reuelationem, solemniter publicari. Deputat Commissarios.

§. 4. Singulis etiam literis Apostolicis, ac indultis per præfatum F. aliàs I. dicti Ordinis professorem, ac eius socios, seu quoscumque fugitiuos, & apostatas huiusmodi sub plumbo, vel aliàs à nobis, seu Sede Apostolica, sub qualibet etiam verborum forma subreptitiè, vel obreptitiè forsan impetratis, seu pro tempore impetrandis, quibus singulis, eorum totos tenores hic pro expressis haberi volentes, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, etiamsi de ipsis, ac eorum quolibet specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, & non per generales clausulas, fieri deberet mentio in literis, pro hac vice expressè derogamus; easque F. aliàs I. ac eius sociis, vel aliis quibuscumque dicti Ordinis fugitiuis, & apostatis huiusmodi nullatenus suffragari debere decernimus: Necnon fel. rec. *Bonifacij* Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & de duabus dietis in Concilio generali editis, dummodò vigore præsentium aliquis vltra tres dietas ad iudicium non trahatur, ac aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Derogat contrariis.

§. 5. Cæterùm quia difficile foret præsentes literas, ad singula loca, vbi expediens fuerit, deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quòd literarum Transumptis fidem adhiberi iubet.

Digitized by Google

1521. rum huiuſmodi tranſumptis, manu publici Notarij ſubſcriptis, & alicuius Cardinalis, Archiepiſcopi, Epiſcopi, aut alterius Prælati Eccleſiaſtici, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, aut dicti Correctoris generalis ſigillo munitis, vbicumque illa exhiberi contigerit, ea prorſus, & indubitata fides in iudicio, & extra, vbique locorum adhibeatur, ac ſi præſentes forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum in *Villa* noſtra *Manliana*, ſub annulo Piſcat. die 4. Maij, 1521. Pontif. noſtri anno 9. 1521.

CONSTITVTIO XX.

Concedit, quòd tempore interdicti, etiam Apoſtolica auctoritate appoſiti, poſſint noſtri fratres, non ſolùm in propriis, ſed etiam in alienis Eccleſiis, & etiam in itinere, ianuis clauſis, celebrare diuina, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis.

LEO PAPA X.

1521. Dilectis filiis *Franciſco Binet* Correctori generali, ac eius ſociis, ſingulisque Fratribus Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula vbilibet conſtitutis, & eorum cuilibet,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Supplicatio. §. 1. ETſi in priuilegiis, ac indultis Apoſtolicis, vobis, & Ordini veſtro Minimorum conceſſis, inter alia caueatur expreſsè, ac indultum exiſtat, quòd vos in Eccleſiis veſtris tempore interdicti ordinaria auctoritate pro tempore appoſiti, etiam ianuis apertis, celebrare poſſitis, & valeatis: Quia tamen, ſicut accepimus, & exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, ſummoperè etiam cuperetis, vobis, & vnicuique veſtrum per Sedem Apoſtolicam concedi, vt tempore interdicti, etiam Apoſtolica auctoritate pro tempore vbilibet appoſiti, ſeu apponendi, nedum in veſtris, verumetiam in aliis Eccleſiis, & deuotis locis, tam in itinere, quàm alibi, vbicumque vos pro tempore reperiri contigerit, voce tamen ſubmiſſa, clauſis ianuis, & excluſis excommunicatis, ac interdictis, campaniſque non pulſatis, admiſſis ſingulis veſtris ſociis, ac Fratribus, Miſſas, & alia diuina Officia celebrare, ac recitare poſſitis, & valeatis: eapropter humiliter petiiſtis, vobis per Sedem Apoſtolicam huiuſmodi prouideri, deſuperque ſalubre remedium adhiberi.

Tempore interdicti, etiam Apoſtolicæ auctoritate appoſiti poſſumus diuina celebrare ianuis clauſis. §. 2. Nos igitur, qui Ordinem veſtrum huiuſmodi, ac illius perſonas in viſceribus charitatis amplectimur, vos omnes ſpiritualibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, vobis, & vnicuique veſtrum, vt nedum in veſtris, verumetiam in quibuſuis aliis Eccleſiis, ac deuotis locis, vbicumque vos pro tempore reperiri contigerit, tempore interdicti, licet Apoſtolica auctoritate, ſub quacumque etiam verborum forma, nunc, & pro tempore vbilibet appoſiti, ſeu apponendi, voce tamen ſubmiſſa, clauſis ianuis, & excluſis excommunicatis, ac interdictis, campaniſque non pulſatis, admiſſis veſtris ſingulis ſociis, ac fratribus, in Chriſti paſſionis memoriam, ad veſtram deuotionem, Miſſas, & alia diuina Officia celebrare, ac recitare liberè, & licitè poſſitis, & valeatis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus.

Impedientibus apponit pœnas. §. 3. Et nihilominus omnibus, & ſingulis locorum quorumcumque Ordinariis, quacumque etiam Archiepiſcopali, Epiſcopali, vel alia inferiori dignitate præfulgeant, ſub ſuſpenſionis à diuinis, & ingreſſus Eccleſiæ, necnon quibuſuis perſonis, etiam Parlamentis regiis, cuiuſuis nobilitatis, & præeminentiæ exiſtentibus, videlicet Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis à diuinis; inferioribus verò ſub excommunicationis latæ

1521. latæ ſententiæ pœnis, harum ſerie inhibemus, ne vos, quominùs tempore dicti interdicti Apoſtolici Miſſas,& alia diuina Officia modo præmiſſo celebrare poſſitis, quouis modo impedire audeant, vel præſumant. Decernentes eos, qui huiuſmodi excommunicationis ſententiam incurrere non formidauerint, ab ea, niſi à nobis, aut Sede Apoſtolica, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolutionis beneficium obtinere non poſſe. 1524.

§. 4. Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper iis à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 5. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſuis literis Apoſtolicis aduerſus præmiſſa forſan conceſſis, & concedendis, quibus, illarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, harum ſerie ſpecialiter,& expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcat. die 20. Maij, anno 1522. Pontif. noſtri anno 9. Derogat contrariis.

ADRIANVS VI.

1524.

qui ſedit à die IX. Ianuar. an. 1522. ad XIII. Septemb. an. 1523.

CONSTITVTIO VNICA.

Quæ eſt vocis oraculum, in quo conceditur fratribus noſtris, vt tartarucas, ſeu teſtudines comedere licitè poſſint.

LAVRENTIVS MISERATIONE DIVINA TIT. SS. quatuor Coronatorum S. R. E. Preſbyter Cardinalis, ac maior Pœnitentiarius, & Ordinis Minimorum Protector.

§. 1. VNiuerſis, & ſingulis præſentes literas noſtras patentes inſpecturis fidem facimus, & atteſtamur, quatenus, cùm à nonnullis nimium curioſis in dubium reuocaretur, an Fratribus Ordinis Minimorum, quibus, præterquam in infirmitate conſtitutis, iuxta Regulam per *S. Franciſcum de Paula* dicti Ordinis primum Inſtitutorem ordinatam, ac per Sedem Apoſtolicam approbatam, & confirmatam, eſus carnium, & ouorum, ac caſei, & aliorum lactieiniorum eſt prohibitus, teſtudines tartarucas nuncupatas comedere liceret, ac quondam *B. Franciſcus Binet* tunc dicti Ordinis Generalis, medico iubente, illo tartarucarum, ſeu teſtudinum cibo veſci noluerit, aſſerenſque id ſibi, & aliis fratribus non licere, dicto Medico parere, ac fratribus licentiam propter conſcientiæ ſcrupulum dare nollet; bonæ mem. *Bernardinus* Cardinalis S. Crucis, tunc dicti Ordinis Protector, eorumdem fratrum conſcientiæ ſerenitati conſultum eſſe cupiens, fel. rec. *Adriano* Papæ VI. nobis præſentibus, atque inſtantibus, humiliter ſupplicauit, vt ſua declaratione huiuſmodi dubium enucleare dignaretur: Ipſéque *Adrianus* Papa attendens, fratres Ordinis Carthuſienſis, quibus carnium eſus, etiam infirmitatis tempore, perpetuò eſt interdictus, eas comedere, teſtudinum, ſeu tartarucarum huiuſmodi cibo, quolibet etiam quadrageſimali tempore, liberè, & licitè abſque aliquo conſcientiæ ſcrupulo veſci licere, viuæ vocis oraculo declarauit; ipſeque *Bernardinus* Cardinalis eidem Generali, vt Medico iubenti pareret, ac tartarucas comederet, aliiſque fratribus licentiam concederet, in virtute ſanctæ obedientiæ iuſſit, atque mandauit, prout etiam nos per præſentes moderno Generali iubemus, atque mandamus. Concedit prout in ſumarium.

§. 2. In quorum fidem dictas patentes literas fieri, ac parui ſigilli noſtri impreſſione per infraſcriptum Secretarium noſtrum communiri fecimus, manuque noſtra propria ſubſcripſimus. Datum Romæ, in Palatio Apoſtolico in Camera noſtræ ſolitæ reſidentiæ, die 14. Aprilis, 1524. Pontific. S. in Chriſto P. & D. N. D. *Clementis* diuina prouidentia Papæ VII. anno 1. Ita eſt. *Laurentius* titul. SS. quatuor Coronatorum Preſbyter Cardinalis manu propria. *P. Bembaſius.* Firmatio conſtitutionis.

Digitized by Google

1524. 1524.

CLEMENS VII.

qui ſedit à die XIX Dec. ann. 1523 ad diem XXV Septemb. an. 1534.

CONSTITVTIO I.

Mandat Ordinariis, & aliis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, vt electi in Conſeruatores aſſiſtant defenſioni fratrum aduerſus moleſtatores, & tradit eis modum procedendi.

CLEMENS PAPA VII.

Vniuerſis, & ſingulis venerab. Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicis, necnon eorumdem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Officialibus, ſeu Vicariis in ſpiritualibus generalibus vbilibet conſtitutis,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Supplicatio. §. 1. CVonqueſtionem dilectorum filiorum Generalis, & Prouincialium, ac aliorum Correctorum, & vniuerſorum Fratrum Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula percepimus, quòd nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi, aliique Eccleſiarum Prælati, & Rectores, eorumque Vicarij, & Officiales, ac Clerici, & aliæ eccleſiaſticæ perſonæ, tam religioſæ, quàm ſeculares, necnon laici, communia Ciuitatum, & Diœceſum, ac aliarum diuerſarum partiũ, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, à prædictis Correctoribus, & Fratribus quartam Canonicam, ſeu alias portiones ex rebus, & bonis eis ratione funeralium, & Chriſti fidelium piorum legatorum etiam ad certos, & determinatos vſus, præſertim ad fabricam Eccleſiarum, domorum, & locorum ſuorum, ſeu in eleëmoſynam, aut aliàs ſibi piè relictis, vel erogatis, ac decimas fructuum ex poſſeſſionibus, & petiis terrarum, ad eos legitimè ſpectantibus, & pertinentibus prouenientium, contra priuilegia, & indulta Apoſtolica, & Ordini, ac domibus prædictis conceſſa exigunt, & in dies exigere conantur, ac relicta, & erogata huiuſmodi indebitè occupata detinent, ſeu ea detinentibus, aut decimas, & portiones huiuſmodi exigentibus præſtant auxilium, conſilium, vel fauorem, & aliàs ipſis ſuper his, ac aliis libertatibus, priuilegiis, & indultis, domibus, & Ordini prædictis, illorumque perſonis, tam à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, quàm aliàs ritè à Regibus, & aliis Principibus ſecularibus conceſſis; necnon bonis, rebus & aliis iuribus ad dictas domos, illarumque ſacriſtias ſpectantibus multiplices moleſtias, iniurias, & iacturas inferunt, eoſque coram diuerſis, tam eccleſiaſticis, quàm ſecularibus iudicibus ad iudicium trahunt. Nonnulli etiam dictum Ordinem profeſſi poſt emiſſam ab eis regularem profeſſionem apoſtatantes, ad aliorum Ordinum loca ſe transferunt, & ſæpiùs per ſecularium habitationes ſecundùm vana ſui cordis deſideria vagando, inſolenterq; & ſcandalosè viuendo, ſe ab obedientia, & ſubiectione ſuorum Prælatorum, etiam prætextu indultorum, ſeu literarum à Sede Apoſtolica ſubreptitiè impetratarum, ſubtrahunt, in contemptum Religionis, & animarum ſuarum periculum, & ſcandalum plurimorum. Quare Generales, & Prouincialis, & alij Correctores, & fratres prædicti nobis humiliter ſupplicari fecerũt, vt, cum eis valdè reddatur difficile prq ſingulis querelis ad Sedem prędictã habere recurſum, prouidere ipſis ſuper hoc paterna diligentia curaremus.

§. 2. Nos

1524. §. 2. Nos igitur, quipro debito paſtoralis officij, religioſarum perſonarum quarumlibet diſpendiis occurrimus, & profectibus libenter intendimus, aduerſus exactores, occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores, ac ſubtrahentes ſe ab obedientia huiuſmodi, illo volentes eiſdem Correctoribus, & fratribus remedio ſubuenire, per quod illorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committendi ſimilia præcludatur. Diſcretioni veſtræ per hæc ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis Conſeruatores, & iudices, prædictis Generali, Prouincialibus, & aliis Correctoribus, & fratribus efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis, eoſdem ſuper libertatibus, priuilegiis, indultis, rebus, & bonis prædictis, ab eiſdem, & quibuſlibet aliis indebitè moleſtari, vel eis grauamina, vel damna, ſeu iniurias irrogari, aut coram quibuſcumque iudicibus ordinariis, vel delegatis etiam Apoſtolicis, quauis occaſione, vel cauſa, etiam criminali, eoſdem fratres trahi, facturi Generali, Prouincialibus, & aliis Correctoribus, ac fratribus prædictis, cum ab eis, vel Procuratoribus ſuis, aut eorum aliquo fueritis requiſiti, de prædictis, & aliis perſonis quibuſlibet ſuper reſtitutione bonorum, ac rerum, & iurium prædictorum, necnon libertatum, priuilegiorum, & indultorum prædictorum, & aliorum eis pro tempore conceſſorum obſeruatione, necnon profeſſorum, & ſe ab obedientia ſubtrahentium huiuſmodi ad regularia loca dicti Ordinis reuocatione, & reductione, ac de quibuſlibet moleſtiis, iniuriis, atque damnis præſentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij; in aliis verò, prout qualitas eorum exegerit, iuſtitiæ complementum. Inhibendo etiam quibuſcumque iudicibus prædictis, tam in principio, quàm in medio, vel in fine cauſæ, ne in cauſis dictorum fratrum, etiam criminalibus, eiſdem inuitis, ſe quomodolibet intromittant; ac occupatores, ſeu detentores, exactores, præſumptores, moleſtatores, ac iniuriatores huiuſmodi; necnon inobedientes, & rebelles, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque & quotieſcumque expedierit, auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Et nihilominus, legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, illos, quos cenſuras, & pœnas per vos pro tempore latas, incurriſſe conſtiterit, eas incurriſſe declarare, &, quoties opus fuerit, etiam iteratis vicibus, aggrauare curetis.

1524. Conſeruatorum poteſtas.

§. 3. Cæterùm ſi per ſummariam informationem ſuper his per vos habendam etiam vobis conſtiterit, quòd ad loca, in quibus occupatores, detentores, exactores, præſumptores, moleſtatores, & iniuratores huiuſmodi, ac alios, quos præſentes literæ concernunt, pro tempore morari contigerit, pro monitionibus ipſis, & citationibus de eis faciendis tutus non pateat acceſſus. Nos vobis citationes, & monitiones quaſlibet per edicta publica locis affigenda publicis, & partibus illis vicinis, de quibus ſit veriſimilis coniectura, quòd ad notitiam citandorum, & monendorum huiuſmodi peruenire valeant, faciendi plenam, liberam concedimus tenore præſentium facultatem; ac volumus, & dicta auctoritate decernimus, quòd monitiones huiuſmodi ſic factæ perinde eoſdem citatos, & monitos arctent, ac ſi eis perſonaliter intimatæ extitiſſent.

Citationes locis publicis affigendæ, vbi tutus non pater acceſſus.

§. 4. Non obſtantibus, tum fel. rec. Bonif. Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodò vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium non trahatur, quàm aliis quibuſcumque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, tam de iudicibus delegatis, & Conſeruatoribus, quàm perſonis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis: Necnon quibuſuis priuilegiis, & indultis Apoſtolicis quibuſuis perſonis ſecularibus, vel regularibus, Militiis, Communitatibus, Vniuerſitatibus, Capitulis, Caſtris, Villis, Terris, & locis prædictis, ac quibuſuis cathedra-

Derogat contrariis.

Digitized by Google

1524. libus, etiam Metropolitanis, vel Collegiatis, aut aliis Ecclesiis, Capitulis, Conuentibus, Monasteriis, Hospitalibus, & aliis piis locis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, etiam de non trahendis eorum subditis, vel personis ipsarum Ecclesiarum, Ciuitatum, Vniuersitatum, Castrorum, Villarum, & locorum respectiuè extra eas, aut coram aliis iudicibus, & personis, quàm eis etiam vigore quarumcumque literarum Apostolicarum, aut aliàs quibusuis modis, & qualitercumque ac sub quibusuis verborum formis, & clausulis, etiam per nos, & Sedem prædictam, etiam iteratis vicibus concessis, innouatis, & confirmatis; quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illarum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus plena, expressa, specialis, specifica, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus: Quodque vos filij Canonici, Officiales, & Vicarij, de personis, quæ deputari possunt, Conseruatores non sitis; seu si aliquibus communiter, vel diuisim à prædicta sit Sede indultum, quòd excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto, & earum personis, locis, & ordinibus, & nominibus propriis mentionem, cæterisque contrariis quibuscumque. 1524.

Conseruatores prosequi valent articulum ab iis inchoatum.

§. 5. Cæterùm volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quòd quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus: Quôdque à datis præsentium sit vobis, & vnicuique vestrum in præmissis omnibus, & singulis cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris perpetua potestas, & iurisdictio attributa, vt eo vigore, & aque firmitate possitis in præmissis omnibus cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cœpta fuissent, & iurisdictio vestra, & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, & modum alium perpetuata legitimè extitisset, constitutione prædicta super Conseruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstantibus.

Transumptis fidem adhiberi iubet.

§. 6. Volumus etiam, & dicta Apostolica auctoritate decernimus, quòd ipsarum transumptis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Curiæ ecclesiasticæ, aut personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, sub annulo Piscatoris, die 19. Martij, 1524. Pontificatus nostri anno 1.

CONSTITVTIO II.

Concedit quòd Generalis quolibet triennio possit indulgentiam plenariam Fratribus & Sororibus, Tertiariis ac Fundatoribus, Procuratoribus & Conseruatoribus concedere, & quod dicti possint sibi eligere Confessorem in Ordine professum, qui eos absoluat à casibus Episcopis reseruatis.

1524. LAVRENTIVS MISERATIONE DIVINA TIT. SS. Quatuor Coronatorum S.R.E. Presbyter Cardinalis, ac maior Pœnitentiarius, & Ordinis Minimorum Protector.

Concedit, vt in summario.

§. 1. VNiuersis & singulis præsentes literas nostras patentes inspecturis fidem facimus & attestamur quatenus S. in Christo P. & D. N. D. *Clemens* diuina prouidentia Papa VII. moderno & pro tempore existenti Generali Ordinis Fratrum Minimorum, vt omnibus, & singulis Fratribus, & Sororibus Tertiariis,

1524. Tertiariis, necnon singulis Fundatoribus, Conseruatoribus, & Procuratoribus singularum domorum dicti Ordinis, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem semel dumtaxat singulo quoque triennio elargiri, & concedere possit. 1524.

§. 2. Ipsique Fratres, & Sorores Tertiarij, necnon Fundatores, Conseruatores, & Procuratores de licentia dicti Generalis eligere possint vnum Confessorem idoneum eumdem Ordinem professum, qui eos ab omnibus casibus, etiam Episcopalibus, & censuris Ecclesiasticis absoluere, & pœnitentiam salutarem pro modo culpæ iniungere valeat, viuæ vocis oraculo desuper nobis facto concessit, pariter atque indulsit. Tertiarij. &c. vt in summario, Confessore possint eligere.

§. 3. In quorum fidem dictas patentes literas fieri; ac parui sigilli nostri impressione per infrascriptum Secretarium nostrum communiri fecimus, manuque nostra propria subscripsimus. Datum Romæ, in Palatio Apostolico, in Camera nostræ solitæ residentiæ, die 8. Aprilis, 1524. Pontific. prædicti S.D.N. anno 1. Ita est. *Laurentius* tit. SS. Quatuor Coronatorum Presb. Card. manu propria, locus ✠ sigilli. *P. Bombasius* Secretarius. Constitutionis firmario.

CONSTITVTIO III.

Concedit Superioribus Ordinis Minimorum, & primis eorum Sociis, & specialiter Fratribus omnibus domus SS. Trinitatis de Vrbe in certis diebus facultatem celebrandi Missas ad liberandum animas de Purgatorio.

LAVRENTIVS EPISCOPVS ALBANENSIS S. R. E. Cardinalis SS. Quatuor, ac maior Pœnitentiarius. 1524.

§. 1. VNiuersis, & singulis Christi fidelibus, præsentes literas nostras inspecturis fidem facimus, & attestamur, qualiter S. in Christo P. & D. N. D. *Clemens* diuina prouidentia Papa VII. ad humiles preces nostras, dilectis nobis in Christo venerab. Religiosis, Correctori domus SS. Trinitatis de Vrbe, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, ac aliis Fratribus domus SS. Trinitatis dumtaxat; Generali verò, ac Zeloso, necnon Prouincialibus, & localibus Correctoribus, & aliis Superioribus Ordinis, etiam pro tempore existentibus, ac vni cuiuslibet ipsorum secundùm Religionis ingressum antiquiori Socio, vbicumque se transferre ex merito obedientiæ contigerit, vt singulis secundis, & quartis feriis cuiuslibet hebdomadæ totius anni, Missas pro animabus defunctorum celebrare volentes, easdem indulgentias pro animabus defunctorum huiusmodi consequantur, ac si in Ecclesiis SS. Sebastiani, Laurentij, & Scalæ Cœli, ac etiam Gregorij, & Potentianæ, extra, & intra muros almæ Vrbis celebrassent, ac pari modo Missæ huiusmodi animabus defunctorum, pro quibus eas celebrandas duxerint, suffragentur perinde, ac si in præfatis, & aliis quibuscumque etiam qualitercumque priuilegiatis Ecclesiis intra, & extra muros Vrbis celebrassent, facto nobis desuper viuæ vocis oraculo; concessit, pariter atque indulsit, præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Concedit prout in summario.

§. 2. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. In quorum omnium fidem literas nostras fieri, nostrique sigilli oblongi iussimus appensione communiri. Datum Romæ, in ædibus nostris, sub anno à Natiuitate Domini 1524. die verò 10. mensis Iulij, Pontific. S. D. in Christo P. & D. N. D. *Clementis* diuina prouidentia Papæ VII. anno 1. Derogat contrariis.

Digitized by Google

CONSTITVTIO IV.

Prohibet ſub pœna excommunicationis, cum reſeruatione, mulieribus ingreſſum in noſtra Monaſteria, & declarat, quænam debeant dici Fundatrices.

LAVRENTIVS MISERATIONE DIVINA EPISCOPVS Prænesten. S.R.E. Card. tit. SS. Quatuor Coronatorum, ac maior Pœnitentiarius, necnon Ordinis Minim. S. Franciſci de Paula Protector, Salutem.

Moties. §. 1. CONqueſti ſunt nobis Prouinciales, & Fratres Prouinciæ Calabriæ Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, quòd licet in eorum Regula per ſummos Pontifices approbata, & confirmata, expreſsè caueatur, quòd nullæ mulieres eorum Monaſteria, & ſepta ingredi poſſint, nec debeant, niſi fuerint dictorum Monaſteriorum Fundatrices, aut de ſanguine regio procreatæ. Fuerunt tamen nonnullæ prædictas conditiones non habentes, quæ ſolo prætextu, quòd fratres huiuſmodi habent Conuentus in eorum, aut maritorum, ſiue parentum dominio, dicunt ſe Fundatrices, & curioſitate magis, quàm deuotione ductæ, dictos Conuentus in Ordinis præiudicium, vi, & violentia, etiam contra Fratrum voluntatem ingreſſæ ſunt, ac in futurum ingredi comminantur.

Nullæ mulieres poſſint noſtros Conuentus ingredi. §. 2. Nos igitur dictam Regulam illibatam, & in ſui vigore tamquam ſanctam permanere deſiderantes, auctoritate S. D. N. Papæ, nobis in hac parte tamquam dicti Ordinis Protectori, & maiori Pœnitentiario expreſsè commiſſa, inhibemus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna quibuſuis à prædictis Fundatricibus, aut de ſanguine regio procreatis mulieribus, quacumque auctoritate, aut dignitate præfulgeant, ne Monaſteria, aut ſepta quæcumque Fratrum Ordinis huiuſmodi contra eorum Regulam, præſentium publicatione eis priùs facta, niſi à Sede Apoſtolica deſuper licentiam obtinuiſſent, ingredi præſumant, aut attentent; aliàs ſciant, ſe excommunicationis ſententiam incurſuras, à qua nullus ſine noſtra licentia, præterquam in mortis articulo, eas abſoluere poſſit, niſi Prouincialis, in cuius Prouincia hoc facere attentauerint, aut aliquis per eum deputatus, etiam præmiſſa iniuriæ ſibi factæ ſatisfactione.

Mulieres, quæ dicuntur Fundatrices. §. 3. Inſuper declaramus, iuxta factam per Capitulum generale Fratrum huiuſmodi expoſitionem, nullas mulieres debere vocari Fundatrices, niſi locum, ſiue fundum ſitus Monaſterij conceſſerint, aut Monaſterium proprijs ſumptibus fabricari fecerint, ſiue redditibus ad victum, & veſtitum fratrum dotauerint. In quorum omnium fidem præſentes noſtras manu propria ſubſcriptas, ſigillo noſtro communiri iuſſimus. Datum Romæ, in ædibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ anno Domini 1527. die 15. menſis Martij, Pontific. S. D. N. D. Clementis Papæ VII. anno 4.

CONSTITVTIO V.

1528. 1528.

CONSTITVTIO V.

Approbat, & confirmat ex certa ſcientia Officium, & Miſſam S.P.N. Franciſci, & concedit indulgentias illud recitantibus, & Miſſam propriam celebrantibus.

CLEMENS PAPA VII.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Memorat Conſtitut. Leonis X de qua ſuprà.

§. 1. LIbenter ad ea concedenda inducimur, quæ deuotionis reſpiciunt incrementum. Cùm itaque poſtquam fel. rec. *Leo* Papa X. prædeceſſor noſter vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis quibuſcumque Prælatis Eccleſiaſticis, quatenus ipſi, & eorum ſinguli feſtum *S. Franciſci de Paula* cum officio proprio, cùm illud de Sedis Apoſtolicæ mandato ordinatum foret, aliàs cum officio vnius Confeſſoris non Pontificis, cum propria oratione in eius canonizatione ab eodem prædeceſſore edita die 2. Aprilis annuatim, niſi tunc occurreret maior Hebdomada, vel Octaua Paſchæ, & tunc 2. Feria poſt Octauam Paſchæ huiuſmodi, in ſuis ſolemniter, in veſtris verò Eccleſiis ſub ritu feſti duplicis, & cum Octaua annuatim celebrarent, ſeu celebrari facerent, & mandarent, expreſsè per ſuas in forma Breuis literas commiſerat, & mandauerat.

Supplicatio

§. 2. Vos de Sedis præfatæ mandato Miſſam, & officium eiuſdem *S. Franciſci de Paula* in dictis Eccleſiis, vt præfertur, deuotè celebranda, & recitanda piè, & laudabiliter ordinari, & inſtitui procuraueritis. Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt ordinationi, & inſtitutioni Miſſæ, & huiuſmodi officij poteſtatis nobis creditæ auctoritatem impertiri de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Concedit indulgentiã 100 dierum recitantibus officium, & Miſſam S. Franciſci.

§. 3. Nos igitur, qui piis deuotarum perſonarum, præſertim religioſarum votis libenter annuimus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ordinationem, & inſtitutionem officij huiuſmodi (quod diligenter inſpici, & examinari fecimus) auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus. Ac vobis, necnon omnibus, & ſingulis aliis Chriſti fidelibus, qui pro ſua deuotione voluerint, vt Miſſam, & officium S. Franciſci de Paula huiuſmodi dicere, & recitare liberè, & licitè valeatis, & alij prædicti valeant, cuiuſuis licentia ſuper hoc minimè requiſita, auctoritate, & tenore præſentium concedimus, pariter & indulgemus. Et nihilominus de omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, tam veſtrum ſingulis, quàm omnibus, & aliis ſingulis Chriſti fidelibus præfatis, qui Miſſam, & officium huiuſmodi in feſto, & Octaua prædictis deuotè celebrauerint, vel recitauerint; pro ſingulis feſti, & Octauæ huiuſmodi diebus, quibus id fecerint, eorum dies de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

Derogat contrarijs.

§. 4. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque præſentibus præteritis, & futuris temporibus valituris. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcatoris, die 17. Maij, 1528. Pontif. noſtri anno 6.

Digitized by Google

1529. 1529.

CONSTITVTIO VI.

Concedit facultatem Superioribus damnandi ſuos ſcandaloſos ad triremes.

Dilecto filio *Deſiderio de Mota* Correctori Generali Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula,

CLEMENS PAPA VII.

Dilecte fili, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. EXponi nobis nuper feciſti quod nonnulli tui Ordinis Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula profeſſores, Dei timore poſtpoſito eorumque ſalutis immemores habitum ſuum regularem abiecerunt, ſeu cum illo hinc inde per abrupta ſeculi vagando diſcurrunt, & vitam à regularibus ipſius Ordinis inſtitutis plurimùm alienam ducentes aliorum facinoroſorum perſuaſionibus ac propria malitia ducti, diuerſis quæſtionibus & aliis illicitis actibus, necnon diuerſorum generum malis ſe immiſcere non expaueſcunt, in ipſius propriæ ſalutis perniciem, & aliorum dicti Ordinis profeſſorum malum exemplum, ac dicti Ordinis dedecus, & maximum ſcandalum. Quare pro parte tua fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt ſcandalis, quæ ex præmiſſis, & aliis ſimilibus oriri poſſent, ac pro ipſorum fratrum diſcolorum compeſcenda malitia, & effrænata voluntate, in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Concedit prout in ſummario.

§. 2. Nos igitur ſcandalis huiuſmodi, ne eueniant, celeri paſſu occurrere, & dicti Ordinis, quem in viſceribus charitatis gerimus, felici ſucceſſui paternè conſulere volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi, & pro tempore exiſtenti Generali, ac Zeloſo, necnon aliis Superioribus dicti Ordinis, omnes, & ſingulos dicti Ordinis Fratres, quos in quibuſuis Ciuitatibus, & locis, tam S. R. E. quàm quorumuis Regum, Ducum, & aliorum Principum ditioni ſubiectis, inhoneſtè, & præter regularium inſtitutorum eorumdem obſeruantiam viuentes, & ſcandalum generantes, & incorrigibiles repereritis, ac vobis de eorum prauato viuendi modo per vos, vel teſtes fide dignos conſtiterit, corporaliter capiendi, ſeu capi, eoſque iuxta criminum, & delictorum per eos perpetratorum qualitates, ad triremes perpetuò, vel ad tempus, abſque aliqua iudicum eccleſiaſticorum, vel ſecularium ſuper eiſdem criminibus, & delictis cognitione, vel ſententiæ prolatione, detrudendi, & condemnandi, ſeu detrudi, & condemnari faciendi, ſine conſcientiæ ſcrupulo, omni tamen malitia, & ſpecie vindictæ ex parte veſtra, & vobis in hoc aſſiſtentium ceſſantibus, plenam & liberam auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus.

Capitanei triremium tenentur fratres ad triremes damnatos recipere, & retinere.

§. 3. Mandantes triremium earumdem Capitaneis in virtute ſanctæ obedientiæ, vt eoſdem Fratres, quos iuxta conſcientiam veſtram, & de vobis aſſiſtentium conſenſu huiuſmodi pœna dignos iudicaueritis, eis pro tempore conſignatos, inibi delictorum ſuorum pœnitentiam facturos recipiant, & retineant.

Derogat contrariis.

§. 4. Non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, & in Prouincialibus, ac Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcatoris, die 29. Auguſti, 1529. Pontif. noſtri anno 6.

CONSTITVTIO VII.

Digitized by Google

1532. 1532.

CONSTITVTIO VII.

Declarat, & de nouo concedit, quòd conceſſa vni domui, intelligantur conceſſa omnibus conſtructis, & conſtruendis.

CLEMENS PAPA VII.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. DEuotionis augmentum vobis, Deo propitio, prouenire confidimus, ſi in his, quæ ſtatus veſtri tranquillitatem concernunt, nos vobis gratioſos, & fauorabiles exhibuerimus. Cùm itaque ſicut nobis nuper exponi feciſtis, licet dudum fel. rec. *Iulius II.* & *Leo X.* Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, & indulgentias, exemptiones, & indulta alicui domui veſtri Ordinis Minimorum *S. Franciſci de Paula* particulariter, ſeu domibus alicuius Prouinciæ eiuſdem Ordinis ſpecialiter conceſſa, ad omnes, & ſingulas domos ipſius Ordinis extendi voluerint: Ac idem *Leo* prædeceſſor omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus Eccleſias veſtrarum domorum in Pentecoſtes, & Annunciationis, ac Aſſumptionis glorioſæ V. M. feſtiuitatibus, necnon in feſtiuitate omnium Sanctorum deuotè viſitantibus, decem annorum, & totidem quadragenarum indulgentiam miſericorditer elargitus fuerit. Necnon Correctoribus earumdem domorum, ſex, aut plures idoneos Confeſſores pro dictorum Chriſti fidelium confeſſionibus audiendis deputandi facultatem conceſſerit. Nihilominus à nonnullis nimium curioſis hæſitetur, an domus poſt prædictam conceſſionem de nouo conſtructæ, ſeu ſuſceptæ, eiſdem priuilegiis gaudere, & Correctores præfati tempore indulgentiarum huiuſmodi tot Confeſſores, quot neceſſarij fuerint, deputare poſſint.

Memorat Conſtit. Iulij II. & Leonis X.

Vide Conſtit. Leonis X.

§. 2. Nos dicti veſtri Ordinis vberes fructus in militanti Eccleſia afferentis, proſperum, & tranquillum ſtatum, ac felicem ſucceſſum paterno zelantes affectu, ac, ne ſuper præmiſſis aliquod hæſitationis inuolucrum exoriri poſſit, prouidere volentes, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, indulgentias, exemptiones, & indulta, vni, aut pluribus domibus Ordinis huiuſmodi ſpecialiter conceſſa, ad omnes, & ſingulas ipſius Ordinis domos de nouo ſuſceptas, & ſuſcipiendas auctoritate Apoſtolica per præſentes de nouo extendimus, & ampliamus, ipſaſque domos ſuſceptas, & ſuſcipiendas eiſdem priuilegiis, immunitatibus, gratiis, indulgentiis, & indultis aliis domibus ſpecialiter conceſſis, pariformiter, & æquè principaliter potiri, & gaudere, ac ſi ſingulis domibus ſuſceptis, & ſuſcipiendis, & Chriſti fidelibus illarum Eccleſias viſitantibus ſpecialiter conceſſæ fuiſſent.

Conceſſa vni domui intelliguntur conceſſa omnibus.

§. 3. Ac tempore ipſarum indulgentiarum Correctores domorum huiuſmodi tot, quot iuxta multitudinem populi neceſſarij fuerint, Confeſſores deputare poſſe, & ſic ab omnibus cenſeri debere, auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

Correctores tempore indulgentiarum poſſunt deputare omnes Confeſſores, qui erunt neceſſarij.

§. 4. Non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, & ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Derogat contrariis.

§. 5. Et quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, vbi de illis fides facienda fuerit, deferri; volumus, & eadem auctoritate Apoſtolica decernimus, quòd ipſarum tranſumptis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati, ſeu Curiæ eccleſiaſticæ munitis, in iudicio, & extra ca-

Tranſumptis fidem adhiberi iubet.

Digitized by Google

1533. dem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 22. Septemb. 1532. Pontif. noſtri anno 9. 1533.

CONSTITVTIO VIII.

Concedit viſitantibus Eccleſiam S. Ludouici de Neapoli ſextis feriis cuiuſlibet hebdomadæ centum dies de indulgentia.

1533. CLEMENS PAPA VII.

Vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Proœmiũ. SAluatoris noſtri D. N. Ieſu Chriſti, qui pro redemptione generis humani de ſummis cœlorum ad huiuſmodi infima deſcendere, & in ara Crucis temporalem mortem ſponte ſubire dignatus eſt, vices, licet immeriti, gerentes in terris, oues gregis ſui curæ noſtræ diuinitus commiſſas, ad ſinceritatis deuotionem, ac pia, meritoria opera exercenda, ſpiritualibus muneribus, indulgentiis videlicet, & peccatorum remiſſionibus inuitamus, vt per illa redemptionis ſuæ fructum, ſalutem videlicet ab omnibus deſideratam, conſequi, & ad æternæ beatitudinis gaudia feliciter peruenire mereantur.

Viſitantibus noſtras Eccleſias ſingulis feriis ſextis concedit centũ dies de iniunctis pœnitentiis.

§. 1. Cupientes igitur, vt Eccleſia domus *S. Ludouici Neapolis* Ordinis Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula, ad quam, ſicut accepimus, ſextis feriis magnus Chriſti fidelium concurſus habetur, & in debita veneratione habeatur, & à Chriſti fidelibus congruis frequentetur honoribus, & ipſorum Chriſti fidelium ad Eccleſiam ipſam confluentium deuotio feruentiùs inualeſcat, & animarum ſalus peramplius propagetur: De omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus vndecumque exiſtentibus, verè pœnitentibus, & confeſſis, ſeu confitendi propoſitum habentibus, qui ſingulis ſextis feriis cuiuſlibet hebdomadæ totius anni Eccleſiam prædictam deuotè viſitauerint, & inibi ſemel Orationem Dominicam, & tantumdem Salutationem Angelicam recitauerint, pro ſingulis ſextis feriis, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

Hæ indulgentiæ per nullas reuocationes reuocatæ intelligantur.

§. 2. Præſentibus, quas ſub quibuſuis reuocationibus, ſuſpenſionibus, & derogationibus ſimilium, vel diſſimiliumindulgentiarum, per nos, & Sedem prædictam, etiam in fauorem expeditionis contra infideles, aut fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, ſeu aliarum Eccleſiarum, vel piorum locorum, ſeu Ordinum quorumcumque & ex quibuſuis cauſis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, & aliàs quomodolibet factis, & faciendis nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas exiſtere, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, & de nouo conceſſas eſſe, & cenſeri debere, ac Chriſti fidelibus præfatis ſuffragari debere decernimus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcat. die 16. Iunij 1533. Pontific. noſt. an. 10.

CONSTITVTIO IX.

Digitized by Google

1533. 1533.

CONSTITVTIO IX.

Indulget, vt Moniales poßint cantare, & quòd in earum Monaſteria poſſint intrare Generalis cauſa viſitationis, Confeſſarius cauſa adminiſtrationis Sacramentorum, Medicus, & Chirurgus cauſa infirmitatis, & cæmentarij cauſa ædificij.

ANTONIVS MISERATIONE DIVINA TIT. SS. quatuor Coronatorum, Preſbyter Cardinalis. Dilectis in Chriſto Monialibus ſub cura Fratrum Minimorum Ordinis S. Franciſcide Paula, vbicumque degentibus,

Salutem in Domino.

Incipit.

INiunctum nobis ab Apoſtolica Sede ſeruitutis officium nos admonet, & inducit, quòd ad ea libenter intendamus, per quæ Monaſteriorum, & Religioſorum locorum omnium, & perſonarum, præſertim fœminei ſexus, in illis regulari caſtimoniæ deditarum, felici regimini conſulatur, & ex hoc populi erga illa deuotio augeatur. Necessium

§. 1. Sanè pro parte veſtra nuper fuit expoſitum coram nobis, quòd licet in Regula, & ſtatutis veſtris inter alia expreſsè caueatur, quòd vos in Miſſis coram vobis in Monaſteriorum veſtrorum Eccleſiis ſolemniter celebrandis, introitum, & cætera officia per moniales aliarum Religionum decantari ſolita decantare non poſſitis: Nec aliquas perſonas in veſtra Monaſteria, præterquam ad Eccleſiam, & crates quouis modo ingredi permittatis, prout in Regula, & ſtatutis prædictis dicitur pleniùs contineri. Quia tamen ex talibus ſtatutis deuotio populi ad Eccleſias prædictas pro ſolemni Miſſa audienda confluentis in dies minuitur, & quamplures virgines ab ingreſſu Ordinis huiuſmodi retrahuntur, necnon viſitationes Monaſteriorum veſtrorum à veſtris Superioribus, & veſtri curam gerentibus debitè fieri nequeunt, propter quod à ſinceræ veſtræ Regulæ obſeruantia vos, vel alias pro tempore moniales veſtri Ordinis in poſterum declinare facilè poſſet contingere, cupitis, ſtatuta, & Regulam huiuſmodi circa præmiſſa moderari, ſuper quibus ſupplicare feciſtis humiliter, vobis per Sedem Apoſtolicam de opportuno, & ſalubri remedio miſericorditer prouideri. Supplicatio.

§. 2. Nos igitur auctoritate D. Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius ſpeciali, & expreſſo mandato ſuper hoc viuæ vocis oraculo nobis facto, vt vos, & pro tempore Moniales Ordinis prædicti, in Miſſis coram vobis in veſtrorum Monaſteriorum Eccleſiis ſolemniter celebrandis, etiam alta voce, ſine tamen notulis, prout alia Officia tam diurna, quàm nocturna ſimpliciter decantatis, reſpondere. Moniales poſſunt alta voce in Miſſa reſpondere.

§. 3. Necnon modernum, & pro tempore exiſtentem dicti Ordinis Fratrum Minimorum Generalem, vel ab eo Viſitatorem deputandum cauſa viſitationis ſemel tantùm quolibet triennio. Generalis cauſa viſitationis poteſt Monaſteria monialium ingredi.

§. 4. Ac tempore maximæ infirmitatis Confeſſorem pro Euchariſtiæ, & Extremæ-Vnctionis Sacramentis vobis adminiſtrandis cum veſtimentis Sacerdotalibus, prout Superiores Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Monaſteria Monialium S. Claræ viſitantes facere conſueuerunt. Item Confeſſarius tempore infirmitatis.

§. 5. Necnon phyſicum, aut Medicum pro fleborotomia, apoſtemate, peſte, inciſura, aut alia vrgentiſſima cauſa, & artifices pro domus, vel Monaſterij conſtructione, & neceſſaria reparatione ingredi permittere, liberè, & licitè poſſitis, & valeatis; ipſique Generalis, & Viſitator ingredi abſque alicuius Eccle- Item medicus, & Chirurgus, & artifices.

Digitized by Google

1533. fiaſticæ cenſuræ incurſu poſſint, & valeant, tenore præſentium indulgemus, ac vobiſcum deſuper miſericorditer diſpenſamus, vobiſque, & Generali, ac Viſitatori prædictis, & Confeſſori phyſico, & artificibus præfatis licentiam, & liberam concedimus facultatem. 1533. 1535.

Derogat contrariis. §. 6. Non obſtantibus Regula, & ſtatutis præfatis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, quibus quò ad præmiſſa dumtaxat, illa in melius reformantes, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub ſigillo officij Pœnitentiariæ, tertio Idus Iulij, Pontific. D. Clementis Papæ VII. anno 9. Iulius Cardellus, locus ✠ ſigilli.

CONSTITVTIO X.

Concedit, quòd fratres poſsint ſe obligare ad ſuffragia perpetua.

1533. ANTONIVS MISERATIONE DIVINA TIT. SS. quatuor Coronatorum Preſbyter Cardinalis. Dilectis in Chriſto Generali, & Prouincialibus, ac localibus Correctoribus, & Fratribus Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula vbique locorum degentibus,

Salutem in Domino.

Supplicatio. §. 1. EX parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, quòd cùm ex inſtitutione veſtri Ordinis ad aliqua ſuffragia in ſpecie, ſed dumtaxat in genere, ac ſub generalitate omnium Miſſarum, & ſuffragiorum dicti Ordinis, aut ſolùm pro quinquaginta annis, vel citra, obligari nequeatis, & temporibus iſtis, ſolita fidelium charitate plurimùm tepeſcente, vos ſub vita quadrageſimali Deo famulantes, & mendicitate vobis permiſſa, victui neceſſaria vix inuenire, & habere poſſitis; ac vobis, & locis veſtris eleëmoſynas, & pia legata largiri, & concedere volentes, illa ſub aliquo certo onere libentiùs, quàm ſub generalitate Miſſarum, & ſuffragiorum prædictorum facerent, ſi certum pro eorum animarum ſalute ſuffragium poſt mortem eorum fundatum, & ſtabilitum reliquiſſe conſpicerent, ex quo veſtris, & locorum veſtrorum commoditatibus non parum conſuleretur. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vobis ſuper his per Sedem Apoſtolicam de opportuno remedio miſericorditer prouideri.

Concedit prout in ſummario. §. 2. Nos igitur auctoritate D. Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius ſpeciali mandato ſuper hoc viuæ vocis oraculo nobis facto, vt quæcumque legata, & relicta, vobis, & locis veſtris hactenus, & in poſterum pro tempore facta, etiam cum onere recitandi certas Miſſas, ſeu alia certa ſuffragia, perpetuò, vel ad tempus, etiam vltra quinquaginta annos, prout pia fidelium voluntas ordinauerit, de licentia tamen, & conſenſu Capituli generalis, vel prouincialis veſtri Ordinis acceptare, & retinere, ac vos, & ſucceſſores veſtros pro executione, & implemento talium onerum obligare, abſque alicuius conſcientiæ ſcrupulo, aut cenſuræ Eccleſiaſticæ incurſu, liberè, & licitè valeatis, tenore præſentium perpetuò indulgemus, ac vobis deſuper, quatenus opus ſit, miſericorditer diſpenſamus.

Derogat contrariis. §. 3. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmamatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub ſigillo officij Pœnitentiariæ, Idibus Octobris, Pontific. D. Clementis Papæ VII. anno 9.

PAVLVS III.

Digitized by Google

1535. 1535.

PAVLVS III.

Qui ſedit à die xi Aug. an. 1534. ad diem xi Nouembr. an. 1549.

CONSTITVTIO I.

Concedit, quòd nos poſsimus obligare ad ſuffragia perpetua.

ANTONIVS MISERATIONE DIVINA S. R. E. Preſbyter Cardinalis tit. SS. Quatuor Coronatorum & S. Sedis Apoſtolicæ maior Pœnitentiarius, necnon Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula Protector.

Venerabilibus Religioſis Correctori & Fratribus domus S. Trinitatis de Vrbe Ordinis Minimorum, Salutem in Domino.

§. 1. NVper S. in Chriſto P. & D. D. N. Paulo diuina prouidentia Papæ III. per vos expoſito, quòd licet aliàs per Sedem Apoſtolicam vobis, & Ordini veſtro quæcumque ſuffragia perpetua acceptandi facultas conceſſa fuiſſet: Nihilominus vos ad Regulæ veſtræ candorem, & puritatem prouidè attendentes, & ſincerè obſeruari cupientes, in vltimo veſtro generali Capitulo in Oppido Paulæ celebrato facultatem huiuſmodi reuocare, ac per ipſam Sedem Apoſtolicam reuocationem confirmandam eſſe per vos decretum fuiſſet, ne vos deinceps ad aliqua perpetua ſuffragia obligare deberetis. Cum autem Io. Baptiſta de Turchis, dum viueret, ex deuotione, quam Ordini veſtro, & præcipuè domui veſtræ S. Trinitatis de Vrbe gerebat, in Eccleſia dictæ domus vnam Capellam conſtrui, ac picturis ornari feciſſet, licet non dotaſſet, ſeu pro dote aliquos redditus aſſignaſſet, tamen ante eius obitum ex teſtamento eiſdem Correctori, & fratribus quamdam vineam, vnà cum domo in eadem exiſtente liberam, poſitam extra portam S. Mariæ de Populo iuxta ſuos fines, pro dote ipſius Capellæ reliquit; cum onere tamen, quòd ipſi fratres præſentes, & pro tempore exiſtentes teneantur ſingulis annis tres Miſſas cantatas, vnam videlicet in feſto Concept. B. M. V. aliam in feſto Natiu. S. Ioan. Baptiſtæ, reliquam verò in die omnium defunctorum de eiſdem ſemel tantùm in anno, necnon etiam aliam legendo ſingulis hebdomadis totius anni die Sabbati in perpetuum celebrare, ſeu celebrari facere, ſi vineam, & domum in ea exiſtentem cum onere ſuffragiorum prædictorum eiſdem Correctori, & fratribus dictæ domus acceptandi, & recipiendi, ac receptas tenendi, &, ſi opus fuerit, in alios redditus in eiuſdem Eccleſiæ vtilitatem commutandi licentia concederetur.

Supplicatio.

Nota, quòd hoc indultũ obtentũ eſt ante confirmationem Cap. Paulæ hæc enim obtenta eſt anno 1536. anno 2.

§. 2. Profectò, vt conſcientiis veſtris, ac neceſſitati conſuleretur, ſua Sanctitas vobis vineam, vnà cum domo in ea exiſtente cum onere ſuffragiorum prædictorum acceptandi, & recipiendi, ac receptas tenendi, ac in alios redditus in eiuſdem Eccleſiæ vtilitatem commutandi liberè, & licitè, viuæ vocis oraculo deſuper nobis facto, licentiam conceſſit, pariter & indulſit.

Concedit prout in ſummario.

§. 3. In quorum fidem præſentes manu noſtra propria ſubſcripſimus, & per Secretarium noſtrum fieri, ſigillique noſtri parui iuſſimus impreſſione muniri. Datum Romæ, in Camera noſtræ ſolitæ reſidentiæ die 13. menſis Octobris 1535. Pontific. prælibati S. D. N. anno 1. Ita eſt. Antonius Card. SS. quatuor maior Pœnitentiarius. *Petrus Ioan. de Viterbio.*

Subſcriptione firmat.

Digitized by Google

1536. 1536. 1536

CONSTITVTIO II.

Confirmat acta Capituli generalis Paulæ celebrati, & derogat quibuſdam priuilegiis Apoſtolicis contra Regulam impetratis.

PAVLVS PAPA III.

Dilectis filiis Generali, Prouincialibus, Correctoribus, cæteriſque Superioribus, & ſubditis Fratrum Minimorum, & eorum ſingulis,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

SInceræ deuotionis affectus, quem ad nos, & Romanam geritis Eccleſiam, necnon Religionis puritas, & exemplaris vita, quibus Ordo veſter Fratrum Minimorum *S. Franciſci de Paula* in noſtro, & Sedis Apoſtolicæ, ac totius militantis Eccleſiæ conſpectu hactenus, Deo fauente, refulſit, promerentur, vt his, quæ pro dicti Ordinis, & veſtra ſalubri directione prouidè geſta dicuntur, vt illibata perſiſtant, potiſſimùm, cùm à nobis petitur, Apoſtolici muniminis præſidium propenſiùs impertiamur.

Impetrant Fratres aliqua Apoſtolica diplomata contra Regulã.

§. 1. Exponi ſiquidem nobis nuper feciſtis, quòd vos generale Capitulum in Oppido *Paulæ Conſentinenſis* Diœceſis in feſto Aſcenſionis Domini vltimè lapſo ſecundùm morem dicti Ordinis celebrantes, & prouidè attendentes, quòd alias eidem Ordini, ac illius domibus nonnullæ literæ Apoſtolicæ ſuper diuerſis caſibus ſecundùm exigentiam temporum, & ad petitionem Fratrum Ordinis huiuſmodi, quæ tunc eidem Ordini neceſſariæ videbantur, conceſſæ fuerant, quarum vſus ſucceſſu temporis Ordinis huiuſmodi candorem, & veram regularem obſeruantiam obnubilare videbatur.

Memorat Cõſtit. Leonis X. de qua ſuprà.

§. 2. Quòd licet dudum fel. rec. *Leo* Papa X. prædeceſſor noſter, quarumuis Religionum fratribus, quantumcumque priuilegiatis, eorumque Superioribus, & Prælatis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam contrafacientes eo ipſo incurrere voluerat, & à qua niſi ab eo, & Romano Pontifice canonicè intrante, præterquam in mortis articulo conſtituti abſolui non poſſent, per eius in forma Breuis literas diſtrictè inhibuerat, ne ex tunc aliquos Fratres dicti veſtri Ordinis ad eos confugientes, vel venientes prætextu quorumcumque priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis deſuper conceſſorum, in eorum domibus, ſeu Conuentibus recipere, aut eis ipſorum habitum concedere, ſeu exhibere auderent, vel præſumerent; decernens, quaſcumque receptiones, & habituum exhibitiones factas, & faciendas nullius exiſtere roboris, vel momenti, nullumque tunc, & pro tempore exiſtenti generali Correctori dicti Ordinis Fratrum Minimorum præiudicium propterea generari potuiſſe, aut in futurum poſſe: Ipſiſque Fratribus, Religioſos, & profeſſores Ordinis Fratrum Minimorum huiuſmodi penes ſe, aut in eorum domibus, locis, & Conuentibus tenentibus ſub dicta excommunicationis pœna modo præmiſſo incurrenda præceperat, ac in virtute ſanctæ obedientiæ mandauerat, quatenus fratres per eos receptos huiuſmodi infra ſpatium nouem dierum, à die intimationis literarum earumdem computandorum, cum eorum priori habitu Correctori generali Ordinis Fratrum Minimorum huiuſmodi reſtituere haberent, ac de cætero à ſimili Fratrum Minimorum Ordinis huiuſmodi receptione abſtinerent, & ad eos accedere volentes cum omni humilitate, & in ſpiritu ſapientiæ, & charitatis, ipſos de indulto, & inhibitione huiuſmodi certificantes, ad omnem ipſius Correctoris generalis, ac illius vices gerentis petitionem reſtituerent, prout in literis *Leonis* prædeceſſoris huiuſmodi pleniùs continebatur. Nihilominus nonnulli ex Fratribus prædicti

1536. dicti Ordinis prætextu literarum, & priuilegiorum per eos ab ipſa Sede multoties ſubreptitiè, & obreptitiè impetratorum & ab ipſo Ordine diſcedere, & cum eorum habitu extra Ordinem ipſum manere, ſeu ad alios Ordines, etiam excogitatis mediis, tranſire, & habitum Ordinum eorumdem ſuſcipere, ipſorumque Ordinum Superiores, etiam de literis *Leonis* huiuſmodi certificati, illos recipere non verebantur, in animarum ſuarum periculum, & ipſius veſtri Ordinis depreſſionem. 1536.

Supplicatio

§. 3. Vos pro dicti veſtri Ordinis conſeruatione præmiſſis occurrere, & opportuna remedia adhibere volentes, procuraſtis, quòd nobis, & Sedi Apoſtolicæ pro reuocatione literarum earumdem, in quantum ipſius Regulæ candorem, & veram obſeruantiam obnubilare, ſeu vos turbare, aut ex literarum earumdem vſu ſcandala oriri poſſent, ſupplicaretur.

Celebratio Capit. non poteſt anticipari, vel retardari: nec fratres ſe obligare ad ſuffragia perpetua: nec Superiores ingredi Monaſteria monialium.

§. 4. Quodque celebratio prouincialium Capitulorum dicti Ordinis contra Regulæ huiuſmodi diſpoſitionem anticipari, vel retardari. Et Fratres ipſius veſtri Ordinis ad ſuffragia perpetua ſe obligare. Seu Generalis, vel quicumque alij Superiores, aut Fratres dicti Ordinis Monaſteria monialium quorumuis Ordinum, etiam pro viſitationibus inibi faciendis, niſi iuxta ipſius Regulæ tenorem ingredi nullatenus poſſent.

Generalis ſtatim electus exercet officiũ, nec eo durante, viſitat.

§. 5. Et idem Generalis, poſtquam iuxta regularia inſtituta dicti veſtri Ordinis electus foret, officium ſuum, abſque aliqua deſuper expectanda confirmatione, ad certum tempus exerceret, &, eius officio durante, nullatenus, ſed, eo ceſſante, per alium Generalem nouiter electum, & eius Collegas viſitaretur.

Conuentus S. Trin. Generali immediatè ſubiicitur.

§. 6. Necnon domus S. Trinitatis de Vrbe dicti Ordinis eidem Generali, vel ab eo deputato, aut Viſitatori oculato dicti Ordinis, prout etiam ipſe B. Franciſcus voluerat, immediatè ſubiiceretur, & nonnulla alia tunc expreſſa ſtatuiſtis, & ordinaſtis.

Supplicatio

§. 7. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt literas Apoſtolicas, in quantum ipſius Regulæ candorem, & veram obſeruantiam obnubilare, ſeu vos turbare, aut ex earum vſu ſcandala oriri poſſent, reuocare, ac literas *Leonis* prædeceſſoris huiuſmodi, necnon præmiſſa omnia, & ſingula in dicto Capitulo, vt præfertur, ſtatuta, decreta, & ordinata approbare, & confirmare, aliáſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Reuocat Conſtit. quæ obſeruantiã Regulæ obnubilare videntur.

§. 8. Nos itaque ipſius veſtri Ordinis felicem ſucceſſum ſinceris deſiderantes affectibus, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, primò dictas literas Apoſtolicas, Ordini, aut domibus prædictis, vt præfertur, conceſſas, in quantum ipſius Regulæ candorem, & veram obſeruantiam obnubilare, ſeu vos turbare, aut ex earum vſu ſcandala oriri poſſent, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium reuocamus, & annullamus, ac pro reuocatis, & annullatis, ac viribus penitus vacuis haberi volumus.

Confirmat literas Leonis, & ſtatuta in Capit. Paulæ.

§. 9. Necnon literas *Leonis* prædeceſſoris huiuſmodi, ac præmiſſa omnia, & ſingula, ac quæcumque alia per vos in ipſo generali Capitulo ſtatuta, decreta, & ordinata, quorum tenores præſentibus pro expreſſis, ac ſpecificè deſcriptis, & annotatis haberi volumus, licita tamen, & honeſta, & ſacris Canonibus non contraria, auctoritate, & tenore prædictis approbamus, illiſque perpetuæ firmitatis robur adiicimus.

Superiores, & ſubditi tenẽtur obſeruare decreta Capituli Paulæ. Iterum eõfirmat literas Leonis, & ſupplet defectus.

§. 10. Ac vos, & pro tempore exiſtentes Correctorem generalem, ac Superiores, & Fratres veſtri Ordinis huiuſmodi pro tempore exiſtentes, ad illorum omnium obſeruantiam teneri, & obligatos exiſtere.

§. 11. Necnon etiam literas *Leonis* prædeceſſoris huiuſmodi iuxta illarum tenorem inuiolabiliter ſeruari debere decernimus. Supplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

Derogat contrarijs.

§. 12. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon aliis dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Digitized by Google

1539. Trãsumptis fidem adhiberi iubet.

§. 13. Verùm quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus de illis fides forsan facienda fuerit, deferri, volumus, & eadem Apostolica auctoritate decernimus, quòd præsentium literarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, sub annulo Piscat. die 27. Martij, 1536. Pontif. nostri anno 2, 1536.

1539.

CONSTITVTIO III.

Concedit visitantibus sacellum S.P.N. Francisci de Paula Conuentûs S. Ludouici Neapolis omnes indulgentias quas Leo X. olim concessit visitantibus Ecclesiam S. Trinitatis de Vrbe, vt suprà in eius Constit.

PAVLVS PAPA III.

Progemin.

SVpra gregem dominicum nostræ vigilantiæ diuinitus creditum, prout nobis de super conceditur intenti exercentes speculatoris officium, ad ea per quæ animarum saluti consulitur, & vt illæ demùm lucrifiant nostri ministerij partes solertiùs impertimur.

Memorat. Constitut. Leon. X.

§. 1. Nuper siquidem nobis pro parte dilectorum filiorum Correctoris & fratrum domus S. Aloysij prope & extra muros Neapolis Ordinis Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula exposito, quòd aliàs fel. rec. Leo Papa X. prædecessor noster, omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus Ecclesiam SS. Trinitatis in monte Pinceo de Vrbe Ordinis prædicti singulis diebus à medietate Quadragesimæ, vsque ad, & per totam Octauam Paschæ Resurrectionis D.N. Iesu Christi annuatim deuotè visitantibus, & ibidem in honorem eiusdem SS. Trinitatis ter Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam recitantibus, easdem indulgentias, & peccatorum remissiones per suas sub plumbo literas concesserat, & elargitus fuerat, quas, si alias almæ Vrbis nostræ, & extra eam pro stationibus visitari solitas, necnon B. Mariæ de Populo Ecclesias singulis diebus eisdem visitarent, consequerentur.

Memorat. aliam suam Constit.

§. 2. Nos tunc cupientes, vt Ecclesia dictæ domus S. Aloysij, & Capella S. Francisci de Paula in ea constructa in debita veneratione haberetur, & à Christi fidelibus congruis frequentaretur honoribus, ipsique Christi fideles eò libentiùs deuotionis causa ad Ecclesiam domus S. Aloysij huiusmodi confluerent, & Capellam ipsam visitarent, quò exinde pro animarum suarum salute maiora spiritualia dona adipisci posse cognoscerent; omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones per eumdem Leonem prædecessorem Ecclesiam SS. Trinitatis huiusmodi diebus prædictis visitantibus, vt præfertur, concessas, omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, seu statutis à iure temporibus confitendi propositum habentibus, qui eisdem diebus Ecclesiam S. Aloysij, & Capellam prædictam perpetuis futuris temporibus visitarent, & ter Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam deuotè recitarent, per alias nostras literas in forma Breuis concessimus, & elargiti fuimus, prout in eisdem literis plenius continetur.

Memorat dictã Constit. Leonis X.

§. 3. Cum autem, sicut accepimus, idem Leo prædecessor Christi fidelibus præfatis, qui etiam præfatam Ecclesiam SS. Trinitatis, & etiam in singulis diebus Dominicis cuiuslibet Quadragesimæ, ac in Resurrectionis, & Ascensionis D. N. Iesu Christi, necnon Pentecostes, ac eiusdem SS. Trin. ac Natiuitatis eiusdem D. N. Iesu Christi festiuitatum diebus, à primis Vesperis singularum Dominicarum, & festiuitatum, seu dierum huiusmodi, vsque ad occasum Solis cuiuslibet earum deuotè visitarent, ac similiter ibidem in honorem

Digitized by Google

1539. rem SS. Trinit. ter Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam deuotè recitarent, annuatim singulis earumdem Dominicarum, & festiuitatum diebus huiusmodi plenariam, & veram omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam concesserit, & elargitus fuerit: Aliis verò singulis Dominicis diebus cuiuslibet respectiuè anni Ecclesiam ipsam modo prædicto visitantibus triginta annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxauerit, prout etiam in eisdem literis pleniùs continetur. 1539.

§. 4. Nos cupientes, vt deuotio fidelium ad Capellam ipsam feruentius inualescat, & animarum salus perampliùs propagetur, de omniporentis Dei misericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, plenariam Christi fidelibus in singulis dictis cuiuslibet Quadragesimæ, ac Natiuitatis, Resurrectionis, & SS. Trinit. festiuitatum diebus, necnon triginta annorum, & totidem quadragenarum in aliis diebus Dominicis cuiuslibet anni, necnon omnes, & singulas alias, quas haberi volumus pro expressis, indulgentias, & peccatorum remissionem, tam per priores prædictas, quàm per quascumque alias literas ab eodem Leone prædecessore Christi fidelibus Ecclesiam SS. Trinit. quibuscumque aliis diebus, & temporibus visitantibus, & quibusuis modis, & formis, nullis prorsus exceptis, quomodolibet concessas, ad Capellam prædictam, ita quòd omnes, & singuli Christi fideles præfati pœnitentes, & confessi, seu propositum confitendi, vt præfertur, habentes, dictam Capellam singulis diebus Dominicis cuiuslibet Quadragesimæ, ac Natiuitatis, Resurrectionis, Ascensionis D.N. Iesu Christi, necnon Pentecostes, & SS. Trinit. festiuitatum diebus, à primis Vesperis singularum Dominicarum, & festiuitatum, seu dierum huiusmodi, vsque ad occasum Solis cuiuslibet earum deuotè visitantes, ac inibi ter Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam recitantes, plenariam, & veram omnium peccatorum suorum: Singulis verò aliis Dominicis diebus cuiuslibet anni triginta annorum, & totidem quadragenarum: Aliis autem temporibus, & diebus prædictis visitantes, omnes, & singulas alias indulgentias, & plenarias peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur, & consequi possent, si Dominicis, & festiuis aliis diebus, & temporibus supradictis præfatam Ecclesiam SS. Trinit. personaliter visitarent, & inibi Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, vt præmittitur, recitarent, auctoritate Apostolica, tenore præsentium extendimus, & ampliamus, illasque concedimus, & elargimur. Concedit indulgentias prout in summario.

§. 5. Et, vt Christi fideles præfati indulgentiarum huiusmodi commodiùs participes esse possint, Correctori pro tempore existenti, & fratribus domus S. Aloysij huiusmodi Confessores Religiosos dicti Ordinis, qui eosdem Christi fideles ad Capellam prædictam pro huiusmodi indulgentiis consequendis festiuitatum, & Dominicarum Quadragesimæ diebus prædictis cuiuslibet anni, & à medio Quadragesimæ, vsque ad Octauam Paschæ inclusiuè etiam cuiuslibet anni singulis diebus accedentes in eorum confessionibus audire, ac, illis diligenter auditis, ipsos, & illorum singulos à quibusuis casibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, exceptis contentis in literis Cœnæ Domini legi solitis, absoluere, & eis pro commissis per eos delictis pœnitentiam salutarem iniungere possint, deputandi auctoritate, & tenore prædictis facultatem concedimus. Facultas deputandi Confessores cũ potestate absoluendi.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis reuocationibus, & suspensionibus similium, vel dissimilium indulgentiarum pro tempore factis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, anno Incar. Dom. 1539. quarto Non. Iulij, Pontif. nostri anno 5. Derogat contrarijs.

Digitized by Google

1539. 1539. 1539.

CONSTITVTIO IV.

Erigit Monaſterium monialium tertij Ordinis Minimorum.

ANTONIVS MISERATIONE DIVINA, TIT. SS. quatuor Coronatorum Preſbyter Cardinalis, dilectis in Chriſto Religioſis, Beatis nuncupatis, domus ſub inuocatione Ieſu Mariæ Toleti, ſub tertia Regula Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula degentibus,

Salutem in Domino.

Præmiſſi. INiunctum nobis ab Apoſtolica Sede ſeruitutis officium nos admonet, & inducit, vt ad ea libenter intendamus, per quæ diuinus cultus vbique ſuſcipiat incrementum, & religioſarum mulierum, quæ virginitatem ſuam Deo ſub profeſſionis regularis vinculo dedicare intendunt, ſalubribus votis gratum, immo debitum præſtemus aſſenſum.

Supplicio §. 1. Sanè exhibita nobis pro parte veſtra petitio continebat, quòd cùm vos à quinque annis, vel circa in dicta domo vobis amore Dei donata permanſeritis, & clauſuram ſeruaueritis, præterquam quando ad confitendum peccata veſtra, & Sacramentum Euchariſtiæ ſuſcipiendum ad domum Fratrum dicti Ordinis acceſſiſtis, & ſub correctione, & obedientia Prælati Prouinciæ Caſtellæ, & Generalis dicti Ordinis, quando ad iſtas partes accedere contingit, vixeritis: Nihilominus, quia Regula veſtra & vxoratis, & nuptis, cæteriſque quibuſuis communis exiſtit, neque tria vota ſolemnia emittitis, cupitis vos, quæ omnes virgines eſtis, tria vota ſubſtantialia caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ emittere, veſtramque domum prædictam in Monaſterium monialium profitentium erigi; ſuper quibus ſupplicari feciſtis humiliter, vobis per Sedem Apoſtolicam de opportuno remedio miſericorditer prouideri.

Concedit prout in ſummario. §. 2. Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati; auctoritate D. Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius ſpeciali mandato, ſuper hoc viuæ vocis oraculo nobis facto, domum veſtram prædictam in Monaſterium monialium dicti Ordinis tertiæ Regulæ profeſſarum erigimus, ità vt tria vota ſubſtantialia prædicta in manibus Superiorum dicti Ordinis Minimorum emittatis, & quæ pro tempore Monaſterium veſtrum ingredientur moniales, poſt annum, & vnum diem probationis elapſum, vt aliorum eſt mos, emittant: Omnibuſque & ſingulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, conceſſionibus, & indultis, tam ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus aliæ moniales dicta tria vota ſubſtantialia emittentes dicti Ordinis Minimorum vtuntur, potiuntur, & gaudent, ſeu vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſitis, & valeatis, & pro tempore veſtri Monaſterij huiuſmodi moniales poſſint, & valeant, veris exiſtentibus præmiſſis, tenore præſentium indulgemus, & liberam facultatem concedimus.

Derogat contrariis. §. 3. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, dictique Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub ſigillo officij Pœnitentiariæ, quarto Nonas Auguſti, anno Domini 1539. Pontific. D. Pauli Papæ III. anno 5.

CONSTITVTIO V.

1539. 1539.

CONSTITVTIO V.

Mandat ſub pœna excommunicationis poſt debitam monitionem ipſo facto incurrenda, vt extra Ordinem degentes in locis, in quibus non ſunt Conuentus Ordinis noſtri, non deferant caputium noſtro ſimilem.

PAVLVS PAPA III.

Vniuerſis, & ſingulis venerab. Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, & aliis Eccleſiarum, necnon Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicis, ac eorumdem Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Officialibus, ſeu Vicariis in ſpiritualibus generalibus, & eorum cuilibet,

Saluem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. CVm, ſicut dilecti filij Generalis, & prouinciales Correctores, ac Zeloſus Ordinis Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula nobis nuper exponi fecerunt, diuerſi ipſius Ordinis profeſſores poſt emiſſam ab eis in ipſo Ordine profeſſionem, diuerſis prætextibus ab obedientia ſuorum Superiorum ſe ſubtrahant, & cum habitu eiuſdem Ordinis, illius regularem obſeruantiam contemnendo, ſoli per plateas, & vicos ad eorum libitum diſcurrant: Necnon priuilegiis, gratiis, & libertatibus præfato Ordini à Sede Apoſtolica conceſſis abutantur; ac diuerſis mediis alios ipſius Ordinis profeſſores ſub obedientia ſuorum Superiorum degentes, in eorum ſocietatem, ac conſimilem vitam trahere ſatagant, in grauem Dei offenſam, & animarum periculum, ac profeſſorum ſub obedientia degentium maximam perturbationem, necnon ſcandalum plurimorum: Correctores, & Zeloſus prædicti nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt præmiſſis occurrere, aliáſque opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Supplicatio

§. 2. Nos igitur eorumdem Correctorum, ac Zeloſi in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios, omnes, & ſingulos dicti Ordinis profeſſores, qui poſt emiſſam ab eis in ipſo Ordine profeſſionem quocumque prætextu ſe ab obedientia ſuorum Superiorum hactenus ſubtraxerunt, vel in poſterum ſubtrahent, extra loca, & domos eiuſdem Ordinis degendo, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna per eos, niſi monitionibus veſtris paruerint, eo ipſo incurrenda, à qua non niſi per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, aut in mortis articulo conſtituti abſolui poſſint, auctoritate noſtra moneatis, & requiratis, prout etiam eos harum ſerie monemus, & requirimus, quatenus infra terminum per vos eis arbitrio veſtro præfigendum, caputium cæteris caputiis per ipſos profeſſores geſtari ſolitis aliquantò breuius, ita quòd ſolùm ad medium pectoris extendatur, vt ab aliis ipſius Ordinis profeſſoribus ſub obedientia degentibus dignoſci poſſint, geſtare debeant cum effectu: Et, ſi monitionibus, & requiſitionibus veſtris huiuſmodi non paruerint, elapſo termino prædicto, eos excommunicationis ſententiam, huiuſmodi incidiſſe, & incurriſſe declaretis. Et nihilominus, legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, eamdem excommunicationis ſententiam etiam iteratis vicibus, prout expediens fuerit, aggrauare curetis, inuocato etiam, vt monitionibus noſtris huiuſmodi pareatur, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Mittat Cõmiſſarios deſignatis, vt exequantur prout in ſummario.

Digitized by Google

1540. Derogat contraria. §. 3. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis literis per eoſdem profeſſores extra domos, & loca huiuſmodi degentes ſuper ſubtractione ſui ab obedientia Superiorum ſuorum, etiam à dicta Sede ſub quibuſcumque verborum formis, & expreſſionibus, ac quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus & inſolitis clauſulis irritantibus quoque & aliis decretis, etiam in forma breuis pro tempore obtentis, quas, illarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, nemini aduerſus præſentes ſuffragari poſſe decernimus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. 1539. 1540.

Trãſumptis fidem adhiberi iubet. §. 4. Et quia difficile foret præſentes literas ad ſingula loca, in quibus de eis forſan facienda erit fides, deferre, volumus & autoritate Apoſtolica decernimus quod ipſarum tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis & ſigillo alicuius perſonæ Eccleſiaſticæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis in iudicio & alibi vbi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibeatur quæ eiſdē præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 6. Aug. 1539. Pontif. noſt. an. 5.

CONSTITVTIO VI.

Confirmat in ampliſſima forma ex certa ſcientia omnia priuilegia à ſuis prædeceſſoribus Minimis conceſſa, tam in genere, quàm in ſpecie, & ea extendit ad omnes, & ſingulos Conuentus Religionis, tam conſtructos, quàm conſtruendos.

1540. PAVLVS PAPA III.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiũ. REgimini militantis Eccleſiæ, diſponente Domino, præſidentes, circa ſtatum fidelium quorumlibet, præſertim Religioſorum ſtudio piæ vitæ vacantium, proſperè dirigendum attentiùs cogitamus; & eos, vt quietius Altiſſimo vota ſua perſoluere poſſint, eorumque domos, & loca benignis fauoribus confouemus, ac his, quæ propterea per prædeceſſores noſtros prouidè conceſſa fuiſſe dignoſcuntur, vt firmiora perſiſtant, cum à nobis petitur, Apoſtolici muniminis præſidium propenſiùs impertimur.

Memorat Conſtitut. Sixti IV. §. 1. Dudum ſiquidem fel. rec. *Sixto* Papæ IV. prædeceſſori noſtro pro parte quondam *Franciſci de Paula* Ordinis Fratrum Minimorum Inſtitutoris inter alia expoſito, quòd antea bonæ mem. *Pyrrhus* Archiepiſcopus *Conſentinus*, tunc in humanis agens eidem *Franciſco*, vt Oratorium ſub vocabulo *S. Franciſci* intenimento *de Paula Conſentinenſis* Diœceſis ædificare poſſet, per ſuas literas licentiam conceſſerat: Ipſéque Franciſcus Oratorium huiuſmodi propriis manibus, ac expenſis cum dormitorio pro ipſius, & ſociorum ſuorum vſu, & habitatione pro magna parte ædificauerat, & nonnullos ſocios vitam Eremiticam ducentes ibidem receperat. Idem prædeceſſor tunc Epiſcopo *S. Marci*, eius proprio nomine non expreſſo, per quaſdam ſuas literas dedit in mandatis, vt, ſi, vocatis qui forent euocandi, de præmiſſis ſibi legitimè conſtitiſſet, conceſſionem, & literas dicti *Pyrrhi* Archiepiſcopi, ac in eis contenta quæcumq; cum ſuppletione defectuum auctoritate Apoſtolica approbaret, & confirmaret: Ipſéque prædeceſſor in euentum approbationis, confirmationis, & ſuppletionis huiuſmodi *Franciſco*, & Eremitis præfatis, vt omnibus, & ſingulis priuilegiis, indulgentiis, & gratiis, quibus Frater *Petrus de Piſis*, cæterique Eremitæ potiebantur, & gaudebant, vti, & gaudere poſſent, conceſſit.

§. 2. Et deinde eidem prædeceſſori expoſito, quòd bonæ memoriæ Goffredus Epiſcopus ſancti Marci tunc in humanis agens ad executionem literarum ipſius

Digitized by Google

1540. ipſius prædeceſſoris, illarũ formaſeruata, procedẽs, conceſſionẽ, & literas *Pyrrhi* Archiepiſcopi huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta cum ſuppletione defectuum dicta auctoritate approbauerat, & confirmauerat. Quodque præfatus *Pyrrhus* Archiepiſcopus per dictas ſuas literas Eremitis, & Fratribus ipſius *Franciſci*, vt quoſcumque Superiores, & Officiales canonicè eligere, necnon ſtatuta, & ordinationes pro huiuſmodi vitæ obſeruantia, à iure tamen diuino, & Sanctorum Patrum inſtitutionibus non deuiantia facere poſſent, ſibi, & huiuſmodi Officialibus omnimodam iuriſdictionem ordinariam in ſpiritualibus, & temporalibus Congregationis huiuſmodi perſonarum, etiamſi Sacerdotali, ſeu quauis alia præfulgerent dignitate: ac etiam iuriſdictiones locorum, & animalium, ac rerum omnium ad eumdem *Franciſcum*, eiuſque Congregationem quomodolibet ſpectantium; ac quoſcumque rebelles, & inobedientes, omniumque huiuſmodi Congregationis perſonarum delinquentium peccata, & delicta, & cuiuſcumque generis maleficia, & crimina, prout iuris foret, puniendi, delinquentes incarcerandi, corrigendi, cæteraque faciendi, quæ in præmiſſis, & circa præmiſſa *Franciſco*, & Eremitis huiuſmodi viderentur fore neceſſaria, & opportuna, & quæ ipſemet *Pyrrhus* Archiepiſcopus facere poſſet: Sacerdotibus verò huiuſmodi Congregationis, ſeu ſecularibus, vel regularibus per eos eligẽdis Miſſas etiã ante diem, & in quocumque loco ad id congruo, & honeſto cum Altari portatili celebrandi: Euchariſtiæ, & alia quæcumque Eccleſiaſtica Sacramenta Franciſco, & aliis Congregationis huiuſmodi perſonis, quoties deuotio ingrueret, & neceſſitas poſtularet, & abſque quacumque Superiorum licentia miniſtrandi: Confeſſiones etiam audiendi, & ab omnibus caſibus excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ac ſuper quacumque irregularitate eidem *Pyrrho* Archiepiſcopo tam à iure permiſſis, quàm ab eo reſeruatis, toties quoties opus foret, abſoluendi, & diſpenſandi, votaque quæcumque permutandi, & relaxandi, ac pœnitentiam ſalutarem iniungendi: Loca, & Oratoria quæcumque ac Eccleſias licitè recipiendi, & retinendi: Quaſcumque, etiam perſonas Eccleſiaſticas, & ſeculares ad eos venientes, & cum eis moram trahere, & habitum per eos geſtari ſolitum recipere, ac profiteri volentes, ad huiuſmodi habitum, & profeſſionem obſeruantiæ, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ acceptandi, & recipiendi. Quodque omnibus, & ſingulis priuilegiis, gratiis, immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus, quibus Fratres Minores, Mendicantes fruebantur, & vtebantur, frui, ac vti poſſent, indulſerat: Quodque prædictum, & alia quæcumque Oratoria, loca, & Eccleſias per ipſos in poſterum acquirenda, & recipienda cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, rebuſque ad eos, & eorum loca quomodolibet ſpectantibus, necnon Eremitis, & perſonis, inibi pro tempore degentibus, ab omni iuriſdictione, ſubiectione, ac ſuperioritate matrum Eccleſiarum, ac ſua, ſuæque Eccleſiæ Conſentinenſis, cæterarum quoque perſonarum ex certa ſua ſcientia in perpetuum, etiam motu proprio exemerat, & totaliter liberauerat, ac protectioni, ſubmiſſioni, iuriſdictioni, & ſuperioritati Sedis Apoſtolicæ totaliter remiſerat, & relaxauerat. 1540.

§. 3. Idem prædeceſſor per alias ſuas indultum, exemptionem, libertatem, remiſſionem, & relaxationem *Pyrrhi* Archiepiſcopi huiuſmodi, ſuaſque & dicti *Pyrrhi* Archiepiſcopi literas, necnon confirmationem, & defectuum ſuppletionem præfati *Goffredi* Epiſcopi *ſancti Marci*, proceſſuſque deſuper habitos, ac inde ſecuta quæcumque, ac omnia, & ſingula in prioribus ſuis. & dicti *Pyrrhi* Archiepiſcopi literis, ac proceſſibus, & inſtrumentis publicis deſuper habitis contenta eadem auctoritate, & ex certa ſcientia, cum ſimili defectuum ſuppletione laudauit, approbauit, & confirmauit, decreuitque priores ſuas literas, ac proceſſus huiuſmodi, & inde ſecuta quæcumque valere, ac roboris firmitatem obtinere perinde, ac ſi omnia, & ſingula per præfatum *Pyrrhum* Archiepiſcopum *Franciſco*, & Eremitis huiuſmodi conceſſa, & in ipſius *Pyrrhi* Archiepiſcopi literis contenta, in ſuis prioribus literis huiuſmodi ſpecialiter, & ſingulariter narrata, & expreſſa fuiſſent.

Digitized by Google

1540. §. 4. Et insuper *Franciscum*, & Eremitas prædictos, ac eorum quemlibet, Eremitoriumque siue Ecclesiam *S. Francisci* huiusmodi, necnon omnia, & singula alia Eremitoria, Ecclesias, & loca per eos in quibuscumque Ciuitatibus, & Diœcesibus, ac vbilibet eatenus recepta, & in posterum recipienda cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis, Eremitasque, & personas in illis pro tempore degentes, ac res, & bona quæcumque mobilia, & immobilia ad *Franciscum*, & Eremitas huiusmodi, & ad eorum quemlibet, ipsorumque loca, & Eremitoria, seu Ecclesias quomodolibet communiter, vel diuisim spectantia, ab omni iurisdictione, dominio, & potestate, visitatione, correctione, & superioritate præfati *Pyrrhi*, & pro tempore existentis Archiepiscopi *Consentinensis*, & aliorum Archiepiscoporum, Episcoporum, Ordinariorum, Iudicum, ac Superiorum quorumcumque, etiam illorum, in quorum iurisdictione, Ciuitatibus, & Diœcesibus Eremitoria, loca, Ecclesiæ, Eremitæ, ac personæ, res, & bona huiusmodi consisterent, & consistere possent quomodolibet in futurum, auctoritate, & scientia prædictis prorsus exemit, & totaliter liberauit, ac sub beati Petri, & Sedis prædictæ, & Ecclesiæ Romanæ, ac sua protectione suscepit, & exempta, & immunia esse voluit, sibique ac successoribus suis Romanis Pontificibus, canonicè intrantibus, ac prædictæ Sedi immediatè subiecit; ita quòd Archiepiscopi, Episcopi, Ordinarij, ac Iudices supra dicti ratione delicti, seu contractus, aut rei, de qua ageretur, vbicumque committeretur delictum, vel iniretur contractus, aut res ipsa consisteret, nullam in Eremitoria, loca, Ecclesias, Eremitas, & personas huiusmodi, ac res, & bona prædicta iurisdictionem, potestatem, aut dominium possent quomodolibet exercere, sed dumtaxat coram dicta Sede, vel eius Legatis Eremitæ, & personæ huiusmodi in locis, Ecclesiis, & Eremitoriis præfatis pro tempore degentes tenerentur de iustitia respondere.

§. 5. Ipsisque omnibus, & singulis Eremitis, & personis, locis, Ecclesiis, & Eremitoriis huiusmodi, vt omnibus, & singulis priuilegiis, indulgentiis, concessionibus, gratiis, & indultis, cæterisque omnibus, & singulis in prioribus, & posterioribus suis, & dicti *Pyrrhi* Archiepiscopi literis, ac super eis habitis processibus prædictis contentis in quacumque Ciuitate, & Diœcesi, ac vbicumque, & in quocumque loco vti, & gaudere; ac omnia, & singula in literis, & processibus prædictis contenta, cuiusuis Superioris super his, aut aliquo præmissorum licentia minimè requisita, auctoritate Apostolica præfata libere exercere possent, concessit, & indulsit; decreuitque omnes, & singulas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliasque Ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas, ac processus, quos, & quas contra Eremitas, ac personas, Ecclesias, Eremitoria, & loca huiusmodi, ac eorum quemlibet promulgari, & haberi contingeret, irritos, & inanes, ac nullius existere firmitatis, vel momenti.

Alexand. VI. omnia priuilegia cõfirmauit.

§. 6. Et successiuè piæ memoriæ *Alexander* Papa VI. etiam prædecessor noster per quasdam in forma Breuis literas omnia, & singula priuilegia, indulgentias, immunitates, exemptiones, gratias, & indulta Francisco, & Eremitis huiusmodi, ac eorum Ordini, & domibus, etiam ante institutionem ipsius Ordinis, dum adhuc Eremitæ nuncuparentur, per eosdem Sixtum, & Innocentium prædecessores quomodocumque concessa auctoritate Apostolica præfata approbauit, & perpetuæ firmitatis robur obtinere decreuit. Et quia Sixtus prædecessor huiusmodi singula priuilegia, exemptiones, immunitates, indulta quæcumque Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Augustini, ac Carmelitarum, necnon aliis Mendicantium Ordinibus, & eorum cuilibet, ac illorum professoribus, & domibus, ac eorum Ecclesias visitantibus quomodocumque concessa, ad Ordinem Minimorum huiusmodi extenderat; Idem Alexander prædecessor extensionem huiusmodi confirmauit, & si qua alia indulta, priuilegia, & gratiæ post datam extensionis huiusmodi, ab eodem *Sixto*, & sanctæ memoriæ *Innocentio* Papa VIII. etiam prædecessore nostro, vel ab ipso *Alexandro* eisdem Ordinibus Mendicantium, aut alicui eorum concessa erant, illa

etiam

1540. etiam ad eoſdem Eremitas, & Fratres, ac illorum Ordinem, & domos extendit, & ampliauit, ac ipſis ſuffragari voluit in omnibus, & per omnia, ac ſi pro eiſdem Eremitis, & illorum Ordine huiuſmodi emanaſſent. Deinde pro parte Franciſci, & Eremitarum, ſeu Fratrum Ordinis Minimorum huiuſmodi eidem Alexandro prædeceſſori expoſito, quod ipſe *Franciſcus* Regulam, ſeu modum viuendi ſui tertij Ordinis pro vtriuſque ſexus perſonis ſub eadem Regula, ſeu modo viuendi pœnitentiam agere volentibus ediderat. Idem *Alexander* prædeceſſor *Pyrrhi* Archiepiſcopi, ac *Sixti*, & *Innocentij* prædeceſſorum, ac ſuas literas huiuſmodi, necnon omnia, & ſingula in eis contenta, ac alia priuilegia, conceſſiones, immunitates, exemptiones, & indulta quæcumque eiſdem Fratribus Minimis, ac eorum Ordini, & domibus à Sede prædicta, vel eius Legatis, ſeu aliàs quomodolibet facta, & conceſſa, necnon Regulam, ſeu modum viuendi tertij Ordinis huiuſmodi pro vtriuſque ſexus perſonis, & in illius Capitulis contenta quæcumque cum ſuppletione defectuum per reliquas ſuas approbauit, & confirmauit, & pro potiori cautela Societatem pauperũ quondam Eremitarum huiuſmodi in Ordinem Fratrum Minimorum *Franciſci de Paula* erexit, & ſingulas literas prædictas, & in eis contenta quæcumque, necnon priuilegia, & indulgentias tam generales, quàm ſpeciales, conceſſiones, immunitates, exemptiones, & indulta quæcumque eiſdem Fratribus, ac eorum Ordini, & domibus à Sede præfata, & eius Legatis, ſeu aliàs quomodocumque facta, & conceſſa innouauit, & de nouo conceſſit, & Regulam, ſeu modum viuendi Tertiariorum eiuſdem Ordinis Minimorum laudauit, benedixit, approbauit, & confirmauit, ac normam, Regulam, ſeu modum viuendi Tertiariorum huiuſmodi per quaſcumque perſonas vtriuſque ſexus ſuſcipi, ac pro pia in Chriſto Regula, & modo viuendi ſalutari, & commodo amplecti, & obſeruari poſſe decreuit. 1540.

§. 7. Ac etiam conceſſit, & indulſit, quòd omnes, & ſinguli Ordinis Minimorum huiuſmodi Fratres tunc præſentes, & futuri, qui ſingulis Quadrageſimæ, & aliis cuiuſlibet anni ſtationum temporibus aliquam ipſorum Eccleſiam, vel aliam, in qua eos pro tempore cum obedientiæ merito fore contingeret, viſitarent, & inibi ante illius Altare maius quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam deuotè recitarent, omnes, & ſingulas indulgentias conſequerentur, & conſequi poſſent, quas temporibus huiuſmodi conſequuntur viſitantes Eccleſias ſtationum Vrbis, & alias extra illius muros, pro ſtationibus deputatas, quaſque Fratres ibi conſequerentur, & conſequi poſſent, ſi Eccleſias ſtationum huiuſmodi eiſdem temporibus perſonaliter viſitarent. Inſtituit etiam, atque ordinauit, quòd liceret ipſis Fratribus Minimis, à promiſſa paupertatis perfectione, puritatéque non recedendo, perpetuas, & temporales eleëmoſynas eis pro eorum, & Eccleſiæ neceſſitatibus ſubleuandis piè legatas, ac vtenſilia, & oblationes quaſcumque cuiuſcumque ſpeciei exiſterent, ſeu exiſtere poſſent, ſub certis tunc expreſſis modo, & formâ ad ſe recipere, & diſtribuere, oſtiatimque mendicare, ac in qualibet ipſorum Eccleſia tam conſtructa, quàm conſtruenda cippum, ſeu truncum ad quotidianas deuotorum eleëmoſynas commodè reponendas vbique habere.

Alexand. cõceſſit Fratribus noſtris viſitantibus vnam Eccleſiam indulgentias ſtationum.

§. 8. Et poſtremò ſimilis mem. *Iulius* Papa II. etiam prædeceſſor noſter per quaſdam eidem Franciſco directas literas omnia, & ſingula priuilegia, gratias, conceſſiones, immunitates, libertates, exemptiones, ac indulta prædicta, quibus præfati quatuor Mendicantium Ordines, ac illorum perſonæ in genere vtebantur, potiebantur, & gaudebant, ſeu vti, potiri, & gaudere poterant quomodolibet in futurum, Ordini Minimorum, ac illius perſonis, & Fratribus huiuſmodi conceſſit, ac, vt illis Ordo Minimorum, & illius perſonæ, ac Fratres huiuſmodi vterentur, potirentur, & gauderent, ac vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valerent, approbauit, & ſui ſcripti patrocinio communiuit; dictiſque Fratribus Minimis, vt de dictis priuilegiis, & indultis fidem facere poſſent, quòd ſumpta ex Camera Apoſtolica ſuper ſingulis priuilegiis, conceſſionibus, gratiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, & indultis huiuſ-

Memorat Conſtit. Iul. II.

Digitized by Google

1540. modi præfatis quatuor Mendicantium Ordinibus per quoſcumque Romanos Pontifices, & Sedem præfatam conceſſis, & in poſterum concedendis, habere, & illa, ac literas Apoſtolicas, eas, & ea quomodolibet concernentes, necnon literas ſuas huiuſmodi per ipſius Cameræ Auditorem, & quoſcumque alios iudices ordinarios ritè tranſumptari, & authenticari facere valerent, & poſtquam tranſumptata, & authenticata forent, illis, ac ſuis, & aliis literis huiuſmodi ſuper dictis priuilegiis, conceſſionibus, gratiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, & indultis ad inſtantiam quatuor Ordinum Mendicantium, & perſonarum, ac Fratrum eorumdem, aut aliquorum ex eis iam ritè factis, & tranſumptatis, ea prorſus fides adhiberetur, vbi forent exhibita, vel oſtenſa, ac ſi ſuæ, & aliæ literæ huiuſmodi tunc exhiberentur, ac priuilegia, gratiæ, conceſſiones, immunitates, libertates, exemptiones, & indulta præfata Ordini Minimorum, ac illius perſonis, & Fratribus huiuſmodi conceſſa, & in eis Ordo Minimorum, ac illius Fratres, & perſonæ huiuſmodi ſpecialiter, & nominatim expreſſi fuiſſent, ac pro eis principaliter emanaſſent. 1540.

Vide dict. 1. Conſt. Iulij, § 15. Quodque de cætero famuli domorum Ordinis Minimorum huiuſmodi, necnon cæteri eiuſdem Ordinis habitum portantes, & in articulo mortis in dictis domibus ſepulturam eligentes, omnibus, & ſingulis priuilegiis Ordini Minimorum huiuſmodi quomodolibet conceſſis gaudere valerent, indulſit. Ac

Vide dict. Conſt. §. 16. quòd Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi in vigeſimoſecundo ſuæ ætatis anno tunc, & pro tempore conſtituti ad preſbyteratus ordinem, aliàs tamen ritè, ſe promoueri facere poſſent. Necnon loca, & Oratoria quæcumque eatenus vbiliber recepta pro eorum perpetuis vſu, & habitatione vigore conceſſionis ipſius Sixti prædeceſſoris ipſius retinere, conſtruere, ac ædificare, ſeu conſtrui, ac ædificari facere abſque alia deſuper facienda noua conceſſione Apoſtolica: Et quòd deinceps Ordinis Minimorum huiuſmodi Conſeruatores, quoties opus foret, eidem Ordini Minimorum, ac illius perſonis, & Fratribus in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, ne aliqui, cuiuſcumque nobilitatis, aut dignitatis exiſtentes, Ordinis Minimorum huiuſmodi Fratres alicubi in aliquo damnificare, moleſtare, perturbare, aut inquietare vllatenus auderent, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna inhibere poſſent.

Vide ibid. §. 10. Quodque Ordinis Minimorum Generalis, & Vigiles, ac Prouinciales, eorumque vices gerentes omnes, & ſingulas eiuſdem Ordinis Minimorum Eccleſias, Cœmeteria, Capitula, & Oratoria vbicumque receptas, ſeu recepta, & recipiendas, ſeu recipienda ſolemni benedictione benedicere, ac etiam illas, ſeu illa, & eorum quodlibet ſanguinis, ſiue ſeminis effuſione, ſiue aliàs quomodocumque polluras, ſiue polluta, quoties opus foret, aqua tamen priùs per aliquem Catholicum Antiſtitem, vt moris eſt, benedicta, reconciliare: Ac ſingulæ Ordinis Minimorum huiuſmodi Tutrices, prout ipſius Ordinis Minimorum Fundatrices, etiam cum earum vtriuſque ſexus liberis procreatis, & procreandis, omnibus, & ſingulis eiuſdem Ordinis Minimorum priuilegiis, gratiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, indultis, conceſſionibus, & indulgentiis vti, potiri, & gaudere valerent, licentiam, & facultatem conceſſit, pariter & indulſit.

§. 9. Et ſucceſſiuè pro parte præfati Franciſci eidem Iulio prædeceſſori expoſito, quòd ipſe Regulam Sororum eiuſdem Ordinis ad inſtar Regulæ Fratrum Minimorum huiuſmodi de nouo ediderat, & inſtituerat, ac Regulam Sororum dicti Ordinis Minimorum irrefragabiliter appellari, ac per ipſum Iulium prædeceſſorem benedici, approbari, & confirmari cupiebat. Idem Iulius prædeceſſor per alias ſuas Regulam huiuſmodi cum defectuum ſuppletione approbauit, & confirmauit, ac ipſam Regulam Sororum eiuſdem Ordinis Minimorum perpetuò irrefragabiliter nuncupari voluit.

§. 10. Et deinde idem Iulius prædeceſſor tunc Epiſcopo Pariſienſi per alias ſuas in forma Breuis literas mandauit, quatenus dicti Ordinis Minimorum Conſeruator eſſet, &, quoties opus foret, Ordini Minimorum, ac illius perſonis, & Fratribus huiuſmodi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſteret,

Digitized by Google

1540. ſiſteret; & non permitteret, quòd aliqui, cuiuſcumque dignitatis, aut nobilitatis exiſterent, Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi alicubi in aliquo damnificare, moleſtare, perturbare, aut inquietare vllatenus auderent, nec eos de cætero ſuper ſepulturis, & corporibus illorum, qui in eiuſdem Ordinis Minimorum Eccleſiis ſepeliri eligerent pro tempore, impedire præſumerent, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna inhiberet, ac Eccleſias, ad quas corpora defunctorum, qui in Ordinis Minimorum huiuſmodi Eccleſiis iuxta ordinationem ipſorum defunctorum ſepeliri deberent, deferrentur, Eccleſiaſtico ſupponeret interdicto, donec corpora ipſa eiſdem Fratribus Minimis in domorum Ordinis Minimorum huiuſmodi Eccleſiis reſtituerent. 1540.

§. 11. Et poſtremò idem Iulius prædeceſſor eiuſdem Franciſci ſupplicationibus per reliquas ſuas ſub plumbo literas Pyrrhi Archiepiſcopi, & Goffredi Epiſcopi S. Marci, ac Sixti, & Alexandri prædeceſſorum prædictorum, ac ſuas literas præfatas, necnon omnia, & ſingula in eis contenta approbauit, innouauit, & confirmauit, ac ſui ſcripti patrocinio communiuit, illaque omnia, & ſingula Franciſco, & aliis Ordinis Minimorum huiuſmodi Fratribus, & perſonis, ac illorum Eccleſiis, domibus, & locis conſtructis, & conſtruendis ſub Minimorum nomine de nouo conceſſit, & indulſit. Ac pro potiori cautela omnia, & ſingula in dictis literis quomodolibet contenta, etiam quò ad hoc, vt Franciſcus, & alij Ordinis Minimorum huiuſmodi Fratres pro tempore exiſtentes, tam quatuor Mendicantium, quàm aliorum quorumcumque, quantumcumque priuilegiatorum Ordinum, quaſcumque Religioſas perſonas ad ſe venientes, & habitum per eos geſtari ſolitum ſumere volentes, primitùs verbo, vel ſcripto à ſuis immediatis Superioribus, per ſe, vel per interpoſitam perſonam petita licentia, quamuis non obtenta, ad Minimorum Ordinem, & habitum huiuſmodi recipere: Necnon confeſſiones quarumcumque perſonarum, tam Religioſarum, quàm Eccleſiaſticarum, & ſecularium vbilibet audire, &, illis auditis, perſonas ipſas, & earum quamlibet iuxta formam, & tenorem priuilegij per præfatum Sixtum prædeceſſorem Ordini Minimorum huiuſmodi, ac illius perſonis, & Fratribus dudum conceſſi, & confirmati abſoluere, & pœnitentiam ſalutarem illis iniungere valerent: Necnon Ordinis Minimorum huiuſmodi Eccleſiæ, Oratoria, domus, & loca, tam recepta, quàm recipienda, tamquam Sedis, & Eccleſiæ Romanæ huiuſmodi ſpecialia Oratoria, Eccleſiæ, domus, & loca, cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis prorſus ab omni decimarum, & oblationum ſolutione, ſeu iuriſdictione perpetuò libera eſſent, & eſſe cenſerentur, ac ſub Beati Petri, & dictæ Sedis, ac ſua protectione immediatè ſubiacerent: Ipſiuſque Ordinis Minimorum Fratres pro tempore exiſtentes de hortis, & virgultis, & aliis quibuſcumque bonis Ordini Minimorum huiuſmodi, & illius domibus, & Eccleſiis pro tempore relictis, & legatis, ac ſuper luminaribus, & aliis rebus diuino cultui pro tempore dedicatis decimas, aut oblationes aliquas, etiam ex noualibus, vel quartam ex funeralibus ſoluere minimè tenerentur, nec ad id à quoquam, cuiuſcumque nobilitatis, aut dignitatis exiſteret, valerent quomodolibet coarctari: Quodque Ordini Minimorum huiuſmodi, ac illius perſonis, & domibus per eumdem Sixtum prædeceſſorem ſub Eremitarum nomine dudum conceſſa priuilegia, ſub ipſius prædeceſſoris nomine, mutatis in eis nominibus Eremitæ, ac Eremitarum, in Minimi, ac Minimorum, ac Eremitorij, & Eremitoriorum, in domorum Ordinis Minimorum huiuſmodi nomina, cæteriſque ſingulis ad hunc effectum de neceſſitate mutandis, innouata, & mutata eſſent, & eſſe cenſerentur. Necnon ſuper omnibus, ac ſingulis Maris magni, & aliis quibuſcumque bullis quatuor Mendicantium Ordinibus, & eorum cuilibet quomodolibet conceſſis, vnum, vel plura tranſumpta coniunctim, vel diuiſim fieri facere poſſent perinde, ac ſi illa, mutatis in eis nominibus quorumcumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum ſuorum, & ipſorum Mendicantium, in ipſius prædeceſſoris, & Fratrum Ordinis Minimorum huiuſmodi nomina, cæteriſque ſingulis ad huiuſmodi effectum de neceſſitate mutandis, conceſſa forent. Ac quòd

Digitized by Google

1540. tranſumptum, ſeu tranſumpta huiuſmodi taliter facta, & manu alicuius Notarij publici ſubſcripta, ac ſigillo alicuius Prælati Eccleſiaſtici ſigillata, Ordini Minimorum huiuſmodi, ac illius perſonis, & Fratribus pro tempore exiſtentibus, vbique locorum ſuffragarentur perinde, ac ſi ſingulæ prædictæ bullæ præfatis quatuor Mendicantium Ordinibus per quoſcumque prædeceſſores prædictos quomodolibet conceſſæ, Fratribus ipſis Minimis, & eorum Ordini præfato ſub Minimorum nomine ſpecialiter, & expreſsè indultæ fuiſſent, ac pro eis principaliter emanaſſent. Quodque *ſanctæ Trinitatis* tunc ad Eccleſiam *S. Stephani Gienſi*, & *S. Rochi*, tunc ad Monaſterium *S. Saturnini Tholoſani Ordinis S. Auguſtini*, pleno iure ſpectantes Eccleſias, ac illorum domos, necnon reliquiam *S. Blaſij*, per tunc Dominam *de Bourbon*, ac tunc Epiſcopum *Gratianopolitanum*, etiam tunc dicti Monaſterij Abbatem, necnon omnia, & ſingula alia Oratoria, Eccleſias, reliquias, domos, loca, Conuentus, & bona in *Gallia*, *Calabria*, *Sicilia*, *Hiſpania*, *Bohemia*, & aliis Regnis, ac *Italia*, *Picardia*, *Aquitania*, *Patrimonij*, *Paula* & *Paterni*, aliis Prouinciis, Ciuitatibus, & locis quibuſcumque, Ordini Minimorum, ac illius perſonis, & Fratribus præfatis quomodocumq; conceſſa, & per *Franciſcum*, & alios Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi vigore priuilegij Sixti prædeceſſoris prædicti recepta, & per eos eatenus poſſeſſa abſque alia noua conceſsione Apoſtolica perpetuò pacificè poſsidere valerent, ac ſuper illis, aut aliquo eorum à quoquam moleſtari nequirent. Et quòd Fratres ipſi Minimi in eorum Eccleſiis conſtructis, & conſtruendis curialibus, mercatoribus, peregrinis, ac tranſeuntibus, & aliis quibuſcumque perſonis Euchariſtiæ Sacramenta, quoties opus foret, miniſtrare, ac miniſtrari facere: Necnon eiuſdem Ordinis Minimorum Fratres, Sorores, & Oblati, necnon vtriuſque ſexus Chriſti fideles tertij Ordinis Minimorum huiuſmodi, ac eiuſdem Ordinis Conſeruatores per Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi pro tempore capitulariter electi, ac Tutores, & Tutrices, Fundatores, & Fundatrices, Procuratores, & Procuratrices, ac eorum vtriuſque ſexus liberi procreati. & procreandi ſemel in vita, & ita in morte, ſicut ac quæcumque perſonæ in dicto Ordine Minimorum de cætero recipiendæ in earum ingreſſu plenariam omnium peccatorum ſuorum veniam, & indulgentiam plenè, ac integrè conſequerentur, & conſequi poſſent. Ac tam iam conſtructæ, quàm aliæ quæcumque Sororum ſecundi Ordinis Minimorum huiuſmodi de cætero vbicumque conſtruendæ, & ædificandæ domus, ac Eccleſiæ, omneſque prænominatæ perſonæ ad eumdem Ordinem Minimorum quomodolibet ſpectantes omnibus priuilegiis, immunitatibus, indulgentiis, facultatibus, libertatibus, indultis, exemptionibus, fauoribus, & gratiis Ordini Minimorum huiuſmodi, ac illius Fratribus, & domibus per eorumdem Sixti, & Alexandri prædeceſſorum, ac ſuas literas huiuſmodi quomodolibet conceſsis vti, potiri, & gaudere poſſent, ac ſi illa omnia eis expreſsè conceſſa fuiſſent, de nouo indulſit, extendit, & ampliauit, prout in ſingulis literis prædictis pleniùs continetur. 1540.

Supplicatio. §. 12. Cùm autem, ſicut dilecti filij moderni Generalis, & Zeloſus Ordinis Fratrum Minimorum huiuſmodi nobis nuper exponi fecerunt, ea firmiora cenſeantur, quæ eiuſdem Sedis confirmatione ſæpius roborantur, iidem Generalis, & Zeloſus nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt prædictis priuilegiis, immunitatibus, indulgentiis, facultatibus, libertatibus, indultis, exemptionibus, fauoribus, conceſſionibus, & gratiis, necnon ſingulis *Sixti*, *Alexandri*, & *Iulij* prædeceſſorum huiuſmodi literis noſtræ approbationis robur adiicere, aliáſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmat omnia dicta priuilegia. §. 13. Nos igitur ad fructus vberes, quos Ordo Fratrum Minimorum huiuſmodi in agro militantis Eccleſiæ producere non ceſſat, debitum reſpectum habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædicta omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates, indulta, exemptiones, fauores, & gratias eidem Ordini Fratrum Minimorum, ac illius Eccleſiis, domibus, & perſonis, tam in genere, quàm in ſpecie per eoſdem prædeceſſores,

1540. deceſſores, vt præfertur, conceſſa, necnon prædeceſſorum huiuſmodi deſuper confectas literas, quarum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis haberi volumus, ex certa ſcientia noſtra, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ firmitatis robur adiicimus, eaque perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari debere, ac Generali, Zeloſo, Fratribus, & perſonis Ordinis Minimorum huiuſmodi, necnon aliis quibuſcumque, quos illa concernunt, ſuffragari. 1553.

§. 14. Et ſic per quoſcumque iudices, quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, iudicari, & diffiniri debere. Tollit facultatē aliter iudicandi.

§. 15. Necnon quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Decretum irritans.

§. 16. Necnon priuilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates, indulta, exemptiones, fauores, & gratias huiuſmodi, modo, & forma, quibus conceſſa ſunt, ad domos, & loca quæcumque dicti Ordinis Fratrum Minimorum hactenus recepta, & in poſterum recipienda extendimus, & ampliamus. Extendit prædicta priuilegia ad Conuentos receptos, & recipiendos.

§. 17. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam generalis Concilij Lateranenſis vltimò celebrati, ac Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon omnibus, quæ ſinguli prædeceſſores præfati in ſuis literis prædictis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Derogat contrariis.

§. 18. Cæterum quia difficile foret præſentes literas ad quæcumque loca, vbi illæ neceſſariæ fuerint, deferre, volumus, & præfata Apoſtolica auctoritate decernimus, quòd earumdem præſentium literarum tranſumptis, manu Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillis alicuius Prælati Eccleſiaſtici munitis, ea prorſus in iudicio, & extra fides plenaria adhibeatur, ac illis ſtetur in omnibus, & per omnia, ſicut ipſis originalibus literis adhiberetur, & ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud ſanctum Marcum, ſub annulo Piſcat. die 25. Iulij, 1540. Pontif. noſtri anno 6. Trāſumptis fidem adhiberi iubet.

IVLIVS III. 1553.

Qui ſedit à die VII Februar. an. 1550 ad XXIII Martij an. 1555.

CONSTITVTIO I.

Recipit Minimos, & bona ipſorum ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, & confirmat omnia priuilegia à ſuis prædeceſſoribus conceſſa.

IVLIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. Dilectis filiis Generali, & Prouincialibus, Correctoribus, ac Zeloſo, necnon vniuerſis Fratribus Ordinis Minimorum,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. CVm à nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigore æquitatis, quàm quia ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & loca, in quibus diuino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum in communi rationabiliter poſſidetis, & in futurum iuſtis modis, præſtante Domino, poteritis adipiſci, ſub B. Petri protectione ſuſcipimus, at- Concedit prout in ſummario.

Digitized by Google

1553. que noſtra: Omnes quoque libertates,& immunitates à fel.rec.*Sixto IV. Alexandro VI. Iulio II. Leone X. Clemente VII.* & *Paulo III.* prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia, conceſſiones, & alia indulta, vobis, & domibus veſtris communiter conceſſa; Necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus, Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus vobis, & domibus prædictis, etiam in communi rationabiliter indultas: Specialiter autem decimas, primitias, obuentiones, affictus annuos, reſponſiones, cenſus, fructus, redditus, prouentus, vineas, domos, hortos, virgulta, prata, paſcua, oliueta, viridaria, nemora, ſyluas, lacus, ſtagna, piſcarias, & alia bona ad vos, & domos veſtras huiuſmodi etiam communiter ſpectantia, ſicuti ea omnia iuſtè, & pacificè poſſidetis, vobis, & eiſdem domibus veſtris auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ſalua in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, &c. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, anno Incarn. Dom. 1553. quinto Kal. Maij, Pontif. noſtri anno 4. 1553.

CONSTITVTIO II.

Confirmat voluntatem B. P. N. Franciſci decernentis Conuentum SS. Trinitatis in vrbe per fratres Gallicæ nationis regi debere.

1553. ## IVLIVS PAPA III.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiũ. ROmani Pontificis, in quo diuina diſpoſitione poteſtatis plenitudo conſiſtit, prouidentia circumſpecta, ad ea, quæ ſtatui proſpero regularium locorum quorumlibet, & in eis ſtudio piæ vitæ deditarum perſonarum, profutura conſpicit, oneroſis ſtudiis intendit, & his quæ propterea ordinata fuiſſe dicuntur, vt illibata perſiſtant, Apoſtolici muniminis adiicit firmitatem, & aliâs deſuper diſponit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

Supplicatio §. 1. Sanè pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri *Henrici Francorum Regis Chriſtianiſſimi* nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum *Sanctus Franciſcus de Paula*, tunc in ſeculo vitam beatam agens, ex ſpeciali ſedis Apoſtolicæ licentiâ & permiſſu, Ordinem F. F. Minimorum inſtituit, & omnium Eremitoriorum Oratoriorum & locorum eiuſdem Ordinis vbicunque conſtitutorum, necnon Congregationum Fratrum Religioſorum & perſonarum aliarum ſub regulari obſeruantia in eis degentium Superior & Generalis effectus fuit: quodque idem *Sanctus Franciſcus* piè conſiderans claræ memoriæ *Carolum Francorum Regem* ſibi & dicto Ordini locum domus *Sanctiſſimæ Trinitatis* in *Monte Pincio* de Vrbe comparaſſe, in memoriam tanti beneficij, & ad hoc vt Fratres dicti Ordinis in eadem domo pro tempore exiſtentes in diuini cultus perſolutione pro ſalute animæ dicti benefactoris magis memores redderentur, inter alia quòd ex tunc in poſterum dicta domus per Fratres Gallicæ nationis quamdiu inuenirentur qui inibi reſidere & cultui diuino inſiſtere vellent, ſin autem per alios, regi, gubernari ac inhabitari deberet, per publicum inſtrumentum deſuper confectum & manu Notarij publici ſubſcriptum voluit & ordinauit. *Henricum III.* *Carolum VIII.*

Concedit vt in ſumma tio. §. 2. Nos attendentes quantùm piè & ſanctè Ordo ipſe eſt inſtitutus, quantumque ab eius inſtitutione citra, illius fratres religioſè cum odore bonæ famæ vixerint: & propterea eundem Ordinem in ſuo ſolido ſtatu, ac illius Fratres præfatos in tranquillitate & pace confouere, & quibuſuis ſcandalis obuiare ac voluntati & Ordinationi tam pij Patris annuere, & illi ſatisfacere, necnon pium & charitatiuum, ac liberale donum dicti Regis in illius memoriam

Digitized by Google

1553. riam (prout par eſt) recognoſcere volentes, eiuſdem *Henrici Regis Chriſtianiſſimi* ſupplicationibus in hac parte inclinati, voluntatẽ & ordinationem *S. Franciſci*, ac deſuper confectum publicum inſtrumentum huiuſmodi, nec non, prout illa concernunt, omnia & ſingula in eis contenta ac inde ſecuta quæcunque, ex certâ noſtrâ ſcientiâ, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, autoritate Apoſtolica, tenore præſentium, approbamus & confirmamus, diſtrictius inhibentes pro tempore exiſtentibus Generali Correctori, & Fratribus dicti Ordinis, ac eorum ſingulis ſub maioris excommunicationis aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis & cenſuris, ac etiam priuationis dignitatum, officiorum, ac vocis actiuæ & paſſiuæ in Capitulo, & quibuſuis aliis actibus, necnon perpetuæ inhabilitatis ad illa & alia in poſterum obtinenda, per eorum quemlibet incurrendis pœnis, ne de cætero, quamdiu Fratres dicti Ordinis præfatæ nationis Gallicæ reperientur, alium quàm eiuſdem Nationis Gallicæ in Correctorem dictæ domus eligere, ſeu admittere, aut electum confirmare quouis modo audeant, vel præſumant. 1553.

§. 3. Decernentes ex tunc irritum & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis autoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis quibuſuis Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, necnon priuilegiis, indultis & litteris Apoſtolicis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, approbatis & innouatis. Quibus omnibus, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſede ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de huiuſmodi indulto mentionem. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcatoris die xxv. Septembr. an. 1553. Pontificatus noſtri anno 4. Derogat contrarios.

PAVLVS IV. 1555.

Qui ſedit à die xxiii Maij an. 1555. ad diem xviii. Aug. an. 1559.

CONSTITVTIO I.

Recipit Minimos, & bona ipſorum ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, & confirmat omnia priuilegia à ſuis prædeceſſoribus conceſſa.

PAVLVS EPISCOP. SERVVS SERVORVM DEI.

Dilectis filiis Generali, & Prouincialibus, Correctoribus, ac Zeloſo, necnon vniuerſis Fratribus Ordinis Minimorum,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. CVm à nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigore æquitatis, quàm quia ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & loca, in quibus diuino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum in communi rationabiliter poſſidetis, & in futurum iuſtis modis, præſtante Domino, poteritis adipiſci, ſub B. Petri protectione ſuſcipimus, atque noſtra. Omnes quoque libertates, & immunitates à fel. rec. *Sixto IV. Alexandro VI. Iulio II. Leone X. Clemente VII. Paulo III.* & *Iulio* etiam III. prædeConcedit prout in ſummario.

Digitized by Google

1559. ceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia, conceſſiones, & alia indulta, vobis, & domibus veſtris communiter conceſſa: Necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus, Principibus, & aliis Chriſti fidelibus vobis, & domibus prædictis, etiam in communi rationabiliter indultas: Specialiter autem decimas, primitias, obuentiones, affictus annuos, reſponſiones, cenſus, fructus, redditus, prouentus, vineas, domos, hortos, virgulta, prata, paſcua, oliueta, viridaria, nemora, ſyluas, lacus, ſtagna, piſcarias, & alia bona, ad vos, & domos veſtras huiuſmodi etiam communiter ſpectantia, ſicuti ea omnia iuſtè, & pacificè poſſidetis, vobis, & eiſdem domibus veſtris auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ſalua in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Nulli ergo, &c. Datum *Romæ*, apud *S. Marcum*, anno Incar. Dom. 1555. decimo Kalend. Octobris, Pontific. noſtri anno 1. 1555.

CONSTITVTIO II.

Declarat, quomodo tractandi, & recipiendi ſint apoſtatæ ad Religionem reuertentes.

1559. MICHAEL GHISLERIVS MISERATIONE DIuina tit. S. Mariæ ſuper Mineruam, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Alexandrinus vulgariter nuncupatus, hæreticæ prauitatis in tota Republica Chriſtiana ſupremus Inquiſitor à S. Sede Apoſtolica ſpecialiter delegatus.

RR. PP. Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula ſuum generale Capitulum feliciter celebrantibus,

Salutem in Domino, & Spiritus ſancti conſolationem.

Proœmiū. INgens deuotionis affectus, quem erga Ordinem veſtrum gerimus, efficit, vt in omnibus, quæ ad proſperos ſucceſſus veſtræ regularis obſeruantiæ attinent, auxilium, & conſilium, & quicquid ſumus, & poſſumus, cùm ratio poſtulat, & exigimur, vobis libenter impendamus.

Supplicatio. §. 1. Cùm igitur nobis in Chriſto chariſſimus Frater Mathurinus Auberth Zeloſus veſter humiliter, & inſtanter ſupplicauerit, vt, ſicut illi verbo tenus declarauimus, quomodò de mente, & intentione S. D. N. Papæ recipi, & à vobis recepti tractari debeant apoſtatæ, qui poſt emanatam contra eos ex die 13 Kalend. Auguſti anni præteriti nouiſſimam eiuſdem ſuæ Sanctitatis bullam ad vos redeunt, vobis quoque in vnum pro Religionis veſtræ tractandis negotiis capitulariter congregatis exponere, & teſtimonialibus noſtris ad vos literis denunciare dignaremur, ne in re tanti momenti à voluntate, & recto inſtituto eiuſdem S. D. vel in minimo recedatis.

Habetur apud Laërtium Cherubinum Cóſt. XIV. Pauli IV.

Non omnes apoſtatæ recipiendi. §. 2. Nos, quibus huiuſmodi apoſtatarum negotium per ſuam Sanctitatem ſpeciali cura demandatum eſt, viuæ vocis oraculo deſuper nobis facto, notum facimus, & tenore præſentium certiores reddimus, non fuiſſe, nec eſſe intentionis eiuſdem S. D. vt quoſcumque huiuſmodi apoſtatas ſine diſcrimine, & abſque vllo delectu recipiatis, & veſtræ Societati admiſceatis, ſed eos tantùm, de quibus emendationis vitæ propoſitum concipere, & ſperare probabiliter poteſtis, & qui veſtræ Religioni poſſint eſſe bono vſui.

Apoſtatæ cogendi renunciare literis Apoſtolicis. §. 3. Quos in primis oportet cogere ad renunciandum omnibus, & ſingulis Apoſtolicis literis contra profeſſionem ſuam, vel quouis modo contra regularem obſeruantiã in forma Breuis, vel etiam plumbatis, aut ſacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, ac quibuſuis priuilegiis, & exemplis per eos hactenus impetratis.

§. 4. Præſtito

Digitized by Google

1559. §. 4. Præſtito etiam per eos iuramento in manibus Generalis, vel Prouincialis, aut eorum, quibus commiſerint, quòd talia, aut ſimilia impetrare numquam attentabunt, ſed in ſtatu profeſſionis ſuæ, cui per ſolemne votum ſe addixerunt, poſthac ſtabunt, & perſeuerabunt, iuxta Regulæ, & ſtatutorum Ordinis exigentiam. 1565. Debent iurare, quòd talia amplius non attentabũt.

§. 5. Quos ſic per vos receptos, quamuis non vt inimicos habere, ſed de eorum reſipiſcentia gaudere, & lætari debeatis, probandi tamen veniunt à vobis in camino patientiæ, & humiliationis, vtrum pœnarum timore, an virtutis amore, & vitæ melioris propoſito ad Religionis ſuæ gremium reuertantur. Probandi in humilitate, & patientia.

§. 6. Ideò de eiuſdem S. D. mente, & voluntate eſſe tenore præſentium declaramus, huiuſmodi apoſtatas per vos, vt præmiſſum eſt, receptos, & Religioni iterum inſertos, actiua, & paſſiua vocibus, iuréq; ſuæ primogenituræ, necnon publica ad populum prædicatione, & confeſſionis ſecularium audientia priuatos eſſe, per nullos Superiores, nec etiam per generale, ſeu prouinciale Capitula rehabilitandos, donec ad minùs per quadriennium bene, & laudabiliter ſub correctionis, & diſciplinæ ferula patienter, & humiliter vixerint. Quo quidem quadriennio ſic expleto, poſſe ad huiuſmodi, generalis, & prouincialis Capitulorum duarum ex tribus partibus vocalium accedente conſenſu, rehabilitari, & ad omnes, & ſingulos Religionis legitimos actus reſtitui, eiuſdem S. D. N. Pauli Papæ IV. auctoritate, & gratia permittimus, & indulgemus; dummodò tempus, quo manſerunt extra Religionem, inter ſuæ profeſſionis annos non computetur. Sunt priuati voce actiua, & paſſiua, & c. per nullos Superiores rehabilitandi.

§. 7. Declarantes etiam, hactenus contra præſcriptam formam per vos receptos non (niſi duarum præſentis Capituli generalis partium ſuffragante illis conſenſu) eſſe pro receptis habendos, ſed habitu Religionis exuendos, & à Societate veſtra eiiciendos, & ſic electos nihilominus pœnis in bulla prædicta contentis remanere obnoxios. Cõtra iſtam formam recepti eiiciendi.

§. 8. In quorum omnium, & ſingulorum fidem præſentes literas manu noſtra ſubſcriptas, per noſtrum infraſcriptum Secretarium fieri fecimus. Datum Romæ in ſacro Apoſtolico Palatio in ædibus ſolitæ reſidentiæ, die 10. Menſis Aprilis, anni 1559. Pontific. S. D. N. Pauli Papæ IV. anno 4. ſub ſoliti ſigilli noſtri appenſione. F. Michael G. Card. Alex. Io. Matth. Rober. Secret. Subſcriptione firmat.

PIVS PAPA IV. 1565.

Qui ſedit à die xxvi Dec. an. 1559. ad x. eiuſdem menſis an. 1565.

CONSTITVTIO VNICA.

Breue Iulij III. pro Conuentu Sanctiß. Trinitatis ab eius regiſtro inſcriptum valere mandat.

PIVS PAPA IV.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

PRouiſionis noſtræ debet prouenire ſubſidio, vt ſuum ius cuilibet conſeruetur. Hinc eſt quod nos tenorem quarundam litterarum fœlicis recordationis *Iulij* Papæ III. prædeceſſoris noſtri in forma Breuis in Regiſtro ipſius Prædeceſſoris compertum, pro eo quod ſicut exhibita nobis nuper, pro parte dilectorum filiorum, Fratrum domus *Sanctiſſimæ Trinitatis* in *Monte Pincio* de Vrbe Ordinis *Fratrum Minimorum*, petitio continebat, ipſi huiuſmodi tenore ex certis cauſis dinoſcuntur indigere, ex Regiſtro ipſius de verbo ad verbum tranſcribi, & ad ipſorum Fratrum inſtantiam præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt, Videlicet: *Iulius Papa III. ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontifices, &c.* vt ſupra ad ann. 1553.

Digitized by Google

1567. Cæterùm vt earundem litterarum tenor prædictus sic insertus omnimodam rei seu facti certitudinem faciat Apostolica autoritate decernimus, vt, illud idem robur, eandem vim eundemque vigorem dictus tenor habeat quæ haberent originales litteræ supradictæ, ac eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur quandocunque & vbicunque, in Iudicio vel alibi, vbi fuerit exhibitus vel ostensus, ipsique tenori firmiter stetur in omnibus, sicut eisdem originalibus staretur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Per hoc autem nullum ius de nouo cuiquam acquiri volumus, sed antiquum tantummodò conseruari. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, sub annulo Piscatoris die XXII. Februar. an. 1565. Pont. nostri anno 6. 1565.

1567.

PIVS V.

Qui sedit à die VII Ianuar. an. 1566. ad 1. Maij an. 1572.

CONSTITVTIO I.

Capuccini non possunt transferri ad Ordinem Minimorum, nec è contra.

PIVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiū. SEdis Apostolicæ solertia, dum ad salutare quorumdam remedium extructa in eorum detrimentum vergere conspicit, ne, quod illis profuturum maturitate summa prodiisse comperitur, noxium incauto ministerio efficiatur, celeris prouisionis opem afferre consueuit, prout in Domino conspicit salubriter expedire.

Motiua. §. 1. Sanè accepimus, quòd, cum aliquando contingat, aliquos fratres religiosos; tam Ordinis S. Francisci Capuccinorum; quàm eiusdem S. Francisci de Paula Minimorum nuncupatorum de vno loco ad alium, etiam forsan absq; suorum Superiorum licentia, transferri, exinde perturbationes & mala exempla inter eosdem fratres sæpius oriri solent.

Statuit prout in summario. §. 2. Nos cupientes perturbationibus, & malis exemplis huiusmodi, quantùm cum Deo possumus, obuiare; motu proprio, non ad alicuius instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus nullus ex Fratribus Capuccinis ad dictum Ordinem S. Francisci de Paula, nec è conuerso, quòd vllus Frater eiusdem S. Francisci de Paula ad Ordinem Fratrum Capuccinorum huiusmodi vllo vmquam tempore, & quacumque etiam, & quantumcumque iustissima causa, etiam de licentia suorum Superiorum, se transferre possit, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuò statuimus, & ordinamus.

Decretum irritans. §. 3. Decernentes, statutum, & ordinationem huiusmodi per Fratres præfatos sub indignationis nostræ pœna inuiolabiliter obseruari debere; ac ex nunc irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate tam ordinaria, quàm delegata, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat contrariis. §. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Trãsumptis fidem adhiberi iubet. §. 5. Cæterùm quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus de eis fides forsitan facienda foret, deferri; volumus, vt ipsarum transumptis manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, in iudicio, & extra, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, sub annulo Piscat. die 6 Octobris 1567. Pontif. nostri anno 2.

CONSTITVTIO II.

Digitized by Google

1567. 1567.

CONSTITVTIO II.

Declarat, Ordinem Minimorum inter Mendicantes esse connumerandum, eique omnia priuilegia Mendicantibus concessa communicat.

PIVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiū. APostolicæ Sedis benignitas, ſicut ex debito paſtoralis officij erga omnes fideles generaliter affectum charitatis oſtendit, ſic eos, quos ſub regularis obſeruantiæ iugo diuino cultui emancipatos eſſe cognoſcit, ſpeciali tenetur patrocinio confouere.

Supplicatio. §. 1. Exponi ſanè nobis nuper fecerunt dilecti filij Fratres Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, iamdudum Apoſtolica auctoritate approbati, quòd licet inter alia eis conceſſa priuilegia, & indulta, omnia, & ſingula quatuor Mendicantium Ordinum priuilegia ad Ordinem Minimorum huiuſmodi, ac illius profeſſores, & domos, eorumque Eccleſias per Sedem Apoſtolicam extenſa, & ampliata fuerint, & propterea Fratres Ordinum huiuſmodi etiam ſub Mendicantium nomine comprehendi debeant, nec ſuper præmiſſis à quoquam moleſtari poſſint. Cùm tamen, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, ex eo quòd nos nuper in quadam declaratione per nos ſub Mendicantium Fratrum Ordinibus, certis tunc expreſſis de cauſis, facta, præter S. Dominici, S. Franciſci, ac Eremitarum S. Auguſtini, necnon Carmelitarum Mendicantium Ordines, etiam in illis B. Mariæ Seruorum inſeri voluerimus, ac propterea facilè à quibuſdam dubitari meritò poſſet, quòd, ſi Ordinis Minimorum Fratres huiuſmodi ſub illis comprehendi voluiſſemus, nos ſpecialem etiam de illis mentionem omnino feciſſemus. Quare, ne ſuper præmiſſis vmquam dubitari contingat, iidem Fratres nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt ſibi in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Declarat prout in ſummario. §. 2. Nos attendentes, eos, cùm actu mendicent, non niſi honeſta de cauſa in Mendicantium Ordines eſſe aſcriptos, ac propterea ſua priuilegia illæſa conſeruare volentes, eoſque & eorum quemlibet à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes; necnon quarumcumque litium, & cauſarum ſtatus, ac merita, nomina, & cognomina iudicum, coram quibus illæ pendent, ac collitigantium, aliorumque, necnon quorumcumque priuilegiorum, indultorum, exemptionum, & immunitatum eis conceſſorum præſentibus pro expreſſis habentes, cauſaſque huiuſmodi ad nos harum ſerie auocantes, illaſque penitus, & omnino extinguentes, ac litigantibus huiuſmodi perpetuum ſuper præmiſſis ſilentium imponentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates, gratias, libertates, indulta, & alias gratias, tam per nos nuper, quàm per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & Sedem eamdem quomodolibet Mendicantibus Ordinibus conceſſa, ad præfatum Minimorum Ordinem de nouo extendimus, & ampliamus; ipſoſque verè Mendicantes eſſe, & ſub Mendicantium Ordinibus eſſe, & comprehendi debere; necnon omnia, & ſingula Concilij Trid. decreta pro Mendicantibus Ordinibus declarata, & modificata, etiam pro Ordine Minimorum huiuſmodi declaramus, & modificamus.

Mandat Ordinariis, ne moleſtent fratres contra ſua priuilegia. §. 3. Diſtrictiùs in virtute ſanctæ obedientiæ, ac aliis arbitrio noſtro infligendis pœnis inhibentes quibuſuis locorum Ordinariis, ac aliis quibuſcumque

Digitized by Google

1567. ne eoſdem Fratres Ordinis Minimorum contra eis ſic conceſſa priuilegia moleſtare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præſumant. 1567.

Clauſulæ præſeruatiuæ. §. 4. Decernentes quoque, præſentes literas vllo vmquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſe, minuſue ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, modificationibus, limitationibus, reſtrictionibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, tam per nos, quàm etiam ſucceſſores noſtros quomodolibet, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque decretis pro tempore factis, & faciendis, quorumcumque tenorum exiſtant, ineludi, ſed, illis non obſtantibus, in ſuis robore, & efficacia perſiſtere, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, etiam ſub data per ipſos Fratres Ordinis Minimorum eligenda de nouo conceſſas eſſe, & ita incommutabilis voluntatis, & intentionis noſtræ eſſe, &, ad hoc vt perpetua firmitate ſubſiſtant, vim validi, & efficacis contractus inter dictam Sedem, & præfatorum Ordinum Mendicantium Fratres huiuſmodi habere.

Clauſula ſublata, & decretum irritans. §. 5. Sicque per quoſcumque iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R. E Card. ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputat Commiſſarios. §. 6. Quocirca venerab. Fratribus Archiepiſcopo Theatino, & Epiſcopo Amerino, ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorumdem Fratrum Ordinis Minimorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra ipſos Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi voluntate, ſtatuto, declaratione, & aliis præmiſſis omnibus, & ſingulis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes, eos per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari; contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Et nihilominus, legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus, aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

Derogat contrariis. §. 7. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas quis vigore præſentium ad iudicium non extrahatur, & aliis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſuis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibus quoque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, & quomodolibet per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros præfatos, ac nos, & Sedem præfatam, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, etiam conſiſtorialiter, & de fratrum noſtrorum conſilio, necnon Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſis, confirmatis, & innouatis; quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcumque.

Aut

Digitized by Google

1568. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcat. die 9. Nouemb. 1567. Pontif. noſtri anno 2. 1568.

CONSTITVTIO III.

Decernit, quòd ad Capitulum generale Ordinis Minimorum non teneantur accedere Collegæ Prouincialium, nec duo Commiſſi ipſius Prouinciæ, ſed tantùm Prouincialis cum vnico Commiſſo cuiuſlibet Prouinciæ; & quòd in poſterum non celebrentur Capitula prouincialia intermedia, niſi duntaxat per ſingulos Prouinciales cuiuſlibet Prouinciæ, vnà cum Definitoribus eiuſdem Prouinciæ capitulariter eligendis in primo anno cuiuſlibet trienn ij.

PIVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

SVper familiam domus Dei, meritis licet imparibus, diuina diſpoſitione conſtituti, ad ea, per quæ perſonarum quarumlibet, præſertim ſub ſuaui Religionis iugo, & humilitatis ſpiritu Altiſſimo famulantium diſpendiis occurri poſſit, opportunis remediis prouidemus, ac deſuper diſponimus, & ordinamus, prout, perſonarum, & temporum qualitate penſata, in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Procæmiū.

§. 1. Cùm itaque, ſicut accepimus, dilecti filij Fratres totius Ordinis Minimorum *S. Franciſci de Paula* nuncupatorum, iuxta Regulam dicti Ordinis Capitulum generale pro electione ipſius Ordinis Generalis in die feſtiuitatis Aſcenſionis D.N. Ieſu Chriſti de triennio in triennium celebrare conſueuerint, & ad Capitulum generale huiuſmodi ſex ex qualibet Prouincia, videlicet Prouincialis cuiuſlibet Prouinciæ cum tribus Collegis, & duobus Commiſſis, ad quos pro tempore exiſtentium dicti Generalis, & Collegarum, & Procuratoris generalis, Zeloſi nuncupati electio ſpectabat, accedere teneantur: Ipſique fratres ſimiliter de triennio in triennium Prouinciales triennales in ſingulis Prouinciis eligere; dictique Prouinciales in ſingulis Prouinciis, vnà cum dilectis filiis Correctoribus, & Commiſſis Monaſteriorum, ſeu domorum ſingularum Prouinciarum pro Capitulis prouincialibus, ſeu intermediis nuncupatis, in qualibet Prouincia anno ſecundo, & tertio dicti triennij celebrandis, in feſto S. Michaëlis annis ſingulis, dicto triennio durante, iuxta ipſam Regulam ſeſe congregare, & Capitula intermedia huiuſmodi celebrare conſueuerint: Cumque etiam, ſicut nobis innotuit, quoties Prouinciales, ac Collegas, & Commiſſos præfatos ad Capitulum generale huiuſmodi accedere contingit, id cum maximo eorum vitæ periculo, his præſertim calamitoſis temporibus, & eorum detrimento, maximiſque Prouinciæ ſumptibus fiat; & Capitula intermedia huiuſmodi in quibuſdam Prouinciis, ea præſertim de cauſa, ſeu nulla alia, quàm pro electione quatuor, aut plurium, ſeu minoris numeri Definitorum in qualibet Prouincia eligendorum facienda, per quos Definitores ferè omnia, quæ in ipſis Capitulis intermediis fiunt, executioni demandantur, celebrare ſoleant, maximique ſumptus propterea ſubeundi ſint, quos dicti fratres maxima paupertate oppreſſi ſufferre nequeunt; idque etiam non ſolùm in non modicum dicti Ordinis, illiuſque Monaſteriorum, & regularium locorum detrimentum, & iacturam, ſed etiam, cum quamplures Fratres ipſius Ordinis ad Capitula intermedia huiuſmodi annis ſingulis accedentes, & præcipuè in Motiua.

1568. Bethicæ, ac Calabriæ, aliisque Prouinciis,& partibus in magno numero confluentes, eorum Monasteria quasi desolata interim relinquere videantur, in diuini cultus diminutionem cedat, & proinde etiam eisdem Fratribus ad Capitula intermedia, seu prouincialia huiusmodi accedentibus non modica vagandi occasio præstetur. 1568.

Ad Capitulum generale solus Prouincialis cũ voo Commisso accedat.

§. 2. Nos igitur dispendiis, & aliis præmissis opportunè prouidere, ac dicti Ordinis singulares personas vberiores in vinea Domini fructus in dies afferre non cessantes, spiritualibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes, ipsosque & eorum quemlibet à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera deliberatione, & certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, de cætero perpetuis futuris temporibus Prouincialem ex qualibet Prouincia, vnà cum Commisso dumtaxat, ad quos dicti Generalis, illiusque Collegarum, & Procuratoris prædictorum electio, vt moris est, dumtaxat spectare debeat, prout antea ad sex prædictos spectabat, ad Capitulum generale huiusmodi, absque Collegis, & Commisso prædictis accedere debere.

Quatuor, aut plures Definitores eligantur.

§. 3. Necnon quatuor, seu plures, aut minoris numeri, prout Prouinciali, & Correctoribus, ac Commissis Capitulum prouinciale primi anni pro tempore celebrantibus visum fuerit, in Definitores etiam triennales de cætero etiam tempore electionis eorumdem Prouincialium eligi debere.

Capitula intermedia per Prouinciales, & Definitores absque Correctoribus celebrẽtur.

§. 4. Et Capitula intermedia huiusmodi per singulos Prouinciales, vnà cum Definitoribus ipsis, absque eo quòd Correctores, & Commissi prædicti ad Capitula intermedia huiusmodi accedere, seu conuocari debeant, vel teneantur, in singulis Prouinciis dicto die S. Michaëlis celebrari posse.

Ius eligendi Generalem ad solos Prouinciales cum suis Commissis spectat.

§. 5. Ac ius, & facultatem eligendi Generalem dicti Ordinis, illiusque Collegas, & Procuratorem præfatos ad Prouincialem ex qualibet Prouincia, vnà cum Commisso dumtaxat, prout antea ad sex prædictos spectabat, spectare; ipsosque Prouincialem, & Commissum, absque aliis Collegis, & Commissis prædictis dumtaxat ex qualibet Prouincia ad Capitulum generale huiusmodi accedere.

Ius celebrãdi Capitula intermedia ad Prouinciales cum Definitoribus

§. 6. Ius verò, & facultatem celebrandi Capitula intermedia huiusmodi etiam ad singulos Prouinciales dumtaxat in qualibet Prouincia, vnà cum Definitoribus prædictis, absque eo quòd dicti Correctores, & Commissi eisdem Capitulis interesse, aut ad illa conuocari debeant, spectare, & pertinere.

Generalis, &c. electiones prædicto modo factæ validæ sunt.

§. 7. Et insuper tam Generalis, suorumque Collegarum, ac Procuratoris, quàm Definitorum prædictorum electiones, per Prouincialem cuiuslibet Prouinciæ, & Commissum, ac Prouinciales prædictos respectiuè pro tempore factas, validas, & efficaces, ac canonicè factas fore, & esse, suosque plenarios effectus sortiri debere in omnibus, & per omnia perinde, ac si Generalis, & Collegarum, ac Procuratoris prædictorum electio per sex supradictos facta fuisset.

Capitula intermedia prædicto modo facta valent.

§. 8. Definitorum verò electiones huiusmodi in dictis Capitulis intermediis faciendas, vt præfertur, omniaque & singula Capitula intermedia huiusmodi per singulos Prouinciales, & Definitores præfatos dumtaxat in qualibet Prouincia pro tempore celebrata, in omnibus, & per omnia perinde, ac si vnà cum Correctoribus, & Commissis eo tempore celebrata, dictorumque Definitorum electiones quolibet anno cum interuentu eorumdem Correctorum, & Commissorum factæ fuissent, perpetuò valere, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

Hęc constitutio habet vim validi contractus.

§. 9. Necnon præsentes literas nullo vmquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, seu inualidari posse, minusque sub quibusuis similium, vel dissimilium

gratiarum

Digitized by Google

1568. gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & derogationibus comprehendi, ſed ſemper in priſtinum ſtatum reſtitutas, ac ſub data per ipſos fratres eligenda de nouo conceſſas cenſeri, vimque validi, & efficacis contractus inter Sedem Apoſtolicam, & Fratres præfatos ſortiri; ipſiſque nullatenus, ac non niſi expreſſa de verbo ad verbum in derogatione huiuſmodi facta fuerit mentio, derogari poſſit; Sicque per quoſcumque iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales, ac ipſius Ordinis Protectorem, Correctores, & Commiſſos præfatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, motu ſimili declaramus, & ordinamus. 1568.

Commiſſarios deputat.

§. 10. Et nihilominus venerab. Fratribus Compoſtellan. & Toletan. ac Hiſpalen. Archiepiſcopis, ſiue eorum in ſpiritualibus Vicariis, aut Officialibus generalibus per præſentes motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte ipſorum fratrum, aut alicuius eorum ſuper præmiſſis fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia, & ſingula iuxta earumdem præſentium tenorem integrè, & inuiolabiliter obſeruari, eoſdemque fratres illis pacificè vti, frui, & gaudere; non permittentes, eos, aut eorum quempiam deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores, moleſtatores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac, legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus, aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

Derogat contrarijs.

§. 11. Non obſtantibus Regula ipſius Ordinis, & Correctorio nuncupato, & aliis præmiſſis, & quibuſuis Apoſtolicis, necnon in prouincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac ipſius Ordinis, illiuſque Monaſteriorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, & reformationibus; priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Monaſteriis, & Ordini prædictis, illorumque Superioribus, & perſonis quibuſuis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam motu ſimili quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis; quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad id ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcatoris die 27. Maij, 1568. Pontific. noſtri anno 3.

Digitized by Google

GREGORIVS XIII.

Qui sedit à die v. Maij an. 1572. ad x. Aprilis an. 1585.

CONSTITVTIO I.

Confirmat & innouat de plenitudine potestatis Minimorum priuilegia, cum clausula, Nonobstante Concilio Lateranensi.

GREGORIVS PAPA XIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiũ. REgimini militantis Ecclesiæ, disponente Domino præsidentes, circa statum fidelium quorumlibet, præsertim Religioforum studio piæ vitæ vacantium prosperè dirigendum attentiùs cogitamus, & eos, vt quietius vota sua Domino persoluere possint, eorumque loca & domos, benignis fauoribus confouemus, ac his quæ propterea per Prædecessores nostros prouidè concessa fuisse dignoscuntur, vt firmiora persistant, cùm à nobis petitur, Apostolici muniminis præsidium propensiùs impartimur.

§. 1. Dudum siquidem sicut accepimus felicis recordationis *Sixtus IV. Innocentius VIII. Alexander VI. Iulius II. Leo X. Clemens VII. Paulus III. Iulius* etiam *III. Paulus IV. Pius* etiam *IV.* ac *Pius V.* prædecessores nostri, Ordini Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula, illiusque Correctori generali, & aliis Fratribus, eorumque Ecclesiis, & Conuentibus nonnullas gratias, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, absolutiones etiam plenarias, libertates, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, diuersaque alia priuilegia, & indulta, tam spiritualia, quàm temporalia, etiam per solam signaturam, aut viuæ vocis oraculo, tam pro foro conscientiæ, quàm foro fori, in genere, & specie, etiam per modum communicationis, siue extensionis priuilegiorum, etiam cum aliis quibuscumque Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus concesserunt, aut iam concessa confirmarunt, & approbarunt, prout in singulis concessionibus, & literis ipsorum prædecessorum desuper confectis plenius continetur.

Supplicatio. §. 2. Cùm autem, sicut dilecti filij modernus Corrector generalis, & Zelosi dicti Ordinis Minimorum nobis nuper exponi fecerunt, ea firmiora censeantur, quæ Sedis Apostolicæ confirmatione sæpius roborantur; ideò nobis ipsi Corrector generalis, & Zelosi humiliter supplicari fecerunt, vt prædictis gratiis, concessionibus, & priuilegiis, & aliis præmissis, & in dictis prædecessorum literis contentis, nostræ approbationis robur adiicere, aliásque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmat, & innouat de plenitudine potestatis omnia priuilegia etiam per modum viuæ vocis oraculi. §. 3. Nos igitur ad vberes fructus, quos Ordo Fratrum Minimorum huiusmodi in agro militantis Ecclesiæ producere non cessat, debitum respectum habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, præmissa, ac omnia, & singula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conseruationes, declarationes, facultates dispensationes, gratias, concessiones, indulgẽtias, & indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum aliis Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicãtibus, eisdẽ Correctori generali, & Zelosis, ac aliis Fratribus, Ecclesiis, domibus, Conuentibus, & locis dicti Ordinis Minimorũ, ipsiusq; Ordinis Minimorũ Monialiũ Monasteriis, & Ecclesiis, ac ipsis Monialibus, seu Sororibus, & locis eorum quibuscumq; in genere, & specie, etiam per solam signaturam, etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut aliàs, tam per præfatos, & alios quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem præfatam,

Digitized by Google

1575. præfatam, quàm Imperatores, Reges, & alios Principes, ſub quacumque forma, & expreſsione verborum conceſſa, ac etiam iteratis vicibus approbata, necnon cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, decretis, & declarationibus, ſingulas deſuper confectas literas, & in eis contenta, & inde ſecuta quæcumque illorum omnium tenores, & formas, datas, effectus, & decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſsis habentes; dicta auctoritate Apoſtolica, ac poteſtatis plenitudine, quatenus ſint in vſu, & ſacris Canonibus, & Decretis ſacri Concilij Trid. non aduerſentur, approbamus, confirmamus, & innouamus, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari; necnon ipſis Correctori, Zeloſis, Fratribus, Monialibus, Sororibus, eorumque Eccleſiis, domibus, Monaſteriis, & locis præfatis, etiam per modum communicationis, & extenſionis huiuſmodi ſuffragari, illiſque frui, vti, & gaudere, quando, ac quoties opus fuerit, poſſe, & debere in iudicio, & extra, ac etiam in foro conſcientiæ in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi ſpecialiter, & expreſsè eiſdem Correctori, Zeloſis, Fratribus, Monialibus, ſiue Sororibus, Eccleſiis, Monaſteriis, domibus, & locis præfatis conceſſa fuiſſent, decernimus; necnon priuilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates, indulta, exemptiones, fauores, & gratias huiuſmodi modo, & forma, quibus confirmata à nobis ſunt, ad domos, & loca quæcumque dicti Ordinis Fratrum Minimorum hactenus recepta, & in poſterum recipienda extendimus, & ampliamus. 1575.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam generalis Concilij Lateranen. vltimò celebrati, ac Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon omnibus illis, quæ ſinguli prædeceſſores prædicti in ſuis literis prædictis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Derogat contrarius.

§. 5. Cæterùm quia difficile foret præſentes literas ad quæcumque loca, vbi illæ neceſſariæ fuerint, deferre; volumus, & prædicta auctoritate Apoſtolica decernimus, quòd earumdem literarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati Eccleſiaſtici, ſeu Curiæ Eccleſiaſticæ munitis, ea prorſus in iudicio, & extra fides adhibeatur plenaria, ac illis ſtetur in omnibus, & per omnia, ſicut originalibus ipſis literis adhiberetur, & ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcat. die 10. Octob. 1575. Pontific. noſtri anno 4. Tranſumptis fidem adhiberi iubet.

CONSTITVTIO II.

Statuit, quòd Generalis Ordinis Minimorum poſſit deputare quoſcumque Viſitatores in omnibus Prouinciis, & appellantes ad tribunalia ſecularia, & ſe dictis Viſitatoribus opponentes ſint excommunicati.

GREGORIVS PAPA XIII. 1576.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

EX paſtoralis officij noſtri debito ad aciem noſtræ mentis dirigimus; per quę perſonæ Eccleſiaſticæ, præſertim Regulares, ſub obedientia, quam profitentur, quietè, & pacificè vitam ducant. Procemium

§. 1. Sanè ad aures noſtras peruenit, quòd in Cápitulo generali Fratrum Ordinis Minimorum nuncupatorum, Ianuæ nuperrimè celebrato, inter alia nonnulli Vicarij generales in diuerſis orbis Prouinciis deputati fuerunt, qui, durante triennio officij Correctoris generalis dicti Ordinis, alterius nationis in illis partibus res præfatorum Fratrum gubernarent, & moderarentur. Verùm quia modernus generalis Corrector eiuſdem Ordinis intendit perſonaliter Memorat ſtatutũ Capit. generalis 4 Genuæ.

Digitized by Google

1576. visitare aliquas ex dictis Prouinciis, ex eo quia aliqui ex dictis Vicariis, sui offi- 1576.
cij immemores, in multis casibus, præter, & contra dicti Ordinis instituta procedunt, ac processus contra aliquos fratres formatos communicant cum iudicibus secularibus; ita quòd aliqui fratres huiusmodi perterriti fugam arripiunt, & ab obedientia suorum Superiorum se alienant, & apostatare coguntur in maximum plurimorum scandalum; dubitetque quòd, si ipse, vel pro tempore existens generalis Corrector dicti Ordinis ad illas partes accedat, vel alios Visitatores deputet, prout suo officio incumbit, aliquis Vicarius, cornua contra ipsum erigendo, ipsi obedire recuset, sicque dissidia, & scandala varia oriantur.

Generalis potest deputare quoscumque Visitatores.

§. 2. Ideò nos volentes desuper opportunè prouidere, tenore præsentium, Apostolica auctoritate statuimus, decernimus, & ordinamus, quòd generalis Corrector nunc, & pro tempore existens, quoscumque Visitatores sibi bene visos in quacumque Prouincia, ad eius nutum amouibiles, vbi, & quando sibi expedire videbitur, cum generali, vel limitata auctoritate, potestate, & iurisdictione cuiuscumque nationis deputare possit, & valeat, iuxta priuilegia, & regularia instituta dicti Ordinis: Qui omnes Visitatores in omnibus sibi obedire debeant, & teneantur, & vbi ipse generalis Corrector, tam in partibus Hispaniarum, quàm alibi præsens fuerit, cesset quæcumque auctoritas, potestas, & iurisdictio prædictorum Vicariorum, & Visitatorum, vel aliorum quorumcumque Officialium dicti Ordinis, etiam in Capitulo generali deputatorum.

Nullus potest appellare ad tribunalia secularia, vel ea adire pro negotia fratrum, sub pœnis, &c.

§. 3. Necnon præcipimus, & mandamus præfatis Vicariis, & quibusuis aliis Prouincialibus, Visitatoribus, & dicti Ordinis Prouincialibus, quouis nomine nuncupentur, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis latæ sententiæ, à qua contrauenientes non nisi à nobis, seu pro tempore existente Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolui possint; necnon priuationis perpetuæ officiorum per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque dicti Ordinis officia, & vocis activæ, & passiuæ eo ipso incurrendis pœnis, ne quis Prouincialis, aut alius cuiuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis Ordinis huiusmodi Religiosus, aut Religiosa ad tribunalia secularia, seu iudices seculares pro negotiis Fratrum dicti Ordinis, seu ipsum Ordinem concernentibus, quouis prætextu, vel occasione appellare, vel illa quoquo modo adire audeant, seu præsumant.

Ordinem recurrendi præscribit.

§. 4. Sed vbi opus fuerit, ad generalem Correctorem, & dicti Ordinis Protectorem, seu ad nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem recursum habeant.

Fautores etiã dictas pœnas incurrunt.

§. 5. Declarantes, non solùm contra facientes, verumetiam eorum fautores directè, vel indirectè, easdem pœnas incurrere.

Nullus potest Visitatorib⁹ à Generali missis resistere.

§. 6. Et insuper sub eisdem pœnis præcipimus, & mandamus cuilibet Prouinciali, aut Correctori locali, & quibusuis Religiosis dicti Ordinis, ne Visitatoribus, aut aliis Officialibus cuiusuis regionis, aut nationis à prædicto Correctore generali pro visitandis Prouinciis missis resistere, aut se opponere audeant, sed illis faueant, & obediant, & assistant.

Qui resistit de facto, nõ de iure.

§. 7. Quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque non obstantibus.

Derogat contrariis.

§. 8. Irritum, & inane decernentes quicquid secus à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

Trãsumptis fidem adhiberi iubet.

§. 9. Cæterùm quia difficile esset præsentes literas ad quæcumque loca, vbi illæ necessariæ fuerint, deferre, volumus, & prædicta auctoritate decernimus, quòd earum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici, & alicuius Prælati subscriptis, & sigillo dicti Prælati signatis, fides indubitata in iudicio, & extra adhibeatur in omnibus, & per omnia perinde, ac si originales fuerint. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, sub annulo Piscatoris, die 27. Martij, 1576. Pontif. nostri anno 4.

CONSTITVTIO III.

Digitized by Google

1579. 1579.

CONSTITVTIO III.

Concedit indulgentiam plenariam visitantibus Ecclesias Ordinis Minimorum in die sanctissimi Patriarchæ nostri Francisci.

GREGORIVS PAPA XIII.

Vniuersis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis,

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

§. 1. AD augendam fidelium religionem, & animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, confessis, ac sanctissima communione refectis, qui singulas Ecclesias Monasteriorum, seu domorum Fratrum Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula vbicumque constitutas, die festo eiusdem S. Francisci de Paula à primis Vesperis, vsque ad occasum Solis eiusdem diei singulis annis deuotè visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, sanctæque matris Ecclesiæ tranquillitate pias ad Deum preces effuderint, quoties id fecerint, toties plenariam suorum peccatorum indulgentiam, & remissionem concedimus, & elargimur. Concedit prout in summario.

§. 2. Contrariis non obstantibus quibuscumque præsentibus perpetuò valituris. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides vbique adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, sub annulo Piscat. die 1. Aprilis, 1579. Pontific. nostri anno 7. Derogat cõtrariis: & transumptis fidem adhiberi iubet.

CONSTITVTIO IV.

Indulgentiam concessam pro die festo B. P. N. Francisci, etiam valere cùm transfertur declarat & decernit.

1580. GREGORIVS XIII. 1580.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ALiàs omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sanctissima communione refectis, qui singulas Ecclesias Monasteriorum, seu domorum Fratrum Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula vbicumque constitutas die festo eiusdem S. Francisci de Paula à primis Vesperis, vsque ad occasum Solis eiusdem diei singulis annis deuotè visitarent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, sanctæque matris Ecclesiæ tranquillitate, pias ad Deum preces effunderent, quoties id facerent, toties plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem concessimus, prout in nostris inde sub data die 1. Aprilis 1579. Pontific. nostri anno 7. in forma Breuis confectis literis pleniùs continetur. Cum autem, sicut accepimus, festum eiusdem S. Francisci de Paula, quod die 2 Mensis Aprilis quotannis celebrari solet, in Quadragesimam incidat, illudque post Octauam Resurrectionis D. N. Iesu Christi transferri soleat, & propterea in dubium verti posset, an eadem indulgentia die, quo ipsum festum transferri contigerit, ab eisdem Christi fidelibus consequi valeat. Nos in præmissis opportunè prouidere volentes, ac supplicationibus dilecti filij *Ioannis*

Digitized by Google

1581. *Ropitelli* dicti Ordinis Zelosi, & Procuratoris generalis, in hac parte inclinati, harum serie volumus, & declaramus, vt dicta indulgentia ad eum diem, quo festum ipsum, vt præfertur, transferri, & post Octauam eiusdem Resurrectionis celebrari contigerit, translata esse, & ab eisdem Christi fidelibus eodem modo, quo die festo prædicto consequi potest, consequi, eisque suffragari posse censeatur. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum *Rome*, apud *S. Petrum*, sub annulo Piscat. die 20. Augusti, 1580. Pontific. nostri anno 9. 1580.

CONSTITVTIO V.

Concedit, quòd electiones factæ in Capitulis generalibus à deputatis valeant.

1581. GREGORIVS PAPA XIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Memorat statuta Capituli generalis Barchinon. 1. celebrati.

§. 1. EXponi nobis nuper fecit dilectus filius *Idelphonsus Villamaior* Corrector generalis Ordinis Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula, quòd licet electio nonnullorum Vicariorum prouincialium eiusdem Ordinis, & illorum Collegarum, ex ipsius Ordinis institutis, & consuetudinibus ad Correctorem generalem, ac Superiores, & Præsidentes Capituli generalis eiusdem Ordinis, capitulariter facienda, pertinere dignoscatur; Nihilominus in Capitulo generali eiusdem Ordinis nouissimè in Ciuitate Barchinonen. celebrato, cùm pro ipsius Ordinis felici directione, ac morum correctione multa ibidem statuta, & ordinata fuissent, ac propter temporis angustiam, & rerum penuriam ad electionem Vicariorum prouincialium, & Collegarum huiusmodi commodè procedi non posset, Superiores, & alij Præsidentes præfati eidem Idelphonso Correctori generali; & duobus aliis sibi ad id adiunctis Collegis, de gremio dicti Capituli generalis existentibus, ius, ac omnimodam facultatem, & auctoritatem Vicarios prouinciales, eorumque Collegas præfatos eligendi concesserunt, & in eos transtulerunt; Ipsique Idelphonsus Corrector generalis, & eius in ea parte Collegæ, facultatis huiusmodi vigore, in Cataloniæ, & Tusciæ, ac Hispalen. necnon Siciliæ, atque Lombardiæ, & Bethicæ, ac Castellæ, necnon Aragoniæ Prouinciis singulos suos Vicarios prouinciales cum eorum Collegis elegerunt, & deputarunt, eadémque electione facta, postmodum idem generale Capitulum eosdem denuo approbauit, prout in documentis publicis desuper confectis pleniùs dicitur contineri.

Supplicatio.

§. 2. Cùm autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Idelphonsus Corrector generalis, ne de vitibus eorumdem electionum, & deputationum, ob non seruatam in eis institutorum, & consuetudinum huiusmodi, seu Concilij Trid. in similibus electionibus, & deputationibus forsan requisitam formam, aut aliàs dubitari contingat, cupiant electionibus, & deputationibus prædictis pro earum subsistentia robur Apostolicæ confirmationis adiici.

Concedit prout in summario.

§. 3. Nos, qui honestis petentium votis libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis, eumdem Idelphonsum Correctorem generalem à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, necnon formam electionum, & deputationum, ac tenores documentorum huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, iplius Idelphonsi supplicationibus in hac parte inclinati, electiones, & deputationes præfatas Apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, omnesque & singulos, tam iuris, quàm facti, ac solemnitatum, etiam substantialium, aliosq; defectus,

Digitized by Google

1581. defectus, ſi qui interuenerint in eiſdem, ſupplemus. Decernentes, eaſdem 1583.
electiones, & deputationes quouis prætextu impugnari, retractari, aut inualidari nullatenus poſſe, ſed illas validas, & efficaces eſſe, ac fore, ſuoſque plenarios effectus in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi per eos, ad quos ſpectabat, & ſeruatis ſeruandis, factæ, & celebratæ fuiſſent, ſortiri, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum inuiolabiliter obſeruari debere; ipſoſque ad id cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque opportunis iuris, & facti remediis, appellatione poſtpoſita, cogi, & compelli poſſe.

§. 4. Irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, & Apoſtolicis, ac in prouincialibus, ſynodalibus, & vniuerſalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Ordini, illiuſque Correctori generali, Præſidentibus, Superioribus, Vicariis, Prouincialibus, Conuentibus, Fratribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac conſiſtorialiter, vel aliàs quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis; quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione aliàs de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcat. die 15. Aug. 1581. Pontific. noſtri anno 10. Derogat contrariis.

CONSTITVTIO VI.

Decernit, quòd deſcendentes ex genere Iudæorum, & hæreticorum in Religione recipiantur, & ad dignitates admittantur, non tamen deſcendentes ex dictis relapſis, vſque ad quartam generationem incluſiuè.

GREGORIVS PAPA XIII. 1583.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

MVneris noſtri eſſe putamus ſedulò, ac diligenter omnia curare, quæ Religionum conſeruationi, earumque profeſſorum quieti, ac tranquillitati conferant, illamque in primis curam ſuſcipere, vt iis, quæ materiam ſcandali præbere poſſunt, quamprimum via præcludatur. Proœmiſſ.

§. 1. Cùm itaque, ſicut nuper accepimus, ſtatutis in Capitulo generali Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula editis caueatur, vt nullus de genere Iudæorum, aut Mahumetanorum in eum Ordinem recipiatur; ac vt nouitius tam ad habitum, quàm ad profeſſionem admittendus, interrogetur à Prælato, an ex huiuſmodi genere deſcendat, qui, ſi negatiuè reſponderit, recipiatur, præmiſſa etiam priùs proteſtatione, quòd quotieſcumque poſtea inuentum fuerit, eum ex tali genere originem ducere, profeſſio ab eo facta erit nulla ex parte Religionis: Quod non mediocrem dicti Ordinis tranquillitati, & multis, qui ex huiuſmodi genere originem duxere, perturbationem attulit. Memorat ſtatutum factum in Capitulo generali Fontiuli nu. 14. quòd deſcendentes ex genere Cõfeſſorũ non recipiantur.

§. 2. Nos, qui deſideranter in votis gerimus, vt præfatus Ordo noſtris pro-

Digitized by Google

1583. Descendentes ex genere Iudæorũ, &c. recipiãtur in Religione.

speretur temporibus, & materia scandali penitus succisa, radicitúsque euulsa longiùs propellatur, postquam præfatorum, qui ex genere Iudæorum, & Mahumetanorum originem trahunt, & scientes, vel ignorantes se ex huiusmodi genere oriundos esse, professionem in dicto Ordine emiserunt, statui, & quieti nuper, cùm de eorum professionis validitate, & statu consulti essemus, viuæ vocis oraculo sufficienter, satis superque prouidimus, attendentes, leges, & statuta non ideo debere fieri, vt per ea scandala gignantur, & publica præsertim animarum tranquillitas perturbetur, aut commoueatur, sed potiùs ad ea tollenda, & ipsam communem quietem augendam; ac propterea statuta prædicta quò ad ea tantùm, in quibus præsentibus nostris literis aduersantur, Apostolica auctoritate, tenore præsentium abrogantes, & abolentes, & ex nunc in posterum nullius roboris, vel momenti fore decernentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia volumus, statuimus, & ordinamus, vt de cætero in nouitiis recipiendis in Ordinem præfatum S. Francisci de Paula fiat inquisitio de moribus, & vita eorum, & de suorum progenitorum defectu. Volentes, quòd iis, qui ex Iudæorum, vel Mahumetanorum genere descendunt, cùm post susceptum ab eis baptisma, Græci, & Iudæi distinctio esse non debeat, nullatenus defectus generis huiusmodi, quominùs in Ordinem prædictum recipiantur, & ad consequendas in dicto Ordine dignitates, gradus, & officia Religionis, nocere possit, vel debeat. Quantum verò attinet ad filios, & descendentes hæreticorum, præcipimus, vt filiis, & descendentibus talium conuersorum, & Ecclesiæ vnitati restitutorum pariter minimè circa præmissa quicquam obstet.

Descendẽtes ex relapsis non recipiantur.

§. 3. Quò verò ad illos, qui ex Iudæis, ex eo quod post baptisma ab eis susceptum iterum à fide catholica recesserint, per sententiam in foro Ecclesiastico latam damnatis; Mahumetanis item, & hæreticis similiter damnatis, viuis, vel defunctis, vel quorum ossa, vel statuæ combustæ sunt, originem ducunt per lineam paternam, vel maternam vsque ad quartam generationem inclusiuè, in Ordinem ipsum recipi, & admitti non posse: Et idem in iis professoribus eiusdem Ordinis, qui ad sacros, etiam presbyteratus, ordines admittuntur, seruari decernimus.

Derogat contrarijs.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac priuatis, & quibusuis aliis dicti Ordinis, in generalibus, vel prouincialibus Capitulis editis, tam generaliter de vniuerso Ordine, quàm specialiter de singulis eiusdem Ordinis domibus, vel Conuentibus, seu Monasteriis disponentibus, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Trãsumptis fidem adhiberi iubet.

§. 5. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides vbique adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum *Romæ*, apud *S. Marcum*, sub annulo Piscat. die 1. Augusti, anno 1583. Pontific. nostri anno 12.

1585.

SIXTVS V.

Qui sedit à die XXIIII. Aprilis an. 1585. ad XXVII. Aug. an. 1590.

CONSTITVTIO I.

Mandat, festum S. Francisci de Paula celebrari sub ritu duplici, & in Calendario Romano ascribi.

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiũ.

IN Cœli throno qui sedet Rex omnipotens, terramque scabellum pedum suorum calcat, supremo è solio pusillorum seruorum respicit humilitatem, eosque

1585. eosque in quibus illa eluceat, ad excelsa sublimium honorum, & gaudiorum culmina extollit; quod in Sanctis suis omni tempore demonstrauit: Recenti verò Patrum nostrorum memoria in B. Francisco de Paula amplè testificari dignatus est. Is enim ab ineunte ætate cœlestium rerum amore incensus, ex minimo, qualem se in Dei, hominumque conspectu fecerat, magnus euasit: Interque alia, quibus claruit, virtutum ornamenta, vnam mirificè amplexus est Regi Regum semper acceptam humilitatem, quam, sicuti nouerat primum ingressum fuisse Christi Saluatoris nostri in mundum, ita in angusto ad pietatem, & sanctitatem introitu patefaciendo primam sibi, & ducem, & sociam asciuit. Hac, atque aliis diuinæ gratiæ præsidiis B. Confessor munitus, apud magnos Principes, & Reges, cùm adhuc in mundo quasi hospes peregrinaretur; in patria verò cœlestes inter Choros post absolutam peregrinationem à Deo, cui fideliter seruierat, séque in primis humiliauerat, est exaltatus, magnasque virtutes, vt etiam in vita cum summa omnium, qui viderunt, vel audierunt, admiratione, meruit operari. 1585.

§. 1. Quibus virtutibus, Fratrum Minimorum, congruente suæ humilitati denominatione, Ordinem, quem viuens instituerat, mirum in modum auxit, ita vt ex Sancti viri imitatione, deuotisque Fratrum ipsorum studiis, multis iam in Italia, quæ de eius natiuitate, atque in Gallia, quæ de sancta obdormitione in Domino gloriantur, totiusque Christiani orbis Regionibus ædificatis templis, Cœnobiisque constructis, eius memoria in dies magis propagetur. Ordinem Minimorũ instituit.

§. 2. Ipse autem à fel. rec. Leone Papa X. prædecessore nostro, Sanctorum, quos Catholica veneratur Ecclesia, catalogo solemni ritu ascriptus, in Cœlo pro ipsa semper Ecclesia, assiduisque pastoralis seruitutis, & sollicitudinis nostræ laboribus apud Deum, vnà cum omnibus Sanctis, & sibi cognomine, atque æternæ felicitatis consorte B. Francisco Ordinis Fratrum Minorum Fundatore intercedit. A Leone X. canonizatus.

§. 3. Quare nos eius nomen, & sanctitatem dignis, quantùm nostra patitur infirmitas, honoribus decorare volentes, hac præsenti constitutione mandamus, vt eiusdem B. Francisci de Paula Confessoris glorioſi festus dies, qui quarto Nonas Aprilis peragitur, duplici posthac, & proprio, & vbi propria non erunt, de communi Confessorum non Pontificum, officio per cunctas totius Christiani orbis Ecclesias quotannis celebretur, & in Calendario cum duplicis festi adiectione inscribatur. Festum B. Francisci sub ritu duplicis celebretur.

§. 4. Præcipientes omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisq; Ecclesiarum Prælatis in vniuerso terrarum orbe constitutis, vt faciant in suis quisque Ecclesiis, Prouinciis, Ciuitatibus, & Diœcesibus præsentes nostras solemniter promulgari, & ab omnibus Ecclesiasticis personis secularibus, & quorumcumque Ordinum Regularibus omnino obseruari. Præsentes publicetur.

§. 5. Volumus quoque, vt præsentium exemplis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum *Romæ*, apud *S. Marcum*, anno Incarn. Dom. 1585. Pontific. nostri anno 1. Trãsumptis fidem adhiberi iubet.

CONSTITVTIO II.

Transfert celebrationem Capituli generalis, quæ fiebat die Ascensionis, ad diem Pentecostes.

SIXTVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM. 1587.

IN his, quæ ad sacrarum Religionum regimen non mediocriter pertinere cognoscimus, partes nostras, prout suadet vtilitas, & necessitas exigit, libenter interponimus. Proœmiũ.

Digitized by Google

1587. Transfert Romam celebrationẽ Capituli generalis.

§. 1. Cum itaque, ſicut accepimus, dilecti filij Fratres Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, qui vigeſimum ſeptimum eorum Capitulum generale, iuxta ordinationem, & definitionem vltimo loco celebrati Capituli generalis, in Ciuitate Aquenſi celebrare debebant; noſq; illud ob varia impedimenta, præſertim epidemiæ contagionis in eadem Prouincia graſſantis incommoda, in alma Vrbe noſtra in domo SS. Trinitatis in monte Pincio dicti Ordinis celebrari mandauimus, in proximo feſto Aſcenſionis D. N. Ieſu Chriſti præſentis anni Domini 1587. celebraturi ſint, in quo generalis Corrector, & alij eiuſdem Ordinis Officiales ad triennium, vel aliàs iuxta eius Religionis morem canonicè deligendi ſunt. 1587.

Et à die Aſcenſionis ad diem Pentecoſtes.

§. 2. Animaduertentes autem, vigente nunc in pleriſque finitimis Italiæ partibus ingenti peſtis ſuſpicione, Fratribus dicti Ordinis, quibus eam ob cauſam in dicta noſtra alma Vrbe ex Gallis, & Hiſpaniarum Regnis, aliiſque Prouinciis, & locis conueniendum eſſet, liberum non patere iter, aut acceſſum, ac propterea multos pro purganda malignitate contracti aëris in ipſius Italiæ oris retardari; Motu proprio, & certa ſcientia noſtra celebrationem proximi generalis Capituli præſentis, quod ad dictàm almam Vrbem per nos tranſlatum fuit, cui is iam dictus eſt dies, in aliud tempus, videlicet in feſtiuitate Pentecoſtes eiuſdem præſentis anni 1587. Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium transferimus.

Prouidet interim de Superiore.

§. 3. Ac, ne interim idem Ordo in ſpiritualibus, vel temporalibus aliquod incommodum ſentiat, dilectum filium Stephanum de Francica nunc dicti Ordinis generalem Correctorem, vnà cum eius Sociis, necnon Zeloſum, videlicet Procuratorem generalem eiuſdem Ordinis, vſque ad dictum feſtum Pentecoſtes ipſius anni 1587. vt præfertur, quo tempore idem Capitulum celebrandum erit, cum eiſdem facultatibus, & auctoritate, quibus in obtentis per eos officiis, & muneribus exercendis, vt præfertur, confirmamus. Decernentes, per Correctorem generalem, & alios Officiales præfatos vſque ad tempus celebrationis dicti Capituli per nos præſcriptum, gerenda quæcumque valere, ac ſubſiſtere perinde, ac ſi illi in generali Capitulo iuxta eiuſdem Ordinis ſtatuta, & conſtitutiones denuo electi, & confirmati fuiſſent.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§. 4. Sicque per quoſcumque iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere; Irritumque & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogat contrarijs.

§. 5. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictique Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis eidem Ordini, illiuſque Superioribus, & perſonis conceſſis, & confirmatis; quibus omnibus, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Trãſumptis fidem adhiberi iubet.

§. 6. Et quia difficile foret has literas ad ſingula quæque loca, quibus illis vtendum erit, deferri, volumus præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſiue quo Ordo præfatus vtitur, obſignatis, eamdem prorſus fidem haberi, quæ originalibus literis haberetur, ſi oſtenderentur. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcatoris, die 5. Maij, 1587. Pontificatus noſtri anno 3.

Reponenda hic eſſet Conſtitutio altera quæ Prouincialibus cum ſuis Collegijs Nouitiorum receptio conceditur, ſed eam nos nanciſci non potuimus. Data verò eſt an. 1588. *die* 28. *April. & incipit.* Etsi nos.

GREGORIVS

Digitized by Google

1591. 1591.

GREGORIVS XIV.

Qui sedit à die v. Decemb. an. 1590. ad xv. Octob. an. 1591.

CONSTITVTIO VNICA.

Confirmat, & innouat priuilegia, & statuta Minimorum.

GREGORIVS PAPA XIV.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula,

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Proœmiũ. ORdinem vestrum optimæ famæ odore redolentem, ac in Patris, & Institutoris vestri B. Francisci de Paula vestigiis ambulantem meritò complectimur, ac fauoribus, & gratiis prosequimur opportunis.

Concedit prout in summario. §. 1. Vestris itaque supplicationibus in hac parte inclinati, omnia, & singula priuilegia, gratias, exemptiones, immunitates, concessiones, indulta, & indulgentias, vobis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos, & Sedem Apostolicam concessa, confirmata, & approbata, necnon etiam statuta, Regulas, constitutiones, & ordinationes vestri Ordinis, quatenus sint in vsu, & sacris Canonibus, Conciliique Trid. decretis sint conformia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuò confirmamus, approbamus, & innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, illisque Apostolicæ, ac inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, eaque omnia, & singula perpetuò valida, & efficacia fore, vobisque suffragari, ac ab omnibus, ad quos spectat, aut in futurum spectabit, obseruari debere.

Decretum irritans. §. 2. Irritumque & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogat contrariis. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in literis gratiarum, priuilegiorum, & indultorum huiusmodi concessum est non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ, in Monte Quirin. sub annulo Piscat. die 5. Iulij, 1591. Pontif. nostri anno 1.

1596. 1596.

CLEMENS VIII.

Qui sedit à die xxx. Ianuar. an. 1592. ad III. Martij an. 1605.

CONSTITVTIO I.

Ordinationi, auuertimenti, è ricordi, che si danno dalla Santità di N.S. Clemente Papa VIII. alli Padri del Capitolo generale di S. Francesco di Paola radunati in Genoua quest' anno 1596.

Electiones fiant, omni passione deposita: nec pro validis eæ habeantur, in quas non cõcurrerint vota vltra medietatem.

§. 1. *Tvtte l'elettioni, così nel Capitolo generale, come poi nelli altri prouinciali, è conuentuali, si faccino deposta ogni passione, & affettione, conforme alla dispositione del sacro Concilio di Trento. Ne s'intenda per valida, e canonica quell' elettione, nella quale non saranno concorsi più della metà de i voti, non ostante qualsiuoglia vso, è consuetudine in contrario.*

Superiores non possint mutare fratres per tres menses ante diẽ electionis nec in electionibus votum habeãt, qui nõ fuerint locati per tres menses ante diẽ electionis.

§. 2. *Ne possano li Superiori leuare i frati del Conuento per tre mesi auanti il tempo dell' elettione, che quiui s'harà da fare, eccetto se hauesse commesso scandalo notorio: è nell' elettioni d' esse, che s' haranno da fare ne i Capitoli conuentuali, non habbino voto quei frati, che non saranno stati locati in quel Conuento per tre mesi auanti il giorno dell' elettione.*

Digitized by Google

1596. Generalis faciat publicare, & obseruare decreta.

§. 3. *Il Generale, che sarà eletto, faccia subito publicare i decreti di N. S. e procuri poi con efficacia possibile, e con le prouisioni opportune l'essecutione d'essi.* 1596.

Vitium proprietatis extirpetur.

§. 4. *Principalmente auuertisca di fare, che in ogni modo sia in tutto, e per tutto leuata ogni radice del vitio della proprietà, non solo apparentemente nell' esteriore, mà anco interiormente, con leuare à i frati tutte l' occasioni, per le quali possi pullulare questo pernitioso vitio nelli animi loro; poiche da esso procedono scandali infiniti nelle persone regolari.*

Infirmi vescentes carnibus in infirmaria Conuentu non egrediantur.

§. 5. *E perche il quarto voto della vita quadragesimale è quello, che fa risplendere l' instituto, e la Regola della Religione; però per euuiare alli abusi, e frandi de i frati poco zelanti della buone osseruanza, si rinoui, e restituisca intieramente, per osseruar si poi e sattamente, li ordini della Regola, e Correttorio: Cioè che ogni frate, qual sarà giudicato dal Medico douer mangiar cibi pascali, sia tenuto starsene all' infermaria per tutto quel tempo, che magnerà detti cibi, senza vscir mai di Conuento. e senza mangiar fuera di detta infermaria sotto pena di priuatione di voce attiua, e passiua per tre anni subsequenti; dalla qual pena non possa essere habilitato, se non per gratia speciale di questa santa Sede.*

Generalis teneatur visitare personaliter Cõuẽtus principaliores. Vide suprà Constit. 14. Leonis X. nu. 8.

§. 6. *Il Generale sia tenuto visitare personalmente tutti li Conuenti più principali dell' Ordine; massime in Italia, Francia, & Spagna; & portar poi in questa santa Sede tutte le sue visite con lo stato de i Conuenti, conforme all' instruttione, che è stata data dai Prelati della reforma: & il tutto debba essequire, se non sarà ritenuto da giusto impedimento, del quale porti, ò manni proue legitime, e concludenti per sua escusatione; e se sarà possibile, che giusta causa non l' impedisca, finite dette visite, se ne venghi il Generale con esse à Roma, per dar conto della buona essecutione delle commissioni di N. S. & informar la Santità sua di quello, che conuerrà, che s' habbia à fare per seruitio, e buon gouerno della Religione.*

Collegæ Generalis non sint ipsius consanguinei, nec creaturæ.

§. 7. *Li tre Compagni del Generale s' eleggano persone mature, e di gouerno, che non siano attinenti di sangue al Generale istesso, ne notoriamente creature sue, ò da lui dipendenti.*

Dicti Collegæ tenentur semper ire cum Generali sub pœna priuationis.

§. 8. *Li predetti tre Compagni vadano personalmente col Generale in visita tutt' il triennio del suo Generalato, & se alcuno mancherà non hauendo legitimo impedimento, da pronarsi della Santità sua, caschi in pena della priuation della voce attiua, e passiua per cinque anni subsequenti, ipso facto, senz' altra dichiaratione, & nella visita aiutino il Generale, facendo le parti loro, come dispone la Regola, & Correttorio.*

Tres Collegæ Prouincialis, & Correctoris non sint ipsorum consanguinei, nec creaturæ.

§. 9. *Li tre Compagni de Prouinciali, & Correttori s' elegghino persone non attinenti, ne dependenti notoriamente dal Prouinciale, ò Correttori, come s' è detto de Compagni del Generale, & faccino l' officio loro, come di sopra s' è esplicato.*

Superiores in Prouinciis studia erigant.

§. 10. *Li Superiori vsino diligenza per mettere in ogni Prouincia, one non sono, li studij dell' humanità, Filosofia, Teologia, ò almeno alcune di dette professioni, secondo la capacità de i luoghi, con fare ogn' opra, che li frati attendano à studiare.*

Examinent constitutos in sacris.

§. 11. *Li medesimi Superiori essaminino li frati constituiti in ordini sacri, & sospendino quelli troueranno ignoranti dalle funtioni delli Ordini, procurand ... ch' imparino, & si faccino sufficienti, ne li rehabilitino, fin tanto che non siano idonei.*

Nouitij professi stent sub cura magistri.

§. 12. *Li Nouitij etiamdio doppo fatta la professione, stiano sotto la disciplina del Maestro loro de Nouitij per due, ò tre anni oppresso, secondo che ricercherà la conditione, & natura del soggetto, à giudicio del Correttore. S. Tharuggio Comm.ff. di S. Spirito. M. A. Maffa.*

Generalis faciat publicare decreta, eorũque copiam singulis Prouincialibus mittat, qui de statu Religionis moneant.

§. 13. *Reuerendiss. Padre osseruandiss. D' ordine di N. S. si mandano à V. P. reuerend ss. alcuni decreti, ordini, & auuertimenti, fatti per il buon gouerno, & reforma di cotesta sua Religione, quali vuole la Santità sua, che ella li faci publicare nel Capitolo generale, facendone dar copia à tutti li Prouinciali, con ordine, che debbano essequire, & metter in vsõ in tutti li Conuenti delle Prouincie loro, & insieme con li altri, che furono molto giorni sono coassignati al P. Zeloso, & massimamente il fatto particolare di leuare tutti li Conuenti picciali, nelli quali non possono sostentar si almeno dodici frati di famiglia, e di porre in scritto lo stato di tutta la Religione, distinto per Prouincia, e poi per Conuenti, secondo la forma, che si dirà di sotto. E caso che per l' essecutioni di detti decreti, & ordini vi fusse qualche difficoltà, V. P. reuerendiss.li faccia metter in scritto con li temperamenti, che si desiderarebbono, mandandone quà poi piena informatione, acciò si possa risoluere, & ordinare appresso, quanto si giudicherà espediente. Mà frà tanto vuole, e commanda sua Beatitudine senza replica alcuna s' osserui no detti decreti, & ordini, e che à carico del Generale stia il farli essequire intieramente, conforme alla pia, & santa intentione di sua Beatitudine, con farli anco inserire frà le constitutioni dell' Ordine loro. Si vuol sapere, quante Prouincie sono quelle, nelle quali si*

1596. *li ſi diuide tutta la Religione, e come ſia ciaſcheduna Prouincia nominata, quanti Conuenti* 1603.
ſiano per ciaſcheduna Prouincia, quali, e quanti luoghi di ſtudij, quanti, e quali luoghi di Nouitij: Si manda nota, & informatione del ſito, & fabrica di ciaſcheduno Conuento, da chi, & quando ſiano ſtati fondati, ſe vi ſono Religioſi inſigni, & quali: Se hanno obligo di Meſſe, e di quante: Se vi ſia cura d' anime eſſercitata da frati, ò da altri; Quanti frati vi ſiano reſidenti, quanti di eſſi ſiano Sacerdoti, Diaconi, Subdiaconi, Clerici, quanti Conuerſi, & quanti ſeruienti; Se l' intrate ſono certe, e ſe conſiſtono in beni ſtabili, danari, ò elemoſine, & quante ſiano: Se dette intrate ſiano ſufficienti per il numero delli dodeci frati; Con tutto quello di più, che parerà poterſi dire & aggiongere alli ſopradetti capi. Conche per fine, li baciamo le mani, e preghiamo dal Signor Iddio ogni vero contento. Da Roma, li 4. di Maggio, 1596. Di V. P. reuerendiſſ. per ſeruirla S. Tharugg. Commiſſ. S. Spiritus. M. Ant. Muſſa.

CONSTITVTIO II.

Confirmat priuilegia Minimorum ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine.

CLEMENS PAPA VIII. 1603.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Procemium. INiuncti nobis Apoſtolici muneris ratio poſtulat, vt ſacrarum Religionum in militanti Eccleſia ſuaues in Domino fructus aſſiduè præſtantium paternam curam gerentes, priuilegia, gratias, & indulta illis à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & Apoſtolica Sede conceſſa quò validiùs perpetuò ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis robore libenter communiamus.

Confirmat prout in ſummario. §. 1. Volentes igitur vniuerſum Ordinem Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula, ex quo vberrimi in eadem Dei Eccleſia fructus, ad ipſius omnipotentis Dei laudem, & Chriſtianæ Reipublicæ ſpirituale commodum, & vtilitatem, ab ipſius Ordinis initio ſemper prodierunt, & in dies prodeunt, ac ipſius Ordinis Correctorem generalem, & Fratres vniuerſos ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi; ac eorum vniuerſos, & ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine per dilectum filium Franciſcum Humblot Fratrem, & Procuratorem generalem eiuſdem Ordinis nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruationes, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias, & indulta ſpiritualia, & temporalia; etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe; & cum aliis Ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium, eidem Ordini Minimorum, eiuſque Correctori generali, ac Fratribus, & Sororibus, aliiſque Religioſis vtriuſque ſexus, eorumque domibus, Monaſteriis, Eccleſiis, & locis regularibus quibuſcumque per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & Apoſtolicam Sedem ſub quacumque verborum forma, & expreſſione, in genere, & in ſpecie, aut aliàs quomodolibet conceſſa, ac pluries confirmata, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, decretis, & declarationibus, ac ſingulas literas, tam ſub plumbo, quàm in forma Breuis, aut aliàs deſuper confectas, quarum tenorem præſentibus pro expreſſis haberi volumus, quatenus tamen ſint in vſu, & non ſint reuocata, ſeu ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa, ac ſacris Canonibus, & Concilij Trid. decretis non aduerſentur, ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitu-

Digitized by Google

1603. dine, tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui interuenerint in eiſdem, ſupplemus. 1603.

Deputat Commiſſion. §. 2. Quocirca venerab. Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis quibuſcumque, necnon dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum, quandocumque fuerint requiſiti, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Correctoris generalis, & Fratrum prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eaſdem plenum eorum effectum ſortiri, illiſque omnes, quos concernunt, pacificè frui, & gaudere: Non permittentes, quemquam deſuper contra præſentium tenorem ſub quouis prætextu, & cauſa, etiam defectu intentionis noſtræ, per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari; quinimmo quicquid in contrarium attentari, vel fieri contingeret, omnino ſemper in priſtinum reponi: Contradictores quoſlibet, & rebelles etiam per quaſcumque de quibus eis videbitur, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac, legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

Derogat contrariis. §. 3. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ mem. Bonif. Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de vna, & in Concilio generali de duabus dietis, dummodò vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium non trahatur, aliiſque Apoſtolicis conſtitutionibus, & ordinationibus, ac Ordinum prædictorum ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis; priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiã derogatoriarũ derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, quomodolibet, etiã pluries cõceſſis, confirmatis, & innouatis; quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, etiam quòd in eis caueatur expreſsè, quòd illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo, & forma derogari poſſit, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus derogamus contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Trãſumptis fidem adhiberi iubet. §. 4. Verùm quia difficile foret, præſentes literas, vbicumque opus eſſet, deferri, volumus, & pariter auctoritate Apoſtolica decernimus, quòd illarum tranſumptis, manu alicuius ex Secretariis cuiuſuis prædictorum Prælatorum generalium, ac Romanæ curiæ Commiſſarij, & ſucceſſorum, aut Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo officij alterius eorumdem, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu Curiæ Eccleſiaſticæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum *Romæ*, apud *S. Marcum*, ſub annulo Piſcat. die 15. Iunij, anno 1603. Pontific. noſtri anno 12.

PAVLVS V.

Digitized by Google

[1605.] PAVLVS V. 1605.

Qui ſedit à die XVI. menſis Maij an. 1605. ad XXVIII. Ian. an. 1621.

CONSTITVTIO I.

Extendit Generalatum Ordinis Minimorum ad ſexennium.

PAVLVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

§. 1. CVm, ſicut accepimus, ex Regula, ſeu conſtitutione Ordinis Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ſanctaque Sede Apoſtolica hucuſque confirmata diſponatur, quolibet triennio, & in feſto SS. Pentecoſtes dicti Ordinis Capitulum generale celebrari; & in eo illius Corrector generalis, eiuſque Collegæ, ac etiam ipſius Ordinis Zeloſus, ſeu Procurator generalis, in loco deputato, vt moris eſt, omnibus dicti Ordinis Prouincialibus, eorumque Commiſſis congregatis, eligi debeant, prout in huiuſmodi feſto die penultima menſis Maij proximè præteriti obſeruato dictum Capitulum generale celebratum, & in eo Corrector generalis eiuſque Collegæ, & Zeloſus, ſeu Procurator generalis prædicti electi fuerunt. Nihilominus, cùm dictus Ordo, illiuſque domus regulares non ſolùm in Italia, ſed etiam in Gallia, & Hiſpania in dies propagentur, ac etiam amplientur, ipſi Generales, eorumque Collegæ ſuas integras in prædictis nationibus viſitationes nullo modo infra dictum triennium, prout ipſorum regularis Ordo requirit, efficere poſſunt, immo verò quæ ab eis in aliqua prædictarum nationum viſitatione efficiuntur, ita feſtinanter propter temporis eis præſcripti breuitatem fiunt, vt in ſuum Ordinem nullum, vel ſaltem minimum poſſit inde reſultare emolumentum, ita vt nedum ex incommodis huiuſmodi, verumetiam ex ipſo triennali ſic, vt præfertur, totius Ordinis prædicti Prouincialium, eorumque Commiſſorum ad Capitulum generale huiuſmodi celebrandum conuentu, ingentes ſumptus, graueſque moleſtias dictus Ordo ſubire cogatur. Quibus, & aliis forſan cauſis per nos prouidè conſideratis, & re ipſa à dilectis filiis Prælatis Congregationis reformationis maturè diſcuſſa, ad euitandos huiuſmodi ſumptus, & expenſas, ac incommoda, quæ præmiſſorum occaſione oriri poſſunt, modo infraſcripto prouidendum eſſe duximus.

Generalis triennalis erat, nec poterat totam Religionem viſitare.

§. 2. Nos igitur in ſupremo dignitatis culmine, diuina fauente clementia, conſtituti, ad ea, per quæ Religioſorum, piæ vitæ, diuinique numinis obſequiis ſub regularis obſeruantiæ norma vacantium ſtatus ſalubriter dirigi valeat, libenter attendentes; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtra, déque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus dictum Capitulum generale, non quolibet triennio, prout hactenus obſeruatum fuit, ſed de ſexennio in ſexennium celebretur, in eoque Corrector generalis, illiuſque Collegæ, ac Zeloſus, ſeu Procurator generalis, prædicti Ordinis Prouincialibus, eorumque Commiſſis congregatis, ac reliquis obſeruari ſolitis ſeruatis, ad huiuſmodi ſexennium eligantur, ac celebrari, & eligi debeant; ita vt electio dilecti filij *Stephani Augerij* moderni dicti Ordinis Correctoris generalis, eiuſque Collegarum, ac dilecti etiam filij *F. Hieronymi Durandi* Zeloſi, ſeu Procuratoris generalis, à die feſtiuitatis SS. Pentecoſtes huiuſmodi proximè præterita computanda duret, prout nos illam ad huiuſmodi ſexennium extendimus, & ampliamus. Quo quidem ſexennio durante, ipſi, & eorum quilibet eiſdem priuilegiis, prærogatiuis, antelationibus, fauoribus, auctoritate, officio, præeminentia, & iuriſdictione, aliiſque gratiis,

Extendit Generalatum, & Zeloſatum ad ſexennium.

Digitized by Google

1605. tam ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus dicti Ordinis Corrector generalis, eiuſque Collegæ, & Zeloſus, ſeu Procurator generalis hactenus vſi, potiti, & gauiſi fuerunt, ac quibus de iure, vſu, conſuetudine, priuilegio, aut aliàs quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ipſi pariter, & pariformiter, abſque vlla prorſus differentia, vtantur, potiantur, & gaudeant; dictoque ſexennio elapſo, & non antea, dictum Capitulum generale celebretur, & celebrari debeat, in eoque quæ de more fieri ſolent, dicto triennio penitus excluſo, fiant, & obſeruentur. Alij verò Officiales, Prouinciales, eorumq; Collegæ de triennio in triennium, ac Correctores domorum dicti Ordinis de anno in annum, prout ex Regula dicti Ordinis diſponitur, creentur, & deputentur, perpetuò ſtatuimus, & ordinamus. 1605.

Apponit pœnas pro obſeruatione.

§. 3. Et ita ſub indignationis noſtræ, necnon priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, ac inhabilitatis ad quæcumque dicti Ordinis dignitates, præeminentias, officia, & munia recipienda, & retinenda, ipſo facto incurrenda pœna, per quoſcumque dicti Ordinis Fratres, & Regulares, ac quoſuis alios obſeruari præcipimus, & mandamus.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

§. 4. Decernentes, præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut aliàs quomodolibet infringi, vel retractari, ſeu inualidari, aut ad viam, & terminos iuris reduci, ſeu in ius, vel controuerſiam vocari, aut aduersùs eas quodcumque iuris, & facti, vel iuſtitiæ, aut gratiæ remedium intentari, impetrari, vel concedi nullatenus vmquam poſſe.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§. 5. Sicque per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, dictæque Sedis de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere. Ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Commiſſarios deputat.

§. 6. Quocirca dilectis filiis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis in Regnis Franciæ, & Hiſpaniarum Nunciis, & cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Correctoris generalis, eiuſque Collegarum, ac Procuratoris prædictorum, aut alicuius eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque & cuilibet eorum in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra illos, & eorum quemlibet præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacificè frui, & gaudere: Non permittentes, illos, aut eorum quemlibet deſuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebitè moleſtari; Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, ad appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

Derogat contrarijs.

§. 7. Non obſtantibus ſel. rec. Bonif. Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodò vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium non trahatur, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac prædicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eidem Ordini, illiuſque Correctori, Collegis, Procuratoribus, aliiſque Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis: quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio

1606. mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. 1606.

§. 8. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcat. die 1. Octob. 1605. Pontif. noſtri anno 1. Trãſumptis fidem adhiberi iubet.

CONSTITVTIO II.

Decernit, quòd Conuentus SS. Trinitatis de Vrbe regatur, & inhabitetur per Patres Gallos, & quod ſolùm ſit ſubiectus P. Generali, ac eius oculato Viſitatori.

PAVLVS PAPA V. 1606.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ROmani Pontificis, in quo, diuina diſpoſitione, poteſtatis plenitudo conſtitit, prouidentia circumſpecta, ad ea, quæ ſtatui proſpero, præſertim regularium locorum quorumlibet, & in illis ſtudio piæ vitæ deditarum perſonarum, profutura conſpicit, operoſis ſtudiis intendit, & his, quæ propterea ordinata fuiſſe dicuntur, vt illibata perſiſtant, Apoſtolici muniminis adiicit firmitatem, & aliàs deſuper diſponit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Procemiũ.

§. 1. Sanè pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri *Henrici* Francorum, & Nauarræ Regis Chriſtianiſſimi nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd cùm aliàs, ſeu nuper, poſtquam lites, & controuerſiæ inter ipſum Regem, & dilectos filios Fratres nationis Gallicanæ Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, domus, ſeu Conuentus SS. Trinitatis in Monte Pincio de Vrbe ex vna, & Fratres aliarum nationum eiuſdem Ordinis partibus ex altera, occaſione habitationis, reſidentiæ, regiminis, & præeminentiæ dictæ domus, ſeu Conuentus ortæ extitiſſent, & grauiores in dies oriri formidarentur, fel. rec. Clemens Papa VIII. & Leo XI. prædeceſſores noſtri, deſiderantes litibus, & controuerſiis huiuſmodi finem imponere, ac quieti, & tranquillitati dictæ domus, ſiue Conuentus in perpetuum conſulere: Dilectis filiis noſtris *Pompeio* tit. S. Balbinæ *Arigonio*, necnon *Hieronymo* tit. S. Blaſij de annulo *Pamphilio* nuncupatis, S.R.E. Preſb. Cardinalibus, differentiarum, & controuerſiarum huiuſmodi cauſam per ſpecialia reſcripta terminandam commiſerint; Ipſique Cardinales, præuia per eos ſuper præmiſſis matura deliberatione habita, definitiuam in ſcriptis tulerint, & pronunciauerint ſententiam tenoris ſubſequentis. Ortæ ſunt lites inter Regem Galliarum, & Fratres Gallos ex vna, ac inter Fratres aliarum nationũ, ex alia, quas Clem. VIII. & Leo XI. diriminda mandarunt duobus Cardinalibus.

§. 2. Die 20 Iulij, 1605. videlicet, Chriſti nomine inuocato, pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitiuam ſententiam, quam vnanimiter in his ſcriptis de iuriſperitorum conſilio, & aſſenſu ferimus in hac cauſa, & cauſis, quæ coram nobis virtute ſpecialium Breuium, ſeu commiſſionum fel. rec. Clementis VIII. & Leonis XI. vertuntur inter Chriſtianiſſimum Galliarum Regem, & Fratres nationis Gallicanæ Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula Conuentus SS. Trinitatis in Monte Pincio ex vna, & Fratres aliarum nationum eiuſdem Ordinis partibus ex altera, de, & ſuper habitatione, reſidentia, regimine, & præeminentia dicti Conuentus, ſeu domus SS. Trinitatis, rebuſque aliis, in actis cauſæ, & cauſarum Declarauerunt dicti Cardinales prout in ſummario.

Digitized by Google

1606. præfatarum latiùs coram nobis deductis, dicimus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, Conuentum præfatum SS. Trinitatis in Monte Pincio de Vrbe per Fratres Gallicæ nationis regendum, & habitandum, quamdiu inuenian-tur, qui inibi reſidere, & cultui diuino inſiſtere voluerint, ita vt de cætero, quamdiu Fratres dicti Ordinis præfatæ nationis Gallicanæ idonei reperirentur, vt præmiſſum eſt, nullus alius, quàm eiuſdem nationis Gallicæ in Correctorem eligi, ſeu admitti, aut electus confirmari quoquo modo poſſit, ſeu præſumatur: Necnon domum, ſeu Conuentum præfatum SS. Trinitatis ab omni, & quacumque ſuperioritate, iuriſdictione, viſitatione, correctione, ſubiectione, & obedientia, præterquam pro tempore exiſtentis R. P. Correctoris generalis, vel eius oculati Viſitatoris penitus eſſe liberum, immunem, & exemptum; vexationes, & impedimenta, perturbationes, & moleſtationes quaſcumque per dictos Fratres aliarum nationum, de, & ſuper præmiſſis, & illorum occaſione quomodolibet factas, & præſtitas, factaque & præſtita, fuiſſe, & eſſe temerarias, illicitas, indebitas, iniquas, & iniuſtas, temerariaque, illicita, indebita, iniqua, & iniuſta, ac de facto præſumptas, & præſumpta; illaſque & illa ipſis Fratribus aliarum nationum minimè licuiſſe facere, neque licere; & propterea illis, & quibuſcumque prætenſionibus eorumdem Fratrum aliarum nationum, de, & ſuper præmiſſis imponendum perpetuum ſilentium fore, & eſſe, prout imponimus; mandatumque quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum, & de manutenen. decernendum, & relaxandum fore, & eſſe, prout decernimus, & relaxamus, dictoſque Fratres aliarum nationum ab expenſis hactenus factis abſoluimus. Et ita dicimus, declaramus, decernimus, pronunciamus, ac definitiuè ſententiamus, non ſolùm modo, & forma præmiſſis, ſed etiam omni meliori modo, &c. Ita proſunciamus, *Pompeius* Cardinalis *Arigonius*. Ita pronunciamus *Hieronymus* Cardinalis *Pamphilius*. 1606.

Confirmat prædictam ſententiam.

§. 3. Nos aetendentes, præfatos nationis Gallicanæ dicti Ordinis Fratres hactenus piè, & religiosè, cum odore bonæ famæ ſub ſuaui dicti Ordinis iugo in dicto Conuentu vixiſſe, & de præſenti viuere, aliiſque aliarum nationum eiuſdem Ordinis Fratribus pietate, moribus, & obſeruantia regulari præluxiſſe, & prælucere, ob idque Ordinem huiuſmodi in ſuo laudabili ſtatu, ac illius Fratres præfatos in perpetuis tranquillitate, & pace fouere, necnon quibuſuis litibus, diſcordiis, & ſcandalis obuiare, dictorumque prædeceſſorum, ac Regis præfati voluntati annuere volentes, eiuſdem *Henrici* Regis Chriſtianiſſimi ſupplicationibus hac in parte inclinati, præfatam ſententiam, ac omnia, & ſingula in ea contenta, & expreſſa quæcumque ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ poteſtatis robur adiicimus, omneſque & ſingulos ſolemnitatum, ac alios defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus.

Prohibet, quòd in dicto Conuentu non poſſint eſſe Correctores, neque locales Fratres aliarum nationum.

§. 4. Diſtrictiùs inhibentes pro tempore exiſtentibus generali Correctori, & Fratribus dicti Ordinis, ac eorum ſingulis ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, necnon priuationis dignitatum, officiorum, vociſque actiuæ, & paſſiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad illa, vel alia in poſterum obtinenda per eorum quemlibet, ſi contrauenerint, ſeu aliquis eorum contrauenerit, eo ipſo incurrendis pœnis, ne de cætero quoſuis alios, quàm præfatæ nationis Gallicanæ dicti Ordinis Fratres in Conuentu huiuſmodi Correctores, ſeu alios locales, & conuentuales, vel habitatores eligere, aut electos confirmare, inibi recipere, vel eis locum, & domicilium aſſignare, ſeu etiam quoquo modo eos admittere, vel tolerare præſumant.

Fugitiui Galli in dicto Conuentu non admittantur.

§. 5. Nolumus tamen, quòd Fratres dictæ nationis Gallicanæ, qui fugitiui, ſeu quauis alia iuris, aut facti infamia notati fuerint, in dicta domo, ſeu Conuentu recipiantur, vel admittantur.

Decretum irritans.

§. 6. Decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quocumque quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Quocirca

Digitized by Google

1606. §. 7. Quocirca venerab. Fratri Epiſcopo Sabinenſi, ac dilectis filiis noſtro in alma Vrbe Vicario, & cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Regis Chriſtianiſſimi, & Correctoris, & Fratrum dictæ domus SS. Trinitatis, aut alicuius eorum requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, illos, & eorum quemlibet præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacificè frui, & gaudere; Non permittentes, eos deſuper à quocumque quauis auctoritate quomodolibet moleſtari, perturbari, vel inquietari: Contradictores quoſcumque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. 1609. Commiſſarios deputat.

§. 8. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; necnon priuilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis; quibus omnibus, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcat. die 13. Iulij, 1606. Pontific. noſtri anno 2. Derogat contrariis.

CONSTITVTIO III.

Confirmat priuilegia Minimorum.

PAVLVS PAPA V. 1609.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

INiuncti nobis Apoſtolici muneris ratio poſtulat, vt ſacrarum Religionum in militanti Eccleſia ſuaues in Domino fructus aſſiduè præſtantium paternam curam gerentes, priuilegia, gratias, & indulta illis à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & Apoſtolica Sede conceſſa, quò validiùs perpetuò ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis robore libenter communiamus. Proœmiū.

§. 1. Exponi ſiquidem nobis nuper fecit dilectus filius *Hieronymus Durandus* Procurator generalis Ordinis Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula, quòd dictus Ordo multis ſibi à noſtris prædeceſſoribus Romanis Pontificibus conceſſis gaudet priuilegiis, quæ ſicut aliorum prædeceſſorum noſtrorum confirmatione roborata fuere, ita & noſtrarum vigore literarum communiri, & confirmari deſiderat. Quare nobis idem *Hieronymus* totius Ordinis nomine humiliter ſupplicari fecit, vt deſuper opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Supplicatio.

§. 2. Nos igitur honeſtæ huiuſmodi petitionis æquitatem attendentes, ac dicti Ordinis ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula, immunitates, exemptiones, libertates, fauores, prærogatiuas, Concedit prout in ſummario.

Digitized by Google

1609. facultates, gratias, conceſſiones, aliaque priuilegia, & indulta ſpiritualia, & temporalia, eidem Ordini, illiuſque Superioribus, Fratribus, domibus, Eccleſiis, Oratoriis, & locis regularibus quibuſcumque etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & cum aliis Ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium, ac aliàs quomodolibet conceſſa, ac ſemel, vel pluries confirmata, & approbata, dummodò tamen ſint in vſu, & ſacris Canonibus, ac Concilij Trid. decretis, ac Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris conſtitutionibus, nec debitæ nobis, & S. R. E. obedientiæ, & fidelitati repugnent, aut regularibus dicti Ordinis inſtitutis non aduerſentur, neque reuocata, & abolita, aut ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa ſint, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus; ac omnes, & ſingulos tam iuris, quàm facti, & ſolemnitatum etiam de iure neceſſariarum, & requiſitarum, aut quoſuis alios defectus, ſi qui in eis interuenerint, ſupplemus, illaque eidem Ordini, illiuſque Superioribus, Fratribus, regularibuſque perſonis, necnon domibus, Eccleſiis, Monaſteriis, & locis huiuſmodi ſuffragari, eoſque vniuerſos, & ſingulos illis vti, frui, potiri, & gaudere, vbi, quando, & quoties opus fuerit, poſſe, & debere in omnibus, & per omnia. 1609.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§. 3. Sicque per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere. Ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quocumque quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Commiſſarios deputat.

§. 4. Quocirca dilectis filiis Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac noſtris, & Apoſtolicæ Sedis etiam de latere Legatis, & Nunciis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque plenum eorum effectum ſortiri, illiſque omnes, quos concernunt, pacificè frui, & gaudere faciant: Non permittentes, quemquam illorum deſuper contra præſentium tenorem per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, vel inquietari: Contradictores quoſlibet, & rebelles etiam per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

Derogat contrariis.

§. 5. Non obſtantibus fel. rec. Bonif. Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodò vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium non trahatur, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis; quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fidem adhiberi iubet.

§. 6. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcat. die 16. Iulij, 1609. Pontific. noſtri anno 5.

CONSTITVTIO IV.

Digitized by Google

1610. 1610.

CONSTITVTIO IV.

Prohibentur Fratres tertij Ordinis S. Franciſci portare habitum noſtri coloris.

PAVLVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiũ. INter graues paſtoralis officij noſtri curas, quibus aſſiduè premimur, hæc potiſſimùm nos vrget, vt Chriſti fideles, præſertim regularem vitam profitentes, ſemotis litium anfractibus, vnanimi voce, ſub concordiæ legibus Altiſſimo vota exoluant, & ſi quæ inter eos ortæ ſint lites, & diſcordiæ, illæ, prout ius, & æquitas poſtulant, eliminentur, &, ne in futurum reſurgant, opportunis remediis prouideatur.

Orta fuit differentia inter Fratres tertij Ordinis S. Franciſci, & noſtros ſuper diſtinctione habitus.

§. 1. Aliàs ſiquidem per nos accepto, quòd lis, & cauſa inter dilectos filios Fratres tertij Ordinis S. Franciſci de pœnitentia nuncupati, vltramontanæ familiæ ex vna, & Fratres Ordinis S. Franciſci de Paula partibus ex altera ſuper colore habitus geſtandi à dictis Fratribus tertij Ordinis, vs à prædictis Fratribus S. Franciſci de Paula apertè diſtingui poſſent, pendebat. Nos litem, & cauſam, ſeu cauſas huiuſmodi venerabili Fratri noſtro Mariano Epiſcopo Tuſculano de Camerino, & dilecto filio noſtro Hieronymo tit. S. Blaſij de annulo, S. R. E. Preſb. Cardinalibus Pamphilio nuncupatis, Minimorum S. Franciſci de Paula, & Fratrum Minorum de obſeruantia Ordinũ huiuſmodi apud nos, & Apoſtolicam Sedem reſpectiuè Protectori, & Viceprotectori audiendas, cognoſcendas, decidendas, finéque debito terminandas, omni, & quacumque appellatione remota, commiſimus.

Pronunciatum eſt pro noſtra Religione.

§. 2. Qui quidem Marianus, & Hieronymus Cardinales in exequutionem commiſſionis huiuſmodi negotij pro maiori dictorum Fratrum inter ſe quiete, & tranquillitate, iudicarunt, decreuerunt, & ſtatuerunt, vt iuxta ipſorum Regulam, indultaque ſummorum Pontificum, præſertim fel. rec. Clementis Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, habitus prædictorum Fratrum tertij Ordinis, de pœnitentia nuncupati, ſit ex humili panno confectus hoc modo, videlicet, vt ex quatuor partibus lanæ naturaliter nigræ, & ſine aliqua tinctura contextæ, & vna parte lanæ etiam naturaliter candidæ, ita quòd ſingulis quatuor libris lanæ naturaliter nigræ addatur vna libra lanæ albæ, & aliàs, prout in eorumdem Mariani, & Hieronymi decreto deſuper facto pleniùs dicitur contineri.

Vterq; Ordo ſupplicauit pro approbatione dictæ ſententiæ.

§. 3. Cùm autem vtriuſque Ordinis prædicti Fratres, vt nobis nuper exponi fecerunt, plurimùm cupiant, decretum huiuſmodi pro illius firmiori ſubſiſtentia, & inuiolabili obſeruatione à nobis confirmari, & approbari; ideo nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt ſuper præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Quam Pontifex approbat.

§. 4. Nos igitur illorum votis quò quietiùs, & ſecuriùs in humilitatis ſpiritu Altiſſimo famulari valeant, annuere, eoſque ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, &c. abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, decretum prædictum, & omnia, & ſingula in illo contenta Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque omnibus, & ſingulis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, omneſque & ſingulos tam iuris, quàm facti, & quoſcumque alios, etiam quantumuis ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, aut interueniſſe dici, vel cenſeri poſſint, ſupplemus; eaque omnia, & ſingula valida, & efficacia fore, & eſſe, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis ab vtriuſque Ordinis prædicti Fratribus, nunc, & pro tempore exiſtentibus inuiolabiliter obſeruari debere decernimus.

§. 5. Mandantes nihilominus omnibus, & ſingulis ipſius Ordinis de pœni-

Digitized by Google

1613. tentia Fratribus, Miniſtris, & Prælatis vltramontanæ familiæ, præſertim Hiſ- 1610.
Fratres tertij Ordinis iubet dicto habitu vti. panorum, & Gallorum, tam præſentibus, quàm futuris in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub priuationis officiorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia in poſterum obtinenda, necnon latæ ſententiæ incurrendis pœnis, vt poſthac, elapſis ſex menſibus, dicti Fratres omnes tertij Ordinis habitu illo prædicto modo contexto induantur, & in futurum vtantur.

Commiſſarios deputat. §. 6. Quocirca venerab. Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Nunciis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte vtriuſque, ſeu alterius Ordinis Fratrum huiuſmodi fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra illos præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacificè frui, & gaudere: Non permittentes, illos deſuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebitè moleſtari: Contradictores per quoſcumque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

Derogat contrariis. §. 7. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinum prædictorum, etiam iuramento, &c. roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, illorumque Superioribus, & Fratribus, & quibuſuis aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmiſſorum quomodoliber conceſſis; quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Marcum, die 14. Auguſti, 1610. anno 6.

CONSTITVTIO V.

Mandat celebrari feſtum S. Franciſci de Paula ſub ritu duplici.

1613. ## PAVLVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Præmiſſa. NOmen S. Franciſci de Paula Confeſſoris, ſanctitate vitæ, & miraculis clariſſimi, amplioribus honoribus decorare, quantum cum Domino poſſumus, cupientes, ac totius Ordinis Fratrum Minimorum nuncupatorum, ab eodem S. Confeſſore ad decorem, & vtilitatem domus Dei vniuerſæ fundati, ſupplicationibus nobis humiliter porrectis incitati.

Concedit prout in ſummario. Vide in noſtro Rit. ante off. S. P. Franciſci, not. 1. §. 1. De venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſacris ritibus præpoſitorum conſilio, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus eiuſdem S. Franciſci de Paula Confeſſoris feſtus dies ſub ritu duplici per vniuerſum orbem ab omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, tam regularibus, quàm ſecularibus, qui Officium diuinum recitare tenentur, ſeu recitare voluerint, celebrari, ac recitari poſſit, & debeat, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus; atque idcirco in Breuiariis, & Kalendariis in poſterum imprimendis eius feſtum duplex deſcribi, omnibuſque Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum Prælatis in vniuerſo terrarum orbe conſtitutis, vt in ſuis quiſque Eccleſiis, Prouinciis, & Diœceſibus præſentes noſtras literas ſolemniter publicari, & ab omnibus Eccleſiaſticis perſonis ſecularibus, & quorumuis Ordinum Regularibus omnino obſeruari faciant, præcipimus, & mandamus.

§. 2. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec-

non

Digitized by Google

1615. non dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. 1615.

§. 3. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcat. die 4. Maij, 1613. Pontif. noſtri anno 8. Trãſumptis fidem adhiberi iubet.

CONSTITVTIO VI.

Concedit indulgentiam plenariam viſitantibus noſtras Eccleſias ſingulis primis ſextis feriis cuiuſlibet menſis; & dictas Eccleſias viſitantibus ſingulis aliis ſextis feriis totius anni ſeptem annos, & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentiis.

PAVLVS PAPA V. 1615.

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. ALiàs ad augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem cœleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, ſupplicationibus quoque dilecti filij noſtri *Scipionis* tit. S. Chryſogoni Preſb Card. *Burgheſij* nuncupati (noſtri ſecundùm carnem ex ſorore germana nepotis) nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui Eccleſiam SS. Trinitatis in monte Pincio de Vrbe ſingulis primis ſextis feriis cuiuſlibet menſis, ab ortu Solis, vſque ad occaſum dierum huiuſmodi ſingulis annis deuotè viſitaſſent, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac S. matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effudiſſent, quo die præfatorum id egiſſent, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino conceſſimus. Concedit indulgentiam plenariam.

§. 2. Inſuper eiſdem Chriſti fidelibus ſimiliter verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui dictam Eccleſiam in ſingulis aliis feriis ſextis totius anni, vt præfertur, viſitaſſent, &, vt præfertur, oraſſent, quo die id egiſſent, ſeptem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, ſeu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Eccleſiæ conſueta relaxauimus, & aliàs, prout in aliis noſtris in ſimili forma Breuis deſuper expeditis literis, quas ad decennium tantùm valere voluimus, pleniùs continetur. Concedit indulgentiam temporaneam.

§. 3. Cùm autem, ſicut accepimus, dictum decennium propediem ſit expiraturum, nos Eccleſiam huiuſmodi ampliori dono illuſtrare cupientes, ac dictarum literarum tenorem præſentibus pro expreſſo habentes, omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui Eccleſiam SS. Trinitatis huiuſmodi ſingulis primis ſextis feriis cuiuſlibet menſis ab ortu Solis, vſque ad occaſum dierum huiuſmodi ſingulis annis deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac S. M. Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die præfatorum id egerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſsionem miſericorditer in Domino concedimus. Confirmat prædictas indulgentias.

§. 4. Inſuper eiſdem Chriſti fidelibus ſimiliter verè pœnitentibus, & confeſ-

Digitized by Google

1619. sis, ac sacra communione refectis, qui præfatam Ecclesiam in singulis aliis se- 1619.
Confirmat etiam alias supradictas indulgẽtias. riis sextis totius anni, vt præfertur, visitauerint, & orauerint, quo die id egerint, septem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta, seruata in reliquis, in omnibus, & per omnia præfatarum literarum forma, relaxamus, præsentibus ad aliud decennium à fine dicti decennij computandum, tantùm valituris. Datum Romæ, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscat. die 8. Augusti, 1615. Pontif. nostri anno 12.

CONSTITVTIO VII.

Mandat Superioribus Ordinis Minimorum sub merito sanctæ obedientiæ, & pœna excommunicationis maioris ipso facto incurrenda, ne ad instantiam quarumcumque personarum extra Ordinem existentium dignitates suis subditis conferant, nec pœnas remittant; quibus pœnis subiacere vult etiam subditos fauores procurantes.

1619. PAVLVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiũ. ADmonemur pastoralis officij nostri debito diligentiùs prospicere, ne Religiosis, qui regularem vitam professi seculo renunciarunt, ad dignitates, & officia per emendicata suffragia ambitiosus pateat accessus.

Statuit prout in summario. §. 1. Quocirca motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, dilectis filiis Correctori generali, ac Prouincialibus, & reliquis Ordinis Fratrum S. Francisci de Paula Minimorum nuncupatorum Prælatis, nunc, & pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda præcipimus, & mãdamus, ne ad instantiam, & requisitionem quarumcumque personarum, tam laicorum, quàm ecclesiasticarum, extra dictum Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacumque seculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuiusuis dicti Ordinis Religioso vllam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere, seu gradus, honores, dignitates, officia, administrationes, functiones, & prælaturas eiusdem Ordinis concedere audeant: Quinimmo dicti Ordinis Fratres, & Religiosos, qui contra decreta hac via, & his mediis, & per conquisitos fauores, & suffragia aliquid sibi procurauerint, ad talia, & similia, ac etiam maiora in eodem Ordine consequenda perpetuò inhabiles declaramus.

Fauores spõte oblatos recusare teneatur. §. 2. Insuper dictis Religiosis, & Fratribus eiusdem Ordinis quibuscumque sub eisdem pœnis præcipimus, & expressè interdicimus, vt non solùm in præmissis omnibus fauores huiusmodi minimè procurare, sed nec etiam spontè oblatos, aut ab eis minimè procuratos recipere; & similiter ne ad hũc effectum munera aliqua prædictis personis exhibere audeant, seu præsumant.

Derogat contrariis. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictiq; Ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si Ordini, & Fratribus prædictis communiter, aut diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Trãsumptis fidem adhiberi iubet. §. 4. Volumus autem, quòd præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur,

1622. beatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscat. die 6. Septemb. anno 1619. Pontif. nostri anno 15. 1622.

GREGORIVS XV.

Qui sedit à die IX. Februar. an. 1621. ad VIII. Iulij an. 1623.

CONSTITVTIO I.

Confirmat priuilegia Minimorum.

GREGORIVS PAPA XV.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

INiuncti nobis Apostolici muneris ratio postulat, vt sacrarum Religionum in militanti Ecclesia suaues Domino fructus assiduè præstantium paternam curam gerentes, priuilegia, gratias, & indulta, illis à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa, quò validiùs subsistant, Apostolicæ confirmationis robore libenter communiamus. Proœmiū.

§. 1. Cùm itaque, sicut dilecti filij Procurator generalis, & Fratres Ordinis S. Francisci de Paula Minimi nuncupati, nobis nuper exponi fecerunt, ipsi diuersis priuilegiis, gratiis, & indultis, sibi, & eorum domibus regularibus, & Ordini à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessis gaudeant, eadémque priuilegia, gratias, & indulta, pro maiori eorum validitate, Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri plurimùm desiderant. Supplicatio.

§. 2. Nos Procuratoris, & Fratrum prædictorum votis, quantum cum Domino possumus, benignè annuere, ipsosque specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; omnia, & singula priuilegia, gratias, & indulta, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros Fratribus prædictis, eorumque domibus regularibus, & Ordini concessa, dummodò sint in vsu & non sint reuocata, aut sub aliquibus reuocationibus comprehensa, & sacris Canonibus, ac Concilij Tridentini decretis & constitutionibus Apostolicis non aduersentur, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus & confirmamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus. Confirmat priuilegia.

§. 3. Decernentes præsentes literas validas, firmas & efficaces existere & fore, ac Fratribus prædictis in omnibus & per omnia pleniſſimè suffragari debere: necnon irritum & inane, si secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die 11. Augusti, 1622. Pontific. nostri anno 2. Derogat contrariis.

1623. 1623.

CONSTITVTIO II.

Erigit Monaſterium Monialium apud Abbatiſuillam in Gallia.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiū. APoſtolicæ nobis iniunctæ deſuper ſeruitutis officium nos excitat & inducit, vt circa ea quæ pro proſpero Monaſteriorum & piorum locorum, in quibus æternæ beatitudinis amatrices, quæ habitu ſacræ religionis aſſumpto, ſponſo Ieſu Chriſto voto celebri ſe deſponſare, ac eidem vt prudentes virgines accenſis lampadibus obuiam ire præparant; mundaniſque propulſatis illecebris debitæ regularis obſeruantiæ iugo ſe ſubmittere & diuinis obſequiis coaptare proponunt, piæ vitæ ſtudio, aſſiduitate vacare & degere poſſint, ſtatu & propagatione per Chriſti fideles pio affectu procurari dignoſcuntur, operoſis ſtudiis intendamus, ac aliàs deſuper diſponamus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Supplicatio. §. 1. Sanè pro parte dilectarum in Chriſto filiarum virginum ſub regula Sororum Ordinis Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula nuncupatorum in Monaſterio Monialium dicti Ordinis pridem per dilectum filium *Franciſcum de la Riuiere*, tunc eiuſdem Ordinis in prouinciis Franciæ Viſitatorem & Vicarium generalem in Oppido *Abbatiſuilleni*, vulgò *d'Abbeuille*, *Ambianenſis* Diœceſis erecto viuentium, nobis nuper exhibita petitio continebat: Quòd cùm antecâ dictus *Franciſcus* Viſitator & Vicarius nouem ex ipſis virginibus ſub tertia Regula eiuſdem Ordinis in communi viuentes, ac à Fratribus eiuſdem Ordinis Prouinciæ Pariſienſis rectas & gubernatas, ſub ſpeciali cura & moderamine dilectæ in Chriſto filiæ *Gabriela Foucquart* viduæ ſexagenariæ, quæ à viginti annis præterat omnibus Sororibus Tertiariis nuncupatis dicti oppidi *d'Abbeuille*, & ſpecialiter per quatuordecim tunc continuos vltimos annos Congregationi & communitati huiuſmodi in domo, quam cum ſuo viridario & appendicibus nomine dictæ Congregationis & communitatis coëmerat, & inſuper omnes & earum ſingulas vniformem coloris, prout Ordinis, veſtitum deferentes, caput & frontem lineis pannis accommodatum ad morem Monialium, peculiares cellulas habentes, diuinumque Officium in oratorio intra ſepta dictæ domus de licentia Ordinarij loci, extructo, Dominicis & aliis feſtiuis diebus recitantes, in refectorio ſimul conuiuentes, nomine dictæ congregationis & communitatis contractus facientes, alias domos & ſitus, quæ ſibi adiacebant, ementes, legata pia acceptantes, puellas cum earum dote recipientes, vota caſtitatis ſimplicia inter manus Fratrum prædicti Ordinis facientes, abſque eo tamen quod profeſſionem ſolemnem emitterent, & clauſuram ſeruaſſent, inueniſſet, ſatagens *Franciſcus* Viſitator & Vicarius generalis prædictus, quæcumq; ad iniunctum ſibi munus ſpectantia adimplere & abſoluere, præuio cõſenſu venerabilis Fratris noſtri moderni Epiſcopi *Ambianenſis*, nouem ex ipſis mulieribus Tertiariis in Sorores choriſtas, & alia[illegible]n bonæ indolis puellam illarũ antiquam famulam in Sororem oblatam, iuxta formam perpetuæ conſtitutionis felicis recordationis *Pij* Papæ V. prædeceſſoris noſtri ſuper clauſura & reformatione quarumcumque Monialium, editæ quæ incipit, Cura paſtoralis officij, ſub datum quarto Idus Iulij Pontificatus ſui anno primo, perpetuæ clauſuræ ſubiecit, ac in Moniales & Sorores ſecundæ regulæ dicti Ordinis recepit, habitumque illius regularem, prout in Capitulo de indumentis Sororum dicti Ordinis deſignatus reperitur, eiſdem conceſſit ac dedit, earumque ædes cum ſufficienti, tam ſacra, quàm profana ſupellectili inſtructas ad decentem Monaſterij formam reductas, & ad huiuſmodi clauſuram ſeruandam, quam ab hinc duobus fermè annis obſeruarunt, aptas in Monaſterio Monialiũ ac Sororum dicti Ordinis

1623. Ordinis erexit; quibus debitè peractis dilectus filius Corrector prouincialis dicti Ordinis in Prouincia Franciæ, eiuſmodi Monaſterij erectioni & clauſuræ ſe oppoſuit, & ad venerabilem Fratrem noſtrum modernum Epiſcopum *Lauellenſem* eiuſdem Ordinis tunc Correctorem generalem appellauit, ſuper quo negotio Epiſcopus & Corrector generalis prædictus receptis partium rationibus, præmiſſa omnia per dictum *Franciſcum* Viſitatorem & Vicarium generalem ſic, vt præfertur, peracta approbauit & confirmauit, Monaſterium prædictum intra gremium dicti Ordinis inſerendo & incorporando: Quinimò dicto *Franciſco* Viſitatori & Vicario generali curam dicti Monaſterij & mulierum, atque ipſius & earum progreſſum & incrementum procurare præcepit: vnde poſtea idem *Franciſcus* Viſitator & Vicarius generalis alias virgines puellas Deo in religione & Monaſterio huiuſmodi ſeruire cupientes ad habitum recepit, ex quibus quatuor, quæ de præſenti in Monaſterio prædicto exiſtunt, octo millia librarum turonenſium, tria millia & ducenta ſcuta, vt dictæ virgines aſſerunt, conficientium, eidem Monaſterio pro dote attulerunt, & licet virgines prædictæ ſuper præmiſſis nullatenus amplius moleſtari, perturbari, aut aliàs quomodolibet inquietari debuiſſent; Nihilominus Corrector prouincialis prædictus illa omnia ab eodem Epiſcopo reuocari obtinuit, per quoddam eiuſdem Epiſcopi & generalis decretum definitiuum. A quo cùm pro parte dictarum virginum ad nos & Sedem Apoſtolicam appellatum fuiſſet, & ipſæ habitum dimittere & clauſuram violare recuſarent, non obſtante earum appellatione huiuſmodi per dictum Correctorem prouincialem, & etiam per Epiſcopum *Ambianenſem* excommunicatæ & interdictæ fuerunt; Cùm autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, virgines prædictæ de præſenti & duobus ferè ab hinc annis tredecim in dicto Monaſterio reperiantur, quarum vndecim in choro interuiunt, & duæ ſunt oblatæ ſeu conuerſæ Sorores, clauſuram pariter, vt aliæ, obſeruantes. Prædictum verò Monaſterium quadringenta ſcuta aurea, quæ ad numerum maiorem Monialium ſuſtentandarum ſufficiunt, cùm in dicto oppido *d'Abbeville*, puellæ ſolum viginti ſcuta aurea pro annuo victu perſoluant, in annuo redditu habeat; proindeque ad hoc, vt perpetuo religionis iugo reliquo earum vitæ tempore in pacis tranquillitate & ſemotis omnibus controuerſiis & litibus Altiſſimo famulari, & ad regularia vota ſolemniter emittenda, ac ad ea quæ ad prædictæ regulæ obſeruantiam ſpectant, ſeſe exercere poſſint & valeant, per nos modo & formâ infrà ſcriptis eis prouideri ſummopere deſiderant. 1623.

§. 2. Nos igitur eaſdem virgines & earum quamlibet à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes ſupplicationibus dictarum virginum nobis in hac parte porrectis benignè inclinati, de voto venerabilium Fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis regularium præpoſitorum, eamdem domum in Monaſteriũ, ita quod illud perpetuis futuris temporibus pro vſu & habitatione vnius Correctricis matris, ac totidem Monialium eiuſdem Ordinis, quot ex eiuſdem Monaſterij annuis redditibus commodè manuteneri poſſint, quæ ſaltem in numero duodecim exiſtant, & quæ omnes habitum Religioſum per Sorores Moniales aliorum Monaſteriorum Monialium eiuſdem Ordinis in Hiſpaniis & Italia erectorum & inſtitutorum geſtari ſolitum ſuſcipere, & elapſo probationis anno profeſſionem per eaſdem Moniales emitti conſuetam, emittere, paupertatiſque, caſtitatis, & obediẽtiæ, ac vitæ quadrageſimalis ſolemnibus votis ſe aſtringere, perpetuamque & irreuocabilem clauſuram, ac ritus, mores, conſuetudines, & regularia inſtituta, dictamque regulam per piæ memoriæ *Iulium* Papam ſecundum etiam prædeceſſorem noſtrum confirmata & approbata ſeruare, ac in communi & conuentualiter viuere, diuinaque laudibus & officiis inſiſtere debeant, & teneantur Apoſtolica auctoritate tenore præſentium, ſine tamen

Erigit Monaſterium cum omnibus viribus & gratiis quæ aliis in Hiſpania & Italia competunt.

1623. alicuius præiudicio, de nouo perpetuò erigimus & inſtituimus, illique ſic erecto & inſtituto pro eius congruâ dote, ac illius Correctricis matris, ac Monialium pro tempore exiſtentium commodâ ſuſtentatione, onerumque eis incumbentium ſupportatione redditus annuos illi hactenus, vt præfertur, aut alias quomodolibet legitimè acquiſitos, ſiue donatos & elargitos, ſeu bona, in quibus illi conſiſtunt, ac omnia & ſingula bona, proprietates & redditus, cenſus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque in perpetuum, vel ad tempus illi pro augmento bonorum & reddituum, illiuſue, ſeu etiam Monialium in illud pro tempore admittendarum intuitu & contemplatione pro dote, ſeu in eleëmoſynam, aut alios quomodocumque & qualitercumque elargienda, donanda, & eroganda ex nunc, prout ex tunc, & è contra poſtquam elargita, donata, & erogata fuerint, ita quod liceat ipſius Monaſterij Correctrici & conuentui pro tempore exiſtenti corporalem, realem, & actualem illorum omnium, ac iurium & pertinentiarum ſuorum quorumcumque poſſeſſionem per ſe, vel alios nomine prædicti Monaſterij propriâ auctoritate liberè apprehendere, & apprehenſam perpetuò retinere, fructus quoque, redditus & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque ex eis prouenientia percipere, exigere, leuare, locare, & arrendare, ac in eiuſdem Monaſterij, illiuſque Correctricis, & Monialium pro tempore exiſtentium communes vſus & vtilitatem conuertere Diœceſani loci, vel cuiuſuis alterius licentia deſuper minimè requiſita auctoritate & tenore præmiſſis etiam perpetuò applicamus & appropriamus, ac Monaſterium huiuſmodi & illius pro tempore exiſtentes Correctricem, Conuentum, Moniales, Rectores, Sindices, Officiales, miniſtros ſeruientes, & perſonas, ac proprietates, & bona vniuerſalia, mobilia & immobilia, præſentia & futura cuiuſcumque qualitatis, generis, ſpecici & naturæ exiſtentia perpetuæ viſitationi, correctioni & obedientiæ ac ſuperioritati, & omnimodè iuriſdictioni in ſpiritualibus & temporalibus dilecti filij noſtri *Hippolyti* tituli ſanctæ Mariæ nouæ Diaconi Cardinalis *Aldobrandini* Protectoris, ſeu eiuſdem Ordinis Correctoris generalis, ac dictæ prouinciæ Prouincialis nunc & pro tempore exiſtentium, ſaluis tamen dicti Ordinarij iuribus & Decretis ſacri Concilij Tridentini, & Apoſtolicis conſtitutionibus ad eum ſpectantibus, Apoſtolica auctoritate earumdem tenore præſentium ſupponimus & ſubmittimus, & nihilominus eidem *Hippolyto* Cardinali & Protectori ex nunc, vt interdictum, vel interdicta contra ipſas virgines appoſitum vel appoſita tollat, & eas à quauis excommunicatione contra illas propter præmiſſa prolata ad cautelam abſoluat, vel tolli & abſolui mandet, ipſaſque ad profeſſionem ſolemnem iuxta formam Monialium, ſeu Sororum dictæ ſecundæ regulæ admittat, vel admitti mandet, eoſque cum illarum Monaſterio prædicto ſub dicta regula, vt præfertur, erecto in eiuſdem Ordinis curam & gubernium ſuſcipiat, ac ſuſcipi & retineri curet auctoritate, & tenore præmiſſis committimus. Præterea eiſdem Correctrici & Monialibus quæcumque ſtatuta & ordinationes, Capitula & decreta ad Monaſterij ſic erecti, illiuſque perſonarum, rerum, bonorum ſpiritualium & temporalium curam, regimen, & gubernium, adminiſtrationem, directionem, & proſperum ſtatum, ac ipſarum Monialium receptionem, admiſſionem, ætatem, qualitates, victum, amictum, inſtructionem, diſciplinam, precum, orationum, & aliorum ſuffragiorum formam pertinentia, aliâs regulæ vtilia & neceſſaria, licita tamen & honeſta, ſacriſque Canonibus, ac conſtitutionibus Apoſtolicis, & Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini decretis, regularibus inſtitutis prędicti Ordinis non contraria, & ab ordinario loci prius examinanda faciendi & edendi, ac quoties pro rerum & temporum qualitatibus, ſeu aliàs expediens videbitur, illa præuiis examine & approbatione huiuſmodi immutandi, corrigendi, moderandi, & in melius reformandi, ac etiam alia ex integro condendi, quę poſtquam condita, & vt præfertur approbata fuerint à Correctrice & Monialibus pro tempore exiſtentibus prędicti Monaſterij firmiter & inuiolabiliter ſub pœnis in eis infligendis obſeruari & adimpleri debeant, eiſque omnibus & ſingulis priuilegiis, 1623.

Digitized b

1623. priuilegiis, facultatibus, immunitatibus, exemptionibus, prætogatiuis, præ- 1623.
eminentiis, antelationibus, conceſſionibus, indultis, indulgentiis, aliiſque fauoribus & gratiis, tam ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus alia Monaſteria Monialium prædictarum Ordinis & inſtituti in *Hiſpaniis* & *Italia*, vt præfertur erecta & inſtituta, earumque Correctrices, Moniales, & alias perſonas in genere, vel in ſpecie, & per viam communicationis, & aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum pariter & pariformiter, ac ſine vlla prorſus differentia, & æquè principaliter, dummodo tamen ſint in vſu, hactenuſq; reuocata non fuerint & ſacris Canonibus, maximè verò dicti Concilij Tridentini decretis non aduerſentur, frui, potiri, vti & gaudere poſſint, & valeant in omnibus, & per omnia perinde ac ſi illa Monaſterio, ſicut præfertur, erecto, illiuſque Correctrici & Monialibus, ac perſonis ſpecialiter & expreſsè conceſſa eſſent. Poſtremo eiſdem nunc & pro tempore dicti Monaſterij Correctrici & Monialibus, vt virgines ad habitum & profeſſionem regulares in eodem Monaſterio recipiendas & admittendas recipere poſſint & valeant, ſeruatâ tamen in omnibus formâ & diſpoſitione ſacri Concilij Tridentini & non aliàs, eiſdem auctoritate & tenore de ſpeciali gratiâ indulgemus, eiſque plenam, liberam, & abſolutam licentiam & facultatem deſuper impartimur, decernentes eaſdem præſentes ſemper & in omni tempore etiam aduerſus quaſcumque neceſſarias diſpoſitiones, & obſtacula quæcumque, validas & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ac ab omnibus & ſingulis obſeruari debere, neque ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus etiam per nos & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, ſub quibuſuis verborum expreſſionibus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis pro tempore factis, vel faciendis comprehendi vel confundi, ſed ab illis ſemper & perpetuò excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de nouo etiam ſub poſteriori data quandocumque eligenda conceſſas eſſe & fore.

Decretum irritans, &c.

§. 3. Sicque & non aliter per quoſcumque iudices ordinarios, vel delegatos quauis auctoritate fungentes etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, ac Nuncios iudicari & definiri debere, irritumque ac inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputat Conſeruatores.

§. 4 Quocirca dilectis filiis Pariſienſi, Ambianenſi, ac Sueſſionenſi Officialibus per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, vt ibi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictarum virginum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, ipſiſque virginibus in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra virgines prædictas illis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eas per quaſcumque quouis quæſito colore, prætextu, vel ingenio directè vel indirectè, quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Derogat contrariis, &c.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis Apoſtolicis, ac in prouincialibus, ſynodalibus, vniuerſalibuſque Conciliis editis vel edendis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus & ordinationibus, ac Ordinis prædicti iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate aliâ roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Sanctio pœnalis, &c.

§. 6. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, ſuppoſitionis, ſubmiſſionis, commiſſionis, indulti, decreti & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem om-

1624. nipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem, anno Incarnationis Dominicæ 1623. quarto Idus Iunij, Pontificatus noſtri anno tertio. 1624.

VRBANVS VIII.

Qui à die VI. Auguſt. an. 1623. ſedet atque in hodiernum diem feliciter regnat.

CONSTITVTIO I.

Eſt delegatio, vt vocant, Apoſtolica pro Generali viſitatore.

Dilecto filio Ægidio Camart Correctori Generali Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula.

VRBANVS PAPA VIII.

Dilecte fili ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

VT ſuſceptam à te viſitationem tui Ordinis Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula noſtra & Apoſtolicæ Sedis auctoritate ſuffultus, fœliciter proſequi & abſoluere valeas. Nos auctoritatem tuam excitantes, tibi quæcunque præfati Ordinis Monaſteria, domos, & Conuentus, tam in *Italia*, quàm extra eam, & præſertim in *Gallia*, & *Hiſpaniarum* regnis exiſtentia, eorumque Superiores, & Fratres quoſcunque viſitare, ac tam in capite, quàm in membris corrigere, & reformare, atque in illorum vniuerſorum & ſingulorum ſtatum, formam, inſtituta, regimen, ſtatuta, conſuetudines, vitam, mores, ritus, & diſciplinam, tam coniunctim, quàm diuiſim inquirere, ac Euangelicæ & Apoſtolicæ doctrinæ, ſacrorumque Canonum, & Generalium Conciliorum decretis regularibuſque inſtitutis ipſius Ordinis inhærendo, quæcunque mutatione, correctione, emendatione, reuocatione, renouatione, ac etiam ex integro editione indigere cognoueris, mutare, corrigere, emendare, reuocare, renouare, ac etiàm ex integro condere, condita ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis, dictiſque regularibus inſtitutis non repugnantia confirmare: abuſus quoſcunque tollere, bonas & laudabiles conſuetudines, diuinum cultum & regularem diſciplinam ſicubi eſt conſeruare, vbi verò collapſam compereris, modis congruis reſtituere, ac ipſius Ordinis regulares perſonas quaſcunque ad debitum honeſtum vitæ modum reuocare & ſtatuere, & quicquid ſtatueris & ordinaueris, etiam ſub cenſuris & pœnis perpetuò obſeruari mandare: contradictores quoſcunque per eaſdem cenſuras & pœnas eccleſiaſticas, ac priuationis officiorum & dignitatum, vociſque actiuæ & paſſiuæ, & perpetuæ ad illa & alia in poſterum conſequenda inhabilitatis cogere & compellere, ac demum omnia & ſingula, quæ ad viſitationem, correctionem, & reformationem, & proſperam dicti Ordinis directionem pertinere cognoueris, facere, gerere, mandare, ordinare, & exequi liberè & licitè poſſis & valeas auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium plenam, liberam, & amplam facultatem & auctoritatem concedimus & impertimur: mandantes propterea dilectis filiis Superioribus, & Fratribus, ac Religioſis quibuſcunque dicti Ordinis, vt te debita honorificentia proſequentes, tuis ſalubribus monitis & mandatis humiliter pareant, & efficaciter adimplere procurent; alioquin ſententiam ſine pœnam, quam ritè tuleris ſeu ſtatueris in rebelles, ratam habebimus & faciemus auctore Domino vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari in contrarium facientibus nonobſtantibus quibuſcunque. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcat. die 12. Ianuarij 1624. Pontificatus noſtri anno 1.

CONSTITVTIO II.

Digitized by Google

1624. 1624.

CONSTITVTIO II.

Approbat ſtatuta Capituli Generalis Romæ celebrati anno 1623, circa ea quæ agenda ſunt in caſu mortis Patris Generalis, &c.

VRBANVS PAPA VIII.
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiũ. VT ea quæ pro perſonarum quarumlibet, præſertim Regi ſeculorum obſequiis ſub ſuaui iugo Altiſſimo famulantium, proſpero felicique regimine facta fuiſſe dicuntur, vt firma perpetuò & illibata perſiſtant, libenter cùm à nobis petitur, Apoſtolicæ confirmationis patrocinio communimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Expoſitio ſtatutorum Ordinis circa electionem Vicarij generalis. §. 1. Sanè, nomine dilecti filij *Ægidij Camart* Correctoris Generalis Ordinis Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula, Nobis nuper expoſitum fuit, quòd aliâs pro felici eiuſdem Ordinis directione & præſertim illius Vicarij generalis electione nonnulla ſtatuta condita fuerunt tenoris ſubſequentis, videlicet. Primò, ſtatutum fuit in Capitulo Generali eiuſdem Ordinis habito Paulæ an. 1535. auctoritate Apoſtolica confirmato, quòd ſi contingeret (quod Deus auertat) Reuerendiſſimum Patrem Generalem diem claudere extremum, fiat de Vicario generali electio per eiuſdem Generalis ſocios cum R. P. Prouinciali illius Prouinciæ in quâ morietur, vel ei proximioris, ſi extra quandam Prouinciam moriatur, ac ſociis illius & Correctore locali vbi morietur, vel proximioris Conuentus. Qui omnes ſimul prædicti Electores de toto gremio Religionis vnum in Vicegeneralem vſque ad proximum Capitulum generale celebrandum eligant, ita tamen quod nullus prædictorum eligentium ad prædictum officium aſſumi valeat: hic autem in prædictum Vicarium etiam pro quocunque tempore aſſignatus, in Generalem immediatè & poſtmodùm recligi & deputari valebit.

§. 2. Deinde in vltimo Generali Capitulo eiuſdem Ordinis habito Romæ in Conuentu ſanctiſſimæ Trinitatis anno 1623. ſeſſ. x. quæſitum fuit, an in caſu mortis R. P. Generalis (quod abſit) ſtandum eſſet in numero Electorum iam ab aliis Capitulis deputatorum, an potiùs idem numerus eſſet augendus: & variis hinc inde diſcuſſis rationibus, tandem negotium remiſerunt Patri Generali, qui vnà cum ſuis Collegis, conſulto etiam Illuſtriſſimo Protectore determinarent quid eſſet agendum Quapropter facta ſuper hoc matura conſideratione, prout infra, ſtatuendum conſentaneum duximus.

Diſpoſitio circa electionem Vicarij Generalis.

Primò, De morte Generalis, & qui erit eius Vicarius vſque ad electionem.

Patre Generali claudente diem extremum, continuò antiquior ex Collegis, qui tunc præſentes aderunt, accipiat vtrumque ſigillum Ordinis, & Vicegeneralis fungatur officio tantiſper, donec ad electionem Vicarij generalis procedatur.

Secundò, De monendis Superioribus Ordinis circa mortem Generalis.

Præfatus Pater Collega in Vicarium inſtitutus, vt primum mors Patris Generalis acciderit, notam illam faciat omnibus Prouincialibus Ordinis, tum vt debitæ orationes & ſacrificia pro anima defuncti offerantur, tum vt Electores futuri Vicarij Generalis præparent ſe ad electionem faciendam.

Tertiò, De poteſtate Collegarum Sede Generalis vacante.

Quamdiù Sedes Generalis vacabit, non poterunt Collegæ vllam viſitationem facere, neque inſtituere vllos Prouinciales aut alios Superiores, neque illos deponere. Non poterunt etiam vlla ſtatuta condere, vel aliquem fratrum priuare aut rehabilitare, neque vllam rem magni momenti expedire, ſed omnia reſeruabuntur Vicario Generali futuro.

Digitized by Google

1624. *Quartò, De Electoribus Generalis.* 1624.

Ex qualibet Natione Italiæ, Galliæ & Hiſpaniæ quatuor Patres conuenient ad locum deſtinatum cum tribus Patribus Collegis Generalis prædefuncti, vt eligant ſimul Vicarium generalem, nempè duo Prouinciales & duo Commiſſi ex qualibet Natione.

Quintò, De Prouincialibus, & quomodo aſſumi debeant.

Porrò Prouinciales aſſumentur ſecundùm ordinem antiquitatis Prouinciarum, mutando de ſexennio in ſexennium iuxta ſeriem Prouinciarum, exempli gratia in hoc ſexennio habebunt ius electionis, pro Italia Patres Prouinciales S. Franciſci & Meſſanæ: pro Gallia Turonenſis & Franciæ: pro Hiſpania Granatenſis & Caſtellæ: in futuro autem ſexennio duo alij Prouinciales Prouinciarum proximè ſuccedentium in qualibet Natione ſecundùm antiquitatem, & ita deinceps de ſexennio in ſexennium donec impleatur numerus Prouinciarum cuiuſlibet Nationis. Poterunt autem Prouinciales, quibus continget ſuo ordine intereſſe electioni Vicarij Generalis, causâ euidentis infirmitatis, ſubſtituere Vicarium, prout fit in Capitulo generali.

Sextò, De Collegu Patris Generalis morbo detentis.

Similiter ſi Patres Collegæ Generalis, vel illorum alter morbo aliquo ita detineantur, vt non poſſint adire locum ad electionem deſtinatum, poterunt ſubſtituere aliquem Patrem idoneum ex illa Natione cuius ſunt Collegæ, qui literis authenticis munitus ius habebit in electione.

Septimò, De Commiſſis.

Commiſſi verò non aſſumentur ex eiſdem Prouinciis, ex quibus Prouinciales veniunt ad electionem, ſed ex duabus prouinciis proximè ſuccedentibus, ad hoc vt plures cuiuſlibet Nationis concurrant ad electionem Vicarij generalis.

Octauò, A quibus debeat fieri electio Commiſſorum.

Ipſi verò Commiſſi eligantur reſpectiuè in ſuis Prouinciis à Prouinciali Collegis & Diffinitoribus Prouinciæ, veniantque ad locum deputatum muniti literis authenticis ſuæ deputationis.

Nonò, De Correctore Conuentus vbi moritur Generalis.

Cæterùm ſi Pater Generalis decedat in aliquo Conuentu, Superior illius Conuentus veniet ad electionem Vicarij generalis futuri, & tunc pro illa Natione in qua eſt ipſe Corrector, non eligatur niſi vnus Commiſſus, nempè in antiquiori Prouinciâ ex duabus quæ venient in ordinem, ad hoc vt votorum ſit paritas in qualibet Natione; & Prouincia in qua non fit electio pro hac vice carebit ſuo voto, ita vt in ſubſequenti ſexennio aſſumantur Commiſſi ex aliis duabus Prouinciis immediatè ſubſequentibus.

Decimò, De morte Generalis extra Conuentus.

Si verò contingat Patrem Generalem mori extra Conuentum, vtputâ in itinere, vel in alio quouis loco, ſecundùm quod frequenter accidit inter immenſa pericula viarum, tunc nullus ex Correctoribus vicinioribus loci deceſſus huiuſmodi intererit electioni, ſed tantùm Prouinciales & Commiſſi.

Vndecimò, Quod ſemper Corrector Conuentus vbi morietur Pater Generalis votum habeat.

Quamquam verò Commiſſi nullo modo aſſumi debeant ex eiſdem Prouinciis, ex quibus Prouinciales votum habebunt in electione, nihilominus Pater Corrector Conuentus in quo obierit R. P. Generalis ſemper votum habeat, etiamſi reperiatur in illa Prouincia in quâ continget Prouincialem eſſe vocalem.

Duodecimò, De notificatione Electorum in Capitulis Generalibus.

Vt autem tota Religio noſcat, quinam ex Prouincialibus & Commiſſis debeant habere votum pro futuro ſexennio in electione Vicarij generalis causâ mortis, in quolibet Generali Capitulo inter reliqua Statuta ponatur huiuſmodi decretum: Si contingat R. P. Generalem diem obire (quod Deus auertat) pro futuro ſexennio ij erunt Electores Vicarij generalis, vnà cum Patribus Collegis defuncti Generalis, nempè pro Natione Italica Patres Prouinciales

Digitized by Google

1624. les talis & talis, & talis & talis Prouincia mittant ſuos Commiſſos: pro Natione verò Gallica talis & talis Prouincialis, & talis & talis Prouincia mittant ſuos Commiſſos: pro Natione verò Hiſpanica talis & talis Prouincialis, & ſimiliter talis & talis Prouincia ſuos Commiſſos deſtinabunt: Et hoc inuiolabiliter ſeruabitur in futuris Capitulis Generalibus. 1624.

Decimotertiò, De notificatione loci in quo obiit Pater Generalis.

Spectabit autem ad Patrem & Collegam cui commiſſa erunt ſigilla Religionis, dum ſignificabit mortem Generalis omnibus Prouinciis Ordinis, ſimul etiam notificare Conuentũ in quo prædictus Pater Generalis obierit, vt ſciatur quod Superior illius Conuentus debet habere votum in electione, & quòd proinde in illa Natione in qua ſitus eſt ille Conuentus, non debet fieri electio niſi vnius Commiſſi, nempè in antiquiori Prouincia ex duabus illis quæ veniunt in vice ſua, quoniam Superior Conuentus, cùm ſit eiuſdem Nationis, ſupplet pro altero Commiſſo. Si verò extra Conuentum obeat Pater Generalis, & hoc ipſum notificabit prædictus Pater Collega Generalis, vt ſciant quælibet Nationes ſibi deligendos eſſe duos Commiſſos.

Decimoquartò, De loco in quo fieri debet electio.

Si Pater Generalis diem claudat Romæ, electio fiet Romæ, & illuc omnes Electores conuenient; & quidem ſi moriatur in Conuentu Sanctiſſimæ Trinitatis, Pater Corrector illius Conuentus votum habebit in electione, & computabitur pro natione Gallica: ſi verò in Conuentu S. Andreæ, vel S. Franciſci, Superior illorum reſpectiuè Conuentuum votum habebit pro Natione Italica. Porrò in quocunque horum trium Conuentuum obierit Pater Generalis, in eo conueniant Patres electores ad faciendam electionem Vicarij generalis.

Decimoquintò, De Patre Zeloſo.

Pater Zeloſus votum habebit in electione Vicarij generalis, in quocunque Conuentu Romano deceſſerit Pater Generalis. Quo caſu, Natio illa de qua eſt Pater Zeloſus non mittet alium Commiſſum, verbi gratia ſi Pater Zeloſus ſit Italus, & Pater Generalis diem claudat in Conuentu S. Andreæ, vel S. Franciſci, Superior illius Conuentus & Pater Zeloſus erunt electores, & cùm ſint ambo Itali, Italicæ Prouinciæ quæ deberent eligere Commiſſos, non eligent pro hac vice. Si Gallus fuerit & Pater Generalis obeat in Conuentu Sanctiſſimæ Trinitatis, Corrector & Zeloſus ſimiliter erunt electores, & ex Gallia non mittentur Commiſſi. Si Hiſpanus, tunc vnus tantum Commiſſus veniet ex Hiſpania, nempè is qui eligetur ab antiquiori Prouincia ex duabus, vt ſupra dictum eſt.

Decimoſextò, De loco electionis, quando Pater Generalis diem claudit extra Romam.

At ſi contigerit Patrem Generalem obire extra Romam, vtputa dum viſitat Prouincias, conueniant omnes Electores ad Conuentum commodiorem pro Nationibus, exempli gratia ſi decedat Pater Generalis in Italia, omnes Electores veniant ad Conuentum Genuenſem qui eſt in confinio Italiæ, Galliæ & Hiſpaniæ: ſi in Gallia deceſſerit, electio fiet in Conuentu Maſſilienſi, qui eſt vicinior aliis nationibus: ſi in Hiſpania, conueniant ad electionem in Conuentu Barcinonenſi, & hoc ſemper ſeruetur pro regula in omnibus futuris electionibus Vicarij generalis.

Decimoſeptimò, Quo tempore debent conuenire Electores.

Quia verò Ordo valdè extenſus eſt, & oportet aliquod temporis ſpatium ad hoc vt mors Patris Generalis toti Ordini innoteſcat, dabitur ſpatium quinq; menſium à die obitus Patris Generalis vſque ad diem electionis, ſufficient enim duo menſes ad notificandam mortem toti Ordini, & reliquum ad hoc vt Electores conueniant ad locum electionis.

Decimooctauò, Cuius erit indicere tempus & diem ac locum electionis.

Spectabit ad P. Collegam generalem qui in manibus habebit ſigilla Religionis, eodem tempore quo ſignificabit mortem Generalis, ſimul etiam indicare tempus & diem ac locum ſupra in capitulo decimoſexto determinatum futuræ electionis, ita vt ſemper ſint quinque menſes integri inter obitum & diem

1624. electionis: Prouinciales verò & Commissi sub pœnis iisdem, quæ sunt statutæ contra eos qui non interfunt Capitulis Generalibus, sint obligati statuto tempore præsentes esse in loco in quo fieri debet electio futuri Vicarij generalis, si qui verò fuerint absentes, elapso tempore præfinito, continuò præsentes procedant ad electionem ampliùs non expectando. 1624.

Decimononò, De præside Capituli in electione.

Quando omnes Electores conuenerint, præsidebit in Capitulo P. Collega Generalis cui commissa sunt sigilla Ordinis, absque aliquo respectu Prouincialium.

Vigesimò, Quisnam potest eligi in Vicarium generalem.

Omnes Electores sic coadunati poterunt ex toto Ordine eligere in Vicarium generalem quem magis idoneum iudicauerint, etiam ex corpore ipsorum Electorum, si qui inter ipsos magis capaces & ad hoc officium magis idonei reperiuntur.

Vigesimo primò, De potestate Vicarij generalis electi.

Qui verò electus fuerit in Vicarium generalem, statim fungetur officio suo secundùm exigentiam negotiorum, iuxta priuilegia eiusdem Ordinis, sicut hactenus factum est.

Vigesimo secundò, De notificatione electionis Vicarij generalis.

Statim atque facta fuerit electio Vicarij generalis, curabunt Patres Electores vt notificetur per omnes Prouincias Ordinis, & ideò mittent ad omnes Patres Prouinciales authenticas litteras electionis à se factæ.

Vigesimo tertiò, Quibus expensis Patres conuenient ad electionem.

Iustum est, vt Patres Collegæ Generalis conueniant ad locum electionis expensis suarum respectiuè Nationum, Patres verò Prouinciales & Commissi, expensis suarum Prouinciarum, sicut fit in Capitulis Generalibus.

Vigesimoquartò, Quid faciendum in casu quo Pater Generalis diem claudat extremum post expletum quadriennium sui Generalatus.

Si Pater Generalis obeat post expletum quadriennium sui officij, tunc ij eligent Vicarium generalem qui iam olim deputati fuerunt à Capitulo Paulitano, quibus adiungentur Pater Prouincialis vicinioris Prouinciæ cum suis Patribus Collegis, vt maior sit votorum numerus: si verò sit discrepantia quænam sit vicinior Prouincia, tunc posita æquali distantia antiquior Prouincia votum habebit.

Supplicatio pro confir. prædictorũ, Statutorũ.

§. 3. Cùm autem sicut eadem expositio subiungebat, Ægidius prædictus Statuta huiusmodi, pro firmiori illorum subsistentia & inuiolabili obseruatione, Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri: Ideò nobis totius Ordinis prædicti nomine humiliter supplicari fecit, vt desuper opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur eiusdem Ægidij desideriis in præmissis annuere, illumque specialibus fauoribus & gratiis prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à iure vel ab homine, quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacri Concilij Tridentini interpretum consilio, Statuta præinserta huiusmodi, ita tamen vt à Capitulo generali eiusdem Ordinis proximè celebrando rursus examinentur atque approbentur, alioquin ex eo tempore præsens confirmatio nulla prorsus atque irrita sit, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuò approbamus & confirmamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes & singulos tam iuris quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus.

Decretum irritans, &c

§. 5. Ipsaque Statuta in prædicto Ordine, si ab eodem Capitulo denuò examinata & probata fuerint, vt petitur perpetuò obseruari debere, irritumque & inane si secus super his à quocunque quauis auctoritate, scienter vel ignoranter,

1624. ranter, contigerit attentari decernimus. 1624.

§. 6. Nonobſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, ſub annulo Piſcatoris, die 29. Maij 1624. Pontific. noſtri anno 1. Derogat contrariis.

CONSTITVTIO III.

Confirmat priuilegia Minimorum ex certa ſcientia.

VRBANVS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

INiuncti nobis Apoſtolici muneris ratio poſtulat, vt ſacrarum Religionum in militanti Eccleſia ſuaues in Domino fructus aſſiduè præſtantium, paternam curam gerentes, priuilegia, gratias, & indulta, illis à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & Apoſtolica Sede conceſſa, quò validiùs perpetuò ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis robore libenter communiamus. Proœmium.

§. 1. Volentes igitur vniuerſum Ordinem Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula, ex quo vbertimi in eadem Dei Eccleſia fructus, ad ipſius omnipotentis Dei laudem, & Chriſtianæ Reipub. ſpirituale commodum, & vtilitatem, ab ipſius Ordinis initio ſemper prodierunt, & in dies prodeunt, ac ipſius Ordinis Correctorem generalem, & Fratres vniuerſos ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi, ac eorum quemlibet à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatis exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine per dilectum filium Deodatum Lomellinum Fratrem, & Procuratorem generalem eiuſdem Ordinis, nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruationes, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias, & indulta ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & cum aliis Ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium; eidem Ordini Minimorum, eiuſque Correctori generali, ac Fratribus, & Sororibus, aliiſque Religioſis vtriuſque ſexus, eorumque domibus, Monaſteriis, Eccleſiis, & locis regularibus quibuſcumque, per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & Apoſtolicam Sedem, ſub quibuſcumque verborum formis, & expreſſionibus, in genere, vel in ſpecie, aut aliàs quomodolibet conceſſa, ac pluries confirmata, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, decretis, & declarationibus, ac ſingulas literas, tam ſub plumbo, quàm in forma Breuis, aut aliàs deſuper confectas, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, quatenus tamen ſint in vſu, & non ſint reuocata, ſeu ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa, ac ſacris Canonibus, & Concilij Trid. decretis non aduerſentur, ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui interuenerint in eiſdem, ſupplemus. Confirmat prout in ſummario.

§. 2. Quocirca venerab. Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis quibuſcumque, necnon dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum, quandocumque fuerint requiſiti, per ſe, Commiſſarios deputat.

Digitized by Google

1624. vel alium, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Correctoris generalis, & Fratrum prædictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant easdem plenum eorum effectum sortiri, illisque omnes, quos concernunt, pacificè frui, & gaudere; Non permittentes, quempiam desuper contra præsentium tenorem sub quouis prætextu, & causa, etiam defectu intentionis nostræ, per quoscumque quomodolibet indebitè molestari; quinimmo quicquid in contrarium attentari, vel fieri contiget, omnino semper in pristinum reponi; contradictores quoslibet, & rebelles etiam per quascumque de quibus eis videbitur, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac, legitimis super his habendis seruatis processibus, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. 1624.

Derogat contrarijs.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis dummodò vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, ac Ordinum prædictorum statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis; priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis; quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, etiam quòd in eis caueatur expressè, quòd illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, motu, scientia, & auctoritate similibus derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Transumptis fidem adhiberi iubet.

§. 4. Verùm quia difficile foret præsentes literas, vbicumque opus esset, deferri, volumus, & pariter auctoritate Apostolica decernimus, quòd illarum transumptis, manu alicuius ex Secretariis cuiusuis prædictorum Prælatorum generalium, ac Romanæ Curiæ Commissarij, & successorum, aut Notarij publici subscriptis, & sigillo officij alterius eorumdem, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu Curiæ Ecclesiasticæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscat. die 28. Iunij, 1624. Pontif. nostri anno 1.

CONSTITVTIO IV.

Digitized by Google

1624. 1624.

CONSTITVTIO IV.

Statuit, quòd Collegium, seu Conuentus S Francisci de Paula Ordinis Minimorum, situm in regione montium, iuxta palatium Monasterij S. Petri ad vincula, & per bonæ mem. Io. Pizzullum Presbyt. Calabrum ex Oppido Reginæ, Bisinianen. Diœcesi oriundum fundatum, perpetuis futuris temporibus à Religiosis dicti Ordinis ex Prouincia Calabriæ tantùm, & non ab aliis ex quacumque alia Prouincia, & natione gubernetur, & administretur.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERVORVM DEI,

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

INter cætera cordis nostri desiderabilia, ea quoque ex debito pastoralis officij, nostris humeris licèt imparibus diuina dumtaxat dispositione impositi, non modicè nos vrget cura, vt inter Christi fideles quoslibet, præsertim religiosas personas, sub suaui vniu̇s, & eiusdem Instituti iugo, & charitatis vexillo Altissimo famulantes, præcluso discordiarum, & zizaniarum inimici hominis sementorum aditu, pax, & concordia vigeant, piorum testantium voluntates adimpleantur, & inuiolabiliter obseruentur, ac Regularium loca ad diuinum cultum propagandum, & ignorantiæ caliginem discutiendum, sacræque paginæ doctrinam, qua mediante vberiores in vinea dextra Domini plantata fructus colligi, & animarum salus procurari noscuntur, adipiscendam, liberè destinata promoueantur, & propterea, ne successu temporis aliquid contra desideriorum nostrorum huiusmodi dispositionem ausu temerario fieri, vel attentari contingat, sacri Apostolatus officij nostri partes interponimus, ac aliàs vltrò disponimus, prout, rerum, temporum, locorum, & personarum qualitatibus debitè pensatis, conspicimus in Domino validiùs expedire. Proœmium.

§. 1. Cùm itaque, sicut nobis innotuit, quondam *Ioannes Pizzullus* Presbyter, dum vixit, Calaber, ex Oppido *Reginæ Bisinianensis* Diœc. oriundus, Vrbis tamen incola, & ciuis, pio charitatis affectu, & spirituali erga nationem citerioris Calabriæ beneuolentia, & amore ductus, in vltimo per eum condito, sub cuius dispositione ab humanis decessit, testamento, in omnibus suis mobilibus, & immobilibus, ac se mouentibus bonis, iuribus, actionibus, creditis, aliisque quibuscumque quomodolibet nuncupatis, & qualificatis, dilectos filios Correctorem, & Fratres, seu Conuentum domus regularis *S. Andreæ de Frattis* nuncupati de Vrbe, Ordinis Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula hæredes suos vniuersales instituerit, & inter cætera ordinauerit, quòd summa sex mille scutorum monetæ ad minus in emptionem alicuius fundi in prædicta Vrbe per dictos Correctorem, & Fratres, seu Conuentum impendi, & in ipso fundo Ecclesiam sub inuocatione eiusdem S. Francisci de Paula, vnà cum hospitio, seu Collegio extrui; ac in eodem hospitio, seu Collegio Fratres Ordinis, & nationis prædictorum studiorum causa recipi, & commorari, illisque de victu, & aliis ad studiorum prosecutionem necessariis prouideri, & ad eum effectum, ac pro seruitio, & vsu solùm dictorum Fratrum studentium omnes alij reditus hæreditatis suæ erogari, & conuerti deberent; ac omnem bonorum dictæ hæreditatis in toto, vel parte alienationem, ex quacumque etiam vrgentissima causa prohibuerit, volens, quòd bona huiusmodi semper ad effectum, vt ex fructibus inde pro tempore prouenientibus in dicto hospitio, seu Collegio Fratres studentes Ordinis, & nationis huiusmodi manuteneri, & ali possint, & debeant, conseruarentur; quódque numerus ipsorum Fratrum fructibus huiusmodi, & expensis pro eorum manutentione necessariis, & ad arbitrium Cardinalis Protectoris Ordinis, & executorum testamenti huiusmodi pro tempo-

Io. Pizzullus instituit hæredes Fratres Cõuentus S. Andreæ de Frattis cum conditione fabricandi Collegium inhabitandum soluti à Fratribus studentibus citerioris Calabriæ.

Digitized by Google

1624. re exiſtentium correſponderet, ſeu proportionatus eſſet; necnon inter ipſos Fratres ſtudentes, eos, qui quouis modo domum maternam dicti teſtatoris, videlicet illorum de Grilli, etiam vſque ad quartum gradum excluſiuè, conſanguinitate attigerint; & deinde eos, qui ex dicto Oppido oriundi forent, ac ſucceſſiuè illos, qui ex Prouincia Calabriæ citerioris; & vltimò, ſi aliqua loca ſupereſſent, eos, qui ex Prouincia vlterioris Calabriæ orti exiſterent, in ipſo hoſpitio, ſeu Collegio præferri; & in euentum, in quem dicti hæredes, vel Fratres dicti hoſpitij, ſeu Collegij pro tempore exiſtentes hæreditatem huiuſmodi cum conditionibus prædictis, & aliis oneribus peripſum teſtatorem iniunctis, acceptare, vel, ea acceptata, conditiones, ac onera huiuſmodi adimplere nollent, aut etiam pro vna vice in quauis etiam, quantumuis minima parte, diſpoſitionem teſtamentariam huiuſmodi tranſgrederentur, tunc, & eo caſu etiam voluerit, & mandauerit, vt omni commodo, & beneficio hæreditatis prædictæ priuati remanerent, in eoq; Fratres Congregationis Colloreti nuncupatæ, ſub regula, & habitu S. Auguſtini militantes, & in Prouincia Calabriæ citerioris prædictæ fundatæ ſuccederent, eoſdem Fratres dictæ Congregationis ipſis hæredibus, vel Fratribus hoſpitij, ſeu Collegij huiuſmodi in dicta hæreditate ex tunc cum eiſdem conditionibus, & oneribus ſubſtituendo: Deinde parochiali Eccleſia *SS. Sergij, & Bacchi* de eadem Vrbe, vnà cum dilectorum filiorum illius parochianorum animarum cura, per dilectum filium tunc exiſtentem Miniſtrum generalem dicti Ordinis à fel. rec. *Gregorio* Papa XV. prædeceſſore noſtro Ordini prædicto, ad effectum Collegium huiuſmodi conſtruendi concedi obtenta; Idem teſtator volens per ſe ipſum ſuam huiuſmodi diſpoſitionem ad effectum perducere, quoddam palatium in dicta Vrbe, & regione montium, iuxta Monaſterium S. Petri ad vincula nuncupati ſitum, vnà cum viridariis, membris, & pertinentiis ſuis, à dilecto filio nobili viro *Ioanne Georgio Caſtrino* Duce Ciuitatis Nouæ emerit, illudque ſic emptum dicto Ordini ad effectum inibi Eccleſiam, & hoſpitium, ac Collegium huiuſmodi conſtrui faciendi, cum onere, quòd ipſi Corrector, & Fratres, ſeu Conuentus dictum palatium ad vſum Collegij pro habitatione Fratrum dicti Ordinis, Theologiæ operam nauantium nationis citerioris Calabriæ huiuſmodi, reducere, ſeu reduci facere debeant, & in reliquis ſub eiſdem conditionibus, oneribus, caducitatibus, modoque & forma in dicto teſtamento contentis, irreuocabiliter inter viuos perpetuò donauerit, ſubindeque dilectos etiam filios *Ioannem Baptiſtam à S. Agatha*, & *Franciſcum de Spezzano*, ac *Dionyſium de Paula*, necnon *Vincentium de Conſenti.*, & *Laurentium* etiam *de Spezzano*, ac *Michaëlem à Regina*, & *Paulum de Rutto*, necnon *Ioannem* etiam *à Regina*, & *Antonium de Morano* Fratres dictum Ordinem expreſsè profeſſos, & ex citeriori Calabria huiuſmodi oriundos, in dicta domo *S. Andreæ* tunc commorantes, in actualem, & corporalem poſſeſſionem palatij, & viridariorum, aliorumque membrorum, & pertinentiarum prædictorum introduxerit; ipſique denique ſic introducti Superiorum auctoritate Capellam, ſeu Oratorium ſub inuocatione eiuſdem S. Franciſci de Paula, in quadam parte eiuſdem palatij exiſtentem, ſeu exiſtens ornauerint, & clauſuram Conuentus appellauerint; illis verò ordinationem ipſius conditionis exactiùs adimplere deſiderantibus, dictus teſtator, & donator, ſicut Domino placuit, ab hac vita deceſſerit, ac poſt eius obitum Fratres dictæ domus S. Andreæ conſiderantes, ipſum teſtatorem, & donatorem nationis ſuæ Religioſos ex dicto eorum Ordine exiſtentes Collegio huiuſmodi honorare voluiſſe, omniaque ad eorum vſum, & vtilitatem deſtinaſſe, & conſequenter ſicut onera diuerſa, ſic & bonorum huiuſmodi adminiſtrationem eis demandare in animo habuiſſe, dictumque Ioannem Baptiſtam prædicti Collegij Vicarium deputatum, & pro tempore exiſtentes illius Superiores idoneos, & opportunos dictæ hæreditatis adminiſtratores, & voluntatis eiuſdem teſtatoris, & donatoris diligentes obſeruatores, & executores futuros eſſe perſpicientes, de eiuſdem tunc exiſtentis Generalis, ac dilectorum ſimiliter filiorum dicti Ordinis, illiuſque Collegarum aſſenſu, & cum interuentu, & præſentia tam dictorum Collegarum,

1624.

1624. Collegarum, quàm etiam dilecti pariter filij noſtri Hippolyti S. Mariæ Nouæ Diaconi Cardinalis Aldobrandini nuncupati, moderni eiuſdem Ordinis Protectoris, ſeu eius Auditoris ad id ab eodem Hippolyto Cardinale ſpecialiter deputati, ac ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito acceptatam per eos dicti teſtatoris hæreditatem, omnéque commodum, & incommodum illius, necnon ſua, & dictæ domus S. Andreæ iura, & actiones quæcumque eis, & eorum cuilibet quomodolibet attributa, ac competentia, & competitura, cum omnibus, & ſingulis conditionibus, oneribus, vinculis, & pœnis in dicto teſtamento contentis, in prædictum *Ioannem Baptiſtam* Vicarium, pro ſe, ac ſucceſſoribus ſuis, dictoque Collegio, & illius Religioſis acceptantem, & eiuſdem Collegij Superiorem, & Collegiales, ſeu Religioſos pro tempore exiſtentes tranſtulerint; ac *Ioannem Baptiſtam*, & pro tempore exiſtentes dicti Collegij Superiores, & Collegiales, ſeu Religioſos prædictos, veros, & proprios adminiſtratores, procuratores, generales geſtores, & agentes totius hæreditatis prædictæ, cum facultate illam regendi, gubernandi, & adminiſtrandi, regiq;, gubernari, & adminiſtrari faciendi, necnon Conuentum, & Eccleſiam, ac domum regularem erigendi, & fabricandi, omniaque & ſingula faciendi, & adimplendi ad quæ ex diſpoſitione teſtamenti, & donationis prædictorum obligati fuerunt, conſtituerint; Poſtmodúmque idem *Gregorius* prædeceſſor ſupplicationibus teſtatoris, & donatoris, ac *Ioannis Baptiſtæ*, & *Franciſci de Spezzano* prædictorum inclinatus, donationem prædictam, ac deſuper confectum inſtrumentum Apoſtolica auctoritate approbari, & confirmari mandauerit: Ac inſuper nos tranſlationem, & donationem, ac inſtrumentum huiuſmodi eadem auctoritate approbauerimus, & confirmauerimus, prout teſtamento, ac inſtrumentis, ſinguliſque literis Apoſtolicis exinde confectis pleniùs continetur. Ex forma verò, & tenore tam teſtamenti, quàm donationis huiuſmodi clarè, & manifeſtè appareat, dictum teſtatorem Collegium prædictum pro Religioſis ſuæ nationis tantùm, & non pro aliis fundare & dotare, ac eamdem nationem ſuã ſpeciali hoc beneficio, ad teſtandã, & declarandam ſui erga patriam animi pietatem, proſequi voluiſſe, & Fratres dictæ domus S. Andreæ intentionem eiuſdem teſtatoris, & donatoris talem fuiſſe exiſtimantes, adhærendo, ad tranſlationem, & ceſſionem prædictas ſponte, & libenter deuenerint: Ac ab eo tempore citra dictus *Ioannes Baptiſta* Vicarius, & *Franciſcus*, ac *Dionyſius*, necnon *Michaël*, & *Paulus*, ac *Ioannes*, & *Antonius* prædicti hæreditatem huiuſmodi, illiuſque bona, ac dictum Collegium adminiſtrauerint, & gubernauerint. Et licèt tam ipſi, quàm poſtea alij Religioſi dicti Ordinis, ex dicta natione oriundi, ſuper libero gubernio, regimine, & adminiſtratione eiuſdem Collegij, & illius bonorum moleſtari, & in ipſo Collegio alij Religioſi, quàm ex dicta Prouinciæ Calabriæ citerioris orti recipi, & commorari non poſſe videatur: Nihilominus quia ſucceſſu temporis facilè contingere poterit, vt Religioſi aliarum Prouinciarum, & nationum in Collegio prædicto recipi, & ad illius regimen, & gubernium aſſumi petant, & procurent; Id autem non ſolùm menti, & intentioni dicti teſtatoris omnino contrarium, ſed etiam Religioſis dictæ Prouinciæ Calabriæ graue præiudicium allaturum eſſe; exindeque probabile ſit, inter Religioſos dicti Collegij rixas, odia, contentiones, & diſſidia, aliaque non leuia inconuenientia, cum graui ſtatus dicti Collegij perturbatione, & forſan totali illius ruina, & excidio, ſine dubio paſſi moritura eſſe.

Deſiderantur.

§. 2. Nos præmiſſis inconuenientibus, & incommodis, noſtræ, & Sedis prædictæ prouidentia, miniſterio conſultum eſſe deſiderantes, *Ioannem Baptiſtam*, & *Franciſcum*, ac *Dionyſium*, necnon *Vincentium*, ac *Michaëlem*, & *Paulum*, ac *Ioannem*, & *Antonium* prædictos, alioſque dictæ nationis Calabriæ Religioſos, ſub Regula dicti Ordinis S. Franciſci de Paula nunc, & pro tempore militantes, ſpecialis gratiæ fauore proſequi volentes, eoſque & eorum quemlibet à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium

Concedit, quòd dictũ Collegium ſolum habitetur, & regatur à Fratribus citerioris Calabriæ: Qui Fratres aliarum nationum recipere in eo non teneantur.

1624. dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon testamenti, & instrumentorum; ac prædictarum literarum tenores, etiam veriores, præsentibus pro expressis habentes; Motu nostro proprio, non ad Ioannis Baptistæ, aut Francisci, vel Dionysij, seu Vincentij, nec ad Michaëlis, vel Pauli, seu Ioannis, aut Antonij prædictorum, vel alicuius eorum, aut cuiusuis alterius nobis pro eis oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione nostra, dictæque Apostolicæ potestatis plenitudine, quòd ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus dictum Collegium, necnon tam prædictæ hæreditatis, quàm alia Collegij huiusmodi proprietates, iura, & bona vniuersa, præsentia, & futura, in quibuscumque rebus consistentia, & vbicumque existentia, ac etiam officia, & munera, tam oneris, quàm honoris, per Religiosos dicti Ordinis ex Prouincia citerioris Calabriæ prædictæ nunc, & pro tempore oriundos tãtùm, dummodò Superiores dicti Ordinis ex Calabria ad regendum, & gubernandum dictum Collegium, ac illius reditus, & bona administrandum idonei reperiantur, & non per alios quarumcumque aliarum Prouinciarum, & nationum eiusdem Ordinis Religiosos, quos ad id omnino incapaces, & inhabiles esse volumus, & declaramus, sub obedientia tamen, visitatione, correctione, & omnimoda superioritate eiusdem nunc, & pro tempore existentis dicti Ordinis Ministri generalis, regi, gubernari, & administrari, ac in eodem Collegio nulli alij Religiosi, quàm ex dicta Prouincia citerioris Calabriæ oriundi, & aliàs iuxta testamenti, & donationis prædictorum formam qualificati, recipi, commorari, ali, & manuteneri possint, & debeant: Et si vllo vmquam tempore alios Religiosos, quàm vt præfertur oriundos, ad regimen, gubernium, & administrationem Collegij, ac proprietatum, iurium, & bonorum, necnon ad officia, & onera huiusmodi, etiam per dictum Ministrum generalem, & Prouinciales, aliosque Superiores dicti Ordinis nunc, & pro tempore existentes, seu eorum auctoritate, etiam ex quacumque quantumuis vrgenti, legitima, & necessaria causa deputari, & assumi, aut in Collegio prædicto manutenendos, & alendos, etiam studij causa, mitti, vel in eis consignari, aut deponi contigerit, Religiosi eiusdem Collegij, ex dicta Prouincia Calabriæ citerioris oriundi, ibi pro tempore commorantes, illos recipere, & admittere nullatenus teneantur: Et si qui aliquando recepti, & admissi fuerint, eos inde dimittere, & expellere possint, & debeant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuò statuimus, & ordinamus; Necnon Ministro generali, & dilectis filiis Prouincialibus, aliisque Superioribus nunc, & pro tempore existentibus dicti Ordinis in virtute sanctæ obedientiæ, ne ad regimen, gubernium, & administrationem Collegij, iuriumque & bonorum prædictorum, ac officia, & onera huiusmodi alios Religiosos, quàm ex dicta Prouincia Calabriæ citerioris oriundos, &, vt præmittitur, qualificatos, quouis prætextu, colore, vel ingenio, & ex quacumque etiam lecturæ, & studij causa, per se, vel alios deputare, & assumere, seu in Collegio huiusmodi manutenendos, & alendos mittere, aut in illis consignare, seu deponere, aut deputari, assumi, mitti, consignari, & deponi facere quomodolibet audeant, seu præsumant, motu, deliberatione, ac de potestatis plenitudine, necnon auctoritate, & tenore similibus districtiùs præcipimus, & inhibemus. 1624.

Clausulæ præseruatiuæ.

§. 3. Decernentes, præsentes nostras literas, etiam ex eo quòd dictus Minister generalis, dilecti filij Prouinciales, ac Superiores prædicti, aliique quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes, illis non consenserint, ad eaque vocati, & causæ, propter quas illa fiant, examinatæ, iustificatæ, aut aliàs approbatæ non fuerint, seu quouis alio prætextu, & ex quacumque quantumuis legitima, & iuridica causa, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, inualidari, retractari, in ius, vel controuersiam vocari, ad viam, & terminos iuris reduci, aut aduersùs illas quodcumque iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, aut concedi non posse, neque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspentionibus, limitationibus, derogationibus,

1624. nibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus per quoſcumque Romanos Pontifices ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis irritantibus comprehendi, ſed ab illis ſemper exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, & de nouo etiam ſub quacumque poſteriori data per dictos *Ioannem Baptiſtam*, & *Franciſcum*, ac *Dionyſium*, necnon *Vincentium*, & *Michaëlem*, ac *Paulum*, & *Ioannem*, ac *Antonium*, eorumque ſucceſſores eiuſdem Collegij collegiales quandocumque eligenda conceſſas, ſemperque validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere. 1624.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§ 4. Sicque per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere: Ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Commiſſarios deputat.

§. 5. Quocirca dilectis filiis noſtris Archipreſbytero Eccleſiæ Lateranenſis, ac noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis in Vrbe, eiuſque diſtrictu Vicario in ſpiritualibus generali, S.R.E. Card. ac venerab. Fratri Archiepiſcopo Conſentino per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios eaſdem præſentes noſtras literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Ioan. Baptiſtæ, & pro tempore exiſtentis hoſpitij, ſeu Collegij huiuſmodi Superioris, ac Collegialium, ſeu Religioſorum, aut alicuius eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes literas, & in eis contenta huiuſmodi ab omnibus, ad quos nunc ſpectat, & pro tempore ſpectabit quomodolibet in futurum, inuiolabiliter obſeruari; necnon Ioannem Baptiſtam, ac pro tempore exiſtentem hoſpitij, ſeu Collegij huiuſmodi Superiorem, & Collegiales, ſeu Religioſos prædictos illis pacificè frui, & gaudere; non permittentes, eos, aut eorum aliquos deſuper quomodolibet indebitè moleſtari; contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachij ſecularis auxilio: Nos enim Archipreſbytero, & Vicario, ac Archiepiſcopo præfatis, & eorum cuilibet quoſcumque moleſtatores, perturbatores, contradictores, & rebelles, etiam per edictum publicum, conſtito ſummariè de non tuto acceſſu, citandi, eiſque ac quibus, & quoties inhibendum fuerit, etiam per ſimile edictum, quò ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ; quò verò ad alios inferiores etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & etiam pecuniariis, eorum arbitrio imponendis, moderandis, & applicandis pœnis inhibendi, necnon eos, quos cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe conſtiterit, eas incurriſſe, ſeruata forma Concilij Trid. declarandi, ac, legitimis ſuper literis habendis ſeruatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus, aggrauandi, reaggrauandi, & interdicendi, plenam, & liberam motu, ſcientia, auctoritate, & tenore præmiſſis concedimus facultatem.

Derogat contrariis.

§. 6. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ mem. Bonif. Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, qua cauetur expreſsè, ne quis extra ſuam Ciuitatem, vel Diœceſim, niſi in certis tunc expreſſis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad iudicium euocetur; ſeu ne iudices à Sede prædicta deputati, extra Ciuitatem, vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alij, vel aliis vices ſuas committere audeant, ſeu præſumant: Ac in Concilio generali de duabus dietis edita, dummodò quis vltra tres dietas vigore earumdem præſentium extra ſuam Ciuitatem, vel Diœceſim ad iudicium non trahatur: Necnon quibuſuis aliis conſtitutionibus, & ordi-

1625. nationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, & iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis; priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis, illi, illiuſque Miniſtro generali, Prouincialibus, & Superioribus prædictis, ac aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in contrarium forſan præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis; quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hæc ſeruanda eſſet, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè harum ſerie derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. 1624.

Apponit pœnas.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, voluntatis, declarationis, ſtatuti, ordinationis, præcepti, inhibitionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, anno Incarn. &c. 1624. Pridie Nonas Decembr. Pontif. noſtri anno 2.

Ad eam rem habetur Reſcriptum eiuſdem Pontif. ad Vicarium in Vrbe eiuſque diſtrictu datum xv. Cal. Nouembr. 1625 quod Cherubinus deſcripſit Conſtit. V. Vrbani VIII.

CONSTITVTIO V.

Concedit, quòd Fratres Minimi ſe poſſint obligare ad ſuffragia perpetua.

1625. ## VRBANVS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiũ.

APoſtolicam decet benignitatem vltimis piè teſtantium voluntatibus fauere, &, vt illæ ſuum ſortiantur effectum, etiam ſtrictiorum Ordinum regularia inſtituta interdum relaxare, maximè cum relaxatio huiuſmodi ad diuini cultus incrementum tendere dignoſcitur, & vota perſonarum regularium, præſertim reformatarum, hoc à nobis expoſcunt.

Motus, & facti narratio.

§. 1. Sanè nobis exponi nuper fecit dilectus filius *Bartholomæus le Vieux* Prouincialis Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula in Prouincia, & Comitatu noſtro Venaiſſino, quòd de anno Domini 1609. tunc in humanis agens *Magdalena de Lagnet*, dum viueret Domina in temporalibus Oppidi *de Cauſans*, deuotionis zelo ducta, titulo donationis irreuocabilis, quæ dicitur inter viuos, donauit dicto Ordini ſeptem millia ſcuta monetæ, duo millia videlicet ad effectum conſtruendi Eccleſiam ſub inuocatione Aſſumptionis Diuæ Genitricis Mariæ, & Conuentum dicti Ordinis in Ciuitate Carpentoraten. & quinque millia ſcuta ad ſuſtentationem 12. Religioſorum dicti Ordinis, electa per ipſam ſepultura in dicta Eccleſia, ſub Sedis Apoſtolicæ beneplacito ſic conſtruenda, pro eius corpore humando, oneratiſque eius hæredibus quiqui fuerint, vt ſi ipſa non dediſſet dicta ſcuta ſeptem millia Ordini prædicto, ſtatim, ea functa vita, darent ipſi duo millia ſcuta ad effectum prædictum Prouinciali dicti Ordinis pro tempore præſenti; reliqua verò quinque millia ſcuta darentur in penſionem annuam ad fauorem dicti Conuentus. Cumque pro dicta Eccleſia, & Conuentu conſtruen. locus commodus in dicta Ciuitate non reperiretur, bonæ mem. Horatius tunc Epiſcopus Carpentoraten. Oratorium prope, & extra mœnia caſtri, ſeu forralicij loci de Venaſco Carpentoraten. Diœceſis,

ad

1625. ad mensam illius Episcopalem spectans, ac minimè collatiuum, eisdem Fratribus obtulit; ipsaque Magdalena donatrix requisita de eius consensu dictis fundationi, & donationi eiusdem præstando, anno Domini 1613. declarauit, se gratum habere, dictam Ecclesiam, & Conuentum, per eam fieri ordinatum, in Ciuitate Carpen. fieri, & erigi in dicto Oratorio, quatenus supradictus Horatius Episcopus illud, sub dictæ Sedis Apostolicæ beneplacito, à mensa Episcopali dismembrare, & sine aliquo onere pro constructione dictæ Ecclesiæ liberare concederet. Et nihilominus idem Horatius Episcopus Oratorium prædictum non purè, & liberè dictis Fratribus concessit, iuxta mentem Fundatricis, immo sub diuersis oneribus, & conditionibus: Vnde mortua dicta Magdalena de anno eiusdem Domini 1615. institutis hæredibus vniuersalibus dilectis filiis Presbyteris doctrinæ Christianæ Auenionen. introductoque iudicio in Rota pro consecutione dictorum septem millium scutorum ad effectum prædictum, fuit denegata pro tunc executio, quia assignatio dicti Oratorij non fuerat facta liberè: Quod vt componeret fel. rec. Gregorius Papa XV. prædecessor noster, ad supplicationem venerab. Fratris Coturi moderni Episcopi Carpentoraten. & dilecti filij Ioannis à Turre tunc Prouincialis Ordinis Minimorum in dicta Prouincia, & Conuentu Venaissino, onera quæcumque in dicto Oratorio apposita Apostolica auctoritate in Conuentum Auenion. eiusdem Ordinis transtulit, Oratoriumque prædictum in omnibus, & per omnia exonerauit; iterumque petita exequutione in Rota, & ostensa liberatione Oratorij, fuit relaxatum mandatum. 1625.

§. 2. Cùm autem, sicut eadem expositio subiungebat, dicti aduersarij more reorum solutionem dictorum septem millium scutorum effugere, aut saltem protrahere omni eorum conatu satagentes, dederint vltimo loco de obstantia Regulæ dicti Ordinis Minimorum, qua expressè cauetur, ne dicti Religiosi, qui sub perpetua quadragesimali vita, & ex mendicatis eleemosynis viuunt, perpetuas Missas, seu aliqua suffragia perpetuò, particulariter, & in specie, ac vltra quinquaginta annos suscipere valeant; Cumque donatio prædicta habeat huiusmodi onera, & conditiones requisitas, licet credatur, eas omnino fore reiiciendas, ac fauore piæ causæ, Ecclesiæ scilicet construendæ, ac alimentorum dictis duodecim Religiosis præstandorum, iuris interpretatione haberi pro non appositis, concurrente præsertim indulto ex literis bonæ mem. Cardinalis S S. quatuor Coronatorum olim summi Pœnitentiarij, quibus concedebatur fratribus prædictis facultas acceptandi in posterum dicta onera, quauis perpetua, Missarum, absque conscientiæ scrupulo, Regula prædicta non obstante, ac attenta etiam resolutione aliàs capta in generali Capitulo in Ciuitate Ianuen. celebrato, non esse essentiale in Regula, quòd Fratres non possint se obligare ad onera perpetua; Nihilominus, quia postmodùm in actis Capituli generalis habiti Paulæ, Regula prædicta confirmata fuit, & recessum à resolutionibus captis in Capitulo Ianuæ, actaque, & recessus prædicti fuerunt à fel. rec. Paulo Papa III. similiter prædecessore nostro in forma specifica confirmati.

Motiua aduersariorũ pro nõ soluendo legato.

§. 3. Idcirco ad tollenda omnia subterfugia partis, penes quam effici non potest, vt pecuniæ, vt supra, donatæ remanere debeant, ac vt celeriùs pro diuini cultus incremento, & pro obseruatione voluntatis prædictæ donatricis, Ecclesia, & Conuentus præfati ædificari possint, neque diutius suum cadauer inhumatum deferatur, quæ pro ipso sepeliendo dictam Ecclesiam propriis impensis extrui mandauit. Nos eumdem Bartholomæum Prouincialem specialis gratiæ fauore prosequi volentes, necnon à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, porrectis nobis pro parte sua super hoc supplicationibus inclinati, acceptationem prædictæ donationis in Capitulo generali dicti Ordinis iam factam cum onere celebrandi, seu cele-

Conceditur, vt possimus acceptare legatũ cum perpetuo onere Missarum. Vide supra in const. 4. Iul. II. à num. 16.

1625. brari faciendi vnam Miſſam ſubmiſſa voce omnibus diebus Dominicis, & aliis de præcepto Eccleſiæ feſtiuis in perpetuum in Capella loci de Cauſans, conditione item ſuperaddita, quòd preces, ſeu horæ publicæ, canonicæ, quæ dietim in dicto Conuentu, & Eccleſia ſic conſtruenda dicuntur, Matutinum ſcilicet, Laudes, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperæ, & Completorium, necnon etiam Miſſa, quæ Conuentualis dicitur, & ſolet à dictis Fratribus celebrari in omnibus eorum Eccleſiis pro ſalute animarum earumdem Eccleſiarum Fundatorum, ac aliæ omnes Miſſæ, votiuis exceptis, dicantur, & applicentur ad intentionem ipſius Fundatricis, iuxta formam inſtrumentorum dictarum donationum, dummodò tamen dicta donatio, vt præfertur, in Capitulo generali præterito fuerit acceptata, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium in omnibus, & per omnia approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, eidemque Religionis, & Fratribus, ſeſe ad onera in dicta donatione vt præfertur, iniuncta, quamuis perpetua, præmiſſis non obſtantibus, obligare poſſint, concedimus, & indulgemus, eoſdemque ad præmiſſa dicta auctoritate ad effectum executionis donationis prædictæ efficaciter, & opportunè habilitamus, ac omnes, & ſingulos tam iuris, quàm facti, & ſolemnitatum defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus; dictamque acceptationem cum oneribus, & conditionibus præfatis factam ſubſiſtere. 1625.

Decretum irritans, cũ derogatione contrariorum.

§. 4. Sicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios iudicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 14. Ianuar. 1625. Pontif. noſtri anno 2.

CONSTITVTIO VI.

Iubet ſub pœna excommunicationis, & priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, ne ex Bibliotheca Genuenſi Ordinis Minimorum extrahantur quomodolibet libri.

1625.

VRBANVS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

Mandat prout in ſummario.

§. 1. CONſeruationi, & manutentioni Bibliothecæ domus regularis Ieſu Mariæ nuncupatæ Ianuenſis, Ordinis Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula, quantum cum Domino poſſumus, conſulere, ac dilectum filium *Laurentium de Peirinis* Prouincialem Prouinciæ Ianuenſis eiuſdem Ordinis ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, ipſumque & dictæ domus ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes; ſupplicationibus eiuſdem Laurentij Prouincialis nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; Ne de cætero quiſquam, quauis auctoritate fungens, quoſuis libros, quinterna, folia, ſiue manu ſcripta, ſiue impreſſa, dictæ Bibliothecæ hactenus aſſignata, & in poſterum aſſignanda, quouis quæſito colore, vel ingenio, cauſa, vel occaſione, è dicta Bibliotheca extrahere, ſiue, vt extrahantur, vel remoueantur, permittere quoquo modo audeat, ſeu præſumat, ſub excommunicationis, & priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ pœnis per contrafacientes incurrendis, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium interdicimus, & prohibemus.

§. 2. Non

Digitized by Google

1625. §. 2. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, domus, ac Ordinis huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quòd præſentis prohibitionis copia in valuis dictæ Bibliothecæ, aut aliquo alio perſpicuo loco, vnde ab omnibus cerni poſſit, continuò affixa remaneat. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 13. Febr. 1625. Pontif. noſtri anno 2. 1625. Derogat contrariis.

CONSTITVTIO VII.

Concedit indulgentiam plenariam viſitantibus Eccleſias Minimorum ſingulis primis ſextis feriis cuiuſlibet menſis.

VRBANVS PAPA VIII. 1625.

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. AD augendam fidelium religionem, & animarum ſaluti cœleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti; omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui Eccleſiam SS. Trinitatis in monte Pincio de Vrbe ſingulis primis ſextis feriis cuiuſlibet menſis ab ortu Solis, vſque ad occaſum dierum huiuſmodi ſingulis annis deuotè viſitauerint, & inibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac S. M. Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Concedit prout in ſummario.

§. 2. Inſuper eiſdem Chriſti fidelibus ſimiliter verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui dictam Eccleſiam in ſingulis aliis feriis totius anni, vt præfertur, viſitauerint, & orauerint, quo die prædictorum id egerint, ſeptem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, ſeu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus. Præſentibus ad decennium citra annum iubilæi valituris. Datum Romæ, apud S. Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcat. die 7. Octobris, 1625. Pontif. noſtri an. 3. Concedit 7. annos, & totidē quadragenas viſitantibus ſingulisquibuſque diebus Venetis Eccleſias Minimorū.

CONSTITVTIO VIII.

Reducit onera Miſſarum perpetuarum ad rationem ſcutorum quinquaginta monetæ Romanæ.

VRBANVS PAPA VIII. 1626.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

§. 1. EXponi nobis nuper fecit dilectus filius *Deodatus Lentellinus* Ordinis S. Franciſci de Paula Minimorum nuncupatorum Procurator generalis, quòd domus regularis Fratrum dicti Ordinis Ianuen. tot oneribus Miſſas in eorum Eccleſia per Fratres huiuſmodi celebrari faciendi, ratione diuerſorum legatorum, à diuerſis perſonis dictæ domui eapropter relictorum, quorum aliqua exigua, & oneri ex illis emergenti imparia ſunt, grauata exiſtit, vt Fratres dictæ domus illis ſatisfacere nequeant. Quare dictus *Deodatus* nobis humiliter ſupplicari fecit, vt in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Supplicatio.

Digitized by Google

1628. Concedit prout in ſummario. §. 2. Nos igitur dictum *Deodatum*, ac ipſius domus Priorem, & Fratres ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, de venerab. Fratrũ noſtrorũ S.R.E. Cardinalium ſacri Concilij Trid. interpretum conſilio, onera, ſeu & Miſſas huiuſmodi ad rationem ſcutorum quinquaginta monetæ Romanæ pro qualibet Miſſa quotidiana perpetua reducimus. Decernentes, per celebrationem Miſſarum ſic reductarum, ſaluti animarum eorum, quorum intentione Miſſæ ſic reductæ fundatæ fuerunt, ſuffragari perinde, ac ſi illæ verè, & realiter, ac cum effectu celebrarentur, dictæque domus pro tempore Priorem, & Fratres deſuper à quoquam quauis auctoritate moleſtari, perturbari, vel inquietari non poſſe. 1626. Pro Correctore.

Decretum irritans. §. 3. Irritumque & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat contrarijs. §. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, domuſque & Ordinis prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcat. die 13. Iulij, 1626. Pontif. noſtri anno 3.

CONSTITVTIO IX.

Excommunicatio contra extrahentes ſacras Reliquias, aut libros ex Eccleſia & Bibliotheca Romani Collegij Calabrorum, de quo ſuprà Conſtit. IV.

1628. VRBANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI; AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiũ. IVſtis & honeſtis Chriſti fidelium votis libenter annuimus eaque fauoribus proſequimur opportunis.

Supplicatio. §. 1. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Vicarij Generalis & Fratrum domus regularis Nationis Calabriæ ad Montes nuncupatæ de Vrbe, Ordinis S. Franciſci de Paula Minimorum nuncupatorum, petitio continebat: quòd in Eccleſia eorum domus quamplures diuerſorum Martyrum, ac Beatorum, & Sanctorum Reliquiæ, necnon in eiuſdem domus Libraria, ſeu Bibliotheca diuerſi generis Libri volumina & alia ſcripta, Eccleſiæ & domui huiuſmodi, hinc inde pro maiori diuini cultus augmento, & Fratrum eorumdem ſpirituali conſolatione & profectu, piè & ſtudioſe comparata reperiantur; & propterea ne ſucceſſu temporis tam Reliquias, quàm Libros & volùmina, ſeu ſcripta huiuſmodi paſſim diſtribui, & inde aſportari, ac diſpergi, contingat, pro parte eorundem Vicarij & Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Excõmunicatio vt in ſummario. §. 2. Nos igitur prædictum Vicarium & Fratrum huiuſmodi ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati; eiſdem Vicario & Fratribus eorumque ſucceſſoribus, & aliis perſonis quibuſcunque tam ſæcularibus, quàm regularibus, ne deinceps perpetuis futuris temporibus vllas omninò Reliquias,

Digitized by Google

1628. Reliquias, nec Libros, seu volumina & scripta huiusmodi, ab Ecclesia & domo, seu Bibliotheca præfatis vllo modo amouere, transportare, distribuere, seu mutuò dare audeant, seu præsumant, sub excommunicationis eo ipso incurrendæ sententia, Apostolica autoritate, tenore præsentium inhibemus & præcipimus. 1630.

§. 3. Decernentes ex nunc irritum & inane quicquid secus super his à quoquam, quauis autoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 4. Nonobstantibus quibusuis Apostolicis, & in Prouincialibus, & Synodalibus, Vniuersalibusque Conciliis editis specialibus, vel Generalibus, constitutionibus & ordinationibus, necnon domus & Ordinis huiusmodi etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Derogat contrariis.

§. 5. Volumus autem quod litteræ præsentes, saltem semel quolibet anno in dicta domo publicentur, ac illarum copia & exemplar authenticum ad hoc vt ad omnium notitiam peruenire possint, in Sacristiæ dictæ Ecclesiæ ac Bibliothecæ eiusdem domus portis interioribus remaneant affixa. Publicatio & affixio har. litt.

§. 6. Nulli ergò omnino hominum, &c. Datum Romæ, apud S. Mariam Maiorem, anno Incarnat. Dom. 1628. Pridie Cal. Nouembr. Pontif. nostri anno 6. Sanctio pœnalis.

CONSTITVTIO X.

Irritat electiones Capituli Generalis Barcinonensis, easque supplet ac prohibet reelectionem Vicarij Generalis.

VRBANVS PAPA VIII. 1630.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

INiunctì nobis Apostolici muneris ratio postulat, vt circa statum Religiosorum Ordinum in Ecclesiâ Dei militantium salubriter dirigendum mentis nostræ aciem assiduè intendamus, atquè in his eiusdem muneris partes sedulo impendamus, quæ prospero felicique illorum statui & directioni conspicimus in Domino expedire. Proœmium.

§. 1. Cùm itaque in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super negotiis Fratrum Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula à Nobis deputatorum, sæpiùs actum fuerit de validitate Capituli Generalis eiusdem Ordinis in Ciuitate Barcinonensi vltimò celebrati; Nos ipsius Congregationis relatione ac sententiâ auditâ, iustis de causis animum nostrum mouentibus electiones Correctoris Generalis in persona dilecti filij *Simonis Bachelier* eiusdem Ordinis professoris, necnon trium Collegarum, ac Zelosi, seu Procuratoris generalis Ordinis prædicti in dicto Capitulo factas, Apostolica autoritate, tenore præsentium cassamus, ac nullas esse & fore declaramus: necnon *Franciscum Longobardum* ipsius Ordinis Vicarium Apostolicum, vsque ad futurum Generale Capitulum: Zelosum verò seu Procuratorem generalem Ordinis eundem *Simonem*, Collegam Italum *Ignatium de Neapoli*, Collegam Hispanum *Ioannem Piña de Celu*, & Collegam Gallum *Ioannem Kermarec*, dicti Ordinis professores dilectos filios, autoritate & tenore prædictis, constituimus & deputamus: reliquas autem electiones & Acta quæcunque eiusdem Capituli confirmamus. Irritat & supplet electiones vt in summatio.

§. 2. Præterea Vicarium Generalem dicti Ordinis, siue à Sede Apostolica pro tempore deputatum, siue à Capitulo electum, de cætero nullatenus posse immediatè eligi in Correctorem Generalem, sed tamdiu debere ab officio vacare, quamdiu Vicarius Generalis exiterit: sicque obseruari & ita per quoscunque Iudices & Commissarios quauis autoritate fungentes, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, iudicari & dif- Decernit Vicarium generalem reeligi non posse & irritat iud. in contr.

Digitized by Google

1634. finiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quauis autori- 1628.
tate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogat contrarijs. §. 3. Nonobstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis & literis Apostolicis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis & innouatis. Quibus omnibus & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die 22. Martij an 1630. Pontif. nostri anno 7.

CONSTITVTIO XI.

Prohibet sub pœna excommunicationis, &c. ne Libri ex Bibliotheca Conuentus Parisiensis extrahantur; ne mutuò dentur aut accipiantur, nisi præstita cautione, &c.

1634. ## VRBANVS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Procemiū, absolutio à censuris, & supplicatio. COnseruationi & manutentioni Bibliothecæ domus FF. Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula propè plateam regiam nuncupatam Parisiens. sitæ, quantùm cum Domino possumus, benignè consulere, ipsiusque domus Correctorem & fratres specialibus fauoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, pœnis, & censuris quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas foro censentes; supplicationibus tam dicti Correctoris, quàm dilecti filij *Oliuerij Chaillou* prædictæ domus Fundatoris, ac Prouinciæ Franciæ prædicti Ordinis Definitoris nominibus, nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

Interdicit sub pœnis excommunicationis, & aliis ne libri extrahantur, &c. §. 1. Ne de cætero quisquam quauis autoritate fungens, libros quinterna, folia, siue impressa, siue manuscripta, dictæ Bibliothecæ hactenus quomodolibet donata & assignata, seu imposterum forsan donanda & assignanda, ex ea extrahere, seu vt extrahantur permittere, quouis prætextu aut quæsito colore, causa, ingenio, vel occasione, audeat, seu præsumat, sub excommunicationis ac priuationis vocis actiuæ & passiuæ pœnis per contrafacientes incurrendis, Apostolicâ autoritate, tenore præsentium, interdicimus & prohibemus.

Permittit vsum & cōmodationē sub quibusdam moderationibus, &c. §. 2. Permittimus tamen Religiosis dictæ domus vt libros quinterna & folia, huiusmodi à dicta Bibliotheca extrahere, & illis in dicta tantum domo vti; necnon cùm resarcinatione indigebunt Librario consignari; ac personis de dicta domo benemeritis, præstitâ tamen cautione de dictis libris, infra tempus præscriptum in licentia per Correctorem prædictum, & Patres antianos dictæ domus concedenda, restituendis, commodari possint: & quoad Religiosos, dummodò cùm illis vsi fuerint illa ilicò ad dictam Bibliothecam sub iisdem pœnis reportent.

Decretum irritans. §. 3. Nonobstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac domus & Ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quâuis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Mandatum de copia affigenda, &c. §. 4. Volumus autem quod præsentis ptohibitionis copia in valuis dictæ Bibliothecæ, aut aliquo alio perspicuo loco, vnde ab omnibus cerni possit, continuò affixa remaneat. Datum *Romæ*, apud *S. Petrum*, sub annulo Piscatoris die 6. April. 1634. Pontif. nost. an. 11.

BVLLARII

1472. 1472.

BVLLARII PARS POSTERIOR,

QVÆ CONTINET CONSTITVTIONES A COLLECTORIBVS NOSTRIS, AD PROPRIAS & peculiares Ordinis quas præmiſimus, adiunctas & mixtim editas.

SIXTVS IV.

CONSTITVTIO I.

Concedit, vt quælibet vtriuſque ſexus perſonæ ſepeliri poſſint cum habitu noſtro, & excommunicat Curatos, & alios contradicentes, ſibi abſolutionem reſeruando.

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, 1472.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiū. APoſtolicæ manſuetudinis exempla nos admonent, vt fidelium perſonarum deuotionem, animarumq; ſalutem procuremus, & quæ pro ſacræ Religionis B. Franciſci honore proceſſiſſe concernimus, vt illibata perſiſtant, roburque Apoſtolicæ confirmationis à nobis petitum fauorabiliter impendamus.

Expoſitio. §. 1. Sanè pro parte dilectorum filiorum Zannetti de Vtino generalis Miniſtri, & Capituli Ordinis Fratrum Minorum in Ciuitate noſtra Ferrarienſi præterito feſto Pentecoſtes celebrati, nobis exhibita petitio continebat, quòd licet ab exordio dictæ Religionis deuota inualuerit conſuetudo, videlicet quòd multi Reges, & Principes, nobiles, & populares in mortis articulo requiſierint, & ſæpè requirant in habitu dictæ Religionis mori, & ſepeliri, & veluti fratres patenter vſque ad locum ſepulturæ deferri, in cuius deuotionis fauorem multi Romani Pontifices eamdem deuotionem approbantes, quaſdam ſic ſepeliri eligentibus indulgentias conceſſerunt.

Impediebãt aliqui Curati Chriſti fideles ſepeliri cũ habitu fratrũ. §. 2. Nihilominùs nonnulli Curati, & Eccleſiarum Rectores in vltramontanis, & aliis regionibus ipſam deuotionem irridentes, & penitùs extinguere cupientes, ſuos Parochianos contumeliosè impediunt, ne ſic in extremis voluntatibus ſepeliri eligant, nolentes corpora de domibus defunctorum leuare, nec ad eorum Eccleſias funera ſic compoſita cum habitu, niſi linteo, vel pallio cooperta deferri permittunt, nec etiam per vicos ad locum ſepulturæ deportari in ſcandalum plurimorum, & præiudicium Religionis, & præfatæ deuotionis. Quare pro parte Generalis, & Capituli prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper hoc opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Concedit, & ſtatuit prout in ſummario. §. 3. Nos igitur eorumdem prædeceſſorum veſtigiis inhærentes, omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus perſonis in habitu prædicto ſepeliri volentibus, quòd id eis liceat, ſine tamen alicuius præiudicio, Apoſtolica auctoritate perpetuò indulgemus, diſtrictiùs inhibentes Prælatis, & Rectoribus Eccleſiarum ſub excommunicationis pœna, quam, canonica monitione præmiſſa, contrafacientes incurrant, & à qua per alium, quàm per Romanum Pontificem, & in mortis

1479. articulo dumtaxat, absolui non possint, ne taliter sepeliri volentibus quouis modo impedimentum afferant, sed permittant, illos patenter ad Ecclesias, & locum sepulturæ in habitu huiusmodi deferri, iure Rectorum parochialium Ecclesiarum, & cuiuslibet alterius in omnibus semper saluo. 1472.

Derogat contrarijs. § 4. Nonobstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Apponit pœnas contrafacientibus. §. 5. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1472. octauo idus Septembris, Pontificatus nostri anno 2.

CONSTITVTIO II.

Ista est bulla, que communiter dicitur aurea, in qua sanctus Pontifex Sixtus confirmat omnia priuilegia iam concessa à se, & suis prædecessoribus Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus, & de nouo multa concedit, eisque communicat omnia concessa cæteris Mendicantium Ordinibus.

1479. SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Procemij. SAcri Prædicatorum, & Minorũ Fratrum Ordines, instar duorũ primorum fluminũ à cœlestium voluptatum, & amœnitatum paradiso egredientium, crosanctæ vniuersalis Ecclesiæ terram, ne mundanarum cupiditatum, & vitiorum calore arescat, præclaræ doctrinæ virtuosorum operum, ac multiplicium meritorum imbribus irrigantes, magis, ac magis illam in dies fructuosam efficiunt. Hi sunt duo Seraphim, qui in sublime contemplationis, & seraphici amoris alis eleuati, à terrenisque rebus abstracti, assiduo diuinarum laudum clamore, & immensorum beneficiorum humano generi à summo opifice Deo exhibitorum declaratione, feruentissimis prædicationibus populos instruendo, & ad cœleste iter dirigendo insistentes, multiplicata talenta eis credita, Domino Deo mundæ segetis (animarũ scilicet redemptoris nostri Iesu Christi pretiosi sanguinis effusione redemptarum) copiosos in horrea S. Ecclesiæ manipulos referunt. Hi sunt duæ tubæ, per quas Dominus præcipit ad pabulum sacri Euangelij vniuersum populum assiduis prædicationibus aduocari, vt in omnem terram exiret sonus eorum, & redderent sibi populum acceptabilem, & bonorum operum sectatorem. Ad prædictorum igitur Prædicatorum, & Minorum Fratrum Ordines, quos pro eorum ampliſſimis meritis, & vbertimis fructibus, quos in Dei Ecclesia continuè afferunt, præ cæteris paterna charitate diligimus, nostræ considerationis intuitum dirigentes, illa eis libenter concedimus, quæ in eis optatæ quietis fructum inducant, & statum eorum faciant pacificum, & tranquillum.

Multa se dicit confirmasse, & concessisse Ordinibus Prædicatorum, & Minorum. §. 1. Dudum siquidem, vt Ordinum eorumdem professorum statui, & quieti consuleremus, motu proprio nonnullas literas diuersorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum dictis Ordinibus concessas, & in illis contenta approbauimus, & quò ad aliqua declarauimus, ampliauimus, & extendimus, ac nonnulla eis de nouo concessimus, pro vt in diuersis nostris literis desuper confectis pleniùs continetur.

Motiua huius constitutionis. §. 2. Cùm autem, sicut postmodum accepimus, per huiusmodi ampliationes, declarationes, extensiones, & concessiones adhuc totali eorumdem Ordinum,

Digitized by Google

1479. dinum, & illorum professorum quieti plenè, vt expedit, non consulatur, asseratúrque à nonnullis, per easdem literas, omnes gratias spirituales, & temporales dictis Ordinibus, & eorum domibus, & fratribus prædecessoribus nostris concessas, approbatas non fore. 1479.

§. 3. Nos attenta meditatione pensantes, quantùm vtilitatis ad exaltationem Christianæ fidei, & euangelicæ veritatis Ordinum prædictorum professores hactenus attulerunt, & afferre valeant, adiuuante Domino, in futurum, ac propterea volentes, vt tenemur, eorum tranquillitati vberiùs prouidere: motu simili, non ad ipsorum Fratrum, & Sororum, aut alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia quascumque literas, & gratias spirituales, & temporales, concessiones, & indulgentias, ac peccatorum remissiones in genere, vel in specie Fratribus, & Sororibus Prædicatorum, & Minorum Ordinum, ac domorum eorumdem, nec non visitantibus illorum Ecclesias, Capellas, & Oratoria concessas, quarum tenorem, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, haberi volumus pro expresso, præsentium tenore approbamus, & robur firmitatis perpetuæ obtinere decernimus, proque potiori cautela Apostolica auctoritate de nouo, iuxtà literarum desuper concessarum continentiam, & tenorem concedimus, & largimur. Confirmat priuilegia aliàs dictis Ordinibus concessa.

§. 4. Et vt Ecclesiæ, domus, & Oratoria Prædicatorum, & Minorum Ordinum prædictorum per vniuersum orbem constructæ, & ædificatæ, & quæ construi, & ædificari contigerit in futurum, congrua deuotione, & veneratione à Christi fidelibus visitentur, ac quæ imperfectæ sunt perficiantur, & ad complementum deducantur, & completæ conseruentur, & manuteneantur, nec non paramentis, & aliis ad diuinum cultum inibi necessariis debitè ornentur; ipsique Christi fideles ad dictas Ecclesias eò libentiùs confluant, & ad præmissa manus promptiùs porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem domo cœlestis gratiæ conspexerint se refectos. De omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, vniuersis, & singulis Christi fidelibus vtriusque sexus verè pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesias, & Oratoria domorum Fratrum prædictorum in singulis S. Dominici, & S. Francisci centum annos, & totidem quadragenas, & in SS. Petri martytis, Thomæ de Aquino, Vincentij, & S. Catharinæ de Senis, ac SS. Antonij de Padua, & Ludouici Episcopi, Bernardini, & S. Claræ, & B. Elisabeth festiuitatum diebus, à primis Vesperis, & per totam diem ipsarum festiuitatum quinquaginta annos, & totidem quadragenas, deuotè visitauerint annuatim, & manus ad præmissa, aut eorum aliqua porrexerint adiutrices, de iniunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Cõcedit indulgentias visitantibus Ecclesias dictorum Ordinum certis diebus.

§. 5. Et vt prędictorum Prędicatorum, & Minorum Ordinum Fratres tantò feruentiùs diuinis beneplacitis insistant, quantò maioribus se viderint spiritualibus gratiis fore munitos, omnibus, & singulis Prędicatorum, & Minorum Ordinum professoribus, qui nunc sunt, & pro tempore perpetuo erunt, Confessor idoneus eorumdem Ordinum, quem quilibet pro se de sui Superioris licentia duxerit eligendum, eorumdem confessione diligenter audita, pro commissis per eos excessibus, & peccatis semel in vita in forma confessionalis per nos edita, in mortis verò articulo plenariam absolutionem, & peccatorum huiusmodi remissionem impendere valeat, etiamsi antè factam eorumdem Ordinum professionem eos decedere contingeret, similibus motu, scientia, & auctoritate indulgemus. Quòd Fratres possint semel in vita, & in articulo mortis Confessarium sibi eligere, qui eos, &c.

§. 6. Facultatem verò à prędecessoribus nostris concessam Magistro generali, & Prioribus prouincialibus, & conuentualibus, ac eorum Vicariis Prædicatorum, ac Generali, & prouincialibus Ministris, & eorum Vicariis, nec non Custodibus Minorum Ordinum prædictorum super absolutione Fratrum eorumdem Ordinum suorum, & dispensatione cum eisdem in quibuscumque casibus, (præterquam illis, pro quibus essent ad Sedem Apostolicam mittendi) & Restringit facultatem absoluendi ad Generales, & ab eis deputatos.

Digitized by Google

1479. per nos approbatam, cum declaratione caſuum, pro quibus mittendi ſunt, perſtringentes, volumus, quòd Magiſter, & Miniſter generales præfati, & eorum Vicarij, & illi, quibus ipſi Magiſter, & Miniſter generales pro tempore id duxerint committendum dumtaxat, & non alij, facultate prædicta de cætero vti poſſint, illam omnibus aliis penitùs adimentes. 1479.

Conceſſa Fratribus intelliguntur etiam cõceſſa Sororibus, & Tertiariis.

§. 7. Et ne propter Monaſteria Monialium, ſeu Sororum ſub cura, & inſtitutis Ordinis prædicti Fratrum Prædicatorum, & S. Claræ, ſeu S. Damiani Ordinum ſub eiuſdem Fratrum Minorum Ordinis cura degentia, S. Dominici, & S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatorum Ordinum vtriuſque ſexus perſonas, contingat eorumdem Fratrum quietem turbari, motu, ſcientia, & auctoritate prædictis ſtatuimus, quòd huiuſmodi Monaſteria, & loca, eorumque Abbatiſſæ, & Prioriſſæ, Procuratores, Syndici, Oblati, & vtriuſque tertij Ordinis prædicti de Pœnitentia nuncupatæ perſonæ prædictæ eiſdem priuilegiis, immunitatibus, gratiis, fauoribus, conceſſionibus, facultatibus, & indultis ſpiritualibus, & temporalibus, prædictis Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordinibus, ac illorum profeſſoribus, domibus, & locis, ac Procuratoribus, Syndicis, Oblatis, & Commiſſis, ſeu aliàs quomodolibet per prædeceſſores noſtros, aut nos hactenus conceſſis, & in poſterum concedendis quauis auctoritate, quatenus earum ſexui, & ſtatui non contradicant, liberè, & licitè vti poſſint, & debeant in omnibus, & per omnia prorſus, & ſine vlla differentia, ac ſi eiſdem Monaſteriis, locis, & perſonis, Abbatiſſis, Syndicis, Procuratoribus, Oblatis, & Commiſſis Sororum, & Monialium earumdem, ac perſonis vtriuſque ſexus de Pœnitentia huiuſmodi nominatim conceſſa forent, & concederentur expreſsè.

Impedientes Mendicantes eleëmoſynas quærere puniuntur.

§. 8. Præterea quia, vt intelleximus, exortis nonnunquam controuerſiis inter locorum Ordinarios, eorumque Vicarios, ſeu Officiales, Curatos, & Fratres prędictorum Ordinum, variis occaſionibus locorum Ordinarij, eorumq; Vicarij, ſeu Officiales, & Curati prædicti, ne Chriſti fideles Fratribus ipſis pias eleëmoſynas erogare præſumant, ſuadere, & etiam ſub cenſuris inhibere, ac erogantes excommunicatos fore prædicare, ſeu prædicari facere, ſeu pronunciare præſumunt. Locorum Ordinariis, eorumque Vicariis, ſeu Officialibus, & Curatis prædictis, ac etiam aliis quibuſcumque dicta auctoritate mandamus, vt ab huiuſmodi perſuaſionibus, inhibitionibus, & mandatis de cætero prorſus omnino abſtineant. Decernentes, inhibitiones ipſas, & mandata nullius exiſtere firmitatis, & illis contrauenientes cenſuris huiuſmodi minimè ligari, ac eoſdem perſuadentes, & inhibentes, mandatoque noſtro huiuſmodi obtemperare non curantes (niſi pœnituerint, & perſuaſiones, ac inhibitiones, & prædicta reuocauerint intra triduum, poſtquam deſuper requiſiti fuerint) eo ipſo Ordinarios interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis à regimine & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, alios verò inferiores ab eis excommunicationis ſententiam incurrere.

Sepeliri volentes cum habitu Fratrum à Superiotibus Ordinis ipſum recipere debent. Vide Conſt. 3 huius Põtif. nu. 3 & 4. & Conſt. 26. Leonis 10. §. 11.

§. 9. Cùm autem nonnulli ad Ordines prædictos Prædicatorum, & Minorum ſpecialiter gerentes deuotionis affectum, eorum cadauera cum habitu Prædicatorum, vel Minorum, ſeu Fratrum, vel Sororum de Pœnitentia vtriuſque Ordinis prædictorum ſepeliri mandent, & perſæpè antequam moriantur, habitum huiuſmodi eis poſtulant exhiberi, decernimus, habitum huiuſmodi per Priorem domus Ordinis Prædicatorum, aut Guardianum domus Ordinis Minorum loci, in quo tales decedere contingit, vel per Superiorem Prælatum ipſorum Ordinum, domorum, ſeu Prioratus, & Guardianiæ, vel cui illi duxerint committendum dumtaxat, & non per alium quauis auctoritate, vel prælatione fungentem exhiberi debere. Qui prædictum habitum recipientibus declarare teneantur, apud eorum Ordinum Eccleſias debere ſepeliri in eorum habitu, quorum habitum ſuſcipiunt, & illorum ſic indutorum cadauera diſcooperta, nullo pallio, vel tegumento ſuperimpoſito, cum habitu huiuſmodi ad ſepulturam deferri poſſe, Ordinariorum etiam ſub cenſuris prohibitione locorum qualibet in contrarium edita non obſtante, quas quò ad hoc modificamus.

§. 10. Et

Digitized by Google

1479. §. 10. Et ne ex habilitatibus ad vnum, vel plura beneficia Eccleſiaſtica in titulum, vel commendam obtinenda, cum facultate interim, donec illa aſſequantur, pro Capellanis áliorum in beneficiis Eccleſiaſticis deſeruire, & quòd etiam poſtquam beneficia huiuſmodi aſſecuti fuerint, in domibus dicti Ordinis reſidere, cameras habere in illis, ac in generalibus, atque prouincialibus Capitulis Fratrum eorumdem Prædicatorum, & Minorum Ordinum vocem actiuam, & paſſiuam habere, ac priuilegiis, fauoribus, & gratiis, & indultis conceſſis ipſorum Ordinum profeſſoribus gaudere poſſint, præfatis Ordinibus, & illorum profeſſoribus grauamen inferatur, eiſdem motu, & auctoritate decernimus, huiuſmodi conceſſas, & quas concedi contigerit habilitationis literas intelligi, & interpretari debere, vt Fratres ipſi, quibus literæ huiuſmodi conceſſæ ſunt, & concedentur in poſterum quandocumque per Sedem prædictam, poſtquam aliquod beneficium adepti fuerint pacifice, aut pro Capellanis in aliquibus Eccleſiis cœperint deſeruire, conceſſionibus prædictis (pro vt vocem actiuam, & paſſiuam, reſidentiam in domibus dictorum Ordinum, ac retentionem dictarum domorum, camerarum, & alia, quæ Ordinum præfatorum ſunt, concernunt) de dictorum Prælatorum conſenſu dumtaxat gaudere poſſint, & non aliàs, nec alio modo. Idem ſtatuentes de promotis ad cathedrales, etiam titulares appellatas Eccleſias, & aliàs Eccleſiaſticas dignitates.

1479. Fratres habilitati ad obtinenda beneficia extra Ordinem, non gaudẽt priuilegiis Ordinis, niſi de Prælatorum conſenſu.

§. 11. Cæterum vt dictorum Ordinum profeſſores, qui Inquiſitores hæreticæ prauitatis pro tempore in diuerſis Mundi partibus deputantur, tantò diligentiùs eorum officia ſtudeant exercere, ac ab illicitis, & eis prohibitis abſtinere, quanto cognouerint poſſe eorum errores faciliùs corrigi, & puniri, quòd Magiſter Prædicatorum, & Miniſter Minorum Ordinum prædictorum generales præfati nunc, & pro tempore exiſtentes, geſta pro tempore per ipſos Inquiſitores eorum Ordinum reſpectiuè examinare, & querelas contra illos propoſitas audire, ac ſuper illis (quantum eis iuſtum, & æquum videbitur) ſtatuere, & ordinare, & ſi in aliquo eos deliquiſſe inuenerint, illos iuxta exceſſuum exigentiam etiam per eorum ab officio amotionem, ac aliàs corrigere, & punire, dictoſque Inquiſitores, ſecundùm quod æquum, & iuſtum, aut neceſſarium videbitur (non tamen in vna, eademque Diœceſi) multiplicare liberè, & licitè valeant.

Inquiſitores ſubſunt correctioni ſuorum Generalium.

§. 12. Et Prædicatorum in Minorum, & è contra Minorum Ordinum prædictorum Inquiſitores in Prædicatorum Ordinum huiuſmodi profeſſores quoſcumque officio inquiſitionis huiuſmodi fungi, illudque exercere nullatenus poſſint abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, de præſentibus literis ſpecificam, & expreſſam faciente mentionem.

Prædicatores in Minorum. nec Minores in Prædicatorum ſe cauſis inquiſitionis intromittant.

§. 13. Poſtremò quia Prædicatorum, & Minorum Fratrum prædictorum Ordinum profeſſores pro fidei Catholicæ dilatatione, incremento, & defenſione continuè indefeſsè laborant, & eorum exemplari vita, prædicationibus verbi Dei, audientia confeſſionum, ſana doctrina, aſſidua ſacrarum literarum inſtructione, & deuota diuinorum Officiorum celebratione, hæreticorum extirpatione, aliiſque innumeris piis operationibus præ cæteris Ordinum Mendicantium profeſſoribus fructus in Eccleſia Dei ſalutares copioſiùs attulerunt hactenus, & continuè afferre non ceſſant, atque allaturos in futurum Deo propitio, ſpe firma tenemus; & propterea conuenit, vt ipſi præ cæteris ampliores fauores, & gratiarum prærogatiuas à præfata Sede recipiant, & reportent, aliorumque Ordinum Mendicantium indultis, & priuilegiis apud Sedem præfatam gaudeant, ne illis inferiores eſſe videantur. Omnes, & ſingulas gratias, conceſſiones, indulgentias, & peccatorum remiſsiones, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, & indulta ſpiritualia, & temporalia, qualiacumque ſint, Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum, ac Seruorum B. Mariæ Fratrum Ordinibus, & illorum Eccleſiis, Oratoriis, & domibus, Prioribus, Fratribus, & Sororibus, Conuerſis, & Oblatis, ac vtriuſque ſexus perſonis de Pœnitentia nuncupatis à prædeceſſoribus noſtris Romanis Ponti-

Concedit Prædicatoribus, & Minoribus priuilegia cæterorũ Mendicantium.

by Google

1479. ficibus prædictis, & à nobis, aut aliis auctoritatem habentibus: quæ omnia, ac si nominatim exprimerentur, haberi hic volumus pro sufficienter expressis, coniunctim, vel diuisim, in genere, vel in communi concessa, eisdem, & eorum cuilibet Prædicatorum, & Minorum Fratrum Ordinibus, domibus, Ecclesiis, Oratoriis, generali Magistro, Ministro, Prioribus, & Ministris prouincialibus, Conuentualibus Prioribus, Guardianis Sororibus, Oblatis, Conuersis, & vtriusque sexus tertij Ordinis, seu de Pœnitentia nuncupatis, & aliis eorumdem Ordinum personis de nouo concedimus, & in eis locum habere volumus, ac si eisdem nominatim directè, & expresè cõcessa fuissent. Mandantes etiam motu, & scientia, & auctoritate prædictis, vt dum priuilegiorum, indulgentiarum, prærogatiuarum, concessionum, exemptionum, immunitatum, facultatum, & indultorum dictorum Fratrum Eremitarum S. Augustini, Carmelitarum, & Seruorum S. Mariæ originales literæ, seu transumpta authentica ex illis, pro & in fauorem Ecclesiarum, domorum, & Fratrum prædictorum Prędicatorum, & Minorum Ordinum adducerentur, vel exhiberentur, eadem fides indubia adhibeatur, tam in iudicio, quàm extra iudicium, & aliis locis, quibus opus fuerit, ac si pro & in fauorem dictorum Ordinum Ecclesiarum, domorum, & Fratrum Prædicatorum, & Minorum à Sede Apostolica emanassent, ac eis, & cuilibet ipsorum fuissent immediatè concessa. 1479.

Pœnæ contra prohibentes vti priuilegiis.

§. 14. Inhibentes districtiùs ipsis locorum Ordinariis sub interdicti ingressus Ecclesiæ, & suspensionis à regimine, & administratione suarum Ecclesiarum, ac parochialium Ecclesiarum Rectoribus, & aliis quibuscumque sub excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis earumdem Ecclesiarum parochialium, & omnium aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ obtinent, necnon inhabilitationis ad illa, & alia in posterum obtinenda pœnis, eo ipso, qui contrafecerint, incurrendis, ne personis quibuslibet Ecclesiasticis, vel sæcularibus in genere, vel in specie, directè, vel indirectè aliquid inhibeant, præcipiant, ordinent, vel statuant, quominùs Ordines prædicti, illorum domus, & professores prædictis gratiis eis concessis liberè vti possint.

Derogat contrarijs.

§. 15. Nonobstantibus quibuscumque Apostolicis suspensionibus, reuocationibus, & restrictionibus, ac Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, necnon Parisiensi, & aliorum locorum generalium studiorum Vniuersitatibus, & Curiæ vicegerentiæ Auenionensis, & quibusuis ordinariis Prælatis, ac personis concessis, & concedendis literis, priuilegiis, ac per illos deputatis in eis conseruatoribus, priuilegiorum huiusmodi facultatibus, & iurisdictione cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ac fortioribus, & insolitis, quibus omnibus illa, etiamsi de eis, eorumque totis tenoribus, & datis, non per huiusmodi generales clausulas, etiam specialem mentionem importantes, sed specifica, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, seu quęuis alia mentio habenda esset, præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, quò ad præmissa specificè, & nominatim derogamus, & ea nemini in præiudicium prędemissorum suffragari posse, aut debere, ac irritum, & inane quicquid secus contigerit attentari decernimus, nec non omnibus illis, quæ in dictis literis nostris præfatis Ordinibus concessis, volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Trãsumptis fidem adhiberi præcipit.

§. 16. Verùm quia difficile foret præsentes literas ac singulas Prouincias originaliter destinare, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quòd transumptis earum, manu Notarij publici, & Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Auditoris, vel Protectoris, qui est, & qui pro tempore erit, aut alicuius Archiepiscopali, vel Episcopali, seu cuiuscumque in dignitate constituti sigillo munitis, ea prorsus in iudicio, & extra, vbicumque exhibita, vel ostensa fuerint, fides adhibeatur indubia, ac si ipsæ originales literæ forent exhibitæ, vel ostensæ.

Apponit contrafacientibus pœnas.

§. 17. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, constitutionis, concessionis, largitionis, indulti, perstrictionis, voluntatis, ademptionis,

Digitized by Google

1479. ademptionis, ſtatuti, mandati, decreti, inhibitionis, & derogationis infrin- 1481.
gere, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1479. VII. Kalend. Auguſti, Pontificatus noſtri anno VIII.

CONSTITVTIO III.

Concedit, vt Fratres cùm itinerauerint, vel extra Conuentum erint, de licentia ſuorum Prælatorum, poſſint confiteri Sacerdotibus quibuſcumque ſecularibus, vel regularibus.

SIXTVS PAPA IV.

Dilectis filiis Vicario, ac Prælatis Conuentuum, ac Monaſteriorum reformatorum, & reformandorum Congregationis Prouinciæ Caſtellæ, & Legionis,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. SVpplicari nobis humiliter feciſtis, vt, cùm in conſtitutionibus, & priui- Supplicatio.
legiis veſtri Ordinis expreſsè caueatur, ne Fratres Ordinis eiuſdem, præterquam ſuis Prælatis, & eorum licentia, Fratribus dicti Ordinis confiteantur, dignaremur concedere, vt aliquando alterius Ordinis Sacerdotibus, maximè neceſſitate exigente, poſſint confiteri.

§. 2. Nos vt cum maiori animi quiete, & conſcientiæ pace Fratres vobis ſub- Concedit prout in ſummatio.
diti Altiſſimo famulari poſſint, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vt fratres, veſtra, vel aliorum Prælatorum, & ſuorum, qui pro tempore erunt, licentia, ſolummodò tamen cùm itinerauerint, vel fuerint extra Conuentus eorum, prout eis concedetis, confiteri poſſint, & vos quomodocumque Sacerdotibus cuiuſcumque ſecularis, vel regularis Ordinis confiteri valeatis, tenore præſentium auctoritate Apoſtolica concedimus, & indulgemus. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 11. Auguſti, anno 1479. Pont. noſtri anno 9.

CONSTITVTIO IIII.

Reuocat particulam bullæ aureæ, ideſt 4. huius Pontificis, §. 6. ſuper abſolutionem, & diſpenſationem Fratrum obtinendam à Generali ſolùm, & dictam facultatem eos habere decernit, qui eam habebant, antequam dicta bulla aurea emanaſſet.

SIXTVS EPISC. SERVVS SERVORVM DEI. 1481.

Dilectis filiis Vicariis Fratrum obſeruantiæ Hiſpaniæ, & Lombardiæ Ordinis Prædicatorum, ac omnibus Prioribus, & Vicegerentibus eorumdem Fratrum ipſis Vicariis ſubiectis,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

QVoniam omnes Ordinis veſtri de obſeruantia Fratres pro eorum abſolu- Statuit prout in ſummatio.
tionibus, & diſpenſationibus obtinendis ad Magiſtrum generalem præfati veſtri Ordinis ire tenentur, & obligantur, iuxta tenorem bullæ aureæ nuncupatæ, in qua talis reſtrictio apponitur, idq; Fratribus ipſis magno ſit incommodo, propter varios diſcurſus pro quaque re faciendos. Volentes eorũ commoditati, & quieti in hoc conſulere, ſupplicationibuſque in hac parte nobis porrectis inclinati, vobis, & cuilibet veſtrum facultatem, & poteſtatem con-

Digitized by Google

1495. cedimus absoluendi, & dispensandi cum Fratribus ipsis, sicuti aliàs ex priui- 1495.
legio, quod dicitur Mare magnum, facere poteratis, antequam talis bulla aurea nuncupata emanasset. Illa, cæterisque contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 28. Maij 1481. Pontif. nostri anno 10.

ALEXANDER VI.

CONSTITVTIO VNICA.

Concedit, quòd Tertiariis nostris possimus Eucharistiam, etiam in die Paschæ, & Extremam Vnctionem ministrare.

1495. ALEXANDER PAPA VI.

Dilecto filio Vicario generali Congregationis Lombardiæ Ordinis Prædicatorum,

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Proœmiũ. CONsiderantes vberes fructus, quos Fratres Ordinis Prædicatorum Congregationis Lombardiæ ad saluationem animarum Christi fidelium in militanti Ecclesia produxerunt hactenus, meritò inducimur, vt eos spiritualibus fauoribus, & gratiis prosequamur.

Statuit prout in summario. Tu vide supra Const. 4. Sixti IV. num. 39. & limita vt ibi. §. 1. Hinc est, quòd nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati, singulis Fratribus Ordinis, & Congregationis huiusmodi in presbyteratus ordine constitutis, nunc, & pro tempore existentibus, quòd de licentia tua, aut, qui pro tempore extiterit, generalis Vicarij, vel Prioris, seu Præsidentis domus, Ordinis, & Congregationis huiusmodi, in qua eos pro tempore residere contigerit, omnibus, & singulis Fratribus, & Sororibus tertij Ordinis, de Pœnitentia B. Dominici nuncupatis, nunc, & pro tempore existentibus (quando id petierint) tam in die Paschæ, seu Festi Resurrectionis D. N. Iesu Christi, & infra eiusdem Festi Octauam, quàm etiam aliis diebus, etiam in mortis articulo, Eucharistiæ, & alia Ecclesiastica Sacramenta quæcumque exhibere, & ministrare. Ipsique Fratres, & Sorores Eucharistiæ, & alia Sacramenta huiusmodi ab eisdem Fratribus Ordinis Prædicatorum, & Congregationis huiusmodi recipere liberè, & licitè valeant, cuiusuis licentia super hoc minimè obtenta, seu etiam petita, auctoritate Apostolica licentiam concedimus, & facultatem per præsentes.

Derogat contrariis. §. 2. Non obstantibus quibusuis Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, & specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Congregationis, & Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 30. Septembris 1495. Pontificatus nostri anno 4.

IVLIVS II.

Digitized by Google

IVLIVS II.

CONSTITVTIO I.

Concedit, vt duo ex Prælatis Congregationis Monachorum B. Mariæ montis Oliueti cum conſenſu Capituli poſſint alienare in euidentem vtilitatem.

IVLIVS PAPA II. SERVVS SERVORVM DEI.

Dilectis filiis Abbati Generali, & Viſitatoribus Congregationis Monachorum B. Mariæ de monte Oliueto Ordinis S. Benedicti,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

EX iniuncto nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officio, ad ea libenter intendimus, per quæ Monaſteriorum, & aliorum Religioſorum locorum quorumlibet vtilitas valeat procurari. Proemiū.

§. 1. Dudum ſiquidem à fel. rec. Paulo PP. II. prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis. Paulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Cùm in omnibus iudiciis ſit rectitudo iuſtitiæ, & conſcientiæ puritas obſeruanda, id multò magis in commiſſionibus alienationum rerum Eccleſiaſticarum conuenit obſeruari, in quibus de Chriſti patrimonio, & diſpenſatione pauperum, non de proprio cuiuſque peculij agitur, aut tractatur. Quapropter oportet, vt in examinandis huiuſmodi alienationum cauſis, quæ à Sede Apoſtolica in forma, ſi ad euidentem vtilitatem cedant, oneratis Eccleſiaſticorum iudicum conſcientiis, delegantur, nil fauor vſurpet, vel timor extorqueat, nulla expectatio præmij iuſtitiam, conſcientiamque ſubuertat. Monemus igitur, & ſub interminatione diuini iudicij omnibus Commiſſariis, & Delegatis huiuſmodi diſtrictè præcipimus, vt cautè, & diligenter attendant cauſas in literis Apoſtolicis per ſupplicantes expreſſas, illaſque ſollicitè examinent, atque diſcutiant; teſtes, & approbationes ſuper narratorum veritate recipiant, & ſolum Deum præ oculis habentes, omni timore, vel fauore depoſito, Eccleſiarum indemnitatibus conſulant; nec in læſionem, aut detrimentum earum decretum quomodolibet interponant. Si quis autem Commiſſarius, aut Delegatus conſcientiæ ſuæ prodigus, in grauamen, aut detrimentum Eccleſiæ per gratiam, timorem, vel ſordes, alienationi conſenſerit, aut decretum, vel auctoritatem interpoſuerit, inferior quidem Epiſcopo, ſententiam excommunicationis incurrat; Epiſcopus verò, aut Superior ab executione officij per annum ſe nouerit ſuſpenſum: Ad æſtimationem derrimenti illati nihilominus condemnandus, ſciturus, quòd, ſuſpenſione durante, ſi damnabiliter ſe ingeſſerit in diuinis, irregularitatis laqueo ſe inuoluet, à quo non niſi per Summum Pontificem poterit liberari. Is verò, qui dolo, vel fraude, ac ſcienter in detrimentum Eccleſiarum, alienationem fieri procurauerit, aut per ſordes, vel impreſſionem alienationis decretum extorſerit, ſimilem ſententiam excommunicationis incurrat, à qua non niſi per Romanum Pontificem abſolui poſſit: Ad reſtitutionem nihilominus rerum alienatarum cum fructibus, quandocumque de præmiſſis conſtiterit, condemnandus. Volumus autem, quòd Commiſſarij, & Delegati prædicti de pœnis conſtitutionis noſtræ ſpeficè moneantur, & in quibuſcumque literis commiſſionum huiuſmodi hoc ſtatutum noſtrum inſeratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ monitionis, præcepti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incur- Literæ Pauli II. pro Commiſſariis alienationum.

Digitized by Google

1507. ſurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1465. 1507.
5. Id. Maij, Pontificatus noſtri anno 1.

Supplicatur Papæ pro facultate alienandi.

§. 2. Et deinde nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli generalis Congregationis Monachorum B. Mariæ de monte Oliueto Ordinis S. Benedicti petitio continebat, quòd ſæpe contigerit, quòd Monaſteriis, Prioratibus, & aliis Religioſis locis dictæ Congregationis, necnon membris ab illis dependentibus expediret aliqua ex eorum immobilibus bonis, quæ eis parum vtilia, ſeu minùs commoda exiſtunt, vendere, & pretium inde proueniens in alia immobilia bona vtiliora, & commodiora conuertere, ſeu pro aliis poſſeſſionibus, aut immobilibus bonis vtilioribus, & commodioribus commutare, aut in feudum, vel emphiteuſim, ſiue liuellum, & affictum perpetuum, vel ad tempus ſub canone condecenti locare, & concedere, ex quo profecto Monaſteriorum, & Prioratuum, ac locorum, necnon membrorum prædictorum conditio cum eorum euidenti vtilitate melior efficeretur. Quare pro parte eorumdem Capituli nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt vobis ſingulis Abbatibus, & aliis Prælatis, & Prioribus, ac Conuentibus Monaſteriorum, locorum, Prioratuum, & membrorum prædictorum pro tempore exiſtentibus, quaſcumque poſſeſſiones, & alia bona immobilia minùs vtilia, minuſque commoda huiuſmodi vendendi, alienandi, & permutandi, aut in feudum, ſeu emphiteuſim, vel liuellum, & affictum perpetuum, vel ad tempus locandi, & concedendi, quoties expedierit, licentiam largiamini, committere, & mandare, aliáſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Concedit facultatem alienandi.

§. 3. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel maior pars aut ad minus duo veſtrum, bonis (de quorum venditione, permutatione, locatione in feudum, ſeu emphiteuſim, vel liuellum pro tempore agetur huiuſmodi) priùs coram vobis ſpecificatis, de omnibus, & ſingulis, quæ ſuper obtinenda licentia huiuſmodi per eoſdem Abbates, Prælatos, Priores, & Conuentus vobis pro tempore exponi contigerit, & eorum circumſtantiis vniuerſis auctoritate noſtra vos coniunctim, ſeruata forma literarum Pauli prædeceſſoris huiuſmodi, procedendo, diligenter informetis. Et ſi per informationem eamdem, ea vobis ſic pro tempore expoſita vera eſſe, ac venditiones, alienationes, permutationes, locationes, & conceſſiones prædictas, ſi fiant, in euidentem Monaſteriorum, Prioratuum, membrorum, & locorum prædictorum, quorum illa fuerint, vtilitatem cedere repereritis, eiſdem Abbatibus, Prælatis, Prioribus & Conuentibus id petentibus, quoties expediens fuerit, poſſeſſiones, & bona quæcumque huiuſmodi pro pretiis competentibus vendendi, & alienandi, ſeu illa pro aliis poſſeſſionibus, & bonis immobilibus vtilioribus, & commodioribus permutandi, aut quibuſuis perſonis, etiam ſecularibus in eamdem empitheuſim, vel liuellum, & affictum perpetuum, vel ad tempus pro condecenti annuo canone, ſeu conſenſu locandi, & concedendi dicta auctoritate licentiam largiamini, concedimus.

Derogat contrariis.

§. 4. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſteriorum, Prioratuum, locorum, membrorum, Congregationis, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis; quodque vos de perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, quibus literæ Apoſtolicæ dirigi conſueuerunt, non ſitis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Pretium in alia bona ſtabilia impliceur.

§. 5. Prouiſo, quòd ſi poſſeſſiones, & bona huiuſmodi vendi contigerit, vt præfertur, pretium, ſeu pretia ex illis proueniens, ſeu proueniëtia, penes ædem ſacram etiam dictæ Congregationis, aut fide, & facultatibus idoneam perſonam cum obligationibus, & recognitionibus, ac cautelis in talibus apponi ſolitis reponantur, & in emptionem aliorum immobilium bonorum eiſdem Monaſteriis, Prioratibus, locis, & membris, quorum erant bona vendita huiuſmodi, commodiorum, & magis vtilium, & non in aliam cauſam omnino conuertantur.

1508. tantur. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1507. 1508.
pridie Nonas Iulij, Pontificatus nostri anno 4.

CONSTITVTIO II.

Concedit multa Ordini Eremitarum S. Augustini, præsertim quòd fruatur omnibus priuilegiis concessis aliis Ordinibus Mendicantium.

IVLIVS PAPA II.

Dilecto filio F. Ægidio Ordinis Eremitarum S. Augustini Priori generali,

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

ETsi ad bene merendum, tum de vniuersa Religione, tum præcipuè de Augustiniana, cui tu præes, propensi magnoperè simus; libellus tamen, quem de Ecclesiæ incremento edidisti, fecit nos ad res, vel tuas, vel tui Ordinis longè propensiores. Proœmiū.

§. 1. Cùm igitur superiori anno per nostras literas quædam Religioni tuæ concesserimus, inter quæ id erat, vt loca oblata tu, fratresque tui, tam qui sunt, quàm qui erunt, capere pro Religione possetis. Nunc per has nostras ea, quæ concessimus, clariùs declaranda duximus: Eamdemque locorum suscipiendorum facultatem ad alia quæcumque loca, domos, Ecclesias (etiam parochiales) ac cuiuscumque sint Ordinis, aut conditionis suscipiendas, extendimus, damusque proprio tam motu, quàm scientia, atque de plenitudine potestatis, vt hæc omnia capere possitis, facta vobis potestate tam per literas, quas supra memorauimus, quàm per harum concessionem, declarationémque literarum. Licere igitur vobis perpetuò decernimus hæc omnia posse capere absque alia Sedis Apostolicæ concessione. Non obstante piæ mem. Bonif. VIII. constit. prohibente noua loca ædificari. ¶ Concedit facultatem sumendi Conuentus.

§. 2. Confirmauimus etiam priuilegia Religionis vestræ per easdem literas. Quod planè tam de iis omnibus intelligimus, quæ vestrum Mare magnum continet, quàm de aliis omnibus Apostolicis concessionibus, quarum apud vos aut Apostolicæ literæ, aut authentica exempla seruantur. Confirmamus & priuilegiorum communionem, quam fel. rec. Sixtus prædecessor noster fecit inter vos, Mendicantesque alios; decernimusque, ac volumus, quicquid vsque in hanc diem Ordini Minorum, aut Prædicatorum, aut Carmelitanorum, aut Seruorum concessum ab Apostolica Sede est, & quicquid in futurum concederur, vobis concessum esse, Fratresque tuos eisdem concessionibus perpetuò vti posse, perinde ac si vobis nominatim concessa essent. Concedit omnia priuilegia Mendicantium.

§. 3. Dedimus præterea tibi potestatem sacrandi, benedicendique corporalia, vestes, & ea, quæ sacris vsibus necessaria sunt. Quo quidem munere tam te, quàm qui pro tempore erunt aut Generalis, aut Vicarius, fungi posse decernimus. Dat potestatem benedicendi res sacras. Vide 2. p. nostri Rit. nor. 2.

§. 4. Vt verò exeuntium ab Ordine tuo motibus occurramus, confirmamus in primis fel. rec. Martini prædecessoris nostri decretum, vt nemo è tuo Ordine ad aliquem aliorum Ordinum, occasione arctioris Regulæ, transire possit. Volumusque vt quisquis in tua Religione professus, siue ad sacros Ordines promotus in ea fuerit (quam rem professionis loco & esse, & haberi statuimus) habitum dicti Ordinis relinquere, aut mutare non possit, nisi missionem, literasque à Generali Ordinis obtinuerit: Quod tam de iis, qui hactenus exierint intelligi volumus, quàm de his, qui in posterum exituri sunt, etiamsi Apostolicas literas obinuerint. Nullus potest ex isto Ordine exire.

§. 5. Ne verò proteruis relinquatur litigandi, repugnandive locus. Si quis eo-

Digitized by Google

1509. rum exeuntium cauſam in Romana Curia ſuper ea re committi hactenus obtinuerit, aut in poſterum obtinebit, vbi ad inhibendum, aut alia huiuſmodi agendum itum fuerit, motu, ſcientia, & poteſtate prædictis, lites huiuſmodi ad nos auocamus, atque omnino extinguimus. Statuentes, æquè valere hoc decretum noſtrum, ac ſi iudicum nomina, atque alia omnia, quæ ſupra commemorata ſunt, hîc ſatis expreſſa eſſent, etiamſi ſacri Palatij Apoſtolici Auditores exiſterent. Volumuſque, vt quicquid ſuper hac re fiet, aut factum ſit, etiamſi cauſam aut nos, aut Apoſtolica commiſerit Sedes, pro infecto omnino haberi. 1508.

Auocat ad ſe lites.

Decretum irritans.

§. 6. Irritum præterea eſſe, atque inane quicquid ſuper his Apoſtolica, ſiue alia quauis auctoritate ſecus contigerit aut agi, aut attentari.

Fratres exeuntes capi mandat.

§. 7. Fratres verò, qui ita exierint, quocumque induti habitu ſint, mandamus, vt capi cures, ad Religionemque veſtram redire quacumque ratione compellas.

Præſumptis fidem adhiberi iubet.

§. 8. Denique fidem adhiberi mandamus, non modò noſtris his literis, verum etiam & earum exemplis, modò Prælati, aut Notarij alicuius ſigno obſignatæ fuerint. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 17. Iunij, 1508. Pontific. noſtri anno 5.

CONSTITVTIO III.

Declarat, quomodo ſit intelligenda communicatio priuilegiorum inter Ordines Minorum, & Prædicatorum.

1509. IVLIVS PAPA II.

Venerabilibus Fratribus Salamantino, Paſcen. & Corduben. Epiſcopis, & eorum cuilibet,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

ALiàs ad ſupplicationem chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Regis, *& infrà.*

Conceſſa Generali Prædicatorum quo ad abſolutiones, &c. intelligantur conceſſa Generali Minorum, &c.

§. 1. Quodque in prædicta priuilegiorum, gratiarum, & indultorum præfatorum communicatione, tam vniuerſaliter per prædeceſſores noſtros toti Ordini Minorum, quàm etiam per nos particulariter prædictorum Regnorum fratribus facta, vt ea, quæ ad abſolutionem, diſpenſationem, vel aliàs ad Priorem generalem, ſeu Magiſtrum Ordinis Prædicatorũ ſpectant, ad Miniſtrum, vel Vicarium generalem Fratrum Minorum pertineant, & ea, quæ ad Priores conuentuales, ideſt Prælatos ſingularum domorum Ordinis Prædicatorum, & eorum Vicarios ſimiliter ſpectant, ad Guardianos, & eorum Vicarios Ordinis Minorum. Et ea, quæ ad Priores, ſeu Vicarios, vel Subpriores, Prouinciales, ideſt Prælatos, qui medij ſunt, quocumque nomine cenſeantur, vel vocentur, inter dictum Generalem, ſeu Magiſtrum Ordinis, & Priores conuentuales, eorumque Vicarios ſimili modo ſpectant, ad Miniſtros, & Vicarios Prouinciales, ac Cuſtodes, qui etiam medij ſunt inter Miniſtrum, & Vicarium generalem, & Guardianos, eorumque Vicarios ſimiliter pertineant. Et ſicut de poteſtate Prælatorum, ſcilicet de Prælatis ad Prælatos dictum eſt, ita de Congregationibus vnius ad Congregationes alterius Ordinis: Et de fratribus priuatis, ideſt ſine Prælatura, ad fratres priuatos: Et de feſtiuitatibus ad feſtiuitates, in his caſibus, in quibus Congregationibus, vel fratribus priuatis, aut feſtiuitatibus vnius Ordinis aliquid conceditur, Congregationibus, fratribus priuatis, ac feſtiuitatibus alterius Ordinis nunc, & pro tempore reſpectiuè conceſſa intelligantur. Ita quòd ea, quæ in honorem SS. Dominici, Petri mar. Thomæ de Aquino, Catharinæ de Senis, fratribus, vel locis Prædicatorum ſunt conceſſa, omnia illa Fratribus Minoribus præfatis, eorumque locis in feſtiuitatibus SS. Franciſci,

by Google

1509. Franciſci, Antonij, Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, Quinque martyrum dicti Ordinis, qui apud Marrochum martyrij coronam adepti ſunt, & S. Claræ, & in aliis feſtiuitatibus dicti Ordinis Minorum, licet ſint in maiori numero, quàm feſta Prædicatorum, ſint, & intelligantur conceſſa, ad tollendam quamcumque hæſitationem, & inde fortè ortum ſcrupulum, auctoritate, & tenore præfatis declaramus. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 1. Iunij, 1509. Pontif. noſtri anno 6. 1509.

CONSTITVTIO IIII.

Concedit Generali, vt poſsit priuilegia declarare, Quòd confeſsionalia ſine licentia Superiorũ non valeant: & Quòd Tertiariæ collegialiter viuentes poſsint tria vota emittere.

IVLIVS PAPA II. 1509.

Dilectò filio Thomæ de Vio Caietano generali Magiſtro Ordinis Prædicatorum,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. CONſiderantes, quòd multa tibi in tanta cura accidere poſſunt, quæ ſanctæ Sedis auxilium, & benignitatem requirunt, illis duximus de Apoſtolicæ Sedis plenitudine ſuccurrendum. Itaque volumus, & tibi concedimus, quòd ſi in conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum, aut circa priuilegia, indulta, gratiaſque, & exemptiones ab ipſa ſancta Sede illi conceſſa, & concedenda, conceſſas, aut concedendas, quæ etiam, & quas harum tenore, & eiuſdem Sedis auctoritate confirmamus, aliqua ambiguitas emerſerit, tu illam (quò ad ſerenitatem illarum conſcientiarum, quæ tibi ſubiectæ ſunt dumtaxat) poſſis auctoritate Apoſtolica declarare. Generalis poteſt priuilegia declarare.

§. 2. Inſuper, vt ipſius Ordinis Præſidentes vultum pecoris ſui agnoſcere queant, nolumus, perſonas Ordinis eiuſdem confeſſionalibus, vel indulgentiæ literis, etiam per ſanctam Sedem emiſſis, vel emittendis (niſi conſenſu tuo accedente, & eo durante) gaudere poſſint. Confeſſionalia ſine conſenſu Superiorum non valent.

§. 3. Et inſuper quòd mulieres prædicti Ordinis, quæ Sorores de pœnitentia nuncupantur, & collegialiter viuunt (ſi tibi placuerit, & illæ hoc cupiant) ex benignitate Apoſtolica tria vota Religionis in manus tuas, aut illorum, quos ad hoc duxeris deputandos, emittere licitè valeant. Tertiariæ poſſunt emittere tria vota Religionis.

§. 4. Binos præterea Fratres tibi de more ſocios, quorum vnus Prouincialis Terræ ſanctæ, alter Scriba eſſe ſolet, qui laboribus pro tanta Religione ſuſceptis impediti, ſtudiorum exercitiis commodè intereſſe non poſſunt (ſi aliàs ſcientia ſunt idonei, & eos gradus, ac honores non habeant) ad Baccalaureatus, & Magiſterij Theologiæ gradus, & honores valeas promouere. Hæc tibi prædictæ Sedis auctoritate ſic concedimus, vt etiam eadem ſimili auctoritate tuis ſucceſſoribus indulgeamus. Socij Generalis Prædicatorũ poſſunt ad Magiſterium promoueri.

§. 5. Nonobſtantibus præmiſſis, conſtitutionibus, & ordinationibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis; priuilegiis quoque, & indultis, ac literis Apoſtolicis, etiam in forma Breuis, illi Ordini, aut perſonis eius ſub quibuſuis verborum formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, & inſolitis conceſſis, aut concedendis; quibus, illorum omnium tenores pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat derogamus, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 14. Decemb. 1509. Pontif. noſtri anno 7. Derogat contrarijs.

CONSTITVTIO V.

Declarat, quòd per publicationem quotannis Bullæ Cœnæ non derogatur iis priuilegiis, quæ casuum illius absolutionem expressè concedunt. Et quòd Tertiariæ viuentes collegialiter profiteantur obedientiam, &c.

IVLIVS PAPA II.

Dilecto filio Thomæ de Vio Caietano Magistro generali Ord. Prædic. *Salutem, & Apostolicam benedictionem.*

Supplicatio. §. 1. EXponi nobis fecisti, quòd licet fel. rec. Sixtus Papa IV. prædecessor noster, secundùm carnem patruus, extendendo declarauerit, in quibus casibus ad Sedem Apostolicam recurrendum esset pro absolutione, & dispensatione censurarum, & irregularitatum à personis Ordinis Prædicatorum; nihilominus propter clausulas derogatorias positas in Bulla, quæ singulis annis in Cœna Domini publicatur, dubitas, facultatem illam Ordini prædicto ademptam. Super concessione quoque, quam nuper fecimus Sororibus de pœnitentia B. Dominici nuncupatis, collegialiter viuentibus, quòd possint tria vota Religionis emittere, nonnulla declarari desideras, & proinde supplicasti humiliter, vt in præmissis, opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Habentibus expressam auctoritatē absoluendi à casibus Bullæ Cœnæ non obstat illius publicatio, quæ singulis annis fit.

§. 2. Nos igitur, qui Religiosorum quieti, quantum cum Deo possumus, libenter consulimus, volentes occasiones tollere vagandi, attendentesq; quòd multa in prædicta declaratione concessa sunt, quæ in Bulla præd cta continentur, eiusdem sanctæ Sedis auctoritate decernimus, quòd illi, quibus in prædicta declaratione concessa est potestas absoluendi, & dispensandi, licitè possint perpetuis temporibus absoluere, & dispensare ab omnibus, & singulis, ac si prædicta Bulla in Cœna Domini non esset facta, nec fieret; præterquam à conspiratione in Romanum Pontificem, & ab illis, propter quæ prædictus prædecessor noster declarando voluit, ad eamdem sanctam Sedem etiam recurrendum.

Tertiariæ obedientiam præstent Generali.

§. 3. Sorores quoque de pœnitentia B. Dominici nuncupatæ, collegialiter viuentes, & volentes vouere tria Religionis vota iuxta nostram concessionem, eadem auctoritate volumus, vt profiteantur obedientiam tibi, & pro tempore existenti Magistro generali, vel alteri vices generalis Magistri gerenti vsque ad mortem, secundùm Regulam B. Augustini, & propter hoc tamen non teneantur ad clausuram, nec ad Officium diuinum, magis quam ex sua Regula tertij habitus tenentur. Et quòd exemptæ, tamquam dictæ Religionis membra, gaudeant omnibus priuilegiis actiuè, & passiuè, quibus Fratres Ordinis supradicti gaudent, modò priuilegia illa sexui non repugnent.

Derogat contrarijs.

§. 4. Nonobstantibus quibuscumque Apostolicis constitutionibus, ordinationibus, suspensionibus, reuocationibus, & restitutionibus, ac etiam constitutionibus, & ordinationibus, necnon priuilegiis, & consuetudinibus dicti Ordinis, vel dictarum Sororum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis; necnon Curiæ Vicegerentis Auenion & quibusuis ordinariis Prælatis, ac personis concessis, & concedendis literis, priuilegiis, & facultatibus cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis fortioribus, & insolitis, quibus omnibus, etiamsi de eis, & supradictis omnibus, eorumque totis tenoribus, & datis, non per huiusmodi generales clausulas, etiam specialem mentionem importantes, sed specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, seu quæuis alia mentio habenda esset, præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, quò ad præmissa specificè, & nominatim derogamus, nemini in præiudicium præmissorum suffragari posse, aut debere,

Digitized by Google

1510. debere', ac irritum, & inane quicquid ſecus contigerit attentari, decernimus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 27. Febr. anno 1510. Pontif. noſtri anno 7. 1510.

CONSTITVTIO VI.

Prohibet ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ Fratribus Minimis, ne poßint recipere, aut retinere Fratres Minores.

IVLIVS PAPA II.

Dilectis filiis vniuerſis Fratribus Ord. Minorum de obſeruantia nuncupatis ciſmontanæ, & vltramontanæ familiæ,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Supplicatio

§. 1. EXponi nobis feciſtis, quòd Fratres Minimi nuncupati ex veſtris Fratribus ad illos, & illorum Ordinem tranſire volentes recipere, & illos retinere non ceſſant in veſtri Ordinis iacturam, & ſcandalum, ſuper quo à nobis opportunè prouideri humiliter ſupplicaſtis.

Minimi non poſſunt recipere Minores.

§. 2. Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, & conſeruationi, & augmento Ordinis veſtri, quem in viſceribus gerimus charitatis, opportunè conſulere volentes, præſentium tenore, Apoſtolica auctoritate vniuerſis Fratribus Ordinis Minimorum quoquo nomine nuncupatis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna diſtrictè præcipiendo inhibemus, ne de cætero aliquem ex Fratribus veſtris Ordinis Minorum de obſeruantia modo aliquo, vel cauſa recipere, vel retinere præſumant, ſine expreſſa, & ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, à volente ad illos tranſire ſpecialiter obtenta; eiſdem Minimis ſub ſimili pœna mandantes, vt omnes, & ſingulos ſine tali licentia hactenus per ipſos receptos, quamprimum fuerint à vobis, vel ex parte Vicarij veſtri Ordinis Prouinciæ, in qua exiſtant, requiſiti, liberè relaxare, & ad vos remittere debeant.

Derogatoriarum, & in ſpecie cõſt. eius 1. §. 31. & iuſt. cõm. cap. Sanè, cap. Licèt, de reg. Vide 1. 1. Relig. q. 1. c. 14. § 2. pag. 272.

§. 3. Non obſtantibus priuilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque verborum formis, & clauſulis per nos, vel Sedem prædictam quomodolibet, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, & ex poteſtatis plenitudine illis in genere, vel in ſpecie conceſſis, quorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, vel inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, quoad præmiſſorum omnium & ſingulorum effectum ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 4. Verùm quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæcunque loca, ad quæ expediens fuerit, transferre, volumus & dicta autoritate mandamus, ipſorum tranſumptis vnius Notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides adhibeatur, in iudicio & extra, quæ præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ, in contrarium facientibus nonobſtantibus. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 9. Iulij anno 1510. Pontif. noſtri anno 7.

CONSTITVTIO VII.

Prohibet appellare à sententiis Superiorum, & concedit, quòd Generalis possit eximere Conuentus à iurisdictione Prouincialium.

IVLIVS PAPA II.

Dilecto filio Thomæ de Vio Caietano Magistro generali Ordinis Prædicatorum,

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Supplicatio. § 1. EXposuisti nobis, quòd in Ordine Prædicatorum tuæ curæ commisso quandoque pax turbatur, & regularis vita impeditur ob appellationes ab absolutione ab officiis, vel exemptione à iurisdictione Priorum prouincialium; quodque prouidere dignaremur de benignitate Apostolica humiliter supplicasti.

Prohibet appellationes. Vide to. 1. Relig. q. 1. c. 20. cõcl. 2. § 2. Nos attendentes, quòd non solùm à Religionis iugo communi ratione, sed dicti Ordinis perpetuis statutis appellationes dissonant, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, vt si quis Frater dicti Ordinis, aut Soror sub cura, & habitu eiusdem, ad absolutionem ab officio Prioratus Prouincialis, vel Conuentualis, seu Monasterij, à quocumque Superiore dicti Ordinis, habente potestatem absolutionem huiusmodi faciendi, factam, vel faciendam appellauerit, etiam prætextu grauaminis, aut appellationi huiusmodi quocumque nomine interpositæ inhæserit, sit ipso facto, absque alia declaratione, absolutus, aut absoluta ab huiusmodi officio, pro quo appellatum est.

Generalis potest eximere Conuentus à iurisdictione Prouincialium. §. 3. Et pro augmento vitæ regularis volumus, & declaramus, quòd Magister generalis pro tempore possit in fauorem regularis vitæ eximere non solùm Conuentus Fratrum à cura, & iurisdictione Priorum Prouincialium, sed etiam Monasteria Sororum sub cura, & habitu eiusdem Ordinis, & Collegia, ac personas quascumque tertij habitus, quamuis secundùm constitutiones dicti Ordinis, tam Fratrum, quàm Sororum, & statuta, ac priuilegia Apostolica, fundationesque Monasteriorum nonnullorum specialiter cautum sit, vt Prouincialibus subsint; statuimus nihilominus, & decernimus, omnes appellationes ab exemptionibus huiusmodi interponendas nullius esse roboris.

Derogat contrariis. §. 4. In contrarium facientibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis dicti Ordinis iuramento, vel quauis alia firmitate roboratis, consuetudinibus, priuilegiis in specie, vel in genere quibusuis quauis auctoritate concessis, & in posterum concedendis cum clausulis derogatoriis, & derogatoriarum derogatoriis fortioribus, & insolitis, etiamsi de eis, eorumque tenoribus specialis, indiuidua, & expressa de verbo ad verbum, & non per clausulas id importantes, esset mentio habenda, aliisque non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscat. die 14. Nouemb. 1511. Pontif. nostri anno 8.

Digitized by Google

1514. 1514.

LEO X.

CONSTITVTIO I.

Concedit, quòd si requisitus Diœcesanus pro nostrarum Ecclesiarum consecratione recusauerit, eas consecrari facere possimus à quocunque Episcopo, & quod Superiores possint Ecclesias & ornamenta pro eis necessaria benedicere, & Ecclesias & Cœmeteria reconciliare.

LEO PAPA X.

Dilectis filiis Generalibus & Prouincialibus, Vicariis, necnon Guardianis Fratribus Ordinis Minorum de Obseruantia nuncupatis,

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Proœmiũ. REligionis honestas suader, & deuotionis vestræ promeretur affectus, vt, vos Apostolici fauoris suffragio prosequendo, precibus vestris, præsertim commodum, & decorem Ordinis vestri concernentibus, prout possumus, fauorabiliter annuamus.

Supplicatio §. 1. Cùm itaque sicut nobis nuper exponi fecistis, dudum fel. rec. Sixtus Papa IV. prædecessor noster, vobis, vt paramenta, & ornamenta Ecclesiastica, & corporalia, & alia, in quibus chrisma non interuenit, benedicere possitis, gratiosè concesserit, & ab illo tempore in possessione benedicendi paramenta, & corporalia huiusmodi, secundùm limitationem inter vos in Capitulis vestris factam, fueritis; Ac in diuersis etiam remotis partibus, & insulis de nouo ab infidelibus recuperatis, diuersæ domus Ordinis vestri constructæ existant, & in dies construantur, & Ordinarij locorum non semper in suis Ciuitatibus, & Diœcesibus resideant, & interdum in remotis agant, & sæpius contingat, loca, & cœmeteria earumdem domorum sanguinis effusione, seu aliàs pollui, ac illarum Fratres non semper Ordinarios locorum pro illis reconciliandis adire possint, immo quandoque illis graue, seu dispendiosum existat, ad illos, quandoque per tres dietas ab eorum domibus distantes, accedere: Nobis humiliter supplicari fecistis, vt, cum piæ mem. Iul. Papa II. etiam prædecessor noster dilectis filiis Fratribus Ordinis Minimorum indultum Ecclesias, & Cœmeteria sua benedicendi, & reconciliandi concesserit, ac interdum aliqui ex iis, præsertim in remotis agentes, quandoque per duas dietas distantes adiri nequeant, vobis super his opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Recusante Diœcesano Episcopo, possumus nostras Ecclesias ab alio quocunque cõsecrari facere. §. 2. Nos igitur, qui religiosarum personarum vota, per quæ eorum dispendiis obuiatur, ac commodis, & profectibus prouidetur, studio charitatis libenter prosequimur, huiusmodi supplicationibus inclinati, vobis, & pro tempore existentibus Generalibus, & Prouincialibus, ac Guardianis, & Fratribus vestri Ordinis, & obseruantiæ, vt Ecclesias, Oratoria, & loca quæcumque recepta, & recipienda, nondum consecratas, seu consecrata, facta priùs requisitione ab Episcopis locorum, eisque recusantibus, vel negligentibus, per quemlibet alium catholicum Episcopum, gratiam, & communionem dictæ Sedis habentem, consecrari facere.

Superiores possunt ornamẽta Ecclesiæ benedicere, & Cœmeteria reconciliare. §. 3. Ac vestri Ordinis Generalibus, & Prouincialibus, Vicariis, & Custodibus, ac Guardianis pro tempore existentibus præfatis, vt omnia, & singula eiusdem Ordinis, & obseruantiæ Ecclesias, Cœmeteria, ac Capitula, & Oratoria vbicumque existentia, receptas, & recepta, & recipiendas, seu recipienda, ac paramenta, & ornamenta, ac alia quæcumque ad diuinum cultum, &

Digitized by Google

1516. vſum veſtrum neceſſaria, in quibus chriſma non interuenit, pro veſtro vſu tantùm, ſolemni benedictione, ac etiam per Vicarium, ſeu Guardianos, ſeu alios ad hoc à vobis in veſtris Capitulis generalibus prouidè deputandos, benedicere, ac illas, ſeu illa & eorum quodlibet, ſanguinis, ſeu feminis effuſione, ſeu aliàs quomodolibet pollutas, ſeu polluta, quoties opus fuerit, aqua per vos, præſertim in locis remotis, vbi Epiſcopum aquam benedicentem per duas dietas diſtantem adire non poteritis, benedicta, reconciliare liberè, & licitè valeatis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & indulgemus. 1514.

Derogat contrariis. §. 4. Non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel particularibus conſtitutionibus, & ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 3. Febr. 1514. Pontif. noſtri anno 2.

CONSTITVTIO II.

Concedit, quòd poſsint expelli ab Ordine, qui fuerunt maculati in ſeculo grauibus delictis, & moniti in profeſsione ea tacuerunt.

1516. ## LEO PAPA X.

Dilectis filiis Vicariis generalibus, & Prouincialibus, ac Fratribus vniuerſis familiæ Fratrum Minorum de obſeruantia vbilibet conſtitutis,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Supplicatio. §. 1. CVm, ſicut nobis exponi feciſtis, vos ab illis, qui Ordinem veſtrum Minorum de obſeruantia ſuſcipere, & ad illum ingredi cupiunt, inquirere, antequam à vobis recipiantur, ſoleatis, videlicet, ſi ſint fideles, & catholici, de nullo errore ſuſpecti, màtrimonio non ligati, corpore ſani, animo prompti, debitis expediti, conditione liberi, ætatis ſaltem ſexdecim annorum, nulla infamia vulgari maculati, competenter literati, vel ad labores Fratribus honeſtos, & vtiles apti, aut talis conditionis exiſtant, quòd eorum receptio Clero, & populo non modicam ædificationem afferat. Et, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, contingat ſæpius, quòd aliqui in eorum ad huiuſmodi Ordinem ſuſceptione, &, quod maius eſt, profeſſione, dolosè, & fraudulenter reticeant ſeſe criminoſos, vel ſcandaloſos fore, licet in rei veritate aliter exiſtant, & eorum receptio, & profeſſionis emiſſio propter grauia, & vulgaria, quibus maculati exiſtunt, delicta, de quibus vos recognitionem, & notitiam tunc habere non poteſtis, graue ſcandalum, & perturbationem Religioni veſtræ huiuſmodi nonnumquam afferat. Quare cum ex taciturnitate delictorum, & grauium exceſſuum huiuſmodi, veſtræ Religionis, & animarum, & conſcientiarum veſtrarum puritatibus, vitæque veſtræ exemplaris normæ, grauis nonnumquam etiam in Chriſti fidelibus populis murmuratio de perceptione talium virorum facinoroſorum, ſcandaloſorum, de quibus vos, vt præmittitur, tunc nullam notitiam habebatis, ſcandala, & murmurationes, & bonorum operum ſubtractiones ſubſequantur; nobis propterea humiliter ſupplicari feciſtis, vt vobis in præmiſſis, ad obuiandum tot, & tantis ſcandalis, pro Religionis veſtræ, & animarum veſtrarum puritatis conſeruatione prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Diffamati ſcandaloſis delictis à Religione expelli poſſunt. §. 2. Nos itaque veſtram Religionem, quæ, Domino concedente, inter alias vberrimos bonorum operum fructus exhibere conſueuit, in ſua puritate manere, ac tot murmurationibus, & ſcandalis obuiare volentes, vobis, quòd omnes, & ſingulos ad veſtram Religionem confugientes, etiam profeſſos, qui grauiſſimis, & ſcandaloſis delictis notati, & diffamati fuerunt, quæ fraudulenter, & dolosè in earum receptione, ſeu profeſſionis emiſſione (monitione ſuper his

1516. his per vos præmiſſa) tacuerunt, non obſtante, quòd iam per vos recepti, & profeſſiones per eos emiſſæ fuerunt, ne morbida, & infecta pecus ouile Domini corrumpat, aliiſque cedat in exemplum, à domibus, & Conuentibus veſtris, prout conſcientiæ veſtræ, quam ſuper hoc oneramus, viſum fuerit, & iuſtum, & honeſtum fore decreueritis, expellere, & remouere liberè, & licitè poſſitis, & valeatis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, pariterque indulgemus. 1516.

§ 3. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & Ordinis veſtri huiuſmodi iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 15. Martij, 1516. Pontif. noſtri anno 4. Derogat contrariis.

CONSTITVTIO III.

Eſt moderatio priuilegiorum Mendicantium facta in Concilio Lateranenſi.

LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, 1516.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Sacro approbante Concilio.

§. 1. DVm intra mentis arcana reuoluimus, & diligenti conſideratione penſamus operoſa ſollicitudinis ſtudia, continuoſque labores pro diuini nominis gloria, exaltatione catholicæ fidei, Eccleſiæ vnitate ſeruanda, & inſtitutione, ac ſalute fidelium animarum, per Epiſcopos, eorumque Superiores, in diuerſis orbis partibus ad regimen ſuarum Eccleſiarum à Sede Apoſtolica conſtitutos; necnon per Fratres diuerſorum Ordinum, præſertim Mendicantium indefeſsè, & indeſinenter impenſos, tanta ex eorum in vinea Domini fructuoſis operibus, & opportunè, ac laudabiliter geſtis cordi noſtro prouenit ſatisfactio, vt iis, quæ ad pacem, & quietem inter eos conſeruandam conducere cognoſcimus, omni ſtudio intendamus. Nouimus enim Epiſcopos ipſos in partem ſollicitudinis noſtræ aſſumptos fuiſſe, quorum honor, & ſublimitas, teſtante Ambroſio, nullis poteſt comparationibus adæquari: Religioſos etiam in agro Dominico pro Chriſtianæ Religionis defenſione, & ampliatione cõplura feciſſe, ac vberes fructus protuliſſe, & in dies ſingulos proferre, ita vt eorumdem Epiſcoporum, ac Religioſorum bonis operibus orthodoxam fidem incrementa ſumpſiſſe, & per orbem terrarum vndique dilatatam fuiſſe, fidelium nullus ignorat. Et ſicut ipſi ſæpenumerò vigilantiſſima, & ſolerti cura ſchiſmata in Dei Eccleſia extinguere, & Eccleſiæ vnitatem reddere, &, vt eidem Eccleſiæ pacis tranquillitas daretur, innumeros labores ſubire non dubitarunt; ita quoque par eſt, eos inter ſe noſtris prouiſionibus, pacis vinculo, ac fraterna charitate, & vnitate coniungi; vt eorum concordi doctrina, & mutuis operibus vberiores in Eccleſia Dei fructus proueniant. Dignitas Epiſcopalis eſt cæteris eminentior, & Mendicantiũ opera fructuoſa nimis ſunt.

§. 2. Sanè cupientes, vt iura ſpiritualia, quæ ad Dei laudem, & Chriſti fidelium animarum ſalutem pertinent, & quorum exercitium præfatis Epiſcopis, & eorum Superioribus in ſuis Diœceſibus (cum ipſi in partem ſollicitudinis, vt præfertur, aſſumpti, ac Diœceſes diſtinctæ cuilibet eorumdem Epiſcoporum aſſignatæ fuerint) commiſſum extitit, per ipſos Epiſcopos exerceantur, & ius illa liberè exercendi, quantum fieri poteſt, eis illæſum præſeruetur. Et ſi aliquam dictis Fratribus Mendicantibus in eorumdem Epiſcoporum læſionem, per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam conceſſa fuerint, conceſſiones huiuſmodi, eiſdem Religioſis factas, in ſubſequentibus duximus moderandas, vt ipſi fratres potiùs ab eiſdem Epiſcopis omni cum charitate foueantur, quàm aliquo modo moleſtentur, & inquie- Moderat priuilegia Mendicantium pro concordia inter ipſos & Epiſcopos.

1516. rentur. Vna enim est Regularium, secularium, Prælatorum, & subditorum exemptorum, & non exemptorum vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur, eorumque omnium vnus Dominus, vna fides: Et propterea decet, eos, qui eiusdem sunt corporis, vnius etiam esse voluntatis. Et sicut fratres nexu inuicem charitatis astricti sunt, sic non conuenit, alterum in alterius iniuriam, seu iacturam prosilire, dicente Saluatore, Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Ad conseruandam igitur inter Episcopos, & eorum Superiores, ac Prælatos, & Fratres huiusmodi mutuam charitatem, & benenolentiam, diuini quoque cultus augmentum, pacemque & tranquillitatem vniuersalis Ecclesiæ status; Quod ita demum fieri posse cognoscimus, si vnicuique quantum fieri potest, sua iurisdictio conseruetur. 1516.

Episcopi visitent Ecclesias parochiales Mendicantibus subiectas.

§. 3. Sacro approbante Concilio, statuimus, & ordinamus, quòd Episcopi, & alij Prælati præfati, parochiales Ecclesias ad eosdem Fratres ratione locorum suorum legitimè spectantes, quò ad ea, quæ ad parochianorum curam, & Sacramentorum conseruationem, administrationemque pertinent, sine tamen visitatorum insolito grauamine, vel impensa, visitare, & illarum curam gerentes, & circa illam delinquentes, si Religiosi fuerint, iuxta ipsius Ordinis regularia instituta, intra septa regularis loci; seculares verò Presbyteros, & Fratres huiusmodi beneficia obtinentes, liberè tamquam suæ iurisdictioni subiectos punire.

Quisque in eorum Ecclesiis celebrare possit.

§. 4. Ac tam Prælati, quàm Presbyteri seculares, qui vinculo excommunicationis ligati non fuerint, Missas in Ecclesiis domorum eorumdem deuotionis causa celebrare volentes, celebrare possint. Ipsique Fratres tales celebrare volentes libenter recipere debeant.

Ad processiones ire cogantur.

§. 5. Ac ab eisdem Prælatis ad processiones solemnes pro tempore faciendas requisiti, dummodò eorum loca suburbana vltra vnum milliare à Ciuitatibus respectiuè non sint remota, accedere.

Cõfessores ab Ordinariis approbentur.

§. 6. Necnon Superiores eorumdem Fratrum, Fratres, quos ad audiendas confessiones subditorum eorumdem Prælatorum pro tempore elegerint, eisdem Prælatis personaliter exhibere, ac præsentare, si eos sibi exhiberi, & præsentari petierint, alioquin eorum Vicariis, dummodò ad Prælatos vltra duas dietas accedere non cogantur, omnino teneantur: possintque illi per eosdem Episcopos, & Prælatos super sufficienti literatura, & aliqua saltem huiusmodi Sacramenti peritia dumtaxat examinari; talibusque præsentatis admissis, vel etiam indebitè recusatis confitentes, constitutioni, quæ incipit, Omnis vtriusque sexus, quò ad confessionem dumtaxat, satisfeciisse censeantur.

Forensium cõfessiones audire, & Sacramenta ministrare quomodo possint.

§. 7. Ipsique Fratres etiam forensium confessiones audire valeant; Laicos tamen, & Clericos seculares à sententiis ab homine latis nullatenus absoluere possint: Eucharistiæ verò, & Extremæ Vnctionis, aliaque Ecclesiastica Sacramenta illis, quorum etiam infirmorum, ac decedentium confessiones audierint, dicentibus proprium Sacerdotem illa sibi dare denegasse, dare nequeant, nisi denegatio sine legitima causa facta, vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram publico Notario facta doceretur.

Familis Sacramenta ministrare quomodo possint.

§. 8. Eorumdem verò Fratrum obsequio insistentibus Sacramenta huiusmodi nullatenus ministrare valeant, nisi illorum durante obsequio.

Pacta inita inter Episcopos, & Mendicantes seruentur.

§. 9. Pacta autem, & conuentiones inter eosdem Fratres, & Prælatos, atque Curatos pro tempore inita valeant, nisi per subsecutum Capitulum proximum generale, vel prouinciale refutata, & per eos refutatio huiusmodi intimata debito tempore fuerit.

Mendicantes quando mortuos tumulare possint.

§. 10. Parochias autem cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud Ecclesias domorum, & locorum eorumdem suam elegerint sepulturam, intrare non possint, nisi priùs præmonito, & requisito, ac recusante parochiano Presbytero, & tunc sine eius, ac Ordinarij præiudicio. Nisi eisdem Fratribus super hoc antiqua consuetudo, quæ sit in viridi obseruantia, & cum pacifica possessione, suffragetur.

Volẽtes sepeliri cum habitu, sepulturam

§. 11. Volentes quoque sepeliri in habitu eorumdem Fratrum in clausstro

non

1516. non degentes, ſed in propriis domibus habitantes, in eorum vltima voluntate ſepulturam ſibi liberè eligere poſſint. 1516. eligere poſſunt.

§. 12. Quodque Fratres ipſi ad Ordines promouendi, per Ordinarios de grammatica, & ſufficientia examinari, &, dummodò competenter reſpondeant, per eoſdem Ordinarios liberè admitti: Ac nullatenus in eorum Eccleſiis, ſeu domibus, aut aliis eorum locis, ab alio, quàm à Diœceſano Epiſcopo, niſi priùs ipſo Diœceſano Epiſcopo, vel eius Vicario ſuper hoc cum debita reuerentia requiſito, & abſque rationabili cauſa contradicente, vel eo à Diœceſi abſente, ad dictos Ordines promoueri debeant. Ordines ab Epiſcopo recipiant Diœceſano. Et Eccleſiarum conſecrationes à Diœceſanis Epiſcopis petant.

§. 13. Nec ab alieno Epiſcopo conſecrationem Eccleſiæ, vel Altaris, aut Cœmeterij benedictionem petere, ſeu in Eccleſiis per eos pro tempore ædificandis primum lapidem per alienum Epiſcopum poni facere poſſint, niſi vbi Ordinarius, bis, aut ter cum debitis reuerentia, & inſtantia requiſitus, ſine legitima cauſa id recuſauerit. Vide Conſt. 1. Iulij II. §. 11. num. 46.

§. 14. Etiam abſque Curatorum conſenſu ſponſum, & ſponſam benedicere nequeant. Sponſos non benedicant.

§. 15. Et, vt debitus honor matrici Eccleſiæ reddatur, tam ipſi Fratres, quàm alij Clerici ſeculares, etiam ſuper hoc Apoſtolicæ Sedis priuilegio muniti, die Sabbati maioris hebdomadæ antequam campana cathedralis, vel matricis Eccleſiæ pulſauerit, campanas in Eccleſiis ſuis pulſare minimè poſſint; contrafacientes pœnam centum ducatorum incurrant. Campanam die Sabbati ſancti poſt cathedralē pulſent.

§. 16. Cenſuras autem per eoſdem Ordinarios latas, & promulgatas, ac in matrice Eccleſia Ciuitatum, necnon in Collegiatis, & Parochialibus Eccleſiis Caſtrorum, & Oppidorum reſpectiuè ſolemniter publicatas, quando ſuper hoc ab eiſdem Ordinariis requiſiti fuerint, in Eccleſiis domorum ſuarum publicare, ac ſeruare. Cenſuras Ordinariorum ſeruēt, & publicēt.

§ 17. Et, vt animarum vtriuſque ſexus Chriſti fidelium ſaluti vberiùs conſulatur, illos, quorum confeſſiones pro tempore audierint, cuiuſcumque ſtatus, & conditionis fuerint, ad ſoluendum decimas, ſiue aliam bonorum, ſeu fructuum quotam in locis, in quibus decimæ ipſæ, aut ſimilia ſolui conſueuerunt, etiam ſub onere conſcientiarum ſuarum monere, & hortari, ipſiſque etiam illas ſoluere recuſantibus abſolutionem denegare, & ſuper hoc requiſiti, id populo etiam publicè prædicare, & perſuadere teneantur. Decimarū ſolutionem ſuadeant.

§. 18. Conſeruatores eiſdem Fratribus pro tempore à Sede Apoſtolica deputandi, doctrina, & probitate præſtantes, & in Eccleſiaſtica dignitate conſtituti eſſe debeant, & coram eis per eoſdem Fratres, quibus dati fuerint, vltra duas dietas à loco ſuæ ſolitæ habitationis nullus trahi poſſit, priuilegiis ſuper hoc aliàs eis conceſſis nullatenus ſuffragantibus. Cōſeruatores habēt. Vide infra Conſtit. 5. Greg. XV.

§. 19. Excommunicati quoque Ordinem Mendicantium profiteri volentes, vbi de intereſſe tertij agetur, abſolui non poſſint, niſi præuia ſatisfactione. Excōmunicati ad Religionem nō recipiātur.

§. 20. Procuratores quoque, & negotiorum geſtores, ac operarij eorumdem Fratrum ſeruitiis inſiſtentes, ſententiis excommunicationis promulgatis illaqueati ſint, & eſſe cenſeantur, ſi illis cauſam dederint, aut dantibus conſilium, auxilium, vel fauorem præſtiterint. Famuli quomodo poſſint excōmunicari. Vide ſupra in Conſt. 1. Iul. II. §. 15. à num. 11.

§. 21. Fratres autem, & Sorores tertij Ordinis, necnon Mantellati, Cortigiati, Pizocharæ, Cordellati, & alij quocumque nomine nuncupati, in propriis domibus habitantes, ſepulturam vbi voluerint, eligere valeant. Sed in die Paſchatis tantum Euchariſtiam, necnon Extremam Vnctionem, cæteraq; Eccleſiaſtica Sacramenta (Pœnitentiæ Sacramento dumtaxat excepto) à proprio Sacerdote recipere, & ad onera, quæ laicis incumbunt, perferenda teneantur, ac in foro ſeculari coram iudicibus ſecularibus conueniri poſſint. Et, ne cenſura vileſcat Eccleſiaſtica, & minoris auctoritatis interdicti ſententia reputetur, iidem dicti tertij Ordinis ad diuina audienda in Eccleſiis ſuorum Ordinum tempore interdicti nullatenus admittantur, ſi cauſam dederint interdicto, vel cauſam ipſam nutriant, ſeu foueant, aut dantibus auxilium, conſilium, vel fauorem, quoquo modo præſtiterint. Collegialiter autem vi- Ternarij in propriis domibus degentes vel laici repuſ teneāt.

1516. uentes, seu cum clauſtralibus habitantes, ac, mulieres virginalem, seu cœlibem, aut caſtam vidualem, expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam ducentes, priuilegiis, quibus Fratres Ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum geſtant, gaudere debeant. 1516.

Hæc moderatio omnes Religioſos tangit.

§. 22. Omnia etiam, & ſingula ſupradicta ad reliquos Religioſos Ordinum quorumcumque extendi, & per eos etiam ſeruari debere volumus, atque decernimus. Saluis tamen in reliquis deſuper non expreſſis, tam Epiſcoporum, quàm Fratrum, & aliorum Religioſorum prædictorum iuribus, quibus per præmiſſa in aliquo præiudicare, seu quidquam innouare non intendimus.

Derogat contrariis.

§. 23. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus dictorum Ordinum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis; priuilegiis quoque, & indultis, ac literis Apoſtolicis contra præmiſſa, seu aliquod præmiſſorum eiſdem Ordinibus conceſſis, etiam in Mari magno contentis: Quibus, etiamſi ad illorum derogationem, de eis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clauſulas idem importantes, mentio, seu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, illorumque tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habẽtes, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcumque. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Ordinarij, & Mendicantes benignè ſe tractent.

§. 24. Eoſdem inſuper Fratres in virtute ſanctæ obedientiæ monemus, vt eoſdem Epiſcopos loco SS. Apoſtolorum ſubrogatos, pro debita, & noſtra, ac Apoſtolicæ Sedis reuerentia, congruo honore, & conuenienti obſeruantia venerentur: Ipſos quoque Epiſcopos hortamur, ac per viſcera miſericordiæ Dei noſtri requirimus, vt Fratres ipſos affectu beneuolo proſequentes charitatiuè tractent, ac benignè foueant, ſéque illis minimè difficiles, aut duros, vel moroſos, ſed potiùs faciles, mites, propitios, piaque munificentia liberales exhibeant; ac in omnibus prædictis tamquam in agro dominico cooperatores, eorumque laborum participes prompta benignitate recipiant, eorumque iura cum omni charitate cuſtodiant, atque defendant. Vt tam Epiſcopi, quàm Fratres præfati, quorum opera, veluti lucernæ ardentes ſupra montem poſitæ, omnibus Chriſti fidelibus lumen præbere debent, ad Dei laudem, fidei Catholicæ exaltationem, populorumque ſalutem, de virtute in virtutem proficiant, ac exinde à largiſſimo bonorum omnium retributore Domino perennis vitæ præmium conſequi mereantur.

§. 25. Nulli ergo, &c. Datum Romæ in publica ſeſſione in Lateran. ſacroſancta Baſilica ſolemniter celebrata anno Incarn. Dom. 1516. die 19. Dec. Pontif. noſtri anno 4.

CONSTITVTIO IV.

Concedit, quòd dicendo vnam Miſſam, ſatisfaciant Regulares omnibus eleëmoſynis acceptis pro pluribus celebrandis, ſi hæ ſummam vnius Iulij Papalis non excedant.

1517. LEO PAPA X.

Dilectis filiis Vicariis generalibus, & vniuerſis Fratribus Ordinis Minorum de familia, ſeu obſeruantia, nunc, & pro tempore vbicumque degentibus,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Supplicatio. §. 1. CVm, ſicut accepimus, propter deuotionem, quam vtriuſque ſexus Chriſti fideles ad Ordinem Fratrum Minorum de obſeruantia gerũt, contingat

contingat ſæpius, vt fideles ipſi plures Miſſas per eoſdem Fratres celebrandas, elargita eis aliqua eleëmoſyna, committant, & in aliquibus regionibus in eleëmoſynam celebrationis vnius Miſſæ certa pecuniæ quantitas valde parua, & tenuis dari conſueuerit, adeo quòd vos, ob eleëmoſynam, quæ ſingulariter à plutibus elargitur, tot Miſſas, quot ſunt largientes, pro ſingulis celebrare non valeatis; vnde dubitatis ſuper his conſcientias veſtras prægrauari. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt vobis, & pro tempore exiſtentibus Fratribus Ordinis, & obſeruantiæ prædictorum, & conſcientiarum veſtrarum puritati, paterna cura, de benignitate Apoſtolica prouidere dignaremur. 1517.

§. 2. Nos itaque qui Ordinem veſtrum propter vberes, & ſalutiferos fructus, quos Ordo ipſe in agro Domini in dies producere non ceſſat, in viſceribus charitatis gerimus; veſtriſque in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, ac pro tempore exiſtentibus Fratribus Ordinis, & obſeruantiæ prædictorum, quòd celebrando vnam Miſſam dumtaxat (ſi eleëmoſyna æquiualens vnius Iulij non elargitur) etiamſi duas, tres, aut quatuor, vel plures Miſſas celebraturi occaſione diuerſarum, vel plurium eleëmoſynarum huiuſmodi eſſetis, & in dicta celebranda Miſſa, pro omnibus, qui pro dictis Miſſis in eleëmoſynam vſque ad ſummam huiuſmodi contribuerint, vel contribuent in futurum, commemorationem in genere faciendo, in hoc conſcientiarum veſtrarum puritati ſatisfactum ſit, auctoritate Apoſtolica decernimus, pariter & indulgemus. Concedit prout in ſummario.

§ 3 Nonobſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis literis Apoſtolicis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros prædicto Ordini ſub quibuſuis verborum formis, & expreſſionibus, aut clauſulis quantumcumque fortiſſimis, & inſolitis conceſſis, & concedendis, quibus, tenores illarum, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, in quantum præmiſsis contrariare viderentur, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Derogat contrariis.

§. 4. Cæterùm quia difficile foret præſentes ad ſingula loca, in quibus opus eſſet, deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quòd illarum tranſumptis, manu alicuius publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Vicarij Prouincialis Ordinis huiuſmodi communitis, tanta fides adhibeatur, quanta adhiberetur præſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ in medium. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 23. Martij, 1517. Pontif. noſtri anno 5. Tranſumptis fidem adhiberi iubet.

CONSTITVTIO V.

Concedit, quòd vtriuſque ſexus fideles ſatisfaciant præcepto Eccleſiæ, audiendo Miſſam in Eccleſiis Fratrum Mendicantium.

LEO PAPA X. 1517.

Vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. INtelleximus, quoſdam in dubium reuocare, & proinde timoratis conſcientiis ſcrupulum iniicere, ſi Chriſti fideles, qui Dominicis, & feſtis diebus extra Eccleſias ſuas parochiales Miſſas audiunt in Eccleſiis Fratrum Ordinis Mendicantium, Eccleſiæ præcepto de Miſſa audienda ſatisfaciant. Nos enim ambiguitatem huiuſmodi penitus tollere volentes, vt cum ſinceriori conſcientia fideles quique Deo creatori ſuo ſeruiant, auctoritate Apoſtolica Declarat prout in ſummario.

1518. tenore præſentium notum facimus, omnes Chriſti fideles vtriuſque ſexus, qui (non contempto proprio ſacerdote parochiali) in Eccleſiis Fratrum Ordinis Mendicantium, Dominicis, & feſtis diebus Miſſas audiunt, ſatisfacere præcepto Eccleſiæ de Miſſa audienda, nec aliquam labem mortalis peccati, pœnamue propterea incurrere. In contrarium facientibus nonobſtantibus quibuſcumque. 151

Trãſumptis fidem adhiberi iubet.

§. 2. Et quia difficile foret præſentes literas noſtras originaliter ad loca omnia, vbi opus fuerit, deferri, volumus, & decernimus, vt earum tranſumptis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti munitis, ea fides, vbi opus fuerit, detur, quæ originalibus ipſis daretur, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 13. Nouembris, 1517. Pontificatus noſtri anno 5.

CONSTITVTIO VI.

Declarat, quòd Sorores tertij Ordinis vouentes etiam ſimplicem continentiam, gaudeant priuilegiis, etiamſi in propriis domibus habitent.

1518. LEO PAPA X.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

Memorat conſtitut. ſuam.

§. 1. NVper in ſacro Lateranen. Concilio, in reformatione priuilegiorum Religioſis conceſſorum, inter alia ſtatuimus, quòd Fratres, & Sorores tertij Ordinis, necnon Mantellati, Corrigiati, Pizocharæ, Cordellati, & quocumque nomine nuncupati, in propriis domibus habitantes, ſepulturam, vbi voluerint, eligere valeant; ſed die Paſchatis tantùm Euchariſtiam, ac Extremam Vnctionem, cæteraque Eccleſiaſtica Sacramenta (Pœnitentiæ Sacramento dumtaxat excepto) à proprio Sacerdote recipere, & ad onera, quæ laicis incumbunt, perferenda teneantur Et, ne cenſura vileſcat Eccleſiaſtica, & minoris auctoritatis interdicti ſententia reputetur, iidem dicti tertij Ordinis ad diuina audienda nullatenus admittantur, ſi cauſam dederint interdicto, vel ipſam cauſam nutriant, aut foueant, aut dantibus auxilium, conſilium, vel fauorem quoquo modo præſtiterint. Collegialiter verò viuentes, ſeu cum clauſtralibus habitantes, ac mulieres virginalem, ſeu cœlibem, aut caſtam vidualem, expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam ducentes, priuilegiis, quibus Fratres Ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum geſtant, gaudere debeant, prout in conſtitutione dicti Lateranen. Concilij, eodem approbante Concilio, deſuper edita pleniùs continetur.

Vide Clem. Cum ex eo, de ſent. exc.

Declarat prout in ſummario.

§. 2. Cùm autem, ſicut accepimus, à quibuſdam nimium curioſis vertatur in dubium, an votum prædictum de voto ſolemni Religionis intelligatur, cum illud tria ſubſtantialia comprehendat, obedientiam ſcilicet, paupertatem, & caſtitatem, & circa dictas mulieres virginalem, ſeu caſtam, & vidualem vitam ducentes, de virginitate, & caſtitate tantummodò mentio fiat. Nos ad tollendum omne dubium, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, harum ſerie decernimus, & declaramus, quòd in præmiſſis de voto ſolemni Religionis minimè intelligi debeat, ita vt mulieres virginalem, aut cœlibem vitam ſimpliciter vouentes, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut propriis domibus, vel ſeorſum habitantes, priuilegiis, & immunitatibus prædictis in omnibus, & per omnia frui, & gaudere debeant.

Derogat contrariis.

§. 3. Nonobſtantibus omnibus illis, quæ in dicta conſtitutione noſtra voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 1. Martij, 1518. Pontificatus noſtri anno 6.

CONSTITVTIO VII.

Digitized by Google

1518. 1518.

CONSTITVTIO VII.

Prohibet ſub pœna excommunicationis ipſo facto, ne Religioſi poſſint conueniri coram iudice, qui de Ordine ſuo non ſit, & quòd non poſſint appellare à correctione ſuorum Prælatorum.

LEO PAPA X.

Vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis,
Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Romani Pontificis, in quo, diuina diſpoſitione, poteſtatis plenitudo conſiſtit, prouidentia circumſpecta ſtatum perſonarum quarumlibet, præſertim ſub Religionis iugo degentium, diligenter intendens, ad ea partes ſuæ ſollicitudinis interponit, per quæ earumdem perſonarum paci, quieti, & tranquillitati valeat prouideri, & ad ea, quæ propterea pronidè ſtatuta, & ordinata dicuntur fuiſſe, vt firma perpetuò, & illibata perſiſtant, Apoſtolici muniminis adiicit firmitatem, aliáſque deſuper ordinat, & diſponit, prout, perſonarum, & temporum qualitate penſata, id conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Præmitt.

§ 1. Sanè per dilectum filium noſtrum Thomam tit. S. Sixti Preſbyterum Cardinalem, ac Magiſtrum generalem totius Ordinis Prædicatorum nobis expoſito, quòd licet olim Bonif. IX. in ſua obedientia nuncupatus, ſtatuerit, & ordinauerit, quòd nullus ex Fratribus Ordinis Prædicatorum, aut Sororibus ſub obedientia eorumdem Fratrum degentibus, aliquem, ſeu aliquam ex Fratribus dicti Ordinis, vel Sororibus ſub dicta obedientia coram aliquo iudice, qui de dicto Ordine non eſſet, ex quacumque cauſa conuenire, ſeu conueniri facere, nec à correctione quacumque, ſeu aliàs ab aliquo Prælato, ſeu Fratre dicti Ordinis, quauis occaſione, vel cauſa appellare, aut contra eos querelam proponere poſſet, aut deberet, niſi priùs cauſam Prouinciali, ſeu Conuentuali Priori, & Magiſtro, & ſucceſſiuè in Capitulo generali dicti Ordinis cauſam, vel querelam ſuam verbo, vel in ſcriptis propoſuerit, prout in literis deſuper confectis pleniùs contineri dicitur, Nihilominùs nonnulli Fratres, & Sorores Ordinis, & obedientiæ huiuſmodi coram priuilegiorum ſuarum Prouinciarum, Congregationum, perſonarum, vel totius Ordinis Conſeruatoribus, vel Cameræ Apoſtolicæ Ciuitatis noſtræ Auenion. vel aliis Eccleſiaſticis, aut ſecularibus iudicibus, ſeu Curiis conuenire: Nonnulli etiam à correctione, vel abſolutione ſuorum officiorum appellare non formidant, vnde Ordo prædictus laboribus, & impenſis plurimis grauatur, obedientia, & vita regularis eneruatur, pluraque alia inconuenientia ſequuntur. Supplicatio.

§. 2. Nos, qui ad Ordinem prædictum, illiuſque perſonas ſingularem gerimus deuotionis affectum, eiuſque ſtatum tranquillum plurimùm deſideramus, literarum prædictarum tenorem præſentibus pro ſufficienter expreſſo, & inſerto habentes, ſtatutum, & ordinationem huiuſmodi, prout concernunt omnia, & ſingula in dictis literis contenta, auctoritate Apoſtolica motu proprio, & ex certa ſcientia, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obſeruari decernimus; ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem: Ac pro potiori cautela omnia, & ſingula etiam ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna eo ipſo incurrenda, auctoritate præfata, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus. Fratres non poſſunt appellare à Superiorum ſententia, nec alios conuenire, &c.

§. 3. Inhibentes ſub eadem pœna quibuſuis iudicibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus, etiam Conſeruatoribus priuilegiorum dicti Ordinis, aut quarumcum- Iudices Eccleſiaſtici non poſſunt recipere querelas fratrum.

1518. que perſonarum, Congregationum, aut domorum, & Monaſteriorum huiuſmodi, & Cameræ Apoſtolicæ Auenionen ne querelas huiuſmodi Fratrum, & Sororum contra alios Fratres dicti Ordinis ſuſcipiant, vel de eis cognoſcant. 1518.

Annullat cauſas, & proceſſus.

§. 4. Et cauſas coram eis pendentes ad ordinarios iudices dicti Ordinis remittant, ac quoſcumque proceſſus inter Fratres, & Sorores præfatos coram aliis, quàm iudicibus ordinariis dicti Ordinis habendos, & ſententias faciendas, nullas, & inualidas, nulliuſque roboris, vel momenti fuiſſe, & eſſe, ſicque per quoſcumque iudices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, in qualibet inſtantia pronunciari, & definiri debere, ſublata eis, & cuilibet eorum aliter interpretandi, & iudicandi facultate, & auctoritate; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Commiſſarios deputat.

§. 5. Et nihilominus vniuerſis, & ſingulis venerab. Fratribus noſtris Archiepiſcopis, Abbatibus, & aliis perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon metropolitanarum, & aliarum cathedralium Eccleſiarum Canonicis committimus, & mandamus, quatenus ipſi, aut eorum quilibet, dum, & quoties pro parte ſingulorum Prouincialium, & Priorum, ac aliorum Superiorum dicti Ordinis fuerint requiſiti, literas noſtras, ac omnia, & ſingula præmiſſa, quibuſuis Iudicibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus, etiam Conſeruatoribus priuilegiorum dicti Ordinis, aut cuiuſcumque eius Prouinciæ, vel Congregationis inuiolabiliter obſeruari faciant; contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia compeſcendo, inuocato, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſeculatis.

Derogat contrariis, cap. Statutum, de reſcrip.

§. 6. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quibus inter alia cauetur expreſsè, ne quis extra ſuam Ciuitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine Diœceſis, ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices à Sede præfata deputati, extra Ciuitatem, vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alij, vel aliis vices ſuas committere præſumant: Et de duabus dietis in Concilio generali editis, necnon de perſonis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis; priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis prædicto, & quibuſuis aliis Ordinibus, Prouinciis, Congregationibus, & perſonis, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, conceſſis, confirmatis, & approbatis, quibus, tenores illorum, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè, motu proprio, & ſcientia præmiſſis derogamus, ac nulli in præiudicium præmiſſorum ſuffragari volumus; aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Tranſumptis fidem adhiberi iubet.

§. 7. Et quia difficile foret præſentes literas originaliter ad omnia loca, in quibus opus eſſent, deferri; volumus, & prædicta auctoritate decernimus, quòd earum tranſumptis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti munitis, ea fides indubia, in iudicio, & extra, vbicumque opus fuerit, adhibeatur, quæ originalibus ipſis adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 19. Aprilis, 1518. Pontif. noſtri anno 6.

CONSTITVTIO VIII.

Digitized by Google

1519. 1519.

CONSTITVTIO VIII.

Concedit faculiatem alienandi de conſenſu duarum partium Conuentus in euidentem vtilitatem.

LEO PAPA X.

Dilectis filiis Generali, ac vniuerſis prouincialibus Miniſtris Ordinis Minorum regularis obſeruantiæ, nunc, & pro tempore exiſtentibus,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Facultas alienandi cum conſenſu maioris partis Conuentus.

§. 1. CVm ſæpenumerò accidat, quòd pro vrgenti neceſſitate, aut aliqua euidenti vtilitate, bona immobilia Conuentuum, locorum, ac Monaſteriorum Monialium Prouinciarum veſtrarum reſpectiuè commiſſarum, alienare, vel permutare expedit, & ea ſe offert opportunitas, quæ ſemel prætermiſſa magnam affert iactutam. Nos hoc paterno affectu conſiderantes, indemnitati & vtilitati Monaſteriorum, Conuentuum, & locorum huiuſmodi, quantum cum Deo poſſumus, opportunè conſulere cupientes, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, vt pro emergentibus neceſſitatibus, & euidentibus vtilitatibus Conuentuum, & locorum veſtri Ordinis, & Monaſteriorum Monialium Ordinis S. Claræ, necnon tertij Ordinis B. Franciſci de Pœnitentia nuncupati, in dictis Prouinciis conſiſtentium, vendere, alienare, ac permutare quæliber bona immobilia de conſenſu duarum partium Conuentuum, domorum, & Monaſteriorum, quorum dicta bona fuerint, & de conſenſu maioris partis eorumdem etiam vltra triennium locare (vltimis teſtatorum voluntatibus non obſtantibus) dummodò id in Conuentuum, locorum, & Monaſteriorum ipſorum euidentem vtilitatem, habita diligenti informatione à duobus, aut tribus bonis viris locorum, in quibus bona conſiſtent, cedere dignoſcatur, ſuper quo prudentiam veſtram, & bonorum virorum huiuſmodi requirimus, & conſcientiam oneramus, licentiam, & facultatem harum ſerie vobis concedimus. Inſuper & locationes in præiudicium domorum, & Monaſteriorum ipſorum factas retractare. Permutationes, & venditiones, quæ per ignorantiam conſt. fel. rec. Pauli Papæ II. prædeceſſoris noſtri, in euidentem tamen vtilitatem, & neceſſitatem, factæ fuerint (dum id conſtet coram Vicario Epiſcopi loci) confirmare, & approbare poſſitis, & valeatis, præſentium tenore eadem auctoritate indulgemus.

Derogat contrarijs.

§. 2. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, præſertim dicti Pauli noſtri prædeceſſoris, aliiſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Tranſumptis fidem adhiberi iubet.

§. 3. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis, manu publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Curiæ Epiſcopalis munitis, eadem prorſus fides tam in iudicio, quàm extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi illæ eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 27. Nouemb. 1519. Pontif. noſtri anno 8.

igitized by Google

CONSTITVTIO IX.

Declarat, quòd indulgentiis S. Mariæ de Populo possint gaudere Fratres Mendicantes, ac Moniales, & Tertiarij, ac eorum familiares, non autem seculares.

LEO PAPA X.

Vniuersis, & singulis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis,

Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Omnia priuilegia ab aliis Pontificibus diuersis Religionibus concessa hic Pontifex omnibus in commuoi communicauit.

§. 1. DVdum per nos accepto, quòd Romani Pontifices prædecessores nostri, aliqui ad Minorum, alij verò ad Eremitarum S. Augustini, alij ad B. Mariæ de monte Carmelo, reliqui ad Prædicatorum Ordinum Fratres, & domos, iuxta ipsorum vota deuotionis affectum gerentes, illorum singulis nonnullas gratias, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, indulta, ac dona, tam spiritualia, quàm corporalia per diuersas ipsorum literas respectiuè concesserunt. Nos ad singulos Ordines prædictos, singulasque ipsorum Ordinum domos, vbi religiosè viuitur, indifferenter, absque acceptione personarum, deuotionis affectum æqua lance gerentes, omnes, & singulas gratias, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, indulta, tam spiritualia, quàm temporalia, qualiacumque illa essent, quæ Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Augustini, Carmelitarum, Seruorum B. Mariæ, ac Minimorum Fratrum in domibus, & illorum Ecclesiis, Oratoriis, ac Ecclesias ipsas, & Oratoria pro tempore visitantibus, cuiuscumque status, aut sexus existerent, seu pro eorum manutentione, & ornatu contribuentibus, necnon domibus, & Præsidentibus, non solùm Generalibus, sed & Prouincialibus, Fratribusque & Sororibus, necnon Monialibus, & Conuersis, Oblatis, ac vtriusque sexus personis de pœnitentia, seu tertij habitus nuncupatis, à dictis prædecessoribus, aut à nobis, ipsisque successoribus, aut aliàs auctoritatem habentibus, coniunctim, vel diuisim, in genere, vel in specie concessa fuerunt, aut in posterum concedentur, illa, & omnia singula, ac si nominatim exprimerentur, pro sufficienter expressis tunc habentes, singulis Ordinibus prædictis, illorumque singulis Ecclesiis, Oratoriis, & Ecclesias, ac Oratoria visitantibus, cuiuscumque status, aut sexus existerent, seu pro eorum manutentione, & ornatu contribuentibus, necnon domibus, & Conuentualibus Fratribus, & etiam Sororibus, vel Monialibus, Conuersis quoque, & Oblatis, ac vtriusque sexus personis de pœnitentia nuncupatis, & aliis singulorum Ordinum prædictorum, motu proprio, & ex mera nostra scientia, & liberalitate, de Apostolicæ auctoritatis plenitudine communicauimus: Illaq; omnia, & singula inter dictorum Ordinum personas pariformiter communia esse, fuisse, & esse voluimus, prout in singulis literis prædictis pleniùs continetur.

Indulgentiæ communes inter Fratres non communicantur secularibus.

§. 2. Et deinde, sicut accepimus, nonnulli Fratres dictorum Ordinum volentes sapere plusquam oportet, atque ad ipsorum nutum verba ipsa interpretantes, diuersis, tam secularibus, quàm etiam aliis personis publicè, & priuatè suggesserunt, quòd ipsi seculares visitando vnam dictorum Ordinum domum, omnes, & singulas indulgentias, & remissiones peccatorum, tam per dictos prædecessores nostros, quàm per nos domui B. Mariæ de Populo de Vrbe concessas, consequi poterant perinde, ac si dictam domum S. Mariæ de Populo visitarent; quod præter ipsorum prædecessorum, & nostram mentem fuisse, & esse dignoscitur. Attendentes igitur, quòd indulgentia intuitu Religionis concessa, ad seculares extendi non debet, volentes mentem dictorum prædecessorum,

Digitized by Google

[1519. forum, & noſtram declarare, & omnem ambiguitatem, & occaſionem tollere; 1531.
motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, volumus, & auctoritate Apoſtolica declaramus, quòd vniuerſi, & ſinguli dictorum Ordinum Fratres, & Moniales tertij Ordinis vtriuſque ſexus, & familiares dumtaxat, omnibus, & ſingulis indulgentiis, & gratiis per eoſdem prædeceſſores, & nos domui B. Mariæ de Vrbe, vt præfertur, conceſſis, & concedendis vtantur, potiantur, & gaudeant, ac vti, potiri, & gaudere poſſint quomodolibet in futurum perinde, ac ſi ipſi dictam domum B. Mariæ de Populo his diebus, & feſtiuitatibus, quibus indulgentiæ huiuſmodi conceſſæ fore dignoſcuntur, perſonaliter viſitarent; quodque vigore prædictarum literarum ſeculares gratiis, & indulgentiis huiuſmodi vti, & gaudere non poſſint.

Nō poſſunt Fratres publicare indulgentias de Populo eſſe ſeculatibus communes cum ipſis.

§. 3. Inhibentes nihilominus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna eo ipſo per contrafacientes incurrenda, omnibus, & ſingulis Fratribus cuiuſcumque Ordinis exiſtentibus, & quibuſlibet aliis perſonis, ne deinceps indulgentias, & gratias huiuſmodi S. Mariæ de Populo de Vrbe ad ſeculares extendi prædicent, aut publicè, vel priuatè publicent.

Derogat contrarijs.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, aut quibuſuis aliis literis Apoſtolicis, priuilegiis quoque, & indultis dictis Ordinibus conceſſis, quæ quo ad præmiſſa reuocamus, caſſamus, & annullamus, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque.

Trãſumptis fidem adhiberi iubet.

§. 5. Volumus autem, & auctoritate Apoſtolica decernimus, quòd præſentium tranſumptis, manu Notarij publici ſignatis, & alicuius Prælati, aut perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ ſigillo munitis, ea fides prorſus in iudicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur, ſi præſentes literæ eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 20. Decembr. 1519. Pontif. noſtri anno 7.

CLEMENS VII. 1531.

CONSTITVTIO VNICA.

Concedit, quòd Generalis, & Prouincialis poſſint concedere licentiam alienandi res, quæ non excedunt valorem centum ducatorum auri de Camera, cum conſenſu duarum partium Conuentus, cuius ſunt bona.

CLEMENS PAPA VII.

Dilectis filiis Magiſtro generali, & Prouinciali Romano reformato Ordinis Prædicatorum,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Supplicatio.

§. 1. EXponi nobis nuper fecit dilectus filius Thomas de Strozziis, Ord. Prædic. profeſſor, quòd licet aliàs fel. rec. Leo Papa X. prædeceſſor noſter per ſuas in forma Breuis literas, tam Magiſtro generali, quàm Vicario Congregationis S. Marci de Florentia Ordinis prædicti pro tempore exiſtentibus, facultatem ſibi ſubditis in Italia Conuentibus, Fratribus, Monaſteriis, Sororibus, ſeu Monialibus, necnon Collegiis, ac perſonis vtriuſque ſexus de Pœnitentia dicti Ordinis nuncupatis, bona immobilia pro euidenti vtilitate ipſorum locorum, ac perſonarum permutare, & vendere poſſent, licentiam dandi, ſub datis die 25. Iulij, Pontific. eiuſdem anno 2. conceſſerit. Quia tamen à nonnullis in dubium reuocari poſſet, an literæ prædictæ cenſeantur reuocatæ, eo quod nos nuper certis ex cauſis tunc expreſſis, Congregationem ipſam S. Marci ſuppreſſerimus, ac penitus extinxerimus, domoſq; ac loca, necnon vtriuſque

Digitized by Google

1531. ſexus perſonas quaſcumque Congregationis ſuppreſſæ, & extinctæ huiuſmodi ſub Prouincia Romana perpetuò exiſtere, ac per Prouincialem dictæ Prouinciæ Romanæ reformatum perpetuò regi, per noſtras ſub plumbo literas, ſub datis 6. Calend. Nouemb. Pontific. noſtri anno 7. inſtituimus, & voluimus. 1531.

§. 2. Nos ad huiuſmodi dubium tollendum, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, vt pro tempore exiſtens, tam Magiſter generalis, quàm Prouincialis Prouinciæ Romanæ reformatæ huiuſmodi, ſibi ſubditis in Italia Conuentibus, Fratribus, Monaſteriis, Sororibus, ſeu Monialibus, necnon Collegiis, ac perſonis vtriuſque ſexus de Pœnitentia dicti Ordinis nuncupatis, dicta facultate vti poſſint, videlicet licentiam concedendi bona Conuentuum, & locorum huiuſmodi ad certum tempus, ac in perpetuum locandi, vel in emphyteuſim ad lineam maſculinam concedendi, ſiue commutandi, aut vendendi, vel quomodocumque alio titulo alienandi bona immobilia, & pretioſa mobilia minùs vtilia, quæ nunc habent, & in poſterum iuſto titulo habituri ſunt, tam pro ſatisfactione debitorum aliàs pro neceſſitate, ſeu vtilitate Conuentuum, & locorum prædictorum contractorum, aut, eadem vtilitate ſuggerente, contrahendorum, quàm alia euidenti vtilitate ipſorum Conuentuum, Monaſteriorum, vel Collegiorum. Prouiſo tamen, quòd pretium ipſorum bonorum immobilium, ſi vendantur, vel aliàs quouis modo alienentur, centum ducatorum auri de Camera ſecundùm communem æſtimationem valorem annuum non excedat, & in emptionem, reparationem, aut augmentum aliorum immobilium, aut neceſſariorum bonorum, ſeu præfatorum debitorum realem ſolutionem cum effectu conuertatur. Et ad hoc accedat conſenſus duarum partium vocalium Conuentus, Monaſterij, vel Collegij, cuius ſunt.

Derogat contrariis. §. 3. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſpecialiter fel. rec. Pauli II. prædeceſſoris noſtri contra alienantes res Eccleſiaſticas, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 25. Febr. 1531. Pontific. noſtri anno 8.

1542. # PAVLVS III.

CONSTITVTIO I.

Declarat, quòd vota Sororum, & Fratrum tertij Ordinis collegialiter viuentium ſolemnia ſint.

PAVLVS PAPA III.

Dilectis filiis Magiſtro generali, & Prouincialibus, ac Conuentualibus Prioribus, vniuerſiſque Fratribus Ordinis Prædicatorum,

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Memorat quaſdam literas Sixti IV. §. 1. EXponi nobis nuper feciſtis, quòd licet aliàs fel. rec. Sixtus Papa IV. prædeceſſor noſter, accepto per eum, quòd quidam Fratres, & Sorores tertij Ordinis S. Franciſci ex eius, vel prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum ſpeciali conceſſione collegialiter viuentes, poſt annũ probationis in manibus ſui Miniſtri, ſeu Miniſtræ ab eorum Collegio canonicè electi, vel electæ, coram toto ſuo Collegio tria ſubſtantialia vota emittebant; & quòd à pleriſque dubitabatur, an talia vota eſſent ſolemnia, & ad Religionis obſeruantiam obligarent, per ſuas literas decreuerit, & ſtatuerit, vota præfata, vt præmittitur, emiſſa, vel quæ in futurum emitterentur, de cætero eam vim, & efficaciam habere, quam ſolemnia vota habent, & omnem inducere effectum, quem

Digitized by

1542. quem inducunt ipſa vota ſolemnia facta per quoſcumque Religioſos, & Religioſas de Religionibus à Sede Apoſtolica approbatis; mandans omnibus, & ſingulis cuiuſcumque gradus, dignitatis, conditionis, ordinis eſſent, ſub quorum cura, vel iuriſdictione Fratres, vel Sorores præfati degebant, vel morabantur, aut degere, vel demorari contigerit in futurum, ne de cætero Fratres, vel Sorores præfatos, præfata vota modo præfato emittentes, matrimonium de cætero contrahere, ſeu antea contractum poſt emiſſa vota huiuſmodi conſummare, vel Religionem ipſam dimittere, & ad ſecularem vitam redire permitterent: Quodque ſi ipſi Fratres, & Sorores contrarium facillent, matrimonium huiuſmodi nullum fuiſſe, & eſſe, Apoſtolica auctoritate decernerent; ac ipſos Fratres, & Sorores id facientes excommunicationis ſententia innodatos tamdiu denunciarent, donec ad cor reuertentes, habitum dictæ Religionis reſumerent, & votum, ac profeſſionem ſuam iuxta ſtatuta, & conſuetudines dicti Ordinis obſeruarent, meminiſſentque ab huiuſmodi excommunicationis ſententia à ſuis Superioribus abſolutionem obtinere, prout in eiſdem literis pleniùs continetur: Ac omnia & ſingula priuilegia, & indulta, Apoſtolica auctoritate eidem Ordini S. Franciſci quomodolibet conceſſa, vobis, & Ordini veſtro generaliter communicata fuerint. 1542.

§. 2. Nihilominus, quia literæ prædeceſſoris huiuſmodi vobis, & Ordini veſtro prædictis, ac ſub cura degentibus Sororibus tertij Ordinis, ſeu tertiæ Regulæ S. Dominici ſpecialiter communicatæ non reperiuntur, à nonnullis hæſitatur, an literæ prædeceſſoris huiuſmodi etiam in Fratribus, & Sororibus dicti tertij Ordinis, ſeu tertiæ Regulæ S. Dominici collegialiter, vt præfertur, viuentibus, qui tria vota huiuſmodi emittere conſueuerunt, locum ſibi vendicent. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt omnem hæſitandi materiam tollere, aliáſque vobis, & Ordini veſtro præfato in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Modus.

§. 3. Nos igitur quarumcumque animarum ſalutem obnubilant a dubia de cordibus fidelium tolli cupientes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, dicta auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium decernimus, ac ſtatuimus, quòd vota per Fratres, & Sorores dicti tertij Ordinis, ſeu tertiæ Regulæ S. Dominici huiuſmodi eo modo emiſſa, ſecundúmque vota per Fratres, & Sorores dicti tertij Ordinis S. Franciſci emiſſa, iuxta decretum prædeceſſoris huiuſmodi, ſolemnia ſint, & cenſeantur, ac eumdem effectum prædictum faciant, & ad Religionis obſeruantiam arctent, & obligent. Declarat, vota emiſſa à Tertiarijs collegialiter viuentibus eſſe ſolemnia.

§. 4 Mandantes omnibus, & ſingulis, ſub quorum cura, aut iuriſdictione Fratres, aut Sorores tertij Ordinis, ſeu tertiæ Regulæ S. Dominici huiuſmodi degunt, & morantur, ſeu in poſterum degere, vel morari contigerit, cuiuſcumque gradus, dignitatis, ordinis exiſtant, ne de cætero Fratres, vel Sorores tertij Ordinis, ſeu tertiæ Regulæ S. Dominici huiuſmodi, qui prædicta vota modo præfato emiſerunt, matrimonium contrahere, ſeu antea contractum poſt emiſſionem huiuſmodi conſummare, aut Religionem ipſam dimittere, & ad ſecularem vitam redire permittant: Quodque ſi ipſi Fratres, vel Sorores contrarium fecerint, matrimonium huiuſmodi nullum fuiſſe, & eſſe, eadem auctoritate decernant, ac Fratres, & Sorores contrafacientes excommunicationis ſententia innodatos eſſe tamdiu denuncient, donec ad cor reuerſi, habitum Religionis S. Dominici reſumpſerint, & votum, ac profeſſionem ſuam, ſecundùm ſtatuta, & conſuetudines dicti tertij Ordinis, aut tertiæ Regulæ modo prædicto collegialiter viuentes, obſeruent, mereanturque ab huiuſmodi excommunicationis ſententia à ſuis Prioribus abſolutionem obtinere. Vade non poſſunt cõtrahere matrimonium, & contrahentes excõmunicat.

§. 5. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ dictus prædeceſſor noſter in literis ſuis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 26. Iunij, 1542. Pontific. noſtri anno 8. Derogat contrariis.

Digitized by Google

CONSTITVTIO II.

Eximit Fratres, & Sorores à ſolutione cuiuſcumque portionis legatorum.

PAVLVS PAPA III.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Supplicatio. §. 1. HOneſtis petentium votis libenter annuimus, eaque fauoribus proſequimur opportunis. Exponi ſiquidem nobis fecerunt dilecti filij Generalis, & Miniſtri prouinciales Ordinis Fratrum Minorum de obſeruantia nuncupatorum, necnon dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſæ, & Prioriſſæ, ac Moniales, & Sorores S. Claræ, & tertij Ordinis S. Franciſci, quòd licet domus, & loca Ordinis Fratrum Minorum de obſeruantia nuncupatorum, eorumque Guardiani, & Fratres, necnon Monaſteria, & domus Ordinis S. Claræ cuiuſlibet Regulæ, ac tertij Ordinis S. Franciſci de pœnitentia nuncupati, eorumque Abbatiſſæ, & Prioriſſæ, ac Moniales, & Sorores eiſdem Fratribus de obſeruantia ſubiecta, ex priuilegiis Apoſtolicis, eis, ſeu eorum Ordinibus conceſſis, fuerint, & ſint exempta à ſolutione, ſeu præſtatione cuiuſuis quartæ, ſeu quintæ legatorum, eis pro tempore factorum, Ordinario loci, vel quibuſuis aliis quomodolibet facienda, ac in pacifica poſſeſſione, ſeu quaſi exemptione huiuſmodi. Nihilominus cum diuerſi Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & domus S. Ptholomæi Nepeſin. Ordinis Prædicatorum, ac S. Feliciani, necnon Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia etiam de Vrbe, ac alij quæſtores, ſeu Commiſſarij prætextu diuerſorum priuilegiorum eis deſuper conceſſorum prætendant, quartas, vel quintas legatorum huiuſmodi ſibi deberi; Generalis, & Miniſtri prouinciales, necnon Abbatiſſæ, & Prioriſſæ, ac Moniales, & Sorores præfati dubitant ſuperinde ab eis vexari, ſeu moleſtari, aut aliàs diuerſimodè perturbari poſſe tempore procedente. Quare pro parte eorumdem Generalis, & Miniſtrorum, ac Abbatiſſarum, & Prioriſſarum, ac Monialium, & Sororum huiuſmodi nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus tranquillitati eorum conſulere, ac aliàs ipſis in præmiſſis opportunè tunc prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Eximis à ſolutione quartæ legatorum. §. 2. Nos igitur eoſdem Generalem, & Miniſtros, ac Abbatiſſas, & Prioriſſas, necnon Moniales, & Sorores ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem omnibus, quòd ipſi de cætero, de, & ſuper legatis, & aliis relictis, eis per quoſcumque quomodolibet pro tempore factis, prætextu quartarum, ſeu quintarum huiuſmodi ab eiſdem, ſeu quibuſuis aliis quæſtoribus, ſeu Commiſſariis etiam pro S. Cruciata, aut aliàs quomodolibet deputatis vexari, ſeu moleſtari, aut aliàs quomodolibet perturbari non poſſint, nec quicquam ab ipſis peti valeat, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò concedimus.

Exigentibus penam excommunicationis imponit. §. 3. Ac eiſdem, & quibuſuis aliis quæſtoribus, & Commiſſariis, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, & quacumque iuriſdictione, & facultate fungantur, etiamſi Cardinalatus honore præfulgeant, ne Generalem, & Miniſtros, Abbatiſſas, & Prioriſſas, ac Moniales, & Sorores præfatos occaſione quartarum, ſeu quintarum legatorum, ſeu relictarum huiuſmodi directè, vel indirectè, aut aliàs quomodolibet vexare, ſeu moleſtare, perturbare, ſeu quicquam ab ipſis petere poſſint, ſub excommunicationis, & aliis ſententiis, & pœnis eccleſiaſticis diſtrictiùs inhibemus.

Decretum irritans. §. 4. Decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Commiſſarios deputat. §. 5. Quocirca vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, & Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus

1544. quatenus ipſi, duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes 1544.
literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Generalis, & Miniſtrorum, & Abbatiſſarum, & Prioriſſarum, ac Monialium, & Sororum huiuſmodi, ſeu alicuius eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præfatos Generalem, & Miniſtros, ac Abbatiſſas, & Prioriſſas, ac Moniales, & Sorores, & eorum quemlibet conceſſione, & indulto, ac omnibus præmiſſis pacificè frui, & gaudere; non permittentes, eos, vel eorum aliquem deſuper quomodolibet indebitè moleſtari; contradictores, moleſtatores quoſlibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac etiam pecuniarias pœnas, eorum arbitrio imponendas, moderandas, applicandas, ac, legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, cenſuras & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

§. 6. Non obſtantibus fel. rec. Bonifac. Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodò vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium non trahatur; & aliis ordinationibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis, ac Baſilicæ, & Ordinis Fratrum Prædicatorum, necnon S. Feliciani, & S. Spiritus, ac quorumuis aliorum Hoſpitalium, & Monaſteriorum, aliorumque regularium locorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, necnon facultatibus, & auctoritatibus, etiam quæſtoribus, & Commiſſariis prædictis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis aliàs quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Peruſiæ, ſub annulo Piſcatoris, die 12. Septemb. 1544. Pontif. noſtri anno 10. Derogk

---

PIVS V. 1566.

CONSTITVTIO I.

Mandat omnibus Monialibus clauſuram, etiam Tertiariis, & aliis, qui nec eam promiſerunt, nec vmquam ſeruauerunt. Prouidet, quòd per Conuerſas colligantur eleëmoſynæ pro ipſarum Monialium ſuſtentatione; quas tamen Conuerſas in ipſis Monaſteriis recipi vetat: quòd ſi eleëmoſynæ per Conuerſas collectæ non ſufficiant, prouideant Ordinarij colligi per alias perſonas pias; nec plures Moniales recipiantur, quàm quæ commodè ſuſtentari poſſunt.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

CIrca paſtoralis officij nobis, meritis licet imparibus, deſuper commiſſi curam, quantùm nobis ex alto permittitur, inuigilantes aſſiduè, ad ea, per Præmiſſ.

Digitized by Google

1566. quæ ſingulis errorib⁹, & exceſſib⁹ obuiatur, ac perſonis quibuſlibet, præſertim fœminei ſexus, virginitatem ſuam Altiſſimo vouẽtibus, ſub Religionis iugo Chriſto Saluatori in caſtitatis holocauſto famulari affectantibus, ſemita iuſtitiæ, & honeſtatis declinantibus, ne quicquam in eis reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honeſtatis gloria maculam, & diuinam meritò poſſit offendere maieſtatem, opportunè ſuccurritur, libenter intendimus, ac in his noſtræ vigilantiæ partes propenſiùs impartimur, prout in Domino ſalubriter expedire conſpicimus. 1566.

Moniales tacitè, vel expreſsè profeſſæ clauſuram ſeruent.

§. 1. Hac igitur perpetuò valitura conſtitutione, inhærentes etiam conſtitutioni fel. rec. Bonif. Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Periculoſo; & decretis Concilij Trid. ſuper clauſura Monialium editis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus, atque perpetuò decernimus, vniuerſas, & ſingulas Moniales præſentes, atque futuras, cuiuſcumque Religionis, Ordinis, vel Militiarum, etiam Ieroſolymitan. ſint, quæ vel iam receptæ ſint, vel in poſterum in quibuſuis Monaſteriis, ſiue domibus recipientur, & tacitè, vel expreſsè Religionem profeſſæ, etiamſi Conuerſæ, aut quocumque alio nomine appellentur, etiamſi ex inſtitutis, vel fundationibus earum Regulæ ad clauſuram non teneantur, nec vmquam earum Monaſteriis, ſeu domibus, etiam ab immemorabili tempore ea ſeruata non fuerit, ſub perpetua in ſuis Monaſteriis, ſeu domibus de cætero debere permanere clauſura, iuxta formam dictæ conſtit. fel. rec. Bonifac. Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Periculoſo, in ſacro Concilio Trid. approbatæ, & innouatæ, quam nos auctoritate præfata etiam approbamus, & innouamus in omnibus, & per omnia, ac illam diſtrictè obſeruari mandamus.

Inobedientes coërceãtur per Ordinarios.

§ 2. Quòd ſi aliquæ Moniales forſan reperiantur, quæ conſuetudine etiam immemorabili, aut inſtituto, vel fundatione Regulæ ſuæ fretæ, animo obſtinato huic clauſuræ reſiſtant, aut quoquo modo reluctentur; Ordinarij, vnà cùm Superioribus earum, omnibus iuris, & facti remediis compellant eaſdem tamquam rebelles, & incorrigibiles ad præcisè ſubeundum dictam clauſuram, & perpetuò obſeruandum.

Tertiariæ, ſi ſolemne votum emiſerint, clauſuræ ſubiiciãtur; ſin autẽ per Ordinarios ad clauſuram ſtudeantur.

§ 3. Mulieres quoque, quæ Tertiariæ, ſeu de Pœnitentia dicuntur, cuiuſcumque fuerint Ordinis, in Congregatione viuentes, ſi & ipſæ profeſſæ fuerint, ita vt ſolemne votum emiſerint, ad clauſuram præcisè, vt præmittitur, & ipſæ teneantur. Quòd ſi votum ſolemne non emiſerint, Ordinarij vnà cum Superioribus earum hortentur, & perſuadere ſtudeant, vt illud emittant, & profiteantur, ac poſt emiſſionem, & profeſſionem eidem clauſuræ ſe ſubiiciant; Quòd ſi recuſauerint, & aliquæ ex eis inuentæ fuerint ſcandalosè viuere, ſeueriſſimè puniantur.

Volentes ſine clauſura, & profeſſione viuere, non recipiantur in aliqua Religione, ſeu Congregatione.

§. 4. Cæteris autem omnibus ſic abſque profeſſionis emiſſione, & clauſura viuere omnino violentibus interdicimus, & perpetuò prohibemus, ne in futurum vllam aliam prorſus in ſuum Ordinem, Religionem, Congregationemve recipiant. Quòd ſi contrà huiuſmodi hanc noſtram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad ſic viuendum omnino inhabiles reddimus, ac illarum quaſlibet profeſſiones, & receptiones irritas decernimus, & nullas, prout etiam præſenti decreto irritas facimus, & annullamus.

Eleëmoſynæ pro Monialib⁹ colligantur per Conuerſas, aut per profeſſas habitantes propè Monaſteria ætatis annorũ 40.

§. 5. Porrò, ne Moniales, & Tertiariæ prædictæ propter hanc clauſuram detrimentum, aut incommodum aliquod in earum neceſſitatibus, maximè in pertinentibus ad illarum victum, patiantur, ſed vt eis opportunè conſulatur, auctoritate Apoſtolica præfata ſtatuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus Ordinariis, & Superioribus earum, vt curent colligi fidelium eleëmoſynas per Gonuerſas, quæ non ſint profeſſæ, vel ſi profeſſæ fuerint, ſint tamen annorum quadraginta, & in domibus contiguis, extra tamen Monaſterium degant, & non ingrediantur clauſuram aliarum Monialium, niſi in caſibus ex earum conſtitutionibus permiſſis, & de earum domibus exire non poſſint pro huiuſmodi eleëmoſynis colligendis, niſi de licentia Ordinarij, vel earum Superiorum.

§. 6. Et

1566. §. 6. Et de cætero nullæ aliæ Conuerſæ profeſſæ recipi amplius, etiam de conſenſu ſuorum Superiorum, vel Prælatorum poſſint. Quòd ſi aduerſus hanc noſtram prohibitionem receptæ fuerint; illarum receptio nulla, irrita, & inanis ſit, prout ex nunc nullam, irritam facimus, & annullamus. 1566. Conuerſæ profeſſæ de cætero non recipiantur.

§. 7. Quòd ſi prædicto modo neceſſitatibus Monialium, & mulierum Tertiariarũ prædictarum ſuccurri ſufficienter non poterit, mandamus ipſis Ordinariis, & Superioribus earum, vt ipſi prouideant de aliis perſonis piis, & Deo deuotis, quæ fidelium eleëmoſynas colligant, vel aliàs eo meliori, & commodiori modo, quo fieri poterit, etiam ex opere manuum ipſarum Monialium, & mulierum prædictarum, arbitrio Ordinariorum, & Superiorum earumdem, & prout eis congruentiùs expedire videbitur, prouideatur, & ſuccurratur. Si eleëmoſynæ à Cõueñs receptæ nõ ſufficiant, prouideant Ordinarij de aliis.

§. 8. Et, ne propter Monialium numerum exceſſiuum clauſuræ obſeruatio violetur, inhærentes etiam ſimiliter diſpoſitioni dictæ conſtit. Bonif. & Concilij Trid decreto, Monialibus prædictis, & illarum Superioribus, & Ordinariis diſtrictè inhibendo præcipimus, & mandamus, ne plures in earum Monaſteriis recipiant, & admittant, ſeu recipi, & admitti permittant, quàm ex propriis redditibus ipſorum Monaſteriorum, vel conſuetis eleëmoſynis commodè ſuſtentari poſſint. Monialium numerus regulæ iuxta Monaſteriorum redditus.

§. 9. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, vniuerſis vener. Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, quatenus in Ciuitatibus, & Diœceſibus propriis præſentes literas noſtras publicari faciant, ac in Monaſteriis Monialium ſibi ordinario iure ſubiectis: In his verò, quæ ad Romanam mediatè, vel immediatè ſpectant Eccleſiam, Sedis Apoſtolicæ auctoritate, vnà cum Superioribus eorumdem Monaſteriorum, clauſuram, vt permittitur, quamprimùm poterint, ſeruari procurent. Contradictores, atque rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Executores deputat.

§. 10. Ac, vt hoc tam ſalutare decretum facilius obſeruetur, omnes Principes ſeculares, & alios Dominos, & Magiſtratus temporales rogamus, requirimus, & obſecramus per viſcera miſericordiæ D. N. Ieſu Chriſti, eiſdem in remiſſionem peccatorum iniungentes, quòd in præmiſſis omnibus eiſdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Monialium Superioribus aſſiſtant, ac ſuum fauorem, & auxilium præſtent, ac impedientes pœnis etiam temporalibus afficiant. Rogat Principes ſeculares, vt hoc opus adiuuent.

§ 11. Præmiſſis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam per Sedem Apoſtolicam approbatis, & confirmatis, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam in fundatione, & inſtitutione eiſdem Monaſteriis, vel domibus, & Monialibus ſub quibuſcumque verborum formis, & clauſulis irritantibus, & aliis decretis quibuſlibet conceſſis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis; quibus omnibus, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pro ſufficienter expreſſis habentes, quo ad effectum validitatis noſtræ conſtitutionis tantùm derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, aut ſuſpendi non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Derogat contrariis.

§. 12. Per hoc autem in Monaſteriis exemptis Ordinarij locorum quo ad alia ſibi nullam credant iuriſdictionem, vel poteſtatem aliquatenus eis attributam. Ordinarij in hoc caſu etiam in locis exẽptis procedant.

§. 13. Volumus autem, quòd præſentes literæ ad valuas Baſilicæ B. Petri Apoſtolorum Principis & in Cancellaria noſtra, ac acie campi Floræ publicentur, & inter conſtitutiones extrauagantes perpetuò valituras conſcribantur. Iubetur has literas publicari.

1566. §. 14. Et quia difficile foret, præſentes ad ſingula quæcumque loca deferri, 1566.
Tráſumptis fidem adhiberi iubet. volumus, ac etiam declaramus, quòd earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati munitis eadem prorſus fides vbicumque adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum anno Incarnat. Dom. 1566. quarto Kalend. Iunij, Pontificatus noſtri anno 1.

CONSTITVTIO II.

Reuocat omnes licentias conceſſas mulieribus ingrediendi Monaſteria Fratrum, & prohibet tales ingreſſus ſub pœna excommunicationis ipſo facto, poſtquam harum literarum notitiam habuerint, abſolutionem ſibi reſeruando; introducentibus verò apponit pœnam priuationis, & ſuſpenſionis à diuinis.

PIVS PAPA V.

1566.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiū. REgularium perſonarum, quæ, relicto ſeculo, Dei ſe obſequio dedicarunt, pro commiſſo nobis officio quieti conſulere cupientes, ad ea remouenda, quæ religioſum earum propoſitum impedire poſſunt, curam noſtram libenter intendimus, vt nulla re, quæ eas à diuino cultu auocet, præpeditæ, ſecundùm Ordinum ſuorum regularia inſtituta, & decretum ſacri Tridentini Concilij tranquillis mentibus gratum Altiſſimo impendere poſſint famulatum.

Motiua. §. 1. Quia igitur & Carthuſienſium Ordinis, & aliorum regularem vitam profeſſorum quies non parum ſolet, ſicut accepimus, perturbari, propterea quòd mulieres modeſtiæ matronalis oblitæ, domos, ac Monaſteria eorum contra ipſorum inſtituta, prætextu confeſſionalium, aut aliarum literarum Apoſtolicarum ingredi audeant, ipſis etiam Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, & aliis Præſidentibus aliquando recuſantibus, & renitentibus, non ſine magna eorum moleſtia, nec ſine graui laicorum etiam offenſione, ac ſcandalo, ſi quando admitti nimis facilè videantur.

Prohibet prout in ſummario. §. 2. Huic rei prouidere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas facultates, ac licentias ingrediendi Monaſteria, ac domos Carthuſienſium, & aliorum quorumcumque regularium Ordinum, etiam Mendicantium, mulieribus cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & quacumque dignitate, ac præeminentia præditis, etiam Comitiſſis, Marchioniſſis, Duciſſis, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, ab Apoſtolica Sede quomodocumque conceſſas, quarum tenores perinde, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, haberi volumus pro expreſſis, tenore præſentium reuocamus, & caſſas, irritas, & inanes eſſe decernimus.

Introeuntibus apponit pœnas. §. 3. Diſtrictè prohibentes mulieribus quidem prædictas facultates, & licentia prætendentibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, poſtquam harum literarum notitiam habuerint, à qua non poſſint, niſi à nobis, aut à Romano Pontifice, qui pro tempore fuerit, abſolui, præterquam in mortis articulo, ne dictas domos, & Monaſteria ingredi audeant.

Introducentibus apponit pœnas. §. 4. Ipſi verò Monaſteriorum, & Conuentuum Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, & aliis Præſidentibus, quocumque nomine vocentur, & eorum Monachis, Canonicis, & Fratribus, ſiue Mendicantibus, ſiue non Mendicantibus, ſub priuationis officiorum, quæ in præſentia obtinent, & inhabilitatis in poſterum ad illa, & alia omnia, & ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto, ſine alia declaratione incurrendis pœnis, ne eas introducere, admittereue præſumant.

§. 5. Non-

1567. §. 5. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, & mandamus, hæ literæ ad valuas Baſilicæ B. Petri Apoſtolorum Principis, & in Cancellaria noſtra, atque in acie campi Floræ de more publicentur. 1567. Derogat contrariis, & has literas publicari iubet.

§. 6. Quia verò difficile foret has literas ad omnia loca deferri; volumus, & declaramus, vt earum exemplis, & tranſumptis manu ſcriptis, vel impreſſis, & manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati munitis, par vbique fides habeatur, ac ſi præſentes exhibitæ eſſent, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 24. Octob. 1566. Pontif. noſtri anno 1. Tranſumptis fidem adhiberi iubet.

CONSTITVTIO III.

Numerat quadraginta grauamina illata Mendicantibus ab Epiſcopis, & Parochis, à quibus eos liberat, multa loca Concilij Trid. declarando; poſtremò confirmat omnia Mendicantium priuilegia.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, 1567.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Hæc in modum edita eſt à Laërtio Cherubino cuius fides nõ poteſt eſſe ſuſpecta, ſicut & Roderici, Quarantæ, Paſſarelli, & aliorum Regularium.

Proœmiũ, & Motiua decreti huius.

ETſi Mendicantium Ordines, qui ſedulum in vinea Domini quotidie exhibere non ceſſant famulatum, ſummo ſemper ſtudio, etiam dum in minoribus eſſemus, amplexi ſumus, ad ſummi tamen Apoſtolatus apicem, meritis licet imparibus, diuina fauente clementia, aſſumpti, dum id mente recolimus, facere non poſſumus, quin eos propenſiori charitate, & paterno affectu amplectamur, ac exinde pro ſuis ſanctis ſtudiis, honeſtiſque laboribus proque ſalute animarum ab Apoſtolica Sede, cuius continuè pacem, & dignitatem Ordines ipſi fortiter tutati ſunt, tam ſpiritualia, quàm temporalia ſubſidia, ornamentaque acceperint, & accipiant, quibus & ſancta ſua officia, ac vitam ſuam regularem facilius atque expeditius exequi, & tranſigere poſſint, & cæteræ religioſæ perſonæ, Ordinesque alij exemplo ipſorum promptiores, alacrioreſque ad ſua officia perſoluenda reddantur.

Vid. quæ aduerſus prætenſam huius Bullæ reuocationem ſcribũt *Henriquez, Thomas à Ieſu, Llamas* & alij.

Ponit 40. grauamina Mendicantibus illata.

§ 1. Hinc eſt, quòd nos attendentes, pleroſque ex venerab. Fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, qui eoſdem Ordines præcipuè tamquam fructiferos in agro Domini palmites & colere, & adiuuare deberent, non ſolùm id exequi negligere, verumetiam, Concilij Trid. decretis in prauum ſenſum retortis, eos & eorum quemlibet variis afficere incommodis, & perturbationibus, eorumque priuilegiis non modicum afferre grauamen conantur. Quidam enim Epiſcopi, vt accepimus, nolunt admittere quoſdam Regulares ad prædicationem etiam in ſuis Eccleſiis faciendam, quamuis de eorum habilitate ad huiuſmodi opus exercendum habeant bonum teſtimonium à ſuis Superioribus. Alij verò volunt, vt nedum ſemel, ſed etiam pluries in anno coram ipſis, vel eorum Vicariis prædicatores præſententur, ac pro licentia prædicandi, quam non niſi in ſcriptis dare volunt, aliquid quandoque exigunt. Alij etiam Epiſcopi maximam Regularibus iniuriam irrogare videntur, dum præter ordinem, & veterem conſuetudinem, abſque vlla ratione quoſdam reiiciunt, & quoſdam pro eorum libito admittunt ad prædicationem huiuſmodi habendam in locis ſuæ Diœceſis. Quorumdam etiam locorum Ordinarij quoſdam Religioſos probos viros, & idoneos, etiam à ſuis Superioribus approbatos, ad confeſſiones audiendas admittere nullo modo volunt. Quidam ex eis volunt, non ſolùm ſingulis annis, ſed etiam pluries in anno in aliquibus partibus eoſdem Confeſſores ſibi præſentari. In aliquibus verò Oppidis, tam Epiſcopi, ſeu eorum Vicarij, quàm Preſbyteri Curati nolunt, vt Fratres Mendicantes vocati ad audiendas confeſſiones infirmorum, maximè ſi infirmitas eſt grauis, aut

Primũ grauamen vide §. 3.

2. Vide §. 4.

3. Vide §. 4.

4. Vide §. 4.

5. Vide §. 4.

6. Vide §. 4.

Digitized by Google

1567. etiam ſanorum in priuatis illorum domibus, vel alibi, præterquam in ſuis Eccleſiis, aut Monaſteriis, poſſint accedere. Nonnulli etiam audent Confeſſores Monialium, qui pleno iure ſubſunt Regularibus, examinare, cum tamen id minimè per Concilium decernatur; ſicut & de Fratribus, qui ſunt audituri confeſſiones aliorum Fratrum. Quidam etiam in aliquibus partibus nituntur aſſerere, ſeu facere, ne quiſquam infra annum poſſit ſacram Euchariſtiam in Eccleſiis Mendicantium recipere, neque etiam Moniales Tertiarias nuncupatas ſuorum Ordinum, vt aliqui aſſerunt, in aliquibus partibus fieri, cùm tamen ſolùm in Paſchate quo ad ſeculares dumtaxat, iuxta priuilegia Summorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, eiſdem Ordinibus conceſſa, id obſeruari debeat. Alij verò Epiſcopi, ſeu eorum Vicarij audent ad eorum libitum dare licentiam quibuſcumque, quæcumque Monaſteria Monialium, etiam S. Claræ ingrediendi, etiamſi Regularium curæ ſubdita ſint. Quidam verò ſub prætextu exquirendi voluntates puellarum, ante profeſſionem earum volunt eas extrahere à Monaſteriis, & per longum tempus alibi detinere, ipſaſque puellas, ſeu nouitias de pleriſque rebus interrogant, neque neceſſariis, neque in decreto Concilij Tridentini deſuper contentis, ex quibus non modica poteſt oriri occaſio ſcandali. Alij verò plerique noluerunt quoſdam Regulares aliarum Diœceſum ſacris Ordinibus initiare, ac etiam à ſui Ordinis Prælatis approbatos admittere nolunt. Aliqui verò ſingulis Dominicis diebus in ſuos parochianos ad ſonum campanæ excommunicationem promulgant, vt non poſſint intereſſe Miſſis, concionibus, & diuinis officiis, niſi in propria Parochia. Alij verò in aliquibus partibus in eorum Eccleſiis conciones ſacræ ſcripturæ, & ſermones pro mortuis haberi nolunt; Et ſi aliquid ipſis relictum fuerit, vt ab ipſis Miſſæ dicantur, vel alia officia pro mortuis celebrentur, ipſi ſibi ea vſurpant, dicentes, quòd ipſi ea exequi non poſſunt, quia ipſi ſunt paſtores. Alij verò ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & exilij per decennium à Diœceſi pœna inhibuerunt, ne Miſſæ in eorum Eccleſiis celebrentur in diebus feſtiuis, antequam Rector parochialis Eccleſiæ celebrauerit. Alij etiam nolunt, vt dum prædicatio in Eccleſia cathedrali habetur, alibi prædicetur. Ac inſuper in quibuſdam omnem ordinem, & quietem perturbant, dum controuerſias iamdiu ſopitas, & extinctas ſuper præcedentia excitarunt, & vbi nullæ erant, pepererunt, dum pro arbitrio, & voluntate eorum hos illis præferre voluerunt. Quidam etiam Epiſcopi volunt, Regulares à cura animarum excludi, & illam ſolis preſbyteris ſecularibus committi. Quidam verò quartam funeralium extendere volunt etiam ad Miſſas, legata, & alia quæcumque quæ domibus Regularium relinquuntur. Alij autem volunt quartam partem omnium eorum, quæ etiam pro ornamento Eccleſiæ, palliorum, planetarum, cortinarum, pannorum, & eorum etiam, quæ pro victu Fratrum relinquuntur. Aliqui etiam in quibuſdam partibus volunt, vt non ſolùm ius ſepulturæ ſolui conſuetum, quod ſemper ſoluitur, neque denegatur, ſed etiam omne illud, quod Eccleſiis Ordinum ad eorum libitum partes dant, quando ſepeliuntur ibidem defunctorum corpora, id totum Curatis etiam de nouo ſoluatur, inſtanter conantur, impedientes, ne aliter corpora defunctorum ad Monaſteria Fratrum deferantur; vnde in hoc maximè tam partes, quàm ipſos Fratres grauari contingit. Aliqui verò etiam ex locis Mendicantium, qui curam habent animarum, volunt pro ſeminario decimas exigere, ac in caſu renitentiæ etiam pignus exigunt. Alij autem præfatos Fratres, ac Moniales ſub eorum cura degentes ſubſidium regium perſoluere cogunt, cùm multæ earumdem Monialium vix habeant pro earum victu, & veſtitu neceſſaria vitæ. Alij etiam in quibuſdam partibus pauperes Mendicantes eleëmoſynas petere prohibent pro eorum dumtaxat ſuſtentatione, & , ſi inuenerint eos panem, vel aliquid aliud ſimile amore Dei ſibi collatum portantes, quandoque ab eis auferre minantur, afficientes graui iniuria, & cõtumelia. Nõnulli verò Epiſcopi, vel Capitula Canonicorum pauperes Mendicantes, tam Fratres, quàm Moniales ſuorum Ordinum, tam de

7. Vide §. 1.
8. Vide §. 6.
9. Vide §. 7.
10. Vide §. 8.
11. Vide §. 9.
12. Vide §. 10.
13. Vide §. 10.
14. Vide §. 10.
15. Vide §. 10.
16. Vide §. 11.
17. Vide §. 12.
18. Vide §. 13
19. Vide §. 14.
20. Vide §. 15.
21. Vide §. 16.
22. Vide §. 16.
23. Vide §. 17.
24. Vide §. 16.

redditibus

Digitized by Google

1567. reddituibus bonorum, ſi quæ habent, quàm de poſſeſſionibus, vineis, agris, & aliis ſuis bonis quibuſcumque non ſolùm largitione fidelium ſibi conceſſis, ſed etiam aliàs iuſtis de cauſis ab eis acquiſitis, ac pecuniis emptis, ſibi decimas, ac primitias aliis reſpectiuè ſoluere cogunt. Alij autem auſi ſunt inquirere, & proceſſus facere contra aliquos Regulares intra clauſtra delinquentes, vel de quorum delictis aliqua erat ſuſpicio, non expectata ſuorum Superiorum cenſura. Alij verò Epiſcopi Monialium Monaſteria ingredi, & illa ingrediendi licentias aliis concedere, & aduerſus illas proceſſus formare, ipſorum Ordinum Superioribus irrequiſitis, præſumunt. Aliqui etiam dominium temporale ſuper Moniales habere prætendunt. Nonnulli verò frequentiſſimè Regulares citant, & iuriſdictioni ſuæ ſubiicere tentant, ac eorum Conuentus occupant, ipſos expellendo, ac in ipſos iuriſdictionem, vel poteſtatem exercent. Aliqui verò ipſos carceribus abſque cauſæ cognitione mancipant, ac manibus, pedibuſque laborant, vt Regulares Mendicantes ſuæ ditioni ſubiiciant, & vſque adeo ſe intromiſerunt in gubernatione Conuentuum, & in correctionibus Fratrum, vt Prouincialibus, & Generalibus nullus ampliùs videatur relictus locus, aut vlla iuriſdictio. Aliqui autem Conuentuum Priores & Guardianos rationes, & computa facere cum Syndicis Conuentuum huiuſmodi prohibent. Fratres quoque, qui ad Epiſcopos huiuſmodi recurſum habent, à Prioribus, & Guardianis præfatis caſtigari, & puniri interdicunt. Inhibent quoque Superioribus Ordinum, ne faciant proceſſus contra fratres, ac in ipſos imperium, & brachium ſeculare exercent. Alij verò ipſos extra clauſtra degentes ſub eorum protectione recipiunt, eoſque ſic permanere permittunt; eoſque etiam, inuitis ſuis Superioribus, detinent. Aliqui verò bonorum ipſorum Fratrum, tamquã ad eos, ſi extra clauſtra defuncti fuerint, ſpectantium, poſſeſſionem occupare præſumunt, & ad habitum Religionis reuerſis ſua bona conſignare nolunt. Ac etiam vniones à Sede prædicta, aut aliàs ritè factas de beneficiis Eccleſiaſticis impediunt, & ſibi relaxari debere volunt, & contradictores excommunicationis gladio feriunt. Alij verò, Regulares campanas diebus feſtiuis pulſare, vel eodem tempore, quo ipſi celebrant, Miſſas celebrare nolunt. Aliqui etiam pro licentia danda ædificandi quamdam domum regularem, triginta, vel quadraginta ducatos exigere non erubuerunt. Alij verò eos mortuorum corpora aſſociare; alij autem illos cum Parocho ſimilia munera ſubire non permittunt, niſi maior Canonicorum pars interuenerit. Alij verò mortuorum officia in Regularium Eccleſiis peragi nolunt, niſi cum ipſorum præſentia, & ipſorum Moniales, vel alias perſonas, etiamſi in earum funere Parochus interuenire non deberet, ſepelire prohibent, niſi ipſi Parocho priùs certum quid ſolutum fuerit, & ſi aliquem ipſi ſciuerint in Regularium Eccleſiis ſepulturam elegiſſe, eum, vt dicitur, non ante ad illas deferre ſinunt, quàm ad Parochi Eccleſiam delatum, ibique officium peractum fuerit. Poſtremò verò teſtamenta ſine preſbyterorum præſentia fieri prohibent, & ſi quid ipſis Regularibus relictum fuerit, id, aſſerentes contra Concilij Trid. Canones eſſe, reuocare omnino procurant.

1567. 21. Vide §. 18. 26. Vide §. 7. 27. Vide §. 7. 28. Vide §. 7. 29. Vide §. 19. 30. Vide §. 19. 31. Vide §. 20. 32. Vide §. 20. 33. Vide §. 21. 34. Vide §. 22. 35. Vide §. 23. 36. Vide §. 24. 37. Vide §. 25. 38. Vide §. 15. & 26. 39. Vide §. 27. 40. Vide §. 28.

§. 2. Ac propterea volentes præmiſſis, ac aliis ſimilibus exceſſibus, & grauaminibus ex noſtri paſtoralis officij debito prouidere, attendentes etiam, illos, qui onus diei, & æſtus tam in prædicationibus, quàm in cæteris ſpiritualibus muneribus quotidie ſuſtinent, niſi etiam aliquantiſper ſubleuentur, facile fore, vt oppreſſi, à ſuis officiis omnino deſiſtant, ne in poſterum eis aliquod inferatur grauamen, Concilij Trid. huiuſmodi decreta, quorum falſa, ſeu minùs vera intelligentia præmiſſa irrepſerunt, quorumque declaratio non niſi ad nos ſpectat, modo, & forma infraſcriptis declaranda cenſuimus.

Declarare Concilia ad Papam ſpectat.

§. 3. Nos igitur motu proprio, non ad alicuius inſtantiam, ſed de mera deliberatione, & ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine declaramus, Canonem ſeſſ. 24. cap. 4. per quem omnibus Regularibus etiam in ſuorum Ordinum Eccleſiis, contradicente Epiſcopo, prædicationis officium interdicitur, Mendicantium Ordinum Fratres huiuſmodi, quando à ſuis

Mendicantes poſſunt in ſuis Eccleſiis ad ſuũ libitum prædicare.

Digitized by Google

1567. Generalibus, vel eorum Miniſtris Prouincialibus ad id deputati fuerint, non comprehendere, neque eos afficere poſſe; immo volumus, quòd in ſuis Eccleſiis, quando eis placuerit, licitè, & abſque vllo impedimento, vel contradictione, etiam Epiſcopi, niſi ipſe prædicauerit, prædicare poſſint. 1567.

Mendicantes poſſunt vbique confeſſiones audire.

§. 4. Quod verò in ſeſſ. 23. cap. 15. circa confeſſiones à Regularibus non audiendas ſtatuitur, hoc etiam dictorum Ordinum Fratres à præfatis ſuis Generalibus, vel Miniſtris Prouincialibus ad audiendas confeſſiones vtriuſque ſexus Chriſti fidelium approbatos, vt præmittitur, minimè comprehendat, ita vt à confeſſionibus audiendis, tam intra eorum Eccleſias, domos, quàm extra minimè prohibeantur, ſuper hoc literas fel. rec. Pauli Papæ IV. etiam prædeceſſoris noſtri, concedentes eiſdem Fratribus Mendicantibus regularis obſeruantiæ poſſe confeſſiones ſecularium perſonarum, etiam infirmarum, etiam extra domos, & Monaſteria ſua, & vbilibet audire, approbando, & de nouo concedendo. Statuimus etiam, quòd ille, qui ſemel in vna Diœceſi admiſſus per Epiſcopum fuerit, ſemper in eadem Diœceſi habeatur pro admiſſo, nec ampliùs examinari, vel præſentari in dicta Diœceſi debeat, tam quò ad prædicationes faciendas, quàm quò ad confeſſiones audiendas: Nec aliquid pro prædictis exigi, vel recipi debeat.

Confeſſores Fratrum, & Monialiũ, atque etiã Lectores examinentur ab Epiſcopis.

§. 5. Confeſſores verò Monialium, quæ degunt ſub cura Regularium, ab Ordinario examinari nolumus; quemadmodum neque etiam Fratres, ſi debeant audire confeſſiones aliorum Fratrum, examinari debent. Lectores inſuper ex eiſdem Fratribus, & in Theologia graduati, qui cum licentia ſuorum Superiorum ad gradum admiſſi fuerint, cum de ipſorum doctrina ambigendum non ſit, tàm confeſſiones audituri, quàm prædicationis munus ſubituri, ab Epiſcopis minimè examinentur.

Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrare poſſunt; & in feſtis ſuorũ Ordinũm interdicta ſuſpenduntur.

§. 6. Ipſique Chriſti fideles Sacramentum Euchariſtiæ, Reſurrectionis Dominicæ feſtiuitate dumtaxat excepta, ſumere, eiſque illud per Fratres huiuſmodi adminiſtrari valeat, nec ad illud faciendum per locorum Ordinarios, aut Eccleſiarum Rectores præfatos, ſeu alios quoſcumque (illorum licentia minimè requiſita) etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis pœnis cogi, vel compelli poſſint, ſeu debeant, etiam decernimus, & declaramus. Et licet in ſeſſ. 25. cap. 12. caueatur, quòd cenſuræ, & interdicta Eccleſiaſtica, etiam à locorum Ordinariis promulgata, mandante Epiſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſiis publicari debeant, tamen ſi tempore celebrationis alicuius ex feſtis Sanctorum Ordinum eorumdem, ac aliis feſtiuitatibus iuxta eorumdem Ordinum priuilegia Apoſtolica, interdictum huiuſmodi emanauerit, illud in præfatis feſtiuitatibus, & earum octauis ſuſpendimus.

In Moniales Superioribus Regularibus ſubiectas Epiſcopi nullatenus ſe impediant.

§. 7. Cumque inhoneſtum ſit, quemlibet in alienam meſſem falcem iniicere; cumque Monialium Monaſteria non niſi de Epiſcopi, vel Superioris licentia, & in caſibus neceſſariis aliquis ingredi præſumat, in ſeſſ. 25. cap. 5. prohibetur; hoc tantùm in illis Monaſteriis locum habere volumus, quæ Ordinariis ipſis pleno iure ſubſunt, in quibus in caſibus neceſſariis ipſi dare licentiam poſſint, & non in aliis Monaſteriis: Ita vt in præfatis Monaſteriis, quæ Ordinariis ipſis pleno iure non ſubſunt, ipſi Ordinarij illa ingredi non poſſint, prout in Regulis earum, ſeu de iure ſtatuitur; & eis aliquos proceſſus aduerſus Moniales ipſas, ſeu Fratres huiuſmodi propterea, ſeu aliàs, ipſorum Ordinum Superioribus irrequiſitis, quoquo modo formare, aut facere poſſe omnino prohibemus, ita vt aliquam iuriſdictionem, ſeu aliquod quodcumque dominium in Moniales, & Fratres huiuſmodi reſpectiuè habere, exercere, aut exequi nullatenus poſſint, aut debeant; immo illas, & illos omnes ab eorum ſuperioritate, dominio, & iuriſdictione, & poteſtate eximimus, & liberamus, prout eis conceſſum eſt per ſua priuilegia à Sede præfata obtenta. Et ita præfatæ Moniales, ac Fratres ſint excluſi à ſuperioritate, & iuriſdictione Ordinariorum reſpectiuè huiuſmodi, vt etiam in illarum, vel illorum Syndicis, aut Procuratoribus deputandis, vel in diſponendis illorum facultatibus, vel ad alia ſibi non competentia facienda vllatenus non ſe intromittant. Nec etiam Ordinarij ipſos Regulares

1567. gulares præfatos citare, & iuriſdictioni ſuæ ſubiicere, ac eorum Conuentus occupare, ipſos ab eis expellendo, ac in ipſos iuriſdictionem aliquam, & poteſtatem exercere, vt præmittitur, aut ipſos carceribus mancipare, & contra eos aliud facere poſſint, vt ſuæ ditioni ſubiiciantur. 1567.

Examen puellarum Deo dicandarum quomodò, & quando ab Epiſcopis fieri debeat.

§. 8. Volumus etiam quòd puellarum Deo dicandarum, an ſcilicet coactæ, vel ſeductæ fuerint, examen faciendum, non niſi infra quindecim dies, poſtquam iuxta Concilium Tridentinum Epiſcopi, vel eorum Vicarij requiſiti fuerint, fieri poſſit; Quibus elapſis, ampliùs in hoc illis ſe intromittere non liceat. Cuius occaſione nec Epiſcopus, nec eius Vicarius intra ſepta Monaſteriorum ingrediantur, ſed ſtent ante cratem ferream. Et interrogationes alias, quàm eas, quas præfatum Concilium Trid. iubet, eis fieri omnino prohibemus. Ac ſimiliter volumus, quòd puellæ, ſeu nouitiæ ipſæ ad alias interrogationes reſpondere minimè teneantur.

Mendicãtes à quocunq; Epiſcopo ordines poſſunt ſumere. Vide ſupra, in conſt. 2. Sixti IV. à num 33.

§. 9. Seſſione verò 23 cap. 8. Neminem, niſi à proprio Epiſcopo ordinari poſſe ſtatuens, in Regularibus locum non habere omnino declaramus. Ita quòd Fratres huiuſmodi præfatos etiam ſacros Ordines à quolibet, Antiſtite gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habente, Ordinarij loci minimè requiſita licentia, in locis, ſeu domibus Fratrum huiuſmodi, aut alibi recipere poſſint.

Poſſũt ſemper, & vbique Miſſas celebrare, etiam antequam Parochus celebrauerit.

§ 10. Et inſuper ſeſſ. 22. decretum, per quod populum ſæpe ad ſuas Eccleſias, ſaltem Dominicis, & maioribus feſtiuis diebus conuenire debere monet, inſequendo, volumus, quòd Fratribus Mendicantibus huiuſmodi non ſolùm prohiberi non poſſit, ne Miſſas, & alia diuina Officia faciant in eorum Eccleſiis, verumetiam in quibuſcumque aliis, vbi celebrari Miſſas ſolitum eſt, etiam ipſis non vocatis, ſeu ad id requiſitis, celebrare valeant; Ac etiam quòd conciones, & lectiones ſacræ Scripturæ, & ſermones pro mortuis etiam in Eccleſiis facere, ac eleëmoſynas pro celebrandis huiuſmodi Miſſis, & aliis diuinis Officiis peragendis, ſi eis illas donari, ſeu relinqui contingat, recipere: Necnon Miſſas, & diuina Officia huiuſmodi etiam in diebus Dominicis, vel feſtiuis, etiam antequam Rector parochialis Eccleſiæ celebrauerit, celebrare, & facere, & quando eis videtur, etiamſi tunc in Eccleſia cathedrali prædicetur, prædicare, ac etiam quicumque vtriuſque ſexus Chriſti fideles totius anni tempore illas, & illa in Eccleſiis Fratrum huiuſmodi audire poſſint; Ipſique Chriſti fideles vllatenus deſuper moleſtari, aut impediri per locorum Ordinarios, ſeu Rectores parochialium Eccleſiarum, aut alios quoſcumque vllo pacto, cauſa, vel occaſione non valeant, ſeu debeant, ſed præfati Chriſti fideles audiendo Miſſas, & alia diuina Officia in Eccleſiis Fratrum huiuſmodi diebus Dominicis, aut feſtiuis, præcepto Eccleſiæ de illis audiendis ſatisfeciſſe cenſeantur.

Controuerſiæ de præcedentia ab Epiſcopis quomodò dirimendæ.

§. 11. Controuerſias autem omnes de præcedentia, quæ eadem ſeſſ. 25. cap. verò 13. per Epiſcopum terminari mandantur, non niſi durantes per illum dirimi, finitas autem nullo pacto innouari poſſe ſtatuimus.

Regulares poſſunt admitti curàm animarum ſecularium ſuis Conuẽtibus annexam.

§ 12. Cúmque licet cap. 11. ſeſſ. 25. ſtatuat, quòd in domibus virorum, ſeu mulierum, quibus animarum perſonarum ſecularium cura imminet, nulli etiam ad nutum amouibiles inibi deputentur, niſi de Ordinarij conſenſu, ac prævio examine huiuſmodi præcedente, ad curam huiuſmodi admitti poſſe omnino volumus præfatos Regulares.

Quarta funeralium quomodo ſoluenda.

§. 13. Quartam autem funeralium, de qua ſeſſ. 25. cap. 13. nequaquam ſoluere teneantur Monaſteria, quæ à quadraginta annis citra fundata exiſtunt, poſtquam Concilium ipſum loquitur tantùm de Monaſteriis ante annos quadraginta fundatis, quæ ipſam quartam ſoluere conſueuerunt; & vbi ſolui conſueuit, id tantùm ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit tempore, quo defunctorum corpora ad ſepulturam deferuntur, non autem de Miſſis, ſeu legatis, vel aliis, Fratribus ipſis, ſeu Monialibus huiuſmodi relictis, aut aliàs quomodolibet donatis, ſolui debet; ſicque intelligi Concilij decretum quò ad quartam huiuſmodi ſoluendam debere decernimus. Vbi verò non eſt conſuetudo ſoluendi quartam huiuſmodi, de nullo ſupraſcriptorum ſolui debere declaramus.

Digitized by Google

1567. §. 14. Nec ad quartam, ſeu aliam partem omnium eorum, quæ etiam pro ornamento Eccleſiæ, palliorum, planetarum, cortinarum, pannorum, & aliorum, quæ dictis Eccleſiis relinquí, vel dari contigerit, etiamſi pro victu Fratrum, aut aliàs relinquantur, aliquid contribuere teneantur. 1567.

Nec etiam tenentur ad quartam relictorum. Vide in cõſtit. Pyrrhi, nu. 54

§. 15. Ac etiam ius ſepulturæ ſolui tantùm conſuetum Curatis, & non aliquid aliud eis ſolui debeat, quamuis partes ad earum libitum Eccleſiis Ordinum huiuſmodi, ſeu eorum Fratribus alia quæcumque tribuant, ſeu eleëmoſynas elargiantur, quando ſepeliuntur ibidem corpora mortuorum huiuſmodi. Nec propterea impediri debeant, quin poſſint defunctorum corpora præfata ad eorũm Eccleſias tumulanda deferri facere.

Nõ poſſunt impediri, quo minus corpora defunctorum ad ſuas Eccleſias tumulanda deferant.

§. 16. Inhoneſtum quoque eſſe cenſentes, Mendicantium Ordines ad aliquorum onerum contributionem teneri, illos, illorumque loca, etiamſi curam animarum habeant, ac quæcumque beneficia illis vnita ad contributionem pro ſeminario, aut decimarum aliquarum ſolutionem, immo illos, & eorum domos, Monaſteria, beneficia, & loca quæcumque, & ab illis quomodolibet dependentia, eorumque poſſeſſiones, vineas, agros, & prata, ac alia bona quæcumque, tam ad ipſos, quàm ad Moniales præfatas, etiam largitione fidelium, ſeu aliàs iuſtis de cauſis ab eis acquiſita, ac pecuniis empta, vel aliàs quomodolibet pertinentia minimè teneri, illoſque & illas à quibuſcumque decimis, primitiis, quartis, mediis, & aliis fructuum partibus, necnon ſubſidiis charitatiuis, etiam per nos conceſſis, ad quorumcumque etiam Regum, Principum, & Dominorum temporalium inſtantiam, quacumque etiam vrgentiſſima, & de neceſſitate exprimenda cauſa, ac etiam aliis quibuſcumque oneribus, tam ordinariis, quàm extraordinariis, etiam ratione fructuum, olerum, virgultorum, lignorum, beneficiorum, & aliarum quarumcumque rerum, tam pro victu, quàm veſtitu, aut aliàs ſibi neceſſariarum quomodolibet, etiam auctoritate Apoſtolica nunc, & pro tempore impoſitis, ita vt penitus, & omnino ad alicuius rei contributionem minimè teneantur, omnino eximimus, & liberamus, illoſque, & illas, ad illos, & illa, etiamſi ſeculares, & aliæ perſonæ quæcumque in eas exigendi poſſeſſione fuerint, minimè teneri debere volumus; Nec ſub cap. 12. ſeſſ. 25. comprehendi poſſe, vel debere decernimus.

Non tenentur ad contributionem pro ſeminario, aut decimarũ, &c. etiamſi curam animarum habeãt.

Mendicãtes poſſũt eleëmoſynas quærere.

§. 17. Quod verò de vſu quæſtorum eleëmoſynarum auferendo loquitur ſeſſ. 21. cap. 8. id ad Mendicantium Ordines nullo modo referri poſſe, vel debere, etiam decernimus: quin potiùs, cum eleëmoſynis huiuſmodi viuere cogantur, eis id facere liberum omnino eſſe declaramus.

Epiſcopi quomodò Regulares notoriè delinquentes punire poſſint.

§. 18. Quoniam verò ex nimia Epiſcoporum ſibi irrogata auctoritate, ipſi perſonas Regulares ſuæ iuriſdictioni ſubiicere omnino ſtudent, ac decreto Concilij præfati ſeſſ. 25. cap. 14. edito, quo cauetur, quòd ſi Regularis intra clauſtra exiſtens, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo ſcandaloſus ſit, termino ab Epiſcopo præfigendo, à ſuo Superiore omnino puniatur; ſin minùs, ab Ordinario delinquens puniri poſſit, confiſi, variis, indebitiſque grauaminibus Regulares afficiunt: Ordinarios præfatos aliquid contra Regulares in clauſtris degentes huiuſmodi, quouis prætextu, occaſione, vel cauſa innouare non poſſe, vel debere, nec aliquos proceſſus contra ipſas perſonas regulares formare, aut facere poſſe volumus, niſi propter manifeſtum ſcandalum, & ſuorum Ordinum Superioribus priùs conſultis, & negligentibus, alioquin omnia, & ſingula contra præmiſſa facta, & geſta, ac facienda in futurum pro nullis, & infectis habeantur.

Epiſcopi nõ ſe intromittant in gubernatione Regulariũ.

§. 19. Neque etiam ſe intromittant vllo pacto, aut aliqua ratione in gubernatione Conuentuum, tam Fratrum, quàm Monialium huiuſmodi, & illorum correctionibus; ſed omnia iſta, & alia neceſſaria ad correctionem, & gubernationem Fratrum, aut Monialium huiuſmodi, eorum Generalibus, ac Miniſtris, ſeu Prouincialibus, vel aliis eorum, aut earum reſpectiuè Superioribus, etiam ratione computa faciendi cum Syndicis Conuentuum huiuſmodi omnino relinquatur, nec vllo modo in prædictis per ſe, vel alios ſe intromittant.

§. 20. Fratres quoque, ſi contigerit eos ad huiuſmodi Ordinarios recurſum habere,

1567. habere, à præfatis Generalibus, Miniſtris, ſeu Prouincialibus, Prioribus, Guardianis, & aliis Superioribus caſtigari, & puniri poſſe, & debere, neque ipſos Ordinarios præfatis Superioribus Ordinum huiuſmodi vllatenus inhibere; Quinimmo præfatos Superiores proceſſus contra Fratres ſuos, & Moniales huiuſmodi, quando opus fuerit, circa delictorum inquiſitionem, vel caſtigationem facere poſſe decernimus, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. 1567. Fratres recurrẽtes ad Epiſcopos à ſuis Superioribus puniantur.

§. 21. Inhibemus etiam ipſis Ordinariis, ne Fratres extra clauſtra degentes ſub eorum protectione recipiant, coſque, inuitis ſuis Superioribus detineant. Epiſcopi Fratres extra clauſtra degẽtes ſub protectiõe non recipiant.

§. 22. Prohibemus quoque eiſdem Ordinariis, ne aliquomodò ſe intromittant in bonis dictorum Fratrum extra clauſtra ſuorum Monaſteriorum pro tempore degentium, ſiue decedentium, & quamuis in habitu, ſiue abſque habitu moriantur, volumus, quòd eorum bona mobilia, & immobilia, ad Ordinem, quem profeſſi ſunt, pertineant, diſponenda iuxta conſtitutiones, ſeu ordinationes præfatorum Ordinum, neque illa Ordinarij præfati occupare præſumant, immo huiuſmodi, & ad habitum Religionis reuertentium bona omnia Monaſteriis ipſis, cum ea, quæ acquirit Monachus, de iure Monaſterio acquirantur, pertinere etiam decernimus. Bona Fratrũ decedẽtium extra clauſtra etiã ſine habitu, ad Ordinem, quem profeſſi ſunt, pertinent.

§. 23. Ac ipſis Ordinariis, ne quaſcumque vniones, etiam perpetuas, à Sede prædicta, vel aliàs, vt præfertur, hactenus factas, & pro tempore faciendas de beneficiis Eccleſiaſticis, ſeu illorũ fructibus, quin ſuum ſortiantur effectũ impediant, omnimo etiam prohibemus, & cenſuras Eccleſiaſticas, & alias pœnas per eos in contradictores pro tẽpore latas, nullius eſſe roboris, vel momenti ſimiliter decernimus, & declaramus. Inſuper volumus, quòd præfati Regulares, bus cura animarum eſt, poſſint per ſe ipſos iuxta ſuorum Superiorum ordinationem, aut alios Vicarios, ſeu Capellanos ſeculares, ipſorum Regularium nutu amouibiles, ab eis deputatos, & ab Ordinario pro idoneis nominatos, & approbatos, præfatam curam exercere; neque in eorum deputatione, vel amotione, neque alicuius partis fructuum conſignatione pro præfatis Capellanis, ſeu Vicariis ſecularibus, ſi per tales curam exerceri contigerit, Epiſcopi vllo pacto ſe intromittant. Epiſcopi vniones non impediant, & poſſunt Regulares curam animarum ſuis Eccleſiis annexã per ſe ipſos, vel Capellanos ad ſuũ nutum amouibiles exercere. Ordinarij non poſſunt impedire Fratres quocumq; tempore pulſare cãpanas, & Miſſas celebrare, &c.

§. 24. Prohibemus inſuper eiſdem Ordinariis, ac aliis quibuſcumque perſonis, ne impediant ipſos Fratres, quando eis placuerit, tam in diebus Dominicis, ſeu feſtiuis, aut aliis totius anni temporibus campanas pulſare, & etiam tempore, quo ipſi celebrauerint, Miſſas celebrare, necnon mortuorum corpora aſſociare, & illa per Fratres ipſos, quando in Eccleſiis ſuis præfatis delata fuerint, abſque præſentia Rectorum Eccleſiarum huiuſmodi ſepeliri facere, ac officia mortuorum huiuſmodi peragi poſſe, neceſſariamque præſentiam Rectorum, aut aliorum Clericorum, quin infirmi liberè ſua poſſint condere teſtamenta, minimè eſſe, ac ipſos Regulares legata, aut quæuis alia ſibi in teſtamentis relicta exigere, & obtinere poſſe; neque aliquod ius in contrarium eſſe decernimus, & declaramus. Licentiam conſtruendi Conuentus gratis dare debẽt Epiſcopi, quam ſine legitima cauſa negare non poſſunt.

§. 25. Licentias verò pro conſtruendis domibus regularibus, quæ 3. cap. ſeſſ. 25. niſi de Ordinarij licentia conſtrui prohibentur, gratis omnino dari, & non niſi legitima ſubſiſtente cauſa, Superioribus explicanda, illas recuſari poſſe. Fratres poſſunt etiam ſoli corpora aſſociare, & mandatum in die Cœnæ facere.

§. 26. Necnon Fratres præfatos etiam ſolos mortuorum corpora aſſociare, ac mandatum in die Cœnæ Domini fieri ſolitum, in Eccleſiis, ſeu domibus Fratrum cuiuſlibet Ordinis prædictorum ſolemniter facere, & prædicta die prædicare hora, qua eis videbitur, nec per locorum Ordinarios, aut Rectores Eccleſiarum, ſeu alios quoſcumque prohiberi poſſe, etiam decernimus, & declaramus. Officia defunctorum in Eccleſiis Fratrum Parochi facere nõ poſſunt, nec corpora ſepelire abſque Fratribus ad ea ſepeliẽda vocatis.

§. 27. Mandantes etiam vniuerſis locorum Ordinariis, ne mortuorum officia agere Rectores parochialium in Eccleſiis ipſorum Fratrum contra illorum voluntatem permittant. Ac Moniales dictis Fratribus ſubditas, vel perſonas ſepulturam in eorum Eccleſiis eligentes, nulla ſoluta Parocho portione, ſepelire, vel, ſi Fratres ad mortuorum corpora aſſocianda vocati fuerint, illa abſque

Digitized by Google

1567. Fratrum huiuſmodi præſentia ſepeliri facere audeant, vel præſumant. 1567.

Abrogat vſum non faciendi teſtamenta ſine Parochis.

§. 28. Cumque maximè deceat, liberam eſſe cuiuſuis teſtantis voluntatem, prauum illum vſum paruo adhuc tempore, vt præfertur, introductum, per quem teſtamenta abſque preſbyterorum præſentia fieri interdicuntur, omnino abrogamus.

Ad quas proceſſiones vocati Fratres accedere teneantur.

§. 29. Poſtremò quod cap. 13. ſeſſ. 25. cautum fuit, quòd omnes ſcilicet tam Clerici, quàm Regulares quicumque ad publicas proceſſiones vocati, accedere compellantur; id quò ad Fratres præfatos, de illis tantùm proceſſionibus intelligi volumus, ad quas ſecundùm conſuetudinem antiquam locorum ſoliti ſunt accedere, vel quæ pro bono pacis Eccleſiæ, vel pro victoria contra infideles indicuntur. Quod etiam de illis Conuentibus, qui Collegia nuncupantur, minimè intelligi volumus, in quibus Fratres ſub arctiori clauſura degunt, ita vt nec in choro cantent, nec ad mortuos accedant; ſed tantùm ſtudiis, & lectionibus vacent.

Extinguit lites ſuper dictis pendentes.

§. 30. Præterea ſi fortè inter Epiſcopos, vel Collegia, aut Capitula, vel alias quaſuis perſonas, & præfatos Fratres, ſeu Moniales, aut eorum aliquos ſuper præmiſſis, vel aliquo eorum coram quocumque, ſeu quibuſcumque iudicibus, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoribus, ac S. R. E. Cardinalibus, tam in Romana Curia, quàm extra eam vbilibet, lis, ſeu lites reſpectiuè pendeant, nos litem, ſeu lites, & cauſam, vel cauſas huiuſmodi ad nos aduocamus, ac illam, & illas, quarum ſtatum, ac nomina, & cognomina iudicum, & collitigantium præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, caſſamus, & extinguimus, ac partibus ipſis perpetuum ſilentium deſuper imponimus.

Confirmat omnia priuilegia Mendicantium.

§. 31. Ac inſuper, vt faciliùs præmiſſa omnia illibata perſiſtant, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates, indulta, diſpenſationes, fauores, & gratias, quæ decretis Concilij Trid. aliàs, quàm vt ſuperiùs eſt dictum, conceſſum, & declaratum, non contrariantur expreſsè, eiſdem Fratribus, necnon Monialibus quibuſcumque, & Sororibus tertij Ordinis prædictorum Ordinum reſpectiuè, Ordinibus, ac illorum Eccleſiis, domibus, & perſonis etiam viuæ vocis oraculo, in genere, vel in ſpecie, tam per recolendæ mem. Eugenium IV. Sixtum IV. Leonem X. Paulum III. ac dictum Paulum IV. & Pium etiam IV. quàm alios quoſcumque Romanos Pontifices etiam prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem eamdem quomodolibet conceſſa, confirmata, & innouata, necnon noſtras, & prædeceſſorum noſtrorum, ac alias quaſcumque deſuper confectas literas, quarum omnium tenores, ac eorumdem prædeceſſorum noſtrorum nomina, & alia de neceſſitate exprimenda, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, etiam præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, eaque perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari debere, ac Fratribus, Superioribus, & perſonis Ordinum huiuſmodi, necnon aliis quibuſcumque quos illa concernunt, ſuffragari debere, ſeu poſſe volumus. Necnon priuilegia, immunitates, facultates, libertates, indulta, diſpenſationes, exemptiones, fauores, & gratias, tam ſpirituales, quàm temporales, modo, & forma, quibus conceſſa ſunt, etiam per viam communicationis, & extenſionis actiuè, & paſſiuè inter ſe, & alios quoſcumque Ordines reſpectiuè de nouo concedimus, illaque omnia, & ſingula ad domos, & loca quæcumque dictorum Mendicantium Ordinum, & Monialium quarumcumque, ac Sororum de tertio Ordine nuncupatarum in Congregatione viuentium dictorum Ordinum, vt præfertur, hactenus recepta, & in poſterum recipienda: Necnon eorum perſonas, & bona, etiamſi priuilegiorum, & aliarum gratiarum præfatorum authentica originalia propter temporis antiquitatem, vel varias Vrbis ruinas deperdita exiſtant, dummodò de eis aliàs legitimè conſtet, extendimus, & ampliamus.

Decretum irritans.

§. 32. Et ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque iudices, & perſonas quauis auctoritate fungentes, etiam Cardinales, & Auditores præfatos, ſublata

1567. ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, necnon quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. 1567.

§. 33. Quocirca dilectis filiis noſtris Prædicatorum Cardinali Protectori, & S. Hieronymi Generali Ordinum, ac Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ etiam generali Auditori, nunc, & pro tempore exiſtentibus per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Fratrum, aut Monialium, vel alicuius eorum fuerint deſuper requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præſentes, & in eis contenta huiuſmodi firmiter obſeruari, ac ſingulos, quos literæ ipſæ concernunt, pacificè frui, & gaudere; non permittentes, eos, vel aliquem eorum deſuper contra præſentium tenorem per quoſcumque etiam locorum Ordinarios quomodolibet indebitè moleſtari; contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus, aggrauando, & interdictum Eccleſiaſticum apponendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Commiſſarios deputat.

§. 34. Non obſtantibus præmiſſis, & aliis Apoſtolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Epiſcopis, vel quibuſuis aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſimili, ac aliàs quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis; quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus. Necnon omnibus illis, quæ in literis confirmationis, & innouationis priuilegiorum eorumdem, aliàs per eoſdem Paulum IV. & Pium etiam IV. prædeceſſores noſtros prædictos Ordini Fratrum Minorum huiuſmodi conceſſorum conceſſum eſt, non obſtare, contrariis quibuſcumque. Aut ſi locorum Ordinariis, vel quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas, Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Contrariis derogat.

§. 35. Et quia difficile foret, earumdem præſentium literarum notitiam ad quaſcumque perſonas peruenire, & vbique illas præſentare, etiam motu, & ſcientia ſimilibus volumus, & decernimus, quòd tranſumptis earumdem præſentium literarum, etiam per impreſſionem factis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, aut ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillatis, quemadmodum adhiberetur præſentibus literis originalibus, ſi præſentarentur, vbique adhibeatur, tam iudicio, quàm extra illud, plena, & indubitata fides. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1567. 17. Kal. Iunij, Pontif. noſtri anno 2. Tranſumptis fidem adhiberi iubet.

Digitized by Google

CONSTITVTIO IV.

Declarat, quòd Ordines tam S. Dominici, & S. Franciſci, quàm Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum, ac Seruorum B. M. ſunt verè, & propriè Ordines Religioſi Mendicantes, etiamſi in communi bona, quamuis immobilia, poſſideant, eorumque gratiis omnibus perfruuntur.

PIVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiū. ROmanus Pontifex, tam vniuerſalis Chriſtianæ, quàm ſingularum eius Religionum præcipuus defenſor, omnibus illarum incommodis pro ſui paſtoralis officij debito libenter occurrit, & eorum indemnitati ſalubribus, iuxta temporum, morumque exigentiam, declarationibus, & aliis remediis conſulere ſolet opportunis.

Mendicātes ſunt exēpti à contributione ſeminarij & ſubſidij, &c. §. 1. Sanè licet dilecti filij omnium Mendicantium Ordinum Fratres à contributione ſeminarij Clericorum, in qualibet Ciuitate iuxta eiuſdem Concilij formam erigendi, per Trid. Concilij decreta eximantur; Noſque inter alia eiſdem Mendicantium Ordinum Fratribus conceſſa priuilegia, eos, & eorum quemlibet, tam à ſeminarij huiuſmodi contributione, quàm ſubſidio quomodolibet, necnon decimis quibuſcumque, & certis aliis oneribus Apoſtolica auctoritate ſimiliter exemerimus, & liberauerimus, eoſque ad illorum omnium contributionem nullo vnquam tempore cogi, & compelli poſſe decreuerimus; Tamen non ſine animi moleſtia nuper accepimus, quòd nonnulli locorum Ordinarij, & forſan in Prouincialibus Conciliis, eo forſan ſub prætextu, quòd Ordinum Mendicantium Fratres huiuſmodi bona ſtabilia ex indulto, ſeu diſpenſatione Apoſtolica retinere poſſunt, & propterea Mendicantes re vera non ſint, eos ad ſeminarij, ſubſidij, decimarum, & aliorum onerum huiuſmodi contributionem cogere forſan præſumpſerunt, & in dies præſumunt, in graue ipſorum Ordinum grauamen, & præiudicium non modicum.

Declarat, qui ſint Ordines Mendicantes. §. 2. Nos animo reuoluentes, eos ex fructibus bonorum huiuſmodi varias Reipublicæ Chriſtianæ vtilitates afferre, cum ex ipſis varios Magiſtros, & Doctores manuteneant, ex quorum doctrina ipſorum Fratres nouitij eruditi poſtmodum effecti, gregem Dominicum prædicationibus ſuis, conſiliis, confeſſionibus, orationibus, aliiſque innumeris pietatis operibus iuuent, & paſcant, eorumque domos non minùs, immo magis quàm ea, quæ per Ordinarios erecta ſunt, ſeminaria vocari poſſe, & propterea Mendicantium nomen amittere nullo modo debere. Volentes idcirco omnem dubitandi materiam amputare, omnes, & ſingulos Mendicantium Ordinum Fratres huiuſmodi, ac eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnon quarumcumque litium, & cauſarum coram quibuſuis iudicibus, & vbicumque quomodolibet pendentium ſtatus, & merita, nominaque & cognomina iudicum, & collitigantium, necnon quorumcumque priuilegiorum, indultorum, exemptionum, & immunitatum eorumdem Ordinum Mendicantium Fratribus hactenus quomodolibet conceſſorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes; lites quoque & cauſas præfatas, vt præfertur, pendentes ad nos harum ſerie auocantes, illaſque penitus extinguentes, & collitigantibus huiuſmodi perpetuum ſuper præmiſſis ſilentium imponentes; Motu proprio, non ad ipſorum Fratrum, vel alicuius eorum nobis ſuper hoc

1567. hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulos quatuor Mendicantium Ordinum, videlicet S. Dominici, & S. Franciſci, ac Eremitarum S. Auguſtini, necnon Carmelitarum, inter quos etiam recenſeri volumus Seruorum B. M. nominibus comprehenſos Fratres, eorumque domus, Monaſteria, & loca, etiamſi in communi propria bona, tam mobilia, quàm immobilia, & ſtabilia, ac alia quæcumque poſſederint Mendicantium vocabulo, omnibus, ac ſingulis Mendicantium priuilegiis, eis quomodolibet conceſſis vti poſſe, & debere, nec ſuper præmiſſis vllo vmquam tempore moleſtari poſſe, auctoritate Apoſtolica per præſentes ſtatuimus, & declaramus: Ac tam Concilij Trid. quàm omnia, & ſingula alia decreta, ſtatuta, ordinationes, priuilegia, & iura de Mendicantibus loquentia, ad omnes, & ſingulos Ordines præfatos, eorumque domos, & loca etiam propria bona, in communi tamen, retinentes extendimus, & ampliamus, illaque de illis loqui etiam auctoritate præfata per eaſdem præſentes declaramus. 1567.

§. 3. Ac inſuper eiſdem Ordinariis, & quibuſuis aliis, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, quauis auctoritate fungentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & aliis arbitrio noſtro moderandis pœnis, ſimiliter per præſentes mandamus, vt, ſi quid per eos tam noſtro, quàm prædeceſſoris noſtri temporibus, tam ratione ſeminarij, ſubſidij, & decimarum, quàm aliorum onerum huiuſmodi exactum fuit, id totum eiſdem Fratribus, omni mora, & dilatione poſtpoſitis, reſtituant; Diſtrictiùs inhibentes eiſdem locorum Ordinariis, cæteriſque perſonis, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, quauis auctoritate fungentibus, & cuiuſuis dignitatis, gradus, & conditionis exiſtentibus, ne eoſdem Mendicantium Ordinum Fratres præfatos, bona huiuſmodi retinentes, quouis prætextu ſuper ſeminarij, ſubſidij, & decimarum contributione moleſtare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præſumant. Eximit de nouo Mendicantes à cõtributione ſeminarij, & decimarum, &c.

§. 4. Decernentes quoque, præſentes literas nullo vmquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari vllatenùs poſſe, minuſuè ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, modificationibus, limitationibus, reſtrictionibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, tam per nos, quàm etiam ſucceſſores noſtros quomodolibet, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque decretis, pro tempore factis, & faciendis, quorumcumque tenorum exiſtant, includi, ſed, illis non obſtantibus, in ſuis robore, & efficacia perſiſtere, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, etiam ſub data per ipſos eligenda de nouo conceſſas eſſe, & ita incommutabilis voluntatis, & intentionis noſtræ eſſe, & ad hoc vt perpetua firmitate ſubſiſtant, vim validi, & efficacis contractus inter Sedem Apoſtolicam, & præfatorum Ordinum Mendicantium huiuſmodi Fratres habere debere. Clauſulæ præſeruatiuæ.

§. 5. Sicque per quoſcumque iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari debere. Irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§. 6. Quocirca dilectis filiis Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, necnon quorumcumque tam cathedralium, quàm collegiatarum Eccleſiarum Decanis, Præpoſitis, Archipreſbyteris, Archidiaconis, Theſaurariis, & quibuſuis aliis in eiſdem Eccleſiis dignitates obtinentibus, vbiliber, & in quibuſcumque regionibus, terris, & locis exiſtentibus, per præſentes motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, & eorum quilibet per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorũ Fratrũ, vel alicuius eorũ fuerint requiſiti, ſolemniter Commiſſarios deputat.

1567. publicantes, eiſque in præmiſſis omnibus efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eoſdem Fratres, & eorum ſingulos præmiſſis omnibus pacificè frui, & gaudere; non permittentes, eos, vel eorum quempiam ſuper illis quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; & nihilominus, legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiã aggrauãdo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. 1570.

Derogat contrariis. §. 7. Non obſtantibus fel. rec. Bonif. Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodò vltra tres dietas quis vigore præſentium ad iudicium non trahatur, & aliis Apoſtolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſuis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac aliàs quomodolibet, etiam conſiſtorialiter conceſſis, approbatis, confirmatis, & ſæpius innouatis; quibus omnibus, etiamſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus cõmuniter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultũ, quòd interdici, ſuſpendi, vel excõmunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenã, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ de indulto huiuſmodi mentionem.

Tráſumptis fidem adhiberi iubet. §. 8. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, aut alicuius Prælati in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti ſigillo munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Iubet has literas publicari. §. 9. Quodque eædem præſentes in valuis Cancellariæ Apoſtolicæ, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon in acie campi Floræ per aliquem ex Curſoribus noſtris publicentur, & inter extrauagantes conſtitutiones perpetuò valituras conſcribantur, ac, poſtquam publicatæ fuerint, plenam, & indubiam fidem faciant, necnon omnes, & ſingulos illas concernentes perinde ligent, ac ſi eſſent perſonaliter intimatæ. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 1. Octobris, 1567. Pontif. noſtri anno 2.

CONSTITVTIO V.

Concedit Nouitiis Monialibus in articulo mortis conſtitutis, vt profeſſionem poſſint emittere ante annum probationis expletum, dummodò ſint in ætate legitima conſtitutæ; iiſque etiam indulgentiam plenariam concedit in forma Iubilæi.

PIVS PAPA V.

1570.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiũ. SVmmi ſacerdotij eura, meritis licet imparibus, nobis ex alto commiſſa, requirit, vt votis illis, per quæ animarum Chriſti fidelium, præſertim ſanctimonialium virtutum, Domino ſub ſuaui Religionis iugo, virgineaque perpetuæ caſtitatis laureola famulantium ſaluti, ſpiritualique conſolationi conſuliˆtur, libenter annuamus, illaque fauoribus proſequamur opportunis.

Supplicatio. §. 1. Sanè exhibita nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Monialium

1570. nialium nuncupatarum ad Regulam profitendam Ordinis S. Dominici Fratrum Prædicatorum petitio continebat, quòd quoniam aliquando accidit, vt illæ, durante tempore probationis illarum ad emittendam professionem regularem, & ante illius emissionem, ab hac vita migrant, & in dicto tempore probationis, obstantibus constitutionibus, siue statutis, & ordinationibus dicti Ordinis, non valentes dictam professionem emittere, carent cœlesti merito, quo ex dono, & benignitate Sedis Apostolicæ cæteræ dicti Ordinis Moniales professæ, in dicta professione, & Regula decedentes gaudent. Quare nobis humiliter supplicari fecerunt, vt sibi in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. 1570.

§. 2. Nos igitur, qui salutem animarum dictarum Monialium Nouitiarum sic ante professionis emissionem, & durante tempore probationis earumdem decedentium, sincero desideramus affectu, ipsasq; Moniales Nouitias, & earum singulas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eisdem Mortialibus Nouitiis, nunc, & pro tempore existentibus, & earum singulis, vt quando, & quoties aliqua ex eis nondum professa, de alicuius Medici consilio ab hoc seculo transitura conspicitur, ipsa pro consolatione animæ suæ professionem prædictam ante tempus requisitum, quatenus tamen in ætate legitima constituta sit ad illam emittendam, in manibus Abbatissæ, seu Priorissæ, vel alterius Superioris Nouitiarum ipsius Monasterij, seu domus, ita tamen quòd ipsæ Moniales Nouitiæ sic decedentes indulgentiam, & alias gratias, quas Moniales verè professæ decedentes consequuntur, consequi possint, emittere in articulo mortis liberè, & licitè valeant, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus: Necnon eisdem Monialibus Nouitiis ita tunc professis decedentibus plenariam peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem in forma iubilæi misericorditer in Domino eisdem auctoritate, & tenore elargimur. Concedit prout in summario.

§. 3. Ac concessionem, indultum, & elargitionem huiusmodi, ac præsentes literas sub quibusuis similium, vel dissimilium indulgentiarum, & gratiarum suspensionibus, reuocationibus, & limitationibus, etiam in fauorem quorumcumque factis, & faciendis nullatenus comprehensas, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & de nouo concessas existere, ipsisque Monialibus, & professionem emittentibus suffragari posse. Clausulæ præseruatiuæ.

§ 4. Et sic per quoscumque iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales, & sacri Palatij Apostolici causarum Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Clausulæ sublata, cũ decreto irritante.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Monasterij, seu domus, & Ordinis huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscat. die 23. Augusti, 1570. Pontificatus nostri anno 5. Derogat contrariis.

CONSTITVTIO VI.

Concedit, quòd Superiores regulares in vnaquaque Prouincia possint constituere etiam plures sui Ordinis Fratres, ab eis approbatos, in Notarios publicos pro intimandis mandatis, & rescriptis Apostolicis, publicam, vel priuatam dicti Ordinis vtilitatem concernentibus.

PIVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiū. DEbitum pastoralis officij nobis, meritis licet imparibus, ex alto commissi, nos admonet, & inducit, vt circa Religionum quarumlibet, præsertim Ordinis Fratrum Prædicatorum S. Dominici, ad quem patrio quodam iure peculiarem gerimus paternæ charitatis affectum, statum prosperè dirigendum, & rescripta Apostolica quæcumque publicam, ac aliàs priuatam dicti Ordinis, & Fratrum, siue Monialium eiusdem vtilitatem concernentia, per probos, & idoneos eiusdem Ordinis Religiosos personis, quibus opus fuerit, intimanda, & insinuanda, ac debitè exequenda, studiis inuigilemus assiduis, ac aliàs omnibus illorum incommodis, & necessitatibus consulamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Motiua. §. 1. Cùm itaque, sicut nobis, dum in minoribus constituti essemus, satis comprobatum fuit, Fratres, Religiosi, & Moniales dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum S. Dominici, siue Ordinem ipsum, vel illius Regulam profitentes, quem quidem Ordinem expressè professi fuimus, tam vniuersaliter, quàm particulariter quamplura damna, incommoda, & detrimenta patiantur, & impensas sustineant, ex eo quòd Notarij, tam Clerici, quàm laici seculares, etiam Apostolica, Imperiali, Regali, aut alia auctoritate creati, & constituti, in plerisque mundi partibus, Regionibus, Regnis, Prouinciis, Dominiis, & locis existentes, ex eis oriundi, siue aliàs inibi commorantes, mandata, concessiones, gratias, priuilegia, & indulta, aliaque rescripta Apostolica, tam ad publicam, quàm priuatam vtilitatem emanata, siue concessa, & bonum, siue commodum publicum, siue priuatum concernentia, Dominis temporalibus, siue Potestatibus, Regibusque, Ducibus, Principibus, Marchionibus, ac aliis Dominis, & personis, quibus intimanda, siue insinuanda veniunt, ac intimare, & insinuare oportet, intimare, notificare, siue insinuare, variis confictis respectibus, recusant, siue non audent, contra eorumdem officij liberum, & publicum exercitium, debitamque Sedi Apostolicæ obedientiam, ac in non modicum publicæ, & priuatæ vtilitatis, & commodi præiudicium, & detrimentum.

Concedit prout in summario. §. 2. Nos igitur cupientes, quantum cum Deo possumus, in præmissis Ordini, & Fratribus præfatis, ac etiam Monialibus ipsis de opportuno remedio prouidere, & incommodis, detrimentis, expensis, & damnis eorum obuiare, neque mandata, priuilegia, gratias, concessiones, indulta, & rescripta Apostolica, in genere, vel in specie dicto Ordini, seu ipsius Ordinis Magistro generali, Prouincialibus, aliisq; Superioribus, Prioribus, & Fratribus, & eorum singulis, dictisque Monialibus, siue earumdem Abbatissis, Prioritissis, & earumdem etiam singulis eiusdem Ordinis, siue dictum Ordinem, & illius Regulam profitentibus quomodolibet, in genere, vel in specie concessa, aliaq; mandata & rescripta Apostolica, publicam, vel priuatam ipsius Ordinis vtilitatem quomodolibet concernentia, & emanata, ob id debito careant effectu, & vacua remaneãt,

prouidere

1571. prouidere volentes, ipſoſque Ordinem, ac illius Magiſtrum generalem, Vicarium, Procuratorem, & Fratres, ac Abbatiſſas, Prioriſſas, & Moniales, eorumque ſingulos ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnon nomina, cognomina Magiſtri generalis, Prouincialium, Vicariorum, Procuratorum, & aliorum Superiorum, ac dictarum Abbatiſſarum, Prioriſſarum, & Monialium, inuocationeſque, denominationes, & dependentias Monaſteriorum, domorum, Conuentuum, & aliorum Regularium locorum, tam virorum, quàm mulierum dicti Ordinis, ac etiam mandatorum, conceſſionum, indultorum, & reſcriptorum, aliarumque gratiarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, modernis, & pro tempore exiſtentibus dicti Ordinis Magiſtro generali, Vicariis, & Prouincialibus, tam citra, quàm vltra, ac aliàs vbilibet conſtitutis, quòd in vnaquaque eorum Prouincia vnum, duos, tres, quatuor, vel quinque, aut plures eis bene viſos dicti Ordinis Religioſos, ſeu Fratres, probatos tamen, ac fide, & doctrina idoneos, & ab ipſis approbatos, in Notarios creare, conſtituere, & deputare: Qui ſic creati, conſtituti, & deputati, ſine aliquo reſpectu, & omni ceſſante recuſatione, liberè, quoties requiſiti fuerint, omnia, & ſingula mandata, priuilegia, conceſſiones, gratias, & indulta Apoſtolica, aliaque tam vniuerſalia, quàm particularia dicto Ordini, ac quibuſuis aliis, quæ de obſeruantia ſunt tantum, locis, domibus, Conuentibus, Monaſteriis, & Eccleſiis, tam virorum, quàm mulierum, ſeu eiuſdem Ordinis Magiſtro generali, Prouincialibus, Vicariis, Prioribus, & aliis Superioribus, Fratribus, ac Abbatiſſis, Prioriſſis, Monialibus, & aliis perſonis ſub Regula dictorum Fratrum degentibus, & quæ ſunt obſeruantiæ tantùm, in genere, vel in ſpecie, & ad vniuerſam, ſiue priuatam vtilitatem cõceſſa, & emanata reſcripta Apoſtolica eiſdem Regibus, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Dominis, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis, & ſecularibus quibuſcumque vbi, & quoties opus fuerit, ac ad id requiſiti fuerint, notificare, & intimare: ac eoſdem iuxta mandatorum, conceſſionum, indultorum, priuilegiorum, & reſcriptorum huiuſmodi formam, continentiam, & tenorem, monere, & requirere, aliaque omnia, & ſingula circa ea requiſita, & opportuna facere, agere, exercere, & exequi, ac de eiſdem omnibus, & ſingulis publicos, & publica, actus, & inſtrumenta coram teſtibus ad hoc requiſitis conficere, & ſtipulari, ac in notam redigere, & exinde ſemel, vel pluries, prout ad id requiſiti fuerint, vnum, vel plures, ac pluta, publicos, & publica, actus, & inſtrumenta, quibus eadem prorſus fides adhibeatur in iudicio, & extra, ac vbique, ac ſi per alios quoſcumque publicos, & authenticos rogatos Notarios ſtipulata, confecta, & publicata, & authenticata fuiſſent, conficere, & debitis ſignis, & characteribus ſubſcribere, publicare, & authenticare liberè, & licitè poſſint, & valeant, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium licentiam, & facultatem impertimur, concedimus, & indulgemus; eiſdemque actis, notis, inſtrumentis, & ſcripturis per dictos Religioſos, vt præfertur, Notarios deputatos ſtipulatis, confectis, &, vt præfertur, authenticatis, plenam, & indubitatam fidem vbique, tam in iudicio, quàm extra adhiberi, ac eoſdem ſic intimatos, monitos, & requiſitos eis affici, & arctari debere volumus, ſtatuimus, & ordinamus. 1571.

§. 3. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, & indignationis noſtræ, ac ſuſpenſionis à diuinis, quò ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos; quò ad alios verò inferiores ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, locorum Ordinariis, & aliis quibuſuis perſonis, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, & quacumque etiam dictæ Sedis auctoIubet prædictos Notarios non impediri.

1571. ritate, facultate, seu potestate, etiam Legati de latere, ac Cardinalatus hono- 1571.
re fulgentibus, ne ipsos Notarios, vt præfertur, deputatos, & electos, siue eorum aliquem, in executione supradictorum omnium quouis modo impediant, seu impedire, aut perturbare audeant, vel præsumant.

Clausulæ præseruatiuæ. §. 4. Ac decernentes, præsentes literas nullo vmquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu intentionis nostræ vitio, seu defectu notari, seu impugnari posse; ac sub quibusuis reuocationibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus à nobis, vel successoribus nostris emanandis comprehensas, sed semper ab illis exceptas existere, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum, & validissimum, etiam sub data per eosdem Magistrum generalem, Prouinciales, & alios supra nominatos eligenda concessas, restitutas, & plenariè reintegratas existere.

Clausula sublata, & decretum irritans. §. 5. Et sic per quoscumque iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere: Ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Commissarios deputat. §. 6. Quocirca dilectis filiis Iacobo tit. S. Mariæ in Cosmedin. Presb. Card. de Sabellis nuncupato, nostro in alma Vrbe Vicario, & Curiæ causarum Cam. Apost. generali Auditori, & Cancellariæ Apostolicæ Regenti, nunc, & pro tempore existentibus per præsentes motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Magistri generalis, Procuratoris, Prouincialium, & aliorum prædictorum, seu alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos, & eorum singulos indulto, concessione, voluntate, statuto, ordinatione, mandato, & decreto nostris huiusmodi iuxta earumdem præsentium tenorem pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos desuper per quoscumque quomodolibet indebitè molestari; contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, ac, legitimis super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas prædictas, etiam iteratis vicibus, aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

Derogat contrariis. §. 7. Non obstantibus fel. rec. Bonif. Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodò quis auctoritate præsentium vltra tres dietas ad iudicium non trahatur, aliisque quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam dictæ Sedis de latere Legatis, Nunciis, locorum Ordinariis, & aliis quibusuis personis in præiudicium præmissorum, per quoscumque Romanos Pontifices etiam prædecessores nostros, ac nos, & Sedem præfatam, tam sub plumbo, quàm in forma Breuis, & etiam motu, & scientia similibus concessis, approbatis, & innouatis; quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam,

1571. ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. 1571.

§. 8. Volumus autem, quòd tranſumptis præſentium, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra vbique locorum adhibeatur, & adhiberi debeat, quæ literis ipſis originalibus adhiberetur, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 21. Martij 1571. Pontif. noſtri anno 6. Tranſumptis fidem adhiberi iubet.

CONSTITVTIO VII.

Statuit, quòd Religioſi non poſſint vti Bullà Cruciatæ, nec aliis indultis particularibus quò ad electionem Confeſſorum, & quò ad abſolutionem à reſeruatis: Poſſunt tamen abſolui, & diſpenſari à ſuis Prælatis, ſicut poſſunt Clerici, & ſeculares à ſuis Epiſcopis per Concilium Tridentinum.

PIVS PAPA V. 1571.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ROmani Pontificis circumſpecta benignitas honeſta petentium vota, quæ perſonarum ſub Religionis iugo Altiſſimo famulantium ſtatum, & ſalubrem directionem reſpiciunt, ad exauditionis gratiam, libenter admittit, & fauoribus proſequitur opportunis. Proœmiũ.

§. 1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Prior prouincialis Prouinciæ Hiſpaniæ Ordinis Fratrum Prædicatorum, quòd, cum in Bulla Cruciatæ ſanctæ, & aliis priuilegiis, quæ ab Apoſtolica Sede concedi ſolent, detur facultas eligendi Confeſſorem idoneum, ab Ordinario approbatum, qui poſſit Chriſti fideles abſoluere à caſibus Ordinario reſeruatis, & à quibuſdam etiam, quæ dictæ Sedi reſeruata ſunt, Religioſi dicti Ordinis, ſeu eorum nonnulli etiam his facultatibus vti præſumunt, & illarum prætextu eligunt Confeſſorem aliquando præter eos, qui à ſuis Prælatis pro audiendis eorum confeſſionibus deputati ſunt, quod aliquando in ſpeciale eorum vergit detrimentum. Quare prædictus Prior nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Supplicatio.

§. 2. Nos igitur huiuſmodi obuiare volentes, ac eumdem Priorem à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, talem conceſſionem Cruciatæ ſanctæ, & aliorum indultorum particularium, quantum ad prædictum articulum eligendi Confeſſorem, & abſoluendi à caſibus reſeruatis, cum Fratribus, & Sororibus Monialibus totius Ordinis prædicti, tam Prouinciæ Hiſpaniæ huiuſmodi, quàm extra eam vbilibet, locum minimè habere, nec cenſeri, ſed noſtræ intentionis exiſtere, quòd iidem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramenti Pœnitentiæ, ſeu confeſſionis adminiſtrationem, diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubiecti ſint, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuò declaramus: Eiſdem tamen Prælatis, vt in vſu huius poteſtatis ſe cum ſubditis benignos, & faciles exhibeant, præcipientes, & mandantes. Non poſſũt Religioſi vti Bulla Cruciatæ.

§. 3. Et inſuper quia ſacrum œcumenicum generale Trid. Concilium conceſſit Epiſcopis, vt abſoluere poſſint in foro animæ, ſeu conſcientiæ ab omnibus peccatis, & diſpenſare in irregularitatibus, prout ſeſſ. 24. cap. 6. habetur, ne Prior conuentualis, & ſuperiores Prælati dicti totius Ordinis, tam in dicta Prouincia, quàm extra eam vbilibet in hac parte deterioris conditionis, quàm Poſſunt tamen abſolui ab omnibus caſib⁹, ſicut ſubditi Epiſcopi.

1596. Clerici, aut ſeculares exiſtant, eiſdem Priori conuentuali, & ſuperioribus Prælatis, vt ipſi per ſe ipſos idem omnino poſſint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis ſibi ſubditos, quod poſſunt Epiſcopi in Clericos, & laicos ſibi ſubiectos, tam quò ad abſoluendi, & diſpenſandi huiuſmodi, quàm alias quaſcumque facultates, eiſdem auctoritate, & tenore etiam perpetuò concedimus, & indulgemus, ac etiam declaramus. 1571.

Clauſulæ præſeruatiuæ. §. 4. Decernentes, præſentes literas perpetuò durare, & valere, & ſub quibuſuis illarum conſimilium, vel diſſimilium conceſſionum, indulgentiarum, & gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, alterationibus, derogationibus, vel aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam per nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, aut Sedem Apoſtolicam, etiam ex quauis cauſa, aut aliàs quomodolibet, canonicè, vel de facto, nunc, & pro tempore factis, & faciendis nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & de nouo conceſſas exiſtere, & fore, ac cenſeri, & ſuffragari debere: Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat contrariis. §. 5. Non obſtantibus præmiſſis, & quibuſuis Apoſtolicis, ac vniuerſalibus, Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus; necnon quibuſuis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſuis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac aliàs quomodolibet conceſſis, & approbatis, & innouatis; quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores ſuos, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in eis tradita obſeruata inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 21. Iunij, 1571. Pontific. noſtri anno 6.

1596. # CLEMENS VIII.

CONSTITVTIO VNICA.

Concedit, vt, decedente aliquo Fratre, ſeu aliquo ex parentibus alicuius Fratris, vel aliquo habente literas fraternitatis, vel qui Fratres ad hoſpitium recipiunt, poſſint Fratres illius loci, in quo vna ex talibus perſonis deceſſerit, Miſſam vnam celebrare pro anima dictæ perſonæ defunctæ, quæ illam liberet à Purgatorij pœnis.

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiū. DE omnium ſalute paterna charitate ſolliciti, ſpiritualia de theſauro Eccleſiæ libenter erogamus, per quæ animæ fidelium defunctorum (præſertim Religioſorum) D. N. Ieſu Chriſti, & glorioſiſſimæ eius genitricis Mariæ, ac Sanctorum omnium ſuffragia meritorum conſequi, & illis adiutæ ex Purgatorij pœnis ad æternitatis gloriam feliciter valeant peruenire.

§. 1. Supplicationibus igitur pro parte dilectorum filiorum Miniſtri prouincialis,

Digitized by Google

1596. cialis, & Fratrum Prouinciæ S. Gabrielis Hiſpaniarum Ordinis S. Franciſci Diſcalceatorum nuncupatorum nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ac de omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, concedimus, vt, decedente aliquo dicti Ordinis Religioſo, vel alicuius Religioſi parentibus, vel altero ipſorum, aut perſona, quam ipſi Religioſi Fratrem appellant, & in quolibet loco dictæ Prouinciæ ad eorum receptaculum & ſubuentionem paratam habent, ab aliquo, ſeu aliquibus eius Conuentus, in quo Religioſi parentes, vel alter ipſorum deceſſerit, vel perſona præfata in Fratrem deſcripta fuerit, Miſſam defunctorum pro anima ipſius defuncti, quæ Deo in charitate coniuncta ab hac luce migrauerit, celebrante, ſeu celebrantibus, anima ipſa de theſauro Eccleſiæ indulgentiam conſequatur, ita vt, D. N. Ieſu Chriſti, ac B. V. M. & Sanctorum omnium meritis ſibi ſuffragantibus, à Purgatorij pœnis liberetur. 1606. Concedit plenar. in ſummam.

§. 2. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcat. die 20. Iun. anno 1596. Pontif. noſtri anno 5. Derogat contrarijs.

Plures huius Pont. Conſtitutiones conſulto dimiſimus etiam de rebus iudicatis in gratiam Regularium, alias verò quæ ad eorundem ſtatum pertinent dedimus in Vrbano VIII. Conſt. 11. infrà.

PAVLVS V. 1606.

CONSTITVTIO I.

Reuocat omnes indulgentias Regularibus conceſſas, & alias de nouo concedit.

PAVLVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Romanus Pontifex in B. Petri Sede conſtitutus, cui inter alia cœleſtis indulgentiarum theſauri diſpenſandi cura incumbit, ſollicitè proſpicere debet, ac ſolerter, vt huiuſmodi indulgentiarum diſpenſatio, & vſus ad Dei gloriam, & animarum ſalutem præcipuè dirigatur, & ne ex illarum multiplicitate confuſio, aut inanis interpretatio exoriatur. Procemiū.

§. 1. Proinde cum fel. rec. Clemens Papa VIII. prædeceſſor noſter, magna cum diligentia, & ſollicitudine procurauerit abuſus, & corruptelas, tum in communicando indulgentiarum theſauros, tum in modo illos recipiendi irreptos tollere; & propterea ſua quadam conſtitutione formam aggregandi, inſtituendi, & rectè adminiſtrandi Societates, & Confraternitates præſcripſerit, licet morte præuentus hanc piam eius voluntatem ad finalem exequutionem deducere, neque etiam, vt cogitauerat, circa indulgentias, à pleriſque Romanis Pontificibus prædeceſſoribus Religionibus, & Ordinibus Monaſticis, & Mendicantibus diuerſis temporibus conceſſas, aliquid deliberare potuerit. Clemens VIII. præſcripſit formam aggregandi Congregationes per ſuã cõſtit. Quæcũque, quæ eſt 115. apud Cherub. fol. 164. De indulgentiis tamen Regularibus conceſſis deliberare non potuit. Hic Pontifex hoc negotiũ Cardinalibus commiſit. Qui indulgentias omnes reuocãdas, & nouas concedendas cenſuerunt.

§. 2. Nos, qui nullis noſtris meritis, ſed ſola Dei benignitate ad ſummi Apoſtolatus officium vocati ſumus, ſuſceptum à tanto Pontifice pium hoc opus ad optimum finem perducere cupientes, vbi primùm catholicæ Eccleſiæ regimen ſuſcepimus, venerab. Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ad hoc opus à dicto Clemente prædeceſſore deputatis, de quorum numero tempore ipſius Clementis prædeceſſoris eramus, iniunximus, vt in illo opere ad vlteriora progrederentur, & indulgentias Regularibus conceſſas cognoſcerent, iiſque recognitis, rem nobiſcum communicarent.

§. 3. Cùm itaque præfati Cardinales priuilegia, conceſſiones, & gratias, prædictis Religionibus, & Ordinibus conceſſas diligenter inſpexerint, & examinauerint, ac eorumdem Ordinum Superiores, & Officiales pluries audiuerint,

Digitized by Google

1606. ac circa eaſdem indulgentias varia dubia, & incertitudines, & confuſiones adeſſe compererint, & ex iudicio eorumdem etiam Regularium, vel aliquorum ex illis nobis propoſuerint, valde expedire pro eorum maiori ſecuritate, & beneficio, vt indulgentias ipſis Religionibus, & Ordinibus ad inſtar, vel per communicationem, aut alio modo hactenus conceſſas annullaremus, & reuocaremus, ac alias particulares illis concederemus. 1606.

Nouas igitur hic Pontifex concedit.

§. 4. Nos, matura ſuper hoc conſultatione præhabita, cupientes perſonis regularibus quibuſcumque quorumuis Ordinum, tam Monaſticorum, quàm Mendicantium ſpirituale ſolatium, & iuuamen afferre, infraſcriptas indulgentias, & gratias, quas perſonis regularibus intra clauſtra, aut extra, cum licentia tamen ſuorum Superiorum, legitima de cauſa illis conceſſa, degentibus tantummodò ſuffragari debere declaramus, concedendas duximus.

Et primò ſuſcipientibus habitũ regularem, plenariam.

§. 5. Omnibus igitur Chriſti fidelibus, qui canonicè, & iuxta Ordines cuiuſlibet Religionis, & conſtitutiones Apoſtolicas, habitum regularem à legitimis Superioribus, cauſa profitendi in illo, ſuſceperint; die primo eorum ingreſſus in ipſam Religionem, ſi verè pœnitentes, & confeſſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, plenariam.

Profeſſionẽ emittentibus, item plenariam.

§. 6. Ac cuilibet nouitio, qui pœnitens, & confeſſus, ac ſacra communione refectus, poſt completum probationis annum profeſſionem emiſerit, etiam plenariam.

In feſto principali ſui Ordinis celebrantibus, itẽ plenariam.

§. 7. Necnon cuilibet Religioſo intra clauſtra ſui Monaſterij viuenti, qui in feſto principali ſui Ordinis confeſſus, & ſacra communione refectus fuerit, aut Miſſam recitans, pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, Romani Pontificis ſalute, ac S. M. Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderit, etiam plenariam.

In mortis articulo pœnitentibus, item plenariam.

§. 8. In cuiuſlibet verò mortis articulo, ſi pariter verè pœnitens, & confeſſus, ac ſacra communione refectus, vel, quatenus id facere nequiuerit, ſaltem contritus, nomen Ieſu ore, ſi potuerit; ſin autem, corde deuotè inuocauerit, etiam plenariam.

Miſſam primam celebrantibus, vel interueſſentibus, item plenariam.

§. 9. Qui verò ad Preſbyteratus ordinem canonicè promotus, & confeſſus, primam Miſſam celebrabit, necnon etiam iis Religioſis, qui pariter confeſſi, ac ſacra communione refecti, eidem Miſſæ interfuerint, aut ipſo die Miſſam ſimiliter celebrabunt, etiam plenariam.

Speciale exercitium de quo hic, facientibus, item plenariam.

§. 10. Iis verò, qui de ſuorum Superiorum licentia à negotiis per decem dies alieni, in cella commorabuntur, aut ab aliorum conuerſatione ſeparati, in piorum librorum, & aliarum rerum ſpiritualium, animos ad deuotionem, & ſpiritum inducentium, lectionibus operam ſuam dederint, addendo ſæpe conſiderationes, & meditationes myſteriorum fidei catholicæ, diuinorum beneficiorum, quatuor nouiſſimorum, Paſſionis D.N. Ieſu Chriſti, & aliorum exercitiorum, orationum iaculatoriarum, aut vocalium, ſaltem per duas horas in diem, & noctem, orationibus mentalibus ſeſe exercendo, faciendo eodem tempore confeſſionem generalem, aut annualem, vel ordinariam, ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, aut Miſſam celebrauerint, toties pro quolibet prædictorum exercitiorum, plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus.

Eorum Eccleſias viſitantibus indulgentias ſtationum.

§. 11. Præterea iidem Religioſi intra clauſtra viuentes, qui ſuam Eccleſiam deuotè viſitauerint, &, vt præfertur, orauerint, conſequantur eaſdem indulgentias, quas viſitantes Eccleſias Vrbis, & extra eam diebus ſtationum conſequuntur in omnibus diebus, perinde, ac ſi ipſas Vrbis Eccleſias perſonaliter viſitarent.

Ante Altare eorũ Eccleſiæ orantibus quinq; annos, & totidem quadragenas.

§. 12. Omnibus item Religioſis intra clauſtra, vt ſupra, viuentibus, qui quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam ante Altare eorum Eccleſiæ dixerint in quolibet die, quinque annos, & totidem quadragenas.

Similiter Lectoribus, & Prædicatoribus in itinere exiſtentibus.

§. 13. Iis verò, qui de ſuorum Superiorum licentia in itinere exiſtentes, aut extra clauſtra degentes, tamquam Prædicatores, & Lectores, quinquies eamdem

1606. dem Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam ante quodlibet Altare ſimiliter dixerint, etiam quinque annos, & totidem quadragenas. 1606.

§. 14. Necnon etiam Religioſis, qui per menſem integrum ſingulis diebus ſpatio mediæ horæ orationem mentalem fecerint, ac confeſſi, & ſacra communione vltima Dominica menſis huiuſmodi refecti fuerint, ſexaginta annos, & totidem quadragenas. Orationem mentalem per menſem facientibus 60. annos, & totidem quadragenas.

§. 15. Qui verò contrito corde, & pœnitentes, eorum culpas, & peccata, ac imperfectiones in Capitulis culparum accuſabunt, & ſpiritualiter communicabunt, & exercitium virtutum facient, tres annos, & totidem quadragenas. Culpas proprias in Capitulis accuſantibus 3 annos, & totidē quadragenas.

§. 16. Quotieſcumque etiam de licentia Summi Pontificis, aut ſuorum Superiorum, in ditiones, & terras infidelium, aut hæreticorum ad concionandum, aut Catholicos docendum, vel infideles, & hæreticos ipſos ad fidem catholicam conuertendum, & Eccleſiæ gremio reducendum miſſi fuerint, ſi pœnitentes, & confeſſi, ac ſanctiſſima communione refecti fuerint, vel Miſſam celebrauerint, vt meliùs ad huiuſmodi opus ſeſe parare valeant, pro duabus vicibus, videlicet quando itineri ſe accingent, & quando in Prouinciam, vbi prædicta opera eis exercenda erunt, ingreſſi fuerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino pariter concedimus, & elargimur. Miſſiones ad terras infideliū, &c. acceptantibus pro duabus vicibus plenariam.

§. 17. Et inſuper, cum Superior in viſitationibus generalibus orationes quadraginta horarum pro bono viſitationis progreſſu collocare voluerit, iis Religioſis, qui dictis orationibus ſaltem ſpatio duarum horarum in diuerſo tempore interfuerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, Romani Pontificis ſalute, ac S. M. Eccleſiæ exaltatione, necnon diſciplinæ, & obſeruantiæ regularis augmento pias ad Deum preces, vt ſupra dictum eſt, effuderint, ſi confeſſi, & ſacra communione refecti fuerint, aut Miſſam celebrauerint, plenariam ſimiliter omnium peccatorum indulgentiam, & remiſſionem, vt præfertur, concedimus. Orationib⁹ 40. horarū à Superioribus tempore viſitationum collocatis intereſſentibus plenariam.

§. 18. Volumus autem, vt omnes ſupradictæ indulgentiæ, & gratiæ, Religioſis regularibus cuiuſuis Ordinis, tam Monaſtici, quàm Mendicantis dumtaxat, vt præfertur, conceſſæ, etiam omnibus Monialibus cuiuſuis Regulæ approbatæ, & intra clauſtra cum tribus votis ſolemnibus viuentibus, & perpetuam clauſuram ſeruantibus, tam Ordinariis locorum, quàm etiam Regularibus cuiuſcumque Ordinis, Regulæ, & Inſtituti ſubiectis ſuffragentur. Præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Has indulgentias cōcedit etiam Monialibus

§. 19. Cæterùm omnes, & ſingulas indulgentias, quibuſcumque Ordinibus, & Inſtitutis regularibus huiuſmodi, etiam Mendicantibus, & quibuſlibet perſonis regularibus, tam vigore priuilegiorum, & literarum Apoſtolicarum, quàm viuæ vocis oraculo, aut aliàs quouis modo per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & Apoſtolicam Sedem hactenus conceſſas, confirmatas, approbatas, & innouatas, auctoritate, & tenore prædictis perpetuò reuocamus, caſſamus, annullamus, & abrogamus, & ad præſentium noſtrarum literarum præſcriptum reducimus, & moderamur. Reuocat quaſcumq; alias indulgencias.

§. 20. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac eorumdem Ordinum, & Inſtitutorum regularium etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Maremagnum, & Bulla aurea nuncupatis, eiſdem Ordinibus, & Inſtitutis, eorumque Monaſteriis, Conuentibus, Collegiis, domibus, Superioribus, & perſonis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis; quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, tenores huiuſmodi præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Derogat contrarijs.

Digitized by Google

1606. Trãsumptis fidem adhiberi iubet.

§. 21. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides habeatur vbique, quæ præsentibus ipsis originalibus literis haberetur. Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscat. die 23. Maij, 1606. Pontif. nostri anno 2. 1606.

CONSTITVTIO II.

Mandat Superioribus Regularium, ne cognoscant causas suorum subditorum, ad Inquisitores hæreticæ prauitatis pertinentes.

1606. PAVLVS EPISC. SERVVS SERVORVM DEI,

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

Proœmiũ.

ROmanus Pontifex ea interdum, quæ à prædecessoribus suis, temporum, & rerum qualitate id tunc exposcente, prouidè pro hæresum extirpatione sancita sunt, nouis emergentibus rationibus, reuocat, & immutat, aliaque desuper disponit, & ordinat, prout in Domino salubriter conspicit expedire.

Pius IV. iussit Inquisitores procedere contra quoscumq; Regulares, dummodo ab eorũ Superioribus nõ esset prætentum.

§. 1. Dudum siquidẽ fel. rec. Pius Papa IV. prædecessor noster sua perpetuò valitura cõstitutione statuit, ordinauit, & declarauit, quòd ex tunc deinceps in omnibus christiani orbis partibus Inquisitores hæreticę prauitatis, tam generales, quàm in quibus suis Prouinciis, Ciuitatibus, Oppidis, Terris, & locis pro tẽpore deputati particulares, contra omnes quorumcumque Ordinum, etiam exemptorum, etiam Mendicantium, professores, & Religiosos, ac etiam alios quoscumque quouis modo priuilegiatos, & exemptos, de hæresis crimine quomodolibet suspectos, aut culpabiles, dummodò ab eorumdem professorum, & Religiosorum Superioribus, vel Prælatis in causis huiusmodi præuenti non fuissent, iuxta facultates officij inquisitionis ipsius prauitatis inquirere, & procedere, ac culpabiles, & delinquentes repertos secundùm canonicas sanctiones castigare, atque punire possent, & valerent, ac aliàs, prout in literis ipsius Pij prædecessoris latiùs continetur.

His modò Pont. facultatem quibuscumque Ordinum Prælatis cognoscendi causas Regularium, ad officium inquisitionis spectantes, quoquo modo concessam reuocat.

§. 2. Cùm autem rerum vsu compertum sit, occasione præuentionum huiusmodi nonnulla interdum impedimenta orta esse, quominus causæ huiusmodi ea, qua decet, diligentia cognoscantur. Nos de consilio venerab. fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum, illa de medio tollere volentes; Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac matura deliberatione, hac nostra etiam perpetuò valitura constitutione, omnia, & quæcumque priuilegia, indulta, facultates, concessiones Generalibus, Superioribus, & Prælatis quorumcumque Ordinum, siue Mendicantium, siue Clericorum regularium, cuiusuis Ordinis, & Instituti, etiam in dicta constitutione non expressorum, & quantumuis exemptorum, & quocumque nomine nuncupentur, per dictum Pium, ac quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sedem Apostolicam concessa, approbata, & innouata, & quantumuis etiam longissimo tempore obseruata causas ad dictum officium quouis modo spectantes cognoscendi, & interminandi, seu in illis quoquo modo se intromittendi, quorum omnium, & singulorum tenores, etiamsi de illis specialis, & expressa mentio habenda esset, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuò cassamus, reuocamus, & abolemus; ipsisque Generalibus, Superioribus, & Prælatis, vt de cætero, quouis quæsito colore, vel prætextu præuentionis, vel consuetudinis, & præscriptionis immemorabilis, seu cognoscendi, an delationes huiusmodi calumnioſæ sint, necne, in eiusdem causis tam motis, quàm mouendis quoquo modo se intromittere, seu inuniscere, denunciationes recipere, testes examinare, processus conficere, causas ipsas

1606. ipſas cognoſcere, definire, vel terminare minimè audeant, ſeu præſumant, ſimili auctoritate diſtrictiùs inhibemus. 1606.

§. 3. Volentes, & expreſsè mandantes, vt ipſi Religioſi poſſint, & debeant omnes etiam Ordinum huiuſmodi profeſſores, de hæreſi ſuſpectos Inquiſitoribus, vel Ordinariis locorum vicinioribus liberè denunciare, abſque eo quòd Superiores prædicti perſonas denunciandas, & cauſas perquirere, vel quoquo modo id impedire, vel retardare audeant, ſeu præſumant. Regulares omnes Ordinariis, & Inquiſitoribus liberè denunciari mandat.

§. 4. Inſuper omnes, & quaſcumque cauſas ad dictum officium quomodolibet ſpectantes, & pertinentes, coram Generalibus, Superioribus, & Prælatis huiuſmodi in quibuſcumque locis exiſtentibus, ac contra quoſcumq; Religioſos, vt præfertur, exemptos motas, & pendentes, ad nos harum ſerie auocamus, eaſque omnes in ſtatu, & terminis, in quibus de præſenti reperiuntur, ipſius prauitatis Inquiſitoribus, vel Ordinariis locorum vicinioribus terminandas committimus. Et cauſas coram ipſis Prælatis pendentes Inquiſitorib⁹, & Ordinariis remittit.

§. 5. Præterea ipſis Generalibus, Superioribus, & Prælatis pari auctoritate præcipimus, atque mandamus, vt omnes proceſſus, & acta cauſarum huiuſmodi Inquiſitoribus, vel Ordinariis prædictis reſpectiuè remittant, & conſignent; necnon profeſſores, Fratres, Religioſos ſupradictos, quos hæreſi labe infectos, vel ſuſpectos etiam in viſitatione eſſe nouerint, abſque alia conſultatione cum propriis Superioribus facienda, eiſdem Inquiſitoribus, vel Ordinariis locorum vicinioribus reſpectiuè denuncient. Prælatis iñ tranſmittẽdum omnia acta, & omnes Regulares de hæreſi ſuſpectos iiſdem Ordin. & Inquiſitoribus mãdat.

§. 6. Quòd ſi Generales, aliique prædicti præſentibus literis non paruerint, eos omnes priuationis quarumcumque dignitatum, ſeu Prælaturarum, vel officiorum ſuorum Ordinum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ, perpetuæque inhabilitatis ad eaſdem, necnon contra fautores hæreticorum, & impeditores officij ſtatutas, & inflictas pœnas, aliaſque cenſuras Eccleſiaſticas, etiam excommunicationis maioris latæ ſententiæ, à qua non, niſi à nobis, vel à Romano Pontifice prò tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo, abſolutionis beneficium valeant obtinere, eo ipſo incurriſſe. Contrauenientibus pœnas imponit.

§. 7. Necnon præſentes literas, licet Generales, Superiores, & Prælati prædicti, aut quicumque alij, quauis auctoritate, dignitate, vel officio, ſeu honore fulgentes, in præmiſſis quomodolibet intereſſe habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati non fuerint, ſemper, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus inuiolabiliter obſeruari; ſicque per quoſcumque iudices, & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Clauſulas præſeruatiuas apponit.

§. 8. Non obſtantibus prædictis, ac quibuſuis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinum, & Inſtitutorum quorumcumque iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Maremagnum, vel aliàs quomodolibet nuncupatis, eiſdem Ordinibus, eorumque Generalibus, Superioribus, & Prælatis, ac perſonis etiam per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Sedem prædictam, & per nos quouis modo conceſſis, confirmatis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis; quibus, ac aliis omnibus, quæ præſentibus quomodolibet obſtare poſſent, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, eorum tenores pro plenè, & ſufficienter præſentibus expreſſis, & totaliter inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Derogat contrariis.

1621. Formam ad effectũ publicationis præscribit.

§. 9. Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, neuè aliquis ignorantiam earum prætendere, aut contra eas se excusare valeat; illas in valuis S. Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum Basilicarum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac acie campi Floræ de more affigi, & publicari, earumque exempla inibi affixa dimitti, ac post publicationem huiusmodi omnes, & singulos, quos concernunt, & concernent in futurum, perinde arctent, & afficiant, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent. 1606.

Transumptis fidem adhiberi iub.

§. 10. Quodque earum transumptis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eamdem prorsus fidem in iudicio & extra vbique gentium, & locorum adhiberi volumus, & mandamus, quæ eisdem originalibus literis adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Et nihilominus, vt ad maiorem notitiam singulorum, & quorumcumque Religiosorum prædictorum præsentes deueniant, etiam volumus, & in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus Generalibus, Superioribus, & Prælatis prædictis, vt in primis proximis futuris Capitulis, seu Congregationibus Prouincialibus, seu Generalibus cuiuscumque Prouinciæ, tam in Italia, quàm extra, præsentes nostras literas legi, & publicari faciant, & procurent. Nulli ergo, &c. Datum Romæ, apud S. Marcum, anno Incarn. Dom. 1606. Kalend. Sept. Pontif. nostri anno 2.

1621.

GREGORIVS XV.

CONSTITVTIO I.

Dat formam eligendi Conseruatorem; & decernit, de quibus causis cognoscere possint.

Reuocat omnes Cõseruatores.

§. 1. SAnctissimus in Christo P. & D. N. D. Gregorius diuina prouidentia Papa XV. ex certis rationabilibus causis animum suum mouen. & de voto venerab. Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium Concilij Trid. interpretum, partim fel. rec. Clem. Papæ VIII. prædecessoris sui vestigiis inhærendo, reuocauit, ac nullas, & inualidas decreuit omnes, & quascumque Iudicum Conseruatorum electiones, nominationes, seu deputationes, tam in vim literarum conseruatoriarum, iuxta formam in quinterno Cancellariæ descriptam, quàm in vim quorumcumque priuilegiorum perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum Apostolica auctoritate concessorum, seu aliàs quocumque iure, vel titulo hactenus factas pro quibuscumque Conuentibus, Capitulis, Militiis, etiam S. Ioannis Ierosolymit. Congregationibus, Collegiis, Ordinibus, Monasteriis, Hospitalibus, aut aliis quibusuis piis, tam secularibus, quàm cuiusuis Ordinis, etiam Mendicantium, seu Instituti, vel Societatis regularibus locis, quantumuis exemptis, etiam de necessitate exprimendis, seu illorum personis, cuiusuis qualitatis, seu conditionis existant.

Conseruatores nõ solùm sint in Ecclesiastica dignitate constituti, sed etiam iudices synodales.

§. 2. In futurum verò Sanctitas sua hac generali, & perpetuò valitura const. statuit, & decreuit, vt Iudices Conseruatores huiusmodi, siue principales, siue subrogati, eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi non solùm habeant qualitates requisitas, & descriptas in constit. similis rec. Bonif. Papæ VIII. etiam prædecessoris sui, quæ incipit, Statutum, itaut vel dignitate Ecclesiastica prædicti, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiarum cathedralium Canonici existant, sed etiam in Conciliis prouincialibus, aut Diœcesanis iuxta decretum Concilij prædicti Iudices electi, seu designati sint: Quodque deinceps literæ conseruatoriæ per Sedem Apostolicam concedendæ, suprascriptis tantùm dirigantur, & si quæ literæ aliter expedientur, illæ, ac deputationes huiusmodi, omniaque exinde sequenda nullius sint roboris, vel momenti.

Pœnæ contra eligentes Cõseruatores non seruata forma hic præscripta.

§. 3. Et nihilominus qui secus, quàm iuxta formam superiùs præscriptam, Conseruatores huiusmodi cum effectu eligere, nominare, seu deputare, aut electis, nominatis, seu deputatis vti ausi fuerint, Regulares quidem voce activa,

1621. actiua, & passiua sint ipso iure priuati, adeo vt habilitationem à nemine, præterquam à Romano Pontifice, consequi valeant. Reliqui verò aliis pœnis arbitrio Sanctitatis suæ coërceantur, & prædictorum omnium Conuentus, Monasteria, ac loca huiusmodi, eorumque personæ, ac bona careant Conseruatore ad annum, ita vt illorum causæ interea coram locorum Ordinariis dumtaxat cognosci, ac definiri debeant. 1621.

§. 4. Cæterùm, vt latiùs pateat Conseruatorum huiusmodi deligendorum facultas, Sanctitas sua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, vt in Synodis prouincialibus, aut Diœcesanis quamplures personas ex habentibus qualitates in prædicta constit. eiusdem Bonif. prædecessoris contentas, & alioquin ad id aptas designari procurent, & si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in eius locum vsque ad futuram prouincialem, aut Diœcesanam Synodum.

Episcopi plures Iudices Synodales constituant, quorum si aliquis moriatur, constituant alium cum cõsilio Capituli.

§. 5. Insuper Sanctitas sua, inhærendo hac in parte decreto similis rec. Greg. XIII. etiam prædecessoris sui, statuit, & ordinauit, vt Regulares, ac personæ huiusmodi in Italia infra duos, extra Italiam verò infra sex menses, à die publicationis in Vrbe præsentis constit. inchoandos, debeant sibi eligere, seu assumere Conseruatores iuxta formam superiùs propositam, eiusque electionis, seu assumptionis documentum infra tempus huiusmodi penes acta Curiæ Ordinariorum exhibere, & dimittere teneantur, alioquin, eo termino elapso, quamdiu Conseruatores secundùm formam præsentis constit. non elegerint, coram eisdem Ordinariis conueniantur; Quodque Conseruatores huiusmodi semel legitimè deputati, nisi ex legitima causa à Sede Apostolica, aut locorum Ordinariis, prout eisdem Regularibus, & aliis supradictis libuerit, approbanda, durante quinquennio à die deputationis amoueri, aut mutari nullatenus possint, aut valeant.

Conseruatores postquam elegerint facultatẽ habẽtes debẽt id notificare Ordinatio; & semel electi non possunt per quinquennium, sine causa ab Ordinario, vel à Papa approbãda, amoueri.

§. 6. Ad hæc statuit Sanctitas sua, vt coram ipsis Conseruatoribus Regulares, ac personæ suprascriptæ conueniri quidem, aut trahi debeant, sed alios conuenire, aut trahere non possint, itaut memorati Conseruatores in causis, in quibus Regulares, & alij actores fuerint, nullam prorsus iurisdictionem habeant, sed in iis tantùm, in quibus rei extiterint; Neque extra Ciuitates, seu Diœceses, in quibus fuerint deputati, contra quoscumque procedere præsumant.

Coram Cõseruatorib' possunt cõueniri Regulares, nõ autem alios conuenire, nec habent Cõseruatores iurisdictionem extra Diœcesim.

§. 7. Si qua verò inter Iudices conseruatores huiusmodi, & locorum Ordinarios controuersia super competentia iurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos super iurisdictionis competentia fuerit iudicatum.

Controuersiæ inter Cõseruatores, & Ordinarios per arbitros decidantur.

§. 8. Quòd si qui Conseruatores, siue in hac parte, siue aliàs quomodolibet suos limites excesserint, per annum ab officio Conseruatoris huiusmodi suspensi sint, & pars, quæ hoc fieri procurauerit, sententiam excommunicationis incurrat iuxta formam alterius constit. eiusdem Bonif. prædecessoris, quæ incipit, Hac constitutione, quam Sanctitas sua in his omnibus, quæ præsenti constit. non aduersantur, innouauit, & innouat.

Cõseruatores in suo officio excedẽtes suspendantur per annum.

§. 9. Per hoc tamen non intendit Sanctitas sua prohibere, quominus Regulares, & alij supradicti in casibus à iure permissis petant Iudicem non suspectum à Principibus, seu Magistratibus secularibus, dum tamen hæc tria copulatiuè concurrant, videlicet vt Regulares, & alij prædicti sint actores, non autem rei; vtque agant contra laicum, non autem contra ecclesiasticum, vel aliàs à iurisdictione seculari exemptum; atque vt causa, in qua iudex deputatur, fuerit profana, non autem ecclesiastica, & in ea iuxta sacrorum Canonum dispositionem laicus, vt præfertur, eligendus iudex competens existat.

Possunt Regulares, tribus stantibus conditionibus, petere Iudicem à Principe seculari.

§. 10. Quæ omnia, & singula in præsenti constit. contenta Sanctitas sua voluit inuiolabiliter obseruari, decernens sic in iis, cæterisque omnibus præmissis per quoscumque, &c. etiam sacri Palatij Apostolici Auditores, necnon S. R. E. Cardinales, sublata, &c. iudicari, &c. necnon irritum, & inane, &c.

Clausula sublata, & decretũ irritans.

1621. Derogat contrariis.

§. 11. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac literis conſeruatoriis, quas omnes ad formam præſentis conſtit. reduxit, in fauorem quorumcumque Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Ioannis Ieroſolymit. Congregationum, Societatum, aut cuiuſuis alterius Inſtituti, etiam neceſſariò exprimendi, Collegiorum, Capitulorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, ac piorum quorumcumq; tam ſecularium, quàm regularium locorum, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; priuilegiis quoque, etiam ex cauſa, & titulo oneroſo, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari magno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis, conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus, & formis ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quibus quò ad ea, quæ præſentibus aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogauit, cæteriſque contrariis quibuſcumque. 1621.

Publicari mandat.

§. 12. Cæterùm, vt præſens conſtitutio faciliùs omnibus innoteſcat, Sanctitas ſua voluit, & mandauit, vt non ſolùm in Cancellaria Apoſtolica, ſed etiam ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie campi Floræ publicetur, illiuſque exempla in iiſdem locis affixa dimittantur, ac in quinterno Cancellariæ inter conſtitutiones perpetuas deſcribatur, & annotetur. Placet publicetur, & deſcribatur. A.

Lecta, & publicata fuit ſupradicta conſtit. in Cancellaria Apoſtolica ab altero ex R. P. D. maioris præſidentia Abbreuiatoribus die 20. menſis Septembr. anno Incarn. Dom. 1621. Pontific. verò prælibati S. D. N. D. Greg. Papæ XV. anno 1. Et poſtmodum die, & anno ſupradictis in quinterno eiuſdem Cancellaria inter alias conſtit. Apoſtolicas deſcripta, & annotata fuit. Nicolaus Vrſinus Procuſtos.

CONSTITVTIO II.

Moderat exemptorum priuilegia circa animarum curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, ſanctimonialium Monaſteria, & prædicationem verbi Dei.

1622. GREGORIVS EPISCOP. SERVVS SERVORVM DEI, AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiũ.

INſcrutabili Dei prouidentia vniuerſalis Eccleſiæ regimini, meritis licet imparibus præſidentes, paſtoralis noſtræ ſollicitudinis partes eſſe dignoſcimus, in eam curam præcipuè incumbere, vt à dignis, & probatis tantùm Sacerdotibus ſanctè adminiſtrentur Eccleſiaſtica Sacramenta; Atque vt virginum Deo ſacrarum Monaſteria diligentiſſimè cuſtodiantur: Et viri aſſumantur idonei ad prædicationis officium ſalubriter exequendum.

Memorat multa loca Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 15.

§. 1. Sanè Trid. Synodi decretis prouidè cautum eſt, nullum Preſbyterum, etiam Regularem, poſſe confeſſiones ſeculariũ, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneũ reputare, niſi aut parochiale beneficiũ habeat, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſariũ, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem,

1622. tionem, quæ gratis detur, obtineat: Necnon vt in Monaſteriis, ſeu domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet animarum cura perſonarum ſecularium, præter eas, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, ſeu locorum familia, perſonæ tam regulares, quàm ſeculares eiuſmodi curam exercentes, ſubſint immediatè in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius Diœceſi ſunt ſita: Itemque vt Epiſcopi vniuerſi ſub obteſtatione diuini iudicij & interminatione maledictionis æternæ, in omnibus Monaſteriis ſibi ſubiectis ordinaria, in aliis verò Sedis Apoſtolicæ auctoritate clauſuram ſanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt, conſeruari maxime procurent; inobedientes, atque contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, quacumque appellatione poſtpoſita, compeſcentes: Atque vt Regulares in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædicare volentes, ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur; in Eccleſiis verò, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, nullo modo prædicare poſſint ſine Epiſcopi licentia: Contradicente autem Epiſcopo, nulli, etiam in ſuorum Ordinum Eccleſiis, prædicare præſumant.

1622. Seſſ. 25. cap. 21. de Regu.

Seſſ. 25. de Regul. cap. 5.

Seſſ 5. de refor. cap. 2.

Seſſ. 24 cap. 4. de refor.

§. 2. Verùm quia experientia compertum eſt, Eccleſiaſtici regiminis rationes poſtulare, vt decretis eiuſmodi aliquid adiungatur; matura deliberatione noſtra, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac generali, ac perpetuò valitura conſtitutione decernimus, ſtatuimus, & declaramus, vt deinceps tam Regulares, quàm ſeculares quomodolibet exempti, ſiue animarum curam perſonarum ſecularium, Monaſteriis, ſeu domibus regularibus, aut quibuſuis aliis Eccleſiis, vel beneficiis, ſiue regularibus, ſiue ſecularibus incumbentem exerceant; ſiue aliàs Eccleſiaſtica Sacramenta, aut vnum ex illis miniſtrent, præuia Epiſcopi licentia, & approbatione; ſiue quoquo modo in dictæ curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicuius ex illis adminiſtratione, de facto, abſque vlla auctoritate, ſe ingerant; in his, quæ eiuſmodi curam, ſeu adminiſtrationem concernunt, omnimodæ iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Diœceſani Epiſcopi, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati, plenè in omnibus ſubiiciantur.

Exempti omnes circa Sacramentorũ adminiſtrationẽ Ordinariis ſubiiciãtur.

Exempti omnes ſi deliquerint circa Moniales, & eorũ bona, ab Epiſcopo puniantur.

§. 3. Ad hæc tam Regulares, quàm ſeculares huiuſmodi, nullis priuilegiis, aut exemptionibus tueri ſe poſſint, quominùs ſi deliquerint circa perſonas, intra ſepta degentes, aut circa clauſuram, vel circa bonorum adminiſtrationem Monaſteriorum Monialium, etiam Regularibus ſubiectarum, ab Epiſcopo loci ſimiliter, tamquam ad hoc Sedis Apoſtolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant.

Confeſſores tam ordinarij, quã extraordinarij Monialium omnium ab Epiſcopis ſpecialiter approbentur.

§. 4. Confeſſores verò, ſiue Regulares, ſiue ſeculares, quomodocumque exempti, tam ordinarij, quàm extraordinarij, ad confeſſiones Monialium, etiam Regularibus ſubiectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, niſi priùs ab Epiſcopo Diœceſano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant.

Adminiſtratores bona Monialium teneãtur Epiſcopis rationẽ reddere.

§. 5. Sed & adminiſtrantes bona, ad eiuſmodi Monaſteria ſanctimonialium, vt præfertur, etiam Regularibus ſubiectarum, pertinentia, ſiue Regulares extiterint, ſiue ſeculares quomodolibet exempti, Epiſcopo loci, adhibitis etiam Superioribus regularibus, ſingulis annis rationes adminiſtrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque iuris remediis cogi, & compelli queant.

Moneant Epiſcopi Superiores Regulãtiſ, vt Confeſſores Monialiũ, & adminiſtratores amoueant.

§. 6. Liceatque Epiſcopo ex rationabili cauſa Superiores regulares admonere, vt eiuſmodi Confeſſores, atque adminiſtratores amoueant, iiſque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Epiſcopus facultatem prædictos Confeſſores, & adminiſtratores amouendi, quoties, & quando opus eſſe iudicauerit.

Poteſt Epiſcopus intereſſe per ſe, vel per alium electioni Abbatiſſarum.

§. 7. Ac ſimiliter poſſit Epiſcopus, vnà cum Superioribus regularibus, quarumcumque Abbatiſſarum, Prioriſſarum, Præfectarum, vel Præpoſitarum eorumdem Monaſteriorum, quocumque nomine appellentur, electionibus, per

1612. se, vel per alium, intereſſe, ac præſidere; abſque vlla tamen ipſorum Monaſteriorum impensa. 1612.

Episcopus poteſt punire Regulares prædicãtes ſine eius licentia, vel benedictione. Videſup. in conſt. 2. Sixti IV. n. 10. 11.

§. 8. Ac demum habeat Epiſcopus, tamquam dictæ Sedis delegatus, auctoritatem coërcendi, ac puniendi quoſcumque exemptos, tam ſeculares, quàm Regulares, qui in alienis Eccleſiis, aut quæ ſuorum Ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia; & in Eccleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente, prædicare præſumpſerint.

Epiſcopus poteſt delinquẽtes in ſupradictis caſibus punire.

§. 9. Itaut Epiſcopi in ſupraſcriptis caſibus, & in prænominatas perſonas in præmiſſis omnibus, & ſingulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem, per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, vti eiuſdem Sedis delegati, procedere, omnemque iuriſdictionem exercere liberè, & licitè valeant.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§. 10. Decernentes ſic per quoſcumque iudices, quauis auctoritate fungentes, etiam ſacri Palatij Auditores, necnon S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat contrariis.

§. 11. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, in fauorem quarumcumque perſonarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Ioannis Ieroſolymit. Congregationum, Societatum, ac cuiuſuis alterius Inſtituti, etiam neceſſariò, & in indiuiduo exprimendi, Monaſteriorum, Conuentuum, Capitulorum, Eccleſiarum, & aliorum quorumcumque tam ſecularium, quàm regularium locorum, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, vel conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & priuilegiis, etiam in corpore iuris clauſis, aut ex cauſa, & titulo oneroſo, vel in limine fundationis conceſſis, etiam Marimagno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis; Conſeruatorum deputationibus, eorumque atque aliis inhibitionibus, quibus Epiſcopi deferre minimè teneantur; & quibuſuis aliis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodoliber, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, quibus quo ad ea, quæ eiſdem præſentibus aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat formã has literas publicandi, & tranſumptis fidem adhiberi iubet.

§. 12. Cæterùm quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca deferri, vt eæ tamen omnibus innoteſcant, mandamus, illas ad valuas Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe Baſilicarum, atque Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie campi Floræ publicari, & inibi affigi, & per aliquod temporis ſpatium dimitti, eiſque detractis, earum exempla eo in loco relinqui; Ac volumus, vt earumdem præſentium literarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Prælati, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, in iudicio, & extra illud, vbi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Fictio pœnalis.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, declarationis, decretorum, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem

1622. dignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Dom. 1622. Nonis Febr. Pontif. noſtri anno 2. 1622.

Declarationes aliquot ſacræ Congregationis Concilij ſuper conſtitutione S. M. Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis, &c. Romæ ex typographia R. Cameræ Apoſtolicæ 1623.

POſita conſtitutione fel. rec. Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis, &c. dabitur.

1. An liceat Epiſcopis viſitare altaria Regularium Eccleſiarum, quibus cura animarum perſonarum ſecularium non incumbit, aut loca, vbi in iiſdem Eccleſiis aſſeruatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, vel vbi audiuntur confeſſiones perſonarum ſecularium.

2. An Epiſcopi poſſint Regularibus præſcribere, vt certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum perſonarum confeſſiones audiant, vel aliàs illorum priuilegia reſtringere, ac moderari in Sacramentis adminiſtrandis.

3. An facultas Epiſcopis per conſtitutionem attributa in exemptos tam ſeculares, quàm Regulares, intelligatur etiam tributa in perſonas nullius Diœceſis?

4. An eadem facultas competat inferioribus Prælatis, proprium territorium, ac iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus.

5. An per eamdem conſtitutionem in illis verbis, Poſſit Epiſcopus, vnà cum Superioribus Regularibus, quarumcumque Abbatiſſarum, &c. electionibus, per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere, ius Abbatiſſas confirmandi Epiſcopis attributum cenſeatur.

6. An Confeſſores Monialium ante editam conſtitutionem deputati, debeant ab Epiſcopo examinari, & approbari.

7. An Superiores Regulares ſimiliter ante ipſius conſtitutionis publicationem electi, ſeu deputati, alia indigeant Epiſcopi approbatione pro confeſſionibus ſanctimonialium ſibi ſubiectarum audiendis.

8. An confeſſiones, quas audiunt Superiores regulares electi, ſeu deputati, vel confirmati poſt publicationem, & ſcientiam tenoris dictæ Bullæ, non obtenta Epiſcopi approbatione, ſint nullæ, atque irritæ, nec ne.

9. An Regulares generaliter ab Epiſcopo approbati ad confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas, cenſeantur etiam approbati ad audiendas confeſſiones Monialium ſibi ſubiectarum.

10. An regularis, ad audiendas confeſſiones Monialium vnius Monaſterij ab Epiſcopo approbatus, confeſſiones Monialiũ alterius Monaſterij audire poſſit.

11. An Confeſſores Regulares extraordinarij ſemel ab Epiſcopo deputati, & approbati ad audiendas Monialium confeſſiones pro vna vice infra annum ad præſcriptum ſacri Concilij Trid. poſſint virtute dictæ approbationis pluries, tamquam Confeſſores extraordinarij, earumdem confeſſiones audire, abſque noua Epiſcopi licentia.

12. Cum in eadem conſtitutione ſtatutum ſit, vt liceat Epiſcopo ex rationabili cauſa Superiores regulares admonere, vt amoueant Confeſſores Monialium, atque adminiſtratores bonorum, ad earumdem Monialium Monaſteria pertinentium, iiſque Superioribus id facere detrectantibus, habeat Epiſcopus facultatem prædictos Confeſſores, & adminiſtratores amouendi, quoties, & quando opus eſſe iudicauerit; an eiuſmodi cauſam Epiſcopus Superioribus Regularibus ſignificare teneatur.

13. An eadem conſtitutio, qua parte ſupponit Epiſcopi iuriſdictioni Regulares delinquentes circa perſonas degentes intra ſepta Monaſteriorum Monialium, aut circa clauſuram, vel bonorum adminiſtrationem eorumdem Monaſteriorum, habeat locum in omnibus delictis, an verò ſolùm in notoriis, & cum ſcandalo populi.

Digitized by Google

1622.

SACRA CONGREGATIO CARDINALIVM.

1622. Cõſt. Greg. non ſubiicit Regu. iuriſdictioni Ep. niſi cum delinquunt in adminiſtrãdis Sacramentis perſonis ſecularibus.

CONcilij Trid. interpretes cenſuerunt, conſtitutionem S. M. Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis, nequaquam ſubiicere Regulares exemptos, quibus cura animarum perſonarum ſecularium non incumbit Epiſcoporum iuriſdictioni in his, quæ Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, niſi cum in Sacramentis perſonis ſecularibus adminiſtrandis iidem Regulares delinquunt: Ac propterea

Epiſcopi nõ poſſunt viſitare altaria Regul. nec loca, vbi cõfeſſiones ſecularium audiunt.

Ad 1. dubium reſpondit, Epiſcopis non licere in vim eiuſdem conſtitutionis viſitare altaria Eccleſiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura perſonarum ſecularium, nec loca, vbi in iiſdem Eccleſiis aſſeruatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, vel vbi confeſſiones perſonarum ſecularium audiuntur.

Vigore dictæ cõſt. nõ poſſunt Ep. reſtringere facultatem Confeſſorũ regul.

Ad 2. Hac in parte conſtitutionem nihil noui iuris induxiſſe, nec vllam nouam auctoritatem Epiſcopis in Regulares attribuiſſe; ideoque in vim ipſius conſtitutionis non poſſe Epiſcopos Regularibus præſcribere, vt certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum perſonarum confeſſiones audiant, vel aliàs illorum priuilegia in Sacramentis adminiſtrandis reſtringere, aut moderari: Quòd ſi aliunde Epiſcopis huiuſmodi facultas competat, illam non fuiſſe ab eadem conſtitutione ſublatam.

Perſonæ nullí⁹ Diœceſ. non õprehenduntur.

Ad 3. Cenſuit eiuſmodi facultatem non intelligi tributam Epiſcopis in perſonas nullius Diœceſis.

Hæc facultas nõ competit Prælatis iuriſdictionẽ quaſi Epiſc. habentibus.

Ad 4. Non competere.

Per eam nõ competere Epiſcop. ius Abbatiſſas confirmãdi.

Ad 5. Ius confirmandi Abbatiſſas minimè fuiſſe Epiſcopis per conſtitutionem attributum.

Confeſſores extraordinarij non poſſunt Monial. cõfeſſ. audire ſine Ordin. approb. Ordinarij verò pergant durante triennio.

Ad 6. Confeſſores quidem extraordinarios Monialium nullatenus poſſe poſt conſtitutionem illarum confeſſiones audire, niſi priùs ab Epiſcopo Diœceſano idonei iudicentur, & approbentur; Ordinarios verò Confeſſores ante conſtitutionis publicationem deputatos, poſſe, durante triennio, ab eorum deputatione inchoando, pergere in confeſſionibus ſanctimonialium audiendis, abſque alio examine, & approbatione Epiſcopi. Quòd ſi contingat, vt illorum facultas à Sede Apoſtolica vltra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Epiſcopo examinari, & approbari.

Superiores regu. durãte eorũ officio, confeſſiones Monialiũ, quæ id petierint, audiãt ſine alia approbatione Epiſcopi.

Ad 7. Superiores Regulares electos, ſeu deputatos ante ipſius conſtitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competat audiendi confeſſiones Monialium ſibi ſubiectarum, poſſe, durante eorum officio, pergere, ſine alia Epiſcopi approbatione, in confeſſionibus audiendis illarum tantùm, quæ ſponte, ac proprio motu id ab eis petierint: At verò eos, qui poſt conſtitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officiis, ſeu dignitatibus, expleto iam tempore à conſtitutionibus cuiuſque Ordinis, vel aliàs legitimè præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam poſſe ſanctimonialium confeſſiones audire, niſi priùs à Diœceſano Epiſcopo idonei iudicati, atque approbati fuerint.

C õfeſſiones factæ cõtra formam hic præſcriptã ſunt nullæ.

Ad 8. Confeſſiones huiuſmodi nullas, atque irritas eſſe.

Regul. approbati generaliter ad audiendas cõfeſſiones, nõ ſunt approbati pro Monialib.

Ad 9. Regulares generaliter ab Epiſcopo approbatos ad confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas, nequaquam cenſeri approbatos ad audiendas confeſſiones Monialium ſibi ſubiectarum; ſed egere quò ad hoc ſpeciali Epiſcopi approbatione.

Ad 10. Regularem ad audiendas confeſſiones Monialium vnius Monaſterij ab Epiſcopo approbatum, minimè poſſe audire confeſſiones Monialium alterius Monaſterij.

Ad 11. Confeſſores extraordinarios ſemel deputatos, atque approbatos ab Epiſcopo ad Monialium confeſſiones pro vna vice audiendas, haud poſſe pluries in vim approbationis eiuſmodi illarum confeſſiones audire; ſed ab Epiſcopo toties eſſe approbandos, quoties caſus deputationis contigerit.

Ad

Digitized by Google

1622. Ad 12. Non teneri eiuſmodi cauſam ſignificare Superioribus regularibus; ſed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Epiſcoporum, quorum conſcientiam ſacra Congregatio ſeriò onerauit, ne facultate ſibi hac in parte attributa quoquo modo abutantur, eius rei in diſtricto Dei iudicio rationem reddituri. 1622.

Approbatus pro vno Monaſterio, nō eſt approbatus pro alio.

Confeſſores extraordinarij pro vna vice approbati, nō poſſunt alia vice audire;

Epiſc. non tenentur ſignificare Superioribus, quare debēt amouere Confeſſores, vel adminiſtratores.

Iſta conſt. habet locū in omnibus delictis.

Tenetur Reg Epiſc. ſignificare diē electionis Abbatiſſæ, ſi Epiſ. declarauerit, ſe velle ei intereſſe.

Ad 13. Conſtitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notoriis tantùm, & cum populi ſcandalo.

Quæ ſacræ Congregationis reſponſa ad ſe relata fel. rec. Greg. XV. & S. D. N. Vrbanus VIII. in omnibus approbarunt. A. Card. Caetanus. Proſper Fagnanus ſanctæ Congr. Secret.

14. An liceat Epiſcopo in vim conſtitutionis S. M. Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis, punire Regulares, qui ad Abbatiſſæ electionem procedunt ante tempus ipſi Epiſcopo ſignificatum, aut die electionis eidem nullatenus prænunciata.

Ad 14. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trid. interpretum reſpondit, Regulares ex eadem conſtitutione ita demum teneri Epiſcopo ſignificare diem electionis Abbatiſſæ, eumque vſque ad præfinitum tempus expectare, ſi antea ipſe expreſsè declarauerit, ſe vti velle facultate ſibi hac in parte attributa, Abbatiſſarumque electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere. Poſt eam verò declarationem licere Epiſcopo animaduertere in Regulares, qui ante tempus ſignificatum, aut die electionis eidem non prænunciata, ad Abbatiſſæ electionem procedunt. Coſ. Card. de Torres, Loco † ſigilli. Proſper Fagnanus ſacræ Congreg. Secr. Romæ ex Typographia R. Cameræ Apoſtolicæ 1626.

CONSTITVTIO III.

Reuocat conceſſiones quaſcumque viuæ vocis oraculo, non tamen S.R.E. Cardinalibus factas, vel ipſorum manu firmatas.

GREGORIVS PAPA XV. 1622.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ROmanus Pontifex in ſpecula militantis Eccleſiæ diuina prouidentia conſtitutus, gratias, & indulta à ſe, & prædeceſſoribus ſuis conceſſa, iuſtis, interdum ſuadentibus cauſis, iuxta creditum ſibi paſtoralis officij debitum moderatur, aut reuocat, prout, rerum, & temporum qualitatibus debitè penſatis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Proœmiū.

§. 1. Itaque motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, déque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula indulta, facultates, priuilegia, gratias, & conceſſiones quaſcumque ſpirituales, & Eccleſiaſticas, tam ad forum interius, quàm ad exterius ſpectantes, ac tam ad ſupplicationem partium, quàm motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus à Sede Apoſtolica, quæ tamen viuæ vocis oraculo hactenus quandocumque & qualitercumque ex quauis etiam de neceſſitate exprimenda cauſa, quibuſuis Collegiis, Capitulis, Ordinibus, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Societatibus, etiam Societati Ieſu, ac Congregationibus quibuſlibet, ſiue eorum, & earum reſpectiuè Præpoſitis, Decanis, Magiſtris, Miniſtris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, Generalibus, vel Prouincialibus, quocumq; nomine nuncupatis Superioribus, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi prædictæ immediatè ſubiectis, cuiuſcumque dignitatis, præeminentiæ, aut quouis priuilegio munitis, non tamen ad ſupplicationem Regum conceſſas, in iis videlicet, quæ non ſunt ſortita effectum, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, ac reuocata, caſſa, ſublata, abrogata, & annullata, viribuſque & effectu vacua perpetuò fore, & eſſe, neq; Annullat prout in ſummatio.

1622. aliquem iis de cætero vti nullo modo posse, etiamsi expressa, & specifica mentio, etiam de verbo ad verbum de iis facienda esset, decernimus, & declaramus; firmis tamen, & in suo robore permanentibus omnibus, indultis, & aliis concessionibus prædictis, viuæ vocis oraculo S.R.E. Cardinalibus ab ipsorum, vel aliorum quorumcumque fauorem, propria S. R. E. Cardinalium manu firmatis, pro ipsis, vel aliis factis, & de quibus iidem S. R. E. Cardinales testimonium in scriptis præbuerunt. 1622.

Clausulæ præseruatiuæ. §. 2. Decernentes, præsentes literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo quòd quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, seu alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui iure, vel in controuersiam reuocari, ad terminos iuris reduci, aut aduersus illas quodcumque iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Clausula sublata, & decretum irritans. §. 3. Sicque per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere. Ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat contrariis. §. 4. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, Ordinibus, Societatibus, & Congregationibus prædictis, eorumque Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, & aliis Superioribus prædictis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis fidem adhiberi iubet. §. 5. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra illud, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ; quodque eædem præsentes literæ, seu illarum exempla ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie campi Floræ affixæ, omnes ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent. Datum Romæ, apud S. Mariam maiorem, sub annulo Piscat. die 2. Iulij, 1622. Pontificatus nostri anno 2.

CONSTITVTIO IV.

Est contra Confessarios sollicitantes pœnitentes in confessionibus.

1622. GREGORIVS PAPA XV.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Proœmiū. VNiuersi Dominici gregis curam, quamquam immeriti, cœlesti dispensatione gerentes, sedulò inuigilare tenemur, vt ab omnibus prauis contagiis

1622. giis conſeruetur immunis, multoque maiori ſtudio prouidere, vt omnis peſtis ab iis auertatur, quibus alios ſanandi officium eſt commiſſum, ne, quod Euangelica ſcripta nos admonent, ſale infatuato, non ſit in quo ſaliatur, & ad nihilum proſit vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. 1622.

§. 1. Quoniam autem à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris quibuſdam in locis prouiſum fuit, vt impium, ac nefandum ſcelus, quod non ſolùm inter Chriſti fideles non eſſe, ſed nec etiam nominari debet, procul ab iis arceatur, videlicet vt aliquis Sacerdos ad ſacras audiendas confeſſiones deputatus, ſacroſancto Pœnitentiæ Sacramento, ſollicitando pœnitentes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aſpidem porrigat, & ex cœleſti Medico infernalis veneficus, ex parte ſpirituali proditor execrabilis animarum reddatur: Idcirco nos ea, quæ his perniciooſiſſimis diaboli inſidiis arcendis certis locis ſalubriter conſtituta ſunt, vt nullibi deſiderentur, quantum ex alto conceditur, prouidendum duximus. Motiua.

§. 2. Aliàs ſiquidem à fel. rec. Pio Papa IV. prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis, videlicet, Pius Papa IV. venerab. Fratri Archiepiſcopo Hiſpalenſi in Regnis Hiſpaniarum hæreticæ prauitatis Inquiſitori generali. Cum, ſicut nuper non ſine animi noſtri moleſtia accepimus, diuerſi ſacerdotes in Regnis Hiſpaniarum, atque etiam in eorum Ciuitatibus, & Diœceſibus curam animarum habentes, ſiue eam pro aliis exercerent, aut aliàs audiendis confeſſionibus pœnitentium deputati, in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confeſſiones abutantur, nec illi, & qui id inſtituit Domino, Deo, & Saluatori noſtro Iesv Christo iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhoneſtos, dum earum audiunt confeſſiones, alliciendo, & prouocando, ſeu allicere, & prouocare tentando, & procurando, ac locо earum per Sacramentum huiuſmodi Creatori noſtro reconciliationis, grauiori peccatorum mole eas onerando, & in manibus diaboli tradendo, in diuinæ Maieſtatis offenſam, & animarum perniciem, Chriſti fidelium ſcandalum non modicum. Refert ad literam conſti. Pij IV.

§. 3. Nos in animum inducere nequeuntes, quòd qui de fide catholica recte ſentiunt, Sacramentis in Eccleſia Dei inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, fraternitati tuæ, de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, ſeu alios à te deputandum, ſeu deputandos, contra omnes, & ſingulos ſacerdotes dictorum Regnorumque illarum Ciuitatum, & Diœceſum de præmiſſis quomodolibet diffamatos, tam ſeculares, quàm quoſcumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum Ordinum Regulares, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, tam ſuper præmiſſis, quàm ſuper fide catholica, & quid de ea ſentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra hæreticos, aut de hæreſi quouis modo ſuſpectos à Sede Apoſtolica conceſſarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos iuxta exceſſuum ſuorum qualitates, prout iuris fuerit, punias, eos etiam, ſi, & prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione, ſecularis iudicis arbitrio puniendos tradendo. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum, & Monaſteriorum, necnon Ordinum quorumliber, quorum ipſi ſacerdotes fuerint, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio, aut aliàs quomodolibet conceſſis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis; quibus omnibus, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 16. Aprilis, 1561. Pontif. noſtri anno 2. Sunt ſuſpecti de hæreſi, qui ſollicitant in confeſſione.

§. 4. Igitur, vt literæ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbique lo-

1622. Confirmat prædictas literas Pij IV. & extendit ad omnes mundi partes.

corum inuiolabiliter obſeruentur, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, ac de conſilio venerab. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, contra hæreticam prauitatem generalium Inquiſitorum, præinſertas literas huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque omnibus, & ſingulis inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, illaſque non ſolùm in prædictis Regnis Hiſpaniarum, ſed in quibuſuis Chriſtiani orbis partibus firmitet, & inuiolabiliter obſeruari præcipimus, & mandamus. 1622.

Declarat, quinam dicendi ſint ſollicitatores.

§. 5. Ac præterea, ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eoſdem procedendi ab aliquo dubitari poſſit, ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quòd omnes, & ſinguli ſacerdotes, tam ſeculares, quàm quorumuis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum Ordinum, Inſtitutorum, Societatum, & Congregationum Regulares, cuiuſcumque dignitatis, & præeminentiæ, aut quouis priuilegio muniti exiſtant, qui perſonas, quæcumque illæ ſint, ad inhoneſta, ſiue inter ſe, ſiue cum aliis quomodolibet perpetranda in actu ſacramentalis confeſſionis, ſiue ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu confeſſionis huiuſmodi, etiam ipſa confeſſione non ſecuta, ſiue extra occaſionem confeſſionis, in confeſſionario, aut in loco quocumque vbi confeſſiones ſacramentales audiantur, ſeu ad confeſſionem audiendam electo, ſimulantes ibidem confeſſiones audire, ſollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint, in officio S. Inquiſitionis ſeueriſſimè, vt infra, puniantur.

Contra eos iubet procedi, prout in cauſis fidei, & determinat pœnas.

§. 6. Et præterea omnes hæreticæ prauitatis Inquiſitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & locorum vniuerſi orbis Chriſtiani in ſuis quemque Diœceſibus, & territoriis per has noſtras literas, etiam priuatiuè quoad omnes alios, ſpecialiter, ac perpetuò iudices delegamus, vt ſuper his contra prædictos ſimul, vel ſeparatim in omnibus, prout in cauſis fidei, iuxta ſacrorum Canonum formam, necnon officij Inquiſitionis huiuſmodi conſtitutione, priuilegia, conſuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex huiuſmodi nefariis exceſſibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumſtantiis, ſuſpendentes ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis activæ, & paſſiuæ, ſi Regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum, abſque vlla ſpe gratiæ, aliaſque pœnas decerpant, eos quoque, ſi pro delicti enormitate grauiores pœnas meru erint, debita præcedente degradatione, Curiæ ſeculari puniendos tradant.

Dat facultatem ad probationem huius delicti admittendi teſtes ſingulares.

§. 7. Dantes etiam facultatem venerab. Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus generalibus Inquiſitoribus, ne delictum tam enorme, & Eccleſiæ Dei tam perniciоſum remaneat ob probationum defectum impunitum, cum difficilis ſit probationis, teſtibus etiam ſingularibus concurrentibus, præſumptionibus, indiciis, & aliis adminiculis, delictum probatum eſſe arbitrio ſuo iudicandi, & Curiæ ſeculari, vt præfertur, reum tradendum eſſe pronunciandi.

Derogat contrariis.

§. 8. Non obſtantibus omnibus, quæ dictus prædeceſſor in ſuis literis prædictis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Confeſſores teneatur monere pœnitentes ſollicitatos de obligatione denunciandi.

§. 9. Mandantes omnibus Confeſſariis, vt ſuos pœnitentes, quos nouerint fuiſſe ab aliis, vt ſupra, ſollicitatos, moneant de obligatione denunciandi ſollicitantes, ſeu, vt præfertur, tractantes, Inquiſitoribus, ſeu locorum Ordinariis prædictis; quòd ſi hoc officium prætermiſerint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confeſſarios ſollicitantes, ſeu tractantes, vt ſupra, iidem locorum Ordinarij, & Inquiſitores illos pro modo culpæ punire non negligant.

Tranſumptis fidem adhiberi, & publicam fidem.

§. 10. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra vbique habeatur,

1624. habeatur, quæ præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ; quodq; eædem præſentes literæ, ſeu illarum exempla ad valuas Baſilicarum S. Ioannis Lateranen. ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie campi Floræ affixæ omnes ita arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent. Datum Romæ, apud S. Mariam maiorem, ſub annulo Piſcat. die 30. Aug. 1622. Pontif. noſtri anno 2. 1624.

VRBANVS VIII. 1624.

CONSTITVTIO I.

Quæ eſt decretum Congreg. Concilij, editum de mandato Vrbani VIII. In quo prohibetur Regularibus alienatio.

Prohibet fieri alienationes, & factas nullas declarat.

§. 1. SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Trid. interpretum, rerum experimento edocta, quantum Religiones accipiant detrimenti ex bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium diſtractionibus, quas crebrò faciunt Regulares, Apoſtolicis priuilegiis innixi, ac proinde operæ pretium putans illorum facilitatem aliqua ratione compeſcere; Speciali S. D. N. iuſſu, generalibus, & prouincialibus Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus, Generalibus, & quibuſcumque aliis Superioribus regularibus cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis, vel Inſtituti intra fines Europæ exiſtentibus, omnium rerum, & bonorum immobilium, ac pretioſorum mobilium alienationem, omneque pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, cenſus perpetuos, ſeu vitalitios, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, conceſſionem in feudum, vel emphyteuſim, præterquam in caſibus à iure præmiſſis, fieri perpetuò prohibet, atque interdicit, abſque ipſius Congregationis Concilij expreſſa licentia, in ſcriptis, & gratis concedenda, ſub pœna priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, vociſque actiuæ & paſſiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in poſterum obtinēda, quam ipſo facto, abſque alia declaratione incurrant, ſublata etiam Generali, & Protectori illam moderandi, aut relaxandi facultate; pœnis nihilominus Apoſtolicarum conſtitutionum, & præſertim fel. rec. Pauli II. quæ incipit, Ambitioſæ, in ſuo robore permanſuris. Alienationes verò, pacta, cenſus, hypothecas, locationes, conductiones, & conceſſiones quaſcumque contra huiuſmodi prohibitionem faciendas Sanctitatis ſuæ auctoritate ipſo iure nullas, atque irritas decernit.

Derogat contrariis.

§. 2. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis in fauorem quarumcumq; perſonarum, atque Ordinum, tam Mendicantiū, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Ioannis Ieroſolymit. Congregationum, Societatum, ac cuiuſuis alterius Inſtituti, etiam neceſſariò, & in indiuiduo exprimendi, Monaſteriorum, Conuentuum, Collegiorum, domorum, ac locorum regularium quorumcumque, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, vel conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; exemptionibus quoque, indultis & priuilegiis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ac formis ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, & aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi præſentibus

Digitized by Google

1622. pro expreſſis habentes, quibus quo ad ea, quæ præſenti decreto, ac prohibitioni aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſsè Sanctitatis ſuæ auctoritate derogat, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, die 7. Septemb. 1624. Coſmus Card. de Torres. Proſper Fagnanus ſacræ Congreg. Secret. 1624.

CONSTITVTIO II.

1624. *Quæ ſunt decreta Congreg. Vrb. VIII. iuſſu edita, in quibus agitur de Regularibus apoſtatis, & eiectis, aliiſque ordinationibus ad ipſos Regulares pertinentibus.*

Proœmiũ. SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Trid. interpretum, Regularium eiectorum, & fugitiuorum ſtatui conſulere, illorumque ſcandala ſummouere, & ſuccreſcentem numerum frangere operæ pretium exiſtimans, auditis Religionum Superioribus, réque diligentiſſimè perpenſa, communicato etiam conſilio cum S. D. N. Vrbano VIII. atque ex peculiari Sanctitatis ſuæ facultate, infraſcripta decreta edidit,

Innouat decreta Clem VIII. pro Regulariũ reformatione. §. 1. Ac primò, vt infecta ſemina, è quibus praui eiuſmodi fructus potiſſimùm prodeunt, deinceps ne ſerantur in vinea Domini, cenſuit, eſſe innouandas, & Sanctiſſimi auctoritate innouat conſtitutiones, & decreta generalia S. M. Clem. VIII. ad Regularium reformationem, ac Nouitiorum receptionem, profeſſionem, atque inſtitutionem ſpectantia; diſtrictéque præcipit Generalibus, atque aliis omnibus Ordinum Superioribus, vt illa exactè obſeruent, atque vt obſeruentur efficiant, ſub pœnis ſtatutis in iiſdem conſtitutionibus. A quibus tamen excipiendum cenſuit caput illud, quo decernitur, ne in Conuentibus, ſeu Monaſteriis, ad Nouitios recipiendos hactenus deſignatis, & approbatis, ſeu in poſterum deſignandis, & approbandis, Nouitij ad habitum vllatenus recipi poſſint, niſi priùs à Cõgregatione reformationis Apoſtolicæ, vel à propriis locorum Ordinariis expreſsè, & nominatim approbati fuerint, à cuius quidem decreti obſeruatione ſacra Congregatio iuſtis de cauſis cenſuit, Regulares eſſe abſoluendos, prout auctoritate S. D. N. abſoluit, atque exemit.

Nullus etiã ad ſtrictioré Religionem tranſeat, niſi priùs ſuo Superiori conſter, eam eſſe paratã illum recipere. Apoſtatæ ab Ordinariis capiantur, & ſuis Superioribus conſignentur. Vide ſup. in cõſt. 2. Iul. II. §. 38. nu. 95. Vide ſupra, in conſt. 2. Sixti IV. n. 22. & 62.

§. 2. Deinde, vt apoſtatandi opportunitas Regularibus præripiatur, ſtatuit, vt de cætero nullus permittatur ad arctiorem Religionem tranſire, niſi priùs Superiori legitimè conſtiterit, eam Religionem paratam eſſe illum recipere, qui licentiam petit; tumque Regularis recta ſe transferat ad arctiorem; quod vt reipſa adimpleatur, idem Superior omni ſtudio, ac diligentia inuigilet.

§. 3. Rurſus ſtatuit, vt fugitiui, & apoſtatæ, ſiue habitum regularem deferant, ſiue non, poſſint, ac debeant ab Epiſcopo loci, vbi moram trahunt, in carceres coniici, ac Superioribus regularibus conſignari, ſecundùm regularia inſtituta puniendi; vtque ipſi quoque Superiores teneantur eos perquirere, ad Religionem reducere, atque efficere, vt apprehendantur, ſalua tamen in omnibus facultate Ordinariis locorum attributa decreto Concilij cap. 3. ſeſſ. 6. Quòd ſi apoſtatæ huiuſmodi citra montes infra quatuor, vltra montes verò infra octo menſes, à præſentis decreti publicatione inchoandos, ſua ſponte ad ſuam quiſque Religionem redierit, tum pœnarum omnium ipſis propter apoſtaſiam inflictarum, aut infligendarum remiſſionem, atque impunitatem aſſequantur; ita tamen, vt debeant à Superiore abſolutionem humiliter petere, & coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri; Superior verò è contra benignè illos teneatur excipere, ab huiuſmodi pœnis abſoluere, & paterna charitate complecti.

§. 4. Ad hæc, vt in poſterum è Religionibus nullus legitimè profeſſus eiici poſſit, niſi ſit verè incorrigibilis; verè autem incorrigibilis minimè cenſeatur, niſi

Digitized by Google

1624 niſi non ſolùm concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex iuris communis diſpoſitione requiruntur, ſublatis hac in parte ſtatutis, & conſtitutionibus cuiuſque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apoſtolica approbatis, & confirmatis; verumetiam vnius anni ſpatio in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus; proindeque vnaquæque Religio priuatos habeat carceres in qualibet ſaltem Prouincia: Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua peruicacia perſeuerauerit, ne contagione peſtifera plurimos perdat, tamquam pecus morbida, ac membrum putre, eiici tandem poſſit, ſed ab ipſomet Generali tantùm, de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum ex grauioribus Religionis eligendis in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus; tumque non niſi inſtructo ſecundùm eorum ſtylum, & conſtitutiones proceſſu, & plenè probatis cauſis expulſionis, ad ſacrorum Canonum præſcriptum. Interea tamen, vſque ad primum generale Capitulum, ſeu Congregationem proximè celebrandam, ſi quēpiam ex iuſtis, & neceſſariis cauſis expellere oportebit, eiectio fieri poſſit à Generali, cum conſilio, & aſſenſu ſex Patrum, vt ſupra, quos idemmet Generalis eligere debeat infra quatuor menſes à præſentis decreti publicatione; ſeruata tamen in reliquis forma ſuperiùs præſcripta. Sic verò eiecti, quamdiu non redierint ad Religionem, in habitu clericali incedant, atque Ordinarij loci iuriſdictioni, & obedientiæ ſubſint; proindeque Generalis illicò expulſionis ſententiam eidem Ordinario notificare teneatur. Cæterùm ſacra Congregatio Religionum Superiores ſeriò admonet, ac per Ieſu Chriſti viſcera obteſtatur, vt memores paternæ charitatis, & manſuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquant, vt lucrentur animas fratrum ſuorum, ferè in profundum malorum delapſas, antequam grauiſſimum, atque extremum expulſionis remedium experiantur; idq, eò magis, quòd ſubditorum ſanguinem, qui ex malo negligentium, & ſui officij immemorum Prælatorum regimine peribunt, D. N. Ieſus Chriſtus in ſupremo Dei iudicio de eorumdem Prælatorum manibus ſit requiſiturus.

1624 Incorrigibiles qui ſint, & quomodo à Religione eiiciendi. Modera vt hic quæ dixi de eiectato. 1. Rel. q. 1 c. 25.

§. 5. Præterea ſtatuit, vt iidem Superiores nemini ex Religioſis, expulſis literas teſtimoniales concedant, illos ad Sedem Apoſtolicam reiicientes, vel iubentes aliam ingredi Religionem.

Expulſis literæ nō cōcedantur ad Sedem Apoſtolicam.

§. 6. Item vt eiecti extra Religionem degentes ſint perpetuò ſuſpenſi ab exercitio ordinum, ſublata Ordinariis locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi, aut moderandi.

Eiecti ſunt perpetuò ſuſpenſi ab exercitio ordinum.

§. 7. Ac poſtremò cenſuit eſſe innouandā, & ſuæ Beatitudinis auctoritate innouat conſtitutionem fel. rec. Gregorij IX. relatam in cap. fin. extr. de regul. Ac præterea declarat, eam conſtitutionem in iis quoque vendicare ſibi locum, ſeruandamque eſſe, qui iuſtè, diffinitiuéque ac iuris ordine ſeruato, expulſi fuerint, dummodò tamen in expulſis huiuſmodi ſubſit ſpes euidens emendationis, ex literis ſaltem teſtimonialibus Ordinarij, cuius conſcientiam in his literis concedendis ſacra Congregatio ſeriò onerauit.

Superiores ſuos eiectos, & fugitiuos quotannis requirant.

§. 8. Ne qua verò difficultas in ſupraſcriptis decretis, & ordinationibus exequendis ſuboriatur, ſacra Congregatio, S. D. N. annuente, atque approbante, vniuerſis Generalibus, Prouincialibus, Commiſſariis, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Guardianis, Vicariis, & quibuſcumque aliis Superioribus quorumcumque Ordinum, vel Congregationum, Monaſteriorum, Conuentuum, Collegiorum, domorum, ac locorum regularium vbique locorum exiſtentium iniungit, ſerióque mandat, vt illa diligenter obſeruent, atque obſeruari procurent in omnibus Cœnobiis, ac Monaſteriis, Collegiis, ac domibus quorumcumque Monachorum, ac Regularium, vbique locorum exiſtentibus, efficiantq; vt tam decreta ſupradicta fel. rec. Clem VIII. quàm præſentes ordinationes, in ſingulis eiuſmodi locis bis ſaltem in anno legantur in publica menſa.

Hæc decreta bis ſaltē in anno in publica mēſa legantur.

§. 9. Si quis verò ipſorum aduerſus ea, quæ ſuperiùs præſcripta ſunt, vel eorum aliquid quoquo modo facere, vel moliri præſumpſerit, ipſo facto pœnam incurrat priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vociſq; actiuæ &

Apponūtur pœnæ contrafacientibus.

Digitized by Google

1614. passiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, pœnaque huiusmodi sit Sanctitati suæ, ac Sedi Apostolicæ reseruata, iisdem Superioribus, etiam Generalibus, & Protectoribus, illam moderandi, seu relaxandi potestate penitus interdicta; & nihilominus sit irritum, & inane quicquid secus à quoquam actum extiterit. 1614.

Derogat contrariis.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcumque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationum, Monasteriorum, Conuentuum, domorum, ac locorum regularium quorumcumque, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus exemptionibus quoque, indultis, & priuilegiis, etiam in corpore iuris clausis, aut ex causa, vel titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Marimagno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quo ad ea, quæ supradictis quomodolibet aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter, & expresè Sanctitatis suæ auctoritate derogat, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ, die 21. Septemb. 1614. Cosmus Card. de Torres. Prosper Fagnanus sacræ Congreg. Secret.

Decreta generalia fel. rec. Clem. Papæ VIII. de Nouitiis ad habitum regularem, & professionem non admittendis, nisi in Conuentibus designandis.

CLEMENS PAPA VIII.

Nouitij ad recipiantur, nisi in Conuentibus designatis.

§. 11. REgularis disciplinæ restitutioni, pro qua potissimùm iuxta nostri muneris debitum laborare non desistimus, illud in primis magnum impedimentum afferre quotidiano vsu compertum est, quòd in omnibus Conuentibus, iis præsertim, qui maiori reformatione indigent, singuli ad Religionem venientes passim recipiuntur; vnde fit, vt quò magis nos variis constitutionibus malè affectas radices amputare studemus, eò magis in dies deprauata, infructuosáque eiusmodi nouiter professorum germina succrescant. Cui quidem malo occurrere volentes, præsenti decreto statuimus, districtéq; præcipimus omnibus Generalibus, Prouincialibus, Commissariis, Ministris, cæterisque Superioribus Conuentuum, intra Italiæ, & Insularum adiacentium fines existentium, quibuscumque & quorumcumque Ordinum Mendicantium, vt de cætero neminem sub quouis prætextu, aut colore, ad habitum regularem admittant, nisi in Conuentibus auctoritate nostra propediem in vnaquaque Prouincia designandis. Insuper sancimus, vt quoad eiusmodi Conuentus, vt præfertur, per nos deputati non fuerint; omnes præfatorum Ordinum Superiores à receptione quorumcumque nouitiorum, siue ad habitum, siue professionẽ, omnino abstineant. Superior, qui huius decreti transgressor extiterit, ipso facto pœnam priuationis omniũ officiorũ, quę tunc obtinebit, vocisque actiuæ, & passiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda se nouerit incurrisse, ac aliis etiam pœnis arbitrio nostro subiaceat. Receptiones verò, & professiones quaslibet eorũ, qui contra huiusmodi decretum nostrum

Digitized by Google

1624. noſtrum admiſſi fuerint, nullas, & irritas eſſe ex nunc decernimus, & declaramus. Priuilegiis, ſtatutis, & conſuetudinibus quibuſcumque in contrarium minimè obſtantibus. Datum Romæ, die 12. Martij, 1596. 1624.

§. 12. Sanctiſſimus in Chriſto P. & D. N. D. Clem. diuina prouidentia Papa VIII. cum iamdudum animaduerteret collapſæ regularis diſciplinæ reſtitutioni, pro qua potiſſimùm, iuxta ſui muneris debitum, vigilare, ac laborare non deſiſtit, illud in primis magnum impedimentum afferre, quòd in omnibus Monaſteriis, & Conuentibus, iiſque præſertim, qui maiori indigent reformatione, ſinguli ad Religionem profitendam accedentes paſſim, ac ſine delectu recipiuntur, ac inde fieri, vt quò magis variis conſtitutionibus malè affectas radices euellere ſtudet, eò magis infructuoſa nouiter profitentium germina quotidie ſuccreſcant: Cumque ob zelum, ac deſiderium, quo tenetur Sanctitas ſua, omnes Regulares ad vetus ſuæ cuiuſque Religionis inſtitutum redigendi, diſtrictè prohibuerit, ne quis in certis Monachorum, & Mendicantium Ordinibus ad ſuſcipiendum habitum Religionis admitteretur, profiteretur, quouſque Monaſteria, & Conuentus aliquot deſtinarentur, in quibus poſſet commodiùs regularis obſeruantia, ſecundùm reformationem à Sanctitate ſua inſtitutam introduci; Quia tamen, non obſtante tali prohibitione, cognouit, nonnullos fuiſſe, vel ſub colore facultatis, & licentiæ, à Sanctitate ſua obtentæ, vel quia, talis prohibitio ad illorum notitiam non peruenerit, receptos, & admiſſos præter mentis ſuæ ſenſum; Idcirco huic malo proſpicere volens, ne licentiarum, ac facultatum huiuſmodi ſubreptione, ac prætextu, decretum Sanctitatis ſuæ irritum reddatur, nunc denuo diſtrictè præcipit, ac mandat omnibus Generalibus, Prouincialibus, Commiſſariis, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, & Guardianis quibuſcumque, cæteriſque Superioribus Conuentuum, Monaſteriorum, ac domorum, quocumque nomine appellentur, intra Italiam, & Inſularum adiacentium fines exiſtentium, quorumcumque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium (exceptis tamen Carthuſianorum, Fratrum Minorum de ſtrictiori obſeruantia, necnon Capuccinorum S. Franciſci, Reformatorum S. Dominici, Diſcalceatorum Ordinis Carmelitarum, necnon Fratrum Congregationis Fulienſis Ciſtercienſis Ordinis, ac Eremitarum eremi Camaldulenſis, & Montis coronæ, Clericorum regularium, Theatinorum, Societatis Ieſu, S. Pauli decollati, & aliorum de Somaſcha, Miniſtrorum infirmorum reſpectiuè Ordinibus, Societatibus, ſeu Congregationibus nuncupatis, quæ etiam antea exceperat, & nunc iterum excipiendo, voluit, prohibitionem hanc ad illa nullo modo extendi.) Ne ſub cuiuſuis licentiæ, & facultatis impetratæ, vel impetrandæ obtentu, niſi per literas in forma Breuis dumtaxat, & non aliàs, quemquam ad habitum regularem ſuſcipiendum, nec etiam Conuerſos, niſi in Conuentibus, Monaſteriis, & domibus, auctoritate eiuſdem S. D. N. propediem in vnaquaque Prouincia deſignandis, recipere, aut receptos ad profeſſionem admittere vllo modo audeant: Quinimmo contra primam prohibitionem Sanctitatis ſuæ receptos, etiamſi imperfectum habitum, aut ſine capucio gerant, poſt præſentis decreti in Romana Curia publicationem omnino eiicere debeant.

Innouatio ſupradicti decreti de nouitiis nõ recipiendis, niſi in Cõuentibus ab Apoſtolica Sede deſignandis.

§. 13. Superiorem autem, qui huius decreti tranſgreſſor extiterit, ipſo facto pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocis activæ, & paſſiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad alia in poſterum obtinenda, eo ipſo incurrere voluit, ac decreuit, & aliis etiam pœnis, arbitrio Sanctitatis ſuæ imponendis ſubiacere.

Apponit pœnas contrafacientibus

§. 14. Receptiones verò, & profeſſiones quaſlibet eorum, qui contra huiuſmodi decretum admiſſi fuerint, nullas, & irritas eſſe ad quemcumque effectum ex nunc decernit, & declarat.

Profeſſiones contra hanc formã factæ, nullæ ſunt.

§. 15. Hoc autem decretum noluit Sanctitas ſua eos Ordines comprehendere qui Conuentus, domos, & Monaſteria à ſe probata pro Nouitiorum receptione, & educatione hactenus permiſſione ſua conſtituerint.

Non comprehendit Conuentus qui habent Nouitiorum deſignatos: Reuocat licentias particulares.

§. 16. Cæteras verò licentias, particulares, quæ in hanc diem effectum

1624. non sunt sortitæ, reuocat, & annullat. 1624.

Forma publicandi, cũ derogatione contrariorum.

§. 17. Vult autem, decretum hoc suum in solitis locis Vrbis publicatum, ita prædictorum singulos afficere, ac si cuilibet personaliter fuisset intimatum. Priuilegiis, statutis, & constitutionibus quibuscumque in contrarium minimè obstantibus. Datum Romæ, apud S. Marcum, die 20. Mensis Iunij, 1599.

Decreta pro reformatione Regularium, tam Monachorum, quàm Mendicantium cuiuscumque Ordinis, & Instituti.

CLEMENS PAPA VIII.

Nullus ab officio chori sit immunis. Cum Lectoribus, Prædicatoribus, & ægrotis potest dispensari.

§. 18. NVllus omnino prætextu cuiuscumque priuilegij, vel superioritatis, etiam Generalatus, à seruitio chori censeatur immunis, nisi pro tempore, quo quis in proprij officij munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem, & Prædicatoribus Superiores iis tantùm diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, dispensare possint; idem quoque præstare valeant cum ægrotis, & studiorum causa legitimè impeditis. In eos verò, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutari pœnitentia Superiores animaduertant, ad præscriptum Regulæ, & constitutionum, alimenti etiam, si opus fuerit, subtractione.

Lectio Scripturæ, vel casuum bis in hebdomada.

§. 19. Lectio sacræ Scripturæ, vel casuum conscientiæ bis in hebdomada præscriptis diebus, in singulis Monasteriis, & Conuentibus habeatur, ad quam Fratres omnes conueniant, eaque absoluta, mutua collatione circa explicatam doctrinam se se vtiliter exerceant.

Paupertatis votum obseruetur. Vide tom. 1. Relig. q. 2. cap. 2. §. 2.

§. 20. Quò Trid. Conc. decreta de paupertatis voto custodiẽdo fideliùs obseruẽtur, præcipitur, vt nullus ex Fratribus, etiãsi Superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniã, prouentus, census eleëmosynas, siue ex concionibus, siue ex lectionibus, aut pro Missis, tam in propria Ecclesia, quàm vbicumque celebrandis, alioue ipsorum iusto labore, & causa, & quocumque nomine acquisita, etiamsi subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tamquam propria, aut etiam nomine Conuentus possidere possit, sed ea omnia statim Superiori tradantur, & Conuentui incorporentur, atque cum cæteris illius bonis, redditibus, pecuniis, ac prouentibus confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

Superiores contra prædicta non dispensent.

§. 21. Neque Superioribus, quicumque illi sint, vllo pacto liceat eisdem Fratribus, ac eorum alicui bona stabilia, etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodiæ nomine concedere.

Ad vsum concessis, vt propriis nõ vtantur.

§. 22. Eorum verò, quæ ad necessitatem concessa erunt, nullus quicquam possideat vt proprium, neque vt proprio vtatur.

Pœnæ contrafacientibus.

§. 23. Qui in præmissorum aliquo deliquerit, pœnas nedum à Concilio Trid. præscriptas, sed alias quoque multò grauiores Superiorum arbitrio imponendas incurrat.

Prælati dispensatio cõtra prædicta, à pœnis non excusat.

§. 24. Nulla quorumcumque Superiorum dispensatio, nulla licentia, quantùm ad bona immobilia, vel mobilia, Fratres excusare possit, quominus culpæ, & pœnæ ab eiusdem Concilij decretis impositæ, & ipso facto incurrendæ obnoxij sint, etiamsi Superiores asseuerent, huiusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse, quibus in ea re fidem minimè adhiberi volumus.

Vestitus, & suppellex cellarũ vniformis, denturque Fratribus necessaria.

§. 25. Fratrum vestitus, & suppellex cellarum ex communi pecunia comparetur, & omnino vniformis sit Fratrum, & quorumcumque Superiorum, statuique paupertatis, quam professi sunt, conueniat, ita vt nihil superflui admittatur, nihil etiam, quod sit necessarium, alicui denegetur.

Omnia vestimenta in communi loco asseruentur.

§. 26. Quæcumque Fratrum vestes, siue laneæ, siue lineæ, omnisque alia suppellex in aliquem commodum Conuentus locum deferantur, ibique ab vno, vel duobus Fratribus huic muneri deputatis diligenter custodiantur, vt inde Superioris arbitrio, prout vnicuique opus fuerit, subministrari opportunè possint.

§. 27. Omnes,

1624. §. 27. Omnes, etiam Superiores, quicumque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemque obsonio, siue eadem (vt aiunt) pictantia in communi mensa, prima, vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur, neque singulare aliquid, quo priuatim quisque in cibum vtatur, vllo modo afferri possit. Si quis ea in re peccauerit, nihil ea die alimenti percipiat, nisi panem, & aquam. 1624. Victus omnibus, etiam Superioribus sit aequalis.

§. 28. Superiores omnes, etiam Generalis, qui redditus, aut praestationes peculiares ratione officiorum habent, eorum accepta, & expensa in libro distincto fideliter & diligenter annotari curent, neque in alios vsus, quàm ratione officij sui necessarios quicquam expendant. Cùm verò contigerit, ipsos in aliquo Conuentu commorari, eam pecuniae quantitatem in commune conferant, ex qua sibi, & iis, qui secum erunt, victus ad praescriptum Regulae, & constitutionum suppeditetur. Superiorum prouisiones in libro scribantur, & solùm ratione officij expendantur.

§. 29. Nullus ex Superioribus locorum administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationémque pecuniarum, & reddituum sui Conuentus, etiam nomine Conuentus, per se ipsum habere, siue exercere possit, sed vniuersum id onus tribus Fratribus eiusdem Conuentus à Generali ita demandetur, vt vnus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat, alter tamquam depositarius pecunias, ac cætera ab illo collecta, & exacta fideliter asseruet; alius de pecuniis, & rebus à depositario acceptis Priori, & Fratribus, ac Conuentui vniuerso de necessariis mandante tamen ipso Priore, non secundùm proprium affectum, sed iuxta charitatis regulam, veluti bonus dispensator, prouideat, officiorum huiusmodi confusione penitus interdicta. Administratio bonorū Conuentus tribus Fratribus demandetur.

§. 30. Cæterum hi tres, tam impensi, quàm accepti, singulis mensibus Superiori locali, adhibitis etiam duobus, vel tribus Fratribus eiusdem Conuentus probatioribus, rerumque vsu peritis, rationem reddant: Deinde ipsimet rursus, praesentibus Priore, & peritis praedictis, Generali, vel Visitatoribus, cùm aduenerint; denique ipse Generalis, vel Visitatores in quolibet proximo Capitulo generali, saltem coram tribus iudicibus ab ipso Capitulo ad hoc constitutis, illorum omnium, vniuersaeque suae administrationis, tam publicae, quàm priuatae rationem reddere teneantur, cuius etiam exemplum authenticum ex actis Capituli extrahatur, ad hoc, vt ad omne mandatum nostrum, vel Sedis Apostolicae Romam transmitti possit. Hi tres singulis mensibus rationē reddant.

§. 31. In vnoquoque Conuentu Fratrum is tantùm deinceps constituatur, & in posterum retineatur numerus, qui ex redditibus illius propriis, vel ex communibus consuetis, vel etiam singulorum eleëmosynis, aliisue quibuscumque obuentionibus in commune, vt praefertur, conferendis, commodè possit sustentari; redditus verò, & supradicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter asseruentur. Tot Fratres in locis degant, quot possunt sustentari.

§. 32. Superioribus autem, ne Concilij Trid. aut haec nostra decreta declarare, interpretari, aut relaxare vllo modo possint, omnino interdicimus, & prohibemus. Decernentes irritum, &c. Si quis autem contra praesumpserit attentare, is eo ipso omni gradu, officioque priuatus, & ad ea perpetuò inhabilis existat. Haec decreta declarare non possunt Superiores.

§. 33. Nullus, nisi actu legat, vel praedicet, aliquo sui gradus priuilegio gaudeat. Lectores priuilegiis non gaudēt nisi actu legant.

§. 34. Si alicui ex necessaria causa, Generalis iudicio probanda, socius ex eodem Ordine, qui illi ministret, concedendus erit, is, nisi vigesimumquintum agat annum, & qui communi seruitio sit deputatus, non concedatur, &, si commodè fieri potest, sit laicus conuersus. Socij dandi conuersi sint 25. annorū.

§ 35. Vt omnis scandalorum, & vagationis occasio tollatur, Conuentus clausura perpetuò, ac diligenter seruetur, ac propterea à Superiore ianitor constituatur, qui diligentia, ac morum integritate maximè commendetur; is ianuae custodiendae semper assistat, eamque nemini Fratrum aperiat, nisi socium, & exeundi licentiam obtinuerit. Ianitor eligatur.

Digitized by Google

1624. Nullus abſque licentia egrediatur.

§. 36. Nullus à Conuentu egredi audeat, niſi ex cauſa, & cum ſocio, licentiaque ſingulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta à Superiore, qui non aliter eam concedat, niſi cauſa probata, ſociumque exituro adiungat, non petentis rogatu, ſed arbitrio ſuo, neque eumdem ſæpius: Licentiæ verò generales exeundi nulli omnino concedantur. 1624.

Contrauenientes pœna graui puniantur.

§. 37. Contrauenientes autem pœna graui, etiam carceris, ad Superioris arbitrium plectantur; eamdem etiam ianitor ſubeat, ſi ſciens exeundi facultatem fecerit.

Cum reuertuntur, benedictionē petant.

§. 38. Cùm autem quis in Conuentum reuertitur, Superiorem iterum adibit, benedictionem recepturus, qui à ſocio itineris rationem, & quid rei actum ſit, diligenter perquirat.

Romam petere nemo poteſt.

§. 39. Nullos Fratres Romam venire Superiores permittant, niſi priùs à Generali, vel Protectore dumtaxat licentiam in ſcriptis impetrauerint.

Pœnæ contrafacientibus.

§. 40. Si quis autem ſine huiuſmodi facultate Romam venire præſumpſerit, voce actiua, & paſſiua biennio priuatus exiſtat, ſubiturus etiam alias arbitratu Superiorum infligendas pœnas; Quæ item omnia aduerſus eos, qui ſupradictos admiſerint, & receperint, ſine vlla exceptione locum habeant.

Vnica clave omnes cellæ aperiantur.

§. 41. Habeat Superior clauem ita fabrefactam, vt, cum ſibi videbitur, cellas omnes reſerare poſſit; & propterea nullus cellam, etiam noctu, ita claudat, quin ſemper à Superiore poſſit aperiri.

Lampas in dormitorio luceat.

§. 42. In medio dormitorij totam noctem lampas colluceat.

Nullus duas cellas, niſi Superiores, habeat.

§. 43. Nullus, etiam Superior, cellas, ſiue in clauſtro, ſiue alibi ſeparatas à communi dormitorio habeat, ſed vnuſquiſque vnica cella, eadem cum cæteris aliorum Fratrum coniuncta, nudis omnino parietibus, ac lecto, & menſa humilibus, vniformique ſuppellectili, vt præfertur, quemadmodum Religioſos decet, contentus ſit; poſſit tamen Generalis alicui ex Superioribus Conuentuum, ſi eorum muneris, & officij neceſſitatem id exigere cognouerit, alteram etiam cellam concedere.

Cellæ extra dormitoriū prohibētur.

§ 44. Cellæ, ſiue ædiculæ, quæ extra dormitorium ſeparatim ſunt, ad officinas, aut aliàs ad communem vſum, & commoditatem Conuentus redigantur.

Singuli lectum habeant.

§. 45. Sigillatim ſuo quiſque lecto cubet, neque vllibi duo eodem lecto dormire poſſint, qui omnes ad certam formam redigendi erunt.

Camini nō permittuntur, niſi Superioribus.

§. 46. In priuatis cellis nulli camini permittantur, ſed omnes obſtruantur ſtatim, cardinibus etiam è parietibus conuulſis, vt res illa non ad tempus facta, ſed perpetuò duratura videatur; cellis tamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Prædicatoris exceptis.

Conuentus feneſtræ quomodò regulari debeant.

§. 47. Conuentus feneſtræ omnes, quæ in vias publicas, aut in vicinas laicorum ædes proſpiciunt, muro ita obſtruantur, vt omnino is proſpectus impediatur.

Infirmaria in ſingulis Conuentibus conſtituatur.

§. 48. Valetudinarium in ſingulis Conuentibus certo, ac ſalubriori loco conſtituatur, quod pro loci ſitu, ac Fratrum numero, quo ad fieri poterit, commodiſſimum eſſe poſſit, in quo Fratres omnes, cum ægrotabunt, curentur, nec inde, niſi recuperata ſanitate, abire permittantur; qui verò infirmorum curæ præpoſiti ſunt, omni ſedulitate, ac charitate operam ſuam præſtabunt, ac curabunt, ne quid ægrotis omnino deſit, quod ad ſanitatem recuperandam pertineat.

Non concedatur Fratribus extra Conuentum degere.

§. 49. Ineatur ratio, qua, ſublatis licentiis, ac facultatibus hactenus quibuſcumque conceſſis, degentes extra Conuentus clauſtra, ad ea quamprimum reuocentur, nec de cætero, niſi ex grauiſſima cauſa, à Sede Apoſtolica probanda, huiuſmodi facultates concedi poſſint.

Nullus recipiatur Nouitius, niſi in Conuentibus deſignatis.

§. 50. Nulli in poſterum ad habitum, aut profeſſionem admittantur, niſi in Conuentibus per Sedem Apoſtolicam in qualibet Prouincia deputandis.

Conſtit. largitionis munerum obſeruetur.

§. 51. Curent Superiores, vt conſtitutio interdicens largitiones munerum, & præſcribens hoſpitalitatis formam, ab omnibus in quolibet Conuentu inuiolabiliter obſeruetur.

§. 52. Vt omnis officiorum ambitus occaſio præcludatur, caueant omnes à directa,

Digitized by Google

1624. recta, vel indirecta vocum, seu suffragiorum procuratione, tam pro se ipsis, quàm pro aliis, tum in Capitulis locorum, tum in cæteris, præsertim generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi. Quicumque secus fecerint, præter alias pœnas, & censuras hactenus contra huiusmodi ambientes inflictas, quas in suo robore permanere volumus, in pœnam priuationis officiorum, quæ obtinent, eo ipso incidant, & ad futura quæcumque pariter inhabiles habeantur; super quo cum eis dispensari à nemine possit, nisi à nobis, vel successoribus nostris, & pro qualitate culparum grauiùs etiam plectantur. Porrò supradictas omnes pœnas ad complices, ac simpliciter scientes, & non reuelantes extendimus.

1624. Dignitatũ procuratio prohibetur.

§ 53. In Superiorum, & officialium omnium electionibus forma præscripta à sacro Concilio Trid. & Ordinis constitutionibus inuiolabiliter seruetur, iuréntque electores, secundùm veritatem cuiusque conscientiæ, probiores, ac magis idoneos se electuros. Ac propterea, priusquam ad electionem deueniatur, in primis, & ante omnia prælegantur constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum. Ad officia, gradus, & prælaturas illi præcipuè eligantur, qui possint, & consueuerint Regulas Ordinis, & constitutiones obseruare, præsertim quæ pertinent ad seruitium chori, ac vestitum, & victum communem.

Iurent electores de meliori eligendo; & ad officia, qui magis Regulam seruant, eligantur.

§. 54. Eligantur in Capitulo generali, vel prouinciali aliquot graues, & periti ex Fratribus cuiuslibet Prouinciæ, saltem tres, qui admittendos ad prædicationem verbi Dei, vel ad audiendas confessiones, etiam ipsorum Fratrum, ac Lectores publicos diligenter simul examinent, priusquam probentur, & ad huiusmodi ministerium admittantur. Horum etiam curæ sit examinare, & probare, tam quo ad doctrinam, quàm quo ad mores promouendos ad quoscumque ordines; in quo seruetur decretum Congregationis interpretum sacri Concilij Trid. hac de causa nuper editum, & promulgatum.

Tres viri graues in examinatores eligãtur.

§. 55. Illud porrò Superiores omnes in Domino admonemus, vt memores sint rationis, quam in nouissimo die reddituri sunt pro grege sibi commisso, ac propterea omni studio inuigilent, vt, qui in eorumdem Ordinum Regulis, & constitutionibus de oratione mentali, silentio, ieiuniis, Capitulo culparum, aliisq; spiritualibus exercitiis prudenter, ac piè sancita sunt, ea omnia, & singula ad vnguem obseruentur, intelligantque super his, veluti fundamentis, omnium Religionum ædificia construenda, & amplianda esse; quæ vt faciliorem exitum sortiantur, & fructus vberiores in animis Fratrum producant, valdè opportunum erit, si in quoliber Conuentu singulis hebdomadis habeatur sermo de religiosa disciplina, regularique obseruantia.

Curent Superiores Regulam seruari, & sermo de religiosa disciplina habeatur.

§. 56. Quo verò omnia ordinatè peragantur, appendatur tabella in loco conspicuo vnius cuiusque Conuentus, in qua distinctè annotetur, quid singulis horis cuiusque diei quilibet frater præstare debeat, vt certo quoque signo prænonitus, maiore animi præparatione suo muneri satisfacere possit. Quæ Ordinis constitutiones, his decretis non aduersantur, inuiolatè custodiendæ erunt.

Tabella eũ horarũ distinctione in loco cõspicuo appendatur.

§. 57. Quibus horum decretorum capitibus certa pœnitentia præscripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius immediati Superioris infligatur. Vt autem hæc decreta, donec alia, quæ pleniorem reformationem facient, edantur, ab omnibus obseruari possint, districtè præcipimus Generalibus, ac omnibus aliis quibuscumque Superioribus, ad quos hoc spectat, vt curent, ac efficiant, ea omnia inter alias eorumdem Ordinum constitutiones perpetuò valituras redigi, interdicta omnino eorum singulis facultate illas declarandi, & aduersus eas vmquam dispensandi, alioquin sciant, se in pœnam Generalatus, & officiorum priuationis, ac inhabilitatis perpetuæ ad alia quoque munera ipso facto, & sine vlla exceptione respectiuè incidisse.

Hæc decreta inter alias constit. perpetuas collocentur.

§. 58. Nos verò prætextu dilatæ publicationis eorum obseruatio quoquo modo differri possit, aut impediri, volumus, vt, post illorum publicationem in Conuentu, vel Monasterio cuiuslibet Ordinis de Vrbe factam, Generalem, aliosque Ordinum Superiores, cæterosq; quoscumque Fratres præsentes sta-

Forma publicandi, ad effectũ obligandi.

Digitized by Google

1624. tim; reliquos verò abſentes citra montes vnius menſis; vltra montes trium menſium ſpatio ita arctent, ac ſi eorum ſingulis perſonaliter intimata fuiſſent. 1624.

Generales hæc decreta publicari faciant.

§. 59. Inſuper mandamus, quòd Generales in ſingulis Conuentibus citra montes vnius menſis; vltra verò montes trium menſium curſu decreta ſuprà dicta publicari faciant, ſub pœna priuationis Generalatus, aliiſque arbitrio noſtro imponendis. Datum Romæ, apud S. Petrum, die 25. menſis Iunij, 1599.

Prouincialis poteſt concedere licentiam eundi Romam.

§. 60. Decretum illud, quo Fratres Romam petere cum Generalis, & Protectoris licentia dumtaxat permiſſum eſt, Sanctitas ſua extendi ad Prouincialem decreuit, ita vt Prouincialis ipſe ex cauſa communi totius Prouinciæ dumtaxat, facultatem huiuſmodi facere valeat; declarauitque pœnam priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ contrafacientibus inflictam Sanctitati ſuæ reſeruatam eſſe, interdicta omnino eorum Superioribus ſingulis, etiam Generali, ac Protectori, facultate illam moderandi, ac relaxandi. Datum Romæ, die 20. Martij, 1601.

Decretum fel: rec. Clem. Papæ VIII. ſuper caſuum reſeruatione, ab omnibus Regularium Superioribus obſeruandum.

Motiua pro caſuum reſeruatione à Superioribus facienda.

§. 61. SAnctiſſimus D. N. qui iampridem accuratè perpendit, ac re ipſa comperit, quòd reſeruatio facultatis abſoluendi Religioſos pœnitentes à peccatis quibuſdam grauioribus, niſi Superiores admodum prudenter, ac moderatè illa vtantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori ſuo conſcientiæ maculas detegere formidant, adducere poſſet in æternæ damnationis periculum, & ſpiritualis remedij deſperationem; Ideò, vt huic malo Sanctitas ſua opportunè proſpiceret, decreuit, vt nemo ex Regularium Superioribus peccatorum abſolutiones ſibi reſeruet, exceptis iis, quæ ſequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout ſubditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicauerint.

§. 62. Veneficia, incantationes, ſortilegia.

§. 63. Apoſtaſia à Religione, ſiue habitu dimiſſo, ſiue retento, quando eò peruenerit, vt extra ſepta Monaſterij, ſeu Conuentus fiat egreſſio. Nocturna, ac furtiua è Monaſterio, ſeu Conuentu egreſſio, etiam non animo apoſtatandi facta.

§. 64. Proprietas contra votum paupertatis, quæ ſit peccatum mortale. Iuramentum falſum in iudicio regulari, ſeu legitimo.

§. 65. Procuratio, auxilium, ſeu conſilium ad abortum faciendum poſt animatum fœtum, etiam effectu ſequuto.

§. 66. Falſificatio manus, aut ſigilli officialium Monaſterij, aut Conuentus. Furtum de rebus Monaſterij, ſeu Conuentus in ea quantitate, quæ ſit peccatum mortale.

§. 67. Lapſus carnis voluntarius opere conſummatus.

§. 68. Occiſo, aut vulneratio, ſeu grauis percuſſio cuiuſque perſonæ.

§. 69. Malitioſum impedimentum, aut retardatio, aut aperitio literarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

Si quod aliud crimen reſeruandi ſit, quomodo id fieri poſſit.

§. 70. Si quod aliud præterea peccatum graue pro Religionis conſeruatione, aut pro conſcientiæ puritate reſeruandum videbitur, id non aliter fiat, quàm generalis Capituli in toto Ordine, aut prouincialis in Prouincia matura diſcuſſione, & conſenſu.

Superiores regulares ſubditorum confeſſiones non audiãt.

§. 71. Non liceat Superioribus Regularium confeſſiones ſubditorum audire, niſi quando peccatum aliquod reſeruatum admiſerint, aut ipſimet ſubditi ſponte, ac proprio motu id ab iis petierint.

Superiores Confeſſores deputent.

§. 72. Superiores in ſingulis domibus deputent duos, tres, aut plures Confeſſarios pro ſubditorum numero maiori, vel minori, iique ſint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui à non reſeruatis eos abſoluant, & quibus etiam reſeruatorum abſolutio committatur, quando caſus occurrerit, in quo eam debere committi ipſe in primis Confeſſarius iudicauerit.

§. 73. Tam

1624. §. 73. Tam Superiores pro tempore exiſtentes, quàm Confeſſarij, qui ad ſuperioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentiſſimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur. 1624. Notitia in confeſſione habita non vtantur ad exteriorem gubernationem.

§. 74. Licebit tamen Superioribus determinare pœnitentias graues quibuſdam peccatis, etiam non reſeruatis, à Confeſſariis imponendas, quæ ſubditos ab huiuſmodi perpetrandis cohibere poſſint. Licet Superiorib⁹ pœnitẽtias determinare.

75. Atque ita per quoſcumque Regularium Superiores, quicumque illi ſint, obſeruari mandauit. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac cuiuſuis Concilij etiam generalis decretis, necnon conſuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore obſeruatis, aut regulis in Generalibus, ſeu Prouincialibus Capitulis editis, ſtatutis, & conſtitutionibus, etiam Apoſtolica auctoritate confirmatis; priuilegiis, indultis, & conceſſionibus quorumcumque Ordinum, quorum tenores hic pro expreſſis haberi voluit, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Petrum, die 26. Menſis Maij, anno Domini 1593. Contrariis derogat.

§. 76. Sanctitas ſua deinceps declarauit, & declarat, vt ſi, huiuſmodi Regularium Confeſſariis caſus alicuius reſeruati facultatem petentibus, Superior dare noluerit, poſſint nihilominus Confeſſarij illa vice pœnitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiore facultate, abſoluere. Superiore negãte Cõfeſſario facultatẽ abſoluendi, ille nihilominus poteſt abſoluere.

Formula concedendi facultatem pro Nouitiis ad regularem habitum recipiendis in Monaſteriis, & locis deſignatis.

§. 77. SAnctiſſimus in Chriſto P. & D. N. D. Clemens diuina prouidentia Papa VIII. cum regularem diſciplinam reſtituere, atque in priſtinum ſtatum reuocare maximè cuperet, Regulareſque omnes vitam moreſque ſuos ad rationem eius Inſtituti, quod quiſque profeſſus eſſet, ita componere, vt quæ ad votorum vim, habitum, victumque communem pertinent, ea potiſſimùm ſinguli religioſiſſimè obſeruarent, generali decreto, quod de Menſe Iunij editum, tertia Iulij, anni 1599. promulgatum fuit, Ordinum Religioſorum Superioribus (nonnullis exceptis) prohibuit, ne aut Nouitios reciperent, aut quemquam ad profeſſionem ante admitterent, quàm à Sanctitate ſua Monaſteria aliquot ad eam rem præſcripta eſſent, in quibus obſeruantia regularis vigeret. Nunc verò eadem Sanctitas ſua à locorum etiam Ordinariis, quibus id muneris demandauerat, certior facta, in infraſcriptis Monaſteriis, & Conuentibus Ordinis N. præfinitum eſſe numerum dumtaxat eorum, qui vel ipſius Monaſterij cenſibus, vel conſuetis eleëmoſynis ſuſtentari ibi commodè poſſunt; atque in iis omnia fideliter obſeruari, quæ ſunt cum illorum profeſſionis perfectione coniuncta, nempe caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ vota, vnà cum cæteris decretis particularibus, vel Inſtituti ipſius, vel Pontificiis, etiam ad victum, veſtitúmque communem ſpectantibus, ipſo decreto, vt ſupra, edito, & promulgato nequaquam obſtante, poteſtatem facit Superiori eiuſdem Ordinis Nouitiatus in infraſcriptis Monaſteriis, & Conuentibus erigendi, Nouitios recipiendi, educandi, atque ad profeſſionem admittendi, modò tamen id ad præſcriptum inſtructionis, iuſſu ſuæ Sanctitatis editum, neque alio modo fiat. Quoniam verò ea eſt ſuæ Sanctitatis mens, & voluntas, vt in Monaſteriis, & Conuentibus, ad alendos Nouitios præfinitis, regularis obſeruantia perpetuò retineatur, mandat, & præcipit, vt in ipſis præſcriptus iam perſonarum numerus in poſterum ſeruetur, nulluſque omnino Superior cuiuſuis conditionis perſonarum, & Nouitiorum numerum augere præſumat, ea pœna propoſita, vt omnibus priuatus officiis, vocis actiuæ, & paſſiuæ ius omne amittat. Vult denique Sanctitas ſua huiuſmodi facultatem per Congregationem reformationis Apoſtolicæ hoc decreto Secretarij manuſcripto concedi, nonobſtante decreto, vt ſupra, promulgato. Datum Romæ, die, &c. Præſcribitur verò numerus Sacerdotum. Clericorum. Nouitiorum. Conuerſorum autem. Eſt forma, prout in ſũmario, & quòd numerus Fratrum deſignatus augeri nõ poſſit.

1624. *Decretum ſuper forma recipiendi Nouitios Regularium ad habitum, & profeßionem.* 1624.

Nouitij nõ recipiantur, niſi ab Ordinariis approbati. Quod tamẽ derogatur hic ſupra, num. 1.

§. 78. SAnctiſſimus in Chriſto P. & D. N. D. Clemens diuina prouidentia Papa VIII. qui aliàs pro regularis diſciplinæ reſtitutione ſingulis Regularium Ordinibus (quibuſdam exceptis) prohibuit, ne ad regularem habitum Nouitios in poſterum reciperent, receptoſue ad profeſſionem admitterent, quouſque in aliquibus cuiuſuis Ordinis Monaſteriis, ſeu Conuentibus, in quibus Nouitiatus pro recipiendis, & educandis Nouitiis deſignarentur, & approbarentur, ad eius, quam profeſſi ſunt, Regulæ præſcriptum, vitam, moreſque reſtituerent, & componerent: Certior deinde factus, quoſdam omnium ferè Ordinum Conuentus, ſeu Monaſteria ad priſtinam illam regularem viuendi formam, & diſciplinam, quam diutius deſiderauerat, fuiſſe redacta, in eiſdem Monaſteriis, & Conuentibus, vt Nouitiatus erigi, Nouitijq; recipi poſſent, ſub certis tamen legibus, ac ea præſertim, vt licẽtia à Congregatione reformationis Apoſtolicæ priùs obtenta eſſet, conceſſit, & ad illa deſignauit, & approbauit. Nunc volens, vt ea, quæ pro Nouitiorum receptione, & inſtitutione de mandato Sanctitatis ſuæ præſcripta fuerunt in poſterum accuratiùs, & exactiùs obſeruentur, vltra formam traditam in conſtitutionibus fel. rec. Sixti Papæ V. & etiam Sanctitatis ſuæ ſuper receptione Nouitiorum, decreuit, ac præſentis decreti virtute mandauit, ne in Conuentibus, ſeu Monaſteriis, ad Nouitios recipiendos de Sanctitatis ſuæ, ſeu dictæ Congregationis reformationis licentia hactenus deſignatis, & approbatis, ſeu in poſterum deſignandis, & approbandis, Nouitij ad habitum recipi vllatenus poſſint, vel admitti, niſi priùs ab ipſa Congregatione, vel à proprijs locorum Ordinarijs, aut ab illis, in quorũ Diœceſi Nouitiatus exiſtunt, in quibus Nouitij recipiendi fuerint, expreſsè, & nominatim Nouitij ipſi recipiendi approbati fuerint, & vt recipi, & admitti poſſint, licentiã in ſcriptis, gratis tamen in omnibus, etiam quo ad ſcripturam concedendam, obtinuerint. Monet autem Sanctitas ſua eoſdem Ordinarios, omnem curam, & diligentiam adhibere, vt circa ætatem, conditionem, educationem, ſcientiam, vitam, & mores, cæteraſque qualitates in ipſis Nouitiis requiſitas, obſeruentur inſtitutiones pro illis recipiendis ab eadem Congregatione reformationis factæ, & publicatæ, neque aliter, nec alio modo aliquem ad habitum recipi permittant, Ordinariorum ipſorum conſcientiam onerando, ſi quempiam approbauerint, vel admitti permiſerint, qui non ſit idoneus, & iuxta conſtitutiones, & inſtitutiones prædictas approbandus, & admittendus. Firmis nihilominus remanentibus pœnis omnibus contra Superiores quorumcumque Ordinum, qui in admittendis ad habitum, & profeſſionem Nouitiis, formam conſtitutionum, & inſtitutionum prædictarum non ſeruauerint, aut Nouitium aliquem, quantumuis idoneum, & approbatum, in quouis alio Conuentu, & loco ſeu Monaſterio, præterquam in hactenus à ſua Sanctitate, vel à dicta Congregatione deſignatis, & approbatis, ſeu impoſterum deſignandis, & approbandis, vel vltra numerum in eorum ſingulis præſcriptum, ſeu præſcribendum receperint, vel admiſerint, ſeu aliàs præmiſſis quouis modo contrafecerint: Irritum ex nunc, & inane decernens, quicquid ſecus, vel aliàs quauis auctoritate, à quouis geſtum, vel attentatum fuerit. Non obſtantibus quibuſcumque, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, die 19. Maij, 1602. Pontif. eiuſdem S. D. N. anno 11.

Monitio ad Ordinarios.

Pœnæ contra Superiores contrafacientes.

Digitized by Google

1624. 1624.

Inſtitutiones ſuper receptione, & educatione Nouitiorum Religioſorum in Monaſteriis, & Conuentibus deſignatis, vel deſignandis, Clementis eiuſdem iuſſu editæ.

§. 79. CVm ad regularem diſciplinam in ſingulis Religioſorum Monaſteriis propagandam Nouitiorum inſtitutio maximè vtilis ſit, ac neceſſaria, & nihil ad grauem illam, ac laudatiſſimam priſcorum Patrum viuendi rationem relaxandam maiorem vim habuiſſe compertum ſit, quàm vel nimiam in recipiendis Nouitiis facilitatem ſupra numerum, quem capere, atque alere Monaſteria ipſa poſſent; vel negligentiam in probando, & examinando eorum ſpiritu, an verè eſſet ex Deo, atque ex præcipuo deſiderio illi inſeruiendi; vel denique incuriam in eis educandis, atque inſtituendis, idcirco, vt huiuſmodi incommodo deinceps occurratur, præcipitur omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, vt in recipiendis Nouitiis, & in eorum inſtitutione, atque educatione, necnon in Magiſtri, & aliorum miniſtrorum electione, præter alia, quæ in ſacris Canonibus, & decretis, præſertim Concilij Trid. pontificiis, & cuiuſcumque Ordinis, aut Inſtituti conſtitutionibus concinentur, tam in aliàs deſignatis, quàm nunc, & in poſterum ad hoc deſignandis Monaſteriis, & Conuentibus, hæc, quæ ſequuntur inuiolatè obſeruari, & exequi perpetuò curent. *Motiua harum ordinationum.*

§. 80. Primùm, quòd attinet ad Nouitiorum recipiendorum formam, vitæ diligentem perquiſitionem, quæ habenda erit de vniuſcuiuſque natalibus, corporis habitudine, moribus, & vita ante acta, ac præcipuè eorum, qui ſextumdecimum ætatis ſuæ annum excedent, an criminoſi, an ære alieno grauati, vel reddendæ alicuius adminiſtrationis rationi obnoxij ſint, iuxta formam conſt. ſel. rec. Sixti V. & moderationum ſubſecutarum; illud etiam Superiores, ad quos ſpectabit, ſedulò perquirant, vt quibus in Monaſteriis, & Conuentibus ex Apoſtolica facultate Nouitiatus fuerint inſtituti, in iis ad Religionem nullus in poſterum admittatur, qui & ex honeſtis parentibus natus non ſit, & conditiones ſacris Canonibus, ſummorumque Pontificum conſtitutionibus præſcriptas non habeat, iuxta decretum ſuper forma de recipiendis Nouitiis, die 19. Maij 1602. editum. *Quæ conditiones requirantur in Nouitiis recipiendis.*

§. 81. Quiſque recipiendus in aliquo Ordine regulari, etiam Mendicantium, in ea ſit ætate conſtitutus, quam eius Ordinis, in quo recipietur, regularia inſtituta, & ordinationes requirunt; eam verò literarum ſcientiam calleat, aut illius addiſcendæ ſpem indubiam præferat, vt minores, & ſuis temporibus maiores Ordines iuxta decreta ſacri Concilij Trid. ſuſcipere valeat. Sed ſi quis annum vigeſimum quintum excedens, ad habitum regularem admitti poſtulauerit, & talis eruditionis expers inuentus fuerit, in Conuerſorum tantùm, quibus literarum ſcientia non eſt neceſſaria, numerum referatur. Ipſi autem Conuerſi non recipiantur ante vigeſimum ætatis ſuæ annum, & niſi ſaltem præcipua doctrinæ Chriſtianæ capita nouerint. *Quam ætatem, & ſcientiam habere debeant, etiam Conuerſi.*

§. 82. Demum Superiores diligenter exquirant, quo ſpiritu, qua mente, ac voluntate id regularis vitæ genus elegerint, quem ſibi finem propoſuerint, num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitæ, & vt Deo liberiùs famulari poſſint, an potiùs leuitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi ducantur, & an eorum parentes ope, & ſubſidio ipſorum indigentes, deſtituantur. *De quibus debeant examinari.*

§. 83. Prouideant quoque, vt omnes, etiam Conuerſi, recipiendi, priuſquam ad habitum regularem admittantur, ab iis quibus munus hoc incumbit, de Regula, quam profeſſuri ſunt, tribus vocis eſſentialibus, ſtatuque regulari, & aliis cuiuſque Ordinis peculiaribus inſtitutis, & conſtitutionibus diligenter inſtruantur. Et quia quarumdam Religionum mos eſt, nedum Conuerſos ad profeſſionem admittendos, verùm & Oblatos, vt vocant, recipere, circa ipſorum Oblatorum receptionem vnaquæque Religio ſuas peculiares conſtitutiones, ſpecialiaque inſtituta obſeruare teneatur. *Inſtruantur de Regula, & votis, antequam ad habitum recipiantur.*

1624. Nouitij ſtatim recepti confeſſionẽ generalem faciant.

§ 84. Statim atque Nouitij ad habitum recepti, & in locum Nouitiatus introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum confeſſionem totius ante actæ vitæ conſcientiam diſcutiant, & expurgent. 1624.

De ſitu, & poſitura Nouitiatus; In quo etiã Magiſter, & ſocius ſtent.

§. 85. Quod verò ad loci qualitatem vniuſcuiuſque Nouitiatus ſpectat, locus huiuſmodi propria clauſura ab ea parte Conuentus, & Monaſterij, in qua degunt profeſſi, ſegregatus ſit, atque diſtinctus, habeatque tot ad dormiendum cellulas ſeparatas, quot erunt numero Nouitij, vel dormitorium ita capax, vt pro ſingulis ſinguli lecticuli commodè ſterni poſſint, in quo etiam cellula, vel certus, ac determinatus locus pro Magiſtro, eiuſque ſocio reperiatur.

Sit in eo, locus pro collationibus: Caminus quoque ad calefaciendum.

§. 86. In eo etiam, per alias communes commoditates, aptus locus adſit ad ſpirituales collationes, ſeu conferentias faciendas, ac lectiones, inſtructioneſq; Magiſtri audiendas, & in quem hyemis tempore ad calefaciendum ſe igne communi recipiant.

Sit etiam in eo Oratorium.

§ 87. Oratorium inſuper, ſeu Capella, ſi cõmodè fieri poterit, ad Nouitios in ſpiritualibus, præſertim in cæremonijs, Eccleſiaſticiſq; functionibus exercẽdos.

Hort⁹ quoque ſin minus, ad cõmunẽ, aliis excluſis.

§. 88. Hortus quoque peculiaris ad honeſtam recreationem, bene concluſus, atque munitus adſit; ſin minus, hortum cæteris Fratribus communem recreationis tempore ingrediantur; Ipſis verò Nouitiis ibi commorantibus, curabit Magiſter cum loci Superioris auctoritate, ſi opus fuerit, ne in eumdem quiſquam alius ingrediatur.

In Nouitiatum ſolus Magiſter, ac ſocius, & aliquando Superior ingrediantur.

§. 89. Ad huiuſmodi locum Nouitiatus nemini eiuſdem, vel alterius Ordinis Regulari, etiam Conuentus, & Monaſterij officiali vllo vmquam tempore ſub quouis prætextu aditus pateat, præterquam Magiſtro, eiuſque ſocio, ac etiam Monaſterij, aut Conuentus Superiori, ſi quandocumque ingrediendum ſibi neceſſariò exiſtimauerit; quo tamen caſu aliquem ſemper ex ſenioribus Conuentus, vel Monaſterij Patribus ſocium aſſumat.

Nouitijquo modò alloquendi.

§. 90. Huius loci clauſuræ clauis apud Magiſtrum ſemper aſſeruetur, illique ſoli liceat ex graui tantùm cauſa ingreſſum illuc alicui permittere; Si quis autem Nouitiorum quempiam alloqui voluerit, Magiſtro præſente, & non aliter, alloquatur.

Magiſter Nouitiorũ, & ſocius in Capitulis prouincialibus eligãtur per triẽnium.

§. 91. Nouitiorum Magiſtro ſocius, ſi per Nouitiorum inſtruendorum multitudinem neceſſarius fuerit, vita, & moribus, quoad fieri poterit, conſimilis deputetur, qui in his, quæ ad Nouitiatus regimen ſpectant, dicto Magiſtro immediatè ſubiectus exiſtat; eligunturque tam Magiſter, quàm ſocius, per prouinciale Capitulum, per triennium ad minus onus huiuſmodi ſubituri. Quòd ſi aliquo caſu extra tempus capitulare noua loca Nouitiatus concedi contingat, tunc electionem Magiſtri Nouitiorum, & ſocij huiuſmodi in his nouis locis per Generalem, vel Prouincialem, ſeu Miniſtrum, aut eorum Viſitatores, ſeu Vicarios, de Definitorum tamen, vel grauiorum aliorum Patrum conſenſu fieri permittatur; idémque ſeruetur, ſi intra triennium, alterum, vel vtrumque vrgenti aliqua de cauſa ex illis locis amoueri, vel mori contigerit, in cuius, vel quorum locum alij conſimiles ſubrogari debeant.

De conditionib⁹ Magiſtri Nouitiorum, & ſocij.

§. 92. Tam Nouitiorum Magiſter, quàm ſocius, ab iis omnibus officiis, oneribuſque vacationem habeant, quæ Nouitiorum curam, & regimen impedire valeant. Ipſe Magiſter Sacerdotali ordini ſit initiatus, ac in quinto ſaltem ſupra trigeſimum ætatis ſuæ anno conſtitutus, & per decennium à profeſſione emiſſa in Religione perſtiterit; ſocius verò trigeſimum annum excedat, ſintq; ambo doctrina, &, quantum per Superiorum diligentiam, & vires fieri poterit, vitæ etiam ante actæ exemplo præſtantes, orationis præterea, & mortificationis operibus addicti, prudentia, charitateque referti, non ſine affabilitate graues, zelum Dei cum manſuetudine præſeferentes, ab omni cordis, ac animi perturbatione, ira præſertim, & indignatione, quæ in ſe, & erga alios charitatem impedire conſueuerunt, quàm longiſſimè alieni; & tales demum, qui in omnibus ſeipſos bonorum operum exemplum præbeant, vt ij, qui eorum curæ ſubſunt, illos non tam metuant, quàm reuereantur, nec illis vmquam detrahere quicquam poſſint.

§. 93. Habeat

Digitized by Google

1624. §. 93. Habeat etiam Magister plenam, & absolutam potestatem circa Nouitiorum institutionem, ac Nouitiatus regimen, ita vt in illis nemini (Visitatoribus ac Superioribus maioribus, vel etiam localibus exceptis) quouis colore se ingerere liceat. 1624. Magister habet plenã potestatem circa Nouitios.

§. 94. Curam adhibeat diligentem, vt Nouitij omnes in regulari disciplina sedulò exerceantur, agnoscantque præcipuè diuinæ, qua digni facti sunt, vocationis præstantiam, & excellentiam, quæ vera sit, atque perfecta vtorum solemnium, & quàm necessaria cuiusque Ordinis constitutionum obseruantia, modum in oratione, tum vocali, tum mentali fructuosè persistendi, illicitas passiones, & vitia (ad quæ natura per peccatum labefactata, omni tempore prona est, atque procliuis) per sensuum custodiam, & mortificationem cohibendi, austeritatem, ieiunia, disciplinas, conscientiæ puritatem, crebram illius discussionem, Sacramentorum frequentiam, confessionis præsertim, quæ bis saltem singulis mensibus fiat per aperitionem quotidianam motuum internorum cordis, & tentationum manifestationem, per exercitium humilitatis circa viliora ministeria, per modestiam in omnibus actionibus, diuturnumque silentium. De quibus debent Nouitij instrui.

§. 95. Quilibet Nouitius bis quotidie orationi mentali, & vocali incumbat, vnusquisque secundùm propriam capacitatem, & ordinem sibi à Magistro præscriptum, ac pluries in die propriam conscientiam vnusquisque examinare contendat; ipsi autem Magistro soli Nouitiorum, confessiones audiendi cura committatur. Liceat tamen Superiori, etiam locali, si ita expedire iudicauerit, vel per se ipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel, aut bis in anno eorumdem Nouitiorum confessiones audire. Nouitij orationi incumbant, & Magistro confitẽtur. Huic obstat nostrũ Correct. nu 89. cui nõ puto derogari.

§. 96. Quotidie Missæ sacrificio intersint, & statutis horis in choro nocturnis, diurnisque diuinis Officiis assistant. Missæ intersint, & horis canonicis.

§. 97. Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel scribant res spirituales, modestam animi recreationem interponant, quæ in solitario loco, & commodo extra Nouitiatum semel in hebdomada, vel in alternis saltem hebdomadibus longior statuatur, fiatque semper, Magistro præsente, vel socio, qui multùm inuigilent, ne duo ab aliis commorentur disiuncti, atque eo tempore cuiusque, in quam natura feratur, propensionem scrutentur. Vacent etiã exercitiis corporalib.

§. 98. Non liceat eis, durante Nouitiatus, & probationis tempore, vnà cum professis, nisi in choro, in Ecclesia tempore officiorum, in processionibus, aut in cœnaculo causa refectionis commorari, nec permittatur eis professos domo exeuntes comitari. Cum professis non conuersentur.

§. 99. Pro communibus, & proprijs cuiusque necessitatibus, quæ accidere possunt, vnus ex Nouitijs ipsis, ætate, moribusq; prouectior deputetur, qui, absente socio, Magistro permittente, omnia, prout opus fuerit, agat, cui etiam ianuæ custodia, & rerũ leuioris momẽti prouisio intra Nouitiatũ cõmitti poterit. Vni Nouitiorum cõmittatur ianuæ custodia.

§. 100. Cum autem licet Clericorum bene instituendorum cura debeat esse præcipua, Conuersorum tamen religiosa institutio non sit prætermittenda, quin potiùs æquanimiter amplexanda, quandoquidem satis exploratum est, istorum etiam, cum regulam profiteantur eamdem, perfectam educationem, tum Religioni decorem, & ornamentum, tum aliis Christi fidelibus ædificationem, exemplum, atque vtilitatem afferre: Conuersis ipsis à Clericorum Nouitiatu separatus ad dormiendum locus, quantum commodè fieri poterit, assignari præcipitur: illi tamen, hac separatione non obstante, Magistro Nouitiorum, seu Superioribus Monasteriorum, & Conuentuum, iuxta cuiusque Ordinis statuta, & constitutiones subditi esse, & obedientiam præstare debebunt, à quo non tantùm circa corporalia obsequia probandi, & exercendi, verumetiam pro eorum capacitate, & commoditate de spiritualibus, præsertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt; quod vt commodius fiat, ad capitula, & spirituales conciones, quæ per Magistros Nouitijs fieri solent, accersiri debeant, & in Ecclesijs statutis horis conueniant, nisi tunc in suis officijs actualiter occupati fuerint. Conuersorũ cura non omittenda.

1624. Conuersi 21. annũ ad profitẽdum habeant.

§. 101. Tempore verò probationis elapso, ij tantùm, qui non solùm religiosæ perfectionis capaces, sed ad laborem corporalem apti nouo, ac diligenti examine reperti fuerint, dummodò ætatis suæ annum quo ad Clericos decimumsextum, quò verò ad Conuersos vigesimumprimum excesserint, ad professionem admittantur; sed qui ad Conuersorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis, non possint. 1624.

Habeat Superior librũ, in quo Nouitius ũpro fessio regis-tretur.

§. 102. Superior cuiuslibet Conuentus, in quo Nouitiatus fuerit constitutus, particularem librum habeat, in quo vniuscuiusque Nouitij professio registretur, illamque Nouitius professus propria manu, & duo testes, qui præsentes fuerint, subscribant.

Conuersi loco subscriptionis, signum crucis faciant.

§. 103 Conuersus verò literarum ignarus professus, in eorumdem testium, qui subscripserint, præsentia propria manu signum crucis apponat, asseruetur-que liber, & custodiatur in archiuio, vbi scripturæ ad Monasterium, seu Conuentum pertinentes reponi consueuerunt.

Conuentus facientes filiationes, ad loca Nouitiatũ Nouitios mittant.

§. 104. Quia vero in quibusdam Ordinibus filiationis vsus est receptus, declaratur, quòd licet decretum sit, vt Nouitiis educandis certa Monasteria, aut Conuentus designata quilibet Ordo habere debeat, licitum tamen sit Superioribus Monasteriorum, & Conuentuum huiusmodi Ordinum, in quibus filiationis vsus receptus est, eos, quos prænarratis qualitatibus suffultos reperierint, in suorum locorum filios iuxta cuiusque Ordinis constitutiones ascribere, sicq; ascriptos cum iuxta præsentes institutiones, & aliàs, seruatis seruandis, ad Ordinem recepti fuerint, ad loca nouitiatuum cum testimonialibus literis transmittere, vbi tamquam dictorum Conuentuum, seu Monasteriorum filij, eorumdem nomine, & instantia recipi, ac in Nouitiatu probari, & deinde, antequam ad eadem Monasteria, seu Conuentus filiationis huiusmodi remittantur, in professorio ad perfectionẽ, vt præmissum est, exerceri debebunt.

Capitula prouideant circa singulos Cõuentus, quòd filiis opus erit.

§. 105. Porrò, ne loca vnius Monasterij, seu Conuentus ab alio præoccupentur, Capituli generalis, aut prouincialis partes erunt numerum præscribere pro omnibus, & eam similiter rationem circa alimentorum contributionem, si opus fuerit, inire, ac singulis Conuentibus, & Monasteriis præscribere, quæ magis expedire videbitur.

Nouitij recens profes-si in aliud professorũ collocẽtur.

§. 106. Vt autem Nouitij iam in professorum numerum, sicut præmittitur, recepti, meliùs in bono spiritu, regularisque disciplinæ obseruantia stabiliantur, & confirmentur, mandatur, vt statim post professionem emissam, si in Conuentibus, aut Monasteriis pro Nouitiatibus assignatis locus aderit secundi Nouitiatus, siue professorij, ab ea, quæ Nouitiorum est, atque antiquorum professorum habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocentur, si Monasterium, aut Conuentus eos alere queat; sin minùs, in alium commodiorem Conuentum, aut Monasterium transferantur, in quo is locus cum requisitis ad Nouitiatum supra narratis reperiatur, vel accõmodetur, aut de nouo construatur.

Religiones, quæ cõuentuum Nouitios maiori tempore in Nouitiatu tenere, consueuerunt.

§. 107. Ab hoc tamen illæ Religiones excipiuntur, quæ suarum constitutionum, seu institutorum vigore maioris temporis cursu nouos professos intra Nouitiatum detinere consuescunt, quibus in hac parte non derogatur, illis tamen permittitur, vt, prædictis earum constitutionibus non obstantibus, idipsum facere possint, si id rationi, ac Religioni magis expedire diiudicáuerint, quibus in locis degant sub regulis, & modo viuendi adhuc arctiori, quàm seruent antiquiores professi, ita quòd in negotiis Monasteriorum, aut Conuentuum non se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alicuius exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permaneant, quousque ad ætatem sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem deuenerint, vel saltem per triennium post professionem, quo etiam tempore poterunt, quinimmo & debebunt literarum studiis operam nauare sub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Nouitiorum Magistrum præditum esse oportere dictum est.

Nouitij nõ recipiantur, nisi in locis designatis.

§. 108. Declaratur tamen, quòd propter præmissa non censeatur concessa licentia recipiendi Nouitios, nisi in locis pro Nouitiatu designatis, aut in posterum

1625. ſterum deſignandis, & pro numero dumtaxat in eorum ſingulis præſcripto, vel præſcribendo. 1625.

§. 109. Denique ſi illi, qui inter Religioſos gradu, & ordine Superiores ſunt, & alij, ad quos ſpectat, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, ſeu quouis modo contrafecerint, officiorum omnium, quæ tunc obtinebunt, priuationem, grauioréſque pro modo admiſſæ culpæ pœnas ſe ſubituros certò ſciant. Datum Romæ, apud S. Petrum, die 19. Martij, 1603. Ant. Seneca Reform. Apoſt. Secr. Anno 1614. Indictione 7. Pōtificatus autem S. D. N. D. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius 2. die verò 26. Menſis Octobris, ſupradicta decreta, tam ſacræ Congreg. Concilij, quàm S. M. Clementis VIII. affixa, & publicata fuerunt ad valuas Baſilicarum S. Ioannis Lateranen. & Principis Apoſtolorum, necnon in acie campi Floræ, vt moris eſt, per nos Camillum Fundatum, & Iulium Marzitellum Curſores Sanctiſſimi. Brandimartes Latinus pro Magiſtro. DD. Curſ. Pœnæ contrafacientibus.

CONSTITVTIO III.

Quæ ſunt decreta Congreg. Concilij, iuſſu Vrb. VIII. edita de celebratione Miſſarum, & numero Fratrum vnicuique Conuentui deſignandorum. 1625.

CVm ſæpè contingat, in quibuſdam Eccleſiis, tam magnum Miſſarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum relictis, aut piorum eleëmoſynis impoſitum eſſe, vt illis pro ſingulis diebus præſcriptis nequeat ſatisfieri, & tamen noua onera Miſſarum in dies ſuſcipiantur, indéque fiat, vt depereant piæ teſtantium voluntates, obſtricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animæ ſuffragiis priuentur, Eccleſiis debitus ſubtrahatur cultus, ac Chriſti fideles graui ſcandalo affecti plerumque à ſimilibus charitatis operibus retrahantur: Cúmque his malis maximum inter cætera fomentum præbeat, aut quòd hi, qui Miſſas ſupra vires celebrandas ſuſcipiunt, ſperent illas breui ad pauciorem numerum à Superioribus reductum iri, aut quòd Eccleſiis, ſorte pecuniarum abſumpta, plerumque nuda remaneant onera Miſſarum abſque vllo emolumento, aut quòd eleëmoſyna pro illis celebrandis ſit adeo tenuis, vt non facilè inueniantur, qui velint huic ſe muneri ſubiicere, & redditus Eccleſiæ, aut Monaſterij adeò exigui, vt Sacerdotes pro neceſſaria ſua ſuſtentatione nouis ſe oneribus obſtringere compellantur. Sacra Congreg. Card. Concilij Trid. interpretum animaduertens, facturam ſe rem Deo gratiſſimam, charitatique ac iuſtitiæ maximè conſentaneam, ſi pro viribus ſatagat hunc teterrimum abuſum è Chriſtiana Republica conuellere, atque eradicare S. D. N. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. auctoritate ſibi ſpecialiter attributa, infraſcripta decreta edidit. Motiua.

§. 1. Ac 1. diſtrictè prohibet, atque interdicit, ne Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquo modo reducant onera vlla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis; ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ, re diligenter perſpecta, id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiuſmodi, ſi quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, atque inanes decernit. Onera Miſſarum non reducantur, niſi ab Apoſtolica Sede.

§. 2. Deinde vbi pro plurimis Miſſis etiam eiuſdem qualitatis celebrandis plura ſtipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, ſiue ab vna, ſiue à pluribus perſonis collata fuerunt, aut conferentur in futurum, Sacerdotibus, Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Monaſteriis, Conuentibus, Congregationibus, domibus, ac locis piis quibuſcumq;, tam ſecularibus, quàm regularibus, ſacra Cōgregatio ſub obteſtatione diuini iudicij mādat, ac præcipit, Tot Miſſæ celebrentur, quot ſtipendia ſunt recepta.

Digitized by Google

1625. vt abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleëmoſynæ præſcriptæ fuerint, ita vt alioquin ij, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant, quinimmo grauiter peccent, & ad reſtitutionem teneantur. 1625.

Reuocantur priuilegia ſatisfaciendi Miſſis cũ anniuerſariis, vel collectis.

§. 5. Id verò vt deinceps obſeruetur exactiùs, ſacra Congregatio eadem auctoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibuſuis perſonis, Eccleſiis, ac locis piis, tam ſecularibus, quàm regularibus cuiuſcumque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti quamcumqne ob cauſam conceſſa, quibus indulgetur, vt certarum Miſſarum, vel anniuerſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeu orationibus plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.

Qui certam pecuniam pro Miſſa celebranda ſumpſit, minorem pro ea alteri nõ der.

§. 4. Ac ſimiliter omne damnabile lucrum ab Eccleſia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleëmoſyna, ne eamdem Miſſam alteri, parte eiuſdem eleëmoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat.

Pecuniæ recipiendæ cũ onere perpetuo Miſſarum conuertantur in bona immobilia.

§. 5. Præterea, ne in Eccleſiis, in quibus onera Miſſarum in perpetuum impoſita ſunt, Sacerdotes in eis, vt par eſt, adimplendis eò tepidiores, ac ſegniores reddantur, quòd onera huiuſmodi cum nulla, aut parua ſint vtilitate coniuncta, ſtatuit, atque decernit, vt pecuniæ, ac bona mobilia Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monaſteriis, Conuentibus, ac locis omnibus, tam ſecularibus, quàm regularibus, atque illorum perſonis in futurum ſimpliciter acquirenda cum onere perpetuo Miſſarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda, à die realis acquiſitionis ſtatim deponi debeant penes ædem ſacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, ſeu illorum pretium quamprimùm inueſtiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expreſſa, & indiuidua mentione oneris, quod illis annexum reperitur; ac, ſi eadem bona immobilia auctoritate Apoſtolica deinceps alienari contigerit, eorumdem pretium ſub eadem pœna, vt ſupra, deponi, atque in aliis bonis ſtabilibus itidem fructiferis, cum eiuſdem oneris repetitione, atque annexione conuerti debeat.

Onera perpetua Miſſarum non recipiantur ſine Epiſcopi, vel Generalis, aut Prouincialis licentia; & Miſſæ manuales quando recipiendæ.

§. 6. Ad hæc ſacra Congregatio quibuſuis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, ac piorum locorum, tam ſecularium, quàm regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, diſtrictè prohibet, ne in poſterum onera perpetua ſuſcipiant Miſſarum celebrandarum, ſeculares quidem ſine Epiſcopi, vel eius generalis Vicarij, Regulares verò ſine Generalis, vel Prouincialis conſenſu, & licentia, in ſcriptis, & gratis concedenda; alioquin ſecularis, qui huius prohibitionis tranſgreſſor extiterit, ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus ſit eo ipſo, Regularis verò pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de de cætero obtinenda, vociſque actiuæ, ac paſſiuæ, abſque alia declaratione incurrat. Eleëmoſynas verò manuales, & quotidianas pro Miſſis celebrandis ita demum iidem accipere poſſint, ſi oneribus antea impoſitis ita ſatisfecerint, vt noua quoque onera ſuſcipere valeant; alioquin omnino abſtineant ab huiuſmodi eleëmoſynis etiam ſponte oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant ab Eccleſiis cum inſcriptione illa, Eleëmoſyna pro Miſſis, vel alia ſimili, ſub iiſdem pœnis ipſo facto incurrendis, ne fideles hac ratione fruſtrentur. Epiſcopus verò, ſeu eius Vicarius, aut Generalis, vel Prouincialis, vbi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter inquirant de ſingulis Miſſarum celebrandarum obligationibus, cuique Eccleſiæ, Monaſterio, aut loco pio incumbentibus, nec antea aſſenſum huiuſmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè conſtiterit, illius Sacerdotes tam nouo oneri ſuſcipiendo, quàm antiquis iam ſuſceptis ſatisfacere poſſe; præcipuamque rationem habeant, vt redditus, qui Eccleſiis, & locis piis relinquuntur, omnino reſpondeant oneribus adiunctis, ſecundùm morem cuiuſque Ciuitatis, vel Prouinciæ; intelligantque ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint, in nouiſſimo die ſe huius prætermiſſi muneris rationem eſſe reddituros.

§. 7. Poſtremò

1625. §. 7. Poſtremò illuſtr. Patres non ſine graui animi dolore intelligentes, mala ferè omnia, quæ regularem diſciplinam euertunt, ac præcipuè nimiam hanc facilitatem fouent in oneribus Miſſarum ſupra vires ſuſcipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex maiori Regularium numero, quàm ferant redditus, & eleëmoſynæ cuiuſque Monaſterij; inhærentes Summorum Pontificum, ac ſacri Trid. Concilij decretis hac de re editis, S.D.N. auctoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & ſingulis Generalibus, Prouincialibus, Commiſſariis, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Guardianis, Vicariis, & quibuſcumque aliis Superioribus Monaſteriorum, Conuentuum, ac domorum regularium, bona immobilia poſſidentium, vel non poſſidentium, cuiuſcumque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti exiſtentium intra fines Italiæ, & Inſularum adiacentium, vt ſinguli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus ſui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum vſu peritioribus, bona immobilia, cenſus, redditus, & prouentus omnes, conſuetas item eleëmoſynas, & obuentiones, tam communes Monaſteriorum, Conuentuum, & domorum eiuſdem Prouinciæ, quàm etiam ſingularibus perſonis religioſis aſſignatas, ſeu permiſſas, in communem vſum deinceps conferendas, decem annorum immediatè præcedentium habita ratione, diligenter, & maturè recognoſcant, iis omnibus detractis, quæ reparationes, præſtationes, grandines, ſterilitates, aliaue cuiuſlibet generis onera conſueuerunt abſorbere, eaque omnia ſcripto fideliter exarata idem Superior, cuius intereſt, in proximo Capitulo, ſeu Congregatione generali, vel prouinciali coram tribus iudicibus, ab ipſomet Capitulo, ſeu Congregatione deligendis proponat, qui, computatis huiuſmodi redditibus, eleëmoſynis, & obuentionibus vniuerſis, & oneribus, vt ſupra, detractis, ſedulò examinent, quot religioſi homines, connumeratis etiam laicis, aliiſque neceſſariis ſeruientibus, in vnoquoque Monaſterio, Conuentu, & domo regulari, iuxta Regionis, & proprij Inſtituti morem, victum, & veſtitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant ſuſtentari. Tum eorumdem bonorum, reddituum, eleëmoſynarum, & onerum præciſam notam ipſimet Capitulo, ſeu Congregationi exhibeant, vt in illo, diligenter omnibus diſcuſſis, cuiuſque familiæ, Monaſterij, Conuentus, ac domus regularis, in ſingula quaque Prouincia certus earum tantùm perſonarum numerus Patrum capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, eleëmoſynis, & obuentionibus, vt ſuperiùs, ſufficienter ali poſſint. Ne verò Superiores, qui id præſtare debent, ſeriùs, aut remiſſiùs, quàm par eſt, ſuo muneri ſatisfaciant, mandat ſacra Congregatio, vt infra annum, poſt proximum Capitulum generale, vel prouinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter geſta, in authenticam formam redacta, ad ſacram ipſam Congregationem Concilij ſinguli mittant; numerũq; familiæ, ſingulorumque Conuentuum, Monaſteriorum, & domorum huiuſmodi regularium, Capituli, ſeu Congregationis generalis, vel prouincialis ſententia, & auctoritate præfinitum iidem Superiores, tam Generales, & Prouinciales omnes, quàm locales perpetuò ſeruare omnino teneantur, nec poſſint illum quoquo modo augere, etiam prætextu augmenti reddituum, abſque ſacræ ipſius Congregationis licentia. Superiores autem huiuſmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præſtiterint, vel numerũ, vt ſupra, præſcriptum quouis modo augere præſumpſerint, priuationis omnium officiorum, quæ tũc temporis obtinebunt, vociſque actiuæ, ac paſſiuæ, & ad omnia ſuæ Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipſo incurrere, atque aliis etiam grauioribus à Sede Apoſtolica infligendis pœnis ſacra Congregatio ſubiacere voluit, & declarauit.

1625. Vnicuique Conuentui is numerus Fratrum aſſignetur, quod commodè poſſit ſuſtentari. Trid. ſeſſ. 25. de reg. c. 3.

§. 8. Deinceps verò Monaſterium, Conuentus, domus, Congregatio, vel Societas Religioſorũ, ſeu Regularium nullibi recipiatur, niſi, præter alia ad id requiſita, in ſingulis eiuſmodi locis duodecim ſaltem Fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleëmoſynis, detractis omnibus, vt ſupra, detrahendis, competenter ſuſtentari valeant ad præſcriptum decreti

Conuentus, vbi ſuſtentari nõ poſſint 12. Fratres, non recipiantur, alioquin Ordinario ſubſint.

Digitized by Google

1625. fel.rec. Gregor. XV. hac de re editi; alioquin Monasteria, & loca huiusmodi posthac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, vt supra, sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarij loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni subiecta esse intelligantur. 1625.

Hæc decreta sexto quoque mense in publica mensa legãtur. Et nullus interpretetur.

§. 9. Porrò, ne vllo vmquam tempore hæc in obliuionem, seu desuetudinem abeant, Superiores locales cuiusque Monasterij, Conuentus, ac domus regularis curare, atque efficere teneantur sub pœna priuationis officij, vocisque activæ, & passiuæ ipso facto incurrenda, vt in perpetuum sexto quoque mense, ideſt feria secunda post primam Dominicã Aduentus, & feria sexta post Octauam Corporis Christi, præsentes ordinationes in publica mensa perlegantur: Omnibus, tam ecclesiasticis personis, cuiuscumque sint Ordinis, conditionis, & gradus, quàm laicis, quocumque honore, ac potestate præditis, præsentia decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.

Derogat contrarijs.

§. 10. Non obstantibus quo ad suprascripta omnia, & singula in præsentibus decretis contenta, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, in fauorem quarumcumque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Ioannis Hierosolymit. Congregationũ, Societatum, ac cuiuslibet alterius Instituti, etiam necessariò, & in indiuiduo exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum quorũcumque, tam secularium, quàm regularium locorum, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam Marimagno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quo ad ea, quæ præsentibus aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, sacra Congregatio Sanctitatis suæ auctoritate specialiter, & expressè derogat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Det formã publicandi, & transumptis fidem iubet adhiberi.

§. 11. Et, ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, voluit eadem sacra Congreg. vt præsentes ordinationes in valuis Basilicarum S. Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie campi Floræ, vt moris est, affixæ, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent. Vtque earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ, die 21. Iunij, 1625. Cosmus Card. de Torres; Loco † sigilli. Prosper Fagnanus.

Declarationes aliquot sacræ Congregationis Concilij S. D. N. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. auctoritate editæ super decretis eiusdem Congregationis de celebratione Missarum.

§. 1. SVper primo sacræ Congregationis de celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquo modo reducant onera vlla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis.

Quæritur,

Digitized by Google

1625. Quæritur, quid, si legatum sit ita tenue, vt non sit, qui velit onus illi iniunctum subire, &, si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum insumendum sit pro expensis ad id necessariis? Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, vt possit huiusmodi onera moderari? 1625.

§. 2. Secundò, super secundo eiusdem Congregationis decreto, quo cauetur, vt celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributæ eleëmosynæ præscriptæ fuerint. Quæritur, an verba illa (præscriptæ fuerint) intelligenda sint, de præscriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

§. 3. Tertiò, an cùm Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam, iuxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo teneantur Missas illis ab offerente præscriptas celebrare?

§. 4. Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione beneficij, seu capellæ, legati, aut salarij, possint etiam manualem eleemosynam pro Missis votiuis, aut defunctorum recipere, & vnico Missæ sacrificio vtrique oneri satisfacere?

§. 5. Quintò, posito, quòd testator relinquat, vt celebrentur pro eius anima centum Missæ, absque vlla præscriptione eleemosynæ. Quæritur, an liberum sit hæredibus eleemosynam sibi bene visam præscribere; an verò eadem eleemosyna præscribenda sit ab Ordinario?

§. 6. Sextò, super tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio reuocat priuilegia, quibus indulgetur, vt certarum Missarum, vel anniuersariorum celebratione, aut, aliquibus Collectis, seu Orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat. Quæritur, an verba (in futurum suscipiendis) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post priuilegium?

§. 7. Septimò, super quarto eiusdem Congregationis decreto, quo prohibetur Sacerdori, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem Missam alteri, parte eiusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat. Quæritur, an permittendum sit administratoribus Ecclesiarum, vt retineant aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiæ, altarium, inseruientium, paramentorum, luminum, vini, hostiæ, & similium?

§. 8. Octauò, an hoc decretum habeat locum in beneficiis, quæ conferuntur in titulum, idest, an rector beneficij, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reddituum beneficij?

§. 9. Nonò, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna maior solita pro celebratione Missæ, debeant dare eamdem integram eleemosynam iis quibus Missas celebrandas committunt, an verò satis sit, vt dent celebrantibus eleemosynam consuetam?

§. 10. Decimò, super quinto eiusdem Congregationis decreto, quo inter cætera statuitur in hæc verba, Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, vt noua quoque onera obire valeant, alioquin omnino abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis in futurum recipiendis, & capsulas auferant, &c. Quæritur, an hoc decretum prohibeat absolutè, quominus accipiant nouas eleemosynas ij, qui acceptis non satisfecerunt, & quid, si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

§. 11. Vndecimò, quid, si offerens eleemosynas, audito impedimento, consentiat, vt Sacerdos Missam celebret cumprimùm poterit?

§. 12. Duodecimò, an pœna interdicti, & aliæ appositæ in eodem decreto, afficiant tam eos, qui accipiunt eleemosynas contra formam ibi præscriptam, quàm eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesiis, vt ibidem præcipitur?

§. 13. Decimotertiò, an in hoc decreto comprehendantur illæ capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesiis in die commemorationis omnium Sanctorum, & vulgo dicuntur (Casse de morti)?

§. 14. Decimoquartò, an administratores Ecclesiæ magnæ deuotionis, & concursus, possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si iisdem Missis

1625. non, niſi poſt longum tempus, ſatisfacere valeant, ne aliàs cultus Eccleſiæ, & deuotio, ac concurſus fidelium, vt aiunt, minuantur? 1625.

§. 15. Decimoquintò, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa ſolis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, & piorum locorum, tam ſecularium, quàm regularium Superioribus, de quibus fit expreſſa mentio, non autem priuatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur ſub clauſula generali (Et aliis, ad quos pertinet) ſupplicatur pro opportuna declaratione.

§. 16. Decimoſextò, ſuper ſeptimo eiuſdem ſacræ Congregationis decreto, quo cauetur, vt in ſingulis Monaſteriis Religioſorum præfigatur numerus, qui ex conſuetis redditibus, aut eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari. Quæritur, an vbi hæc præfixio facta iam fuit in vim ſimilis decreti S. M. Pauli V. abſque tamen computatione reddituum cuiuſque Religioſi, fit denuo facienda, necne?

§. 17. Decimoſeptimò, an Nouitij ad habitum regularem admiſſi, poſſint admitti ad profeſſionem in Monaſteriis, in quibus, habita, vt ſupra, præfixione numeri, commodè ali non poſſunt?

§. 18. Decimooctauò, ſuper vltimo, quo cauetur, vt nullibi recipiantur Conuentus Regularium, niſi, præter alia ad id requiſita, duodecim ſaltem Fratres in eis degere, & competenter ſuſtentari valeant, ita vt alioquin ſubſint iuriſdictioni ordinariæ. Quæritur, an hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Miſſarum, comprehendat eas Religiones, quæ non conſueuerunt onera Miſſarum recipere, vt ſunt Religiones Capuccinorum, ac Societatis Ieſu.

§. 19. Vltimò, an idem decretum, vbi diſponit, vt nullibi recipiantur Monaſteria, niſi, &c. habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam eſt reſtrictum decretum proximè antecedens, an verò etiam extra Italiam?

SACRA Congregatio Cardinalium Concilij Trid. interpretum, auctoritate ſibi à S.D.N. attributa, ad ſingula dubia ſuperiùs propoſita ad hunc modum reſpondit, videlicet.

Ad 1. Etſi legatum adeo tenue, nihilominus pro reductione oneris, vt ſupra, impoſiti, ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quæ abſque vlla impenſa id ſtatuet, quod magis in Domino è re eſſe iudicauerit: Verumtamen ſi in ipſa beneficij erectione expreſsè cautum fuerit, vt liceat Epiſcopo iunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non ſuſtulerunt, eſſe validam, & obſeruandam.

Ad 2. Eſſe intelligenda de præſcriptione facta ab eo, qui eleemoſynam tribuit; non autem ab Ordinario: Quòd ſi tribuens eleemoſynam, numerum Miſſarum celebrandarum non præſcripſerit, tunc tot Miſſas celebrari debere, quot præſcripſerit Ordinarius, ſecundùm morem ſuæ Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad 3. Teneri.

Ad 4. Sacerdotes, quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficij, ſeu capellæ, legati, aut ſalarij, ſi eleemoſynas pro aliis etiam Miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eadem Miſſa vtrique obligationi ſatisfacere.

Ad 5. Cenſuit vbi nullam certam eleemoſynam teſtator reliquit, eſſe ab Epiſcopo præſcribendam eleemoſynam congruam, quæ reſpondeat oneribus Miſſarum celebrandarum, ſecundùm morem Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad 6. Ita eſſe intelligenda.

Ad 7. & 8. permittendum non eſſe, vt Eccleſiæ, ac loca pia, ſeu illorum adminiſtratores ex eleemoſynis Miſſarum celebrandarum vllam, vtcumque minimam, portionem retineant ratione expenſarum quas ſubeunt in Miſſarum celebratione, niſi cum Eccleſiæ, & loca ipſa alios non habent redditus, quos in vſum earumdem expenſarum erogare licitè poſſint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expenſarum, quæ pro ipſomet tantùm Miſſæ ſacrificio neceſſariò ſunt ſubeũdæ; & nihilominus eo etiam caſu

Digitized by Google

1625. casu curandum esse, vt ex pecuniis, quæ supersunt, expensis, vt supra, deductis, absolutè tot Missæ celebrentur, quot præscriptæ fuerint ab offerentibus eleëmosynas. 1625.

Ad 8. Non habere locum, sed satis esse, vt rector beneficij, qui potest per alium Missam celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam cõgruam, secundùm morem Ciuitatis, vel Prouinciæ, nisi in fundatione ipsius beneficij aliud cautum fuerit.

Ad 9. Debere absolutè integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem sibi retinere posse.

Ad 10, &. Non prohibere absolutè; ac propterea etsi oneribus iam susceptis non satisfecerint, posse tamen noua etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodò infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad 11. Quamuis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum celebratione, id sciat, & consentiat, vt illæ tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, decretum non prohibere, quominus eo casu eleemosyna accipiatur pro iisdem Missis, iuxta benefactoris consensum celebrandis.

Ad 12. Has pœnas non habere locum, nisi in suscipientibus onera perpetua Missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, vel eius generalis Vicarij, aut Generalis, vel Prouincialis.

Ad 13. Comprehendi.

Ad 14. Non posse, nisi de consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt, vt supra in responsione ad 12.

Ad 15. Comprehendi etiam priuatos Sacerdotes.

Ad 16. Numeri præfixionem esse iterum faciendam, seruata forma vltimi decreti hac de re editi.

Ad 17. Esse admittendos ad professionem, si alias habiles existant, ac deinde in aliquo alio Monasterio eiusdem Religionis esse collocandos, vbi commodè ali possint.

Ad 18 Censuit comprehendere.

Ad vltimum, habere locum etiam extra Italiam. Cosmus Card. de Torres. Prosper Fagnanus sacræ Congreg. Secret.

CONSTITVTIO IV.

Prohibet fieri inuestituras bonorum iurisdictionalium ad Ecclesias inferiores spectantium in vniuersa Italia.

VRBANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

HVmanæ salutis auctor Christus Dominus Romanam Ecclesiam amplissima temporalis ditionis prærogatiua decorauit, quam voluit inferioribus etiam Ecclesiis aliqua ex parte communicari, vt filiarum decor matris augeret in summis Pontificibus maiestatem, quibus cum Ecclesiarum omnium regimen incumbat, illarum quoque omnium tutelam ad Apostolicam eorum prouidentiam necesse est pertinere. Proœmiũ.

§. 1. Olim equidem quamplurimi inferiorum Ecclesiarum Prælati, vt strenuos, ac præstantes virtute viros haberent, qui debitum sibi, & Ecclesiis suis impenderent famulatum, temporales ditiones ad easdem Ecclesias pertinentes eximiorum virorum fidei, atque administrationi commiserunt, tempore verò procedente dilabentibus in deterius bonis institutis, factum est, vt nonnulli Ecclesiarum Præsules humanis potiùs affectibus, quàm meritorum intuitu moti, ditiones temporales huiusmodi variis personis, & Vniuersitatibus in feudum, vel emphyteusim dare, vel vltra triennium locare, & rursus, occur- Motus.

Digitized by Google

1625. rente earumdem ditionum temporalium deuolutione, ad nouam infeudationem, seu inuestituram, vel locationem vltra triennium sub specie, quòd illæ in feudum, vel emphyteusim dari, vel, vt præfertur, locari sint solitæ, seu alias causas prætexentes, deuenire consueuerunt, quod in non modicum Ecclesiarum ipsarum damnum, & præiudicium tendere vsu compertum est. 1625.

Prohibet prout in summario.

§. 2. Nos itaque, nostri muneris partes adimplendo, præmissis obuiam ire, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum piorum quorumcumque indemnitati, ac iurium eis quomodolibet competentium conseruationi, quantum nobis ex alto conceditur, prouidere volentes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura constitutione omnibus, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, etiam Generalibus, cæterisque Ecclesiarum, & locorum piorum vtriusque sexus Præsulibus, Prælatis, Præsidentibus, Rectoribus, Præceptoribus, Commendatariis, & Administratoribus, cuiuscumque status, gradus, dignitatis, & præeminentiæ existãt, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, necnon Capitulis, etiam generalibus, & prouincialibus, Conuentibus, Collegiis, Sodalitatibus, etiam laicorum, & quibuscumque aliis Superioribus cuiuscis Ordinis, Societatis, vel Instituti, etiam de necessitate exprimendi, aut Militiarum, etiam sancti Ioannis Hierosolymitan. in vniuersa Italia, etiam in quorumuis Principum secularium, quomodolibet qualificatorum, etiam Ducali, Regali, Imperiali, vel quauis alia dignitate, honore, vel excellentia præstantium, ditione temporali existentibus, si Pontificali, vel Abbatiali emineant dignitate, sub interdicti ingressus Ecclesiæ, ac si per sex menses immediatè sequentes sub interdicto huiusmodi perseuerauerint, lapsis mensibus eisdem, sub regiminis, & administrationis Ecclesiarum, vel Monasteriorum, quibus præsident in spiritualibus, & temporalibus, suspensionis; Capitulis verò, Conuentibus, Collegiis, Sodalitatibus, & Vniuersitatibus prædictis sub interdicti à diuinis, eorumque singularibus personis, ac inferioribus Prælatis, Commendatariis, & aliis præfatis sub excommunicationis latæ sententiæ, ac omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, de quorum rebus, & bonis contra præsentis constitutionis tenorem eos disponere contigerit, vocisque actiuæ, & passiuæ priuationis, & perpetuæ inhabilitatis ad illa, seu quælibet alia in posterum obtinenda, ipso facto, etiam absque iudicis ministerio, vel sententia, incurrendis pœnis, ne de cætero Ciuitates, Terras, Castra, Oppida, Villas, Arces, Fortalitia, Munitiones, Territoria, Districtus, Iurisdictiones, aut quæuis alia loca, vel bona iurisdictionalia, seu quouis modo iurisdictionem temporalem, etiam cum alio, vel aliis, coniunctim, seu diuisim, aut aliàs quomodolibet annexam habentia, aut eorum, seu iurisdictionis partem, etiam minimam ad Patriarchales, Primatiales, Metropolitanas, Episcopales, & alias Ecclesias, & Monasteria, Collegia, vel loca pia suprædicta, nunc, & pro tempore, quouis modo spectantia, & pertinentia, tam quæ ad præsens per Ecclesias, Monasteria, & loca huiusmodi pleno iure possidentur, quàm ea, quæ in feudum, vel emphyteusim concessa, vel vltra triennii locata, aut per quoscumque quomodolibet, & sub quibusuis prætextibus occupata, seu vsurpata reperiuntur, aut ad Ecclesias, Monasteria, & loca prædicta iam de præsenti forsan de iure, vel de facto reuersa, seu deuoluta sunt, etiamsi Ecclesiis, Monasteriis, locisque piis huiusmodi adhuc incorporata, & de eorum mensa effecta non sint, aut quandocumque perpetuis futuris temporibus per lineam finitam, canonem non solutum, delictum perpetratum, vel alio quocumque modo reuertentur, seu deuoluentur in futurum, etiamsi ex antiqua, seu immemorabili consuetudine, aut etiam priuilegio Apostolico, quamcumque ob causam concesso, & iteratis vicibus approbato, in feudum, vel emphyteusim concedi, vel vltra triennium locari, aut, finita concessione, vel locatione, huiusmodi feuda, inuestituræ, vel aliæ concessiones renouari consueuerint, quibusuis personis quauis Ecclesiastica, seu mundana dignitate, vel excellentia fulgentibus, ac speciali nota dignis, aut Capitulis, Collegiis, Ecclesiis, Congregationibus,

1625. gregationibus, Monaſteriis, Conuentibus, Hoſpitalibus, & quibuſuis Vniuerſitatibus, tam ſecularibus, quàm eccleſiaſticis, aut quibuſcunque aliis quocumque nomine, ac titulo nuncupatis, & quomodolibet qualificatis, in feudum, vel emphyteuſim concedere, aut vltra triennium locare, aut conceſſiones, inueſtituras, & locationes huiuſmodi poſt finitum illarum tempus, vel aliàs quandocumque reuocare, prorogare, vel de nouo facere, etiam ad fauorem deſcendentium, hæredum, vel conſanguineorum illorum, qui Ciuitates, Terras, & bona iuriſdictionalia prædicta obtinuerint, poſſederint, vel occupata detinuerint, etiam intuitu meritorum, etiamſi conceſſiones, & alia præmiſſa in euidentem, immo euidentiſſimam vtilitatem Eccleſiæ, Monaſterij, vel loci pij cedant, aut conceſſionibus, inueſtituris, locationibus, vel illarum renouationibus, aut prorogationibus conſentire, aut aliud ſcripto, verbo, vel alio quouis modo, per quem dictæ Ciuitates, Terræ, & bona iuriſdictionalia huiuſmodi ad Eccleſias, Monaſteria, & loca pia prædicta, ſiue eorum Prælatos, Superiores, Rectores, ſeu Adminiſtratores non reuertantur, etiamſi in prædictis conceſſionibus, inueſtituris, renouationibus, prorogationibus, & aliis præmiſſis noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, etiam cum clauſula, & non aliàs, aliter, nec aliomodo reſeruetur, & niſi illo inſcriptis tantùm priùs obtento, facere audeant, vel præſumant, vltra alias pœnas per canonicas ſanctiones deſuper quomodolibet inflictas, diſtrictè interdicimus, & prohibemus. 1625.

§. 3. Et inſuper quaſcumque conceſſiones, inueſtituras, locationes, vel illarum prorogationes, & renouationes, quas contra præſentium tenorem quocumque modo, & quouis tempore fieri contigerit, prorſus nullas, & irritas, & effectu omnino carere debere; Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & eiuſdem Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarium, & Clericos, necnon S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere; & quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus. Conceſſiones, & inueſtituræ contra hãc conſt. factæ nullæ ſunt

§. 4. Nonobſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam in corpore iuris inſertis, ac etiam in ſuo rem quatumcumq; Eccleſiarum, Prouinciarum, Ciuitatum, Vniuerſitatum, Collegiorum, Capitulorum, & locorum piorum, eorumque perſonarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam dicti S. Ioannis Hieroſolymitani, necnon Congregationum, & Societatum, & cuiuſuis alterius Inſtituti, etiam neceſſariò, vt præfertur, & in indiuiduo exprimendi, eorumque Monaſteriorum, Conuentuum, & domorum regularium, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; indultis quoque, & priuilegiis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & in inſolitis clauſulis, etiam irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda, foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, quò ad ea, quæ iiſdem præſentibus adùerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Derogat contrariis.

§. 5. Volumus autem, quòd de cætero Patriarchæ, Primates, Archiepiſ-

1625. copi, & Epiſcopi, necnon Abbates, Præſules, Prælati, aliique præfati in aliis iuramentis ab iis præſtandis, de præſenti etiam conſtitutione ſeruanda omnino iuramento teneantur. 1617.

Prælati in iuramentis præſtandis tenentur iurare de hac conſt. ſeruanda.

§. 6. Ipſaque conſtitutio in quinterno Cancellariæ Apoſtolicæ deſcribatur; quódq; præſentes ad valuas Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe Baſilicarum, & dictæ Cancellariæ, & in acie campi Floræ publicentur, & ſic publicatæ, omnes, & ſingulos, quos concernunt, & concernent in futurum perinde arctent, & afficiant, ac ſi eis, & eorum cuilibet perſonaliter intimatæ forent.

Forma publicationis ad effectum obligandi.

§. 7. Earumdémque tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Prælati, ſeu perſonæ in dignitate ecclesiaſtica conſtitutæ munitis, in iudicio, & extra illud eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Tráſumptis fidem adhiberi iubet.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri interdicti, prohibitionis, decreti, declarationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud S. Mariam maiorem, anno Incarnat. Dom. 1625. Kalend. Nouemb. Pontif. noſtri anno 3.

Sanctio penalis.

CONSTITVTIO V.

SEV,

Bulla, quæ dicitur, in Cœna Domini.

1617. VRBANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

De onere Romanorũ Pontificum ſuorũ prædeceſſorum & cauſas hic enũciat iſte Pontifex.

PAſtoralis Romani Pontificis vigilantia & ſolicitudo, cum in omni Chriſtianæ Reipublicæ pace & tranquillitate procuranda pro ſui muneris officio aſſiduè verſetur, tum potiſſimum in catholicæ fidei, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, vnitate atque integritate retinenda maximè elucet: nimirum vt fideles Chriſti non ſint paruuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumuentionem erroris, ſed omnes occurrant in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei in virum perfectum, neque ſe in huius vitæ ſocietate & communione lædant, aut inter ſe alter alteri offenſionem præbeat; ſed potius in vinculo charitatis coniuncti, tanquam vnius corporis membra, ſub Chriſto capite, eiuſque in terris Vicario Romano Pontifice beatiſſimi Petri ſucceſſore, à quo totius Eccleſiæ vnitas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ita diuina gratia adiutrice, ſic præſentis vitæ quiete gaudeant, vt futura quoque beatitudine perfruantur. Ob quas ſanè cauſas Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, hodierna die quæ anniuerſaria Dominicæ Cœnæ commemoratione ſolemnis eſt, ſpiritualem Eccleſiaſticæ diſciplinæ gladium, & ſalutaria iuſtitiæ arma per miniſterium Summi Apoſtolatus ad Dei gloriam & animarum ſalutem, ſolemniter exercere conſueuerunt. Nos igitur quibus nihil optabilius eſt, quàm fidei integritatem inuiolatam, publicam pacem, & iuſtitiam, Deo authore, tueri, vetuſtum & ſolemnem hunc morem ſequentes:

Excommunicat quocunque nomine cenſeantur, eorumq; fautores, &c. &

1. Excommunicamus & anathematiſamus ex parte Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus ſancti, authoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ac noſtra, quoſcunque Huſſitas, Wiclephiſtas, Lutheranos, Zuinglianos, Caluiniſtas, ſingulos alios hæreticos quocunque nomine cenſeantur, & cuiuſcunque ſectæ exiſtant, ac eis credentes, eorumque receptatores,

Digitized by Google

1627. res, fautores & generaliter quoſlibet illorum defenſores, ac eorumdem libros hæreſim continentes, vel de religione tractantes, ſine authoritate noſtra & Sedis Apoſtolicæ ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes, ex quauis cauſa publicè vel occultè, quouis ingenio vel colore, necnon ſchiſmaticos & eos, qui ſe à noſtra & Rom. Pontificis pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt vel recedunt. 1627. illorum libros legentes, tenentes & imprimẽtes, &c. ſchiſmaticos, &c.

2. Item excommunicamus & anathematiſamus, omnes & ſingulos, cuiuſcunque gradus, ſtatus, ſeu conditionis fuerint: vniuerſitates verò & Collegia & Capitula quocunque nomine nuncupentur, interdicimus: ab ordinationibus ſeu mandatis noſtris, ac Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium, ad vniuerſale futurum Concilium appellantes: necnon eos quorum auxilio, conſilio, vel fauore appellatum fuerit. Appellantes à Pontificũ mandatis ad futurum Concilium.

3. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes piratas, curſarios, ac latrunculos maritimos diſcurrentes mare noſtrum, præcipuè à monte Argentario vſque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores receptatores & defenſores. Piratas & latrunculos maritimos, eorumque receptatores, &c.

4. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes & ſingulos qui Chriſtianorum quorumcumque nauibus tempeſtate, ſeu in tranſuerſum vt dici ſolet iactatis, vel quoquomodo naufragium paſſis, ſiue in ipſis nauibus, ſiue ex eiſdem eiecta in mari, vel in littore inuenta cuiuſcunque generis bona, tam in noſtris Tyrrheni & Adriatici, quam in cæteris cuiuſque maris regionibus & littoribus furripuerint: ita vt nec ob quodcunque priuilegium conſuetudinem, aut longiſſimi etiam immemorabilis temporis poſſeſſionem, ſeu alium quemcunque prætextum excuſari poſſint. Surripientes Chriſtianorum bona uaufragium paſſa proiecta, vel in littore inuenta.

5. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes qui in terris ſuis noua pedagia, ſeu gabellas præterquam in caſibus ſibi à iure, ſeu ex ſpeciali ſedis Apoſtolicæ licentia permiſſis, imponunt vel augent, ſeu imponi vel augeri prohibita exigunt. Gabellas ſeu noua pedagia imponẽtes vel augentes.

6. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes falſarios litterarum Apoſtolicarum etiam in forma breuis, ac ſupplicationum, gratiam vel iuſtitiam concernentium, per Rom. Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarios, ſeu gerentes vices eorum aut de mandato eiuſdem Rom. Pontificis ſignaturum, necnon falſo fabricantes litteras Apoſtolicas etiam in forma breuis, & etiam falſo facientes ſupplicationes eiuſmodi ſub nomine Rom. Pontificis, ſeu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum. Falſarios litterarum Apoſtolicarum ac ſupplicationũ ab' habente authoritatẽ ſignatorum.

7. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Chriſtiani nominis hoſtes & inimicos, vel hæreticos per noſtras, ſiue huius ſanctæ Sedis ſententias expreſsè & nominatim declaratos, deferunt, ſeu tranſmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, ſtannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica inſtrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipſo canape, quàm alia quacunque materia, & ipſam materiam, aliaque huiuſmodi, quibus Chriſtianos & Catholicos impugnant; necnon illos qui per ſe vel alios de rebus ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ concernentibus in Chriſtianorum perniciem & damnum, ipſos Turcas & Chriſtianæ religionis inimicos, necnon hæreticos in damnum Catholicæ religionis, certiores faciunt, illiſque ad id auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtant. Nonobſtantibus quibuſcunque priuilegiis, quibuſuis perſonis Principibus, Rebuſpublicis per nos & ſedem prædictam hactenus conceſſis, de huiuſmodi prohibitione expreſſam mentionem non facientibus. Tranſmittẽtes vel deferentes arma, vel alia apta bellico vſui ad Turcas, & alios Chriſtianorum inimicos ac eos qui de rebus Chriſtianæ Reipub. ſtatum concernentibus ipſos certiores faciunt.

8. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes impedientes, ſeu inuadentes eos qui victualia, ſeu alia advſum Romanæ curiæ neceſſaria, adducunt, ac etiam eos qui ne ad Rom. Curiam adducantur vel afferantur prohibent, impediunt, ſeu perturbant; ſeu hæc facientes defendunt, per ſe vel alios cuiuſcunque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, ſtatus, etiam ſi Perturbãtes aut inuadẽtes eos qui victualia & ſimilia neceſſaria Romam adducunt.

Digitized by Google

1627. Pontificali, Regali, aut alia quauis Eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate. 1627.

Ladẽtes eos qui veniunt ad ſedem Apoſt. vel ab ea recedunt & Iudices, ſiue iuriſd. vexantes, in curia commorantes.

9. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes illos, qui ad ſedem Apoſtolicam venientes & recedentes ab eadem ſua vel aliorum operâ interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent, nec non illos omnes, qui iuriſdictionem ordinariam vel delegatam à nobis, vel noſtris iudicibus non habentes illam ſibi temerè vendicantes, ſimilia contra morantes in eadem curia audent perpetrare.

Romipetas & peregrinos etiam in vrbe morãtes, vel ab ea recedentes, lædentes.

10. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu peregrinos ad vrbem cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis accedentes & in ea morantes, vel ab ipſa recedentes, & in his dantes auxilium, conſilium, vel fauorem

Offendentes S. R. E. Cardinales, & alios Prælatos.

11. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtiliter inſequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, ſediſque Apoſt. Legatos vel Nuncios, aut eos à ſuis diœceſibus, territoriis, ſeu dominiis eiicientes, necnon ea mandantes, vel rata habentes, ſeu præſtantes in iis auxilium, conſilium, vel fauorem.

Offendẽtes ad Roman. Cur. venientes pro ſuis negotiis expediendis negotioruſque geſtores.

12. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes illos, qui per ſe vel per alias perſonas Eccleſiaſticas quaſcumque vel ſæculares ad Rom. Curiam ſuper eorum cauſis & negotiis recurrentes, ac illa in eadem curia proſequentes, aus procuratores negotiorumque geſtores, Aduocatos, Procuratores, & agentes, ſeu etiam auditores, vel iudices ſuper dictis cauſis vel negotiis deputatos, occaſione cauſarum vel negotiorum huiuſmodi, occidunt, ſeu quoquomodo percutiunt, bonis ſpoliant, ſeu qui per ſe vel alios directè vel indirectè, delicta huiuſmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcumque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.

Appellantes à grauamine, ſeu futura executione litterarũ Apoſtolicarum eũ in forma breuis ad curias ſæculares.

13. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes, tam Eccleſiaſticos, quàm ſæculares, cuiuſcunque dignitatis, qui prætexantes friuolam quandam appellationem à grauamine vel futura executione litterarum Apoſt. etiam in forma breuis, tam gratiam, quàm iuſtitiam concernentium; necnon citationum, inhibitionum, ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum, executorialium & aliorum decretorum à nobis & à ſede prædicta, ſeu Legatis, Nunciis, præſidentibus Palatij noſtri & Cam. Apoſt. auditoribus, commiſſariis, aliiſque Iudicibus & delegatis Apoſtolicis emanatorum & quæ pro tempore emanauerint, aliàs ad curias ſæculares & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea inſtante etiam fiſci Procuratore vel Aduocato appellationes huiuſmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones ſequeſtra, monitoria, & alia prædicta capi & retineri faciunt, quive illa ſimpliciter vel ſine eorum beneplacito & conſenſu, vel examine, executioni demandari, aut ne Tabelliones & Notarij ſuper huiuſmodi litterarum & proceſſuum executione, inſtrumenta vel acta conficere, aut confecta parti, cuius intereſt, tradere debeant, impediunt vel prohibent, ac etiam partes, ſeu eorum agentes, conſanguineos, affines, familiares, Notarios, executores, & ſubexecutores litterarum, citationum, monitoriorum & aliorum prædictorum, capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex ciuitatibus, locis & Regnis eiiciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur per ſe vel alium, ſeu alios publicè, vel occultè, quive aliàs quibuſcunque perſonis in genere vel in ſpecie, ne pro quibuſuis eorum negotiis proſequendis, ſeu gratiis vel litteris impetrandis ad Roman. Cur. accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel litteras à dicta Sede impetrent, ſeu impetratis vtantur, directè vel indirectè prohibere, ſtatuere, ſeu mandare, vel eas apud ſe aut Notarios ſeu Tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præſumunt.

14. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes & ſingulos, qui per ſe vel

1617. ſe vel alios authoritate propria ac de facto quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apoſt. prætextu beneficiales & decimarum ac alias cauſas ſpirituales & ſpiritualibus annexas, ab Auditoribus & Commiſſariis noſtris, aliiſque iudicibus Eccleſiaſticis auocant, illorumve curſum, & audientiam ac perſonas, Capitula, Conuentus, Collegia, cauſas ipſas proſequi volentes impediunt, ac ſe de illarum cognitione tanquam iudices interponunt. Quive partes actrices quæ illas committi fecerunt & faciunt, ad reuocandum & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel conſentiendum eos, contra quos inhibitiones emanarunt, à cenſuris & pœnis in illis contentis abſolui per ſtatutum, vel aliàs compellunt, vel executionem litterarum Apoſtolicarum, ſeu executorialium proceſſuum ac decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id fauorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætenſionum, ſeu etiam donec ipſi ad nos informandos, vt dicunt, ſupplicauerint aut ſupplicari fecerint, niſi ſupplicationes huiuſmodi coram nobis & ſede Apoſt. legitimè proſequantur, etiamſi talia committentes fuerint Præſidentes Cancellariarum, Conſiliorum, Parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Conſiliarij, ordinarij vel extraordinarij quorumcumque Principum ſæcularium, etiamſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque fulgeant dignitate, aut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates commendatarij, ſeu Vicarij fuerint.

1617. Impedientes executionem litterarum Apoſt. vel aliarum expeditionum & alias cauſas à iudicibus Eccleſiaſt. auocantes, ſeu curſum earum impedientes aut ſe in illis vt iudices interponentes.

15. Quive ex eorum prætenſo officio vel ad inſtantiam partis, aut aliorum quorumcumque, perſonas Eccleſiaſticas, Capitula, Conuentus, Collegia, Eccleſiarum quarumcumque coram ſe ad ſuum tribunal, Audientiam, Cancellariam, Conſilium, vel Parlamentum, præter iuris Canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, directè vel indirectè quouis quæſito colore: necnon qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones pragmaticas, ſeu quæuis alia decreta in genere vel in ſpecie ex quauis cauſa & quouis quæſito colore, ac etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis, aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis & ordinatis vſi fuerint; vnde libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modo reſtringitur, ſeu noſtris & dictæ ſedis ac quarumcunque Eccleſiarum iuribus quomodolibet directè vel indirectè, tacitè vel expreſsè præiudicatur.

Iudices ſæculares trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad ſua tribunalia, vel alios Eccleſiaſticam libertatem quomodolibet lædentes aut deprimentes.

16. Necnon qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, aliòſque ſuperiores & inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcunque iudices Eccleſiaſticos, ordinarios, quomodolibet hac de cauſa directè vel indirectè, carcerando vel moleſtando eorum agentes, procuratores, familiares, necnon conſanguineos & affines, aut aliàs impediunt, quominus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica, contra quoſcunque vtantur, ſecundùm quod Canones & ſacræ conſtitutiones Eccleſiaſticæ & decreta Conciliorum generalium & præſertim Tridentini ſtatuunt, ac etiam eos qui poſt ipſorum ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcumque ſententias & decreta, aut aliàs fori Eccleſiaſtici iudicium eludentes ad Cancellarias & alias Curias ſæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones & mandata etiam pœnalia, Ordinariis & delegatis prædictis decerni & contra illos exequi procurant, eos quoque qui hæc decernunt & exequuntur, ſeu dant auxilium, conſilium, patrocinium & fauorem in eiſdem.

Impedientes quoſcunque Prælatos ne ſua iuriſdictione vtantur ac fori Eccleſiaſtici iudicia eludentes; ad Cur. ſæcul. recurrentes contra illos exequi procurant: necnon qui ea decernunt, ſine auxilio præſtant.

17. Quive iuriſdictiones ſeu fructus, redditus, & prouentus ad nos, & ſedem Apoſtolicam, & quaſcunque Eccleſiaſticas perſonas, ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes vſurpant, vel etiam quauis occaſione, vel cauſa, ſine Rom. Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium, expreſſa licentia, ſequeſtrant.

Vſurpantes ſedis Apoſt. vel Eccleſiarum iuriſdictiones ſeu fructus.

18. Quive Collectas, decimas, taleas, præſtantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum & Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus & prouentibus huiuſmodi abſque ſimili Roman. Pontificis, ſpeciali

Imponentes decimas vel alia onera perſonis Eccleſiaſticis,

Digitized by Google

1627. & expreſſa licentia, imponunt, & diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt aut ſic impoſita, etiam à ſponte dantibus & concedentibus recipiunt. Necnon qui per ſe vel alios directè vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem, auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcunque ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiamſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij Potentatus, quicunque etiam Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus & terris quoquomodo præſidentes, Conſiliatij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificali dignitate inſigniti. Innouantes decreta ſuper his per ſacros Canones, tam in Lateranenſi nouiſſimè celebrato, quam Conciliis generalibus edita, etiam cum cenſuris & pœnis in eis contentis. 1627.

ac earũ Eccleſiarũ ſeu Monaſteriorum bonis.

Officiales ſæculares ſe interponẽtes in cauſis capitalibus ſeu criminalibus cõtra Eccleſiaſticas perſonas.

19. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes & quoſcunque Magiſtratus & Iudices, Notarios, ſcribas, executores, ſubexecutores quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeu ſententias contra illas proferendo, vel exequendo, ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa huius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ licentia, quique huiuſmodi licentiam ad perſonas & caſus non expreſſos extendunt, vel aliàs illa perperam abutuntur, etiam ſi talia committentes, fuerint Conſiliarij, Senatores, Præſidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupari.

Occupantes & inuadentes S. R. E. terras, & aliàs iuriſdictionem ſupremam vſurpantes.

20. Item excommunicamus & anathematiſamus omnes illos, qui per ſe ſeu alios directè vel indirectè, ſub quocunque titulo, vel colore inuadere, deſtruere, occupare ac detinere præſumpſerint, in totum, vel in partem, almam Vrbem, Regnum Siciliæ, Inſulas Sardiniæ & Corſicæ, terras citra Pharum, patrimonium B. Petri in Tuſcia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venayſinum, Sabinenſem, Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ Tribariæ, Romandoliæ, Campaniæ & maritimas prouincias, illarumque terras & loca, ac terras ſpecialis commiſſionis Arnulphorum, ciuitateſque noſtras, Bononiam, Cæſenam, Ariminum, Beneuentum, Peruſium, Auenionem, Ciuitatem Caſtelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclium, & alias ciuitates, terras, & loca, vel iura ad ipſam Romanam Eccleſiam pertinentia, dictæque Romanæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiecta, necnon ſupremam iuriſdictionem in illis nobis & eidem Romanæ Eccleſiæ competentem de facto vſurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præſumunt: necnon adhærentes, fautores & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtantes.

Hæc conſt. quouſque liget.

21. Volentes, præſentes noſtros proceſſus, ac omnia, & quæcunque his literis contenta, quouſque alij huiuſmodi proceſſus, à nobis aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente fiant, aut publicentur, durare, ſuoſque effectus omnino ſortiri.

Abſolutio ab huiuſmodi caſibus, præter mortis articulum Papæ reſeruatur.

22. Cæterum à prædictis ſententiis, nullus, per alium, quàm per Romanum Pontificem niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita, abſolui poſſit, etiam prætextu quorumuis ordinum, etiam mendicantium, ac militiarum regularibus, etiam Epiſcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipſiſque ordinibus, & eorum Monaſteriis, Conuentibus, & domibus ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, ac locis piis; necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos & dictam Sedem, ac cuiuſuis Concilij decreta, verbo, litteris, aut alia quacunque ſcriptura in genere & in ſpecie conceſſorum & innouatorum, ac concedendorum & innouandorum.

Aliorũ abſoluere præſumentium pœnæ ſtatuuntur.

23. Quod ſi fortè aliqui contra tenorem præſentium, talibus excommunicatione & anathemate laqueatis, vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, eos excommunicationis ſententia innodamus, grauiùs contra, ſpiritualiter, temporaliter, prout expedire nouerimus proceſſuri.

24. De-

Digitized by Google

1627. 24. Declarantes & proteſtantes, quameunque abſolutionem, etiam ſolemniter per nos faciendam, prædictos excommunicatos ſub præſentibus comprehenſos, niſi prius à præmiſſis, eum vero propoſito, vlterius ſimilia non committendi deſtiterint, ac quoad eos qui contra Eccleſiaſticam libertatem, vt præmittitur ſtatuta fecerint, niſi prius, ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones pragmaticas, & decreta huiuſmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuiis ſeu Capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri & caſſari, ac nos de reuocatione huiuſmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter ſuffragari, quinetiam per huiuſmodi abſolutionem, aut quoſcunque alios actus contrarios tacitos vel expreſſos, ac etiam per patientiam & tolerantiam noſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum, quantocunque tempore continuatam, in præmiſſis omnibus & ſingulis, ac quibuſcunque iuribus Sedis Apoſtolicæ ac S. R. E. vndecunque, & quandocunque quæſitis vel quærendis, nullatenus præiudicari poſſe aut debere.

1627. Papæ abſolutionē non comprehēdere eos, qui à præmiſſis deſiſtere non promiſerint, declaratur.

25. Nonobſtantibus priuilegiis, indulgentiis, indultis & litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, ſupradictis, vel eorum alicui, ſeu aliquibus aliis cuiuſcunque ordinis, ſtatus, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiamſi, vt præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, ſeu quauis Eccleſiaſtica & mundana præfulgeant dignitate: vel eorum Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, ſeu locis à prædicta ſede, ex quauis cauſa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & ſub quauis alia forma & tenore, ac cum quibuſuis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis conceſſis, etiam continentibus quod excommunicari, anathematiſari, vel interdici non poſſint, per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de priuilegiis, indulgentiis & indultis eiuſmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus & dignitatibus eorū mentionem, necnon conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præſcriptionibus quantumcunque longiſſimis, & aliis quibuſlibet obſeruantiis, ſcriptis, vel non ſcriptis, per quæ contra hos noſtros proceſſus, ac ſententias, quomodolibet vti quis in eis, ſe iuuare valeant, vel teneri. Quæ omnia quo ad hoc, eorum omnium tenores, ac ſi ad verbum, nihil penitus omiſſo, inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, penitus tollimus, & omnino reuocamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Contrariis quibuſcunque derogat.

26. Vt verò præſentes noſtri proceſſus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, ſeu membranas, proceſſus ipſos continentes, valuis Eccleſiæ S. Ioan. Lateran. & Baſilicæ Principis Apoſtol. de vrbe appendi faciemus, vt ij, quos proceſſus huiuſmodi concernunt, quod ad ipſos non peruenerint, aut quod ipſos ignorauerint, nullam poſſint excuſationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cùm non ſit veriſimile, id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Publicationis in vrbe effectus.

27. Inſuper vt proceſſus ipſi & præſentes litteræ, ac omnia & ſingula in eis contenta, eò fiant notiora, quò in pleriſque Ciuitatibus & locis fuerint publicata, vniuerſis & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis, & Prælatis vbilibet conſtitutis, per hæc ſcripta committimus & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, vt per ſe, vel per alium, ſeu alios, præſentes litteras poſtquam eas receperint, ſeu earum habuerint notitiam, ſemel in anno, aut ſi expedire viderint, etiam pluries in Eccleſiis ſuis, dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, ſolemniter publicent, & ad Chriſti fidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

Præceptum etiam alibi publicandi hanc Conſtitutionem.

28. Cæterum Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliique locorum Ordinarij, & Eccleſiarum Prælati, necnon rectores, cæterique curam animarum exercentes, ac Preſbyteri ſæculares, & quorumuis ordinum regulares, ad audiendas peccatorum confeſſiones, quauis authoritate deputati, tranſumptum præſentium litterarum penes ſe habeant, eaſque diligenter legere & percipere ſtudeant.

Audientes cōfeſſiones habeāt apud ſe has litteras.

Digitized by Google

1627. Transumptorũ fides. 29. Volentes earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo iudicis Ordinarij Romanæ Curiæ, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem in iudicio, & extra illud, vbique locorum adhibendam fore, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. 1627.

Decretum pœnale. 30. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ excommunicationis, anathematiſationis, interdicti, innouationis, innodationis, declarationis, proteſtationis, ſublationis, reuocationis, commiſſionis, mandati, & voluntatis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Dat. Pontif. anno 4 die 1. April. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Domini 1627. Kal. April. Pontificatus noſtri anno 4.

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX GENERALIS.

Hunc indicem Bullario poſtpoſuimus, quia poteſt inſeruire ad priorem Bullarum partem conſulendam, ſi opus eſt, iis ipſis annis quibus aliquid noſtris conceſſum annotatur. Contenti fuimus nomina ferè ſola exſcribere, non deſignatis rebus quas illorum occaſione pertractauimus, ne plus æquo Index diſtenderetur, aut Lectori tædium pareremus. Omiſimus multa quæ poterant videri neceſſaria ob eandem breuitatis rationem, quam ſemper præ oculis habuimus. Appendicem tertiam, quantùm eſt ad Prouinciales aliaque non pauca, quartam quoque totam, non recenſuimus. Operis recognitionem, & alia etiam quæ vſui eſſe potuiſſent non aſcripſimus. Volui monuiſſe, tum vt ne quis fraudem ſibi factam conqueri poſsit, tum vt ratio conſtet operæ noſtræ, quantùm per nos licet.

A

ABBAS S. Acheoli delegatus in cauſa noſtrorum cum Abbauillenſibus, 1505. 7
Abbatiſvillæ Conuentus, 1499. 2. 1505. 7. 1506. 4. 1507. 2. 1516. 7
Abbatiſvillæ Moniales, 1621. 6
Abelius Libault, *app.* 2.
Abelius Ludore, 1621. 4
Achamatus, *ſeu*, Achmetes Baſſa, 1480. 1. 1481. 1
Achilles Herbelin, 1614. 1
Adamus Iacgere, 1624. 1
Adamus le Roy, 1550. 2
Adamus Perſaniæ Abbas, 1493. 8
Adeodatus Lomellinus, 1623. 3. 1624. 10. 1632. 5. 1603. 7
Adolphus Naſſouius, 1416. 2
Adrianus Bauvvins, 1618. 3
Adrianus VI. Pont. 1522. 1523. 1
Adrianus Roſſignol, 1622. 10
Adrianus Thierry, 1602. 1
Ægidius Camart, 1623. 3. 1624. 11. Vbi eius elogium, de eo alibi ſæpiſſimè.
Ægidius Fabri, 1507. 7
Ægidius Lambreſt, 1618. 1
Ægidius le Ieune, 1507. 7
Ægidius Magnin, 1604. 8
Ægidius Moncurtius, 1591. 6
Ægidius Scalionus, *app.* 2.
Æſij Conuentus, 1603. 13
S. Agatha ciuis Catanenſis, &c. 1523. 1
Agatha Policina, 1623. 9
Agnes à Queſada, 1593. 14
Agrigenti Conuentus, 1534. 1. 1555. 5
Aiamontis Collegium, 1624. 7
Alaquazij Conuentus, 1534. 2
Albæ-terræ Conuentus, 1617. 6
Albalatæ Conuentus, 1610. 7
Albertus Auſtriac. Archid. 1616. 4
Albertus Berutus, 1603. 7. 1600. 6
Albertus de Alemania, 1544. 2
Albertus Gondius D. 1581. 2
Albertus Guignecurius, 1582. 4
Albertus Imp. Occid. 1416. 2
Albingaum Conuentus, 1602. 6
Alcalæ Ganzulorum Conuentus, 1577. 4
Alcami Conuentus, 1609. 7
Aletij Conuentus, 1524. 3
Alexander Card. Ludouiſius, 1621. 7
Alexander de Rohan, 1618. 6
Alexander de Sangro, 1529. 4
Alexander Farneſius Card. 1517. 1
Alexander Farneſius, 1574. 1
Alexander VI. Pap. 1493. 1. 5. 1495. 6. 1501. 1. 1502. 2. & alibi.
Alexander Strozius, 1605. 3. item alter Epiſc. 1007. 2
Alexandriæ Conuentus, 1623. 22
Alexia Maginet, 1621. 2
Algaliolæ Conuentus. 1623. 14
Alienora Regina, 1600. 4
Alix Leonora de Chantemerle, &c. 1629. 17
Almontij Conuentus, 1568. 1
Almoradij Conuentus, 1609. 8
Almunezarij Conuentus, 1582. 1
Alneti Conuentus, 1585. 10
Alonſus Coloma Epiſc. 1602. 1
Aloyſius à Taranto, 1593. 10
Aloyſius Ateſtinus Card. 1532. 2
Aloyſius Ateſtinus. V. Proteſt.

Digitized by Google

Index

Aloysius de Quirinis, 1586. 4
Alphonsina Virgo ſ. 1608. 9
Alphonsus à Matrito, 1612. 12
Alphonsus à S. Augustino, 1590. 5
Alphonsus Camerarius Franc. &c. 1600. 4
Alphonsus Card. de la Cueua, 1616. 4
Alphonsus Cauallero de los Oliuos, 1605. 9
Alphonsus de Aquila, 1523. 2
Alphonsus de Barros, 1627. 4
Alphonsus de Caruaial, *in app.* 1.
Alphonsus de Castello, 1574. 1
Alphonsus de Contreras, 1580. 1
Alphonsus de Espes, 1610. 7
Alphonsus de Fonseca, 1525. 1
Alphonsus d'Ornano, 1607. 6
Alphonsus du Plessis de Richelieu Card. Lugduni, 1631. 3
Alphonsus de San-Pedro, 1561. 4
Alphonsus de Vega, 1606. 14
Alphonsus Dux Ferrariæ, 1532. 2
Alphonsus Fernandes de Cordoüa, &c. 1617. 10
Alphonsus Franciæ, 1600. 4
Alphonsus Gonzaga, 1603. 6
Alphonsus Hurtado de Mendoza, 1627. 4
Alphonsus Maldonatus, *in app.* 1.
Alphonsus Perez de Guſman, 1579. 5 1593. 8
Alphonsus Pereſius Guſmanus, 1567. 3
Alphonsus V. Rex Arragoniæ, 1416. 1. 1435. 2
Alphonsus Rodriguez, 1562. 4
Alphonsus Sanchez, 1593. 5
Alphonsus Villamaior, 1569. 3. 1581. 2. 4
Amantiæ Conuentus, 1613. 6
Ambacienſis Conuentus, 1489. 1
Ambianenſis Conuentus, 1498. 5. 1512. 1. 1517. 3
Amedeus Dux Sabaudiæ, 1416. 1
Ambroſij à Ieſu obitus & laudatio, 1556. 3
Ambroſius Granion, 1619. 4. *& in app.* 2.
Ambroſius Spinola, 1561. 4
Anconæ Conuentus, 1594. 2
Andegaui Conuentus, 1615. 1
Anderlaci Conuentus, 1615. 3
Andreæ d'Aleſſo nepoti ſuo B. P. Franciſcus rerum Ordinis ſui procurationem facit, 1509. 3. De illo in appar.
Andreas de Laurino, &c. 1607. 8
Andreas à Meſſana, *in app.* 1.
Andreas Amodeus, 1578. 2
Andreas à Peruſio, 1604. 5
Andreas à Petrafitta, *in app.* 1.
Andreas à Rhegio, 1584. 1
Andreas à S. Maria, 1553. 3. *in app.* 1.
Andreas à Tropia, 1610. 1
Andreas Caſſo Epiſc. 1606. 3
Andreas Chauineau Pleſſiacenſem Eccleſiam auget & exornat. 1489. 2. 1602. & alibi ſæpè.
Andreas de la Grange, *app.* 2. vbi perperam Antonius.
Andreas de Leberon Epiſc. 1611. 2
Andreas de Medina, 1509. 5
Andreas de Mora, item alter, *in app.* 1.
Andreas de Valaguer Epiſc. 1605. 1. 1609. 8
Andreas de Valbuena, 1617. 1
Andreas Facius, 1606. 1
Andreas Folerus, 1594. 6
Andreas Franqui, 1519. 4
Andreas Fremyot Archiep. 1615. 6. 1617. 13. 1610. 5. V. epiſtol.
Andreas Honoré, *app.* 2.
Andreas Iumeau, 1610. 5
Andreas le Baird, 1632. 4
Andreas le Febure, 1610. 5
Andreas Mattheus Aquauiua Arragonius, 1605. 5
Andreas Moreno, 1591. 3
Andreas Pacheco Epiſc. 1591. 2
Andreas Pepole, 1607. 8
Andreas Ramburius, 1499. 2. 1513. 15
Andronicus III. Imp. Orient. 1416. 1
Angelica Leonti, 1559. 4
Angelus à Sortino, *in app.* 1.
Angelus Cæſius, 1519. 2
Angelus de Serra Tertiarius in gloria viſus, &c. 1501. 5. *in app.* 1.
Angelus Mandinus, 1587. 1
Angelus Spanocchio, 1519 4
Angelus Strata, 1613. 6
Anna à Lotharingia Nemoroſi D. 1615. 3
Anna Britanna Carolo VIII. Regi per B. P. conciliata 1488. 2. filius eius primogenitus, &c. 1492. 1. Nigeonenſis Conuentus curam ſuſcipit, &c. 1493. 7. Commendat B. P. canonizationem, 1512. 2. morsetus & elogium, 1513. 1. Votum fecerat pro filia Claudia, 1516. 1
Anna Britanna R. 1589. 3. & alibi.
Anna Caumontia, 1606. 6
Anna Chandon, 1612. 4
Anna Clauel, 1576. 1
Anna de Baſſompierre, 1610. 6
Anna de Batarnay, 1621. 3
Anna de Beaujeu, 1496. 1
Anna de Bueil, 1596. 4. 1500. 1
Anna de Creil, 1625. 9
Anna de Haraucour, 1598. 2
Anna de Zuniga, 1544. 1
Annas de Ioyeuſe, 1590. 2
Anna de Lima, 1617. 4
Anna de Luna, 1610. 7
Anna de Marcouſſey, 1614. 3
Anna de Marteau, 1604. 6
Anna de Montolin, 1610. 5
Anna de Ondegardo, &c. 1578. 4
Anna de Silua & Mendoza, 1567. 3
Anna de Treſbons Dariés, 1610. 15
Anna de VVateuille, 1622. 3
Anna du Val, 1621. 6
Anna Francica fundatrix Giemenſis, 1498. 4 1516. 1
Anna Francica rem Gallicam cum marito adminiſtrat, 1485. 1
Anna Groſpain, 1607. 3
Anna Guttierez, 1580. 1
Anna le Lieur, 1590. 4
Anna Leui de Ventadour. 1611. 2
Anna Manrica, 1493. 6
Anna Manrique, 1525. 1
Anna Maria de Leyua, 1589. 2

Anna

Digitized by Google

Generalis.

Anna Nicolaï, 1610. 5
Anna Oſoria, 1550. 1
Annas d'Eſcars Card. de Giury, 1604. 6
Annibal à Capuâ Archiep. 1595. 3
Annunciatæ Moniales ab Genuenſi fœmina inſtitutæ, 1613. 6
Anoiæ Conuentus, 1582. 2
Anſelmus Caſimirus Vvamboldus Archiep. 1627. 3
Anſelmus de Malonido Ep. 1609. 2
Anſelmus Paris, 1617. 18
Anſelmus Stocchus, 1587. 1
Anſoudus miles Oſſemontij D. 1585. 10
Anticariæ Conuentus, 1585. 3
Anticariæ Moniales, 1601. 1
Antonia de Mom-morency, 1502. 4
Antonia à Lotharingia, 1604. 6
Antonia Velaſquez, 1561. 4
Antonina Daillon du Lude, 1617. 7
Antonina de la Tour, 1620. 3
Antonina de l'Eſpaux, 1633. 1
Antoniota de Saincte-Mauee, 1502. 4
Antonius à Corduba, 1518. 6
Antonius à Croculo, *in app.* 1.
Antonius à Foſcaldo, 1603. 4. 5. 1610. 3
Antonij Alamandij Cadurc. 1490. 1
Antonius à Neapoli, *in app.* 1.
Antonius à Paterno, 1617. 17
Antonius à S. Blaſio, 1619. 11
Antonius Beccaria, 1494. 2
Antonius Bonus, *in app.* 1.
Antonius Card Carafa, 1577. 3
Antonius Cermoiſe, 1556. 1
Antonius de Barreda, 1561. 3
Antonius de Bezerra, 1571. 1. 1574. 1
Antonius de Billy, 1622. 11
Antonius de Boulogne fit Epiſc. Dinienſis, 1602. 4
Antonius de Cordoüa y Cardona, 1589. 1
Antonius de Frias, 1582. 1
Antonius de Glandeuez, 1584. 1
Antonius de Ixar, 1576. 1
Antonius de la Mure, 1631. 3
Antonius de los Reyes, 1553. 3. 1591. 4
Antonius de los Rios, 1613. 8
Antonius de Martinis, *in app.* 1. & alibi.
Antonius de Monte-alto, 1507. 7
Antonius de Monte Card. 1517. 1
Antonius de Nicotera, 1507. 7
Antonius de Rueda, 1493. 6
Antonius de Villalobos, 1550. 2
Antonius du Prat, 1507. 6
Antonius Dupro, 1585. 10. 1633. 1
Antonius du Pré, 1582. 4
Antonius Eſtienne, 1610. 12
Antonius Finet, 1559. 3. 1565. 1
Antonius Foucault, 1613. 13
Antonius Godineau, 1507. 7
Antonius Hourdel, *app.* 2.
Antonius Lombardus Epiſc. 1572. 3
Antonius Martin, 1634. 5
Antonius Maurin, 1631. 1
Antonius Milcaconne, 1586. 4
Antonius Pazos Epiſc. 1598. 6
Antonius Perrenotus Card. Granuellanus, 1607. 4. 1553. 1
Antonius Pharonius, 1604. 13
Antonius Piouara Archiep. 1625. 4
Antonius Puccius Card. 1532. 4. 5
Antonius Rangolius, 1625. 8
Antonius Raphin Poton, 1519. 2
Antonius Riccardus, 1619. 4
Antonius Ringard, 1585. 10
Antonius Riſoleo, 1596. 5
Antonius Rocca, 1593. 11.
Antonius Roſe Epiſc. 1611. 2
Antonius Rupifucaldius Epiſc. 1619. 1
Antonius Ruteau, *app.* 2.
Antonius Ruzé d'Effiat, 1621. 4
Antonius Stamarella, 1516. 1
Antonius Ximenes, *app.* 2.
Antuerpiæ Conuentus, 1614. 6
Apoſtatarum recipiendorum ratio, 1559. 2
Aquenſis Conuentus, 1555. 1
Aquilæ Conuentus, 1624. 8
Arahalij Conuentus, 1546.
Arboſij Conuentus, 1621. 2
Archangelus à Beſignano, *in app.* 1.
Archangelus de Ioneſrida, 1507. 7
Archangelus à Longobardo, *in app.* 1.
Archidonæ Conuentus, 1556. 2
Arelatis Conuentus, 1616. 7
Arimini Conuentus, 1610. 2
Armenia Sanuto eius ob. & laud. 1580. 6
Arnaldus la Mazere, 1590. 6
Arnaldus Sorbin Epiſc. 1599. 2
Arnoldus à Boxolt, 1618. 1
Arſenius Rando, 1599. 5
Aſcanius Archiepiſc. Barenſis, &c. 1615. 3
Aſcanius Collemedio, 1610. 3
Aſcanius Sforcia Card. & B.P. de eodem prædictio, 1505. 2
Aſcanius Tortoſini, 1610. 2
Aſſiſij Eccleſia S. Mariæ Angelorum, 1429.
Aſtapæ Conuentus, 1562. 2
Aſtygis Conuentus, 1506. 7
Aſtygitanæ Moniales, 1509. 5
Atriæ Conuentus, 1603. 11
Auallonis Conuentus, 1607. 5
Auarici Biturigum Conuentus, 1617. 13
Auerſæ Conuentus, 1574. 1
Auguſtinus à Biſincaico, *app.* 2.
Auguſtinus à Crotone, 1545. 1
Auguſtinus à Marino, 1594. 2
Auguſtinus de Arſona, 1571. 1. 1584. 1
Auguſtinus Gonzaga Arch. Rheg. 1561. 1
Auguſtinus Iuſtus, 1593. 3
Auguſtinus Potier Epiſc. 1617. 14
Auguſtinus Valerius Card. 1593. 3
Auinionis Conuentus, 1570. 3
Aurea Chabania, 1507. 1
Aureliæ Conuentus, 1613. 3
Auriæ Principis fratres, Genuenſes noſtri primùm audierunt, 1494. 2
Azalcaçarij Conuentus, 1558. 1

B.

BAlneoli Conuentus, 1603. 6
Balthazar à Paulâ, 1472. 1507. 5

Index

Balthazar d'Auila, 1618. 1
Balthazar de Riuoire, 1611. 2
Balthazar de Rochebaron, &c. 1611. 2
Balthazar à Maſſa, 1584. 2
Baptiſta de Voragine, 1517. 1
Barbara de Puy-du-fou, 1588. 4
Barbara de Vincent, 1618. 5
Barbara Minneſi, 1615. 7
Barbara Rennel, 1590. 1
Barbara VVitiota, 1624. in Elog. Cam. 11.
Barcinonenſis domus prima occaſio quæ tamen effluxit, 1510. 3
Barcinonis Conuentus, 1510. 3. 1570. 4. 1574. 1
Barij Conuentus, 1616. 2
Barnabas Centurio, 1494. 2
Barri Conuentus, 1618. 5
S. Barſanuphius, 1601. 2
Bartholomæus à Meſſana, *in app.* 1. 2
Bartholomæus à Paterno, 1586. *in app.* 1.
Bartholomæus à Perpiniano, 1591. 1
Bartholomæus Caranza, 1561. 4
Bartholomæus Coloma Eremita Malacenſis, 1493. 6
Bartholomæus de Maio, 1607. 1
Bartholomæus de Santoyo, 1578. 4
Bartholomæus di Caieta, 1530. 1
Bartholomæus Didonis, 1507. 7
Bartholomæus Fardinus, 1594. 2
Bartholomæus le Vieux, 1625. 4. 1628. 3
Bartholomæus Martinez, 1598. 6
Bartholomæus Prouſt, 1605. 6. 1608. 7
Bartholomæus Roſa, 1603. 8
Bartholomæus Ximenez de la Paſtora, 1493. 6
Bartholus de Petra-fitta, 1507. 7
Baſilius Taillaferrus, 1611. 2
Baſſingij Conuentus, 1615. 5
Beatæ Toletanæ, 1539. 4
BEATI à ſcriptoribus cognominati.
Antonius Bonus.
Archangelus à Beſiniano.
Archangelus à Longobardo.
Barthazar à Paula.
Bernardinus à Cropulatu.
Franciſcus Binetus.
Franciſcus Maioranus.
Gaſpar Bonus.
Ioannes à Bonifacio.
Ioannes à Genua.
Ioannes à Rocca.
Ioannes à S. Lucido.
Nicolaus à Nucito.
Nicolaus à S. Lucido.
Paulus à Paterno, de quibus ſuis locis.
Beatificatio Franciſci Paulani P. N. 1513. 7
Beatrix Aluarez, 1561. 3
Beatrix de Ribadeneira, 1619. 6
Beatrix Quadra, 1559. 2
Beatrix Vul, 1544. 1
Beatus Iacob, 1612. 3
Belli-regardi Conuentus, 1541. 1
Bellouaci Conuentus, 1617. 14
Belnæ Conuentus, 1625. 3
Beluederij Conuentus, 1518. 7
Benedicta à Catana, 1612. 15. *in app.* 1
Benedictus XIII. Antip. 1416. 1
Benedictus Beneuenutus, 1507. 7
Benedictus Caponetus à Catana, 1623. 3. 1624. 12
Benedictus de Amicis, 1593. 10
Benedictus de Nucibus, 1562. 3. 1574. 1. 1581. 2
Benedictus Gugliota, *in app.* 1.
Benedictus Ingratia, 1612. 10
Benedictus Rodriguez Valtodano, 1561. 4
Benigna Sordet, 1624. 1
Benignus de Frazans, 1596. 4
Benignus Fremyot, 1596. 4
Bergomi Conuentus, 1602. 3
Bernaldæ Conuentus, 1539. 1
Bernarda à Monteforti, *in app.* 1.
Bernardinus à Cropulatu, 1435. 3. 1487. 2. 1507. 4. 7. eius mors & Elog. 1520.
Bernardinus à Litio, 1562. 3
Bernardinus à Neapoli, 1532. 2
Bernardinus Caruaial Protect. 1493. 3. 1502. 1. 1506. 2. 1519. 2
Bernardinus de Caluacantibus, 1518. 2
Bernardinus Gerunda, *in app.* 1
Bernardinus Prouenianus Tertiarius mirabiliter ſanatus, 1502. 1
Bernardinus Venetus, 1591. 8
Bernardus ab Orneſano, 1533. 3
Bernardus Artigueus, 1533. 3
Bernardus à S. Agatha, 1507. 7. 1518. 7
Bernardus Buil, *in app.* 1.
Bernardus Buylius, Ordinem amplectitur, 1486. 1. Legatus Hiſpanus, *ibid.* Vicarius Generalis per Hiſpaniam, 1487. 1. Legatus iterum, &c. 1493. 6
Bernardus Coliſar, 1618. 2
Bernardus de Nogaret D. &c. 1621. 3
Bernardus de Beon, 1619. 2
Bernardus de Chauaignes, 1547. 3. 1550. 2. 1551. 1
Bernardus de Verdeuia, 1562. 5
Bernardus d'Oca, 1611. 3
Bernardus Faber, 1538. 2. 1550. 2
Bernardus Gaillac, 1503. 2
Bernardus Gauuit, 1548. 3
Bernardus Heyl, 1517. 1
Bernardus Perſin de Mongaillard, 1616. 4
B. Bernerius, 1577. 3
Bertha Gerardi Vezeliac. conſors, 1617. 15
Bertrandus Brunel, 1618. 7
Bertrandus d'Eſchaus Archiep. 1621. 4
Bertrandus de Molin Abbas Cadunij, 1503. 2
Biatiæ Conuentus, 1551. 4
Birgitta Piloni, 1532. 8
Birgitta S. P. N. ſoror. 1416. 5. *& in appar.*
Biſuniani Conuentus, 1518. 9
Biterrarum Conuentus, 1614. 2
Biterrarum II. Conuentus, 1631. 2
Bitonti Conuentus, 1615. 4
Bituricarum Conuentus, 1617. 13
Blanca Veneta, 1583. 3
Blaſia Leonti, 1591. 5
Blaſius à Monte-albano, *in app* 1.
Bleſarum Conuentus, 1614. 1
Bomeriarum Conuentus, 1507. 2
Bonæ-domus Conuentus, 1585. 10

Generalis.

Bonifacij Conuentus, 1518. 8
Boni-homines dicti Grādimontenſes, 1585. 10
Bononiæ Conuentus, 1529. 4
Bonorum alienatio vetita iniuſſu Generalis, &c. 1508. 3
Bonorum Ordini legatorū direptio & proceſſus ad eorum recuperationem, 1505. 5
Bracancuriæ Conuentus. 1482. 6. 1496. 1
Breuiarium Pij V. recipitur, 1574. 1
Briatici Conuentus, 1550. 6
Briennæ Conuentus, 1627. 1
Brigida Piloni obit. eius & laudatio, 1582. 8
Briuatis Conuentus, 1611. 2
Brixiæ Conuentus, 1588. 5
Bruxellæ Conuentus, 1616. 4
Brunduſij Conuentus, 1578. 6
Burdigalæ Conuentus, 1607. 6
Burelli Conuentus, 1555. 4
Burgetu Conuentus, 1604. 5
Burgorum Conuentus, 1582. 5
Buſenda de Villafaña, 1544 1

C

CAbilonis Conuentus, 1596. 5
Cabræ Conuentus, 1589. 1
Cæcilia à Faccio, 1571. 4
Cæcilia Vrſina, 1564. 2
Cæmeterium S. Trophimi, 1616. 7
Cæneomani Conuentus, 1618. 6
Cæſar à Neapoli, 1604. 5
Cæſaraugustæ Conuentus, 1576. 1
Cæſar Benedictus Epiſc. 1598. 3
Cæſar Borbonius Vindocinēſis, 1589. 3. 1600. 1
Cæſar Caraſa, 1586. 4
Cæſar Carraciolo, 1603. 12
Cæſar de Morchette, 1584. 3
Cæſar Garritanus, 1623. 8
Cæſarodani Turonum Conuentus, 1621. 4
Cæſennæ Conuentus, 1619. 16
Calaris Conuentus, 1623. 14
Calatæ-Heronis Conuentus, 1585. 8
Calendarium pro ſpeciali vſu Ordinis, 1506. 2
Caleſij Conuentus, 1611. 4
Calopicciati Conuentus, 1624. 4
Calui-montis Conuentus, 1611. 2
Camarenæ Conuentus, 1562. 4
Camillus Burgeſius, 1605. 8
Camillus Caëtanus, 1593. 10
Camillus Sartheanus, 1610. 1
Camillus Solegate, 1588. 1
Campana quæ tempeſtates ſedat, 1464. 2
Campaniæ Conuentus, 1513. 11
Campegius Card. 1529. 4
Campi Elyſij, 1616. 7
Campiniaci Conuentus, 1603. 1
Camporum Conuentus, 1596. 2
Canonizatio B. P. N. 1519. 2
Canonizatio non eſt præcipitanda, &c. 1518. R. S.
Canonizationi neceſſaria, 1508. 6

CAPITVLA GENERALIA.

Auinionenſe. 1578. 5
Auinionenſe II. 1599. 1
Barcinonenſe, 1581. 2
Barcinonenſe II. 1602. 1
Barcinonenſe III. 1619
Bononienſe. 1538. 2
Bononienſe II. 1544. 2
Foro-Iulienſe, 1547. 3
Foro-Iulienſe II. 1556. 2
Foro-Iulienſe III. 1565. 1
Genuenſe, 1532. 1
Genuenſe II. 1553. 2
Genuenſe III. 1559. 2
Genuenſe IV. 1574. 1
Genuenſe V. 1584. 1
Genuenſe VI. 1596. 2
Genuenſe VII. 1605. 6
Genuenſe VIII. 1615. 1
Gratianopolitanum, 1529. 1
Maſſilienſe, 1611. 2
Maſſilienſe II. proximè celebrandum.
Malacitanum, 1526. 2
Pariſienſe, *ſeu* Nigeonenſe, 1520. 1
Paulanū, 1535. 1. confirmatur à Pontifice, 1536
Romanum, 1507. 7. 1508. 1
Romanum II. 1517. 2
Romanum III. 1523. 2
Romanum IV. 1568. 2
Romanum V. 1578. 1
Romanum VI. 1617. 1
Romanum VII. 1623. 3
Toloſanum, 1514
Turonenſe, 1511
Valentinum, 1541. 2
Valentinum II. 1550. 2
Valentinum III. 1562. 3
Valentinum IV. 1571. 1
Valentinum V. 1593. 10
Capitula generalia quatenus poteſt indicere Generalis, 1544. 2
Capitula per quos celebrari debeant, &c. 1568. 2
Capitulorum Gen. celebratio ad diem Penteceſtes, 1587. 1
Capitulorum Generalium ordo & locus, &c. 1538. 2
Capitulorum Prouincialium prorogandorum poteſtas abrogata, 1536. V. Prouin.
Cappetæ & inſtituti eorum origo, 1504. 4
Capraſius de Flehard, 1617. 8
Capuæ Conuentus, 1605. 4
Capuccinorum & Minimorum mutuus tranſitus prohibetur, 1567. 4
Capurſij Conuentus, 1612. 4
Carcaſſonæ Conuentus, 1629. 1
Carnoti Conuentus, 1616. 1
Carolina Catharina de la Trimoüille, 1616. 1
Carolina de Caumont de Lauſun, 1615. 2
Carolina de Monchy, 1610. 5
Carolina-Henrica Monmorantia, 1610. 5
Carolina Iannina, 1610. 5
Carolina Rapuel, 1572. 1. 1590. 3
Carolus VIII. ampliſſima Ordini priuilegia concedit, 1494. 1. Romæ Conuentum inſtituit, 1495. 1. ab Italorum factione per B. V. preces liber euadit, 1495. 2. moritur, 1498. 1
Carolus Card. à Comitibus, 1594. 2. 1599. 1
Carolus Card. à Lotharingia, 1572. 1. 1598. 2

Index

Carolus à Lotharingia Albæm. 1615. 3
Carolus à Lotharingia Card. de Vaudemõt, 1587. 2. 1575. 3
Carolus à Lotharingia Epiſc. Vird. 1575. 3
Carolus à Lotharingia Epiſc. 1621. 1
Carolus à Lotharingia D. Meduanæ, 1582. 4. 1600. 1
Carolus à Lotharingia Gorziæ Abbas, &c. 1620. 4
Carolus Amboſius Prorex Mediolani, 1547. 1
Carolus Arragonius, 1572. 3
Carolus Aurelianenſis, &c. 1493. 9
Carolus Borbonius, 1516. 1
Carolus Burgund. D. 1609. 4
Carolus Card. Borbonius, 1570. 3. 1581. 2. 1600.
Carolus Card. de Craſſis, 1571. 3
Carolus Card. Pius, 1612. 6
Carolus Chriſtianus de Gournay Epiſc. 1609. 4. 1621. 1
Carolus Coſſæus Briſſacus, 1591. 7
Carolus d'Alençon, 1516. 1
Carolus de Baliac Epiſc. 1608. 5. 1617. 15
Carolus de Beaumanoir, &c. Epiſc. 1618. 6. 1623. 2
Carolus de Bourgneuf Epiſc. 1589. 3. 1609. 12. 1617.
Carolus de Crequy de Bernieulles, 1608. 5
Carolus d'Eſcars Ep. 1596. 4
Carolus de Fonſeque, 1600. 4
Carolus de l'Aubeſpine, 1615. 6
Carolus de Hacqueuille Epiſc. 1582. 4
Carolus Delphinus obuiam venit B. P. N. 1482. 5. commendatur ſancto viro, 1483. 1
Carolus de Longueual de Buquoy, 1618. 1
Carolus de Marteau, 1604. 6
Carolus de Monceaux, 1617. 14
Carolus de Montigny, 1617. 15
Carolus de Rambure, 1499. 2
Carolus de Rouſſy Epiſc. laudatur, 1582. 4
Carolus du Haut-Bois Epiſc. Tornac. 1495. 3
Carolus Emanuel à Sabaudia, 1625. 4
Carolus Fernandez de Heredia, 1595. 2
Carolus VI. Galliæ Rex, 1416. 1
Carolus Gambart. 1630. 4
Carolus Gonzaga D. 1591. 8. 1607. 7
Carolus Henricus Claromontius, 1611. 2
Carolus V. Imp. 1525. 1. 1529. 4
Carolus le Roy, 1622. 8
Carolus III. Lotharing. D. 1590. 1
Carolus Lotharing. Guiſianus, 1610. 5. 1613. 1
Carolus Malet, 1622. 1
Carolus Marchant, 1610. 5
Carolus Marchio de la Vieuuille, 1610. 5
Carolus.... Megarenſis Epiſc. 1551. 2
Carolus Mironius Epiſc. 1615. 1
Carolus Orlandus Caroli VIII. fil. 1492. 1
Carolus Princeps Hiſpaniarum, 1561. 4
Carolus IX. R. 1585. 10. noſtros à decimis exemptos declarat, 1563. 1
Carolus V. Sapiens, R. 1609. 2. eius donatio pro Nigeonenſib. 1567. 1. item altera, 1569. 1. priuilegium fori confirmat, 1570. 1. eius obit. 1574. 3
Carolus VIII. valere mandat priuilegia Põt. Ordini noſtro conceſſa, 1488. 1. victoriam obtinet ad Sant-Albinum B. P. N. precibus 1488. 2. ſupplicat pro confirmanda Regula, 1493. 1. 4
Carolus Valeſius, 1618. 2
Carolus VII. Victor Rex Gall. 1435. 2
Carolus Villa-regius Alincurius, 1610. 5
Carthuſianorum Nannet. cum noſtris ſocietas, 1589. 3
Caſalis noui Conuentus, 1581. 2
Caſcanti Conuentus, 1585. 12
Caſertæ Conuentus, 1605. 5
Caſſandra de Grimaldo, 1561. 4
Caſtalliæ Conuentus, 1586. 1
Caſtaniæ Conuentus, 1579. 3
Caſtellanæ Conuentus, 1612. 5
Caſtelliarum Conuentus donatio, 1493. 8
Caſtillionis Conuentus, 1604. 5. alter, 1606. 1
Caſtri-Almurini Stabienſis Cõuentus, 1506. 8
Caſtri-Eraldi Conuentus, 1495. 3
Caſtri-Ioannis Conuentus, 1602. 3
Caſtri-noui Conuentus, 1619. 2
Caſtri-Theodorici Conuentus, 1606. 6
Caſtri-Veterani Conuentus, 1607. 1
Caſtriuillaris Conuentus, 1595. 4
Caſuum Epiſcopalium conceſſio pro Indulgentiis, &c. 1507. 10
Catanæ Conuentus, 1523. 1
Catanzari Conuentus, 1577. 1
Catharina Alençonia, 1493. 8
Catharina à Lotharingia, 1607. 7
Catharina à Trinitate, 1619. 15
Catharina Balthazara de Luna, 1595. 2
Catharina Brochero. 1554. 2
Catharina de Arze, 1561. 4
Catharina de S. Belin, 1496. 1
Catharina de Vera, 1595. 2
Catharina du Gat, 1604. 8
Catharina Eſteue, &c. 1578. 4
Catharina Gonzaga, 1573. 1
Catharina Henrica Frãcica D. Elbouij, 1615. 4
Catharina Maria d'Eſcoubleau, 1611. 2
Catharina Nogareta, 1590. 2
Catharina Pſeaume, 1575. 3
Catharina Rennel, 1590. 1
Catharina Thibault, 1632. 6
Catharina Vrſina, 1606. 6
Catonæ Conuentus, 1629. 13
Cauæ Conuentus, 1583. 2
Cazalij Conuentus, 1611. 3
Centurij Conuentus, 1623. 14
Ceruariæ Conuentus, 1591. 1
Charitatis laudatio, 1518. R. S.
Chriſtina Francica Borbonia, 1625. 4
Chriſtiana de Marcouſſey, 1624. 3
Chriſtiana de Salme, 1601. 8
Chriſtianus Morus, 1614. 6
Chriſtophorus Arena, *in app.* 1.
Chriſtophorus à Valle Epiſc. 1590. 1
Chriſtophorus Caſtillus, *app.* 2
Chriſtophorus de Angulo & Corduba, 1510. 1
Chriſtophorus de Baſſompiere, 1590. 1
Chriſtophorus Rauenel de Rantigny, 1626. 4
Chriſtophorus Vela Archiep. 1582. 5
Ciminæ Conuentus, 1608.

Cirella

Generalis.

Cirellæ Conuentus, 1545. 1
Ciri Conuentus, 1545. 2
Ciuitatis Conuentus, 1634. 5
Claiettæ Conuentus, 1629. 17
Clara Aremberghia, 1623. 22
Clara de la Horgne, 1575. 3
Clari-montis Conuentus, 1632. 2
Claudia à Lotharingia, 1590. 1
Claudia Catharina de Clermont, 1581. 2
Claudia de Bourbon, 1499. 2
Claudia de Cuſſigny de Viange, 1609. 1
Claudia Medicæa, &c. 1629. 6
Claudia Regina voto ſanitati reſtituta pro obtinenda prole votum facit & B. P. canonizationem efflagitat, 1516. 1. ſanctiſſ. obit. 1524. 9. creditur fuiſſe Tertiaria, *ibid.*
Claudius Bouuet, 1590. 1
Claudius Crochard, *app.* 2. 1596. 3
Claudius d'Aucrouſt, 1624. 3
Claudius de Bellieure Archiep. 1611. 2
Claudius de la Barre Epiſc. 1632. 3
Claudius Deniſon, 1507. 7. 1511. 1
Claudius de Montigny, 1617. 15
Claudius de Poligny, 1607. 3
Claudius de Rebé, 1622. 4
Claudius de Toiras Epiſc. 1627. 2
Claudius de VVateuille Epiſcop. 1620. 5
Claudius Dormy Epiſc. 1611. 4
Claudius du Verger Epiſc. 1614. 2
Claudius du Viuier, 1606. 6. 1616. 4. 1630 4. & alibi. 1624. 2
Claudius le Febure, 1621. 4
Claudius le Gras, 1606. 7
Claudius Marcellus, 1585. 10
Claudius Rangolius, 1625. 8
Claudius Saracenus, 1613. 5
Claudius Saulier, 1625. 4
Clemens Bonzius Epiſc. 1631. 1
Clemens VIII. Pont. 1563. 10. 1596. 2. 1600. 8. 1603. 14. 1605. 8
Clemens VII. Pont. Max. elig. 1514. 1. multa nobis concedit, 1524. 1. 2. 4. 1529. 3. 1532. 3. 4
Codicori Conuentus, 1588. 1

COLLEGÆ GENERALIVM.

B. P. Franciſcus Collegas videtur pro voluntate aſſumpſiſſe, Vicario autè Generali què inſtituit quos dederit, habes. 1507. 7
Adrianus Thierry, 1602. 1
Alphonſus de Aquila, 1523. 2
Andreas de Valbuena, 1617. 1
Antonius à Martina, 1535. 1
Antonius de Bezerra, 1571. 1
Bartholomæus Prouſt, 1605. 6
Benedictus à Nucibus, 1562. 3
Benedictus Caponetus à Catana, 1613. 3
Benedictus de Benedictis à Nucibus, 1574. 1
Bernardus Gauuint, 1547. 1
Claudius Deniſon, 1511. 1
Deſiderius de Mota, 1520. 1
Deſiderius Bertrandi. 1514. 1
Didacus d'Alburquerque, 1529. 1. 1541. 2
Didacus de Ayala, 1623. 3
Dionyſius Barbier, 1517. 2
Dionyſius Corteſius, 1602. 1
Dominicus à Marchia, 1593. 10
Dominicus de Tauromena. 1547. 3
Dominicus de Malherbe, 1520. 1
Emanuel de los Cobos, 1599. 1
Eugenius Campoclaro, 1605. 6
Franciſcus Cerdonis, 1508. 1
Franciſcus Conche, 1581. 2
Franciſcus de Crotone, 1517. 2
Franciſcus de Hennares, 1568. 2
Franciſcus de la Riuiere, 1617. 1
Franciſcus de Maida, 1523. 2
Franciſcus de Tamayo, 1596. 2
Franciſcus Laſarta, 1538. 2
Franciſcus Longus à S. Blaſio, 1581. 2
Franciſcus Longus à Coriliano, 1599. 1
Gabriel Eſpagnol, 1578. 3
Gaſpar Dinet, 1593. 10
Gaſpar Ricciullus de Foſſo, 1519. 1
Gregorius Carbonellus à Paula, 1611. 2
Georgius Tonſle, 1514. 1
Hieronymus Guaſca, 1611. 2
Hieronymus de Santella, 1526. 2
Hieronymus Sammarcus, 1541 2
Hippolythus Serrano, 1584. 1. 1593. 10
Horatius de Reatis, 1596. 2
Hugo de la Chaux, 1544. 2
Hugo de la Varenne, 1526. 2
Iacobus Billaut, 1581. 2
Iacobus de Ledeſma, 1562. 3
Iacobus de Morano, 1508. 1
Ignatius Verdoliuius à Neapoli, 1630. 1
Ioannes à Cortali, 1559. 2
Ioannes à Monteforti, 1538. 2
Ioannes Baptiſta à Piſa, 1587. 1
Ioannes Boulon, 1523. 2
Ioannes Certain, 1562. 3
Ioannes de Beauregard, 1553. 2
Ioannes de Pharias, 1553. 2
Ioannes de Vallepeigna, 1553. 1. 1532. 1
Ioannes Kermarec, 1630. 1
Ioannes Martinez, 1550. 2. 1559. 2
Ioannes Pina de Celis, 1630. 1
Ioannes Thalamonis, 1511. 1
Ioſephus le Tellier, 1568. 2
Iſaacius Caignet, 1520. 1
Iulianus Hurtado, 1547. 3
Marcellus Palmerius, 1526. 2
Marcus à S. Hieronymo, 1605. 6
Mathæus Michel, 1508. 1. 1511. 1. 1514. 1
Mathurinus Aubert, 1550. 2
Melchior de Spinoſa, 1602. 1
Michaël Carafa, 1584. 1
Nicolaus à Motula, 1550. 2
Nicolaus Bethune, 1517. 2
Nicolaus de la Fontaine, 1541. 2
Nicolaus du Cloud, 1556. 1
Nicolaus Ficquet, 1571. 1
Paulus à Conſentia, 1532. 1
Petrus Cadilonis, 1529. 1
Petrus de Briatico, 1553. 2
Petrus de Melgar, 1556. 1
Petrus Fourbeur, 1574. 1
Petrus Hebert, 1599. 1
Pontius Iambart, 1587. 1

Index

Petrus Mignonius, 1544. 2
Placidus Talaïa, 1544. 2
Robertus Iahan, 1559. 2
Rodericus Ximenes, 1587. 1
Rolandus Guillebour, 1596. 2
Saluius à Puteo, 1532. 1. 1538. 2
Simon Bachelier, 1623. 3
Simon Bidaire, 1584. 1
Simon Guichardus, 1535. 1
Stephanus à Francica, 1578. 3
Stephanus Veſpulus à Maſſa, 1556. 1
Sylueſter à Macherata, 1617. 1
Vincentius de Pedemonte, 1571. 1
Vincentius le Blanc, 1578. 3. 1611. 2
Virgilius de Caſtro-franco, 1568. 2
Collegæ ſucceſſorum non poſſunt eſſe Superiores, &c. 1553. 2
Collegium Mignonium Pariſ. 1585. 10.
Collegium Paulanum, 1571. 1
Collegiũ Prouinciæ Bæticæ, 1571. 1. 1578. 4
Collegium S. Catharinæ Sueſſ. 1581. 4
Comi Conuentus, 1625. 22
Communio generalis nudis pedibus, &c. 1511. 1
Compendij Abbatia S. Cornelij, &c. 1606. 7
Compendij Conuentus, 1606. 7
Compluti Conuentus, 1578. 4
Concilium Conſtantienſ. 1416. 1
Concilij Tridentini receptio, 1571. 1
Concilium Tridentinum promouet noſter de Foſſo, &c. 1562. 1
Condri Conuentus, 1601. 4
Confeſſiones noſtris factas qui impugnabant excommunicari mandantur, 1519. 4
Confeſſoris eligendi facultas, 1524. 2
Confeſſorum deputandorum poteſtas Correctoribus facta, 1507. 10
Conilij Conuentus, 1567. 3
Conſaluus ab Angulo Epiſc. 1617. 16
Conſaluus à Corduba Magnus Dux, &c. 1506. 8. 1518. 6. 1533. 1
Conſentiæ Conuentus, 1510. 5
Conſeruatorum autoritas aſſeritur, 1524. 1
Conſtantia Tibalda, 1607. 2
Conſtantiæ laudatio, 1518. R. S.
Conſtantinus Dragoſes Imp. Oriĉt. 1447. 2

CONVENTVS.

Paulæ, 1435. 2. 1455. 2. 3. 1571. 1
Paterni, 1444.
Coriliani, 1458. 1586. 7
Crotonis, 1460. 2
Mylarum, 1464. 2
Maydæ, 1469. 3. 1496. 3
Pleſſiaci Turonenſis, 1482. 5. 1485. 1. 1532. 6. 1550. 4. 1562. 5. 1567. 2
Neapolis, 1487. 1. 1533. 1
Ambaciæ, 1489. 1. 1490. 2
Toloſæ, 1490. 1. 1583. 2
Malacæ, 1492. 2. 1493. 6
Nigeonis, 1493. 7. 1550. 4. 1551. 2
Caſtellariarum, 1493. 8
Genuæ, 1494. 2
Romæ Sanctiſſimæ Trinitatis, 1495. 1. 1514. 1.
1536. 1550. 5. 1553. 2. 1587. 2
Caſtri-Eraldi, 1495. 3. 1569. 2
Illiturgis, 1495. 4. 5
Bracancuriæ, 1496. 1. 1563. 2. 1568. 3. 1571. 1
Giemi, 1498. 4
Ambiani, 1498. 5
Gratianopolis, 1499. 1
Abbatis-villæ, 1499. 2
Montis-Gaugerij, 1502. 4
Portus S. Mariæ, 1502. 5
Meſſanæ, 1503. 1
Montis-Sorellij donat. 1505. 6
Aſtygis, 1506. 7
Caſtri-Almurini Stabienſis, 1480. 2. 1506. 8
Bomeriarum, 1507. 1
S. Blaſij, 1508. 5. 1574. 1
Cordubæ, 1510. 1. 1539. 2
Barcinonis, 1510. 3. V. infra ad an. 1570.
Conſentiæ, 1510. 5
Campaniæ, 1513. 11
Reginæ, 1515. 2
Montis-Alti, 1516. 5
Salerni, 1516. 6
Granatæ, 1518. 6
Beluederij, 1518. 7
Bonifacij, 1518. 8
Beſidiani, 1518. 9
Panormi S. Oliuæ, 1518. 10.
Monialium, 1532. 8
Catanæ, 1523. 1
Semellij, 1523. 4
Aletij, 1524. 3. & Monial. ibid.
Hiſpalis, 1524. 5
Xeræ Monial. 1524. 6
Toleti, 1525. 1
Foro-Iulij, 1529. 2. 1571. 1. excidit.
Bononiæ, 1529. 4
Tarenti, 1530. 1
Monopolis, 1530. 2
Ferrariæ, 1532. 2
Valentiæ, 1533. 2
Sammathani, 1533. 3
Agrigenti, 1534. 1. 1555. 5
Alaquazij, 1534. 2
Cryptaliæ, 1538. 1
Bernaldæ, 1539. 1
Hydrunti, 1540. 1
Belli-regardi, 1541. 1
Xeræ, 1543. 1
Tropeæ, 1543. 2
Vallis-oleti, 1544. 1
Cirellæ, 1545. 1
Ciri, 1545. 2
Arahalij, 1546.
Mediolani, 1547. 1
Briatici, 1550. 6
Biatiæ, 1551. 4
Lugduni, 1552. 1
Rhegij-Julij, 1552. 2. 1566. 2
Salmanticæ, 1554. 2
Aquarum-Sextiarum, 1555. 1
Populationis Caçallæ, 1555. 2
Burelli, 1555. 4
Archidonæ, 1556. 2
Noaleij, 1556. 4

Vbedæ,

Digitized by Google

Generalis.

Vbedæ, 1557. 1
Azalcaçarij, 1558. 2
Loxæ, 1559. 1
Vtreræ, 1561. 3
Matriti, 1561. 4
Aſtapæ, 1562. 2
Camarenæ, 1562. 4
Conilij, 1567. 3
Almontij, 1568. 1
Narbonæ, 1570. 2
Auinionis, 1570. 3
Barcinonis, 1570. 4. 1574. 1
Rhemorum, 1572. 1
Papiæ, 1572. 2
Drepani, 1572. 3
Rethelij, 1573. 1
Marthæ, 1574. 1
Vulſinij, 1574. 2
Parmæ, 1574. 3
Neapolis II. 1574. 4
Auerſæ, 1574. 5
Ricomagi, 1574. 6
Perpiniaci, 1575. 2
Virduni, 1575. 3
Cæſarauguſtæ, 1576. 1
Peruſij, 1576 3
Catanzari, 1577. 1
Viterbij, 1577. 2
Ebuli, 1577. 3
Alcalæ Ganzulorum, 1577. 4
Galeſij, 1578. 2
Compluti, 1578. 4
Granullarij, 1578. 5
Brunduſij, 1578. 6
Syracuſarum, 1579. 2
Caſtaniæ, 1579. 3
Pizzi, 1579. 4
Methymnæ Sidoniorum, 1579 5
Motrilij, 1580. 1
Freſnedæ, 1580. 2
Roſciani, 1580. 4
Rupellæ, 1580. 5
Placentiæ, 1581. 1
Caſalis noui, 1581. 2
Noſiaci, 1581. 2. excidit.
Dieppæ, 1581. 2
Piſæ, 1581. 3
Almuneſarij, 1582. 1
Anoiæ, 1582. 2
Valleſiæ, 1582. 3
Sueſſionum Auguſtæ, 1582. 4
Burgorum, 1582. 5
Sant-Angeli, 1582. 6
Orbitelli, 1582. 7
Neapolis III. 1583. 1
Cauæ, 1583. 2
Florentiæ, 1583. 3
Oliueræ, 1583. 4
Ximenæ, 1583. 5
Leontij, 1584. 1
Maioricæ, 1584. 1
Porreriarum, 1584. 1
Linguæ-Groſſæ, 1584. 2
Scaletæ, 1584. 3
Thermarum, 1584. 4
Moronis, 1584. 5
Marſalæ, 1585. 2
Anticariæ, 1585. 3
Hieracij, 1585. 4
Calatæ-Heronis, 1585. 8
Romanus S. Andreæ, 1585. 9
Vicennarum, 1585. 10
Alneti, 1585. 10
Bonæ-domus, 1585. 10
Villabonis, 1585. 11
Caſcanti, 1585. 11
Caſtallæ, 1586. 1
Venetiarum, 1586. 4
Nuceriæ, 1586. 5
Maſſæ, 1586. 6
Codicori, 1588. 1
Fublini, 1588. 2
Mutinæ, 1588. 3
Serræ, *ſeu* Serrarum, 1588. 4
Brixiæ, 1588. 5
San-Georgij, 1588. 6
Guelnæ, 1588. 7
Cabræ, 1589. 1
Hiſpalis Colleg. 1589. 2
Nannetis, 1589. 3
Nanceij, 1590. 1
Pariſiorum ſubur. 1590. 2
Seruariæ, *ſeu* Ceruariæ, 1591. 1
Segobiæ, 1591. 3
Putauij, 1591. 7. 1592. 1
Mantuæ, 1592. 8
Tornaci, 1592. 1
Sant-Agathæ, 1593. 1
Veronæ, 1593. 3
Nolæ, 1593. 4
S. Arpini, 1593. 5
Geſunij, 1593. 6
Pontis-Æſiæ, 1593. 7. excidit.
Luciferi-fani, 1593. 8
Nicoteræ, 1593. 11
Maſſiliæ, 1594. 1
Anconæ, 1594. 2
Sinopolis, 1595. 1
Fontium, 1595. 2
Neapolis IV. 1595. 3
Caſtri-villarij, 1595. 4
Maioricæ II. 1596. 2
Muri, 1596. 2
Camporum, 1596. 2
Cabilonis, 1596. 3
Diuionis, 1596. 4
Sam-mieli, 1598. 2
Piſauri, 1598. 3
Panormi II. 1599. 1
Rothomagi, 1600. 1
Sauonæ, 1600. 2
Longobardi, 1600. 3
Surgeriarum, 1600. 4
Vriæ, 1601. 2
Caſtri-Ioannis, 1601. 3
Condri, 1601. 4
Sergianæ, 1601. 5
Manceræ, 1602. 1
Manæ, 1602. 1
Niciæ, 1602. 2. excidit.

Index

Bergomi, 1602. 2. excidiſſe videtur.
Valetæ, 1602. 3
Fani, 1602. 5
Albingauni, 1602. 6
Campiniaci, 1603. 1
Populationis Ducis Gandiæ, 1603. 2
Viuarij, 1603. 3
Foſcaldi, 1603. 4
Marateæ, 1603. 5
Balneoli, 1603. 6
Leuantij, 1603. 7
Guaſti, 1603. 8
Vrſanæ, 1603. 9
Teatis, 1603. 10
Atriæ, 1603. 11
Ripaltæ, 1603. 12
Æſij, 1603. 13
Turris Ximeniæ, 1604. 1
Burgetti, 1604. 3
Montis-leonis, 1604. 4
Caſtillionis, 1604. 5
Metarum, *ſeu* Metis, 1604. 6
Inſulæ Venuſinæ, 1604. 7
San-ſpiritus, 1604. 8
Muchiameli, 1605. 1
Veræ, 1605. 2
Florentiæ II. 1605. 3
Capuæ, 1605. 4
Caſertæ, 1605. 5
Semurij, 1605. 7
Caſtillionis, 1606. 1
Neruij, 1606. 2
Saldanæ, 1606. 3
Venaſci, 1606. 4
Montis-Merulæ, 1606. 6
Caſtri-Theodorici, 1606. 6
Compendij, 1606. 7
Blauiæ, 1606. 8
Caſtri-Veterani, 1607. 1
Firmi, 1607. 2
Veſuntionis, 1607. 3
Ornaci, 1607. 4
Auallonis, 1607. 5
Burdigalæ, 1607. 6
Niuerni, 1607. 7
Patecij, 1608. 1
Ciminæ, 1608. 2
Martinæ, 1608. 3
Duni, 1608. 4
Peronæ, 1608. 5
Fontis-ſancti, 1608. 6
Spinalij, 1609. 1
Lauduni, 1609. 2
Stenaci, 1609. 3
Nanceij II. 1609. 4
Vici, 1609. 5
Tolonij, 1609. 6
Alcami, 1609. 7
Almoradij, 1609. 8
Oppidi, 1610. 1
Arimini, 1610. 2
Libonati, 1610. 3
Xaccæ, 1610. 4
Lutetiæ, 1610. 5
Victoriaci, 1610. 6
Albalatæ, 1610. 7
Stalricij, 1610. 8
Calui-Montis, 1611. 1
Fori-Seguſianorum, 1611. 2
Valentiæ, 1611. 2
Ruſcinonis, 1611. 2
Briuatis, 1611. 2
Rupti, 1611. 2
Sancti Stephani, 1611. 2
Tornodori, 1611. 3
Caleſij, 1611. 4
Ondaræ, 1611. 5
Gerundæ, 1611. 6
Galliani, 1612. 1
Gallipolis, 1612. 2
Nardi, 1612. 3
Capurſij, 1612. 4
Caſtellanæ, 1612. 5
Siculiani, 1612. 6
Guiſiæ, 1613. 1
Fori-Linij, 1613. 2
Aureliæ, 1613. 3
Bleſarum, 1614. 1
Biterrarum, 1614. 2
Piſtorij, 1614. 3
Gubernoli, 1614. 4
Vezeliæ, 1614. 5
Antuerpiæ, 1614. 6
Andegaui, 1615. 1
Planiaci, 1615. 2
Anderlaci, 1615. 3
Bitonti, 1615. 4
Baſſingij, 1615. 5
Exolduni, 1615. 6
Carnoti, 1616. 1
Barij, 1616. 2
Spetiæ, 1616. 3
Bruxellæ, 1616. 4
Nomenij, 1616. 5
Xabeæ, 1616. 6
Arelatis, 1616. 7
Melitelli, 1617. 2
Tauromenij, 1617. 3
Vizinij, 1617. 4
Sulpherini, 1617. 5
Albæ-Terræ, 1617. 6
Guichiæ, 1617. 7
Tullini, 1617. 8
Pontonis D. Gonzali, 1617. 10
Bituricarum, 1617. 13
Bellouaci, 1617. 14
Calniaci, 1617. 15
Leodij, 1618. 1
Montium in Hannonia, 1618. 2
Inſulæ, 1618. 3
Octauiani, 1618. 4
Barri, 1618. 5
Cœnomani, 1618. 6
Engoliſmæ, 1619. 1
Caſtri-noui, 1619. 2
Rhedonum, 1619. 3
Sparnaci, 1620. 2
Decem-Pagorum, 1620. 3
Lanæ-villæ, 1620. 4
Romontij, 1620. 5

Marchu-

Marchæ-villæ, 1621. 1
Arbosij, 1621. 2
Cazalij, 1621. 3
Cæsaroduni Turonum, 1621. 4
Decisæ, 1621. 5
Leonæ S. Pauli, 1622. 1
Gerardimontij, 1622. 2
Stauaieri, 1622. 3
Matisconis, 1622. 4
Duni-regij, 1623. 1
Silignaci, 1623. 2
Romæ III. 1623. 4. Collegium.
Pedacij, 1623. 5
Amantiæ, 1623. 6
Marcopolis, 1623. 7
Fluminis-frigidi, 1623. 8
Montis-fortis, 1623. 9
Noti, 1623. 10
Gypsi, 1623. 11
Randatij, 1623. 12
Genuæ II. seu Maratij, 1623. 13
Algaliolæ, 1623. 14
Centurij, 1623. 14
Calaris, 1623. 14
Messaniæ, 1623. 15
Ostuni, 1623. 16
Cupersani, 1623. 17
Seminariæ, 1623. 18
Romani, 1623. 19
Molini, 1623. 20
San-Chamondi, 1623. 21
San-Axaldi, 1623. 22
Cremonæ, 1623. 22
Comi, 1623. 22
Alexandriæ, 1623. 22
Surici, 1623. 22
VVerlemani, 1623. 22
Dolæ, 1624. 1
Ducci, 1624. 2
Spinæ, 1624. 3
Calopicciati, 1624. 4
Sermonetæ, 1624. 5
Nicosiæ, 1624. 6
Aiamontis, 1624. 7. Collegium.
Sulmonis, 1624. 8
Sanctæ-Luciæ, 1625. 2
Belnæ, 1625. 3
Taurini, 1625. 4
Briennæ, 1627. 1
Vlyssiponis, 1627. 4
Mortuaci, 1628. 1
Rupellæ, 1628. 2
Tinellæ, 1628. 3
Carcassonæ, 1629. 1
Pragæ, 1629. 6
Viennæ, 1629. 7
Fistrici, 1629. 8
Primitzij, 1629. 8
Monachij, 1629. 9
Sanctæ Annæ, 1629. 10
S. Andreæ, 1629. 11
VVarnouij, 1629. 12
Catonæ, 1629. 13
Minoriſſç, 1629. 14
Dertuſç, 1629. 14
Cæsennæ, 1629. 16
Claiettæ, 1629. 17
Biterrarum II. 1631. 1
Draguignanij, 1631. 2
Roannæ, 1631. 3
Mussipontis, 1632. 1
Clarimontis, 1632. 2
Roiæ, 1633. 1
Diuionis II. 1633. 2
Niciæ, 1633. 3
Ciuitatis, 1634. 5
Conuentus S. Marci Ord. Minorum, 1418.
Conuentus olim absque Ordinariorum licentia poterant constitui, 1506. 3
Cordubæ in ædibus nostrorum reuelatio SS. Martyrum, &c. 1553. 3
Cordubæ Conuentus, 1510. 1
Cordubæ Moniales instit. 1535. 3
Cordubense factum memorabile, 1539. 2
Coriliani Conuentus, 1458.
Cornelia Bianqueri, 1532. 8
Cornelius de Rogiano, 1593. 10
Coronæ Clericalis forma nostris præscripta, 1507. 9
Correctores ad annos duos à Sixto V. instituti, 1587. 1
Correctores apud Grandimontanos, 1585. 10
Correctoris Conuentus Sanctissimæ Trinitatis Rom. præcedentia, 1599. 1
Correctoris nomen, 1493. 3. 4
Correctoris nomen stabilitum, 1501. 4
Correctorium, 1506. 2. 1507. 7. 1517. 2
Cosmas Clausse Episc. 1610. 6
Cosmas Mignozius, 1573. 2
Cremonæ Conuentus, 1623. 22
Crotonis Conuentus, 1460. 2
Cryptaliæ Conuentus, 1538. 1
Cupersani Conuentus, 1623. 17
Cyprianus Rouyer, *epp. 2. &c.*
Cyrus de Tyard. Episc. 1596. 3

D.

DAmianus Correa, 1585. 3
Damianus l'Espetuier, 1612. 16
Daniel Verot, 1608. 4. & alibi.
Decimarum exemptio, 1527. 1
Decisæ Conuentus, 1621. 5
Declarationes P. Bineti, 1509. 1
Declarationes in Regulam à Card. Senogallensi editæ, 1508. 2. 4. 3
Dedicatio Ecclesiæ.
Abbatis-villæ, 1504. 1
Altarium Nigeonensium, &c. 1551. 2
Ambianensis, 1517. 3
Ambianensium altarium, 1512. 1
Auallonensis, 1607. 5
Bomeriarum, 1507. 1
Bracancuriæ, 1496. 1
Carnotensis, 1616. 1
Castri-Eraldensis, 1495. 3
Castrotheodoricensis, 1606. 6
Giemensis, 1498. 4
Gratianopolitanæ, 1499. 1
Hispalensis, 1548. 5

Mantuanæ, 1591. 8
Maſſilienſis, 1594. 1
Montis-Gaugerij, 1502. 4
Nanceianæ, 1590. 1
Nigeonenſis, 1578. 7
Niuernenſis, 1607. 7
Peronenſis, 1608. 5
Rhemenſis, 1572 1
Valentinæ in Hiſpania, 1532. 2
Sueſſionenſis, 1582. 5
Victriacenſis, 1610. 6
Dertuſæ Conuentus, 1619. 14
Deſiderius de Mota, 1520. 1. 1523. 2. 1526. 2. eius mirabilis curatio, 1527. 3. V. General. Zeloſ. eius laudatio, 1532. 1
Deſiderius Iuletus, 1609. 4
Deſiderius Virion, 1614. 5
Diana à Francia Engoliſmæ D. 1610. 5
Didacus Alburquerquius, 1541. 2. 1529. 1. 1548. 4. *in app.* 2.
Didacus Amado, 1561. 3
Didacus Arias de Valcarcel, 1601. 1. 1610. 5. 1611. 2
Didacus Barbuto, 1530. 4
Didacus Brauo Suarez, 1608. 6
Didacus Brochero, 1554. 2
Didacus de Aëdo Arch. Panormit. 1532. 8. 1599. 1
Didacus de Ayala, 1613. 3
Didacus Deça, 1548. 5
Didacus de Pantoia, 1603. 15
Didacus de Quignonez, 1627. 4
Didacus de Santoyo, 1578. 4
Didacus de Sylua, 1535. 4
Didacus Hurtado de Mendoza Hiſpal. Archiep. & Card. 1502. 5
Didacus Maldonatus, 1556. 4
Didacus Moreno, *in app.* 2.
Didacus Ortiz, *in app.* 1.
Didacus Verdeio, *in app.* 1.
Didamia della Sommaglia, 1623. 22
Dieppæ Conuentus, 1581. 2
Dieuzæ Conuentus, 1620. 3
Dimaſus Loris Epiſc. 1574. 1. 1578. 5
Dinamerita Goluto, 1532. 8
Diomedes Carafa, 1586. 4
Dionyſia Compain, 1621. 4
Dionyſiani Monaſterij in Francia exemptio, 1471. 1
Dionyſius à Paula, 1611. 3
Dionyſius Barbierus, 1497. 1507. 7. 1514. 1. 1517. 1. *in app.* 1.
Dionyſius Briçonnetus Maclouienſis Epiſc. 1519. 2
Dionyſius Corteſius, 1602. 1
Dionyſius de Eſtrada, 1611. 2
Dionyſius Huraltus, 1585. 10
Dionyſius..... Maleacenſis Epiſc. 1495. 3
Dionyſius Manſcour, 1582. 4
Dionyſius Simon Card. de Marquemont, 1607. 5. 1616. 4. & alibi.
Dionyſius Strata, 1613. 6
Diuionis Conuentus, 1596. 4
Diuionis II. Conuentus, 1633. 2
Dolæ Conuentus, 1614. 1
Dominicus à Caſtro-blanco, 1598. 7
Dominicus à Marchia, 1593. 10
Dominicus à Mylis, 1579. 3
Dominicus à Patetno, 1572. 2. 1576. 3. 1577. 2
Dominicus à Paula, 1545. 2. 1581. 2
Dominicus de Cayas, 1610. 7
Dominicus de la Haye, 1507. 7
Dominicus de Tauromena, 1547. 3
Dominicus Genaſius, 1602. 1
Dominicus Iacobatius Card. 1518. 1. 1519. 9
Dominicus Malherbe, 1517. 2. 1520. 1
Dominicus Merlo, 1610. 2
Dominicus Mingron, 1581. 1
Dominicus Olrion, 1608. 4
S. Donatus, 1607. 3
Dorothea de Croy Comitiſſ. d'Arſchot, &c. 1618. 2
Dorothea la Grutta, 1532. 8. 1574. 4
Draguignani Conuentus, 1631. 2.
Drepani Conuentus, 1572. 3
Duaci Conuentus, 1614. 2
Duodeciaci Conuentus, 1620. 3
Duni Conuentus, 1608. 4
Duni-regij Conuentus, 1623. 1

E.

Ecclesias noſtras à quouis Catholico Epiſcopo conſecrari, à Superioribus Ordinis benedici & reconciliari conceſſit Iulius II. 1506. 3
Edmundus Carnot, 1620. 2
Eduardus Angl. 1600. 4
Ebronenſis Epiſcopatus, 1504. 1
Ebronenſes Epiſc. duo eodem tempore, *ibid.*
Ebuli Conuentus, 1577. 3
Electiones Conuentuum prohibentur interuerti aut irritari, 1541. 2
Electiones per compromiſſum factæ & faciendæ approbantur, 1581. 4
Electiones pro abſentibus ſuppleri poſſunt, &c. 1571. 1
Eleëmoſynas facientibus Indulgentia conceditur ab Epiſc. Arabian. 1510. 7
Elizabetha à Lotharingia, 1604. 6. 1619. 9
Elizabeth Criſpo, 1600. 7
Elizabetha de Guiral, 1604. 1
Elizabetha di Capoa, 1547. 1
Elizabetha Francica Reg. 1539. 4
S. Elpidius, 1593. 5
Elyſij campi, 1616. 7
Emanuel de los Cobos, 1599. 1
Engoliſmæ Conuentus, 1619. 1
Epiphanius Bicheta, 1610. 4
Erneſtina de Ligne, 1627. 3
Eremitæ S Hieronymi à B. Petro Piſano inſtituti, 1473.
Eremitæ S. Franciſci, 1435. 3
Erneſtus Adalbertus Card. ab Harach. 1629. 6
Errieus à Lotharingia Epiſc. 1575. 3
Eugenius ab Arcualo, *in app* 1.
Eugenius Campoclarus, 1605. 6. 1611. 2
Eugenius IV. Pap. 1435. 2
Euphraſia à Monte-leonis, *in app.* 1.
S. Euphraſius, 1495. 4

Euſebius

Digitized by Google

Generalis.

Euſebius Foucault, 1613. 3
Euſtachius Aprilis ab hæreticis mactatur, 1562. 5
Euſtachius Apuril, 1507. 7. qui ſuprà.
Euſtachius du Bellay, 1551. 2
Euſtachius du Lis Epiſc. 1607. 7. 1621. 5
Excalceatorum inſtituto & origo, 1598. 6
Exemptio ab Ordinariorum iuriſdictione, 1471. 1473. 1474
Exemptionum confirmatio, 1485. 2
Extenſio priuilegiorum per omnes Ordinis domos, 1532. 3

F.

FAbricius Branciforte, &c. 1617. 8
Fabricius Landrianus Epiſc. 1628. 3
Fabricius Paganus, 1586. 5
Fabricius Veroſpius Card. 1495. 1
Fama quantùm valeat, 1518. R. S.
Fani Conuentus, 1602. 5
Fauſtina de Iordanis, 1593. 1
Febronia à Monte-leonis, *in app.* 1.
Federicus Arragonius cum B. P. N. crematur, 1562. 5
Federicus Card. Borromæus, 1615. 3
Federicus de Fuxo, &c. 1615. 2
Federicus Gonzaga, 1573. 1
Federicus Rouereus, 1598. 3
Fedeticus, *ſeu* Fridericus Rex Neapolis, eiuſque funus, 1504. 3
Federicus II. Imp. 1532. 2
Felix à Neapoli, 1596. 2
Felix Bota, *in app.* 1.
Ferdinandus Arragonius, 1516. 5. 1533. 2. 1534. 2
Ferdinandus Bauarus, 1618. 1
Ferdinandus Caldera, *app.* 2.
Ferdinandus d'Auila, 1493. 6
Ferdinandus de Caſtromaluenda, 1582 5
Ferdinandus Delgado Epiſc. 1396. 6
Ferdinandus de Medina, 1558. 1
Ferdinandus de Rye, 1607. 3. 1621. 2. 1624. 1. 1632. 3
Ferdinandus Duarte de Barrientos, 1493. 6
Ferdinandus Erneſtus Auſtriacus R. 1619. 6
Ferdinandus Franciſcus Auſtriacus, 1629. 6
Ferdinandus Gonzaga, 1547. 1. 1591. 8
Ferdinandus Imperator, *in app.* 1.
Ferdinandus Moreno, 1600. 6
Ferdinandus Niño à Gueuara, 1605. 9
Ferdinandus Pandurus, 1482. 7. 1486. 1. 1487. 2. 1493. 6
Ferdinandus Rex Arragoniæ, 1416. 1
Ferdinandus Rex Neap. campanam mirabilem noſtris donat, 1464. 2. de eod. 1480. 1. 2. 1481. 1. 3. 1482. 2
Ferdinandus II. Imp. 1629. 6
Ferdinandus V. Cathol. Rex Hiſpaniar. 1487. 2. 1493. 6
Fernandus de Caſtro, 1582. 5
Fernandus de Valdes Archicp. 1561. 5
Fernandus de Villafaña, 1544 1
Fernandus Enriquez de Ribera, 1577. 4
Ferrariæ Conuentus, 1532. 2
Firmi Conuentus, 1607. 2
Firminus Fuſcianus, *in app.* 2.
Fiſtrici Conuentus, 1629. 8
Flaminia Arſalia, 1605. 8
B. Flauia, 1607. 3
Florentiæ Conuentus, 1585. 3
Florentiæ Conuentus II. 1605. 3
Fluminis-frigidi Conuentus, 1623. 8
Fœlix à Maida, *app.* 2.
Fontis-ſancti Conuentus, 1608. 6
Fontium Conuentus, 1595. 2
Fori-Iulij Conuentus, 1529. 2
Foriliuij Conuentus, 1613. 2
Fori priuilegiũ ab Henrico II. conceſſ. 1554. 2
Fori-Seguſianorum Conuentus, 1611. 2
Franciſca à Lotharingia, 1589. 3
Franciſca Arrigo, 1532. 8
Franciſca de S. Simon, 1498. 5
Franciſca de Valenzuela, 1495. 5
F.. nciſca Maria de l'Aubeſpine, 1615. 6
Franciſcus de Oppido, 1582. 2
Franciſcus à Caſtania, 1579. 3. 1585. 2
Franciſcus à Caſtro, 1613. 4
Franciſcus à Crotone, 1517. 2
Franciſcus à Longobardis, 1630. 1
Franciſcus à Lotharingia Epiſc. 1625. 2
Franciſcus à Lotharingia Vademontanus, 1601. 8
Franciſcus à Maida, 1523. 2. 1617. 1
Franciſcus à Paula, 1629. 3
Franciſcus à Sabaudia, 1625. 4
Franciſcus à S. Vedaſto, 1558. 2
Franciſcus Baraton, 1502. 4
Franciſcus Barleta, 1572. 3
Franciſcus Bellemere, 1523. 2. 1529. 1. 1532. 2. eius obitus, 1547. 4
Franciſcus Bertuccius à Mineo, *app.* 2.
Franciſci Bineti conuerſio, 1490. 3. ſtudium in procuranda confirmatione Regulæ, 1506. 2. 1507. 7. ~~Vid.~~ General. Zeloſ. in Canonizat. B. P. 1518. 2. Ob. 1524. 8
Franciſcus Bonzeré, 1582. 4
Franciſcus Borbonius Contius, 1493. 8
Franciſcus Briçonnet, 1509. 4
Franciſcus Britanniæ Dux. Vide Franciſcus I. Rex.
Franciſcus Caraſa, 1580. 5
Franciſcus Card. de Ioyoſa, 1570. 2. 1587. 2
Franciſcus Card. de la Rochefoucault, 1610. 5. 1611. 2
Franciſcus Card. Surdiſius, 1606. 8. 1607. 6
Franciſcus Card. Ximenius, 1578. 4
Franciſcus Ceccardus, *in app* 1.
Franciſcus Cerdonius, 1507. 7. 1508. 1. 1517. 2. mors eius & elogium, 1518. 1
Franciſcus Cuccius, 1581. 2
Franciſcus de Aimeric, 1611. 6
Franciſcus de Bobadilla, 1561. 4
Franciſcus de Brichanteau, 1610. 5
Franciſcus de Cerezano, 1518. 2. *in app.* 1.
Franciſcus de Cimina, 1608. 2
Franciſcus de Cordoüa Epiſc. 1548. 5
Franciſcus de Cordoüa, 1493.
Franciſcus de Coſſé, 1623. 2
Franciſcus de Cryptalijs, 1541. 2

Index

Franciſcus de Cugnac, 1498. 4
Franciſcus de Flchard Epiſc. 1617. 8
Franciſcus de Gamarra Epiſc. 1602. 1
Franciſcus de Halluyn Ambian, Epiſc. 1503. 3. 1504. 1. 1510. 7. 1512. 1. 1516. 7. 1517. 3
Franciſcus de Hennares, 1568. 1. 1581. 2
Franciſcus de la Beraudiere Epiſc. 1615. 2. 1617. 6
Franciſcus de la Cruz, 1561. 3
Franciſcus de la Cueuas, 1588. 8. V. Scriptor.
Franciſcus de la Faïette Epiſc. 1610. 5
Franciſcus de la Guiche de S. Geran, 1613. 10
Franciſcus de la Riuiere, 1617. 1. 1621. 6. & alibi.
Franciſcus de la Rochechoüart, 1503. 2
Franciſcus de l'Hoſpital du Hallier, 1610. 5
Franciſcus de Louuain, 1617. 14
Franciſcus de Lupis de la Fare, 1616. 7. Epiſc. fit & mor. 1615. 6
Franciſcus de Maricourt, 1617. 14
Franciſcus de la Neuuille, 1585. 10
Franciſcus de Portillo, 1606. 13
Franciſcus de Quirinis, 1586. 4
Franciſcus de Ribas, *in app.* 1.
S. Franciſco P. N. dicati Conuentus
Albingauni.
Auerſæ.
Balneoli.
Barcinonis.
Barij.
Barri.
Bellouaci.
Bernaldæ.
Butelli.
Campiniaci.
Camporum.
Capurſij.
Carcaſſonæ.
Caſertæ.
Caſtri-veterani.
Caſtri-villarij.
Catanzari.
Dieuzæ.
Florentiæ II.
Fori-Liuij.
Foſcaldi,
Gerundæ.
Gramullarij.
Gubernoli.
Hiſpalis Colleg.
Inſulæ.
Leodij.
Leuantij.
Lunæ-villæ.
Lutetiæ.
Maioricæ.
Marſalæ.
Minoriſſæ.
Monopolis.
Muchiameli.
Neapolis IV.
Niciæ.
Nicoteræ.
Niuerni.
Nolæ.
Octauiani.
Oppidi.
S. Pauli Leonenſis.
Perpiniani.
Piſauri.
Randatij.
Rhegij-Iulij.
Romæ Colleg.
Salerni.
Salerni.
Salmanticæ.
Sant-Angeli.
Sant-Axaldi.
Siculiani.
Sinopolis.
Spetiæ.
Spinalij.
Stalricij.
Stenaci.
Taurini.
Teatis.
Thermarum.
Valleſiæ.
Viennæ.
Viuarij.
Xaccæ, & alij de quibus ſuis locis.

S. Franciscvs Pavlanvs.

Dies eius natalis 1416. 2
Nomen, 1416. 3
Patria, 1416. 4
Parentes, 1416. 5
Miracula in natiuitate edita, 1416. 8
Prima educatio, 1420
Votiua Minorum veſte induitur, 1418
Seceſſus eius in ſolitudinem, 1419
Paulani Conuentus fundatio, 1435. 1. 2. 3
Paternienſis Conuentus fundatio, 1444
Corilianenſis per eum fundatio, 1458
Crotonem mittit, 1460. 2
Traiicit in Siciliam & Mylis Conuentum fundat, 1464. 1. 2
Inquiſitio in eius miracula, 1469. 1
Maidenſis Conuentus per eum fundatio, 1469. 3
Exemptionem impetrat ab Archiepiſc. Conſentino, 1471. 1. eiuſque confirmationem, 1473. 1474
Prædicit Hydruntinam cladem, &c. 1480. 1
iuuat recuperationem, 1481. 1
Perſequitur eum Rex Neapol. 1480. 2
Vocatur in Galliam, 1481. 3
Profectio eius ab Italia, 1482. 1
Aduentus Neapolim, 1482. 2
Aduentus Romam, 1482. 3
Appulſus in Gallia, 1482. 4
Aduentus ad Regem, 1481. 5
Conſuetudo cum Rege, 1483. 1
Officium erga mortuum Regem, 1483. 2
Prædictiones plures memorabiles, 1481. 1. 2. 3. 1485. 3
Suos mittit in Hiſpaniam, 1487. 2
Regis filio nomen impouit, 1492. 1

Primam

Digitized by Google

Primam Regulam edit & confirmandam curat, 1493. 1. 2. 3. 4
Secundam etiam, 1501. 2. & tertiam, 1502. 1. atque demum quartam, 1506. 2
Mors eius & elogium, 1507. 3
Informatio pro eius canonizatione, 1512. 2. Vide Proceſſus.
Beatificatio eius, 1513. 7
Proceſſus ad eius canonizationem. Vid. Proceſſus, &c.
Relatio Simonetæ coram Leone X. ad effectum Canonizat. 1518. 2
Canonizatio eius, 1519. 2
Feſtum eius indicitur, 1521. 1
Officium proprium conceditur, 1528. 1. reformatur, 1574. 1
Cultus eius apud Neapolitanos, 1532. 3
Crematur ab hæreticis, 1562. 5
Indulgentia pro die eius feſto, 1579. 1
Repoſitio reliquiarum eius, 1582. 9
Decretum de feſto eius per vniuerſam Eccleſiam celebrando, 1585. 1
Inſigne miraculum, 1598. 1
Mediceorum patronus, 1605. 8
Litteræ eius pro Conuentu Rom. Sanctiſſimæ Trinitatis, 1606. 9
Officium duplex reſtituitur, 1613. 4
Decretum vt de Paula non apponatur, 1624. 15
Patronus Neapolis decernitur, &c. 1629. 4
De eius laudibus nonnihil, *in app.*
Franciſcus de Rohan Epiſc. Andeg. 1502. 4. Arch. Lugdun. &c. 1506. 1
Franciſcus de Santoyo, 1578. 4
Franciſcus de Sauoca, *in app.* 1.
Franciſcus de Sibilla, 1507. 7
Franciſcus d'Eſparues, &c. 1617. 6
Franciſcus de Syracuſis, 1624. 12
Franciſcus de Tamayo, 1596. 2. 1599. 1
Franciſcus de Tournon Card. 1552. 1
Franciſcus de Veas, 1619. 7
Franciſcus de Verthamon, 1610. 5
Franciſcus Diedo, 1610. 2
Franciſcus d'Orleãs Sampaulanus C. 1606. 6
Franciſcus Duarte, 1524. 5. 1589. 2
Franciſcus du Croiſet, 1614. 13
Franciſca Ferdinandez de Cordoüa, 1589. 1
Franciſcus Fernandez de Coalla, 1493. 6
Franciſcus Fortunatus, 1611. 2. 3.
Franciſcus Gomez de Sandoual, 1616. 6
Franciſcus Gonzaga Rethelius, 1607. 7
Franciſcus Gonzaga, 1591. 8
Franciſcus Grauina, 1599. 1
Franciſcus Hyacinthus à Sabaudia, 1625. 4
Franciſcus Subletus Deſnoiertius, 1611. 4
Franciſcus Humblotus, 1598. 4. 1602. 1. 1608. 7. 1610. 5. 1612. 13
Franciſcus Lachiuar Epiſc. 1619. 5
Franciſcus la Goutte, 1607. 4. 1621. 3
Franciſcus Laſarte, 1538. 2
Franciſcus Lauallius, 1493. 8
Franciſcus le Febure Epiſc. 1633. 1
Franciſcus le Tellier, 1610. 5
Franciſcus Longo, 1581. 2
Franciſcus Longus, *in app.* 1. 1599. 1. qui ſup. Fräciſcus Maioranus, *in app.* 1. 1496. 3. 1507. 7
Franciſcus Maldonatus, 1559. 1
Franciſcus Mando, &c. 1612. 4. 1616. 2
Franciſcus Manrique de Lara, 1554. 2
Franciſcus Maria Card. Tauruſius, 1599. 1
Franciſcus Maria Roueren⁹, 1598. 3
Franciſcus Medices, 1583. 3
Franciſcus Mommotantius, 1610. 5
Franciſcus Moroſinus Epiſc. 1588. 5
Franciſcus Paëz, 1598. 6
Franciſcus Paglarinus, 1544. 2
Franciſcus-Paulanus à Sabaudia Geneu. D. 1615. 3
Franciſcus-Paulanus de Clermont d'Amboiſe, 1611. 2
Franciſcus-Paulanus Naſſauius, 1617. 3
Franciſca Perez, 1582. 5
Franciſcus Pericard Epiſc. 1599. 2
Franciſcus Portillo de Lorenzana, 1561. 4
Franciſcus Richardus, 1629. 6. & ſeq.
Franciſcus Rodriguez, 1585. 10. 1596. 1
Franciſcus Salazar de Oriue, 1561. 4
Franciſcus Saleziu⁹ Epiſc. 1622. 11
Franciſcus Sanz, 1611. 3. 1632. 5
Franciſcus Secundus, 1530. 2
Franciſcus Sigalas, 1611. 10
Franciſcus Spinellus, 1605. 4
Franciſcus Tamaio, 1614. 7
Franciſcus Tellerius, 1628. 4
Franciſcus Truxillo, 1585. 11
Franciſcus Vacarius, 1535. 1
Franciſcus Valeſius, 1610. 5
Franciſcus Vanderburch Archiep. 1618. 2
Franciſca Veyni, 1507. 6. 1541. 1
Franciſcus Victon, 1610. 5. 1625. 4
Franciſcus Xilo, *in app.* 1.
Franciſcus I. Rex B. P. N. precibus impetratus, 1493. 9. regnum capeſſit & noſtris mox immunitatem confirmat, 1515. 1. Priuilegia confirmat, 1518. 3. mandat celebrari Canonizat. B. P. N. 1519. 2. eius obitus, 1547. 2
Franciſcus II. Brit. D. 1589. 3
Franciſcus II. Rex, &c. 1560. 1
Fraxineti Conuentus, 1580. 2
Freſnedæ Conuentus, 1580. 2
Fridericus Raganeau, 1594. 1
Fublini Conuentus, 1588. 2
Fundatrices plures eſſe poſſunt, 1559. 2
Fundatrices quæ poſſunt ingredi Conuentus, 1578. 2
Funus regium memorabile, 1504. 3

G.

G. Abbas de Tenall. 1600. 4
Gabriela Angelica Francica D. Valette, 1625. 4
Gabriel Albaſpinæus Epiſc. 1613. 3
Gabriela Caiſier, 1621. 6
Gabriela de Gadagne, 1623. 21
Gabriela de la Barge, 1612. 2
Gabriela Foucquart, 1621. 6
Gabriel Cicala, 1602. 1
Gabriel de Cabrairoles, 1614. 2

Index

Gabriel de Gifford Archiep. 1620. 2
Gabriel Hiſpanus, 1574. 1. 1576. 1. 1578. 3. eius obit, 1579. 7
Gabriel le Veneur Epiſc. 1585. 10
Gabriel Lopez, *epp.* 2.
Galeſij Conuentus, 1578. 2
Galliani Conuentus, 1612. 1
Gallionis Cappella, 1610. 5
Gallipolis Conuentus, 1612. 2
Garcias de Haro Epiſc. 1608. 6
Garcias Piſa, 1518. 6. 1550. 1
Garſias de Loaiſa, 1605. 10
Gaſpara de Miolans de Cheurieres, 1615. 6
Gaſpar Bonus, 1604. 9
Gaſpar Coignet, 1628. 2
Gaſpar de Balboa, 1585. 11
Gaſpar de Foſſo, eius obit & laudatio, 1592. 5
Gaſpar de Quiroga Card. 1539. 4
Gaſpar Dinet, 1593. 10. 1599. 2. 1600. 1. 1619. 9
Gaſpar du Laurent Arch. 1616. 7
Gaſpar Eſcolano, 1604. 9
Gaſpar Guani, 1603. 10
Gaſpar Maldonatus de Salazar, 1518. 6
Gaſpar Paſſarellus, 1568. 2. 1571. 1. 1574. 1. 1584. 1
Gaſpar Pineda, 1581. 2
Gaſpar Riceiullus de Foſſo. Vid. Gener. Zeloſ. Coll. &c.
Gaſpar Ricciullus de Foſſo, 1535. 1. 1536. 1548. 6. 1551. 3
Gaſpar Vinkius, 1612. 2
Gaſto Borbonius Francicus, 1603. 1
Gefunij Conuentus, 1593. 6
Genuæ Conuentus, 1494. 2
Genuæ II. Conuentus, 1623. 13
Generalatus ad ſex annos prorogatur, 1605. 8
Generalatus à Sixto V. ad ſex annos prorogatur, 1587. 1

GENERALES.

Ægidius Camart, 1615. 3
Alphonſus Villamaior, 1581. 2
Bernardus Faber, 1538. 2
Deſiderius de la Mote, 1519. 1
Didacus Arias de Valcarcel, 1611. 2
S.P.N. Franciſcus quoad vixit. Vid. Franciſc. Paul.
Franciſcus à Longobardis, 1630. 1
Franciſcus à Mayda, 1617. 1
Franciſcus Beliemere, 1531. 1
Franciſcus Binet, 1508. 1. 1514. 1520
Franciſcus Cerdonis, 1517. 2
Gaſpar Paſſarellus, 1571. 1
Gaſpar Ricciullus de Foſſo, 1535. 1. 1541. 2. 1561. 2
Germanus Lionet, 1511. 1
Gregorius Carbonellus à Paula, 1587. 1
Hieronymus Arnonus, 1556. 1
Hieronymus Durand, 1599. 1
Hugo de la Chaux, 1553. 2
Ioannes à Flumine-frigido, 1565. 1
Ioannes de Beauregard, 1559. 2
Ioannes Iudas, 1562. 3
Ioannes Malras, 1550. 2
Ioannes Sutoris, 1526. 2. 1529. 1
Ioſephus le Tellier, 1578. 3
Iſidorus Samblaſius, 1593. 10
Marcellus Palmerius, 1544. 2. 1568.
Martialis de Vicinis, 1523. 2. eius obitus prolepticus, 1526. 4
Mathias Chico, ſuffectus, 1608. 7
Petrus de Mena, 1596. 2
Petrus Hebert, 1602. 1
Simon Bachelier, 1615. 1
Simon Guichardus, 1547. 3
Stephanus Augier, 1605. 6. 1608. 7
Stephanus Carneualius à Francica, 1584. 1
Valentinus à Maſſa, 1574. 1
Generales ſtatim ab electione officio funguntur, quibus rationem reddant, &c. 1536
Generalis eligendi in cauſa mortis noua formula, 1614. 10
Geneſius de Nuncibay Faxardo, 1493. 6
Georgius Armeniacus Card. 1495. 1
Georgius Armeniacus. V. Protect.
Georgius Cæſarinus, 1613. 4
Georgius d'Amboiſe Card. Legatus, 1505. 5. 7. 8. 1547. 1
Georgius del Frago, 1576. 1
Georgius de Montgerard, 1620. 2
Georgius Meot, 1612. 8
Gerardimontij Conuentus, 1612. 2
Gerardus Collebert, 1517. 3
Gerardus Comes Vezeliacenſ. 1617. 15
Gerardus Gobaillius Epiſc. Pariſienſ. 1493. 7
Gerardus Pillot, 1496. 1
Germaniæ deſolatio, 1526. 1
Germaniam miſſi noſtri petente Imp. 1497.
Germanici Martyres, 1526. 1
Germanus Carré, 1581. 2
Germanus Lionetus miſſus in Hiſpaniam. 1487. 2. 1495. 4. 5. 1507. 2. 7. 1511. 1. mors eius & elogium, 1513. 13
Germanus Roſa, 1498. 5
Gerundæ Conuentus, 1611. 6
Giemi Conuentus, 1498. 4
Gilberta de Beaufort de Canillac, 1611. 2
Gilbertus de Riuoire, 1611. 2
Gilbertus Genebrardus, 1560. 4
Godefridus de la Marthonie Ambian. Epiſc. 1517. 3
Godefridus Ludtin, 1499. 2
Godefredus de Billy Epiſc. 1609. 2
Godefredus de S. Belin Epiſc. 1591. 7. 1592. 2. 1603. 1
Godefredus S. Marci Epiſcopus, 1473. 1474
Gofredus Martin, 1507. 7
Gomezius Tellez-Giron, 1561. 4
Gomezius Suarez de Figueroa, 1493. 6
Gonſaluus. V. Conſaluus.
Guadicenſium Martyrum inuentio, 1611. 16
Guaſti Conuentus, 1603. 8
Gubernoli Conuentus, 1614. 4
Gueluæ Conuentus, 1588. 7
Guichiæ Conuentus, 1617. 7
S. Guido apud Anderlacum, 1615. 3
Guido Card Bentiuolius, 1625. 6
Guido Daillon du Lude, 1617. 7

Generalis.

Guido de la Mure, 1631.3
Guido Huraltus Archiep. 1615. 6
Guidona de Ruelland, 1623. 2
Guido 15. Lauallius, 1493. 8
Guillelma de Coucy, 1609. 2
Guillelmus à Caſtro-Eraldi ab hæreticis trucidatus, &c. 1569. 2
Guillelmus Baoulx, 1621. 8
Guillelmus Briçonnetus Card. &c. 1495. 1
Guillelmus Chaperon, 1610. 6
Guillelmus du Prat Epiſc. Claromont. 1507. 6. 1541. 1. eius obitus & laudatio, 1560. 4
Guillelmus Figuli. Vid. Zeloſi.
Guillelmus Fouquet de la Varenne Epiſc. 1615. 1
Guillelmus Frezel, 1507. 7
Guillelmus Fulgoſius. 1581. 1
Guillelmus Hugonis Archiep. 1617. 2
Guillelmus Leber, 1575. 3. 1619. 5
Guillelmus Nicolas, 1610. 5
Guillelmus Normannus II. 1577. 3
Guillelmus Pontinius, 1493. 8
Guillelmus Serreux, *in app.* 1.
Guillelmus IV. Aquit. D. 1600. 4
Guillelmus Mariette, 1509. 4
Guiſiæ Conuentus, 1613. 1
Guſtauus Adolphus Suecor. R. 1629. 6
Guynoctus de Bouſiere, 1482. 6
Granatenſe bellum, 1487. 2
Granatenſis Conuentus, 1511. 6
Granullarij Conuentus, 1578. 5
Gratianopolitanus Conuentus, 1499. 1
Gratia Valentina, 1606. 10
Gregorius Carbonellus à Paula. V. General. & 1611. 2. 3
Gregorius de Valbuena. 1574. 1. 1581. 2
Gregorius Vicus miraculo conuerſus, 1488. 2. 1507. 7
Gregorius IX. Pont. 1609. 2
Gregorius XII. Antip. 1416. 1
Gregorius XIII. Pont. 1575. 5. confirmat priuilegia, *ibid.* de Viſitatorum autoritate decernit, 1576. 2. de eod. 1579. 1. 1581. 4. 1583. 7
Gregorius XIV. & ab eo conceſſa, 1591. 9
Gregorius XV. P. 1621. 7. 1622. 7. 1623. 4
Gypſi Conuentus, 1623. 11.

H.

HAbanenſes peſte liberantur, 1602. 1
Habitus noſter ab externis deferri prohibetur, 1539. 5
Hæreticis progeniti quinam recip. ad profeſſ. 1583. 7
Harduinus de Clermont d'Amboiſe, 1611. 2
Hector à Borbonio Archiep. Toloſ. 1490. 1. 1503. 2
Hector Caputus, 1515. 1. 517. 2
Hector Pignatello, 1518. 10. 1532. 8
Helena de Lucena Olit, 1495. 5
Helena de Sermoiſe, 1616. 4
Helies Reynier, 1503. 2
Henrica à Sabaudia, 1582. 4
Henrica-Carola Mommorenciaca prole ſuſcepta gratias habet, &c. 1489. 2
Henrica de Cleues, 1573. 1
Henrica Francica Reg. Angliæ, 1625. 4
Henricea à Lotharingia, 1625. 1
Henricus à Lotharingia, 1601. 8
Henricus à Sabaudia Nemor. D. 1615. 3
Henricus Auguſtus de Lomenie, 1619. 2
Henricus Borbonius Buſſetanus, 1507. 1
Henricus Borbonius Cõdæus, 1489. 2. 1507. 2
Henricus Borbonius Mompenſierus, 1603. 1. 1606. 5
Henricus Boyer, 1509. 4
Henricus Bremontius, 1603. 1
Henricus Caſtanæus Rupipoſæus Epiſcop. 1591. 7
Henricus Clauſſe Epiſc. 1572. 1. 1610. 6
Henricus de Baradat Epiſc. 1608. 5
Henricus de Buzegnies, 1618. 2. 1622. 2
Henricus de Gournay, 1621. 1
Henricus de Ioyeuſe, 1590. 2
Henricus de la Chaſtre de Nancé, 1615. 6
Henricus des Noyers Eques, &c. 1585. 10
Henricus d'Orleans, 1573. 1
Henricus Franciſcus Vanderburch, 1617. 2
Henricus Gondius Card. Retſius, &c. 1610. 5
Henricus Gouffier de Boiſy, 1631. 3
Henricus le Meignen Epiſc. 1578. 7
Henricus Memmius, 1610. 6
Henricus Morus, 1597. 1
Henricus Poulain, 1617. 15
Henricus Turnonius, 1611. 2
Henricus Santon. Epiſc. 1600. 4
Henricus Schombergius, 1617. 7
Hericus I. Comes palatinus Campaniæ, &c. 1585. 10
Henricus II. Lotharing. D. 1590. 1. 1601. & 1609. 1
Henricus II. Rex Gall. priuilegia Deceſſorum confirmat, &c. 1548. 3. fori priuilegio noſtros cohoneſtat, 1554. 1. obit. eius, 1560. 2
Henricus III. Rex, 1574. 1. confirmat Priuilegia, &c. 1579. 4. donat Conuentum Vicenn. 1585. 10
Henricus IV. R. confirmat omnia priuilegia, 1594. 3 (alib. ſæp.
Henricus IV. Rex & ab eo conceſſa. ſup. &
Henricus V. Angliæ Rex, 1416. 1
Henrieta-Catharina de Ioyeuſe, 1600. 2. 1609. 1. 1610. 5. 1613. 1
Heraclius Imp. 1416. 2
Hercules de la Foreſt, 1615. 5
Hercules Dux Ferrariæ, 1532. 2
Hernandus Caluus, *in app.* 1
Hernandus Perez, *in app.* 1.
Hieracij Conuentus, 1585. 4
Hieronyma à Paterno, 1525. 2
Hieronyma Policina, 1623. 9
Hieronyma Gugliazo, 1603. 16
Hieronymus à Bitonto, 1615. 4. 1616. 2. *app.* 2.
Hieronymus Abſolu, 1589. 5
Hieronymus à Caſtro, 1591. 1. 2
Hieronymus à Meſſana, *in app.* 1.
Hieronymus à Piſano, 1603. 13
Hieronymus Arnonus, 1556. 1. 1559. 2
Hieronymus Aſagy Nicienſis Epiſc. 1489. 4
Hieronymus à S. Dominico, 1589. 9
Hieronymus Auguſtinus, 1602. 5
Hieronymus Baltinoto, ſeu Valt. 1614. 3

Index

Hieronymus Bruturius,1603 6.1605.6.1607
Hieronymus Burgeſius, 1605.8
Hieronymus Capilla, *app.* 2.
Hieronymus Card. Pāphilius, 1606.9.1610.9
Hieronymus de Caſtro, 1571.1.1574.1.1581.2
Hieronymus de Contreras, *in app.* 1.
Hieronymus de Gacta, 1582. 5
Hieronymus de Guaſca, 1599. 1
Hieronymus de Herrera Epiſc. 1612.16
Hieronymus de Maluito, 1607. 9
Hieronymus de Ponte, 1507. 7.1511.1
Hieronymus de S. Agatha, 1507. 7
Hieronymus de S. Ella, 1516. 3. 1517. 1. Vid. Coll. Gen. &al.
Hieronymus de Villegas, 1578. 4
Hieronymus Durandus, 1596. 2. 1599. 1. 1602. 1. 3. 1605. 6. 1611. 2. 1626. 3
Hieronymus Frizon, 1609. 2
Hieronymus Gaſca, 1611. 2. 3
Hieronymus Hennequinus Epiſc. 1582. 4. 1585. 10. 1606. 6. 7
Hieronymus Hernandez de Molina, 1608. 8
Hieronymus l'Iſola, 1607. 3
Hieronymus Manrique, 1578. 4
Hieronymus Moion, 1591. 1
Hieronymus Paineau, 1621. 3
Hieronymus Sammarcus, 1538. 1. 1541. 2
Hieronymus Trimarchi, *app.* 2.
Hilarion de Coſte, 1610. 5. & alibi.
Hippolytha Bouchard, 1617. 6
Hippolytha d'Eſtrée de Villars, 1610 5
Hippolythus Ateſtinus Card. 1532. 2. alter item, *ibid.* & 1547. 1. 1570. 2
Hippolythus Card. Aldobrandinus. V. Clemens VIII. Protect. & Viceprotect.
Hippolythus Card. Rubeus, 1572. 2
Hippolythus Maria Beccaria, 1573. 1
Hippolythus Raulin, 1607. 3. 1611. 2. 1620. 1
Hippolythus Serranus, 1578. 4. 1584. 1. 1593. 10
Hippolythus Vaſſallus, *app.* 2.
Hiſpalenſis Conuentus, 1524. 5
Hiſpanicæ miſſionis diſquiſitio, 1487. 2
Honorata Bertrand, 1604. 7
Honoratus à Sabaudia, 1582. 4
Honoratus Sigaudi, 1611. 3
Horatius Burgeſius, 1605. 8
Horatius Caponius, 1606. 4
Horatius de Reatis, 1596. 2
Horatius Farneſius, 1610. 5
Hortenſia Burgeſia, 1605. 8
Hoſpitale Scholaſticorum, ſeu S. Catharinæ, 1582. 4
S. Huberti cornu, 1610. 6
Hugo de Cella, 1600. 4
Hugo de Calce, 1535. 1. V. Zelot. Gener. & al.
Hugo de Chatelins, 1496. 1
Hugo de la Varenne, 1517. 2
Hugo de Sappo, 1507. 7. 1511. 1
Hugolinus de Bandis, 1610. 2
Hugo Remondi, 1517. 2
Humilitatis laudatio, 1518. R. S.
Hyacinthus Follini, *in app.* 1
Hyacinthus Iudici, 1624. 12
Hydrunti Conuentus, 1540. 1
Hydrūtina clades, 1480. 1. recuperatio, 1481. 1

I

Iacoba de la Fayette, 1617. 7
Iacoba Emanuela Gouffier, 1608. 5
Iacoba Malendrin dotat cappellam B. P. N. 1489. 2. de ea ſæpiùs alib.
Iacoba Parey, 1610. 6
Iacobus Aurilliot, 1590. 3
Iacobus Bazin, 1615. 4
Iacobus Berthon, 1614. 2. 1615. 2. 1617. 6
Iacobus Billaut, 1581. 2
Iacobus Bonauentura Hepburnus, *app.* 2.
Iacobus Boſſellus, 1333. 2
Iacobus Bremant, *app.* 2.
Iacobus Breton, 1509. 4
Iacobus Bridoul, 1618. 3
Iacobus Carpentier, 1617. 15
Iacobus Clarkſonus, 1588. 8
Iacobus de Beaune, 1509. 4
Iacobus de Boonen, 1612. 2
Iacobus de Claireuaus Epiſc. Ebron. 1504. 1
Iacobus de Drechel, 1629. 17
Iacobus de la Roche, 1575. 3
Iacobus de Ledeſma, 1562. 3
Iacobus de Morano, 1507. 7. 1508. 1. 1511. 3
Iacobus de Neuf-Chezes Epiſc. 1610. 5
Iacobus des Prés, 1588. 2
Iacobus de Turricella Epiſc. 1594. 1
Iacobus de Vargas, 1525. 1
Iacobus Emard, 1591. 9
Iacobus Garcia de Aquilar, 1534. 2
Iacobus Ianneal, 1559. 2
Iacobus le Boults, 1621. 4
Iacobus Legier, 1507. 7
Iacobus le Glouſt, 1572. 1. 1596. 1
Iacobus l'Eſperuier, *in app.* 1. 1487. 2. 1500. 7
Iacobus le Vaſſeur, 1617. 15
Iacobus Lucas, 1519. 2
Iacobus Maioret, 1575. 3
Iacobus Magiſtri, 1559. 2
Iacobus Marguerin, 1633. 1
Iacobus Martinot, 1624. 14
Iacobus Martotilla S. Franciſci pater vir ſanctus & Oblatum tandem profeſſus, 1416. 5
Iacobus Maſſelin, 1599. 6
Iacobus Mitte de Miolans, 1623. 11
Iacobus Morandus, 1584. 1
Iacobus Paſſedoit, 1507. 7. 1520. 1
Iacobus Perezius Epiſc. 1533. 2
Iacobus Pichonneau, 1578. 3
Iacobus Ruet, *in app.* 1
Iacobus Sadoletus, 1519. 2
Iacobus Sammarcus, 1538. 1
Iacobus Simonetta, 1495. 1. 1518. 2. eius obitus & laudatio, 1539. 6
Iacobus Tillier, 1512. 2
Iacobus Trimullius, 1507. 1
Iacobus Turgot, 1600. 4. 1616. 8
Iacobus Turricella Epiſc. 1611. 2
Iacobus Ventura, 1626. 2
Iacobus Zapaterus, 1578. 5
Ioannes Antonius Laliota, 1585. 2.
Ieſu Crucifixi imitatio noſtris propoſita, 1502. 2
Ignatius à Capua, 1593. 2. 1598. 3. 1605. 4

Digitized by Google

Generalis.

Illiturgis Conuentus Fratrum, 1495. 4. Sororum, *ibid.* 5
Indulgentia à Leone X. conceſſa, &c. 1518. 4
Indulgentia memorabilis pro Neapolitanis 1532. 3
Indulgétia memor. pro Tertiariis, &c. 1514. 2
Indulgentia pro die feſto B. P. N. 1579. 2. trãſfertur, &c. 1580. 7
Indulgentia pro noſtr. Neapolitanis, &c. 1539. 3
Indulgentiæ memorab. à Iulio II. conceſſæ, 1507. 10
Indulgentiæ Ordinis non reuocantur, &c. 1516. 3
Inhumationis ius olim diſceptatum, &c. 1505. 7. 1506. 4
Inicus Daualos y Aquino, 1603. 8
Innocentius Cybo, 1494. 2
Innocentius VIII. Pap. 1485. 2. 1493. 1
Inquiſitio per Luſitaniam, 1535. 4
Inſulæ Venuſinæ Conuentus, 1604. 7
Interdicto Ordinariorũ an teneamur, 1516. 3. 1521. 2
Inuentio Martyrum apud Guadicem, 1613. 16
Ioachimus Dehem, 1562. 6
Ioachimus le Venier, 1607. 6
Ioanellus Matrini, 1633. 3
Ioannella Aragonia Pinatela, &c. 1607. 1
Ioanna Arcenſis puella virgo, 1481. 6
Ioanna Auſtriaca, 1583. 3
Ioanna Caſerta Tertiaria à dæmone liberata, &c. 1501. 5
Ioanna Caſerta, *in app.* 1.
Ioanna Chabot, 1505. 6
Ioanna Colona, 1604. 3
Ioanna Cortes, 1510. 1
Ioanna Cuello de Lazaraga, 1604. 1
Ioanna de Auſtria, 1617. 2
Ioanna de Barrera, 1617. 11
Ioanna de Gamboa, 1510. 1
Ioanna de Halluyn-Pienne, 1499. 2. 1513. 15
Ioanna de Cordoüa, 1578. 4
Ioanna de la Garde, 1610. 6
Ioanna de Monluc de Balagny, 1610. 6
Ioanna de Sandoual, 1605. 9
Ioanna Druart, 1612. 2
Ioanna Durre de Theſſieres, 1616. 5
Ioanna Enriquez de Ribera, 1617. 10
Ioanna Flandrenſis, 1609. 2
Ioanna Francica, ſeu Valeſia inſtitutrix Annunciatarum & eius cum B. P. N. neceſſitudo, &c. 1505. 1
Ioanna Ponce de Leon, 1510. 1
Ioanna II. Regina Neapolis, 1416. 1
Ioanna Ruffo, 1629. 13
Ioanna Theuart, 1610. 6
Ioannes Abarca, 1589. 10
Ioannes à Bonifacio, 1518. 8
Ioannes à Boſco, 1495. 5
Ioannes Abúdantius in Hiſpan. miſſus, 1487. 2. de eodem, 1505. 10. eius obitus & elogium, 1510. 2
Ioannes à Cortali, 1559. 2
Ioannes Alart, 1581. 2. qui ſeq.
Ioannes Allardus ſ. Aliartus, 1601. 1. 1606. 12
Ioannes Alphonſus Pimentel, 1533. 1. 1585. 11
Ioannes Aluarez de la Vega, 1617. 11
Ioannes à Laureto, *in app.* 1.
Ioannes Ambroſius Reuts, 1629. 7
Ioannes à Monte-forti, 1538. 2
Ioannes Andreas Doria, 1604. 3
Ioannes à Neapoli, vnus & alter, *in app.* 1.
Ioannes Angelus Medices, 1560. 3
Ioannes Antonius Maliuernius, 1616. 6
Ioannes Antonius Sorbellonius, 1560. 3
Ioannes Antonius Victorius, 1607. 2
Ioannes à Palma Galan, 1583. 4
Ioannes à Paterno, 1593. 3
Ioannes Armandus Cardnalis de Richelieu, 1618. 1
Ioannes Armeniacus Dux Memoroſi, 1495. 3
Ioannes Arnault, 1610. 5
Ioannes Arragonius Card. 1480. 2
Ioannes Artigueus. V. Bernardus.
Ioannes à S. Lucido, 1520. 3
Ioannes à S. Maria, 1605. 9
Ioannes à S. Michaele, 1593. 13
Ioannes à Tropea, 1543. 2. 1550. 6.
Ioannes Auguſtinus Balbus, 1494. 2. 1614. 6
Ioannes Auriæ Princeps, 1482. 3
Ioannes Baillet Altiſſiod. Epiſc. 1498. 4. 1512. 2. 1625. 3
Ioannes Bailliuy, 1590. 1
Ioannes Baluot, *ſeu potius* Balenot, 1507. 7
Ioannes Baptiſta Altouitus, 1495. 1
Ioannes Baptiſta Antonelius, 1598. 3
Ioannes Baptiſta à Saracina, 1586. 4
Ioannes Baptiſta Carbonus, 1507. 7
Ioannes Baptiſta de Baeza, 1600. 5
Ioannes Baptiſta de Crequy, 1608. 5
Ioannes Baptiſta de Piſa, 1587. 2
Ioannes Baptiſta des Bois, 1612. 7
Ioannes Baptiſta de Turchis, 1535. 2
Ioannes Baptiſta Lataracus, 1532. 2
Ioannes Baptiſta Leonius, 1608. 3
Ioannes Baptiſta Neretus, 1618. 8
Ioannes Baptiſta Saluagius Epiſc. 1601. 5
Ioannes Baptiſta Vrſinus Arch. 1539. 1
Ioannes Baptiſta Yanella, *app.* 1.
Ioannes Bardonis, 1510. 1
Ioannes Beican, 1596. 7
Ioannes Beſſoic, 1570. 2
Ioannes Bonus, 1604. 9
Ioannes Botheanus Epiſc. 1551. 1
Ioannes Boucher, *app.* 2.
Ioannes Boulon, 1523. 2
Ioannes Bourdichon pictor. 1507. 3
Ioannes Breton, 1614. 6. 1582. 5
Ioannes Bricet, 1562. 3
Ioannes Bruno, *app.* 2. 1610. 5. 1614. 6. 1606. 4
Ioannes Calderon, 1592. 4
Ioannes Camarota Epiſc. 1592. 5
Ioannes Campus, 1616. 3
Ioannes Candel, 1499. 2
Ioannes Cannart, 1589. 4
Ioannes Caradileti Archiep. Panorm. 1532. 8
Ioannes Card. Bonzius, 1614. 2
Ioannes Card. Caſtruccius, 1586. 3. V. Protect.
Ioannes Caro, *in app.* 1

Index

Ioannes Caſtriotus, 1612. 1
Ioannes Ceriſy, 1493. 7
Ioannes Certain, 1562. 3
Ioannes Chaillou, 1610. 5. & in app.
Ioannes Chappot, 1631. 3
Ioannes Comes Arenarum, 1481. 1
Ioannes Couſin, 1614. 2
Ioannes Cuchillerus, 1572. 3
Ioannes Cyret, 1562. 5
Ioannes Daffis Epiſc. 1621. 3
Ioannes d'Amboiſe Lingon. Epiſc. 1496. item vnus & alter alius, ibid.
Ioannes d'Arolas, 1570. 2
Ioannes de Baudricour. Vid. Robertus.
Ioannes de Baudricour F. 1482. 6
Ioannes de Baudricour vbinam ſepultus, 1562. 5. & alibi.
Ioannes de Beaufort de Canillac, 1615. 8
Ioannes de Beauregard, 1553. 2. 1556. 1. 1559. 2. 1562. 5
Ioannes de Beauuau, 1604. 6
Ioannes de Bonſigny, 1559. 2
Ioannes de Boyer, 1509. 4
Ioannes de Caroleis, 1507. 7
Ioannes de Caſtro-franco, 1507. 7
Ioannes de Caſtro-Serrutio, 1607. 6
Ioannes de Chambes, &c. 1505. 6
Ioannes de Coriliano, 1507. 7
Ioannes de Foix Archiep. 1607. 6
Ioannes de Gaona Epiſc. 1555. 2
Ioannes de Geneue Epiſc. 1496. 1. 1504. 1
Ioannes de Groſpain, 1607. 4
Ioannes de Hailly, 1597. 2
Ioanna de Harlay, 1611. 2
Ioannes Dehem, 1559. 2
Beat. Ioannes Dei, 1550. 1
Ioannes de Imola, 1507. 7
Ioannes de la Barreda, 1602. 7
Ioannes de la Cerda Comes Methymnæ Cœli, 1502. 5
Ioannes de la Charité, 1499. 2
Ioannes de la Cour, 1585. 10
Ioannes de la Croix Epiſc. 1610. 5. 1612. 8
Ioannes de la Foſſe, 1610. 5
Iannes de la Nuza, 1576. 1
Ioannes de la Rochefoucault, 1582. 9.
Ioannes de la Rue, 1509. 4
Ioannes de las Cabeças, 1617. 11
Ioannes de Laſſe, 1607. 6
Ioannes de la Trimoüille Pictau. Epiſc. & Card. 1500. 1
Ioannes del Comal, 1576. 1
Ioannes de Lebera, 1596. 2
Ioannes de Lenoncour, 1588. 4
Ioannes de l'Eſpinay, 1507. 7
Ioannes della Rocca, in app. 1.
Ioannes de Longuecioüe, 1616. 9
Ioannes de Lucena, 1596. 6
Ioannes de Lucillento, 1507. 7
Ioannes de Maio, 1607. 1
Ioannes de Mayda, 1604. 4
Ioannes de Mongober, 1507. 7
Ioannes de Mylis, in app. 1.
Ioannes de Ortega, 1614. 11
Ioannes de Pharias, 1553. 2
Ioannes de Poio, 1609. 5
Ioannes de Quirinis, 1586. 4
Ioannes de Rambure, 1499. 2
Ioannes de Reyroles, app. 2.
Ioannes Ribera Archiep. 1593. 10. 1604. 9
Ioannes de Salamanca, 1582. 5
Ioachimus d'Eſtain Epiſc. 1631. 2
Ioannes Deſtrac, 1607 6
Ioannes de Vallepeigna, 1551. 1
Ioannes de Vieux-pont Epiſc. 1588. 2
Ioannes de Viruega, 1578. 4
Ioannes de Vrrea, 1576. 1
Ioannes de Xeres, 1544. 1
Ioannes Deza Epiſc. Cordub. 1511. 1
Ioannes Diſmas Loris. V. Diſmas Loris.
Ioannes Dombalie, 1610. 5
Ioannes Dominicus Quadro, 1615. 4
Ioannes Dominicus Zacius Terdonenſis Epiſc. 1517. 2
Ioannes du Bellay, 1551. 2. 1553. 2. 1560. 2
Ioannes du Boſquiel des Planques, 1618. 3
Ioannes du Bourg, 1618. 6
Ioannes du Buiſſon, 1623. 20
Ioannes du Ioncquoy, 1624. 2
Ioannes du Pont, 1503. 2
Ioannes Durelle, app. 2.
Ioannes du Rozier, app. 2
Ioannes Feltonus, 1588. 8
Ioannes Ferdinandez de Caceres, 1510. 1
Ioannes Fernandez Pacheco, 1608. 1. 1610. 5
Ioannes Ferrerius Arch. 1582. 3
Ioannes Firminus à Veteri-monte, 1585. 12
Ioannes Foés, 1604. 6
Ioannes Franciſcus de Arenis, 1481. 1. 1516. 4
Ioannes Franciſcus de Binans, 1607. 4. 1613. 7
Ioannes Franciſcus Bordinus, 1599. 1
Ioannes Fráciſcus de Gondy Archiep. 1630. 1
Ioannes Franciſcus de Villalua, 1551. 4
Iounnes Franciſcus Mitte, &c. 1623. 21
Ioannes François, app. 2.
Ioannes Franſiure, 1600. 1
Ioannes Geneuois, 1502. 2
Ioannes Germain, app. 2
Ioannes Gonçalez Solorçano, 1561. 4
Ioannes Grojan, 1604. 6
Ioannes Groſſier, 1561. 3
Ioannes Guillaume, 1509. 4
Ioannes Iacobus Couruoiſier, app. 2.
Ioannes Iannetinus, 1541. 2
Ioannes Imp. Orient. 1435. 2
Ioannes Iſnardus, 1609. 6
Ioannes Italianus, 1554. 2
Ioannes Iudas, 1562. 3. 1564. 1. 2. 1559. 2
Ioannes Iulian, 1550. 2. 1553. 2. 1573. 3
Ioannes Kermarec, 1630. 1
Ioannes l'Afrique, 1608. 4
Ioannes le Ieune, app. 2.
Ioannes le Iourneur, 1499. 2
Ioannes Ludouicus de Nogaret, &c. 1619. 2.
Ioánes Luſitanus eius obit. & laudatio, 1570. 5
Ioannes Maiſonat, 1570. 8
Ioannes Malderus Epiſc. 1614. 6
Ioannes Malras, 1550. 2. 1553. 2. 1555. 3
Ioannes Manuel Perez de Guſman, 1605. 9
Ioannes Manricus de Lara, 1493. 6

Ioannes

Digitized by Google

Generalis.

Ioannella Maramontia, 1524. 5
Ioannes Maria de Monte Card. 1551. 3
Ioannes Maria Sfortia, 1494. 2
Ioannes Màrtinez à Lerma, *in app.* 1.
Ioannes Martinez, 1550. 2. 1559. 2. 1582. 5
Ioannes Mercator, 1557. 2
Ioannes Morales, *app.* 2
Ioannes Morhier, 1493. 7
Ioannes Morel, 1623. 23
Ioannes Muuarus, *in app.* 1
Ioannes Naſſauius, &c. 1627. 3
Ioannes Nicolai, 1623. 24
Ioannes XXII. Pap. 1416. 1. 1609. 2
Ioannes Pelletarius, 1559. 3
Ioannes Perrin, 1631. 3
Ioannes Piña de Celis, 1604. 1. 1605. 2. 1617. 10. 1630. 1
Ioannes Piobano, 1607. 10
Ioannes Pizzullus, 1623. 4
Ioannes Ponce de Leon, 1605. 10
Ioannes Pontier, 1622. 9
Ioannes Porcelletus Epiſc. 1590. 1. 1609. 1. & alibi.
Ioannes Portal, 1559. 3
Ioannes III. Portugal. Rex, 1535. 4
Ioannes Prieur, 1610. 5. & alibi.
Ioannes Quentin, 1493. 7. 1496. 1. 2. 1506. 1. mors eius & elogium, 1507. 4
Ioannes II. Rex Caſtellæ, 1416. 1
Ioannes Rodrigo à S. Marina, 1629. 5
Ioannes Romero, *in app.* 1599. 3
Ioannes Ropitel, 1562. 7. 1578. 3. 1580. 7
Ioannes Rouſſeau, 1507. 7
Ioannes Royal, 1612. 9
Ioannes Saluiati Card. 1519. 2
Ioannes Salut, 1574. 2. 1583. 6. eius obit. & laudatio, 1594. 5
Ioannes Sarſali Epiſcopus Cariatenſis, 1512. 2
Ioannes Sauuage, 1614. 6. 1616. 4. 1624. 1. 1630. 3
Ioannes Signoret, 1592. 1. 1604. 12. 1511. 1
Ioannes Soupplis, *in app.* 1.
Ioannes Standonk, 1493. 7. 1496. 1. eius obitus, &c. 1504. 4
Ioannes Sutoris. Vid. Generales, &c. & 1533. 2
Ioannes Tachereau, 1621. 4
Ioannes Telez Giron, 1546. 1548. 4. 1551. 5. 1555. 2. 1556. 2
Ioannes Teres Archiep. 1582. 3
Ioannes Thalamonis, 1507. 7. 1508. 1. 1511. 1
Ioannes Theutonicus, 1507. 7
Ioannes Thierry, 1530. 2. 1531. 1
Ioannes-Thomas Strata, 1613. 6
Ioannes Trahan, 1562. 5
Ioannes Triplot, 1629. 6. 10
Ioannes Triſtanus à Francia, 1607. 7
Ioannes Triuiſanus Patriarch. 1586. 4
Ioannes Vegel lapidibus obruitur, &c. 1569. 3. *in app.* 1.
Ioannes Verdier, 1621. 9
Ioannes Vicecomiti, 1494. 2
Ioannes Villanus, *in app.* 1.
Ioannis à Genuâ miraculum, 1481. 2
Ioannis à Roccâ conuerſio, 1460. 1. de eod. 1483. 2. 1504. 2. 1507. 7. obit. & elog. 1514. 7
Iodocus de Halluyn, 1503. 3
Iodocus Venti, 1503. 2
Iolanda de Baſſompierre, 1609. 1
Iolanda Burgunda, 1607. 7
Ioſeph à Meſſana, 1607. 8
Ioſeph Piug Eſteue, &c. 1578. 5
Ioſephus à S. Lucia, *in app.* 1.
Ioſephus Muñoz, 1548. 5
Ioſephus Seſſe, 1580. 2
Ioſephus Tellierus, 1566. 1. 1568. 2. 1570. 1. 1578. 3. 1581. 2. 1596. 2. 1613. 9
Ioſephus Torres à ſectariis confoſſus, 1593. 12
Ioſephus Victor Thibault, *app.* 2.
Iſaacius Caignet, 1517. 2. 1520. 1. *in app.*
Iſabella Clara Eugenia Belgar. Prin. 1616. 4
Iſabella de Babou, 1610. 5
Iſabella del Caſtillo, 1561. 4
Iſabella de Leyua, 1602. 1
Iſabella de Toledo, &c. 1571. 1
Iſabella du Moncel, 1600. 1
Iſabella Ioanna Moncon, 1604. 9
Iſabella le Peutre, 1610. 5
Iſabella Regina Neapolis, 1504. 3
Iſabella Sciarata, 1532. 8
Iſabella Valeſia Reg. Hiſpan. 1561. 4
Iſidorus Baltæmus, *in app.* 1.
Iſidorus à Maida, *app.* 2.
Iſidorus à Meſſana, *app.* 2.
Iſidorus Samblaſius, 1593. 10. 1596. 2
Iudæis progeniti qui poſſint recipi ad habitum, &c. 1583. 7
Iuditha de Meſme, 1633. 1
Iulia Arragonia, 1533. 2. 1534. 2
Iulia Cybo, 1561. 4
Iuliana Ala, 1611. 8
Iulianus à Genuâ, 1530. 2
Iulianus de Regina, 1511. 2
Iulianus de Ruuere, 1604. 5
Iulianus Hurtado, 1547. 3
Iulianus le Goix, 1616. 4
Iulianus Ruuereus Card. Pontifex futurus prædicitur, 1481. 3
Iulianus Ruuereus Card. & B. P. de eo prædictio, 1505. 3
Iulius à Paula, 1581. 1. 1584. 1
Iulius Cicala, 1593. 3
Iulius II. Pont. Max. eius electio, &c. 1505. 3. Priuilegia Ordini ab eo facta, 1505. 4. Vid. Iulianus Ruuereus. Approbat Regulam & Correctorium, 1506. 2. Multa priuilegia & gratias elargitur, 1506. 3. 4. 6. 1507. 2. 9. 10. 1508. 3. 6. 1511. 2. 1512. 2. eius mors & elogium, 1513. 2
Iulius III. Pont. 1551. 3. confirmat priuilegia, &c. 1553. 1. obit. 1555. 6
Iulius Taonus, 1633. 3
Iulius Vertura, 1606. 1
Iuſſanum Monaſterium, 1607. 3
Iuſti nomen Turnoniorum, 1611. 2

Index

L.

LAc miraculoſum B. V. 1533. 1
Lælius Cauda, 1625. 4
Lamelotus (fortè Lancelotus) Alamandius, 1503. 2
Lampadis miraculum, 1562. 4
Lampas oleo per miraculũ exundans, 1561. 3
Lancelotus Grogniet de Vaſſé, 1623. 2
Landomina de Iordanis, 1593. 1
Laudunenſis Curiæ Cappella regia, 1609. 2
Lauduni Conuentus, 1609. 2
Laura Palmeri, 1550. 2
Laurentia Claromontia, 1606. 7
Laurentia Franciſca d'Ourſans, 1607. 4
Laurentius à Bernalda, 1539. 1
Laurentius à Clauo, *in app.* 1. & 2. 1516. 4
Laurentius Alamandius Epiſc. Gratianopol. fundat Conuentum Toloſanum, 1490. 2. 1503. 2. Gratianopolitan. 1499. 1
Laurentius Alamandus Epiſc. Gratianop. opem B. P. N. experit, 1489. 1
Laurentius de Monte-alto, 1584. 1
Laurentius de Butbach, 1618. 1
Laurentius de las Infantas, 1617. 11
Laurentius de Pereynis, 1613. 3. 13. & alibi.
Laurentius Fardela, 1608. 1
Laurentius Geneuois, 1502. 2
Laurentius Maioli, 1614. 6
Laurentius Puccius Card. 1513. 10. Vid. Protectores.
Lauteti Prouincia, 1626. 5
Legionia Conuentus, 1627. 4
Leo Albertus D. Luxemb. 1627. 1
Leo X. Pontif. 1513. 5. multa priuilegia & gratias concedit, 1513. 5. 8. 9. 1516. 2. 1518. 4. 5. 1519. 1. 4. 1521. 1. 2. B. P. N. beatis adnumerat, 1513. 7. Canonizat. 1519. 2. Mors eius & elogium, 1521. 3
Leo XI. 1605. 8
Leodij Conuentus, 1618. 1
Leonæ S. Pauli Conuentus, 1622. 1
Leonardus Barbier, *in app.* 1.
Leonora Auſtriaca, 1591. 8
Leonora de Paz, 1561. 4
Leonora Medicis, 1591. 8
Leonora Viſina, 1610. 5
Leonorius d'Eſtampes, &c. Epiſc. 1616. 1
Leontij Conuentus, 1584. 1
Leopoldus Auſtriachus Archidux, 1619. 6
Leuantij Conuentus, 1603. 7
Liberius Gentilis à Rauenna, *app.* 2
Libonati Conuentus, 1610. 3
Linguæ-groſſæ Conuentus, 1584. 1
Longobardi Conuentus, 1600. 3
Loxæ Conuentus, 1559. 1
Loyſius Romeus benefactor Conuentus Coriliani, 1458
Lucas à Caſtania, 1584. 1
Lucas Alamanni Epiſc. 1599. 2
Lucas Antonius Card. Virilis, 1633. 4
Lucas de Regina, 1507. 7
Lucia de Luſſé, 1610. 5
S. Luciæ Virginis Vita, 1625. 2
Lucia Spinella, 1580. 5
Luciferi-fani Conuentus, 1593. 8
Lucius Card. Sanſeuerinus, 1616. 4
Lucretia Borgia, 1532. 2
Ludouica à Lotharingia, 1610. 5
Ludouica à Sabaudia B. P. ſtudioſa, &c. 1507. 3. 1516. 1. eius obitus, 1531 2
Ludouica à Sabaudia Pleſſiacenſem Eccleſiam augendam curat, 1489. 2
Ludouicæ à Sabaudia votum pro ſuſcipienda prole, 1493. 9
Ludouica Borbonia ſuſceptæ prolis voto obligata, &c. 1489. 2
Ludouica de Beon, 1619. 2
Ludouica de Braus, 1624. 2
Ludouica de Combault, 1617. 14
Ludouica de Luxembourg, 1619. 2
Ludouica de Mommorency, 1611. 2
Ludouica de Radeual, 1590. 1
Ludouica de Vintimiglia, 1619. 8
Ludouica Gideni, *in app.* 1.
Ludouica Rochon, 1610. 5
Ludouica Valentin D. 1507. 1
Ludouica Vul, 1544. 1
Ludouicus à Criptaliis, 1593. 6
B. Ludouicus Alamandius Arch. Arelat. & Card. 1490. 1
Ludouicus Alemaïn, 1507. 7
Ludouicus à Granata, *in app.* 1
Ludouicus à Lotharingia Princ. Falcoburgi, 1625. 2
Ludouicus à Monopoli, 1617. 1
B. Ludouicus Bertrandus, 1556. 3
Ludouicus Buignet, 1509. 4
Ludouicus Card. à Lotharingia, 1572. 1
Ludouicus Chenet, *app.* 2.
Ludouicus Corneio, 1582. 1
Ludouicus de Agno, 1516. 4
Ludouicus de Berlaymont Arch. 1614. 6
Ludouicus de Cannizares Epiſc. 1617. 16
Ludouicus de Cardenas, 1539. 2
Ludouicus de Chiconneau, 1617. 15
Ludouicus de Eſpinoſa, *in app.* 1.
Ludouicus de Halluyn, 1503. 3
Ludouicus de la Guiche, &c. 1623. 20
Ludouicus de la Pouſtoie, 1616. 1
Ludouicus de Quero, 1617. 11
Ludouicus de la Riuiere, 1606. 5. & alibi.
Ludouicus de Hedouuille de Sandricour, 1498. 5
Ludouicus de Tournon, 1611. 2
Ludouicus de Vaudetart, 1610. 5
Ludouicus de Vornay, &c. 1609. 2
Ludouicus Dinet Epiſc. 1622. 4
Ludouicus Dony d'Attichy, 1610. 5. 1630. 2.
Ludouicus du Chaine Epiſc. 1625. 6 (&c.
Ludouicus Elziar, 1602. 3
Ludouicus Flamicus, 1507. 7
Ludouicus Foy, 1617. 14
Ludouicus Frizon, 1609. 2
Ludouicus Gonzaga Dux. 1573. 1
Ludouicus Guillaud, 1596. 3
Ludouicus Hoſpitalius Vitriacus, 1610. 5

Digitized by Google

Ludouicus Iuſteau Regulæ confirmandæ procurator, 1506. 2. 1507. 7. 1508. 1. *in app.* 1.
Ludouicus Laſo de la Vega, 1493. 6
Ludouicus le Puel, 1631 1
Ludouicus Malherbe. Vid. Dominicus.
Ludouicus Michaud, 1610. 6
Ludouicus Morales, 1561. 3
Ludouicus II Rex Neapolis, 1416. 1
Ludouicus VII. R. Vicennenſis domus fundator, 1585. 10
Ludouicus X. R. 1600 4
Ludouicus XI. Rex B. P. N. expetit, 1481. 3. 1482. 1. excipit, 1482. 5. moritur inter manus B. V. 1483. 1
Ludouicus XII. 1498. 2. eius in Ordinem noſtrum affectus & beneuolentia, *ibid.* 3. alia de nouo priuileg. concedit, &c. 1500. 2. Regulam curat approbari, 1501. 1. confirmatio priuileg. ab eodem, 1502. 3
Ludouicus XIII. Rex, & ab eo data & conceſſa, 1610. 5. 1611. 7. alibi ſæpiùs.
Ludouicus Rohannius ob ſuſceptam prolem voti reus, &c. 1489. 2
Ludouicus Trimullius, 1507. 1
Ludouicus Valeſius, 1610. 5
Ludouicus Valeſius Aleſius, 1617. 7. qui ſup.
Lugduni Conuentus, 1552. 1
Lunæ-villæ Conuentus, 1620. 4
Lutetiæ Pariſiorum Conuentus, 1610. 5

M

Magdalena de Beauuau, 1604. 6
Magdalena de Clermont, &c. 1617. 14
Magdalena de Lagnet de Cauſans, 1606. 4
Magdalena d'Eſcoubleau de Sourdis, 1617. 14
Magdalena Giron, 1555. 2
Magdalena Marchant, 1610. 5
Magdalena Rupifucaldia, 1611. 2
S. Maginus, 1591. 1
Mahometus II. Turcar. Imp. 1447. 2. 1480. 1. 1481. 1
Maidæ Conuentus, 1471. 1
Maioricæ Conuentus II. 1596. 2. 1584. 1
Malacæ Vexillum S. P. N. Imagine ab vna parte impreſſum, 1493. 6
Malacæ obſidio, 1487. 2
Malacenſis Conuentus donatio, 1491. 2. progreſſus, &c. 1493. 6
Manceræ Conuentus, 1602. 1
Mantuæ Conuentus, 1591. 8
Manuel II. Imp. Orient. 1416. 1
Maphæus Barberinus, 1611. 1
Marateæ Conuentus, 1603. 5
Maratij Conuentus, 1613. 13
Marcellus Orlandus, *app.* 2
Marcellus Palmerius, 1516. 2. 1538. 2. 1544. 1
Marcellus II. P. 1555. 6
Marchæ-villæ Conuentus, 1611. 1
Marcopolis Conuentus, 1623. 7
Marcus Antonius Burgeſius, 1605. 8
Marcus Antonius de Ceruis, 1583. 1
Marcus Antonius de Iordanis, 1593. 1
Marcus Antonius Feſtineſius, 1583. 1
Marcus Breton, 1599. 4
Marcus Centurion, 1562. 2
Marcus Hiſpanus, 1507. 7
Marcus Antonius Muretus, 1585. 7
Marcus Antonius Nodinot, 1624. in Elog. Cam. XII.
Marcus à S. Hieronymo, 1605. 6
Marcus de Noa, 1586. 1
Marcus Senogallienſ. Epiſc. &c. 1535. 4
Marcus Vigerius Card. 1507. 7. 1508. 2. mors eius & elogium, 1516. 8
Mare magnum à Iulio II. editum, 1506. 6
Margareta de Baudricour, 1496. 1
Margareta de Lemus, 1493. 6
Margareta Gonzaga, 1590. 1
Margareta Saunier, 1532. 2
Margarita à Prouincia R. 1607. 7
Margarita Auſtriaca à Cruce, 1613. 4
Margarita Palæologa, 1573. 1
S. Maria à finibus terræ magnæ deuotionis locus, &c. 1612. 1
Maria à Luxemburgo, 1589. 3
Maria à Montenigro, *in app.* 1.
Maria à S. Georgio, 1532. 8. 1595. 5
Maria à Trinitate, 1539. 4
Maria Auſtriaca Hung. Reg. 1629. 6
Maria Barbara de Haraucour, 1598. 2
Maria Borbonia Mompenſiera, 1603. 1
Maria Bouhier, 1610. 5

B. MARIÆ V. dicati Conuentus.

Abbatiſuillæ.
Alaquazij.
Albæ-terræ.
Ambaſiæ.
Ambiani.
Ancon.
Anoiæ.
Aquarum-Sextiarum.
Arboſij.
Arelatis.
Auallonis,
Auinionis.
Baſſingij.
Bellizegardi.
Belnæ.
Biterrarum II.
Blauiæ.
Bomeriarum.
Bracancacuriæ.
Briatici.
Brunduſij.
Bruxellæ.
Cabilonis.
Camarenæ.
Campaniæ.
Capuæ.
Carnoti.
Caſtelliarum.
Caſtillionis.
Caſtri-Ioannis.

Index

Caſalij.
Cauæ.
Cirellæ.
Ciuitatis.
Codicori.
Conilij.
Cordubæ.
Cremonæ.
Cryptaliæ.
Dieppæ.
Diuionis I. & II.
Dolæ.
Draguignani.
Drepani.
Fori-Seguſianorum.
Freſnedæ.
Galeſij.
Gallipolis.
Guichiæ.
Guiſiæ.
Libonati.
Linguæ groſſæ.
Longobardi.
Lugduni.
Lutetiæ.
Maioricæ.
Manceræ.
Manæ.
Marchæ-villæ.
Marræ.
Maſſiliæ.
Matiſconis.
Matriti.
Mediolani.
Metis.
Molini.
Montis-alti.
Montis-merulæ.
Muchiameli.
Nanceij I. & II.
Nardi.
Neapolis II. & III.
Nigeonis.
Noti.
Nuceriæ.
Ondaræ.
Ornati.
Paterni.
Pictauij.
Planiaci.
Populationis Cazallæ.
Porretiarum.
Rethelij.
Rhemorum.
Romani.
Romontij.
Rothomagi.
Rupellæ.
Ruſſilionis.
Salerni.
San-Arpini.
San-Blaſij.
San-Chamondi.
San-Georgij.
San-Stephani.
Segobiæ.
Seminatæ.
Spinæ.
Tarenti.
Thermarum.
Tinellæ.
Tornaci.
Tropeæ.
Tullini.
Valentiæ in Gallia.
Valetæ.
Venaſci.
Veſontionis.
Vicennarum.
Viterbij.
Vvarnouij.
Ximenæ, de quibus ſuis locis.
B. Mariæ Virg. à Victoria Imago, 1493. 6

B. Mariæ à Victoria dicati Conuentus.

Albalatæ.
Aſtygis.
Azalcazarij.
Biatiæ.
Caſcanti.
Cæſaraugustæ.
Cordubæ.
Granatæ.
Hiſpalis.
Malacæ.
Matriti.
Panormi II.
Portus S. Mariæ.
Xabeæ.
Xeræ, de quibus ſuis locis.
Mariæ Virg. inſignis apparitio, 1518. 8
Maria de Arce, 1593. 15
Maria de Barionueuo, 1556. 4
Maria de la Cueua, 1546. 1556. 2
Maria de la Sauſſaye, 1614. 1
Maria Denets, 1600. 1
Maria de Valençuela, 1495. 5
Maria de Xaraua, 1578. 4
Maria du Drac, 1590. 3
Maria Gailand, 1621. 4
Maria Georgeau, 1610. 5
Maria Gomez, 1562. 4
Maria Grumi, 1532. 8
Maria Laſſo, 1561. 4
Maria le Febure, 1610. 5
Maria Medicæa. V. Bleſar. Engoliſm. Cæſarod. Conuent. & alibi.
Maria Medicæa Reg. 1573. 3. 1610. 5
Maria Melendez, 1561. 4
Maria Mendez de Soto maior, 1617. 11
Marianus Carnoualicus, *in app.* 1.
Marianus Malagrinus, 1586. 7
Marianus Perbenedictus Card. à Camerino, 1605. 8
Maria Pharaone, 1604. 13
Maria Pingré, 1517. 2
Maria Ruiz, 1561. 3

Maria

Digitized by Google

Generalis.

Maria Seſſe, 1580. 2
Maria Verſoris, 1610. 5
Maria Vertix, 1576. 1
Maria Xaramillo, 1518. 6
Marinus de Quirinis, 1586. 4
Marinus Merſennus, *app.* 2.
Marinus Piballeau hæreuc. imp. 1562. 5
Marſalæ Conuentus, 1585. 2
Martæ Conuentus, 1574. 1
Martialis de Vicinis. Vid. Generales.
Martialis de Vicinis Ordinem profitetur, 1487. 2. 1507. 7
Martinæ Conuentus, 1608. 3
S. Martinus ab hæreticis crematur, 1562, 3
Martinus à Toleto, *in app.* 1.
Martinus Condognatus, 1519. 3
Martinus de Bolea. 1576. 1
Martinus de Cardenas, 1606. 3
Martinus de Villagomez, 1605. 1
Martinus Dupto, 1573. 4
Martinus Heriſſé, 1624. in Elog. Cam. ix.
Martinus Roſſellus, 1570. 2. 1629. 1
Martinus Sanz, 1606. 13. 1591. 2
Martinus Thomas, 1609. 8
Martinus Vermujos, *in app.* 1.
Martyres apud Sammathanum, 1533. 3
Martyrum Guadicenſium Inuentio, 1612. 16.
Maſſæ Conuentus, 1586. 6
Maſſiliæ Conuentus, 1594. 1
S. Mathanus Scotus, 1533. 3
Mathildis Durre de Theſſieres, 1616. 5
Mathurinus Aubert, 1550. 2. 1553. 2. 1556. 1 1559. 2
Mathurinus Aubert Viſitator Apoſtolicus, 1565. 1. Generalis, 1575. 1
Mathurinus Marchand, 1621. 4
Mathurinus Romegas, 1495. 1
Mathurinus Thabourdeau, 1507. 7
Matiſconis Conuentus, 1622. 4
Matriti Conuentus, 1561. 4
Matthæus à Celico, *in app.* 1.
Matthæus Arnault, 1559. 2
Matthæus à S. Seuerino, 1607. 2
Matthæus Bordier, 1583. 6
Matthæus de Anconâ, 1581 2
Matthæus Liſon, 1580. 1
Matthæus Martin, *app.* 2.
Matthæus Michel, *1507. 7. 1508. 1. 1511. 1. in app.*
Matthæus Valles, 1518. 6
Matthias Chico, 1608. 7. 1611. 2
Matthias Chiricus, 1555. 4
Matthias Houius Archiep. 1615. 3
Mauri Hiſpaniâ pulſi. 1487. 2
Maximilianus à Gandauo, &c. Epiſc. 1618. 3
Maximilianus D. Bauariæ, 1629. 2
Maximilianus de Belleforiere, 1633. 1
Maximilianus de Grillier, 1582. 4
Maximinus de Villars, 1629. 11
Maximilianus Liechtenſteinius, 1629. 12
Mediolani Conuentus, 1547. 1
Melchior Card. Cleſelius, 1629. 7
Melchior de Fourbin, 1602. 1
Melchior de los Reyes, *in app.* 1.
Melchior de Molina, 1561. 4
Melchior de Spinoſa, 1602. 1
Melchior de Vega, 1561. 4
Melchior Guerrerius, 1513. 11
Melchior Mitte de Miolans, 1623. 21
Melchior Ximenes, 1565. 1. 1614. 10
Melitelli Conuentus, 1617. 2
Mencia de Salcedo, 1556. 4
Mencia Manuël, 1502. 5
Mendicantibus noſtri aſcribûtur, &c. 1567. 4
Mendicantium religioſorum perfectio, 1518. R. S.
Meſſanæ Conuentus, 1503. 2. 1623. 15
Metarum, *ſeu* Metis Conuentus, 1604. 6
Methymnæ Sidoniorum Conuentus, 1579. 5
Michael à Ieſu, 1551. 4
Michaël à Meſſana, 1596. 2
Michaël à Neapoli, 1602. 5
Michaël Antonius Guerrier, 1552. 1
Michaël Camart, 1624. in Elog. Cam. ii.
Michaël Carafa, 1584. 1
Michaël de Buciaco Bituric. Archiep. 1507. 1
Michaël de la Noue, 1624. in Elog. Cam. ii.
Michaël de Rodenas, 1591. 1
Michaël du Guaſt, 1502. 4
Michaël Eſcolanus, 1580. 3
Michaël Fretay, 1517. 2. 1520. 1. 1532. 1
Michaël Ghiſlerius Card. Alexand. 1559. 1
Michaël Grillo, *in app.* 1.
Michaël Lambert, 1630. 1
Michaël le Comte, 1514. 1. 1518. 1. 1523. 2
Michaël Leuamis, 1633. 3
Michaël Palmarola, 1591. 1
Michaël Particellius, 1610. 5
Michael Paſſarellus, 1584. 1.
Michael Pellicus, *in app* 1.
Michael Quenaldus, 1610. 11
Michael Sanchez, 1544. 1
Michael Saracenus, 1613. 5
Michael Tantilo, 1608. 2
Minimi Pœnitentes, 1614. 1
Minimorum nomen Ordo Regulæ, &c. in *appar.* 1493. 1. 4
Minoriſſæ Conuentus, 1629. 14
Miracula in natiuitate B.P.N. 1416. 6
Miraculorum probatio qualis eſſe debeat, 1518. R. S.
Miraculum quid ſit, 1518. R. S.
Miſſarum reductio Generali permiſſa, &c. 1508. 3. 1513. 9
Miſſio in Hiſpaniam, 1487. 2
Modeſtiæ laudatio, 1518. R. S.
Molini Conuentus, 1623. 20
Monachij Conuentus, 1629. 9
Monaſterium Tertiariarum aliquando erectum, 1539. 4
Monetæ adulterinæ in campanam conflatæ, 1464. 2

MONIALES.

Abbauillenſes, 1621. 6
Aletianæ, 1524. 3
Anticarianæ, 1601. 1
Archidonenſes, 1551. 5
Aſtygitanæ, 1509. 5
Barcinonenſes, 1629. 15

Index

Biatianæ, 1561. 5
Cordubenſes, 1535. 5
Hiſpalenſes II. 1593. 9
Illiturgitanæ, *ſeu* Andaraxtēſes, 1495. 15. 1505. 10. 1506. 5
Legionenſes apud Fontes, 1548. 5
Meſſanenſes, 1596. 2
Panormitanæ, 1532. 8. 1548. 7
Trianenſes, 1548. 5
Xerenſes, 1514. 6
Moniales cantare poſſunt ad Miſſas, 1532. 4
Moniales primùm in Italiam introductæ, 1532. 8
Monialium Monaſteria ingredi qui poſſint, &c. 1532. 4. qui non, 1536
Monopolis Conuentus, 1530. 2
Montis-alti Conuentus, 1516. 5
Montis-fortis Conuentus, 1623. 9
Montis-Gaugerij Conuentus, 1502. 4. 1517. 2
Montis-leonis Conuentus, 1604. 4
Montis-Merulæ Conuentus, 1606. 4
Montis-Sorellij Conuent. donatur, 1505. 6
Montium in Hannonia Conuentus, 1618. 2
Moronis Conuentus, 1584. 5
Mortuaci, *ſeu* Mortuæ-aquæ Conuentus, 1618. 1
Motrilij Conuentus, 1580. 1
Muchiameli Conuentus, 1605. 1
Mulieribus ingreſſus in Conuentus noſtros quatenus licitus, 1508. 6
Muri Conuentus, 1596. 2
Muſſipontis Conuentus, 1632. 1
Mutinæ Conuentus, 1588. 5
Mylis Conuentus inſtituitur, 1464. 2. ibidem conditur Ioannes à S. Lucido, 1510. 3

N.

NAnceij Conuentus, 1590. 1. 1609. 4
Nannetis Conuentus, 1589. 5
Narbonæ Conuentus, 1570. 2
Nardi Conuentus, 1612. 3
Neapolitanus Conuentus S. Ludouici, 1482. 2. 1487. 1. 1510. 2. 1532. 3. 1533. 1
Neapolis Conuentus II. & IV. 1574. 2. 1595. 3
Neruij Conuentus, 1606. 2
Niciæ Conuentus, 1602. 3. 1633. 3
Nigeo, 1589. 3. V. Nigeonenſis Conuentus.
Nigeonenſis Conuentus ad Lutetiam, 1493. 7. Eccleſiæ benedictio, &c. 1506. 1
Nigeonenſis Conuentus progreſſ. &c. 1517. 2
Nicolaa de Lenoncour, 1575. 3
Nicolaa l'Eſguillier, 1582. 4
Nicolaa Lotharingiæ Duciſſ. 1590. 1
Nicolaus à fonte, 1541. 2
Nicolaus à S. Lucido, *in app.* 1
Nicolaus Bethune, 1514. 1. 1517. 2, *in app.* 2
Nicolaus Boucher Epiſc. 1575. 3
Nicolaus Bouſmard Epiſc. 1575. 3
Nicolaus Cheſneau, 1572. 1
Nicolaus Chicon, *app.* 2.
Nicolaus Coëffeteau Epiſc. 1616. 5. 1620. 3
Nicolaus Danes, 1551. 2. 1565. 2
Nicolaus de Alexio, *in app.* 2. & *in appar.*
Nicolaus Courtois, 1632. 5
Nicolaus de Caſtille, 1633. 2
Nicolaus de Chriſtianis, 1581. 7. 1586. 4. 1596. 2
Nicolaus de Fliſco Card. 1519. 2
Nicolaus de la Couſture Ebron. Epiſc. 1504. 1
Nicolaus de la Croix, 1621. 5
Nicolaus de Motula, 1550. 2
Nicolaus de Neuille de Villeroy, 1585. 11. 1610. 5
Nicolaus de Remna, 1603. 8. 9
Nicolaus de Rieux, 1616. 4
Nicolaus des-Voiſins, 1506. 1. 1507. 7
Nicolaus de Thou Epiſc. 1616. 1
Nicolaus du Cloud, 1550. 2. 1556. 1
Nicolaus du Moulin, 1632. 1
Nicolaus du Pont, *app.* 2.
Nicolaus Ficquet, 1571. 1. 1573. 1. 4. 1574. 2
Nicolaus Foubelin, *in app.* 1.
Nicolaus Frizon, 1609. 2
Nicolaus Gaſſé, *in app.* 1.
Nicolaus Geruais, 1585. 10
Nicolaus Girault, *app.* 2.
Nicolaus Guliniſus, 1574. 1
Nicolaus Hoſpitalius Vitriacus, 1610. 5
Nicolaus Iacquart, 1617. 15
Nicolaus Iannot, *app.* 2
Nicolaus Iuan Eremita, 1532. 2
Nicolaus Iuletus, 1609. 4. 1632. 1
Nicolaus le Begue, 1617. 14
Nicolaus le Iay, 1610. 5
Nicolaus l'Eſguillier, 1582. 4. 1610. 5. 1621. 6
Nicolaus Leſné, 1610. 5
Nicolaus le Vaſſeur, 1499. 2
Nicolaus Longis, 1610. 5
Nicolaus Papelartus, *in app.* 2.
Nicolaus Petrenotus, 1607. 4
Nicolaus Petrin, 1559. 2
Nicolaus Pſeaume Epiſc. 1575. 3
Nicolaus Peruccius Epiſc. 1578. 2
Nicolaus Randanus, 1581. 2. 1588. 5
Nicolaus Riccardus, 1598. 4
Nicolaus Richardus, 1588. 4
Nicolaus Salerni Princeps, 1561. 4
Nicolaus Sanguin Epiſc. 1617. 2
Nicolaus Sprouerius de Roſis, 1512. 2
Nicolaus Virion, 1614. 5
Nicoſiæ Conuentus, 1623. 6
Nicoteræ Conuentus, 1593. 11
Noaleij Conuentus, 1556. 4
Nolæ Conuentus, 1593. 4
Nomenij Conuentus, 1616. 5
Nonius Grogeno, 1582. 7
Noſiaci Conuentus, 1581. 2
Noti Conuentus, 1623. 10
Nuceriæ Conuentus, 1586. 5
Nuſius de Miracle, 1493. 6
Nympha Scholaro, 1532. 1. 1548. 7

O

OBſidio & victoria Malacæ, 1487. 2
Octauiani Conuentus, 1618. 4
Octauianus Arcimboldus Arch. Mediol. deſignatus,

Digitized by Google

deſignatus,1506. 2
Octauius Bufalo,1585. 9
Octauius Farneſius,1574. 1. 1581. 1
Octauius Gamalerij C.1623.22
Octauius Ponzo,1595. 4
Officij diuini defectus poſt mortem compenſati, &c. 1539. 2
Officium Nominis Ieſu, 1541. 2
Ogerus Loncinus,1618. 1
Oleum miraculoſum, 1561.3.1562.4
Oliua Incorbeira, *in app.* 1
S. Oliua Panormitana, 1518. 1
Oliuarius Chaillou,1610. 5
Oliuarius le Febure, 1610.5 .& alibi.
Oliuarius le Pretieux Sidoniæ Epiſc.1502. 4
Oliuarius Maillardus,1493. 6
Oliueræ Conuentus,1583. 4
Ondaræ Conuentus,1611.5
Oppedæ Præſes, 1574.3
Oppidi Conuentus, 1610. 1
Orbitelli Conuentus,1582. 7
Ordinationes Superiorum tenent donec reuocentur,1544. 2
Ordo Vallis-Scholarium,1609. 2
Ornaci Conuentus,1607.4
Ornatenſes in B.P.N.pij, &c 1607.4
Oſtuni Conuentus, 1623. 16
Otho Aquit. Dux,1600.4

P

PAchecij Conuentus,1608.1
Panormi Conuentus,1518.10
Papiæ Conuentus,1572.2
Papienſis Conuentus oblatio,1510.4
Parentes B.P.N.quales,1416.5
Pariſienſis Conuentus, 1610. 5
Pariſienſis Conuentus. V. Nigeonis. Vicennarum.
Pariſienſis domus ſuburbana,1590.2
Pariſienſis Epiſcopi vt Conſeruatoris Iudicium, &c.1509. 2
Parmæ Conuentus,1574.1
Parochia in Conuentu Bonon. inſtituta, 1529. 4
Paſchalis Ciconia D. 1586. 4
Paterni Conuentus,1444
Patientia di Bologna,1555. 5
Patientiæ laudatio,1518. R.S.
Paulæ Conuentus,1453. 2.1455. 2, 3
Paulus à Conſentia,1532.1
Paulus à Francica,1602. 1
Paulus à Neapoli, 1607. 2
Paulus à Nola, *in app.*1.
Paulus à Paterno,1507. 7. & eius mors & elogium,1511. 5
Paulus à Paterno Crotonem mittitur,1460 2. miraculis claret, *ibid.*
Paulus Bonfilius, 1601 4
Paulus Boudot,1614. 2
Paulus Ciraulo,1582.6
Paulus Conſtabiſis,1574. 1
Paulus de Briatico,1577. 1. 1580. 5
Paulus de Pietro à Cimina, 1608. 2
Paulus d'Eſparues & de Luſſan,1606.8
Paulus Fregoſius,1494.2
Paulus II. Pap.1469.1.1471.1
Paulus III. Pont.1536. multa concedit, *ibid.* & 1539.5.1540.2. 1550.3
Paulus IV. P. confirmat priuilegia, 1555. 6. eius obit.1560. 3
Paulus V.& ab eo conceſſa, 1605. 8. 1606. 9. 1609.9.1610. 9.1613.4.1619.10.1621.7
Paulus Pharaonius,1604. 13
Paulus Principatus, *app.* 2
Paulus Regius Vicenſis Epiſc.1577.5
Pauli Rendeacij conuerſio,1444.& opera in Conuentu Paterni, *ibid.*
Paulus Roſadus, *in app* 1
Paulus Seruonnet,1623.19
Pedacij Conuentus, 1623. 5
Pelagia Leonti, 1591.5
Pelegrinus Meranus, 1603. 7
Perna Correctrix Tertiariarum,1501. 5
Peronæ Conuentus, 1608.5
Perpiniaci Conuentus, 1575. 2
Perſecutio Regis Neapolit. 1480. 2
Peruſij Conuentus,1576.3
Petri Buzonij obitus,&c.1518.2
Petronilla Duran de Ludena,1561.4
S.Petronius,1519. 4
Petrus à Caſtro, 1554.2
Petrus Aloyſius Caraffa, 1618. 1
Petrus à Meſſana, 1503.1. *in app.* 1
Petrus Amoraga, *app.* 2. 1602. 1
Petrus Andreas Challuau,1609.11. *curr.*
Petrus Antonius à Capua Archiep. 1540.5
Petrus Arias, 1609. 15
Petrus à Toleto,1532.2
Petrus Ayraldus, 1515.2
Petrus Baron, 1562.5
Petrus Bertrand, 1604.7
Petrus Blanchot, *app.* 2
Petrus Blotſiere,1499. 2
Petrus Borbonius II. rem Gallicam adminiſtrat, 1485.1492.1
Petrus Breton, 1509.4
Petrus Briçonnet, 1509. 4
Petrus Buræus, 1605.1
Petrus Cadilonis, 1519. 1
Petrus Camus, 1621. 2
Petrus Card. Gondius, 1610. 5. V. Titular. S. Trin.
Petrus Chabrion, 1512.2
Petrus Charlier, 1582.4
Petrus Cornuillier Epiſc.1619.3
Petrus Cruchet,1512.2
Petrus Cuignet, 1531. 1. 2
Petrus d'Aguts, 1625.2
Petrus d'Amboiſe Pictau. Epiſc.1500.1
Petrus Daneſius Epiſc.1565. 2
Petrus d'Auila, 1579. 6
Petrus Dauin, 1634. 5
Petrus de Acuña, 1554. 2
Petrus de Almodouar, 1548 5
Petrus de Briatico, 1553.2
Petrus de Capis Epiſc.1582. 4
Petrus de Caſtille P. & F.1610.5
Petrus de Cuellar à Mautis mactatus, &c. 1566.3

Index

Petrus de Dommartin,1507.7
Petrus de Gaona,1568.1
Petrus de la Mure,1631.3
Petrus de Leone Archiep. Toloſanus,1490.1
Petrus de Lucena Olit.1486.1.1495.4.5
Petrus de Melgar, 1556.1.1561.3
Petrus de Mena,1596.1
Petrus de Ogeda, 1582.2
B. Petrus de Piſis, 1473
Petrus de Pouſſemie, 1588.2
Petrus de Roſergio Arch. Tholoſ. 1490.1
Petrus de Sacierges, 1592.2
Petrus de S. Martial Arch. Tholoſ. 1503.2
Petrus de Valdes, 1575.2. 1578. 5. eius obit. 1580.3
Petrus de Villars Archiep. 1611.2
Petrus du Peyrat Abbas Caſalis-benedicti, 1507.1
Petrus Fernandes de Cordoüa y Figueroa, 1617.10
Petrus Forretus, 1498. 4
Petrus Fougeu d'Eſcures, 1613. 3
Petrus Fourbeur, 1574.1
Petrus Fournier, 1578.3
Petrus Franciſcus Rauaſcherius, 1604.4
Petrus Girardi, *ſpp.2.*
Petrus Giron D. 1584.3.1555.2
Petrus Gondius, 1578.7.1582.4
Petrus Grip, *in ſpp.1*
Petrus Groſius, 1582.2.1585.4
Petrus Gueret, 1610.5
Petrus Guerin, 1611. 4
Petrus Haguenier eius obit. 1590.7. 1565.1. 1570.3
Petrus Hebertus, 1598. 4.1599. 1.1601. 1. 1629.2
Petrus Hinſelin, 1600.1
Petrus Huot, 1519.1
Petrus Iaquet, 1610.5
Petrus Iurado, 1617.11
Petrus le Lieure, 1596.2
Petrus Lizetius, 1551.2
Petrus Macaire, 1581.4
Petrus Mendez de Sotomaior, 1493.6
Petrus Mignon, 1544.2
Petrus Moreau, 1582.4.1626.1
Petrus Nauarrus, 1579. 6
Petrus Nodé, 1578.3.1582.4.1598.5
Petrus Perugines, 1585. 9
Petrus Petaſſe, 1605. 7. 1607. 5
Petrus Pijart, 1618.3. 1624.2.1627.3.1630.4
Petrus Rauellius Ebron. Epiſc. 1507. 1
Petrus Ruys à Viſitatione, 1601. 6
Petrus Samblaſius, 1593.1
Petrus Saulnier Epiſc. 1605.7
Petrus Scachico, 1614. 4
Petrus Tardif, 1507. 7
Petrus Thierry, 1631.1
Petrus Tillot, 1607.7
Petrus Timbaudi, 1505.2
Petrus Toletanus, 1607.1
Petrus Tudeſcus, 1597.7
Petrus Vanegas de Chinchilla, 1493.6
Petrus Velaſquezius, 1541.2
Petrus Venegas de Cordoüa, 1579.6
Petrus Verſæus Ambian. Epiſc. 1498.5
Phalempinum Abbat. 1618.3
Phanopinum Abb. 1618.3
Pharmuthus menſis, 1416.2
Philiberta de Martem, 1604.6
Philibertus Milietus, 1625.4
Philippus à Capua, 1593.5
Philippus à Gibboſo, *in ſpp.2.*
Philippus à Luxemburgo Epiſcop. & Card. 1493.8
Philiberta à Sabaudia, 1516.1
Philiberta de Chaſtillon, 1621.1
Philippus Auguſtus R. 1585.10
Philippus Borbonius Buſſetanus, 1507.1
Philippus Camilianus in rem ſuam dimittitur mirabili prædictione, 1485.3.
Philippus Colona, 1603.9
Philippus de Camera Card. 1550.5
Philippus de Canſeco, 1601.7
Philippus de Cardona, 1611.5
Philippus de Coulange, 1610.5
Philippus de Croy, 1609.2
Philibertus de la Guiche, 1617.7
Philippus de Moncloüa, 1589.8
Philippus du Bec Archiep. 1571.2. 1589.3
Philippus Emanuel à Lotharingia, 1589.3
Philippus Figadius Conſent. Cancellarius, 1471.1
Philippus Guillaud, 1596.3
Philippus Huraltus Epiſc. 1585. 10. 1614.1. 1616.1
Philippus III. Hiſpan. R. 1613.4
Philippus Lamoraldus à Gandauo, &c. 1615.3
Philippus la Via, *in app.1.*
Philippus Patornay Epiſc. 1632.3
Philippus Ponnereau, 1550.2
Philippus Pulcher R. 1609.2
Philippus Sermellus, 1616.3
Philippus Sinaria, *in app.1.*
Pietatis laudatio, 1518. R.S.
Pinnuza de Alibertis, 1612. 14
Pirnitzij Conuentus, 1619.8
Piſauri Conuentus, 1598.3
Piſtorij Conuentus, 1614.3
Piugius Eſteue, &c. 1578.5
Pius IV. Pont. 1560.3
Pius V. 1566.1. decreta eius pro Ordine n. & aliis Mendicantib. 1567.4
Pizzi Conuentus, 1579.4
Placentiæ Conuentus, 1581.1
Placidus Albarellus, *in app.2.*
Placidus Talaia, 1532.8.1544.2
Planiaci Conuentus, 1615.2
Pleſſiacenſis ad Cæſarodunum Conuentus, 1482.5. 1485.1.1489.2. 1491. 1532. 6
Polixena de Grimaldo, 1561. 4
Pompeius Card. Arigonius, 1606 9
Ponthus de Cyberand, 1612.4
Pontis-Æſiæ Conuentus, 1593.7
Pontius Iambart, 1587.1.1593.10
Pontonis D. Gonzali Conuentus, 1617.10
Pontus de Tyard Epiſc. 1596. 3
Populationis Caçallæ Conuentus, 1555.2
Populationis D. Gandiæ Conuentus, 1603. 2

Digitized by Googl

Generalis.

Porreriarum Conuentus, 1584. 1
Portia Parceli, 1602. 5
Portus S. Mariæ Conuentus, 1502. 5
Preces quantum valeant ad impetrandam canonizationem, 1518. R. S.
Prælium ad Forum-nouum, 1495. 2
Pragæ Conuentus, 1629. 6
Prigenius Leny de Coadelets, 1622. 1
Priuilegiis derogare non licet, 1507. 2
Priuilegiorum ampliſſima confirmatio, 1540. 2
Priuilegiorum extenſio per omnes Ordinis domos, 1532. 3
Priuilegiorum recognitio per Epiſcop. Ambianenſem, 1510. 7
Proceſſus Ambianenſis ad effectum canoniz. P. N. 1513. 12
Proceſſus Conſentinus pro canonizatione B.P.N. 1512. 2
Proceſſus Reginæ ad effectum canonizat. 1516. 4
Soreti, Stili, Cathacij, Neocaſtri, 1516. 4
Samblaſij, Paterni, Altiliæ, 1517. 1
Proceſſus Turonenſis ad effectum canonizat. B.P.N. 1512. 2
Procurationum varia inſtrumenta prout à B.P. Franciſco edita ſunt, 1509. 3. 4
Profeſſio Sororum & Tertiariorum determinatur, 1507. 9
Proſper Cipola, 1602. 6

PROTECTORES.

I. Bernardinus Caruaial, 1493. 3. 1502. 1. 1506. 2. 1507. 7. 9. 1517. 2. 1519. 2. 1522. mors eius & elogium, 1523. 3
II. Laurentius Puccius, 1513. 10. 1517. 2. 1519. 2. 1522. 1524. 2. 4. 1527. 4. 1532. 4. eius obitus & breuis laudatio, 1532. 5
III. Antonius Puccius, 1532. 6. 1535. 2. 1539. 4. obitus eius & laudatio, 1544. 3
IV. Robertus Puccius, 1544. 6. eius obitus, 1548. 1
V. Georgius Armeniacus, 1548. 2. 1550. 4. 1578. 3. 1585. 5
VI. Aloyſius Ateſtinus, 1585. 6. obit. eius & laudatio, 1586. 2
VII. Ioannes Caſtruccius, 1586. 3. 1587. 2. 1593. 10, 1595. 6. 7
VIII. Marianus Perbenedictus, 1605. 8. 1610. 9. 1611. 1
IX. Michael Angelus Tontus, 1611. 1. 1621. 7. 8. 1622. 5
X. Hippolythus Aldobrãdinus, 1622. 6. 1623. 3 1626. 6. His annumerauimus octauo loco Clementem VIII. Pont. quo fit vt Hippolythus abnepos XI. Protector à nobis numeratus ſit in Chronico.
Protectoris rehabilitationes non valent, 1559. 2
Protector primus Ordinis, 1493. 3

PROVINCIÆ.

Andaluziæ, 1535. 1
Aprutij, 1603. 8. *app.* 3. P. 23.
Apuliæ, 1507. 7. 1535. 1. 1536. 1550. 2. 1553. 2. *app.* 3. P. 10
Aquitaniæ, 1507. 7. 1517. 2. 1535. 1. *app.* 3. P. 6.
Arragoniæ, 1574. 1. 1593. 10. 1596. 2. 1611. 2. *app.* 3. P. 24
Belgij, 1617. 12. *app.* 3. P. 25.
Burgundiæ vtriuſque, 1621. 8. *app.* 3. P. 29. & 30.
Calabriæ, 1507. 7. 1517. 2. 1535. 1. 1536. Superioris & Inferioris, 1571. 1. 1574. 1. *app.* 3. P. 1. 12.
Campaniæ, 1596. 2. *app.* 3. P. 18.
Caſtellæ, 1535. 1. *app.* 3. P. 11.
Cataloniæ, 1581. 2. 1593. 10. 1596. 2. 1611. 2. *app.* 3. P. 16
Etruriæ, 1581. 2. *app.* 3. P. 15
Franciæ, 1507. 7. 1517. 2. 1535. 2. *app.* 3. P. 4
Genuæ, 1507. 7. 1517. 2. 1535. 1. *app.* 3. P. 5
Germaniæ, 1507. 7. 1517. 2. 1535. 1. 1612. 11. *app.* 3. P. 8
Granatæ, 1599. 1. *app.* 3. P. 7
Hiſpalis, 1581. 2. 1599. 1. *app.* 3. P. 20
Hiſpaniæ, 1507. 7. 1517. 2. 1535. 1
Laureti, 1626. 5. *app.* 3. P. 25
Lombardiæ, 1535. 1. *app.* 3 P. 1602. 1
Lotharingiæ, 1617. 12. 1620. 1. *app.* 3. P. 26
Lugduni, 1535. 1. 1571. 1. *app.* 3. P. 13
Maioricæ, 1602. 1. *app.* 3. P. 22
Marchiæ, *app.* 3. P. 23
Mediolani, 1621. 8. *app.* 3. P. 28
Meſſanæ, 1596. 2. *app.* 3. P. 3
Neapolis, 1507. 7. 1511. 1. 1517. 2. 1535. 1. 1550. 2. *app.* 3. P. 9
Panormi, 1596. 2. *app.* 3. P. 19
Prouinciæ, 1535. 1. 1538. 2. 1596. 2. *app.* 3. P. 17
Romana, 1507. 7. 1511. 1. 1535. 1
S. Franciſci, 1574. 1. *app.* 3. P. 2.
Siciliæ, 1529. & 1532. 1
Tholoſana, 1571. 1
Turoniæ, 1507. 7. 1517. 2. 1535. 1. *app.* 3. P. 2.
Valentiæ, 1596. 2. *app.* 3. P. 14.
Venetiarum, 1596. 2. *app.* 3. P. 27.
Prouinciarum ordo, 1517. 2. 1535. 1. 1581. 2. 1617. 12
Prouinciales inſcio Generali de rebus Ordinis paciſci non poſſunt, 1507. 2
Prouinciales poterant de loco & tempore Capituli Prouincialis celebrandi diſpenſare, &c. 1532. 1
Prudentiæ laudatio, 1518. R. S.
Pictauij Conuentus, 1591. 7
Pyrrhus Archiep. Conſent. 1455. 2. 1471. 1
Pyrrhus Tarus, 1574. 1

Q

QVadrageſimalis vitæ acceptatio, 1507. 7. de ea, alibi.
Quadrageſimalis vitæ inſtitutio, 1493. 3
Quarta funeralium, 1506. 5
Quinque plagarum Cappella, 1610. 5

R

RAdulphus Epiſc. 1600. 4
Raimundus Cicala, 1523. 1

Index

Rambaldus C. à Collalto, 1619. 8
Randatij Conuentus, 1623. 12
Raoletus Quercu, 1503. 2
Raphaël Riarius Card. 1517. 1
Raymundus Cardillac de Sarlabous, 1592. 1
Raymundus de Marca, 1607. 6
Raynutius Farnesius, 1529. 4
Reginæ in Calabria Conuentus, 1515. 2
Reginaldus Clerici, 1507. 7
Regula prima à B. P. N. scripta, 1493. 4. 5
Regula quarta eaque triplex, 1506 2
Regula secunda, &c. 1501. 1. tertia, 1502. 1. quarta, 1506. 2
Regula Tertiariorum prima, 1501. 1. secunda, 1502. 1
Rehabilitationes à Protectore prohib. 1559. 2. Recursus item & quatenus, 1571. 1
Relatio Simonetæ ad effectum canonizat. B. P. N. 1518. 2
Religiosæ familiæ administratio, 1518. R. S.
Religiosi profectus laudatio, 1518. R. S.
Renata de Vieux-pont, 1608. 5
Renata Maria de Cursule, &c. 1611. 2
Renatus de Breslay Episc. 1606. 6. 1617. 1
Renatus de Rieux Episc. 1612. 1
Renatus le Clerc Episc. 1610. 5. 1617. 14. 1621. 8. 1627. 2
Renatus Lothar. D. 1609. 4
Renatus Potier Episc. 1617. 14
Renatus Rex Neapolis, 1435. 2
Renatus Viuian, 1590. 4
Renunciantes quomodo eligi possint, &c. 1626. 6
Reparata à Pabla, 1609. 14
Rethelij Conuentus, 1573. 1
Rhedonarum Conuentus, 1619. 3
Rhegiensis Archiepiscop. confertur nostro Gaspari de Fosso, 1561. 1
Rhegij-Iulij Conuentus, 1551. 2. 1566. 2
Rhemorum Conuentus, 1572. 1
Richardus I. Angl. R. 1600. 4
Richardus du Val, 1574. 2. 1578. 3
Ricomagi Conuentus olim extitit, 1574. 1
Rigaldus de la Vaur, 1585. 10
Ripaltæ Conuentus, 1603. 12
Roannæ Conuentus, 1631. 3
Roberti nomen insulsè B. P. N. attributum, &c. 1416. 3
Robertus à Maida, 1523. 2
Robertus Baldricurius, 1416. 3. 1482. 6. 1496. 1
Robertus Bellarminus Card. 1605. 4
Robertus Bertheloc, 1602. 4. 1607. 5
Robertus Boneti, 1507. 7
Robertus Breual, 1563. 2. 1573. 4. 1587. 3
Robertus Clarkſonus, 1588. 8
Robertus de Courtenay Archiep. 1609. 2
Robertus de Gerelme, 1614. 3
Robertus Iahan, 1559. 2. 1589. 6
Robertus de Lenoncour Archiepisc. Turon. 1489. 2
Robertus de Maida, 1507. 7
Robertus de Monchy, 1621. 6
Robertus de Rauenel, 1621. 1
Robertus Guibæus Cardin. 1508. 1. 1511. 2. 1513. 3
Robertus Lotharingus, 1529. 1
Roberti Ord. Prædicatorum sanctitate clarus, 1416. 3
Robertus Renault, *epp.* 2. 1610. 5
Robertus Sanseuerinas, 1516. 6
S. Rochi ædes propè Tholosam & eius origo, &c. 1503. 2
Rodericus Card. de Castro, 1589. 2
Rodericus Manrique de Venabides, 1557. 1
Rodericus Ximenes, 1587. 1. 1604. 2. 1605. 9
Rodulphus Pius Card. 1563. 3
Rogerius de Bellegarde, 1596. 4
Rogerius Siciliæ Comes, 1513. 1
Roiæ Conuentus, 1633. 1
Rolandus Chaumillon, 1507. 7
Rolandus Guichardus, 1573. 4. 1574. 1. 1584. 1. 1596. 1. 1612. 9
Rolandus Guillebout, 1574. 1. 1596. 2
Rolandus Hebert Archiep. 1617. 13. 1623. 1
Romani Conuentus, 1623. 19
Romani Conuentus prærogat. 1593. 10
Romanum Collegium pro Calabris, 1423. 4.
Romanus S. Andreæ Conuentus, 1585. 9
Romanus Conuentus Sanctissimæ Trinitatis, 1495. 1. 1514. 1. 1517. 1. eius deceptio, 1527. 3. 1605 8. 1606. 9
Romontij Conuentus, 1620. 5
Romualdus Christophorus à Rauenna, 1610. 2
Rosaria ex visco querno solita donari à B. P. N. 1505. 10
Rosciani Conuentus, 1580. 4
Rothomagi Conuentus, 1600. 1
Rotundi-montis Conuentus, 1620. 5
Rupellæ in Calabria Conuentus, 1580. 5
Rupellæ in Gallia Conuentus, 1628. 2
Rupis-Bernardæ Conuentus, 1539. 1
Rupti Conuentus, 1611. 2
Ruscinonis Conuentus, 1611. 2

S

SAldañæ Conuentus, 1606. 3
Salemi Conuentus, 1523. 4
Salerni Conuentus, 1516. 6
Salmanticæ Conuentus, 1554. 2
Saluatus Diharse Episc. 1592. 1. 1609. 5
Saluius du Puch, qui & de Puteo, 1532. 2. 1538. 2
Sammathani Conuentus, 1533. 3
Sammieli Conuentus, 1598. 2
Samson Malarme, 1607. 3
San-Arpini Conuentus, 1593. 5
San-Axaldi Conuentus, 1623. 22
San-Chamondi Conuentus, 1623. 20
San-Georgij Conuentus, 1588. 5
Sanchius Martinez de Leyua, 1589. 2
Sanctis dicati Conuentus, *requirendi ex epp.* 4. ad cuiusque festum diem.
Sancti-Stephani Conuentus, 1611. 2
Sanctius de Roxas y Cordoüa, 1493. 6
Sanctus à Panormo, 1612. 10
San-Luciæ Conuentus, 1615. 2

San-

Digitized by Google

San-Spiritus Conuentus, 1604. 8
Sant-Agathæ Conuentus, 1593. 1
Sant-Angeli Conuentus, 1582. 6
Santorius Pariſius, *app.* 2.
Sauonæ Conuentus, 1600. 2
S. Blaſij Conuentus, 1508. 5
Scaletæ Conuentus, 1584. 3
Scipio Card. Burgeſius, 1605. 8. 1623. 22
Scipio de Io Frazo, 1614. 8
Scipio Sartheanus, 1610. 1
Scholaſticorum priuilegia & leges, 1532. 1. 1541. 2
Sebaſtianus de Balboa, 1606. 3
Sebaſtianus Herpon, 1582. 4
Sebaſtianus Peralta, 1604. 9
Sebaſtianus Porras, 1561. 4
Sebaſtianus Sommaire, 1600. 4. 1615. 7
Sebondus Alamandius Epiſcop. Gratianop. 1490. 1
Segobiæ Conuentus, 1591. 3
Semellij Conuentus. Vid. Salemi, &c.
Seminaræ Conuentus, 1623. 18
Semurij Conuentus, 1605. 7
Seraphinus Oliuarius Card. Razzalius, 1609. 11
Seraphinus Siccus, 1610. 6
Sergianæ Conuentus, 1601. 5
Sermonettæ Conuentus, 1624. 5
Serratum Conuentus, 1588. 4
Seruariæ Conuentus, 1591. 1
Siciliæ Prouincia, 1529. 1. 1532. 1
Siculiani Conuentus, 1611 6
Sigiſmunda à Panormo, 1561. 2
Sigiſmunda Categgera, 1608. 9
Sigiſmundus Imp. Occid. 1416. 1. 1435. 2
Silignaci Conuentus, 1623. 2
Simon à Palatio, 1576. 1. 1602. 1. 1584. 1
Simon à Palatio, *in app.* 1.
Simon à S. Saluatore, 1579. 3
Simon Bachelier, 1623. 3. 1625. 1. 1619. 4. 5. 1630. 1. & alibi.
Simon Bidaire, 1584. 1
Simon Blanchard, 1575. 3
Simon Cotta nigra, *in app.* 1.
Simon de Mailly Archiep. 1582. 9
Simon Galland, 1581. 9
Simon Garcia, 1606. 11
Simon Guichardus, 1535. 1. 1538. 2. 1541. 1. 1547. 3. 1550. 1. 3. 1555. 1. 1556. eius obitus & laudatio, 1574. 3
Simon le Gras Epiſc. 1606. 7. 1616. 1
Simon le Tailleur, 1602. 1
Simon Yuer, 1505. 7
Sinopolis Conuentus, 1595. 1
B. Sirùdis, 1607. 5
Sixtus IV. Pap. 1472. 1473. 1474. 1485. 2
Sixtus V. Pont. conceſſa per eum & conſtituta, 1585. 1. 9. 1587. 1. 2
S. Matthæi oratorium B. P. N. conceſſum in arce Pleſſiacâ, 1482. 5. donatum, 1485. 1
Sobrietatis laudatio, 1518. R. S.
Spaniacenſis domus Ambiani ad noſtrorum habitationem comparata, 1498. 5
Sparnaci Conuentus, 1620. 2
S. Pauli Leonenſis Conuentus, 1622. 1
Spetiæ Conuentus, 1616. 3
Spinæ Conuentus, 1614. 3
Spinalij Conuentus, 1609. 1
Stalricij Conuentus, 1610. 8
Standonij qui, & eorum inſtitutum, 1504. 4
Statuta Ordinis approbata, 1571. 1
Stauaieri Conuentus, 1622. 3
Stephana Serafino, 1586. 9
Stephanus à Francica, 1578. 3. 1584. 1. eius obit. & laudatio, 1589. 7
Stephanus à Licinaco, 1585. 10
Stephanus à Maſſa, 1574. 1
Stephanus Armenorum Patriarcha, 1550. 3
Stephanus Arzelier, *app.* 2.
Stephanus à Salerno, *in app.* 1.
Stephanus Augerius, 1596. 1. 1599. 1. 1605. 6
Stephanus Bernard, 1596. 3
Stephanus Biner, 1509. 4
Stephanus Bonuillier, 1629. 17
Stephanus Charton, 1512. 2
Stephanus de Granata, *in app.* 1.
Stephanus de la Nouë, *in app.* 1.
Stephanus Deniſon, 1511. 1
Stephanus de Semperino, *in app.* 1.
Stephanus de S. Agatha, 1507. 7
S. Stephanus Grandim. 1585. 10. eius Vita, *ibid.* 13
Stephanus Ioly, 1507. 7
Stephanus Iſnard, *app.* 2.
Stephanus Iuſtice, 1612. 11
Stephanus Lomellinus, 1561. 4
Stephanus II. Pap. 1416. 2
Stephanus Poncher Epiſc. Pariſien. de noſtris atteſtatur, 1507. 7. de rebus noſtris vt Conſeruator agit. 1509. 2. de eod. 1512. 2
Stephanus Roſſus, 1633. 3
Stephanus Sacalierus, 1503. 2
Stephanus Sanſeuerinas, 1618. 4
Stephanus Vespulus à Maſſa, 1556. 1
Studium generale Pariſ. 1532. 1. 1559. 2
Sudarium Cadunienſe, 1503. 2.
Sueſſionenſis Conuentus, 1582. 4
Suffragia perpetua, 1532. 7. 1535. 2
Suffragiorum communicatio cum Caſali-benedicto, 1507. 1
Suffragiorum perpetuitati prouiſum à Iulio II. 1505. 9
Sulmonis Conuentus, 1614. 9
Sulpherini Conuentus, 1617. 15
Sulpitius Conſtantinus Epiſc. 1607. 2
Surgeriarum Conuentus, 1600. 4
Surici Conuentus, 1623. 22
S. Suſannæ Cappella, 1610. 5
Suſanna aux Eſpaules, 1623. 20
Suſanna le Braſſeur, 1582. 4
Suſanna le Sergent, 1617. 14
Suſanna Recy, 1607. 5
Syluester à Macerata, 1611. 3. 1617. 1
Syracuſarum Conuentus, 1579. 2

T

TArenti Conuentus, 1550. 1
Taurini Conuentus, 1625. 4
Tauromenij Conuentus, 1617. 3

Teatis Conuentus, 1603. 10
Tertiariæ Toletanæ, 1539. 4. 1556. 1
Tertiariis noſtris eadem priuilegia quæ tertiariis Minorum conceduntur, &c. 1513. 4. alia etiam plura, 1524. 2
Tertiariorum Regula prima, 1501. 1. eorum origo & commendatio, 1501. 5. Regula ſecunda, 1502. 1
Teſtes qui adhibentur ad miraculorum probationem quales eſſe debeant & quomodo probent, &c. 1518. R.S.
Teſtitudines licet in cibum ſumere, 1512. 1514. 2
Theobaldus Baillet, 1493. 7
Theobaldus III. & IV. R. Nauarræ, 1585. 10
Theodorus Blondus, 1593. 1
Thermarum Conuentus, 1584. 4
Thomas ab Altilia, 1559. 2
Thomas à Beluederio, 1559. 2
Thomas à Cleſuto, *in app.* 1.
Thomas à Neapoli, *in app.* 1.
Theodorus à S. Chamundo, 1623. 21
Thomas à Strata, 1613. 6
Thomas Boyer, 1509. 4
Thomas Brignotius Pœnitétiar. Pariſ. 1507. 4
Thomas de Eſpinoſa Ep. 1604. 9
Thomas Feltonus ob religionem necatus, 1588. 8
Thomas le Clerc, 1617. 14
Thomas Seminus, *in app.* 1.
Tiberius Carafa, 1586. 4
Timotheus de Reinier, *app.* 2.
Tinellæ Conuentus, 1628. 3.

Titulares Sanctiſſimæ Trinitatis.

I. Carolus à Lotharingia, 1587. 2
II. Franciſcus de Ioyeuſe, 1587. 2. 1594. 4
III. Petrus Gondius, 1594. 4. 1616. 10
IV. Dionyſius Simon de Marquemót, 1626. 4
Titulus Card. S. Trinitatis, 1587. 2
Toletanæ tertiariæ, 1539. 4
Toleti Conuentus, 1515. 1
Tolonij Conuentus, 1609. 6
Toloſæ Conuentus, 1490. 1. 1503. 2
Tonſuræ & coronæ Clericalis forma noſtris præſcripta, 1507. 9
Tornaci Conuentus, 1592. 1
Tornodori Conuentus, 1611. 2
Tortonæ offertur Conuentus, &c. 1510. 4
Tropeæ Conuentus, 1543. 2
S. Trophimi Cœmeterium, 1616. 7
Tullini Conuentus, 1617. 8
Turonenſis Conuentus. V. Pleſſiac.
Turricularum domus regia, 1610. 5
Turris-Ximeniæ Conuentus, 1604. 1
Tuſſanus Becquet, 1620. 6
Tuſſanus Fené, 1592. 2
Tuſſanus de Glandeuez Epiſc. 1613. 6

V

Valentiæ Conuentus, 1553. 2
Valentiæ in Gallia Conuentus, 1611. 2
Valentinus à Maſſa, 1574. 1
Valetæ Conuentus, 1602. 5
Valleſiæ Conuentus, 1582. 5
Vallis-oleti Conuentus, 1544. 1
Vallis-Scholarium Ordo, 1609. 2
Vaſti Conuentus, 1603. 8
Vbedæ Conuentus, 1557. 1
Venaſci Conuentus, 1606. 4
Venetiarum Conuentus, 1586. 4
Veræ Conùentus, 1605. 2
Veronæ Conuentus, 1593. 3
Veſtes noſtris concolores aliis prohibentur, 1519. 1. 1610. 9
Veſuntionis Conuentus, 1607. 3.
Vexillum Malacæ S. P. N. imagine impreſſum, 1493. 6
Vezelizę Conuentus, 1614. 5
Vicennarum Conuentus, 1585. 10

VICEPROTECTORES.

I. Ioannes Bellaius, 1553. 2. 1560. 2
II. Ioannes Antonius Sorbellonius, 1560. 3. 1571. 1
III. Hippolythus Aldobrandinus, 1586. 3
IV. Auguſtinus Galaminius, 1611. 1. 1617. 1
V. Horatius Lancellotus, 1611. 1
VI. Ioannes Baptiſta Lenius, 1611. 1
VII. Carolus Card. Pius, 1622. 6
Vici Conuentus, 1609. 5
Victoria ad Sant-Albinum, 1488. 2
Victoria Formari, 1615. 6
Victoria è Marchionib. Capuæ, 1603. 6
Victoria Malacenſis à qua noſtris nomen in Hiſpania, 1487. 2. 1493. 6
Victriaci Conuentus, 1610. 6
Vienna S.P.N. mater, eius pietas & virtutes, 1416. 5. 1428. 1
Viennæ Conuentus, 1619. 7
Vigiles inſtitui poſſunt, &c. 1508. 6
Vigil pro Italia electus, 1511. 1. negatus Hiſpania, 1556. 1
Villalonis Conuentus, 1585. 11
Vincentius à Conſentia, 1617. 1
Victor Amedeus à Sabaudia, 1625. 4
Vincentius à Pedemonte, 1571. 2. 1574. 1
Vincentius Carafa, 1516. 4
Vincentius de Ciuille, 1600. 2
Vincentius Gonzaga, 1591. 8
Vincentius Guillelmus Gual, 1604. 9
Vincentius Laliota, 1585. 2
Vincentius le Blanc, 1578. 3. 1611. 2. 3
Vincentius Machon, 1621. 5
Vincentius Rufo, 1595. 1
Vincentius Tantilo, 1608. 2
Vincentius Zumbanus, 1588. 5
Vindini Cænomanor. Conuentus, 1618. 6
Virduni Conuentus, 1575. 3
Virgilius à Caſtroſranco, 1568. 2. 1574. 1. 1579. 4
Virginia Bone du Preſſin, 1617. 8
Virginitatis laudatio, 1518. R.S.
Viſitatorum autoritas aſſeritur, 1516. 3. 1576. 2
Vitalis de l'Eſtang Epiſc. 1629. 1
Viterbij Conuentus, 1577. 2
Vitus Græcus, *in app.* 1.
Viuarij Conuentus, 1603. 3
Vizinij Conuentus, 1617. 4

Digitized by

Generalis.

Vlpianus Conſtantinus, 1607. 2
Vlyſſiponis Conuentus, 1627. 4
Votum de tertio Ordine ſuſcipiendo ad curationem mirabiliter profecit, 1501. 5
Vrbanus IV. Pont. 1609. 2
Vrbanus VIII. Pont. 1624. 10. 1625. 5
Vriæ Conuentus, 1601. 2
Vrſanæ Conuentus, 1603. 9
Vtreræ Conuentus, 1561. 3
VVarnouij Conuentus, 1629. 12
VVerlemani Conuentus, 1623. 22
Vullinij Conuentus, 1574. 1

X

XAbeæ Conuentus, 1574. 1
Xaccæ Conuentus, 1610. 4
Xeræ Conuentus, 1543. 1
Xeræ Moniales, 1524. 6
Ximenæ Conuentus, 1583. 5

Y

YOlanda de la Haye, 1495. 3
Yuo le Breton, 1616. 1

Z

ZELOSI.

Adeodatus Lomelinus, 1623. 3
Alphonſus à Caſtello, 1574. 1
Benedictus de Amicis, 1593. 10
Benedictus de Benedictis à Nucibus, 1581. 2
Deſiderius de Mota, 1526. 2. 1552. 1
Dionyſius Barbier, 1514. 2
Franciſcus Binet, 1511. 2. 1517. 2. 1523. 2
Franciſcus Fortunatus, 1611. 2
Franciſcus Humblot, 1602. 1
Gaſpar Paſſarellus, 1574. 1
Gaſpar Ricciullus à Foſſo, 1544. 2
Guillelmus Figuli, 1529. 1
Hieronymus Durand, 1605. 6
Hugo de Calce, 1535. 1. 1538. 2. 1547. 3. 1550. 2
Iacobus l'Eſperuier, 1508. 2
Ioannes Bardonis, 1520. 1
Ioannes de Beauregard, 1562. 3
Ioannes de Flumine-frigido, 1568. 2
Ioannes Iudas, 1559. 2. 1571. 2. 1565. 1
Ioannes Piña de Celis, 1617. 1
Ioannes Ropitel, 1578. 3
Iſidorus Samblaſius, 1596. 2
Iulius à Paula, 1584. 1
Mathurinus Aubert, 1553. 2. 1556. 2
Rolandus Guillebour, 1574. 1
Saluius à Puteo, 1541. 2
Simon Bachelier, 1630. 1
Stephanus Augier, 1599. 1
Stephanus Carneualius à Francica, 1587. 1

In hoc Indice ſicut & in præcedentibus deſiderantur quæ ex Appendic. III. & IV conferri poterant, inſunt verò pleraque non rectè diſpoſita per incuriam eorum qui operam ſuam ad ſingula dirigenda præſtiterunt.

FINIS.

OPERARVM EMENDATIO.

PAg.3.lin.48.Duodenni,leg.Duodennis.pag.4.l.2.perſuadeat,leg.perſuadet.pag.7.l.19.alia,leg.alea.pag.8.l. penult.anguſtiora,leg.auguſtiora.p.9.l.23.litteris,leg.littoris.p.11.l.1.ſoluerat,leg.ſolueret.lin.22.&,leg.at. p.15.l.13.decreuerit,leg.decreuit.p.19.l.37.ex *addend.* fide.p.21.l.43.Iterda,leg.Herda.p.25 l.42.43.arca,leg.area. lin.44.teſtra'tichon,leg.tetraſtichon.p.29.l.1.Bleſſia-,leg.Pleſſia-.p.39.l.38.diem,leg.ad diem. p.40 l.18. Geneſius,leg. Geueſius lin.34.Ipſe,l.Ipſo.p.45.l.35.cœperunt,leg.ceperunt. p.41.l.2.ſitum,leg. ſitam lin.6.ſux,leg. ſuo. p.47.l.1.introductorum,leg.introductarum.p 48.l.41.Blaſiæ,leg.Blaſiæque.lin.4. Bleſociumque, *del.* que. p.71.l.19. faciendam,leg.faciendum. p.122.l.40.41.forcinato, leg. fornicato.p.123.l.45.xxix.leg.xix.p.131.l.37. imperitè ab operis interrupta. p.136.l.37. Paula, leg. Paulo. p. 138.l.28.diffuſus,leg. diffiſus. p.146.l.20.Patrem, leg.Patrum.p.150.l.9.Randeacius,leg.Reandacius. p.161.l.29.Neapolitane, leg. Neapolitani p.186.l.31.facien- tes,leg.facientibus.p.187.l.18.Ioannis,leg.Ioannes.p.193.l.34. neſciam,leg.reſciam.& in margine *Lecti*, *Lectio*. p.200.l.34. *Dillacum*, leg. *Didacum*. p.202.l.44.prima, leg.primo. p. 203 l 6. prædicta, leg prædicto. p.204. l.penult. Sinas,leg.Sinus p.205.l 28.frater,leg.fratres p.208.l 30.Amiliæ,leg Æmiliæ. p.209 l.31. poſſum, leg. peſſum.p.211.l.41.quod,leg.quoad p.218 l.1 Senagollienſ. leg. Senogallient.lin.6. reſpuiſſent. leg. reſpuiſſent. lin.30.quo,leg.quæ.lin.31 quæ,leg quo. p.224.l.13.Bellaregardam,leg.Belligardum.p.226.l.17 adduxit,leg.ad- auxit,lin 38.Africam,leg.Africum.p 235.l.17.Bernardus,leg Bernardum.p.244.l.17.Arca,leg.Arcu.p.260.l.27. fuerit, leg.fuit. p.266.l.4. 6.leg. 7. p.273.l 35.Heguemi.leg.Haguenerius. p.279.l 8.1570.leg.1590. lin. 41. Ec- cleſia,leg.Eccleſiam lin 43 Eccleſiæ,leg.tum præſertim Eccleſiæ p.285.l.45.imprimis fuit, leg.imprimis autor fuit. p.289.l.25.Zeloſos, leg.Zeloſo p. 297.l.54.propoſitum,leg.præpoſitum. p.302.l.4.beneficentiam:leg.be- neficentiam. lin 5. Amiliæ, leg. Æmiliæ . ſicut & alicubialiàs. lin. vlt ad, leg.eſt. p.302.l 12. Conuentus,leg. Conuentum.lin.36.nonnulli,*add.*Conuentus.p.305.l.38.Sueſſionibus,leg.Sueſſionenſibus. p.307. l. 6. Eccleſiæ, leg. Eccleſia.lin.31.expetimur,leg. expetimus. p.310.l.42. quos, leg. quas. p.317.l.40.ad parum, leg. ad purum. p.318.l.47.Vicennenſis,leg Vicennenſi p.323.l.39.in eos,leg.in eo.p.333.l.54.à Manclolia,leg.à Monclolia,p 334. l.30.eodem,leg.eadem,p.338.l.19.quam,leg quem.p.341.l.31.Vabliſoletnm,leg.Valliſoletum. p 342.l. 40. inui- do.leg.viuido.p.343.l.13.doctorum,leg.doctiorum.p.348.l.13.munltuplici,leg multiplici. lin.39.collocata, leg. collata.lin.45.obſeruantia,leg obſeruantiæ. lin.52.Religionis, leg.Religione. p.349.l.3. fruſtratim, leg. fruſta- tim. lin.25.pulchritudinem,leg.pulchritudine.p.360.l.28.totus,leg.totius.361. l.39.incideret, leg. incideruut. p.362.l.38. in eaque, leg. in eoque. p. 363. l.17.Prouence,leg.Prouencæ. lin.32.vt,leg.&. p 366.l.35.ſua,leg.ſeu. lin.38.illo,leg ille.p.367.l.20.de,leg.die. p.381 l.6.induris.leg.indictis. lin.31.dignitatem.leg.dignitate.lin 32. Fundatoris,leg.Fundatores p.382.l.8.Montoix, leg.Montoia. p.391 l.48.Metenſ.leg Metenſ.p.392.l.penult. quid,leg.quod.p.396 l.44.Eramo,leg.Eremo.p.400.l.51.de Sandouala,leg.de Sanioual.p.403.l.12. laudamus, leg.laudauimus.p.407.l.15.qui,leg.quis. p.408.l.4.agri,leg.ægri.lin 53 conſcundit. leg.conſcendit.p.409.l.30. porrigetur, leg.porrigeretur.lin.39.Cæſcantum,leg.Caſcantum.p.410.l.2. Belacenſis.leg. Belnacenſis. p. 411.l. 12 ipſa,leg.ipſe.p.416.l.2.Iudridico,leg.Iuridico.p.419.l.37.à Crimina, leg. à Cimina. p.422.l.11. calonos,leg. colonos.p.425.l.11 Regulam,leg.Regula. p.427.l. 2. 7.leg.12. p.429.l.20.in illis, leg. illis. p.430.l.22. non an- guſtias, leg.anguſtias.p 441.l.39.adſumptus, leg.abſumptus p.445.l 8.egens,leg.agens.p.446.l.10. Vrbe, leg. Vrbem.p.448.l 20. ſplendidius, leg. ſplendidus. lin.27. memorant, leg. memorat. p.452.l.12.quod,leg. apud. lin.16. ſancita firmata perſcripta, leg. ſancitæ,&c. lin.42.apparuit,leg.apparauit. p. 462.l.23. Minimitanæ,leg. Minimitana. p.467. l.12. paſſus , leg. paſſus eſt. p. 468. l.5.&, leg. aut. p.471.l.1. exornatum , leg. exornatam. p. 479 l.14.apparata,leg apparatu,lin.47.per,leg par.p.505.l.46. vineta, leg. vineta,p 514.l 52.ſinum,leg.ſuum. p.515.l.27. tanta, leg.tacita, p.520.l.vlt.Miette,leg. Mitte. p 524.l.13. Petri, leg. Pauli. p.573. l.5.n.3.leg.2. p.581.l.5.Franciſcus,leg.Franciſcus. pag.596.l.50. problema, leg. problemata.

In Bullario pag.3.l.12.momimentis,leg momentis. lin 15.hiſtorias,leg. hiſtoriæ.

Hæc ſtrictim obſeruabamus emendanda, & [illegible] pag quidem 479. nihil accuratè recognouimus. Appendicem 3 & 4. Bullarium, omniaque Prolegomena non recenſuimus. Quod velim, Lector meus meminerit atque condonet.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google